

NAZIONALE
RC
612
BIBLIOTECA
CENTRALE
ROMA


13.2C.D.1

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM EXCELLENTISSIMI IVRISCONSVLTI, D. SIMONIS DE PRAETIS PISAVRENSIS

LIBER PRIMVS.

Nunc primum in lucem editus.

Vbi adeò perspicuè, atque eruditè disputata, ac explicata proponuntur omnia, vt Iureconsultis omnibus, præsertim in vtroque foro versantibus, & vtrisque tum causarum patronis, tum clientibus nunquam non maximo sint vsui futura, ac pernecessaria.

Argumentis summarijsque vnicuique responso præmissis, cum rerum omnium notabiliorum Indice locupletissimo.

ex legato

Cum priuilegijs Summi Pontificis, Inuictissimi Cæsaris, Regis Catholici, ac Senatus Veneti.

VIRTVTI SIC




CEDIT INVIDIA.

Venetijs, ex Officina Damiani Zenari. M D LXXV.



ILLVSTRISSIMO, ATQVE EXCELSISSIMO

FRANCISCOMARIÆ II. RVVERIO FELTRIO Metaurensium, & Vrbini Duci inclyto; Pisaurensiumq; Principi optimo.



SIMON DE PRAETIS. S.



OLENT *(Franciscemaria, Dux inclyte, optimeq; Princeps) in lucem edentes libros dedicare eos alicui summo viro, etiam summo Pontifici Max. Roma. qui postmodum maiestate sua, & potentia tantum præsidij, tutelæ, auctoritatis, quantum oportuerit libro sic edito elargiri, atque auctorem ipsum, quantum expedierit beneuolentia, fauoribus, gratijsq; prosequi consueuit. Cur autem ita exorsus, & præfatus fuerim, id quidem in causa fuisse dicam. Quòd pleriq; amici, & his carior Ludouicus meus filius conspicientes responsorum meorum aliqua exemplaria penes me retenta, quæ inter patrocinandum, consulendum & iudicandum in ditione tua, alijsq; in locis dederam, Blandis primum verbis persuadere, deinde enixis precibus additis me rogare cæperunt, vt horum meorum responsorum librum conficiendum typographorum cura, & opera, in publicum prodire permitterem, Exinde præ oculis me apud homines nescio quid ponentes lucri, meiq; nominis gloriolæ consecuturum; atque hominibus ipsis ad consequendam, tuendamq; iustitiam adiumentum aliquod futurum enunciarunt. Illud autem de gloria mihi tribuenda tantum abhorrui, quantum nos veram Christi religionem sectantes facere oportet: ne vanam ob huius mundi gloriam perennem in cælis, æternæ vitæ in discrimine ponamus. cum in eos quid boni agentes, vt videantur, laudentur ab hominibus infallibilis veritatis, & geminato verbo fideli dictata extat sententia, quòd hi mercedem suam receperunt. Vnde incitamentum hoc interpellationem huiusmodi repellendi propemodum causa fuit, licet hanc ob rem etiam expletam alicuius meæ laudis sit mihi pænitus incertitudo: Immo plurimorum reprehensiones in me irruendas potius & vereri, & metuere debeam. Quoniam ad reprehendendum quandoq; benefacta, aut alienæ laudis inuidia, aut quod rectè putant, hominum naturam procliuiorem esse passim experimur. Veruntamen id præcipuum de adiumento erga homines in quo possem, eiusq; spes sola, alijs postpositis, illis me rogantibus assentire coegit. ita responsorum meorum liber in orbem ad hominum manus palam iturus est: Reliquum est ergo, mi Princeps optime, morem initio propositum, vt me seruare necesse sit, cum meus iste liber fortasse magis q̃ aliorum indigere posit auxilio, tutela, præsidio summorum virorum. Quorum enim vnum mihi deliberanti eligere tu solus occurristi, cum tanto maiestatis tui tuorumq; splendore, vt huius non solum partem minimam enarrare haudquaquam possim, sed etiam hunc ipsum veluti Solis splendorem,*

rem, radiosq́ hebetes effecti oculi mei aspicere, intueriq́ nequeant: Iamiam tamen luci restitutus à gentilibus tuis incipiendo duo luminaria magna longè admiror, exaltata quidem ad maius dignitatum culmen, quo sub sole imaginari, nedum dici potest, Dei veri optimi maximi ore proprio constitutum, viceq́ sua præditum ineffabili, diuina, & in terris, & in cælis itidem quodcunque ligandi & soluendi potestate admirabili, cui merito potestates, maiestates, & imperatoriæ, & regales, & inferiores quantæcunque sint iure constitutæ fidelem obedientiam, summum honorem, præcipuamq́ venerationem humiliter exhibendo simul præstando cedunt. Horum autem maiorum luminariorum, e tuis sunt, vnus Xistus huius nominis Quartus, alter verò Iulius Secundus: enimuerò memorabilium suorum gestorum iterum describendorum, rursus suarum laudum sublimium proferendarum epistola hæc nimis arctum locum habet, at quoque meo non indigent præconio, nam de his diligentium, & doctissimorum virorum scripti pleni sunt annales, & pro rostris, vt aiunt, in vrbe, Orbeq́ toto publica documenta patent. Cæterorum etiam tuæ splendidissimæ, & excellentissimæ familiæ heroum antecessorum commemorationem breuitas epistolæ debita me inuitum præterire impellit. Nisiq́ tamen adhuc ante meos, & hominum viuentium oculos viuissima, lucidissima memoria, famaq́ paterni aui tui, Francisci mariæ Primi me eum silere nequaquam sinit, ipse ergo exercituum militum, toties iure electus Imperator, solertia, vigilantia, disciplinæ, artisq́ militaris peritia pollens adeo audacter hostes numerosos fortissimos tam sæpissimè vicit, superauit suæ ditionis loca recuperando, defendendo, aliena expugnando, debellando, vt Imperij, Regnorumq́ potentes eum admodum timere, amare, obseruareq́ compellerentur sicut etiam annales non suspecti laudes suas immortales, gloriosaq́ gesta sua canunt. & patruum tuum Iulium amplissima Cardinalatus dignitate fulgentem religionis, morum, integritatis, prudentiæ, vitæ bonitatis suæ omnibus clarissimum exhibentem exemplar cuncti admirantur, bene beatè, sancteq́ viuère satagentes imitantur, alterius denique senioris Iulij Secundi successorem dignissimum augurantur, Sic Deus eum nobis incolumen diutius conseruet. Nunc genitorem tuum Guidum Vbaldum nuper inuida morte nobis mæstissimis ablatum intueor, celsitudinem suam agnosco, nam à littore Adriatici sinus intra celebrum Italiæ regionum, & Piceni, Vmbriæ, Aetruriæ, & Aemiliæ fines ciuitates septem (hunc ciuitatum numerum ad regale fastigium erigendum sufficere nostri asserunt) & oppida ferè innumerabilia, Prouinciam Feretranam, Prouinciam Massæ trabariæ bonarum artium, præcipuè literaturæ scientiæ, artisq́ militaris eruditorum hominum subditorum plenas trigintasex annorum spacio legitimè iureq́ possedit, dominatus est, rexit, imperauit, suprema potestate, & regia manu, omniq́ Imperio, assiduè Pontifici maximo Romano dilectus extitit, Imperatori, Regibusq́ cunctis, Senatuiq́ Veneto summè gratus, obseruatus vbique visus est; atque pro consilijs, auxilijsq́ suis ad militiam, ab his præsertim, à potentissimo Hispaniarum Rege Philippo condignis stipendijs, aureiq́ velleris propriorumq́ suorum insigniorum dono solis Principibus magnis digno cohonoratus fuit, cæterarum quoque laudum suarum si immensum pelagus ingredi vellem facilia initia, & plurima vndiq́ patent. progressiones autem Oceano spatiosiores. finis verò nullus denique esset, quas igitur potius subticendas, quàm imperfectè vlterius, minuteq́ agendas duxi. Veruntamen quæ ante oculos meos perspicua continuò extant, quæ permanentia, notoria, & patentia, continuò conspicio, quæ denum per eum tum iussu priuato, tum edictis publicis, tum omni denique cura sua solicita incessanter adhibita, ciuitati nunc tuæ Pisauri dulcissimæ patriæ meæ facta, constructa conspiciuntur, missa hæc facere, obticere nequaquam possum, etiam si propriam epistolæ breuitatem longè transgrediar, etiam si mutus essem, (in hoc defectum hunc in me fateor) adhuc nutu saltem indicare conabor. Istis etenim de tuo genitore tibi dicendis pro more tuo patienter aures præbere velis te precor, quoniam & hæc tua sunt. Nam ciuitas hæc maritima antiquissima, nobilissima est, Romanorum hic reperta plura monumenta ostendunt, & iam eius præcæteris harum regionum locis, vti celebris loci, & magis noti antiquitate, & fide celeberrimus auctor Cicero in oratione Pro. P. Sextio his verbis meminit. & non obscurè Pisauri, & in alijs agri gallic. partibus &c. Ita in ædificijs, & priuatis, & publicis, & stratis multam redolebat vetustatem, & ei aeris ad hominum vitam intemperati nomen


men erat, atque eius hostibus etiam aliorsum transeuntibus facilis erat inuasio, & occupatio: Primum enim hanc ciuitatem, vt aduersus hostes tuta, beneq; defensa redderetur mœnibus, vallis, forma inexpugnabili probè constructis, instrumentisq; bellicis, & rebus alijs opportunis aptißimè muniri fategit, adeo ea, vt numero munitorum aliorum Italiæ locorum meritò habenda sit, mœnia verò intus, ampliori, quo prius erat spacio aucta, effecta est vrbs ista. Aulam quidem veteribus muris, angustis, cubiculis amotis, parietibus nouis, cubiculis ampliatis inauratis latiori situ totam ferè construi decoreq; mirifico renouari curauit, nunc te tuisq; habitatoribus verè dignam. Forum venalium rerum iussu suo duplum, triplum dilatatum in quadrangularem formam parietibus nouis decenti altitudine sculptura, pictura decoratis & Aede D. Dominici, & aula tua circundatum, visu quidem pulcherrimum est, & vsu, conuentu, & spatiatu populo, quàm prius esset, longè commodius, salubrius, delectabilius existit. Totam denique per ciuitatem deambulando plateas latas, stratas lateribus ac purgatas suis publicis edictis videmus, ita ne luto quidem pedes obturpentur minimè, aspiciendum est, ciues vt rem sibi gratam facerent quisque eorum renouando, reformando, erigendo, construendo sculpturis, picturis ornando vicini sui domo contendebat inuicem suam domum habere pulchriorem. Itaque tota ciuitas cura sua pulchra, decorata munita est effecta. Profectò etiam ex his & remotione aquarum circa ciuitatem existentium aeris temperies, bonitasq; talis inducta est, vt plurimos viuentes in ea ætatis annorum quinquaginta, sexaginta, septuaginta multos, & ann. octuaginta, nonaginta aliquos incolas conspici pateat. sic amplius non moribunda Pisauri, sed Tiburtina sedes iure optimo appellanda est. Postremò beneficiorum suorum ciuitati huic collatorum cumulo accedit ad summum fauorem accrescit, quòd propemodum toto anno eam inhabitabat, assidua erat sua sedes, præsentia sua continuò eam viuens illustrabat. Demum reddens animam altissimo hic etiam ossa seruari sua voluit, simul atque munus extremum ciuitati huic conferens suorum ac tuorum gentilitiorum insignia, s. auream Quercum, ipsius quidem ciuitatis insignijs inseri postrema voce, paterna affectione plena, mandauit, inscriptione hac apponenda. Perpetua, & firma fidelitas. Hæc autem tu quoque sciens, prudensq; affectione non minori in ditione ac dominio eodem iure meritò succedens approbasti, paternaq; omnia hæc nunc tua effecta recensentur, commemorantur, ac ea non minoris est tuæ laudis parta, gesta: benè conseruare, tueri, augere, amplificareq; vt optimè facis. Et iam æmulando, continuandoq; gloriam parentum tale verè periculosum tuæ virtutis, tuæ magnanimitatis periculum fecisti. Quando puberem adhuc ætatem agens maternas, iugales, sororias dulcissimas monitiones, preces denique lachrymis admixtas renuendo commodam, securam in ædibus vitam deserendo, durissimam, periculosissimam maritimam vitam classicam aggredi non formidasti. Annis namque retroactis in mari Ionio non procul à Naupacto alijs cum Orthodoxis Proceribus in classe Christiana nauium, & militum numero longè inferiore ad expugnandum, vincendum, & submergendum horribilis, & potentissimi Turcarum Tyranni fortissimam, numerosam, & munitissimam classem tu consilio adiuuans, viribus acerrimè, audacissimèque pugnans interfuisti, gloriosaq; hostiam victoria simul potitus es: ad patrios lares postmodum reuersus non fausto, non honorum ambitione, sed modestia, temperantia, prudentia viro perfecto digna, vti palam visus es. Te sanè Principem virtutibus vero principe dignis, religione, pietate, clementia, seueritate, magnanimitate, moribus gratis scientiarum disciplinis congruis benè edoctum, eruditum, educatum admirantes nos subditi tui summa, ineffabiliq; gestimus lætitia; his quidem virtutibus consona, & bona in dies à te emanare conspiciuntur, talem enim & prudentem, & iustum tui regiminis principio te ipsum ostendis, quòd aliquorum adminiculorum tua propria non eget virtus. Hoc tamen accedit, quòd & Principibus ferè omnibus Italiæ agnatione, cognatione, affinitate iunctus es. Hi demum omnes talem tui, tuæque ditionis auctoritatis, dignitatis rationem habent, qualem de magno, & potente Principe habere decet, vt amplitudini, celsitudiniq; tuæ nihil deesse videatur.

Reuertor ad rem, & non tam prolixè, quàm fuisset opus ad rem quoque præfatus, inquam istæ sunt meæ de te sublimißimo, meritißimo viro electionis iustißimæ rationes, alia quidem iure ipso ap-

probata

probata conuenit ratio, quia tu meus es Dominus, & Princeps, cuius est non solum librum meum in vulgus editum, sed etiam me totum protegere, tueri, vt facis opportunè, optimè. Cum ergo iure proditum est, quicquid seruo obuenit, hunc Domino acquiri, ideo, quæ tua sunt fidentius, liberius, iustius lucubrationes has per me tibi acquisitas sublimitati tuæ aßigno, & id omne, quod in eis mei iuris est dono, atque authoritati, nominiq; tuo dedico, consacro, tuisq; sub manibus longis pono. Tale igitur munusculum; quale nunc offerre possum placido hilariq; vultu, pro more tuo accipias, & aduersus in hoc irruentem, vel malignè se gerentem defensionem, tutelam, protectionem suscipias te rogo obtestorq;. Si quidem id audiam, quod non opinor solum, sed etiam confido pro humanitate, benignitate tua tibi gratum fore, quippe his, quæ in frequentiori, vtiliori legum materia, & maiora, ni fallor, penes me concipiuntur, animus meus promptior ponendi vltimam manum reddetur; vt quam citius & hæc sequendo authoritate sub eadem, eodemq; nomine sub tuo in lucem prodeant. Interim cœptis beneficijs tuis in me multis collatis me eundemq; me ipsum, filium meum Ludouicum fauoribus, gratijsq; prosequi non dedignare. Vale, Pisauri idibus Octobris, an. M D LXXIIII.

IO. BAPTISTAE BARNABEI PISAVRENSIS. I. C.



AM *clypeum belli Pratus leuem addidit arti,*
Martia quo miles temnere tela valet.
Consilia eximius Pratus nunc aurea pandit,
Vt fugiant omnes iurgia, iusq́ colant:
Laudatur Pratus clypeo quòd ab hoste tueri
Crudeli primus pectora consuluit.
At fama fertur doctus super ethera Pratus
Reddere qui tuta & corpora, resq́ docet.
Tu grates igitur Prato persolue Pisaurum:
Nam reddet nomen laude perenne tuum.

BELISARII MORGANTII CARMEN.



*Vlta recens responsa virum, quæ vrbana renodant*
Dogmata, quæ sensus Iustiniane tuos,
Ne quis ne damnet, nullus namq́ orbe libellus
Tam malus est, aliquam quin tibi præstet opem.
Et Solymi praclara viget sententia Vatis
Quòd doctis nullus finis adest calamis.
At minus est cordi si cui nunc copia, & optat
Sumere quis breuibus plurima iura notis.
Js legat eximij nunc pulchra volumina Prati,
Et celeri veniet in sua vota gradu.

AD GASPAREM PICCHOLOMINEVM Fidelem nobilem Pisaurensem,

MARCI STECCHINI BASSANENSIS CARMEN.



Larior ante alios, & iure fidelior omnes
Docte Fidelis eris, superas nam tollis ad auras
Egregium Simeonis opus, quod tempore longo
Viuet, quodq; dies nunquam delere, nec ignes,
Nec poterit mors atra suis violare venenis:
Non Tagus auratas currens tot voluit arenas,
Qui virides latè campos fœcundat Iberos,
Quot liber hic largo manantia flumine verba
Aurea iuris habet summo perfecta labore
Eximia virtute uiri, qui magna profundo
Ingenio explicuit contorta uolumina legum.
Vrbs fœlix cursu quam circuit Amnis amano
Pisaurus, retinent à quo tua mœnia nomen.
Quæ tantum complexa uirum præclara tulisti
Semper honore meo semper celebrabere cantu,
En tuus Italia Simeon splendorq;, decusq;
Vmbria diuinis meritò quem laudibus ornat
Vrbini, & Roma sacrato Antistite dignum;
Cui fuit ipsi olim uita spectatus in omni.
Et Vicentinæ secum iam cognitus urbi:
Illius ore cohors Lucensis docta uirorum
Semper habet laudes, illum Bisignana perenni
Voce suo canit Illustri cum Principe Tellus,
Necnon, & ligures illum celebrantq;, coluntq;.
Nobilis, & magnis misit de rebus eundem
Feltria magnanimum heroum generosa propago
Vrbinum egregiam regeret qui legibus urbem,
Institiaq; fori causas audiret amator.
Optimus & Iudex, & seruantissimus æqui
Principis auditor populo responsa referret.
Feltria, quæ toto formosior orbe superbit
Vmbria scriptorum fœlix, & candida nutrix:
Quos inter cœli Leonardus ut astra refulget
Et legum experiens vir Diplouatatius artis.
Atque ingens Patriæ decus Arduinus amata
Cui medica concessit opis sua munera Phebus.
Posthumus, & simul altis collenucius undas
Metauri circum concentibus æthera mulcent
Quales Mæandri repetunt per litora olores,
Quid tacitum Almerice meo te carmine linquam?
Maxima qui legum insignis præcepta dedisses
Hi tua crudeles rupissent stamina Parcæ?
Maximus at Cæsar summo te iussit honore
Consilijs praeesse suis, & semper amator
Virtutis fuit ille tuæ, cui præmia multis
Digna tuis meritis concessit honoribus ultro
Teq; Fidelis, honor fratrum, columenq; tuorum
Qui Phisica consultus eras, rerumq; magister,
Quas homines docuit Mundi Natura creatrix
Haud equidem miro incensum te Gaspar amore,
Quem Prato ex animo ostendis mea verba silebunt,
Namq; opus ipse suum terris prodis apertum,
Discendi huc aciem cupidæ contendite mentis,
Qui studio ingenti vires consumitis omnes:
Hinc dulces etenim fructus haurire licebit
Dulcia præclaris animis qui pabula monstrant
Et vitam virtute queunt decorare iuuenta.



INDEX RERVM OMNIVM LOCORVMQVE INSIGNIVM,

QVAE IN HOC VOLVMINE CONSILIORVM D. SIMONIS DE PRAETIS I. C. EXCELLENTISSIMI CONTINENTVR.

Abbas volens bona aliqua vindicare (oppositis contra personam exceptionibus opponi solutis, nisi doceat de sua legitima institutione, vel quasi possessione administrationis) audiri non debebit, & repelletur, consilio 40. numero 1 folio 70

Abbatis & monacorum cōtinuata notitia & diuturna obseruantia actus, facit vt præsumatur aliquid solenniter gestum, consil. 75 nume. 12 134

Abbatis doctrina in c. 2. de sortil. refertur & declaratur, cons. 105 nume. 24 195

Abbreuiatura notarij originali credi & stari debet, consil. 103. numero 5 190

Ablatiuus absolutus importat conditionem, consilio 94. nume. 19 folio 174

Ablatiua non extantibus masculis & fœminis important conditionem negatiuam, cons. 108. nume. 7 203

Ablatiui absoluti licet vim conditionis habeant, aliqualiter tamen accedunt ad naturam dispositionis, cons. 137. num. 33 267

Absentia alicuius octo annorum est bona causa dandi curatorem bonis eius. cons. 54. num. 21 95

Absens non consentit, nisi per epistolam vel nuncium, consil. 125. nume. 25 241

Absens quis dicatur, consi. 132. nume. 58 253

Absens quis in dubio præsumitur, nisi probetur præsens. eod. consil. num. 59. & cons. 143. nu. 16 290

Absenti & piæ causæ, in materia quantumcunque fauorabili, non acquiritur, nisi aliquis præsens pro illis stipuletur, cons. 199. numero 32 416

Absolutio ad effectum agendi debet concedi ab Episcopo petenti, consi. 57. nume. 3 102

Absolutio ab expensis fit ob probabilia dubia in causa, cons. 20. nume. 22 39

Absolutio à iuramento peti debet ad cautelam, quæ de facili obtinetur ob enormem & enormissimam læsionem, cons. 150. nu. 30 folio 303

Absolutio ab obseruatione iudicij quo casu fieri debeat, consil. 156. nume. 9 321

Absolutoria in dubio videntur lata, quia non probatum sit ex parte actoris, cons. 152. nume. 2 314

Absurdum est euitandum, cons. 161. nume. 15 332

Absurdum in statutis vitandum, consi. 163. nume. 23 338

Absurdum euitandum etiam in materia stricti iuris, cons. 186. nume. 17 393

Absurdum est prius diem præteriisse quàm existeret is, quem accipere aporteret, cons. 11. num. 1 23

Absurdum omnino est euitandum, cons. 44. nume. 7 77

Acceptilatio non continet veram & actualem solutionem, sed fictam, cons. 77. num. 26 139

Acceptilatio non liberat ab actione reali, nisi specialiter dicatur. eod. cons. nume. 27

Acceptilatio & Aquiliana stipulatio omne ius, seu spem iuris competituri ipso iure extinguit & aufert, cons. 150. nu. 16 302

Accessorium regulatur à principali, cons. 147. nume. 31 298

Accidentia contradictoria non possunt simul informare vnum subiectum, consi. 42. nume. 12 73

Acquisita à fratre sua industria & auxilio amicorum non esse communicanda, consi. 24. nume. 23 43

Acquisitio pro vxore valet, cons. 49. nume. 5 87

Acquisitio facta intelligitur cum oneribus & qualitatibus adiectis in renouatione & concessione, cons. 54. nu. 66 97

Acquisitio valet pro filio quadam via successionis ex comprahensione inuestituræ, eo. consilio nu. 71

Acquisita per filium intelliguntur proficisci ex bonis paternis largè, vt omne comprehendatur, quod occasione patris aduenit, consilio 149. nu. 12 300

Actione pro socio vel communi diuidundo quis non tenetur, nisi ad fructus, quos ex rebus communibus percepit, & ad id quod fuisset consecutus, consi. 17. nu. 9 34

Actione personali pro socio vt quis experiri possit contra socium, vt communicet bona petita, quæ requiruntur, consil. 24. nume. 5. folio 42

Actio personalis ex pacto oriens non datur contra singularem successorem, cons. 44. num. 2 77

Actio est ius persequendi in iudicio, quod alicui debetur, cons. 53. numero 1 91

Actio personalis competit ex promissionibus de retrodandis, vel etiam retrouendendis rebus contra promittentes, non verò realis contra alios possessores, consi. 52. nu. 23 90

Actio sine cessione acquiritur ex stipulatione notarij, consi. 54. numero 52 96

Actio acquisita ex legis potestate dicitur datiua, & ad rem competit pro vtili dominio, non requisita alia traditione, eodem consilio numero 56

Actio regulariter non oritur non impleta conditione in forma specifica. consil. 57. nume. 9 103

Actio & condemnatio formatur pro qualitate personarum, consi. 71. num. 5 127

Actio quæ competat ad fundum recuperandum alienatum, consilio eod. nume. 11

Actio personalis in subsidium sequitur bona, & successorem, etiam ex causa onerosa. consi. 87. nu. 3 160

Actio negociorum gestorum vt detur, debet probari negocium vtiliter gestum, & quòd expediebat, & necessarium erat geri pro eo, contra quem agitur. cons. 95. nu. 45 177

Actio non cōpetit contra virum pro rebus ab extraneo datis vxori, & viro non acquisitis, consi. eo. nu. 46

Actio non oritur ex laudo, sed ex compromisso secuto laudo, cons. 97 num. 26 180

Actio implere debenti non datur contra implere debentem, nisi ex parte agentis fuerit impletum, consi. eo. nu. 47

Actio & hypothecaria non oriuntur ante diem, conf. 112. nume.6 folio 211
Actio personalis non datur pro legato quantitatis, ita & hypotecaria super bonis testatoris, conf. 114. nume.35 215
Actio de dolo datur etiam ex pacto nudo ei, qui passus est damnum ob rem deductam in pactum non seruatum, consi. 120. nume.75 folio 233
Actio rationis reddendæ inquantum est rei persecutoria datur contra hæredes, conf. 126. nume. 12 242
Actio hypotecaria competit legatario contra alias res testatoris non autem pro ipsa re legata, conf. 131. nume.4 250
Actionis nomen, quo quis agat, ex qua persona, & qua forma, semper attendi debet, conf. 140. nu. 20 285
Actione duobus contra aliquem competēte, sufficit alterutrum posse iure agere, conf. 141. nume.3 286
Actio naturalis sufficit in foro mercatorum, consil. eo. nume.4.
Actio hypotecaria requirit, quod bona petita sint in bonis eius, qui asseritur obligatus, conf. 142. numero 28 288
Actio & ius quæsitum alicui, non potest ex pacto inter alios initu tolli, conf. 141. num.30 287
Actio in rem non datur, nisi sit obligata res testatoris, consil. 142. num.33 289
Actionis natiuitas impeditur in dependentibus à voluntate vnius sua voluntate cessante, vel fingitur non nata actio, consil. 151. nume.63 310
Actionem habere contra obligatum & habere pecunias idem est, conf. eo. numero 81
Actio semel extincta amplius non reuiuiscit, conf. 167. nu. 32. 349
Actio eficax ex pacto nudo non competit, conf. 193. nume.2 405
Actio in rem ex dominio vel quasi competit, consilio 199. nume.2. folio 413
Actio per alterum non quæritur, nisi cedatur, excepto notario, consi. eod. numero 38
Actio pro socio cessat in his, quæ sunt extra societatem, consil. 17 numero 13 34
Actiones actiuè & passiuè ad hæredes transeunt, conf. 205. num.2 folio 428
Actiones negociorum gestorum vt hincinde oriantur, quæ requirantur, consi. 77. nume. 17 138
Acta scribuntur pro conseruanda & defendenda sententia à falsitate, conf. 121. num.4 235
Actor ex suo iure tantum ius metitur, conf. 8. numero 1 14
Actor non probata societate succumbere debet, consil. 17. nume.3. folio 33
Actori incumbit onus probandi illud, quod est fundamentum suæ intentionis conf. 18. num.3 34
Actor non admittitur ad probandum id, quod in libello non deduxit, consi. 26. num. 10 46
Actor in remedio retinendæ probare debet possessionem tempore litis contestatæ & turbationis, consi. 30. nume. 59 55
Actore non probante reus debet absolui, conf. 89. nume.6. fol. 163 & consi. 95. num. 30. fol. 177 consi. 190. num. 2 400
Actor vt obtineat instruitur ad articulandum, consil. 95. nume. 38 folio 177
Actor creditum intentionemque suam si probet, & reus non doceat de solutione & satisfactione plenè & concludenter, actor ipse iure obtinere debet, conf. 151. numero 2 306
Actor ex suo iure metitur ius, non ex eo, quod possessor occupat, consilio 204. numero 6 426
Actorem sequi forum rei, consilio 206. numero 1. 429.
Actuum pluralitas non præsumitur, consilio 25. numero 10 44
Actus originem ducens ab actu voluntario non dicitur coactus, consilio 57. numero 13 103
Actus vbi diuerso modo intelligi potest, declarari debet ab eo, qui actum illum fecit, quo animo fecerit, conf. 65. numero 35. fol. 119 consilio 137. numero 88. folio 269. consilio 174. nu. 14 366
Actus non operantur vltra intentionem agentium, consi. 71. nu. 36 folio 127
Actus alicuius vt fiat ratificatio, eiusdem actus & suarum qualitatum, & facti & iuris ratificantis scientia requiritur, consi. eo. numero 37
Actus vt valeat impropriantur verba, & intelliguntur largissimo modo, & omni modo meliori, etiam in his, quæ sunt stricti iuris, consilio 76. numero 12 136
Actus vinentium vno momento & vno contextu debent concludi, consilio 78. nume. 10 140
Actus vbi non est in pendenti, quia ante factum ad validitatem aliquid requirit, cuius defectu actus non valet, licet id postea superueniat, nihil tamen operatur, consi. 80. nu. 19 146
Actus primum fundamentum debet consistere in persona agentis, eod. conf. nu. 24
Actus hominum stare nequeunt in suspenso, conf. 88. nu. 9 162
Actus aditionis hæreditatis quomodo probetur, conf. 93. n. 21. 174
Actus & res intelligendæ sunt de primis, conf. 99. nu. 31 183
Actus Principis debent esse stabiles & perpetuò mansuri, adeoque si verba secunda gratia viderentur reuocatoria primæ, tamen, si de mente Principis non appares clarè, non præsumitur reuocatio, consil. 97. nume. 21 180
Actus in totum nullus redditur, vbicunque deficiat vnum de requisitis ad ipsum, consi. 100. nu. 41 187
Actum extra fines mandati nullius est momenti, & nullum impedimentum præstat, consi. 108. nume. 8 203
Actus exteriores mariti erga vxorem ostendentes animi sui motum & affectionem, vt per eos dicatur obseruare erga coniugem, quæ decent, & debet obseruare tam ex lege diuina quàm humana, qui sint, consi. 113. nume. 7 212
Actus humanos perficiunt potestas & voluntas, conf. 117. nu. 30 folio 222
Actus iudiciales, qui sunt de iure ciuili, annectantur, conf. 121. numero 17 235
Actus necessarius ad interrumpendam præscriptionem si fiat ineptè & nulliter, nihil operatur, consil. 132. nume. 88 254
Actus necessarij sunt stricti iuris, & interpretantur, vt non præiudicent facientibus, conf. 137. nume. 150 272
Actus debet attendi tempore, quo robur sortitur, conf. 138. num. 85. folio 280
Actus stat in pendenti etiam per subintellectum tacitæ venditionis, conf. 151. nume. 50 309
Actus pro fallito factus valet & sustinetur ex nomine permisso, quo valere potest, conf. eod. nu. 61
Actus veniens ad confirmationem eius, quod agitur, vbi sit etiam in præiudicialibus, agens talem actum confirmatorium, videtur semper in sui præiudicium consentire, consi. 159. nume. 4 324
Actus indiuiduus est petitio dationis tutoris, consil. 168. nume. 21 folio 354
Actus sequens declarat qualis fuerit intentio actus præcedentis, conf. 186. nu. 12 392
Actus quando potest se habere ad plura delicta, tunc sit interpretatio contra delinquentem, quando plura delicta in vno actu commitia, consi. 187. nu. 23 396
Actū nihil est, donec superest aliquid agendū, conf. 201. nu. 13. 419
Actualiter fieri non dicitur, quod est in potentia & habitu, si non est in actu, conf. 191. nu. 15 402
Actuum coherentia, connexitas & propinquitas ostendit fictionem & simulationem alterius actus, consi. 120. nume. 57 232
Actum faciens se legi, de illo loquenti, astringere videtur, consi. 98 nu. 1. 178
Actum qui respicit vel potest respicere præiudicium, & ex superuenienti simplici scientia non approbare est improbare, consil. 125 numero 20 241
Actus quando est indifferens, & habet se potentialiter ad præiudicium & vtilitatem, in neutram partem accedit consensus, consil. eod. nume. 21
Accusans de nocte, si probet de die, succumbit ex toto, quia aliud probat, & aliud intentauit, consi. 51. nu. 4 88
Additio modificatiua statuti debet intelligi secundum modificationem & dispositionem statuti interpretati, consi. 32. nume. 8 58.
Additione statuto facta idem ius repetitum intelligitur quò ad omnia in ipsa additione, quod erat in statuto, cui facta est, consil. 165. numero 65 334

Adeo,

Index.

Adeo, est signum continuatiuum & ad ampliandum idest, in tantum, consi. 110. num. 9 207

Adherentes futuri non veniunt in odiosis, consi. 78. num. 17 141

Adiectio regulatur secundum naturam proximiorum, consi. 61. numero 62 113

Adiectio incerta nihil operatur, consi. 129. nume. 10 247

Adiecti solutioni pecuniarum spectantium alijs ex mandato in literis inuncto, dicuntur procuratores, consil. 151. num. 59 310

Ad inuicem, ista adiectio inducit reciprocum fideicommissum, consi. 110. nume. 5. 207

Aditio haereditatis probatur per testes singulares circa actus successiuos, consilio 93. num. 22 172

Aditio haereditatis probatur per testes singulares, probantes de pluribus venditionibus rerum haereditariarum, vel repertarum in haereditate, consilio eod. numero 25

Aditio haereditatis vxoris delata marito pro se & filijs dicitur inducta ex eo, quod maritus dedit pauperibus pannos quotidianos vxoris, eod. consi. nu. 29

Aditio, & in filio haereditatis apprehensio est quid facti, quod non praesumitur nisi probetur, consi. 136. nu. 84 264

Aditio haereditatis obligat haeredem ad debita & onera haereditaria, eod. consi. nume. 87

Aditio est animi & facultatis, seu voluntatis, & non separatur à persona, & dependet à mero & solo consensu adeuntis, consi. eod. nume. 91. & 94

Aditio haereditatis ex testamento non probata nihil valet ex his, quae scripta sunt ex eo, consilio. 194. nume. 1 405

Adiudicatio nulla est concessa parte inaudita & non citata, cons. 206. nume. 5 429

Adiudicationes concedi debent per iudicem competentem, consi. 132 numero 42 253

Administratio debet decerni à iudice etiam in tutore testamentario, consi. 143. nume. 13 290

Administrationis actus est successiuus circa plura negocia, cons. 186 numero 15 392

Administrator quis in alienis diligens, vt in suis praesumitur, consi. 17. nume. 12 34

Administratores ecclesiarum sunt loco praelati in ecclesijs, habentes liberam & generalem administrationem, consi. 38. nu. 20 67

Administratoris officium egressus non obligat eum pro administrat. consil. 77. numero 15 238

Administrator soluens praesumitur soluere de pecunijs eius cuius bona administrauit, consi. 95. nume. 21. 176

Administratione suorum bonorum quem non esse priuatum, & valide posse contrahere, vbi ei per iudicem non est interdictum, communis est opinio, cons. 10. numero 48 23

Administrator alienorum bonorum tenetur reddere rationem suae administrationis, & ad restituendum reliqua, consi. eod. num. 24 & cons. 126. nume. 11 242

Administrans aliena negocia tenetur facere in persona domini, quod in persona sua faceret, consi. 151. nu. 91 312

Administrator quilibet rationem reddere debet de re pertinente ad alium, cons. 155. nu. 2. & cons. 165. nu. 11 344

Administrator dicitur debitor summarum respectu temporis de diuersis annis, cons. 186. nu. 7 392

Admitti volens vt comprehensus in inuestituris probare debet se esse haeredem vel primi inuestiti, vel vltimi vasalli defuncti, adiectione masculinitatis non obstante, cons. 41. nu. 12 71

Admitti quis non debet ad petendum illud, cuius contrarium non esset postulaturus, consi. 138. nu. 110 281

Admittendum non est quod sanus non probabit, cons. 153. nu. 4 317

Adoptiuus exhaeredatus rumpit testamentum, iusta causa non probata, cons. 67. nume. 18 122

Adoptiuus excluditur à bonis emphyteuticis. ibidem nume. 21

Aduersarij verba qui non acceptat, non potest ex eis se iuuare, cons. 106. num. 73 200

Aduentitium bonum dicitur, quod ex bonis patris non prouenit, cons. 201. nume. 23 420

Aduerbij perpetuò, quae sit natura, cons. 137. nu. 129 271

Aduerbium ante, suspendit dispositionem in futurum, & facit conditionem, consi. 162. num. 15 336

Adultus potest recuperare sua bona illicitè alienata, cons. 71. nu. 10 folio 126

Aedes ex quibus consistere debent, consi. 73. nu. 5 131

Aedificium potest fieri in solo alieno, quod non solùm domino non praeiudicat in possessione, vel dominio, sed facit cedere aedificium solo, cons. 46. nume. 22 82

Aedificari non potest in alieno solo inuito domino, cons. 183. nu. 19 folio 388

Aedificare in & super muro communi quis potest socio inuito, consil. 73. nume. 19 131

Aedificium quando quis altius tollere possit, nullo etiam dimisso spatio à latere vicini, ibidem, nu. 21

Aequalitas est attendenda & absurdum euitandum, cons. 137. nume. 56 292

Aequalitas est seruanda inter partes, consi. 173. nu. 12 365

Aequalitas in iudicijs seruanda est, cons. 14. nu. 13 26

Aequiparatio est inter non apparere et nō esse cons. 132. n. 36 253

Aequitas sequi & amplecti debet in foro mercatorum, & ex eorum iure municipali, consi. 87. nume. 7 160

Aequitas diuersa & contraria à lege & iure non probata non attenditur, consi. 160. nume. 16 327

Aes alienum, quod socij debent soluere alijs, non venit in computo & ratione societatis, cons. 141. nu. 5 286

Aestimatio iusta dubij euentus litis debet probari. cons. 27. nume. 5 folio. 48

Aestimatio cuius temporis fieri debet, cons. 126. nu. 5. & 6 242

Aestimatio fundi dati in dotem fieri debet secundum tempus, quo datus est. cons. 138. nu. 39 276

Aestimationis probatio reputatur difficilis. cons. 146. nu. 2 296

Aestimatio communis rei, quae potius iudicio intellectus quàm sensui corporeo subijcitur, per testes probari potest. ibidem. nu. 6

Aestimatio rerum melius scitur per informatos & habentes conuersationem de re, de qua agitur cons. eod. nu. 13

Aestimatio rei dotalis debetur mulieri, quando sapit emptionem, cons. 200. nu. 1 417

Aestimatores etiam dicuntur arbitri. consi. 154. nu. 7 320

Aestimum (alio possessore non apparente) probat possessionem, ex qua probatur traditio, ex quo quae vtilitas resultet. nu. 8. cons. 8 nu. 7 14

Aestimi ex inspectione probatur, quem non habere plura bona, quam sint in eo descripta, cons. eod. num. 17

Aestimum non potest mutari quando est imposita collecta, & eius solutio iam est destinata collectoribus, & nisi bona aestimanda ponerentur in alio aestimo, cons. 119. nu. 27 227

Aestimationis tempus est attendendum, quae dispositio debiti hinc inde respectiue sortitur effectum, ex quo efficax oritur actio creditori ad agendum, cons. 11. nu. 2 23

Aetas communis in masculis apta ad generandū videtur esse vsque ad annos sexaginta & non vltra. cons. 8. nu. 27 15

Aetas minor qualiter probetur. consi. 165. nu. 3 344

Affectio non datur erga incertos, cons. 37. nu. 22 65

Affectio sanguinis quando mouet ad legandum, dicitur causa finalis, cons 83. nume. 35 152

Affectio in personis est motus animi ostensus erga alium per actus exteriores tales, quales sunt conuenientes actiuè & passiuè in personis ipsis, consi. 113. num. 6 212

Affectiones par causa suspicionem remouet à teste cons. 129. nu. 21 & cons. 142. nu. 24 288 248

Affinis est testis suspectus, cons. 125. nu. 8 240

Affinitas seu attinentia vt aliquem repellat à testimonio debet esse de linea ascendentis seu descendentis, cons. 129. nume. 20 248

Affines inducentis admittuntur ad probationem eorum, quae domi facta fuerunt, & verisimiliter per alios sciri non possunt, consil. 142. nume. 22 288

Affirmari quid potest non verum sine dolo cons. 89. nu. 3 163

Affirmans aliquem esse idoneum habetur loco fideiussoris, ibidem numero 5

Agendo quando quis obtinere potest, fortius excipiendo obtinere poterit, cons. 4. nu. 8 8

Agens ante diem condemnatur in expensis, consi. 11. num. 10 24
Agens ex locato repellitur, cum dominium & possessio rei locatæ sit conductoris, cons. 30. nume. 55 55
Agentem ex instrumento oportet probare se successisse, vel causam habere ab eo, qui est nominatus in instrumento, aliàs instrumentum sibi non patrocinatur, cons. 41. num. 10 71
Agi dicitur quando lis est contestata, consi. 54. num. 17 95
Agere non valenti non currit præscriptio, maximè iuris impedimento, consi. eo. numero 84 98
Agenti ex pacto obstat exceptio litis ingressum impediens, vbi alia res est, de qua dicit pactum factum, & alia res est quæ petitur, cons. 71. nume. 18 126
Agens tanquam hæres alicuius debet probare se talem, aliàs succumbit, consi. 106. numero 40 198
Agendo & petendo quis dicitur hæreditatem adire & acceptare, cons. 143. numero 28 287
Agens ad fructus, cum non sit vniformis agri fructificatio, clarè probare debet, quod possidens de fructibus tantum perceperit, cons. 153. numero 42 319
Agens vigore pacti continentis rem incertam, non potest vindicare bona petita habentia diuersos confines, non probata identitate, cons. 160. numero 17 327
Agi non potest ciuiliter contra testem, nisi ad satisfaciendū in quantum læserit, consi. 191. numero 32 402
Agens ineptè succumbit, consi. 204. num. 5 426
Agenti possessorio recuperandæ & non probanti iustum possessionem, non fit restitutio possessionis, cons. 206. num. 12 429
Agnationis conseruandæ ratio non procedit, nisi in personis nominatis, & ubi ea non expressa argui non potest, cons. 31. nu. 20 57
Agnationis ratio quando non est expressa non attenditur, maximè in personis non specificatis, cons. 42. numero 27 74
Agnationis conseruādæ ratio coniecturata per testatorem, tam excludendo quàm includendo, solum militat in casibus & personis expressis in testamento, cons. 90. num. 29 165
Agnati transuersales non possunt recuperare feudum renunciatum à vasallo, etiam quod non esset hæreditarium, sed pacto & prouisione, viuentibus liberis dicti alienantis, consil. 41. nu. 17 72
Agnatus per cōstitutionē patriæ Foriiuly pōt reuocare à quocūqi, etiam si res per plures manus translata esset, cons. 45. n. 21. 80
Agnatus vbi naturaliter vel per accidens est impotens ad conseruationem generis & bonorum in familia, cessat dispositio statuti excludentis fœminas propter masculos, consi. 138. n. 100. 281
Agnatus masculus etiam gradu remotior quando præferatur fœminæ agnatæ etiam propinquiori, consi. 101. num. 34 333
Agnati cum in testamentis ad fideicommissum sunt vocati, proximior ab intestato successurus admitti debet, salua gradus prærogatiua, consilio 203. numero 4. & 5 423
Agnatæ fœminæ nunquam veniunt, siue in statuto, siue in vltima voluntate illi de agnatione vocentur, cons. 161. nume. 16 332
Agnata fœmina semel exclusa nūquam admittitur, ibid. n. 38. 333
Alexandri authoritas quanta sit, consilio 144. nume. 26 293
Aliàs, est aduerbium qualitatis, consi. 138. nu. 29 276
Alienationem proficuam esse conuentui, fratribus asserentibus non statur, cons. 38. nume. 5 66
Alienatio in emphyteusim perpetuam ab abbate facta, reseruata confirmatione Sedis Apostolicæ valet, consilio 40. num. 5 70
Alienatio facta malitiosè & causa fraudandi fideicommissum, non admittitur, nisi per iudicē approbari debet, licet dolus vel fraus non præsumatur, consilio 47. numero 28 84
Alienationem suarum rerum alicui non esse liberam, iniquum est, consilio 73. numero 31 129
Alienatio rerū ciuitatis quas solennitates requirat, cōs. 74. n. 2. 132
Alienatio fraudulenta & illicita non venit sub generali concessione administrationis, consilio 77. numero 22 138
Alienans contra formam statuti prohibentis alienationem in forenses potest contrauenire pro recuperatione malè sic forensibus alienatorum, cons. 85. numero 48 157
Alienatio contra formam statuti non firmatur iuramēto, ibid. n. 49
Alienatio necessaria non requirit decretum, cons. 100. nu. 35 187
Alienatio per viam vltimæ voluntatis dicitur propriè alienatio bonorum, cons. 106. numero 56 199
Alienatio bonorum ecclesiasticorum vt valida vel inualida sit quæ requiruntur, consilio 109. nume. 8 204
Alienatio rei fideicommissariæ etiam pro dote facta non valet contra prohibitionem quantitatis pro dote dandæ, consi. 137 291
Alimentorum ius maximè futurorum, vt cohærens personæ non potest cedi, cons. 7. nu. 9 13
Alimenta sibi deberi prætendens, si potest in suo exercitio & aliunde habere, ea consequi non potest, cons. 9. num. 19 17
Alere quis tenetur illos, quorum opera & ministerio vtitur, consi. 95 nume. 41 177
Alimenta quis consequi debet ex suis operibus, cons. 137. n. 52 268
Alimenta vt debita de iure naturali per statutum tolli non possunt. consi. 138. nu. 61 278
Alimenta filio debentur officio iudicis, & an præstita & præterita repeti possint, ibidem, nume. 91 280
Alimenta præstita an repeti possint, cons. 142. nu. 9. & 15 288
Alimenta possunt arbitrari & taxari inspecta ętate personę, & pretia rerum tempore variantur, cons. eod. nu. 22
Alijs, dictio posita post res mobiles, demonstrat similes mobiles, consi. 68. nu. 10 123
Aliud, verificatur etiam in minimo, consi. 93. nume. 28 174
Aliquid esse vel non esse optimè probatur ex inspectione scripturæ, cons. 196. 408
Allegatione nō indigēt ea, quæ patent ad sensum, cons. 79. n. 52. 144
Allegationes doct. contrariæ ab vtraque parte faciunt rem ambiguam, cons. 121. nu. 20 235
Allegationes aduocatorum breues esse debent, cons. 134. n. 1. & cōs. 144. nu. 1. 292. & 190. nume. 1. 256
Allegantem pro reo conuento pluribus decet exceptionibus vti, & contrarijs & defensionibus, & eas adducere, cons. 147. n. 1. 297
Allegari vbi per partem sufficit aliquid absque probatione, potest allegari quandocunque etiam post conclusum in causa, quamuis non fuerit allegatum in terminis probatorijs, cons. 152. nu. 33 316
Alternatiua respiciente commodum & fauorem creditoris, electio est ipsius creditoris, cons. 13. nume. 5 25
Alternatiua inducit incertitudinem, consil. 19. nu. 1 35
Alternatiuis vna res debita perit periculo debitoris, eo quòd omnino remanet debitor in alteram, cons. 52. nu. 5 89
Alternatiua inducit ambiguitatem, ibidem. nu. 19 90
Alternatiua designat incertitudinem, cons. 129. nume. 9 247
Alternatiua aut, respectu legis ordinem executionis facti respicit, & vnica executio sufficit, consi. 203. nume. 26 424
Alternatiua sufficit vnam partem esse verificatam, circa aliam cessat postmodum dispositio, ibidem. nu. 27
Ambiguitas declaratur ex nominatione cōmuni, consi. 70. n. 2. 124
Amicus noster non est auferens bona nostra, consi. 9. nu. 39 19
Amicus alterius qlibet pſumitur ex naturali rōne, cōs. 15. n. 60. 31
Amicabiles gratis se interponentes in perficiendis contractibus inter alios, non prohibentur vt proxenetæ ferre testimonium, cons. 120. nu. 54 232
Ampliatio intelligitur secūdū qualitatē exceptiōis. cōs. 77. n. 8. 138
Amita existente, & de iure cōmuni excludente patruum magnum, mater succederet ab intestato, non autem ipse patruus magnus, cons. 161. nu. 10 332
Animus delinquēdi cōtra beneuolū nō præsumitur, cōs. 15. n. 48. 30
Animus dicentis se constituisse domicilium in ciuitate causa habitandi, probatur eius responso, cui in hoc statur & eius declarationi, consil. 119. nu. 9 226
Animus comprehenditur ex factis, consi. 128. numero 8 246
Animus præsumitur talis qualia sunt verba vel facta, cons. 142. nume. 13. 288. & cons. 144. nume. 42. 294. & consi. 149. num. 11 cons. 166. nu. 14. & cons. 206. nu. 18 430
Annus decimusoctauus in regno facit quem perfectæ ætatis reputari. cons. 104. nu. 35 193
Annis centum quilibet præsumitur viuere, cons. 167. nu. 17 348
Anni de possessione intelliguntur elapsi à die redditi testimonij, cons. 91. nu. 23 167
Antiquum inducitur solum per metam centum annorum, cons. 132. num. 7. 251. cons. 167. nu. 4 347

Anuli subarratio facit præsumere matrimonium interueniente consensu per verba de præsenti.cons.134.nu.4. 256
Annuli subarratio, etiam si alia indicia non essent. facit præsumi matrimonium.ibidem nu.5
Annotationes non faciunt solutiones,cons.151.nu.66 310
Appellare per seipsum, vel intra legitimum tempus ratificare appellationem ab alio pro eo factam, idem est.cons.116.nu.12 219
Appellare quis non debet infra decem dies, nisi postquam sciuerit. con.170.nu.43 360
Appellatio est remedium pro læsis & grauatis à sententijs iudicum. cons. 1. nume.30 3
Apellatio denegatur, vbi non est grauamen.cons.87. nu.22 160
Appellatione pendente nihil est innouandum:cons. 94.nu.17. 174 cons.97.nu.44 181
Appellatio an admittatur à pronuncia de exequendo. ubi de communi.cons.116.nu.2 219
Appellatio datur ab executione laudi nulli, & sententiæ nullę. ibidem.nu.5
Appellatio permissa est ab executione contra petitionem minoris de restituendo se.ibidem.nu.10
Appellatio ad arbitros secundum formam statutorum locum habet in sententijs prolatis à potestate loci per homines electos secundum formam ipsorum statutorum.ibidem.nu.13
Appellatio à sententia delegati deuoluitur ad delegantem. ibidem. nu.14
Appellatio non datur ab intermedijs interlocutorijs. ibidem nu.20
Appellationem in dubio deuoluere pronunciandum est, ut minus partibus preiudiciale.ibidem nu.32 220
Appellatione filiorū & nepotum in contractibus nō venit natus ex femina.cons.176.nu.13 370
Appellationis in causa non probatum probabo consilio 179. nu.36. folio 378
Appellatio datur à laudo arbitrorum ex necessitate statuti electorum.ibidem nu.35
Appellatum quando est à sententia non præsumitur pro ea.cons.183 nu.21 388
Appellatione deserta nulla est ipsa appellatio.cons.5.nu.181 390
Apocha solutionum probant.consil.112.nu.17 211
Apodissa in iudicio producta parte non opponente habetur pro publica.cons.93.nu.36.172.& cons.180.nu.20 382
Approbatio omnino requirit scientiam cons.3.nu. 23 7
Approbatio testamenti paterni non excludit filium, quin integrā legitimam sine onere consequi possit.cons.106.nu.11 197
Arbitri electi statuto cogente succedunt loco iudicis ordinarij. cons. 85.nu.29 156
Arbitrorum potestas nulla est sine compromisso. cons.87. nume.28 folio 180
Arbitrorū potestas tota pendet à compromisso.cons.126.nu.1 242
Arbitri qui vigore compromissi de facto procedunt, possunt ex eorum conscientia recipere & admittere probationes etiam non plenas sed persuasiuas, cons.129. nu.14. folio 248 cons. 201. numero 24 420
Arbiter non habet potestatem nisi ad contenta in compromisso.cons. 132.nu.32 252
Arbiter dicitur qui de iure & de facto potest cognoscere, pronunciare verò tantum de iure.cons.136.nu.73 263
Arbitri non possunt lædere partes, sicut arbitratores. ibidem. nu.74
Arbitri æquitati potius quàm rigori inhærere debent. consi.142.nu. 4.288.cons.201.nu.22 420
Arbitri fines compromissi transgredi non debent cons. 161. num.49 folio 333
Arbitri potestatem procedendi habent ex compromissi forma. cons. 165.nu.1 343
Arbitri non possunt aliquid facere de eo, quod non est compromissum. cons. eod.nu.15 345
Arbitri velut iudices debent iudicare, cons.167. nu.1 347
Arbitri uigore compromissi de iure & de facto, possunt procedere manu regia & omni iuris ciuilis solemnitate omissa. consil.184. nu.8 389
Arbiter potest iudicare de fructibus, licet in compromisso non sit expressum.ibidem nu.9
Arbitratores dicuntur, qui de iure & de facto possunt procedere, & sententiare altè & bassè.consi.126.nu.16 242
Arbitrator potestatem non habet nisi quantum ex compromisso ei data apparet, ibidem nume.18
Arbitratores potius æquitatem quàm rigorem sequi debent.cons.129 nume.27 248
Arbitratores mouentur probationibus, quæ non concluderent iudici, consi.136.nume.72 263
Arbitratore non arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri, cons. 138.nume.41 277
Arbitratores fidem adhibere scripturæ priuatæ & sequi veritatem vndecunque habeant, etiā per garritum auium.cons.179. num.8 folio 376
Arbitramentum qui defendit, debet probare & cōcludere, quòd inspecto dubio euentu litis æquè arbitratus est arbitrator, cons.eo. nu.52. 379
Arbitrium pœnæ arbitrandæ quo casu cesset, cons.15.nume.2 27
Arbitrium datum iudicibus circa indicia quale esse debeat. ibidem nu.18 28
Arbitrio nunquam præscribitur, consi.19.nume.28 36
Arbitrio iudicis remittitur, an consuetudo sit rationabilis, vel irrationabilis, consi.20.nume.18 38
Arbitrium potest dari in procedendo vno modo, & in decidendo alio modo, consi.54.nume.30 95
Arbitrium magnę curiæ Vicariæ ad quæ crimina se extendat, consi. 104.nume.12 192
Arbitrium habens de iure & de facto potest credere testibus non plenam sed persuasiuam rationem reddentibus, consi.142. nu.3 folio 288
Arbitrium in persona soluere debentis ubi confertur, eo non arbitrante, in omnibus contractibus ab eius persona receditur, consi.201 nu.11 419
Arbitrium iudicis defectum iudicij non supplet, ubi iudicium nullum est, consi.202.nume.2 421
Arbitrio iudicis intelliguntur commissa ea quæ sunt facti non iuris, ibidem nu.3.
Arbitrium iudicis in casibus à iure non decisis versatur, ibidem numero 9
Arguere licet à connexis, cons.28.nume.27 50
Arguere licet ex vicinitate temporis, consi.60.nu.13 109
Arguere licet ab auctoritatibus, consi.113.nu.17 256
Arguere licet à maioritate rationis etiam in statutis, consi.163.nume.6 338
Arguere licet à testamento ad statutum, ibidem nu.62 341
Arguere licet de præscriptione ad pactum, consilio 170.nu. 32 359
Arguere licet à solitis.consi.189.nu.5 399
Arguitur vbi de vno aliud, illud, ex quo arguitur, debet esse certum, cons.58.nu.15 104
Argumentum à solitis valet, & maritus non malè facit, si maritali sermone procurat, se ab vxore hæredem institui, consi.5.num.13. folio 9
ciationes mulierum adultarum habentes requiſi-
ta de iure ciuili, vel canonico, cum ſolo conſenſu
duorum proximorum factas cōſanguineis valere,
& plenam obtinere roboris firmitatem, elicio a-
liud non leue fundamentum, quòd dicta renūcia-
tio de hæreditatibus delaris facta per ſolum pa-
ctum, de iure ciuili valet, vt ſuperius dictum, eo
magis valere debet per dictum ſtatutum ſic diſpo-
nent, vt tradit Paul. de Caſt. conſil.29.numero 2.
lib.2.Pariſi.conſil. 94. num. 19. lib. 3. quod dici-
tur tribuere nouum vinculum dictæ renunciatio-
ni aliàs validæ de iure communi. per ea, quæ ple-
nè ſcribit Alexand. & ibi ceteri. in l.1.in princip.
27 colum. penult. & fi.ff. ad l. Falcid. vt † aliquid di-
ctum ſtatutum operetur. per nota. à Bart. in l. 3.§.
prætor.colum.2.verſic. quæro quid ſi ſtatutum. de
dam.infect. Alexand. cōſil. 49. in fi.lib.1. & cōſil.
24.nume. 14. lib.2. cum maximè dictum ſtatutum
addat validitati dictæ renūciationis plenam robo-
ris firmitatem. quæ verba nō debēt eſſe ſuperflua.
Bal.cōſil.3.circa fi.lib.2.debet ergo operari plena
firmitas, & validitas addita à ſtatuto in eo, ꝙ dicta
renunciatio nullam patiatur diminutionem, ſeu
reſciſionem, probatur ex his, quæ dicūtur de ple-
28 no iure † importare ſine diminutione. vt per Alex.
cōſil.208.col.1.lib.2.Fely.in c. auditis. col.4.circa
fi.de præſcrip.idem in c.conqueſtus.de foro comp.
& Rui.d.cōſil.84.nu.12.lib.1.vbi dicit, dominium
plenum eſſe, quod eſt irreuocabile. & plenum dici-
tur, quod nō irritari poteſt Soci.cōſil.43.num.10.
29 & ſeq.lib.4. & verbum, plenum, † & liberum, ſunt
equipollentia. per l. fideicommiſſa. §. quanquam.
de leg.3.Alexā.d.cōſil.208.num.8.cum per aduer
bium liberè impediatur appellatio. vt per Bald. in
c.irrefragabili. in pr.de offi.ord.quod eſſe multum
not.dicit Iaſo.in l.1.col.1.ſub.verſic.tertio ponde-
30 ra.C.de ſacr.ſanc. eccleſ.& appellatio † remedium
eſt pro læſis, & grauatis à ſententijs iudicum. vt
l.1.ff.de appell.dictio, liberè, facit ꝙ nullam reſciſ-
ſionem actus patiatur. Iaſ.in l.ſi quando.in princip.
verſic.Confirma.de inoffic. teſtam. pari modo per
verba, plena roboris firmitas, debet impediri reſci-
ſio renunciationis prædictæ ex remedio d.l.2.& d.
l.ſi quis cum aliter. vbi præſertim mulier renun-
cians habuerit dotem, vt in caſu noſtro habuit, cō-
31 gruam legitimæ, per quam ſtatuta † excludunt fœ-
minas ab hæreditatibus parētum, ſtantibus maſcu-
lis, vt latè per Biun.in ſuo tract.de ſtat.fœm. exclu.
maximè. in 4.memb.6.art.& Dec.cōſi.181.col.2.
ver. Sed in caſu propoſito. vbi etiam tradit mulierē
renunciātem nō poſſe contrauenire reſpectu enor-
mis læſionis, quando habuit dotem, quæ congrua
dicitur vſq; ad quantitatē legitimæ, vt per eundem
Dec.conſi.279.col.pen.& Aym.con.236.nu.3.
32 Ratio † autem ſtatutorum excludentium fœmi
nas ab hæreditibus parentum ob maſculos, aſſigna
ta eſt propter agnationem conſeruandam, vt tra-
dit Biun.in d.tracta.in 3.artic. eadem ratione po-
teſt regulari eſſe conditum aliud ſtatutum plenam
roboris firmitatem tribuens renunciationibus mu
lierum factis conſanguineis vſque in quartum gra
dum, ſcilicet vt bona renunciata, & remiſſa rema-
neant in agnatione, ergo ſicut ex ſtatuto exclu-
dente læſa non dicitur, & bene excluſa eſt fœmi-
na, habita dote vſq; ad quantitatem legitimæ, ea-
dem ratione non dicitur læſa, & meritò excluſa
eſt mulier, dote congrua habita ad menſuram le-
gitimæ, ex alio ſtatuto plenè conualidante ſuam
renunciationem factam fratri conſanguineo. quia
33 idem eſt ius, † vbi eadem concurrit ratio. l.illud.
ad l. aquil. cum vulga. & ſic remouetur obiectio,
quæ fieri poſſet, quòd dictum ſtatutū conualidās
renunciationes mulierum intelligi deberet, ſecun-
dum ius cōmune, niſi mulier renunciās eſſet dece-
pta enormiter, vel enormiſſime. per ea, quæ dicit
Alex.conſi. 139.num.4.lib.7.& Dec.conſi.11. ſub
nu.6.quia fauore agnationis conſeruādæ, læſio ali
qua non conſyderatur, dūmodo dotē ad mēſuram
legitimæ mulier habuerit. arguendo ex identi-
tate rationis dictorum ſtatutorum. vt dictum eſt.
34 & ſecundum † ius cōe ſtatutum non intelligitur, qñ
eſſet ſuperfluū, & nihil oparetur. Dec.cōſ.527.col.
fi.ver.ſecundo rñdetur. & hoc procedit ēt in odio-
ſis, & in materia ſtricti iuris, & renunciationis. vt
probat Aymo. conſil.227.colum.fin.& conſi.297.
colu.3.& ſeq.paruæ impreſſionis. intendit enim di
ctum ſtatutum operari vltra ius cōe, cum diſponat
renūciationes adultarū alias de iure cōi validas, &

factas cum consensu duorum proximorum plenè
valere,& duo propinqui interuenire debent,ne ip-
sa adulta lædatur,ꝙ saltem habeat dotem congruã,
vt dictum est.vt exclusa proprio pacto non sit dete
rioris conditionis, quã esset, quando exclusa esset
statuto,quo casu dos constituenda arbitrio propin
quorum,non debet esse minor legitima,vt sunt no
tæ decis. non obstat,quòd dictum statutum dispo-
nat,& loquatur in renunciationibus adultarum, &
nos sumus in renunciatione mulieris maioris,quia
casus noster similis est casui disposito in dicto sta-
tuto,maiorem habens rationem, quòd renuncians
non fuerit decepta, quia maior, & eum præsentia,
& consensu mariti renunciauit,& regulatus eadem
ratione agnationis conseruãdæ debet decidi, & in
eo procedi secundum dispositionem expressam di-
cti statuti sub rub.85.in fi.lib.2.sic disponente alio
statuto in primis additionibus rub.22.ꝙ in casibus
nõ dispositis expresè per dicta statuta procedatur
de similibus ad similia casibus in statutis compre-
hensis,vt in simili ponit Dec.d.consil.527.col. fin.
35 ver.sed respõdetur.vnde in correctorijs † etiam da-
retur interpretatio extensiua Bal. in l.qua actione.
§.proinde.ff.ad l.Aquil. & in l. omnes populi.col.
9.vers. modò quæro.de iustit.& iur.& in l.non du-
bium.col.2.nu.16.C.de legi. & Perus. in c. 1. col.
fin.in 20. limit. de tempor. ordin.lib.6. posset hoc
fundamentum alijs medijs corroborari, sed breui-
tatis causa omitto, existimans prædicta sufficere:
Quartò non ab re est, neque tedet recensere fa-
cta & casus in quibus Doct. fere omnes, quos
potui legere, consulendo responderunt in mate-
36 ria similium renunciationum. † Nam Federic. de
Sen. ab omnibus allegatus & aliorum primus in
consil. 199. quæritur an domina Margarita. lo-
quitur in muliere minore, & seducta fraude & er-
rore, Petrus de Ancha. in consilio 38. loquitur in
muliere minore renunciante patri, metum reueren
tialem verisimiliter inferenti. & in consilio 180.
83. 330. 338. & 385. loquitur in minoribus vt
seductis fragilitate & leuitate ætatis, Anton. de
Butri. in consilio 45. loquitur in muliere mino-
re. idem in c. cum contingat. in quarto casu. de
iureiurand. Paul. de Castr. in consil. 305. libr. 2.
loquitur in filia renunciante patri, & læsa exces-
siuè in maxima quantitate, & in consil. 174. eod.
lib. loquitur in puella, nondum nupta penes pa-
trem existente, & patri renunciante. Aret. consil.
92. colum. 2. in muliere minore, & ignara. Cal-
ca. consil. 25. num. 31. in non babente notitiam
sui patrimonij. Cum. consil. 180. in minore lo-
quitur. Corn. consil. 189. lib. 1. loquitur de læ-
sione facta in octuplo, & consil. 166. lib. 1. lo-
quitur in minoribus, & in excessiua, & enormis-
sima læsione. & consilio 214. lib. 3. loquitur in
muliere minore, & læsa in triplo. & consilio 11.
& 124. & 161. lib. 3. in muliere minore innupta
existente in sortia illius, cui renunciauit. & con-
silio 179. in muliere minore multis modis dece-
pta enormissimè, & consil. 291. colum. fi. in mu-
liere minore læsa multum excessiuè. & consil. 147.
& 258. lib. 4. loquitur in mulieribus minoribus, &
non nuptis, sub patria potestate existentibus, & læ-
sis excessiuè vltra triplum, & quadruplum, Socin.
consil. 263. lib. 2. loquitur in puella innupta re-
nunciante patri, & consil. 20. libr. 3. loquitur in se-
ducta falsis narrationibus in domo illius, cui re-
nunciauit, Iason. consil. 133. lib. 4. loquitur in mu-
liere minore, & cõcurrentibus fragilitate sexus, mi
nore ætate, enormi læsione, & reuerentia, quã puel
la habet ad patruum, sub cuius dominio, & guber-
natione manserat post mortem patris, vt ibi in 5.
col. Dec. consi. 180. & consi. 203. loquitur in dece-
ptis per errorem postea detectũ, & non habentibus
informationẽ, & scientiam bonorũ. Cur. Iun. cons.
53. in minore loquitur, Rui. cons. 107. lib. 1. loqui-
tur in muliere minore, & cons. 70. d. lib. 1. loquitur
in muliere minore, stante sub gubernio fratrum ma
iorum, & cum eis habitante, & consil. 60. lib. 3. in
muliere minore non nupta sub gubernio, & in do-
mo fratris, cui renunciauit. Aymo. consil. 142. in
muliere minore, nondum nupta, renunciante vitri-
co, sub cuius gubernio erat. & consi. 192. loquitur
in minore non habente scientiam suorum bonorũ,
vt ibi nume. 5. ex quibus sic relatis clare colligitur
* comm. opin. & mens doct. ꝙ renunciationes † mu-
37 lierum non ita de facili rescinduntur, nisi supra re-
lata concurrant. s. enormis læsio, reuerentia perso-
narũ, fragilitas sexus, & minor ætas, vt distinguen-
do expresè sentit Paris. d. consil. 26. num. 77. lib. 3.
& Ruin. consil. 60. num. 18. lib. 3. & Corn. d. 291. in
fin. lib. 4. dicit, dato quòd forte vnumquodq; me-
dium supradictorum nõ arctaret necessariò, ex om
nibus tamen concludit ad dictum rescissionem.

Quæ omnia in casu isto non solum non concur-
runt, sed etiam aliquid eorũ non interuenit. & om-
nia cessant, quia nõ ꝓbatur læsio enormis, vt s̃. de-
ductum est, dicta Anestasia erat sciẽs ualoris bono
rum, maior, sagax, nupta, & fragilitas sexus fuit in-
tegrata per præsentiam, & consensum viri, & renun
ciationẽ fecit fratri minori seorsum ab eo habitan-
do, & in domo sui mariti, vt in dicto instrumẽto le
gitur, adeo ꝙ dicta ꝗetatio omnino debet esse irre
uocabilis & firma, arguendo ab oppositis superius
relatorũ. per l. & si cõtra. in fi. & ibi Bart. de vulg. &
pup. & per not. in l. secundum naturam. de reg. iur.
38 quælibet † etiam minima mutatio facti diuersi à fa
ctis, & casibus, in quibus consuluerunt tot patres
supra nominati, facit, vt diuersum respondeatur de
iure ab his, quæ tenenda ipsi consuluerunt. nota.
Albe. in l. si ex plagis. §. in cliuo. ad l. aq. Spec. in §.
nunc tractemus. col. 1. de aduo. Dec. in l. precibus.
in 2. not. de impub. & al. sub. & cons. 599. nu. 6. quia
ꝑmissum est mulieribus, maiorib. sagacib. habitan-
tibus seorsũ à fratre cũ uiris, aliquo recepto, residuũ
liberaliter remittere fratri, vt ꝓpriè acerrimus aliàs
pugnator renũciationum mulierũ firmat Anch. d.
cons. 433. postq̃. col. fi. maximè ratione cõseruãdæ
agnationis, regulãte statutũ cõualidãs dictas renũ
ciationes, vt s̃. deductũ est, & errore aliquo nõ pro-
bato,

bato, qui debebat ostendi, probando rẽ aliter se habere, q̃ ipsa mulier cogitauerit, & fecerit. vt p Bal. in l. sed & si. §. itẽ quæritur. ff. si quis caut. & in l. cũ proponebatur. ver. extra quæro. de leg. 2. Ale. cons. 102. col. fi. ver. igitur. lib. 1. & Bar. in l. non fatetur. col. 3. de confess. hic error non probatur, quia ista mulier ex certa sciẽtia & mera sua voluntate remisit totum, & sciens valorem suorum bonorum, vt probatum est, quietauit fratrem, & liberauit de omni & toto eo &c. ex causa partim donationis, & partim pro his, quæ recepit ab eo.

39 Differt † ergo cum inceperit à generali liberatione pactum, sicut differt, quando incipit à conditione. vt l. ita stipulatus sum te sisti. §. pen. de verb. obligat. ꝙ probari error non possit, de quo senserit renuncians, cum generaliter renunciauerit, & vt generaliter renunciata complectantur, causas apposuit generaliter omnia amplectentes, partim donationis, & partim ob recepta, generaliter ergo debent operari, per iura vulga. Itaque ex his quatuor rationibus, Prima, ꝙ non sit concludenter probata allegata enormis læsio. Secunda, ꝙ scienter, & notitiam habens de valore bonorum, maior, & sagax, & cum præsentia, & consensu viri renunciauerit fratri, seorsum habitanti. Tertia, ꝙ renunciatio plenam habeat firmitatem, & habita dote congrua ad mensuram legitimæ, enormis læsio allegari non possit per legem municipalem, fundatam in ratione conseruandæ agnationis, conualidantem ipsam renunciationem. Quarta, quòd casus noster sit longe diuersus à casibus, in quibus aliàs contra consuluerunt omnes ferè doctores, & minimè concurrant talia, quæ possint mouere nos ad aliter tenendum, quinimo opposita concurrunt, vt teneamus conclusionem hanc, quam arbitror de iure te-
40 nendam, quòd dicta Actrix sit † exclusa penitus, & venire non possit contra dictam renunciationem factam à matre, per supra alle. & l. cum à matre. C. de rei vend. Alex. consi. 29. col. fin. lib. 3. cum vulg. eo præsertim multum faciente, quòd ipsa mater viuens super huiusmodi renunciatione conquæsta non fuerit. vt l. pen. & ibi glo. fi. C. de rest. milit. expressè dicit Angel. consil. 353. Florentiæ. col. 1. vltra med.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

De iure emphyteutico, & intellectu pactorum pro se, &c. vsque in tertiam generationem.

SVMMARIVM.

1 Pactum appositum in inuestitura, quòd præmorientis portio in superuiuentes deueniat, & accrescat, intelligitur, si præmoriatur sine filijs.

2 Pronepos comprehenditur in inuestitura concessa cum his uerbis, in eius tertiam generationem, & personam completam.

3 Pronepos in inuestitura an comprehendatur appellatione tertiæ generationis.

4 Verba uidentur apposita causa demonstrandi, & non taxandi, & limitandi præcedentia.

5 Principium est potissima pars cuiusque rei.

6 Linea est nomen collectiuum, & dicitur, collectio personarum ab eodem stipite descendentium.

7 Dictio, per, totalitatem designat.

8 Fideicommissa sunt latè interpretanda.

9 Contractus sunt strictè interpretandi.

10 Iudicium idem de principio, quod est de his, quæ sequuntur ex ipso principio.

11 Species quãdo determinet, & restringat ex toto genus.

12 Copula, &, requirit concursum vtriusque.

13 Statuto stante, quòd quis admittatur ad successionem, si est de linea paterna & agnatitia, non sufficit, quòd sit de linea agnatitia.

14 Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.

15 Successorum appellatione venire hæredes sanguinis.

16 Stipulationibus id sequimur, quod minimum est.

17 Renouatio, & repetita concessio facit acquirere etiam post emolumentum acquisitum. & in hoc differt à iure accrescendi.

18 Dictio, itaque, proprie declarat præcedentia.

19 Verba operantur secundum naturam actus, super quo interponuntur.

20 Verba sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid, & per prius, ac in potiori significato.

21 Scriptura notarij mortui reperta in foliatijs ipsius, & carens eius subscriptione & signo, ex iudicis commissione leuari non potest ad instrumentum probans, & fidem faciens, secundum magis communem.



DVo insignes Iureconsulti, qui responderunt in fauorẽm Vincentij, & Federici de Sanctutijs de Vrbino, latissimè & subtiliter explicarunt articulũ hunc, quòd filius dum tractatur de successione inducta ab homine ad rem præcipuè non transmissibilem ad quemlibet hæredem, non subintrat in locum patris, & cum patruo non admittitur ad huiusmodi successionem. Itaque super eo aliud adduci, esset luci solis lucem addere, igitur mihi sat est, idem sentire de eo, & non solum oportunis allegationibus, sed etiam authoritatibus eorum non obscuris credere.

Verùm alius articulus magis dubium me reddit prima facie contra dictos Vincentium & Federicum. Nam emphyteusis accepta prius per Nicolaum partim pro domina Franciſchina vxore, & eius filijs, & nepotibus, & pro se, & filijs, mortuis ipsis coniugibus, deuoluta est pro virilibus portionibus ad dictos Vincentium, Federicum, Bernardinũ, & alios suos filios. Bar. & doct. in l. gallus.
1 §. quidam recte. de lib. & posthum. & pactum † ap-

positum in inuestitura, super quo videntur Vincen
tius & Federicus agentes se fundare, quòd præmo-
rientis portio in supr auiuentem deueniat & accre-
scat &c. intelligitur, si pręmoriatur sine filijs, p ea,
quæ tradit Ias.in l.cum acutissimi.C. de fideicõ. &
Soci.in l.cum auus.col.53.in q.8.de cond.& dem.
Bart.& alij in l.si mihi & Titio.de verb.oblig.dum
tractant, si ius accrescendi locum habeat in em-
phyteusi, præsupponunt, quando vnus emphyteu-
ta decesserit sine filijs. idem Bart.consil.58. col.1.
sub versic.præterea posito, & Pau.Castr.consi.300.
col.fin. lib.2. & Dec. consil.263.col.2. Cum Ber-
nardinus obierit Antonio filio superstite, eius por-
tio bonorum emphyteuticorum non est desecta,
ita q sit locus dicto pacto iuris accrescendi, quia ip
se filius in inuestitura comprehensus ad dictam (de
qua agitur) portionem admittitur. per nota. Bart.
& doct.in l.quod dicitur.de verb.obligat. Ad ean-
dem videtur admittendus D. Ascanius reus cõuen
tus vt pronepos dicti Nicol.primi emphyteutæ, &
filius dicti Antonij comprehensus in eadem prima
inuestitura concepta pro filijs & nepotibus per di-
rectam lineam vsque in eius tertiam generationẽ,
2 & personam completam, ita quòd ratione † dictio-
num, eius, & completam comprehenditur prone-
pos. Bald.in auct.si quas.C.de sac.sanc.eccl. & cõs.
448.lib.3.& consi.375.lib.4.Alexan.con.110.col.
pen.lib.3.& latè in consi.125.lib.5.Iaso.in l.2. col.
60.ver.Iuxta prædicta.C.de iure emph.Goz. cons.
25.num.17. Dec.consi.524.in prin.& Ruin. consi.
* 166.sub num.6.lib.1.dicit q communiter ita tene
3 tur, Articulus iste, an pronepos † comprehendatur,
inficiari non potest, quin dubius sit, vt latè demon-
strat, & fatetur Socin. consi.25. col.2. & seq.lib.1.
vbi postremo loco arguit, & videtur se firmare in
parte negatiua, q nõ comprehendatur appellatio-
ne tertiæ generationis. per auct.& iura allegat.per
eum, & nouissimè per Gabr.Rom.in tract. de com.
opin.lib.3.tit.de iure emph.conclu.4. quod autem
facit: Socin.hæsitare, & d.Gab.ponere varias opi.
est, quando diceretur in suam, vel ipsius tertiam ge
nerationem: quia nominãdo quis suam generatio-
nem, non videtur se includere, cum nemo se ipsum
generet, & in hac ratione ferè consistit vis tota opi
nionis affirmatiuæ, hanc rationẽ fundatam in pro-
nomine suam, vel ipsius refutat Pau.Cast.con.338.
4 Ad primum. col.1.lib.2. q dicta † nomina intelli-
gantur potius opposita demonstratiuè quàm dispo
sitiuè per l.fi.§.titia.de lib.leg.not.per Bar.in l. cen
turio.col.pen.ver.quæro iuxta prædicta.de vulg.&
pupil.cõprobatur ex alleg.ibi per Ias.col.26. & per
Roma.con.343.col.2.& seq.& Cor.cons.59.litera
d, lib.4.& Fel.in c. super literis.de rescrip. in 3.col.
& Dec.consi.324.col.pen.ver.quarto facit.vbi di-
cit, q verba videntur apposita causa demõstrandi,
& non taxandi, & limitãdi præcedentia. Quamuis
Cast.in d.cons.loquatur, quando non adesset copu
la, & vsque in tertiam generationem: quia staret
ampliatiuè. Tamen in casu proposito adsunt alia, p
quę iure teneri possit opinio negatiua, & q sentẽtia
lata in fauorem ipsorum Vincentij & Federici de-
beat in causa appellationis confirmari. Sic enim
demonstrãtur iura dictorum Actorum clara & in-
dubia, q ipsi filij primi emphyteutæ sunt vocati in
dicta inuestitura ad portionem illius, cuius deficit
linea, iure accrescendi, ex pacto inducente sic factã
concessionem tacitam ex prima inuestitura. Bar. &
omnes in d.l.si mihi & Titio. Bald.Salyc. & Mod.
in l.1.C.quando non pet. par.expressè Corn.cons.
122.col.fin.circa princ.lib.3.dicit idem esse, si ne-
pos, cuius personam nõ egreditur emphyteusis, de-
cedat cum liberis, & sic quoad eius lineã finita est
emphyteusis eius portio deuoluitur ad comprehen
sum in inuestitura primi stipulatoris. idem sentit
Alexand.consi.44.col.2.sub ver.potest etiam con-
tingere.lib.2.cum simil. alleg.per Dec.consil.263.
col.2.Dominus Ascanius pronepos reus conuen-
tus necesse habet ostendere se comprehensum in
prima inuestitura: alias succumbere debet per iura
clara dictorum Actorum. Non aliter potest osten-
dere, nisi quòd sit comprehensus in tertia genera-
tione, per alleg. superius pro opinione affirmatiua,
eo quòd numeratio tertiæ generationis non inci-
piat à primo emphyteuta, sed ab eius primis filijs,
Sed euitando decisiones & authoritates cõtrarias,
dico in specie proposita numerationem generatio
nis incipiendam esse à Nicolao & domina Franci-
schina primis emphyteutis, ex duobus.

Primò in particulis inuestiturarum, de quibus
agitur, adest clausula, & per directam lineam vsq;
in eorum tertiam generationem ac, quòd progres-
sus ad tertiam generationem fit per lineã directã,
ergo necesse est incipi à principio lineæ vt deuenia
tur ad finem eius hic determinantem tertiam gene
5 rationem pro fine ipsius emphyteusis. quia † cuius-
que rei potissima pars est principium.l.1.ff.de orig.
iur. quod principium & origo debet attendi.l.tu-
tor.ff.de fideius.& l.qui id.de donat.In emphyteu-
si propriè inspiciendo primum emphyteutã, atten-
dendum esse initium & originem cuiuscunque en-
tis tanquam radicem, dicit & comprobat Ias.cons.
39.col.4.ver.quarto prædicta.lib.3.Principium au
tẽ dictæ lineæ est Nicolaus quoad emphyteusim p
eum acceptam pro se & filijs &c. & quoad acceptã
pro D.Francischina & filijs &c. est ipsa D.Francis.
quia pater seu mater est linea, per quam debet de-
scendi. vt tradit Soci.in d.l.Gallus.§. nunc de lege.
mihi sub num.4.maximè cum tractetur de succe-
dendo in emphyteusi prædictorum coniugum, eo-
rum lineæ directæ sunt attendendæ, per ea quæ in
simili tradit Soci.cons.33.col.3.sub num.10.lib.3.
6 nam linea † est nomẽ collectiuum, quia dicitur col
lectio personarum ab eodem stipite descendentiũ,
vt diffinit Io.And.in decla.arboris consang. col.1.
inserta in decr.lib.6.Bald.consil.334.lib.3. In istis
collectiuis appellatione eorum continetur caput
& principium eorum.l.familiæ.ff.de verbo.sign.&
ibi Alciat.hæc collectiua non membris solum, sed
etiam capite cõstant. Cum igitur descensus primæ
secũdæ & tertiæ generationis fieri debeat per dire
ctam

ctam lineam ipsorum coniugum respectiuè, cuius
ipsi sunt caput & principium, de necessitate vide-
tur concludendum, eosdem coniuges computari in
dictis generationibus. ne caput lineæ dicatur absci
sum ex ea, per quam totam debet fieri dinumera-
tio adscriptarum generationum, ex dictione per,
7 † quæ totalitatem designat. l. vrbana familia. in fi.
ff. co. ex quibus cessat, quod dicit Pau. Ca. in l. ma-
ritus. col. fin. C. de procur. qui dum loquitur quòd
linea non incipit à patre, sed in filijs, procedit ratio
ne qualitatis masculinitatis, vt liquet ibi. si enim
pater, qui recipit, haberet filios masculos & filiam
fœminã, incipit in masculo linea masculina ipsius
patris, & in fœmina incipit linea fœminina &c. &
cessat quod Ang. in authen. de rest. fideicom. dicit,
caput familiæ non esse de generatione. quia hoc di
ci non potest, dum generationum enumeratio fie-
ri debeat descensiuè per directam lineã. & pôdera
tio circa generationem enumerandam in emphy-
teusi, quã ibi facit ex illo tex. loquẽte in fideicom-
8 missis † latè interpretandis. per l. in testamentis. de
reg. iu. non procedit in emphyteusi, & sic in contra
9 ctibus strictè interpretandis. † l. quicquid astringen
dæ. de verb. oblig. & habente certam determinatio
nem à iure de generatione incipienda à primo reci
piẽte. §. emphyteusim. in aut. de nõ ali. ubi ergo sim
pliciter dictum esset, per directam lineam, proce-
10 derent superius dicta, quia † idẽ de principio, quod
est de his, quæ sequatur ex ipso principio. Castr. in
d. l. maritus. in fin. post Cyn. ibi, cum alijs alleg. ab
Aym. consi. 150. nu. 3. Quinimo huiusmodi funda
mentum Paul. de Ca. quòd linea incipiat in filijs,
est falsum, quia linea incipit ab ipso patre, & filij &
descendentes dicuntur de linea ipsius patris. l. stẽ-
mata. ff. de grad. affi. & §. 1. inst. co. ita dicit Iaso. in
l. 2. col. 73. vers. vigesimo primo. circa fi. C. de iure
emph. allegando etiam Saly. inter cons. Anch. con.
95. In quæstione. col. fin. Vnde si computẽtur dicti
coniuges in linea, per quam deuenitur ad tertiam
generationem, corruit fundamentum tenentium
partem affirmatiuam, & pronepos est extra dictam
tertiam generationem.

Secundo ẽt corruit, quia non simplicirer in ter-
tiam generationem dicit, vt doct. allegati in con-
trarium loquuntur, sed in casu proposito dicit in
tertiam generationem & personam completam.
Adeo q̃, seu dicamus, ista duo nomina substantiua
simul posita, primum continere generalitatẽ quan
dam, secundum speciem respicientem determina-
tionem primi nominis significatiui generis, species
11 † tunc determinat & restringit ex toto genus. l. cũ
delanionis. §. quidam. Bar. in l. quæsitum. §. fin. col.
pen. ver. si verò adijcitur genus. ff. de fund. instr. &
Abb. in c. sedes. col. fin. de rescript. copula & tunc
exponitur pro idest, Bart. & Abb. in dictis locis. &
Fely. in c. 2. col. 11. versi. fallit secundo. de rescript.
Gui. Pa. in q. 527. quod procedit quando genus &
species non sunt diuersa, vt per Fely. in loco præal-
lega. & Afflic. in deci. 106. circa fi. & quoniam, hic,
nomen generatio posset differre quantitate à no-
mine persona, & sumus in materia stricta, non com
prehenduntur maiora in quantitate, vt tradit Abb.
in d. c. sedes. col. 5. versi. secundo casu, seu dicamus
dicta nomina stare copulatiuè, vt sonat sermo, per
12 copulam, & † vtrunq; tunc requiritur concurrere,
q̃ sit tertia generatio, & tertia persona, vt quis con-
tineatur in emphyteusi, vi copulatorum. vt l. si hære
di plures. ff. de condi. inst. & l. si quis ita stipulatus
fuerit decẽ. de verb. obl. præsertim cũ sint copulata
ista nomina simul vno respectu solius finis ipsius
emphyteusis, facit quod in simili dicit Soci. d. con.
13 33. col. 3. sub ver. præmissis. lib. 3. stante statuto † q̃
quis admittatur ad successionem, si est de linea pa-
terna & agnatitia, non sufficit quòd sit de linea a-
gnatitia, cum simil. quæ possent allegari in mate-
ria copulatorum. Igitur quocunque casu, cum da-
ta sit emphyteusis vsque in tertiam personam D.
Ascanius pronepos non continetur, sed intelligitur
de filijs & nepotibus. vt dicit Bal. in add. Specul. de
loca. col. 3. ver. ecclesia potest dare. Sequitur Imo.
in d. l. quod dicitur. col. 9. versic. aduerte tamen. de
verb. oblig. & ibi clarius firmat Alexan. col. 20. sub
num. 23. dicens non procedere cons. Bar. & dicta
per Bal. in d. auc. si quas. quando dictum esset in ter
tiã eius personam. quia possunt verificari hæc ver-
ba in tribus personis, computata persona recipien-
tis. Cum prima persona recipientis potest optimè
dici eius persona. Alexã. allegat facere. l. ex perso-
na. C. de proba. & l. in personam. de fideicom. Ad-
do tex. in §. quod autem dictum est. in auth. de non
alien. circa med. habentem hæc verba, nisi in sola
emphyteusi temporale, secundum quòd dudum à
nobis dictum est in tribus personis talibus quales
prædiximus &c. prædixit enim in eo. tit. supra in §.
emphyteusi. ibi, & in accipientis persona, & in duo
bus eiusdem personæ hæredibus &c. ex quo tex. cla
re habetur, quòd tertia persona in emphyteusi ec-
clesiastica cõputatur cum persona prima accipien-
tis, sub qua tertia persona nõ venit pronepos. & ad
do tex. alium in l. fin. C. de reuoc. dona. vbi primus
acceptor donationis dicitur prima persona. hanc
interpretationem admittit subiecta materia ipsius
emphyteusis concedendæ vsque ad tres personas
successiuas, per tex. in d. §. quod autem. secundum
quam subiectam materiam sunt intelligenda dicta
14 verba † per. l. insulam. de præscr. verb. & l. si vno. in
pri. loc. cum concord. cumulatis per Hier. Cagn. in
l. semper in obscuris. de regu. iur. & in rub. num. 21.
ff. si quis iusdi. non obtemp. nam subiecta materia
facit, quòd pronomen, suum, non importet domi-
nium. Afflict. in deci. 403. num. 14. & facit impro-
priari verba. Alex. consi. 86. col. fin. versi. non obst.
verbum lib. 1.

15 Et appellatione successorum † venire hæredes
sanguinis. Aym. consil. 251. num. 4. & facit vniuer-
salem restringi. idem Aym. consi. 256. col. pen. ver.
quarto dico. & cons. 259. sub nu. 5. sic in specie tra-
dit Bellonus cons. 80. sub nu. 7. versi. quia contra-
hentes. & admitti debet, quia minus est significatũ
verborum in tertiam personam, cum non veniat
pronepos

pronepos qui faceret emphyteusim lõgioris temporis & plurium personarum quàm faciat significatum aliorum verborum, in eius tertiam generationem, quæ continerent pronepotem secundum opin. tenẽtium contrariam partem. In stipulationi
16 bus † autem id sequimur, quod minimum est. l. semper in stipulationibus. de reg. iur. idem sequimur in ambiguis. l. semper in obscuris. & ibi glo. eo. cum vulg. Non obstat, quòd videatur stare ampliatiuè particula illa, & per directam lineam &c. vt sentit Castr. in d. consi. 338. col. 1. lib. 2. ex copula, &, l. ea tamẽ adiectio. de leg. 3. & debeat aliquid operari, quoniam respondetur, eam stare ampliatiuè & operari in hoc, quòd sine ea non haberet locum ius accrescendi in emphyteusi. doct. in d. l. si mihi & Titio. & in l. re coniuncti. de leg. 3. sed per eandem particulam continentem quandam connexitatem, & coniunctionem, ac inclusionem cõprehensorum, & expressorum in acceptatione emphyteusis, vt sunt filij, & nepotes expressim nuncupati, finita ipsa emphyteusi in persona vnius, videtur conuentum, quòd statim sit denuo concessa, & renouata emphyteusis in personam alterius, virtute verborum, vsque in tertiam generationem, & personam. per. l. sicut. & l. repeti. ff. qui. mod. vsusfr. amit. tradunt Bar. & doct. in d. l. si mihi & Titio.
17 Bart. in d. consi. 58. num. 3. quę renouatio † & repetita concessio facit acquirere etiam post emolumẽtum acquisitum, & in hoc differt à iure accrescendi. istudque putat verissimum Rui. consi. 169. num. 3. lib. 1. quòd hanc ampliationem contineat dicta particula, ostenditur ex subsequenti particula. itaque præmorientis portio in supraviuentes dicto iu
18 re deueniat &c. quæ dictio, ita q;, † proprie declarat præcedentia, vt c. cum M. Ferarien. de cõst. Dec. consi. 227. num. 6. cum simil.

Sic verba etiam operantur secundum naturam
19 actus super quo interponuntur † Alex. consil. 21. num. 8. lib. 5. Nam principalis dispositio inclusionis emphyteutarum facta est pro accipiẽte, & filijs, & nepotibus, unde accessoria, clausula illa, & per lineam directã usque in eius tertiã generationẽ &c. & concepta per verba generalia, latius loquens, q̃ præcedens dispositio, non comprehendit nisi tantum præcedentia, & non alterat uim primariæ dispositionis, sed etiam confirmat in suo intellectu, nihil addendo, sic alios allegantes firmãt Dec. con. 195. col. pen. ver. secundo diligenter. & Aymo, con. 231. col. 3. sub num. 9. & declarat intentionem circa concessa. Aret. consi. pen. Magnifici. col. 3. ad fi. & ista est concludens ratio, conueniens menti contrahẽtium, qui cum expressẽrint pro filijs & nepotibus per alia verba accessoria, & in confuso prolata, non præsumuntur, se statim correxisse vltra nepotes, in extendendo acceptationem emphyteusis ad pronepotes. ar. l. non ad ea. de cond. & demon. quæ allegatur etiam ad contractus, vt per Roma. in l. si quis cũ aliter. in fi. de verb. oblig. & Alex. consi. 49. in fi. lib. 2. Non obstat etiam quod Alex. d. consi. 125. col. 3. lib. 5. & Rui. d. consi. 166. num. 8. lib. 1. dicant, appellatione nepotis uenire pronepotẽ, quia sit proprie
20 nepos. quoniã respondetur † quòd verba sunt intelligenda simpliciter, & nõ secundum quid, & per prius ac in potiori significatu. Soci. consi. 47. col. 2. ver. præterea dato. lib. 1. & con. 207. col. pen. vers. secundo quia. lib. 2. sed pronepos non est simpliciter nepos, sed secundum quid, & per posterius, cum ad iectione, pro, & post nepotem ueniens. præterea in casu isto ob computationem generationum fiendã per totam lineam directam, & ob nomina in tertiã personam, esse exclusum pronepotem, superius latè dictum est.

Quo vero ad diuisionem oppositam dicendum est, illam nõ probari per illam scripturam assertam
21 notarij mortui, quæ † reperta in foliatijs dicti notarij, & carens subscriptione & signo notarij ex Iudicis commissione leuari non potest ad instrumentum probans & fidem faciens, secundum ma-
* gis com. opin. Hier. Cagn. in l. si librarius. num. 36. de regul. iur. quæ diuisio etiam si probaretur, per eam nullo modo impediretur petitio dictorum bonorum emph. maximè alienatione non secuta. vt latè probat. Dec. consi. 263. col. fin. & conf. 326. col. fin. Alex. consi. 117. col. fin. lib. 4. & doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ex quibus breuiter censeo, de iure respondendum in fauorem dictorum Agentium. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

De nullitate diuisionis erroneæ ratione fideicommissi obuenientis.

SVMMARIVM

1 *Minor diuidens, & diuisionem nulliter factã obseruãs, & tacens usque ad suæ ætatis annum quadragesimum, non potest contrauenire ex approbatione inducta per lapsum quinquenny post perfectam ætatem.*
2 *Solemnitas requisita à statuto in diuisionibus fratrũ, quod interuenerit, videtur præsumi ex lapsu longissimi temporis annorum triginta & vltra post diuisionem.*
3 *Proximior grauati admittẽdus est ad fideicommissum.*
4 *Filius habens penes se testamentum paternum continens fideicommissum, præsumitur de eo habere scientiam.*
5 *Præscriptio triginta annorum post adultam ætatem decursa, excludit à petitione fideicommissi, & diuisionis erroneæ reuocatione.*
6 *Coniunctio facta à testatore, præfertur coniunctioni naturæ, & sanguinis.*
7 *Diuisio erronea quo casu reformanda sit.*
8 *Portio hæreditariorum bonorum prædefuncti fratris in diuisione data per errorem vni fratri, cui non obueniebat, potest conditione indebiti repeti.*
9 *Asserere, & non respondere contrarijs, parum esset.*

Principium

10 *Principium attendi debet.*
11 *Ignorantia præsumitur, maximè facti alieni.*
12 *Testatorem instituendo, & substituendo cogitasse, & disposuisse de filijs nascituris, satis est.*
13 *Casus habetur pro disposito, de quo sic verisimiliter disposuisset testator, si fuisset interrogatus.*
14 *Scientia alicuius rei non sufficit, nisi eius contenta, & qualitates sciantur.*
15 *Venter uxoris, si prægnans esset, quando est institutus, an posthumus natus post testamentum per plures annos, censeatur institutus.*
16 *Error iuris dubij dicitur æquipollere errori facti. & eius, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur.*
17 *Dispositum à statuto, ex quibus verbis cognoscatur esse de forma.*
18 *Statutum debet ad vnguem seruari, prout iacet, & loquitur.*
19 *Dolus ostenditur ex enormissima læsione.*
20 *Lex fin. C. si maior facta. non habet locum in pupillo ignorante, & contrahente nulliter alio defectu, quam decreti.*
21 *Ratificatio vt valeat, requirit scientiam iuris & facti.*
22 *Lex fin. C. si mai. fac. non habet locum in contractu, ubi interuenit dolus.*
23 *Approbatio omnimodo requirit scientiam.*
24 *Legis fin. C. si mai. fac fundamentum quale sit.*
25 *Glosa in l. pen. C. com. diuid. quo casu procedat, & non.*
26 *Præsumptio solemnitatis extrinseca, & statuti forma seruata cessat ubi cōstat ex scriptura de actu celebrato confecta solemnitatem non interuenisse, & ubi diuersa pars negat interuenisse.*
27 *Ignorantia uerisimilis iuramento probari potest.*
28 *Tutores, si non dicantur legitime dati, & confecto inuentario, non dicuntur tutores, & non possunt in aliquo præiudicare pupillo.*
29 *Veritas contentorum in testamento, vt de his possit, & cēseatur pacisci, & remitti, haberi debet cognitis, inspectisq́; verbis testamenti.*
30 *Præscriptio non habetur in consideratione, nisi de ea à parte fuerit facta exceptio.*
31 *Præscriptio omnis, etiam statutaria, requirit bonam fidem.*
32 *Remedium l. 2. C. de rescin. vendit. competit deceptis in diuisione.*
33 *Restitutio in integrum ex clausula generali (si qua mihi iusta causa, &c.) conceditur ob iustam & probabilem ignorantiam aduersus præscriptionem triginta annorum.*
34 *Restitutio in integrum ex clausula (si qua mihi iusta causa &c.) nunquam per uerba legis, vel statuti, etiam generalissima, intelligitur adempta, nisi specialiter dicatur.*

DEVS ADSIT ADIVTOR.



Vper facto ꝓposito à Gregorio de Terra Montisflorū, perlecto diuisionis instrumento inter eū, & Antonium suū fratrem confecto de anno 1518. prima facie dicendū videtur, ipsum Gregorium contra dictam diuisionem venire non posse, eo respectu, ꝙ dicta diuisio fuerit inualida, non seruata forma statuti dictæ Terræ sub Rub. de rerum communium diuisione circa diuisionem rerum pupillorum
1 fiendam, quia minor † diuidens, & diuisionem nulliter factam obseruans, & tacens vsque ad suæ ætatis ann. 40. non potest contrauenire ex approbatione inducta per lapsum quinquennij post perfectam ætatem per l. fin. C. si ma. fac. alie. si decr. fac. ra. ha. de qua plenè per Paris. consi. 49. lib. 1. obseruantia enim conualidat diuisionem l. quædā mulier. ff. famil. hercis. quæ de nouo ex ea videtur inducta. Aymo. consi. 19. num. 4. cum alijs per eum alleg. in cosi. 101. nu. 4. & consi. 211. num. 8. & con. 65. num. 11. & alibi, vel & diuisione post an. 15. tacite inducta ex separata possessione bonorum diuisorum continuata per annos 15. ita quòd standum sit dictæ diuisioni. per gloss. in l. pen. C. com. diui. tradit Bal. in consi. 282. proponitur quòd minor. lib. 2. & consi. 234. diuisio à principio. lib. 4. Solemnitas autem euidentis causæ diuisionum bonorum minorum fiendarum declarandæ arbitrio D. Potestatis, & portionum congruarum fiendarum per fratrem natu maiorem, & electionis habendæ per minorem requisita à dicto statuto, quòd interuenerit
2 † videtur præsumi ex lapsu longissimi temporis an. 30. & vltra decursi post dictam diuisionem factam. per ea, quæ tradit Alex. con. 79. col. 3. & con. 113. lib. 1. Soci. consi. 15. col. pen. lib. 1. & moder. in l. sciendum. de verb. oblig. procedunt eo maximè prædicta, quia maior debet esse portio dicti Antonij. quam ea Gregorij, prout est, & quanta sit portio Blasij alterius fratris dicti Antonij vtrinque coniuncti, & dicti Gregorij consanguinei, prædefuncti sine filij, cum eiusdem Blasij bonorum portio ex fideicōmissaria substitutione spectauerit ad dictum Antonium, solum vtrinque fratrem coniunctum, qui vt proximior grauati admittendus
3 videtur ad fideicommissum. † Soc. in l. si cognatis. col. fin. de reb. dub. & consil. 249. lib. 2. Cur. Iun. consi. 125. Rui. consi. 166. num. 5. lib. 2. cum pluribus cumulatis à Tiraquel. in §. 11. glo. 1. num. 20. de retrac. lig. ergo nō erronea, sed iusta est dicta diuisio. Præterea cū Gregorius habuerit testamentū paternum penes se, continens fideicommissum inter ipsos fratres hæredes institutos, præsumitur,
4 † de eo habuisse scientiam. Abb. consil. 19. lib. 2. Alex. consi. 113. num. 22. lib. 6. Aymo. consi. 255. sub num. 4. & tempore dictæ diuisionis per præcedentem mortem dicti Blasij esset purificatum dictum fideicommissum, videtur ipse Gregorius per dictam diuisionem, cum conuentione de non veniendo contra diuisionem, renunciasse dicto fideicōmisso. arguendo ex l. Titius. ff. qui mod. pig. sol. firmant post Pau. de Ca. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 9. sub num. 27. & Ias. col. 10. & Rip. num. 17. de verb. obli. Dec. consi. 79. in secundo dubio, & Rui. consi. 139. post. num. 6. lib. 2.

Item concesso etiam, ꝙ dictum fideicommissum potuisset peti, & diuisio erronea reuocari, tamen

5 † tamen exclusus videtur ipse Gregorius præscri-
ptione, non solum 15. an. statutaria, sed etiam an.
30. post adultam ætatem dicti Gregorij decursa.
vt in terminis decidit Soci.consi.33.col. fin. lib.4.
& in fideicomisso loquitur Dec.con. 267.col.pen.
Sed prædictis non obstantibus, in casu proposi-
to contrarium existimo verius, & de iure tenen-
dum. Moueor primò, quòd Gregorius tam ex re-
ciproca fideicommissaria substitutione in testa-
mento Marini patris expresse facta, quàm ex com-
pendiosa fideicommissaria, etiam vno latere iun-
ctus cum Antonio vtrinque coniuncto successerit
dicto Blasio sine filijs defuncto, detracta legitima
spectante ad vtrique coniunctum, vt in terminis tra
dit Alex.cõsi.30.Viso testamẽto. lib.2. Ias. & Rip.
in l.Lucius. col. fi. de vul. & pupil. Pau. de Cast.&
Imo.in l.cohæredi. §. qui discretas. ff. eo. Lancell.
Poli.in tract.substitu.de subst.breuilo.num.7.versi.
Circa sextum.& Zas. in simili suo tract. de breuilo-
qua subst.cap.4.num.12.ratio est per doct. in dictis
6 locis assignata, quia † coniunctio facta à testatore
præfertur coniunctioni naturæ, & sanguinis, debe-
ret etiam detrahi quarta Trebel.si fuerit petita, iux-
ta vulg.decis.ex fideicommissaria enim debet quo-
que venire, cum sint vocati supravituentes, in nu-
mero plurali, qui non conuenisset soli Antonio fra
tri ab omni latere coniuncto, ideo admittendus est
etiam frater consanguineus ad fideicommissum
cum dicto alio fratre, vt est tex. expressus in l. fin.ff.
ad Trebel.vbi in substitutione fideicommissaria vl-
timo loco facta ei, vel eis, q̃ superessent, restituẽda,
censetur vocatus simul vterque frater, & consangui
neus tantum, & vtrinque coniunctus, ex prima ra-
tione ibi in tex.assignata, vt saluetur sermo pluralis
eis, qui superessent. vt ibi per Bar.& Pau.de Cast. &
Cur.Iun.consi.125.col. 2. ad num. 6. & col. seq. &
Rui.cosi.165.col.antepen.ad num. 6.7.lib. 2. Qua
conclusione posita pro constanti, cum in totum in
dicta diuisione dcto Antonio assignata, & tradita,
fuerit portio bonorum patronorum dicti Blasij, vt
liquere potest ex instrumento dictæ diuisionis, &
verum esse in facto præsupponitur, fuit quidem læ-
sus, & deceptus in totum ipse Gregorius de portio-
ne ad eum vt suprà spectante de portione Blasij præ
dicta, & hoc euenit ignorantia ipsius Gregorij tem
pore dictæ diuisionis de testamento sui patris, vt
inferius dicetur, ideo in præsenti detecta dicta sub
stitutione eum includente, & vocante cum alio fra-
tre utrinque coniuncto ad dictam partem Blasij, di
7 cta diuisio, in hoc erronea reformanda est, † & pars
dictæ portionis Blasij obueniens ex dicta substitu-
tione eidem Gregorio danda est.per tex. & ibi Bal.
& Pau.de Castr.in. l. si post diuisionem. C. de iuris
& fac.ignor. & in l.3.com.vtr.iud.& Alexã. consil.
168.in prin.lib.5.& Rui.consi. 167. num. 19.lib.2.
& Nat.consi.77.num. 12.lib. 1. habendo etiam re-
spectum ad vniuersitate bonorum diuisorum, & da
torum dicto Antonio.secundum Bal. consi. 91. fa-
cti narratio.lib.2.& per Corn.consi.240. præsuppo
sitis.lib.4.& Pau.de Castr.in l.fin.§.Idem quæsiuit.
ff.de cond.indebi. ubi proptie loquitur in portione
hæreditariorum bonorum prædefuncti fratris in di
uisione data per errorem vni fratri, cui nõ obuenie
8 bat, † quæ potest conditione indebiti repeti. per
tex.ibi secundum Castr. quem ibi etiam sequitur
Ias.col.pen.& seqnitur Nat.d. consi. modo alleg.&
consi.103.nu.6.lib.1.& cõs.501.nu.60.lib.3.Idem
Castr.in consi.125.dubitatur primo.col.pen. versi.
sexto dubitatur.lib.2. vbi posse veniri contra diui-
sionem sic erroneam tradit, siue adfuerit iuris seu
facti error, ad idem Bal.con.386 proponitur q̃ fra-
ter.lib.1.Dec.cõsi.351.col.3. sub nu.4.hos ferè om
nes idẽ affirmãs allegat Aymo.cons.26.in fi.& cõs.
188.col.fi.Prædicta autem de plano procederent,
nisi adessent cõtraria superius adducta, quinimo eis
respondendo clarior hæc conclusio pro dicto Gre-
9 gorio reddetur. † aliàs enim parum esset asserere, &
non respondere contrarijs. vt inquit Bal.in cons.
scismatis.col.pen.inserto in suis lectu. super tit. C.
si aliq.testa.prohi.
Respondetur itaque de facili omnibus contra-
rijs, quæ quidẽ in specie proposita omnino refutan
tur, & pro clariori resolutione, præmitto duo fa-
cientia totum. Primum, quòd Gregorius non so-
lum tempore diuisionis, sed etiam vsque nunc ha-
buerit ignorãtiam testamenti paterni, & dictæ sub-
stitutionis eum vocãtis, vt supra firmatum est, nam
dictum testamentum conditum per plures annos
fuit, antequàm ipse Gregorius nasceretur, vt cõstat
ex eo, quòd solum in ipso nominãtur. Antonius, &
Blasius pro filijs testatoris hæredibus institutis cũ
10 filijs nascituris. Vnde inspecto principio, † quod at
tendi debet.l.qui id quod.ff. de donat. & l. tutor.
de solut.quem ignorare id quod ante eius natiuita
tem factum est non habens præsertim successiuam
permanentiam in propatulo natura ipsa est nos do
cens lex expressa, quod magis corroborat, has no-
tas iuris regulas & conclusiones doct. quòd igno-
11 rantia † præsumitur.l.verius.de proba. & c. præsu-
mitur ignorantia.de reg.iur.in 6.maxime facti alie
ni.l.fin. ff. pro su.& in filio de testamento paterno.
* Bar. & communiter doct. in d. §. duo fratres.in 3.
q.& Ias.in l.eius qui.§. quod si stipulatus. col. 3. ff.
si cer.per.dicit hanc opin.esse cõm. & ab ea in con
sulendo & iudicando non esse recedendum. quæ
magis procedit in pupillo & minore, vt erat dictus
Gregorius tempore dictæ diuisionis, probante hoc
instrumento eiusdem diuisionis, sic in minore te-
net Bal.consi.440.factum proponitur. col. fin. lib.
3.assentit Aymo.consi.193.num.6.& in testamen-
to condito ante natiuitatem filij per plures, & plu-
res annos pro illis etiam qui interfuerunt inducen
tes obliuionem, per not.in l.peregrè. de acqui.pos.
stante etiam, quòd filij masculi, exclusis filiabus,
& dotatis, sunt hæredes parentum ex statuto dictæ
Terræ Montisflorum, ita q̃ de testamentis paren-
tum per filios non videtur necessaria inuestigatio,
seu scientia habenda. Non tamen rumpitur testa-
mentum si Gregorius natus esset ex ventre nõ præ
gnante tempore dicti testamenti conditi, quia satis
est

11 est † quòd instituendo & substituendo testator co-
gitauit,& disposuit de filijs nascituris.vt l.fin. & ibi
doct.C.de posthu. tradit Bal.consil. 113.proponi-
tur quòd quidam.lib.5.& per.l.placet.& ibi not. al
legando Io. An. & Old. declarat,& tenet Alex. &
ibid.Ias.col.4.dicit esse tenendam decis.Old.& Io.
And.approbatam per Aug.& Alex.& credit, quòd
ita seruaretur in practica. & ita procedere etiam in
stitutione facta de ventre vxoris, si prægnans es-
set, vt loquitur nostrum testamentum, cum Alex.
pertransit ibi Ias.allegando Bal.in consi. 128.ad in
telligentiam quorum dubiorum.lib. 1. hanc opin.
ego quoq; tenendam arbitror,quia si testator fuis-
set interrogatus de casu isto, sic disposuisset verisi-
13 militer,†ergo habetur pro disposito.glo.Bal.& Ias.
in l.tale pactum.§. fin.ff. de pact. & alibi per doct.
& quia tenenda est opinio in dubijs fauens validi-
tati testamenti.l.si pars.ff.de inof.test.& c.fin.de re
iud.ita etiam tenet Boer. in decis. 148. Redeundo
ad principale præmissum, ignorantia dicti Grego-
rij fortius demonstratur quoad dictum fideicom-
missum, nam illud spectare ad dictum Gregrorium,
per eum hoc sciri necesse erat, & si de testamento
14 scientiam habuisset,quia † scientia alcuius rei non
sufficeret, nisi eius contenta & qualitates sciantur,
per glo.in c.concertationi.in versi sciuit. de appel.
lib.6. Alex.consi. 114. ponderatis. lib. 1. Fel.in c.
quod ad consultationem, de re iud. quòd autem
ipse Gregorius vltra superius dicta, non habuerit
scientiã dicti fideicommissi ad eum spectantis,ostẽ
di potest ex dubietate,&varietate opinionum doc.
in duobus iuris articulis superius tactis. Primò,
qñ ex substitutis vnus est vtroque, alter vno latere
iunctus grauato, aliqui volunt esse admittendum
vtrinque coniũctum,vt per Cur.Iun.d. consi. 125.
cum alijs suprà alleg. secundo, quando institutus
15 est venter vxoris, si prægnans esset, † posthumum
natum post testamentum per plures annos non cẽ-
seri institutum, tenẽt aliqui in d. l.placet licet in
vtroque articulo contrarium esse tenendum supe-
rius firmauerim,tamen remanent huiusmodi opi-
niones doctorum,quæ faciunt rem ambiguã. Bar.
in d. §. duo fratres.col. 3. in 6. oppo. Alex. consil.
16 121.num.12.lib.2.hinc est,quòd error. † iuris du-
bij dicitur æquipollere errori facti.Cur.Iun. consi.
27.num.8.& eius quod multipliciter exponitur,ve
ritas ignoratur.not.Bal. in l. scire leges. ff. de legi.
Soci.in l.in ambiguo.num.3.de reb. dub. stat ergo
firma conclusio, quòd Gregorius hucusque testa-
mentum prædictum, & dictam substitutionem cũ
ad portionem Blasij simul includentẽ ignorauerit.

Secundò præmitto, esse per statutum dictæ Ter
ræ sub Rub.de Rerum communium diuisione,da-
tam formam circa fiendam diuisionem de rebus
pupillorum cum causa euidenti arbitrio Domini
Potestatis declarãda,cum authoritate tutorum, &
de diuisione fienda per fratrem maiorem natu, &
danda electione fratri minori eligendi & capiendi
partem,quam voluerit. & hæc esse de forma dictæ
diuisionis apparẽt ex verbis finalibus dicti statuti,
ibi modo & forma prædicta obseruentur, ex qui-
17 bus uerbis cognoscitur,† dispositum à statuto esse
de forma.Feli.in c.cum dilecta col.10.versi. Deci-
mum & vltimum, de rescript. quæ forma dicitur
substantialis ad essentiam actus, & non potest mu-
tari Bal.in l.comparationes.in 3.opp.C.de fide in-
str.&.in c.1.col.1.num.2.de mil. uas. qui fu.contu.
Dec.consi. 10. & debet ad vnguem prout iacet,&
18 loquitur statutum seruari † Soci.consi. 24. col.7.&
consi.55.col.2.versi.quoniam ista.lib.1.cum.simil.
& alias de iure communi prohibita est diuisio mi-
noribus,vt latè scribit Dec.consi. 349. Quæ forma
non fuit seruata in diuisione facta cum dicto Gre-
gorio tunc pupillo, ideo Antonius cum eo diui-
dens non seruata dicta forma statuti fuit in dolo.
Rom.consi.54. Visis circa id. col. fin. ver. secundo
idem,dolus etiam ostenditur ex enormissima læ-
19 sione † dicti tunc pupilli in totum assignãtis suam
portionẽ Antonio. de portione bonorum Blasij vt
suprà sibi obuenta,Rom.in d.consi. 54. Dec.consi.
280.& moder.in l.2. C.de rescind.vend. fuit quo-
que in mala fide dictus Antonius, diuidendo cum
fratre minore contra formam dicti statuti & iuris
communis.vt l.quemadmodum.C.de agri.& cen-
si.lib.11.Corn.consi. 207.col.2.lib.3.Afflic.in de-
cis.374.num.4.& Balb.in 2.par.3.par.prin. in q.1.
num.3.de prescript.

His præmissis, dicendum est non obstare primò
aliquam tacitam ratificationem inductam per lap-
sum quiquennij, seu decẽnij post perfectam ætatẽ
dicti Gregorij.per d.l.fin.C.si maior fac.lib.5.quia
20 † d.l.non habet. locum in pupillo ignorante, & cõ
trahente nulliter alio defectu quàm decreti. Corn.
consi.207.col.pen.& fin.lib. 3. ignorans enim con
sentire non potest.l.2.ff.de iudi.l.in repudianda.ff.
de acq.hær.& l.mater.ff. de inof. test. & ratificatio
21 † vt ualeat, requirit scientiam iuris & facti.Bal.in
cons.322.si vidua.ver. præterea quod magis.lib.2.
22 non habet etiã locum.d.l.fi.in contractu,† vbi in-
teruenerit dolus.Cur.Iu.con.50.col.pen.& fi. non
ctum d.Laurentij vendentis dicto Cicho, etiam si
creditor tūc fuisset ipsius D.Nicolai pro dicta sum-
ma duc.500.ex causa dotis dictæ eius sororis & ip
sius Laurentij uxoris, pacto non apposito, & non
seruata forma legis. 1. C. de iure dom. impetr. &
maximè cum ipsi d.Laurētio à debitore & domino
dicti prædij non fuisset aliter illud obligatum,vt l.
nemo.C.de reb.alie.non alie.& §.1.inst.quib.alie.
non li. Quod etiam,vt res tunc minorum,non po-
tuisset hypothecari absque decreto Iudicis. l. 1. ff.
de reb.eo.& l.fi.C.de reb.ali.non ali.Et nulla præ-
sumptio potest esse pro aliquo prætenso iure d.Lau
rentij translato in dictū Cichū, ex quo Laurentius
nunquā fuit in possessione dicti prædij,vt alias præ
sumi posset, si in possessione fuisset.p ea,quæ tradit
Bal.in l.1.C.eo.licet in casu dictæ possessionis talis
præsumptio non obesset,quia,vt dictū est,probatur
bona minorū non esse iuridice alienata d.l.1.& ibi
Bal.sic demonstratur dictum prædiū primo modo,
& sic facto naturali dicti Nicolai seu aliorū pro eo.
legitimè interuenientiū nō fuisse ad aliū translatū.
Super est videre, an secundo modo, & sic volun
tate d.Nicolai translatum dici possit.super hoc sum
mopere aduersarij insurgunt, ꝙ ad fuerit voluntas
D.Nicolai demonstrata ex duobus. Primo ex peti-
tione & cōsecutione dimidiæ dotis per d.Nicolaū,
vt hæredem, habitæ à d. Laurentio ob mortem d.
Agnesinæ,& ex quietatione super dote prædicta re
stituta facta cum eo,secundò ex productione cuius
dam listæ manu d.Laurentij ab ipso Nicolao exhi-
bitæ in auditorio ducali, continentis bona per d.
Laurētium habita à D.Iunipera pro dote D. Agne
sinæ, & maximè hanc partitam. item fiorini 320.
quali me de in là possessione de Santo Andrea, &
ex his videatur approbatio inducta & ratificatio d.
Nicolai de aliēatione dicti prædij facta in dictum
Cichum.ad quæ clarè respōdetur, ꝙ licet in verbis
narratiuis instrumēti dictæ dotis celebrati inter d.
Laurentiū & do.Agnesinam de anno.1536.& post
mortem d.Agnesinæ de anno.1547.mense maij in
iudicio ꝓducti per d.Nicolaū, dicatur, fuisse p do.
Iuniperam promissos duc.500.d.Laurētio ꝓ dicta
dote,& eos ipsum Laurētium habuisse & recepisse
à dicta D. Iunipera retroactis tpibus in tot bonis
mobilibus & stabilibus, Nō tamē dr̄, neq; apparet
in dicto instrumento,ꝙ prædium,de quo agitur, &
deductum in dicta trāsactione fuerit promissum p
D.Iuniperam,& datum d. Laurētio pro dicta dote,
21 ergo ex eo hoc non probatur,quia †tantum probat
instrumentum,quantū lectura eius tenoris demon
strat.Bal.in l.ad probationem.la prima C. de ꝓba.
idē Bal.dicit in c.Rodulphus.col.2.in pr.de rescrp.
quod scriptura nō dicit, neq; nos dicere debemus.
quinimo tātum probat instrumētum, quantū can-
tat dispositiuè.Bal.in l.interest.C.de soluti. & Alc.
cons.52.nu.13.lib.4.bona stabilia,quæ in dicto in-
strumēto dicūtur data, intelligi possunt, ꝙ sunt illa
bona postea in eodem instro expressa sita in curte
Cradariæ,in fundo pozetti,quæ in instro trāsactio
nis postea initæ interdictos Nicolaū & Laurēt. ex-
presse dicūtur fuisse prius assignata.d.Laurētio pro
parte dictæ dotis, & ad aliud nō infertur dicta tran
sactio & quietatio facta interdictos Nicolaū & Lau
rentiū, nisi ad medietatē dotis restitutæ.d.Nicolao
& contentæ in dicto instro dotis,prout expressè dr̄
in eodem prædictæ trāsactionis instro. facit l.si de
certa re.C.de transact. vnde cū promissio d.Iunipe
ræ,& prætēsa cōsignatio facta,vt dr̄, dicto Laurētio
de

de prædio, de quo agitur, fuerit factum alienum, &
in tẽpore, quo dictus Nicolaus erat pupillus, vt ap-
paret per examen plurium testium partis aduersæ,
& maximè Io. Baptistæ Paulutij 4. testis, & Clerici
Ioan. Viuani ult. testis super interrogatorijs, & per
instrumentum emptionis dictorum aduersariorũ,
de eo d. Nicolaus habuit ignorantiam. l. fin. & ibi
glos. ff. pro suo Alex. consil. 172. nu. 9. lib. 2. cum
22 vulg. & quia † pupillus etiam quod videt igno-
rat l. 1. circa fi. C. de falsa mon. Bald. consil. 440. fa-
ctum proponitur. col. fin. pr. lib. 4. præsumitur enim
talis ignorantia. per reg. præsumitur ignorantia. de
reg. iur. in 6. & l. verius. ff. de prob. & est tolerabi-
lis, quia repetendo dotẽ sororis præmortuæ, vt hæ-
res d. Nicolaus nil habebat inuestigare, & inuenire,
nisi dictum instrumentum dotis continens obliga-
tionem dicti Laurentij mariti, etiam suo iuramẽto
d. Nicolaus in processu affirmat, tẽpore transactio-
nis factæ cum dictis Cicho & Petro tempore litis
motæ & trãsactionis initæ cum d. Laurentio super
restitutione dotis, se habuisse & habere ignorantiã
prætẽsæ promissionis, & cõsignationis dicti prædij
23 factæ d. Laurentio sic † iuramento, quando cessaret
ignorantiæ præsumptio, probatur ignorantia. gl. in
versic. doceat. & ibi Bart. in l. si cui. §. 1. ff. de accus.
Alex. consi. 89. nu. 2. lib. 7.

Ideo dici non potest per dictam petitionẽ dotis,
& transactionem ac quietationem de ea factam cũ
dicto Laurentio ipsum Nicolaũ ratificasse prætẽ-
sam promissionem dicti prædij factam per matrem
24 dicto Laurentio, quia † in ratificãte requiritur scien
tia facti, & iuris. Bal. in consil. 322. vidua. vers. præ-
terea quod magis. lib. 2. & in l. obseruare. §. posthęc
col. 2. versi. quartò quæro. ff. de offic. procons. Soci.
consil. 159. col. pen. lib. 2. & consil. 105. nu. fi. lib. 4.
& latè Paril. consi. 47. nu. 97. cum seq. lib. 2. ubi di-
cit, certissimum esse, ignorantem, & errantem non
dici ratificare, & Aymo. consi. 197. nu. 12. cum seq.
ubi etiam probat ratificationem non induci, neque
probari ex actibus, qui geri possunt citra ipsam ra-
tificationem. & sub num. 14. adducit non sufficere
simplicẽ sciam actus ratificati, sed requiri, ꝙ legatur
ratificãti instrumentũ, quod ratificat, ad idẽ Grani.
consi. ciui. 66. nu. 70. licet enim D. Nicolaus conse-
cutus dimidiã dictæ dotis fuerit, in qua venerit, &
comprehensum sit pretium dicti prædij per dictũ
Cichum emptorẽ solutũ d. Laurẽtio, non tamẽ ob
id d. Nicolaus vr approbasse facta p D. Iuniperam,
& vẽditionem per d. Laurentiũ factã dicto Cicho,
quia non iure suo, quo potuit improbare prædicta
facta per D. Iuniperam & d. Laurentium, sed iure
hæreditario habuit dimidiam dotis ad eum spectã
tem, vt hæredem ab intestato suæ sororis, & sic per
quandam consequentiã & obliquum, quo casu non
impeditur reprobatio actus, quẽ aliàs suo iure quis
põt reprobare, hæc conclusio rectè & subtiliter in-
tuendo probatur p l. nihil. §. fi. & ibi gl. fi. & l. filius.
§. fin. & l. si is qui. §. si hæres. & declarat ibi Paul. de
Castr. ff. de inof. test. precium vero, vt s. conuersum
in vtilitatem d. Nicolai exceptione opposita esset
restituendum dictis Cicho, & Petro emptoribus,
habita tamẽ ratione fructuum, vt l. emptor. ff. de rei
vend. de quo quidẽ pręcio, vt asseritur soluto flo.
320. & fructibus deprahẽditur habita ratio in di-
cta transactione, cũ pro dicto prædio retento valo-
ris flor. 1000. ꝓmiserint dicti C. & P. soluere flor.
560. D. Nicolao intra satis lõgam dilationem. mi-
nus quoque videtur inducta approbatio ex produ-
ctione dictæ listæ, quia fuit producta post factam
trãsactionem cum dictis C. & P. & tẽpore, quo res
non erat integra, & iã improbata erant facta dicto-
rum D. Iuniperæ & Laurentij circa dictum prædiũ
ob dictam transactionem de eo factam.

25 Vnde † non potest fieri ratificatio actus, re non
integra, & tempore inhabili. l. bonorum. ff. rem rat.
hab. gl. in c. ratihabitio. de reg. iu. in 6. Paul. de Cas.
in l. Pantonius. col. pen. versi. secundo no. ff. de acq.
hæred. & Alex. consil. 78. nu. 17. & 18. lib. 5. ex alio
ẽt erat inhabilitas ratificandi dictum prædiũ fuisse
datum ad computum dotis d. Laurentio tempore,
quo d. Nicolaus gessit acta, ex quibus prætenditur
ratificatio prædicta, quia erat iã solutum matrimo-
nium ob mortẽ D. Agnesinæ, quo tpe non põt am-
26 plius dari res marito pro dote, † q̃ non potest esse si
ne mr̃imonio. l. 1. §. 1. in fin. ff. pro do. & l. 3. de iure
dot. facit gloss. in versic. interpositum ibi, vel dic se-
cundo. in l. hæreditas. C. de pact. conuen. ergo ma-
gis cessat dicta ratificatio. per d. l. bonorum. cum
alijs suprà alleg. Non facit quòd d. Nicolaus pro-
ducens dictam listam præsumitur de ea prius ha-
buisse scientiam, quia suo iuramento probat tem-
pore dictæ transactionis de ea habere ignorantiã,
quæ sic iuramento probatur per supradicta, & in
terminis ponit Aymo. consil. 202. num. 32. item ex
partita dictæ listæ non potest dici certificatus d.
Nicolaus prædiũ de quo agitur fuisse illud, de quo
loquitur dicta partita, quæ caret demonstratione
27 loci & confiniorum, sine † quibus res non dicitur
certa. l. forma. de censi. Barto. in l. demonstratio. in
pr. colu. penul. in 7. quæst. de cond. & demon. ità in
partita libri continente aliquam rem sine demon-
stratione loci & confiniorũ per productionem di-
cti libri non argui scientiam dictæ rei in produ-
cente, adducit Alexand. consil. 76. nume. 9. versic.
nec etiam obstãt illæ partitæ. lib. 7. facit quod idem
tradit consi. 50. nu. 13. lib. 5. Nõ videtur releuare ꝙ
modò per testes probetur de identitate rei, quoniã
talis probatio non concludit. d. Nicolaum tempore
dictæ productionis, seu ante dictam trãsactionem
sciuisse dictam rei identitatem, & eam fuisse da-
tam d. Laurentio, & venditam dicto Cicho, stante
præsumptione pluritatis rerum. Alex. consil. 134.
nu. 3. lib. 2. & præsumptione ignorantiæ. d. c. præsu-
28 mitur de reg. iur. in 6. ergo † nulla est probatio non
concludens. c. in præsentia. de prob. & l. neque na-
tales. C. eod. præsertim circa ratificationem, in qua
requiritur specifica scientia actus ratificati, & eius
qualitatum Aymo. d. consi. 197. col. fi. Quæ quali-
tates dationis factæ d. Laurentio per dictã partitã,
aliter nõ exprimũtur, nisi ꝙ dedit flo. 320. in posses-

fione fancti Andr.intelligi enim poteſt dictã poſſeſ
ſionem fuiſſe hypothecatam pro dicta pecunia.per
ea,quæ tradit Bar.in l.codicillis.§.inſtituto.de leg.
2.militant igitur rationes ſuperiùs adductæ, igno-
rantiæ d. Nicolai,& rei non integræ, ne fiat rati-
ficatio,& ex eo, ꝙ iure hæreditario conſecutus eſt
dimidiam dictæ dotis.

Inſuper dici non pōt ratificationem fuiſſe indu-
ctã ex lõginquitate tẽporis,cum maximum exinde
29 oriatur præiudiciũ ratificanti,& nõ probetur † ſciẽ
tia ratificantis de poſſeſſione, & titulo aduerſario-
rum per dictum longum tempus.Pau.de Caſt. cõſ.
202.in cauſa confinium.col.2.verſicu.ſed huic ob-
ſtant.lib.1.Alex.cõſ.12.nu.7.lib.4.& cõſi.179.col.
fi.lib.7.Iaſ.conſ.140.col.2.in fi.lib.4.Aym.in trac.
de antiq.tempor.in 4.par. numer.10. in 2. limit.&
cum maximè ex inſpectione inſtrumentorum di-
ctæ promiſſionis dotis factæ per D. Iuniperam, &
venditionis factæ per do. Laur. appareat de non
ratificatione d.Nicol. quæ ideò vt factum extrinſe
cum non præſumitur ex antiquitate aliqua. Alex.
conſ.1.col.fi.in prin. lib.4.Afflic.deci.107.nu.5.&
388.nu.8.cum etiam titulus,quo prætendunt habe
re rem aduerſarij nõ ſit habitus à dicto Nic. Aym.
30 in d.trac.in 3.par. ſub nu. 2. quia † certiſſimum eſt
ignorantem,& errãtem non poſſe ratificare.Pariſ.
d.conſil.47.nu.97.lib.2. Reſpectu cuiuſcunq; iuris
D. Iuniperæ omnis tollitur obiectio, quòd ab ea ti
tulus non eſt habitus, ſed promiſſio de conſignan-
do ſecundum æſtimationem,quæ conſignatio ma-
nu publici notarij cum clauſulis &c. & æſtimatio
non apparent factæ, vt ſupra dictum eſt, & ſolum
iura dicti Nicolai ſufficerent ad ſuſtinendam, &
iuſtificandam dictam tranſactionem, vt liquere po
teſt ex proceſſu.lis enim ſuper parte præſens, ſeu fu
31 tura † facit valere tranſactionem ſuper toto,de quo
tranſactum eſt. probat Iaſ.in l.1.in 1.not.ff.de tran
ſac. De ratificatione inducenda ſecundum termi-
nos.l.fin.C.ſi maior fac.lib.5.non videtur neceſſa-
ria reſponſio.quia hic non tutor, non minor aliena
uit,& ſolus decreti defectus nõ eſt,ſed alij adſunt,
ita quòd non ſumus in caſibus ibi traditis per glo.
& doct.& Capy.deciſ.92.

Præterea ad excludendam penitus omnem præ
ſumptionem ratificationis,d.Nicolai de alienatio-
ne dicti poteris inductæ per ea, quæ fecit de anno
1547.petendo dictam dimidiã dotis,& de ea tran-
ſigendo cum d.Laurentio, & producendo dictam
liſtam in auditorio ducali, habemus claram confeſ
ſionem aduerſariorum factam in eorum libello,cũ
dictis precibus producto de anno 1548.in quo di-
cunt, qualiter aliàs de anno proximè præterito, &
ſic quando interueneriſt dicta geſta d.Nicolai,præ
fatus D. Nicolaus cum pluribus, & diuerſis perſo-
nis,& in diuerſis locis iactauit,& vociferauit ſe ha-
bere ius in dicto potere,& illud eſſe ſuum, & ad eũ
ſpectaſſe,& pertinere,ergo ſumus in claris, quòd d.
Nicolaus nõ ratificauit alienationes dicti poteris,
quia non vociferaſſet ſe in eo habere ius, & id eſſe
32 ſuum,& ad ipſum ſpectaſſe & pertinere. ita † per ſi-
milem vociferationem, & conqueſtum demonſtra
ri ratificationem ceſſare,probat Socin.conſil.220.
colum.pen.ſub verſic.Quartum & vltimum. lib.2.
repetito in conſil. 104.lib.4. & Bald.in d.l.fin.C.ſi
maior fac. notat ſimplicem querelam etiam corã
vicinis impedire ratificationem, allegando not. in
l.Pomponius ſcribit.ff.de neg.geſt.itaque multifa-
riam oſtenſum eſt, non apparere voluntatem d.Ni
colai dictum potere ante dictam tranſactionem in
alios transferendi.

Vltimo modo,ſcilicet negligẽtia, & præſcriptio
ne nequaquam etiam tranſlatum dici poteſt,quo-
niam dicti Cichus, & Petrus ſcribant dictum præ-
dium eſſe D.Nicolai, & illorum de Sayanis, cum
ſemper fuerint laboratores in eo, & recognouerũt
d.Nicolaum,& eius fratrem pro patronis, vt ſupe-
rius dictum eſt,& expreſsè ſuper interrogatorijs di
cunt primus Teſtis dictorum Cichi, & Petri, ibi,
diſſe, che penſa ſenza dubio Cecho,& Pietro ſape
uano, che l'articulata poſſeſſione fuſſe di quei da
Sayano,& quartus Teſtis, & che detto Cecho, &
fratelli, ſenza dubio doueuano ſapere, che detta
poſſeſſione era di quelli da Sayano &c. & quintus
Teſtis,ibi,che crede,che li prefatti, Cecho, & fra-
tello ſapeſſero, che detta poſſeſſione era di quel-
33 li da Sayano &c. qui teſtes † deponẽtes etiam per
verbum credere, licet concludentem credulitatis
rationem reddant,quia erant laboratores &c. pro-
bant contra inducentes. Roma. d. conſil.104.ſe-
quitur Iaſ.in rub.colum.pen.verſic.ſexto notabili-
ter.ff.de iureiur.Aymo. conſi. 201.nume.7.ex qua
ſcientia probatur eorum malafides.Bar.in l.celſus.
col.pen.verſic.ſed qualiter probabitur.& ibi Balb.
ff. de vſucap. Angel. in l.cum qui.§.fin.de publici.
34 Alexan.conſi.187.col.pen.lib.2.ſcientia † rei alie-
næ,etiam abſque malafide,impedit præſcriptionẽ,
gloſ.& Bald.in l.nec creditores.C.de pig.act. Ale.
conſi.46.num.7.lib.3.Felyn.in c.ſi diligenti.col.4.
de præſcrip.& per indicia probatur malafides.Ale.
d.conſil.46.ſub num.8.lib.3.adſunt hic indicia in-
dubia collecta ex atteſtationibus dictorum teſtiũ,
& ex inſtrumento emptionis,continente emptores
voluiſſe promiſſionem à d.Laurentio venditore de
faciendo dictos Nicolaum,& fratrem legitimè ra-
tificare venditionem ipſam, quæ quidem malafi-
des omnino præſcriptionem quamcunq; impedit.
c.fi.de præſcrip.& per iura vulg.adducta per Aym.
conſil.146.num.2. & Capyc.in deciſ.4.nume.2. &
& per doct. alibi.non poſſunt ſe fundare in præſcri
ptione 30. ann. quia ab anno 1518.quo emerunt,
vſque ad annum 1547. quo fuit facta tranſactio,
non ſunt decurſi 30.anni, item tempore dictæ em-
ptionis D.Nicol.& Iulius eius frater erant pupilli,
vt probat inſtrumentum emptionis prædicta,hoc
expreſsè continens,contra quos minores, præſcri-
35 ptio ſaltem 10. vel 20. ann. non poteſt currere † vt
l.fi.C. in quib.cauſ. in integ.reſtit.non eſt neceſſ.&
non conſtat, quo tempore effecti fuerint maiores,
vt poſſit incipi contra eos dicta præſcriptio, quæ
nõ cognito principio de neceſſitate ignoratur.Bal.
conſi.

consi. 150. casus actualiter. colum. fi. vers. & si bene. lib. 2. Alex. consi. 97. sub num. 6. lib. 7. Aymo. cons. 201. num. 33. & si praescriptio decursa esset, tamen contra eam daretur restitutio in integrum ex capite iustae ignorantiae, secundum commu. opin. vt per Bar. in l. 2. §. si quis autem. ff. de itinere actuq; priua. Alexand. consi. 71. num. 3. lib. 1. Fely. in c. vigilanti. col. 1. de praescrip. cum concord. notiss. & consequēter ex his constat de optimo iure D. Nicolai, quòd semper super dicto potere pro se sententiam obtinere potuisset, vel q saltem posset credere, se fouere ius, & non euidenti calumnia transegisse, quod sufficit ad sustinendam transactionem l. nec intentio. & ibi Salyc. Castr. & Rom. & Ias. cum alijs per eum alleg. in l. sub praetextu, la prima. col. pen. in prima limit. C. de transac. & glo. 1. in l. 1. ff. eo.

Vltima quaestio longa non indiget discussione, quia dicti Cichus, & Petrus maiores 25. ann. venientes contra dictam transactionē sponte factam, & iureiurando firmatam, non solum non implendo promissa, sed supplicando Principi, & interpellando iudicem, enixè diu litigātes, ac interpellati, adhuc in litigio perseuerantes inciderunt in poenam l. si quis maior. C. de transact. & ibi not. per doct. Nec excusari possunt rusticitate, quia licet sint comitatiui, tamen fuerunt, & sunt probi viri, & bene cognoscentes facta sua, vt plures testes dicunt. ita q non sumus in rusticis grossolanis, prout aliqui volunt in d. l. si quis maior. licet distinguāt, hos quoque nō excusari à poenis. d. l. quando contrauenerunt non omittendo, sed perpetrando, & faciendo.
36 Hier. C agn. in d. l. num. 24. & cum tam trāsactio, q contrauētio fuerint factae in ciuitate Pisauri, vbi nō deest copia peritorū, & contrauentio ipsa, & lis facta fuerit, & in ea perseueretur cū consilio perito-
37 rū iuris, & causidicorū, † rusticitatis ratio nulla habēda est. per not. in l. iuris. & in l. pe. C. qui adm. rusticis enim non succurritur, nisi in casibus à iure expressis. Dec. cōsi. 284. nu. 2. contra eos igitur seruanda est dispositio d. l. si quis maior. cum nō reperiatur mutata, & correcta. l. praecipimus. in fi. & ibi gl.
38 & Bar. C. de appell. & iuris com. dispositio † in casibus non comprehensis in statutis hic seruari debeat, mandante lege mnnicip. Pisauri in stat. fin. in lib. stat. in addi. fo. 126. & haec pro resolutione triū qsitorū superius praemissorū sufficiant. Laus Deo.
Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

De transactione obseruanda non obstante calumnia euidente in contrarium opposita.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est de actibus à iure permissis.*
2 *Transactionem rescindere volens tenetur probare laesionem, dolum, & calumniam euidentem.*
3 *Laesio enormissimā probari debet, habito respectu ad dubium litis euentum, quae probatio difficillima reputatur.*
4 *Transigens scienter non potest contrauenire.*
5 *Transactio retractatur ex calumnia euidenti, & notoria.*
6 *Transactionem imperfectam reddere volens ex exceptione inducta per l. in summa. versi. si autem. ff. de condic. indeb. quid debeat demonstrare.*
7 *Calumniosè quis agere dicitur, quando ex certa scientia iniustè agit.*
8 *Ius, vel actio ad alimenta non transmittitur ad haeredes, sed morte eius cui debentur alimēta extinguntur.*
9 *Alimentorum ius, maximè futurorum, vt cohaerens personae non potest cedi.*
10 *Cessionem ignorans potest pacisci, & transigere cū creditrice, cedente super alimentis debitis ex contractu.*
11 *Vsufructuarius omnium bonorum tenetur ad debita hereditaria.*
12 *Litis super parte ratione transigi posse super toto.*
13 *Verba, venerunt ad infrascriptam transactionem, pactum, conuentionem, &c. faciunt valere actum eo meliori modo, quo potest.*
14 *Clausula (omni meliori modo &c.) operatur validitatem pacti gratuiti, si transactio non valeret.*

DEVS ADSIT ADIVTOR.



Isis allegationibus non minus subtiliter, quàm copiosè editis in fauorem donnae Ludouicae, ad idem ego concurro, iuribus, & rationibus in eis adductis, quibus ita plenis vix aliquid addi potest, quia idem per idem repetatur, nihilominus vt rem cognouisse videar, haec pauca adducam, q dom. Ludouica grande optimumq; praesidium habet litis iam finitae inter eam, & do. Iuliam aduersariam, ex
1 transactione inter eas inita, † quae est de actibus à iure permissis, vltra tit. ff. C. & extra de transact. est tex. in l. 1. §. pen. ff. de calumn. ibi, neque enim transactionibus est interdictū &c. & cessare facit condictionem indebiti. glo. in l. 1. & l. 2. C. de cond. ind. Contra quam verum est, posse niti, secundum aliquos, ex laesione enormissima, ex dolo, & ex calumnia euidenti, quae omnia videntur in idem recidere, verum ex nullo istorum capitum do. Iuliam dictam transactionem posse infringere, demōstratur
2 hoc vnico fundamento, quia † nō probauit, vt tenebatur, laesionem, dolum, & calumniam euidentē probare. l. dolum. C. de dol. & l. quotiēs. ff. de prob. not. in l. 2. C. de rescin. vend. & per regul. l. 2. ff. eo. de proba. paria enim sunt, nō probare, & ius non habere. Barto. in l. duo sunt. ff. de test. tut. Aymo. cōsil. 48. num. 4. & in tract. de antiqui. in 2. par. num. 32. De laesione autem enormissima, credo, nō esse probatum, quae probari debet, habito respectu ad dubium litis euētum. Bart. in d. l. 2. col. 2. doct. in l. si quis cum aliter. de verbot. oblig. & in c. cūm cau-
3 sam. de emp. & vend. quae † probatio difficilima reputatur.

putatur Imol.in l.Lucius.§.fi.in fi.ff.ad trebel.Ale.
consi.42.col.5.versi.& inspecta op.lib.1. præsertim
in casu isto nulla potest ostendi læsio,quia do.Iulia
octuagenaria solum habens vsumfructum, dimisit
domum,breui tempore sperans ea frui. iux.l.hære-
ditatum.ff.ad leg.Falc.& de flore.250. sibi debitis
ex hæreditate Bartolutij,in qua non reperitur, nisi
dicta domus prius hypothecata dictæ do. Ludoui-
cæ,consecuta est per dictam trāsactionem flo. 200.
vt dicitur,& præsupponitur in facto,ergo nō læsio-
nem,sed lucrum sentit dicta Iulia,scienter de his fa
4 ciens transactionē, † & nō potest cōtrauenire . l.cū
donationis.C.de trāsact.doc.in d.l.si quis cum ali-
ter.& de hac probatione non facta plura in simili
adducit Aymo.cons.151.nu.27.Item de dolo com
misso in ipsa trāsactione, nulla etiam deprehendi-
tur facta probatio,sumus ergo extra terminos not.
in l.actione.& in l.sub prætextu.la prima.C.eo.

Quoad dolum commissum in litigando, & sic
5 calumniam euidentem, & notoriam † qua volunt
doc.transactionem retractari,per l.in summa.ff. de
cond.indeb.vltra alleg.per Aymo.cōsi.152.nu.10.
tradit Ang.consi.94.col.3.dicēdum est,quòd cum
verisimiliter fuerint pro parte do. Iuliæ in prima li
te ante factam dictam transactionem oppositæ ex-
ceptio de dolo, & aliæ exceptiones comprehensæ
in fundamentis pro contraria parte factis in supra-
dictis allegationibus, vt videri potest in scriptura
suarum exceptionum,& super his, & deductis pro
parte do.Ludouicæ facta sit dicta transactio, vt sic
facta esse intelligitur.l.si de certa.C.eo. non potest
amplius de dolo quæri,neq; de alijs exceptionibus
prædictis tractari,seu in dubium refricari, cum fini
tæ sint dicta transactione, per d.l. actione.& d.l.si
de certa.& l.1.de plus peti.ne res vadat in infinitū,
6 vt per glos.& doct.in d.l.actione. Volens † autem
imperfectam reddere transactionem ex exceptio-
ne inducta per tex.in d.l.in summa.vers. finautem.
duo demōstrare debet,quòd calumnia sit detecta,
& sit euidens. quorum hic neutrum probatum cre
do, quia scientia do.Ludouicæ,quòd iniustè age-
bat,demonstranda est,vt in ea dicatur adesse calu-
mnia,quæ tunc est,cum quis ex certa scientia iniu-
7 stè agit † Azo in sum.de iur.calum.in princ.per l.1.
§.calumniari.& ibi glo.1.ff.ad Turpil.

Séd nulla alia notoria calumnia ex aduerso ad-
ducitur,nisi quòd do.Ludouica prius cesserat dictā
actionem alimentorum suis patruis, hanc cessionē
non refragari,multitariam ostensum est supra in di
ctis allegationibus,& ratione minoris ætatis d.Lu-
douicæ,& causæ finalis non secutæ, quia non fuit
ingressa monasteriū, vt ingredi putabat,vt dicitur
in prohemio instrumenti dictæ cessionis,addo aliā
8 inualiditatē dictæ cessionis,quæ est,quòd ius † vel
actio ad alimenta nō transmittitur ad hæredes, sed
morte eius,cui debentur alimenta extinguitur.l.cū
hi.§.modus.ff.de transact.& per not.in l.si pactum.
de prob.vnde regula negatiuā procedit, quòd quæ
ad hæredes transmitti non possunt, alteri cedi non
possunt.per l.ex pluribus.& ibi Bar.ff.de adm.tuto.

Alex.in l.si stipulatus fuerim.in princip.de verbor.
obli.Dec.in l.si maritus. C. de collat.Ius alimēto-
9 rum † maximè futurorum,vt cohærens personæ nō
posse cedi expressè dicit Bald.in l.1. col.3. versic.
Modo ego quæro.C.de priui.dot.firmat Ias.in l. si
constante.colum.fin.in 2.lect. solut.matr. licet di-
cant maximè in præiudicium tertij, tam procedit
dicta regula negatiuè. per d. l. ex pluribus. ideò
ex dicta cessione nulla, & inualida non impedi-
tur dicta transactio,quia clarè,& liquidò non con-
stat per eam de non iure d.Ludouicæ, quinimò
si incertum sit an d.cessio valeat,vel ne,tenet transa
ctio. per tex.in l.eleganter.§.1.ff.de cond.indc.vbi
tex.loquitur in dubio validitatis sententiæ, vel ne
tenere trāsactionem, quæ impeditur,quando sentē
tia est indubitata. idem per Bar.in l.post rem.versi.
videamus ergo.ff.de transac.adducit Paris.cōs. 10.
nu.97.lib.1. quia quod nullū est,nō impedit.vulg.
reg.non præstat.de regul.iur.in 6. itaq; cessant hic
acta,& legitimę pręsumptiones,per quas possit pro
bari calumnia euidens. secundum Bar.in l.fi.ff.de
public. iud.

Nulla enim calumnia potest imputari dictę do.
Ludouicę,quę etiam post cessionem egit contra d.
Iuliam tam respectu d.Ludouicę,quàm respectu ip
sius do.Iuliæ,quia & d.Ludouicę cedenti remansit
10 directa actio ad dicta alimenta,& super eis † debi-
tis ex contractu.d. Iulia ignorans dictam cessionē
potuit pacisci,& transigere cum d. Ludouica credi
trice cedente,per l.fi.ff. de transact.tradit Afflic.in
decis.335.nu.21.vt opportunè per D. Aduocatum
dictum est.& latè per Bald.in l.1.col.pen.& fin.C.
de act.& oblig.& Imol.& Castr.in l.facta.§. si hæ-
res.ff.ad trebel.siue autem dicta do. Iulia non erat
obligata vt hęres Bartolutij promissoris, & tamen
vt talis transigendo promiserit, seu dimiserit dictā
domum,valet, & tenet transactio,per l.nec intētio.
C.de transact.& ibi Salyc.Rom.& Alex.siue dica-
tur d.l.Iulia obligata vt hęres vsufructuaria vniuer
11 salis dicti Bartolutij, prout † vsufructuariam om-
nium bonorum teneri ad debita hęreditaria.firmat
Bart.in l.fin.ff.de vsufr. leg.Gui.Pa.in q.541. Cor.
consi.195.lib.4.& si aliqui teneant contrarium, vt
per Socin.consi.131.col.penult.lib.1.tamen si post
mortem vsufructuarię sint hęredes instituti in pro-
prietate,procedit opin.Bart.vt per Soc.in d.consil.
quę opin.Bart.in d.l.fi.est com.secundū Dec.cons.
590.sub num.6.vel negari non potest,quin iste arti
culus sit dubius ob contrarias doct.opin.Alex.con
sil.121.nu.12.lib.2.& super re dubia fit transactio.
d.l.2.C.de transact.& d.l.1.ff.eo.cum simil.& ma-
gis iusta redditur transactio,& tenet, quia soluit,&
satisfecit.d.Ludouicę creditrici pro dictis alimen-
tis,in eo,quod ipsam tenebat obligatam, & ex his
etiam remouetur contrarium,quod fiebat de hypo
theca extincta super re emphithcotica post mortē
debitoris obligantis,& per aditionem hęreditatis
dicti debitoris factam per d.Ludouicam pro tertia
parte,quia etiam vltra hypothecariam dicta Iulia
hæres vsufructuaria tenebatur actione personali,

vt supra

vt supra dictum est, & si non tenebatur, fortè pro
ea parte, qua est hæres proprietaria.d.Ludouica vl
12 tra quòd Ias.in l.1.in 1.nota.ff. eo. dicat, † ratione
litis super parte posse transigi super toto, est text. in
l.1.& ibi glos. & doct.C. de plus peti. quia transactio
facit silere,& non posse obijci dolum commissum
super lite maiori quantitate exposita. Postremo si
dicta transactio non valeret, vt transactio, tamquam
facta de re clara,& non dubia ad fauorem d. Iuliæ,
cum notarius in instrumento iuxta stylum appo-
suerit verba illa,venerunt ad infrascriptam transactio-
nem, pactum,conuentionem &c.valere debet vt pa
13 ctum gratuitum.per d.l. 1.ff.eo.quæ † verba faciũt
valere actum eo modo meliori,quo valere potest.
Bar.& cæteri in l.si causa cognita. ad fi.C.eo.Hier.
Cagn.in d.l.2.sub num.82.de rescind.vendi.debet
in dicto instrumẽto etiã adesse clausula, omni mo
do mel.&c. sic inducta etiam per iuramentum,quę
14 operatur † validitatem pacti gratuiti, si transactio
non valeret,Ang.consi.59.col.2. sequitur Paris.d.
consi.10.num.100.lib.1.Caccialup.de transact. in
9.q.nu.10.& ita intrepidè tenendo, & iuri tantum
approbanti transactiones, & nobili præsumptioni
validitatis actus consentaneum arbitror. L. D.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

De iure emphyteutico,& quòd septuagenarius non posit generare communiter.

SVMMARIVM.

1 *Actor ex suo iure tantum ius metitur.*
2 *Mandatum non præsumitur.*
3 *Verba enunciatiua instrumenti non probant, cum non sumus in antiquis vltra metam centum annorum.*
4 *Mandatum præsumitur ex qualitate personæ mandatarij.*
5 *Canonis solutio ostendit contractum emphyteosis per procuratorem factum, fuisse per dominum ratificatum.*
6 *Consuetudo notoria dicitur probari ex plurium instrumentorum productione.*
7 *Aestimum(alio possessore bonorum non apparente)probat possessionem, ex qua probatur traditio, ex quo qua vtilitas resultet num.8.*
9 *Filijs acquiri vtilem actionem ex stipulatione paterna. & nepotes posse agere,& recuperare rem emphyteoticam à patre extraneis venditam, etiam quod non sint hæredes patris, & decursa sit præscriptio quadraginta annorum. est communis opinio.*
10 *Constituti in patria potestate, & non valentes agere impedimento iuris, non excluduntur interim præscriptione.*
11 *Probatio non concludens reputatur nulla.*
12 *Demonstratio bonorum persuasiua quando videatur sufficere.*
13 *Bonorum identitas probari potest coniecturis.*
14 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
15 *Collecta imposita debent ab emphyteota solui de bonis emphyteoticis.*
16 *Diligens quilibet præsumitur in facto suo.*
17 *Aestimi ex inspectione probatur quem non habere plura bona, quam sint in eo descripta.*
18 *Bona peruenta ad filios, præsumuntur esse de bonis paternis.*
19 *Probatio per inspectionem oculorum quando fieri possit.*
20 *Medico quid prodest centum curare feritas, si remanet vulnus, quo moriatur homo?*
21 *Personæ quærendæ prius sunt, quam iuris ratio.*
22 *Instrumentum non patrocinatur ei, qui non habet causam à nominato in ipso.*
23 *Hæres hæredis est hæres primi defuncti.*
24 *Fundans se in dispositione qualificata, probare debet dispositionem, & qualitatem.*
25 *Filij nati ex muliere vxorata in domo mariti, dicuntur filij ipsius mariti, etiam si alij ad eam accessissent.*
26 *Causa impeditiua procreationis probari possunt.*
27 *Aetas communis in masculo apta ad generandum videtur esse vsque ad annos sexaginta, & non vltra.*
28 *Caput alterius male erigit, qui suũ erigere non potest.*
29 *Filiatio, & non filiatio probatur per famam viciniæ.*
30 *Probationi negatiuæ circa filiationem magis credendum est.*
31 *Testes probant contra inducentem eos.*
32 *Filius in vita mariti si habitus, & reputatus sit pro filio spurio, attenditur tractatus, etiam si natus sit ex vxore.*
33 *Condemnatio in expensis non habet locum, quando quis sine calumnia, & temeritate litigat.*

DIVINO AVXILIO IMPLORATO.

SVPER scripturis vtriusq; partis,& processibus causæ, & litis coram Magnifico D. Prætore ciuitatis Calij agitatæ, & vertentis inter do.Franciscam vxorẽ quond.Dominici magistri Nicolai vti tutricẽ suorum filiorum agentẽ, ex parte vna,& ser Carolum Lucium reum conuentum ex altera,de dicta ciuitate,& mihi secreté traditis à prestantissimo Iuriscõs. D.Stephano Mont.meritissimo Illustrissimi Principis nostri Consiliario, pro consilio habendo ipsius litis decisiuo, & rescripto ducali inserto in fine processus Actricis, satis superq; cogitaui cuncta pro mea(qualis sit)facultate,vt par est,rimando,& perscrutando,quæ nam iustè,& æquè litem ipsam dirimens determinansq; sententia proferri debeat, videtur quidem id cognosci,& fieri posse auditis,cognitis,& discussis iuribus partium,quoniam ex suo
1 † iure tantum actor ius metitur.l.1.§.1.si pars hæred.pet.cum pluribus allegat.per Felyn. in c.olim. col.5.versi.vltimo.de rescrip.& Aym.cõs.78.nu.4.

Videnda

Videnda sunt ergo ea, quæ pro iuribus actricis ad-
ducta sunt, primum enim eius fundamentum elici-
tur ex tribus instrumentis, vno de anno 1474. alio,
de anno 1476. confectis, quibus constat iure em-
phyteutico magistrum Nicolaum magistri Domi-
nici pro se, & suis hæredibus emisse bona in eis de-
scripta, & alio de anno 1485. in quo legitur do. Pe-
trum vti sindicum, & procuratorem episcopi Cal-
lien. in emphyteusim dedisse, & renouasse d. magi-
stro Nicolao pro se filijs, & nepotibus masculis de
eo descendentibus de legitimo matrimonio acce-
ptanti petia terrarum sex in eo descripta, & posita
in processu actricis car. 84. 85. & 86. & si de manda
2 to dicti dom. Petri non probetur, † neque præsumi
plures doct. voluerunt. per vulg. doct. Bal. in l. 2. C.
si ex fal. instr. relati per Hier. Cagn. in l. velle. num.
78. de reg. iur. & Aymo. in suo tract. de antiqu. in 2.
par. num. 33. nisi per verba enunclatiua dicti Instru
3 menti, † quæ non probant, cum non simus in anti-
quis vltra metam centum annorum, secundum
commun. opin. doct. de qua per Alex. & Ias. in l. cũ
aliquis. C. de iure delibe. & Cagno. in d. l. velle. in
fi. & Aymo. in d. tracta. de antiq. in 1. par. sub nu. 2.

Tamen dici posset, mandatum dicti do. Petri præ
sumi, ex eo quod ipse religiosus vir, & presbyter. vt
deprehenditur ex dicto instrumento, in quo nomi
natus est venerabilis vir donnus, vt in his regio-
nibus solent presbyteri nominari, non se inter po-
suisset vt procurator episcopi ad concedendum di-
cta bona in emphyteusim, nisi mandatum habuis-
set, sic ex qualitate personæ mandatarij præsumi-
4 tur mandatum † Dec. consi. 36. sub num. 8. & Ruin.
consil. 35. nu. 21. lib. 1. eo maximè, quòd in fine di
cti instrumenti apparent scriptæ solutiones cano-
nis promissę pro dictis bonis, vsq; ad annum 1497.
5 quod ostendit † contractum per procuratorem fa-
ctum dictæ emphyteusis fuisse per Dominum rati-
ficatum, per ea, quæ tradit Dec. consi. 486. num. 12.
& clarius Pau. de Cast. consi. 386. factum sic se ha-
bet. col. fin. versi. hæc pars. lib. 2. cum alijs, quæ con
gerit Aymo. consi. 237. col. fin. lib. 2. Quæ quidem
ratificatio videtur etiam remouere obiectionem,
quæ fieri posset, quòd noua inuestitura emphyteu-
sis non potuerit dicto magistro Nicolao per procu
ratorem fieri. per tex. in l. fin. versic. necessitatem.
& ibi Iaso. col. 10. in 13. not. C. de iure emph. quæ
obiectio videtur quoque cessare ex consuetudine
contraria extante, quòd huiusmodi Inuestituræ no
uis emphyteutis fieri soleant per procuratorem, vt
apparet per instrumentũ cõfectum, de anno 1500.
die 5. Febr. nouam inuestituram per procuratorem
fuisse factã Federico Lucij, productum in processu
actricis car. 64. & per aliud instrumentũ factum de
anno 1511. die 13. Martij, productum per dictum
ser Carolum inter alia plura instrumenta in cartis
membraneis, & per aliud instrumẽtum in processu
actricis car. 62. ex quorum plurium instrumentorũ
inspectione dicitur probari notoria consuetudo
6 † Bald. in l. 1. circa fin. C. ad vel. Dec. consi. 11. sub
num. 9. & consi. 449. num. 25. Curt. Iun. consi. 106.
col. 2. Aymo. consi. 134. num. 9. In cõtractu autem
emphyteutico hodiernis temporibus omnes con-
tractus teneri, & sustineri cõsuetudine, dicit Alex.
consi. 79. sub num. 18. versic. præterea etiam. lib. 1.
ad idem Spec. in titu. de loc. seu emph. §. fin. vers. 6.

De possessione dicti magistri Nicolai, & Domi-
nici, & Ioã. Iacobi suorum filiorũ liquere potest ex
attestationibus aliquorum testium examinatorum
pro actrice, & ex æstimo continente bona dicti ma
7 gistri Nicolai, quod † æstimum, alio possessore di-
ctorum bonorum non apparente, probat possessio-
nem. Bal. & Pau. de Cas. in l. si pater. C. de act. emp.
Socin. consi. 89. col. 5. lib. 1. & consi. 205. col. 2. lib.
2. & consi. 46. col. 2. versic. secundo limita. lib. 3. ex
qua possessione videtur probata traditio, vnde vti-
le dominium prouenit, præbens actionem emphy-
teutis aduersus quemcunque possessorem. l. 1. ff. si
ag. vectig. Corn. consi. 173. col. 5. lib. 2. Quod pro-
cedit in primo emphyteuta, non autem in filijs, &
nepotibus, pro quibus accepta sit emphyteusis, licet
8 contrarium sentiat † Cor. in consi. proximè allega.
in 6. col. & malè, quia sufficit rem esse traditam pri
mo emphyteutę accipienti pro se, filijs, & nepotib.
qui postmodum ex stipulatione paterna, pacto do-
mini, & inuestitura prima talem legem imponen-
te rei emphyteuticæ traditione pro eis primo em-
phyteutæ facta sufficiente, casu dictæ stipulationis
eueniente, agunt vtili actione in rem. ar. l. 3. C. de
don. quæ sub mo. & l. 1. de donat. cau. mor. Spec. de
loc. in d. §. fin. versi. 70. & versic. 169. & ibi Bald. in
add. circa fin. Alex. consi. 106. num. 2. lib. 4. vbi etiã
in col. fin. dicit esse magis commu. opin. ex stipula-
9 tione paterna † filijs acquiri vtilem actionem, idẽ
Corn. consi. 100. lib. 4. firmat esse comm. opin. ne-
potes posse agere, & recuperare rem emphyteuticã
a patre extraneis venditam, etiam quòd non sint
hæredes patris, & decursa sit præscriptio 40. anno-
rum, & tamẽ eis nunquam fuit possessio tradita, sed
sufficit (vt dictum est) auita stipulatio, & prima in-
uestitura eos comprehendẽs, & vt expressè probat
plura allegando Ruin. consi. 25. col. 6. nu. 16. lib. 1.
Ad contrarium de præscriptione ibi non respõdet
Corn. quod latius firmat consi. 237. circa fin. lib. 1.
Sed respondetur, id non obstare, quia viuente Do-
minico alienante, tenebat alienatio rei emphyteu-
sis facta Federico, & non potuerunt eius filij non-
dum vocati aliquo remedio experiri, nisi mortuo
Dominico alienante, ob cuius datoris mortem ius
datum resolutum, & ius acceptoris resolutum est. l.
lex vectigali. ff. de pigno. Soci. consi. 50. col. fi. vers.
qm licet. lib. 1. sentit Bar. in l. in debiti. §. sed si nũ-
10 mi. in fi. de cond. indeb. ideo † constituti in patria
potestate, & non valentes agere impedimento iu-
ris, nõ excluduntur interim præscriptione. auc. ni-
si tricẽnale. C. de bon. mater. & l. 1. §. fi. de anna. ex
cept. Ias. cons. 7. col. fin. lib. 3. Dum volunt Corn. d.
consi. 237. circa fin. & Alexã. consi. 44. col. 1. lib. 3.
posse præscribi ius emphyteuticum, loquuntur in
casu, quo impedimento iuris agere impeditus non
sit is, cõtra quem præscribitur, vt iura per eos alleg.

concor-

concordentur.d.l.1.de anna.except.cum ſimil. per
l.1.C.de inoff. doti. & hoc nullam videtur habere
difficultatem.

Sed contra actricem magis res in ambiguo, &
obſcuro poſita eſt,quòd demonſtrationibus claris
non demonſtrantur, quæ modo ſint bona olim ac
cepta in emphyteuſim per magiſtrum Nicolaum,
& ſi detineantur per ſer Carolum reum conuentũ,
modicum huiuſmodi demonſtrationi lumen affe-
runt aliqui teſtes pro actrice examinati,dicentes vi
diſſe,ſeu audiuiſſe dici Dominicum Corneliꝗ poſ-
ſediſſe aliqua bona in villa montis Sirculi in voca-
bulo Buffani, etiam quòd aliqui dicant de ma-
giſtro Nicolao, quia ob id non concluditur, hæc
bona eſſe eademmet deſcripta in dictis inſtru-
mentis, & poſſeſſa per dictum ſer Carolum, nul-
11 la enim reputatur † probatio non concludens.
c.in præſentia.de probat.cum vulgar.ſtante maxi-
mè præſumptione pluritatis rerum.Alex.conſ.134.
num.3.lib.2.canon.in c.auditis.de præſcrip.& nul
la verificatione facta de identitate confinium an-
tiquorum, & modernorum, iuxta doctr.Barto. in
l.demonſtratio.in fi.principij.de cond.& dem. per
doct.in pleriſq; locis relatam.

Nihilominus poſſet fieri dictorum bonorum de
monſtratio ſaltem perſuaſiuè, quæ videtur ſuffice-
re,cum hic vigore reſcripti ducalis ſola veritate in-
12 ſpecta † iudicari debeat.Dec.conſi.178.in fin.cũq;
probanda ſint ea,quæ ſapiunt tempus antiquum ex
cedens metam 60.annorum, pro antiquo arbitran
dum. ſecundum aliquos,vt per Alex.conſi.90.col.
3.lib.6.Socin.conſi.89. col.3.in prin.lib.1.Saly.in
l.non nudis.col.3.verſ. ſed Ioan.And.C.de proba.
& alios collectos per Aym.in d.tract.de antiq.cir-
ca princ. in prima part.& cum identitas bonorum
13 probari poſſit coniecturis.† Soci.d.conſi.89. col.1.
Afflic.deci.23.num.3.Rui. conſi.50.col.5. lib.1.&
conſi.65.num.10.& conſi.115.num.13. & ſeq.lib.
5.& Pariſ.conſi.104.num.25.& ſequen.lib.1. Con
iecturæ autem in ſpecie propoſita de identitate bo
norum deſcriptorum in dictis inſtrumentis emphy
teuſis,& poſſeſſis per dictum ſer Carolum,tales col
ligi poſſunt, quòd dicta inſtrumenta probent ius
emphyteuticum ſuper bonis in eis deſcriptis, quia
14 † inſtrumentum dicitur probatio probata. Iaſ. in l.
iuriſgentium.§.quod ferè.col.1.ff.de pact.& de bo
15 nis emphyteuticis † debent ſolui collectæ impoſi-
tæ ab emphyteuta.Soci.conſi.217.lib.2. & æſtimũ
fit pro bonis collectandis.l.forma.in prin.ff.de cen
ſi.& pœnam patitur in loco vigore ſtatuti, non po-
nens bona ad æſtimum, quòd non auditur agendo
in ciuilibus, vel criminalibus,de quo ſtatuto atte-
ſtatur ſer Antonius Bompatritius 3. Teſtis extra-
16 ctus pro actrice, & præſumitur † quilibet diligens
in facto ſuo.c.ſuper.de renuncia.& l.cum de inde-
bito.ff.de prob.Aymo.conſi.129.nu.6.

Præſumitur ergo dictum magiſtrum Nicolaum
poſuiſſe ad ſuum æſtimum bona iure emphyteuti-
co per eum acquiſita vigore dictorum inſtrumen-
torum,& eum,probari videtur ex inſpectione dicti
æſtimi,non habere plura bona,quàm ſint in eo de
17 ſcripta. † Bar.in l.decem.col.1.de verb.oblig. Soc.
conſi.205.col.2. ver.primo ex theorica Bart.lib.2.
Item quòd filij dicti magiſtri Nicolai poſtea vendi
derunt Federico Lucij plurima bona, de quibus pa
riter dictus Federicus fuit inueſtitus ab agentibus
D.Epiſcopi Callien.vt conſtat per plura inſtrumẽ-
ta in proceſſu producta per actricem. Qui filij ma-
giſtri Nicolai poſt mortem patris nihil acquiſie-
runt,ſed potius diſſipauerunt, & alienauerunt, vt
aliqui teſtes dicunt,& bona ad eos peruenta præſu
18 muntur eſſe de bonis paternis. † per not.in l.cum
oportet.C.de bon. quę lib.& per Socin.conſi.167.
col.7.verſi.ſed contrarium.lib.2.Item plurima, ex
bonis deſcriptis in dicto æſtimo magiſtri Nicolai,
de voluntate dicti Dominici filij magiſtri Nicolai
caſſata leguntur,& poſita ad ęſtimum Marini Fede
rici,qui Marinus eſſe filius Federici Lucij(qui emit
à filijs dicti magiſtri Nicolai) habetur ex duobus
inſtrumentis productis per dictum ſer Carolum in
cartis membraneis,factis, vno de anno 1505. die
29.Maij,& altero de anno 1511.die 13. Mart. ex-
hibitis die 10.Decembris 1555. & bona deſcripta
in dictis inſtrumentis emphyteuſis, & in dicto æſti
mo,& inſtrumentis emptionum dicti Federici, &
poſſeſſa per dictum ſer Carolum,vt in ſuo proceſſu
car.45.ſita videntur in eadem villa Montis Sircu-
li,& in eiſdem fundis,ſeu vocabulis,& alij de con-
ſortibus, & caſata Federici non poſſident in dictis
locis. Quibus omnibus concurrentibus, & tenden
tibus ad vnum identitatis præmiſſe,animus iudicis
ſatis perſuaderi, & induci poteſt ad credendum
bona vendita iure emphyteutico à filijs dicti ma-
giſtri Nicolai, & poſſeſſa per dictum ſer Carolum
pro quantitate æquali, & concurrenti, eſſe ea-
dem deſcripta in dictis inſtrumentis emphyteu-
ſis, ſed cum confuſa, & mixta fuerint, & de plu-
ribus petijs effecta ſint vnum prædium, & vnum
19 tenimentum terrarum, poſſent † ea diſcerni ſubij-
ciendo oculis. iuxta l. ſi irruptione.ff.fini. regun-
dor. & ea, quæ dicit Alexand. conſi. 96. circa fin.
lib.5. & Ruin.d.conſi.50. nume.15.cum ſeq.lib.1.
cum alijs de probatione per inſpectionem oculo-
rum cumulatis per Marſi.in practi.cri.§.ſecunda q.
num.22.cum ſeq.& Tiraq.de retrac. tit.1.§.4.gloſ.
2.nu.36.cum ſeq.

Verum pro deciſione cauſæ, adhuc perſcrutan-
do iura actricis, ſupereſt nodus forſan indiſſolu-
bilis,& afferens incurabilem ptiſim,adeo ꝙ parum
prodeſſet cæteras ad gratiã Actricis denodare diffi
cultates, ſi vna ſuperſit carens dilucidatione,iuxta
20 illud, quid † prodeſt medico centum curare fe-
ritas, ſi remanet vulnus, quo moriatur homo?
& illud, quod not.Imo.in l.ſi non lex. ff.de hæred.
inſti.quòd oportet omnia obſtãtia remoueri, aliàs
vnum ſufficeret remanere ad impediẽdum actum.
Nam conſiderandum eſt vnum, quod pręcipuum
eſt in cauſa,reſpiciens perſonas filiorũ dictæ actri-
21 cis,quæ quidẽ perſonæ † prius querendæ ſunt quàm
iuris ratio.l.quidã.§.deinde.ff.de iure codi.& pro-

bare

bare debent ſe tales eſſe, quales ſe faciunt. Bar. in l. non ignorat. C. qui accuſare. Bal. in l. cũ in delictis. verſic. in text. ibi, quaſi. C. de adult. Dec. conſi. 321. col. 2. in pr. oportet enim agentem ex inſtrumento probare ſe ſucceſſiſſe, vel cauſam habere ab eo, qui eſt nominatus in inſtrumento, alias ſibi inſtrumen
22 tum non patrocinatur † dicit Bald. in l. ſi bine. ff. de iniu. rupt. teſta. & in l. ad probationem. la 1. C. de probat. Non pñt aũt agere & niti ex duobus primis inſtrumẽtis. an. 1474. & 1476. quia loquunt̃ acquiſitiones eſſe factas & emptiones per magiſtrũ Nicolaum pro ſe & ſuis hæredibus, quo caſu requiritur etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica agẽtes eſſe hæredes acquiſitoris. Bart. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. Bald. in auc. ſi quas. col. 2. de ſacr. ſan. eccl. & conſi. 475. nu. 1. lib. 5. in l. filius. §. cum quis. de leg. 1. in l. 1. de cond. inſer. & in auc. vnde ſi parens. de inof. teſ. ita eſt com. opin. ſecundũ Alex. conſi. 128. col. pen. lib. 1. & conſ. 9. nu. 2. lib. 2. Dec. in l. 1. nu. 14. in add. quando non pet. par. Rui. conſ. 208. nu. 25. lib. 1. nominario hæredũ hoc deſignat. Aymo. conſ. 131. nu. 7. Actrix in ſua petitione nomine ſuorum filiorum repudiauit hæreditatẽ paternam, non intendẽdo aliquo mõ eſſe hæredes dicti Dominici, ergo non hæredes Dominici hæredis & filij magiſtri Nicolai. non ſunt hæredes magiſtri Nicolai acquiſitoris, quia ſtanre in medio perſona Dominici filij, hæreditas magiſtri Nicolai maximè apprẽhẽſa per filios nunquàm fuit deuoluta ad nepotes prætenſos diu natos poſt mortem aui. §. ita. demum. cum ſequen. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
23 cum vul. & ſicut † dicitur hæres hæredis eſt hæres primi defuncti. l. hæredis appellatio. de verbo. ſign. ita non hæres hæredis &c. arguendo à contrarijs. l. 1. de his qui ſunt ſui, vel ali. iu. cum ſimil. & conſequenter capere nõ poſſunt bona deſcripta in dictis duobus inſtrumẽtis, vt in eis non cõprehenſi.

Pari ratione conſequi nõ poſſunt bona contẽta in alio inſtrumento emphyteuſis continente acquiſitionem factam magiſtro Nicolao pro ſe filijs & nepotibus maſculis de eo deſcẽdentibus de legitimo matrimonio, Omitto, ꝙ iure defendi poſſet, non eſſe probatum Dominicum fuiſſe filium magiſtri Nicolai de legitimo m̃rimonio deſcendentẽ ex eo, prout formiter probari requirebatur, cũ fun-
24 dans † ſe in diſpoſitione qualificata probare debeat diſpoſitionem & qualitatem per ea, quę tradit Bar. in l. 1. §. quod autem. ff. ne quid in fl. publ. Alexan. conſi. 119. ſub nu. 5. lib. 1. conſ. 3. nu. 7. lib. 2. matrimonium enim non præſumitur, niſi probetur. Bar. conſi. 120. Verutius. in fi. ſed magis in hanc ſententiam me mouet, quòd licet aliqui teſtes dicanr Nicolaum & Marcumantonium eſſe natos ex d. dom. Franceſchina ſtãte matrimonio inter eam & dictũ
25 Dominicum, ita † quòd præſumantur filij dicti Dominici, & ſi ad eam alij acceſſiſſent. per l. miles. §. defuncto. ff. de adult. & talis ſit pręſumptio, vt probari nequeat contrarium, Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem. nu. 36. ff. de quæſt. Boer. in deci. 299. nu. 9. Tamen videtur probari contrariũ, vt poſſe probari
26 cauſas impeditiuas pro creationis † adducendo ſentit tex. in l. filium. de his qui ſunt ſui, vel ali. iu. Bart. & Bal. in l. nõ nudis. C. de prob. Alci. de præſumpt. in reg. 3. præſumpti. 37. Dec. conſi. 54. col. 2. firmat poſſe probari contrarium, quãdo filiatio probatur ex tractatu. & latè per Pariſ. conſi. 10. nu. 82. & ſeq. lib. 2. Sic. enim probatur, quòd tempore cõceptionis dictorum Nicolai & Marciantonij, erat ætatis an. ſeptuaginta & vltra ipſe Dominicus, vt colligit̃ ex inſtrumẽto cõfecto de an. 1499. die 16. Aprilis producto in proceſſu actricis fol. 68. & ex alio inſtrumento de eodem anno, & die 12. Decemb. in proceſſu actricis fol. 78. continentibus Dominicũ iureiurando affirmaſſe ſe maiorem 25. annorum & ex ætate Nicolai primigeniti die 8. Ian. 1555. atteſtata non excedere an. 9. vt per Nicolaum quartum Teſt. pro ſer Carolo examinatũ deponi legitur in ſuo proceſſu car. 275. qui Nicolaus potuit generari de anno 1545. quo anno ab illo anno 1499. quo Dominicus affirmauit, (vt dictũ eſt) ſe maiorẽ 25. an. cõputando ipſe Dominicus erat ætatis vltra an. 72. vnde credibile vr̃, quod idem Nicolaus quarti teſt. in dicto proceſſu car. 274. dicit, Dominicum articulato tempore, quo accepit in vxorem d. Do. Frãceſchinam excedere annos. 70. & quod Antonius 8. teſt. in dicto proceſſu car. 283. deponit iudicio ſuo tempore articulato, quo Dominicus vxorẽ duxit d. Franciſchinã, eum annorum 80. ætatis eſſe, idem deponit Ioan. Antonius 7. teſt. in d. proceſſu car. 281. cum enim cõmunis ætas in maſculo apta
27 ad generãdũ † videatur eſſe vſque ad annos. 60. & non vltra. per tex. in l. ſi pater. §. in arrogationibus. ff. de adopt. & ibi prima gloſ. ſentit. & vt latiſſimè iurium philoſophorũ, medicorum, & doc. authoritatibus firmat Pariſ. conſ. 29. num. 26. & per totum. lib. 2. quod Conſilium huius quæſtionis deciſiuum eſt, & id, & conſ. Fulg. 212. per eum allegatũ euitari non poſſunt, diuerſificando caſum, ꝙ ipſi loquantur in ſene firmiter an. 80. vel 76. & nos non ſumus in ſene tãtæ ætatis, quia reſpondetur ſecundũ Imo. in l. pater filiam. §. fin. circa pr. ff. ad l. Falc. quòd diuerſificare caſum, nõ adducta ratione diuerſitatis, non eſt ſufficiens ſolutio. concurrit in caſu noſtro eadẽ ratio deciſionum per Pariſ. allegatarum, quia ſumus in ſene vltra an. 60. limitatos in maſculo ad generandum, & etiam in ſene vltra an. 70.

Vltra ſenectutis, & aliquarum infirmitatum impedimẽta in caſu conſ. Pariſ. inreruenientia, in caſu præſenti plurima cõcurrunt vltra ſenectutẽ, ſcilicet maxima corporis debilitas Dominici, ita quòd accedebat cum baculo, & ſic ex quadrupede, bipede effectus erat tripes, ſecundum enigma, vt multi teſtes deponunr ſuper capitulis additionalibus dicti
28 ſer Caroli, malè † erigit alterius, qui ſuum non põt erigere caput. ar. l. fin. C. de leg. tuto. erat etiam adductus in extrema paupertate & inopia, mendicãs extra domum, vt etiã plures teſtes dicunr, ita, quòd in eo verũ illud verbũ fuerit, ſine Cerere & Baccho friget Venus. adeſt quoque nimis p teſtes vtriuſq; partis ꝓbata inhoneſta vita do. Frãceſchinæ, unde

uide-

videretur Dominicum per alios cōsecutum fuisse, quod ex persona sua consequi non potuisset. Ias.in l.si emancipati col.3.vers.Nota tu diligenter.C.de collati.Fel.in c.1.col.3.& seq.de præscript. Itē concurrit publica fama in loco per plures testes super capitulis additionalibus ser Caroli probata,deponentes de impotentia Dominici ad generandum, assignantes causas eorum dicti, ob senectutem, & debilitatem dicti Dominici, approbatas à iure per supradicta.& probant per ea, quæ scribit Alex.cōs. 129.col.3.versi.non obstat.lib.7.& consi.109. col. pen.& fi.lib.1. & probant famam, quòd dicti filij non habentur pro filijs Dominici.

29 Sicut † enim per famam viciniæ probatur filiatio.l.si vicinis. C.de nupt.& doct. in d.l. filium,ita econuerso,non filiatio probatur,quia quod propositum in proposito operatur,idem oppositum in opposito.l.Iulianus.§.per contrarium.ff.de act.empt. cum simil.sentit Bal.in d.l.filiū.in prima lect.versi. Item, quòd de iuribus. & eadē uis est famæ negatiuæ.l.si arbiter.ff.de prob. vt per Bal.in l.diuus.ff. de test.mil.Parum actrici prosunt attestationes pro ea factæ quorūdam testium super filiatione dictorum Nicolai & Marciantonij, quia nimis frigidè sunt,& per pauciores testes etiam minus idoneos, longè maiori numero testium efficacioribus præsumptionibus cōtrarijs senectutis, & decrepitatis, infirmitatis, debilitatis,mendicitatis Dominici,& expulsionis extra domum cōtra eum factæ ab vxore, & inhonestæ vitæ Franciscę fiunt probationes
30 contrariæ & negatiuæ dictarum filiationū † quibus ideo magis crependum est.l.ob carmen.§. fin.ff.de prob.& ibi gl.& Bar.in l.de minore.§.plurium.nu. 26.de quæst.& c.in nostra de testi.4.q.3. c.si testes. Rip.in c.cum ecclesia sutrina.nu.89.de cau.poss.& pro.vbi intelligit dicta iura procedere etiam in testibus deponētibus negatiuam, reddentibus rōnes negatiuæ. Quinimo aliqui testes do.Franceschinæ scilicet Baptista. 1. testis super interrogatorijs dicit,tēpore natiuitatis dictorū Nicolai, & Marciantonij audiuisse dici à pluribus, eos non esse filios Dominici,sed alterius, qui esset validior.& Nicolaus. 5. testis dicit,varium fuisse sermonē hominū, an prædicti essent filij dicti Dominici. qui testes
31 probant contra † eam inducentem.Rom.cōsi.104. in fi.Ias.in rub.col.pen.vers.sexto. de iureiur. Paris. consi.23.nu.1.lib.4.Aymo.cons.201.num.7.lib.2. & Soc.Iun.consi.69.nu.2.& seq.lib.1.probat cōtra inducentem etiam si esset vnus testis, vt ibi Socin. firmat,& dicit Corn.cons.1.col.12. vers.ex quibus
32 omnibus lib.3.quòd † filius in vita mariti si habitus & reputatus sit pro filio spurio, attēditur tractatus, etiam si natus sit ex vxore, Itaque apparet, filios d. Franceschinæ non esse, vel non probari filios dicti Dominici, & consequenter non comprehendi in prædictis instrumentis emphyteusis, & quoad eos ser Carolū liberas ædes habere.l. loci. §. pen.si ser. vendi. ideo cum absoluendū censeo à petitione d. Franceschinæ. Quam vti mulierē in hac lite sequentem consilium sui doctiss. D. Aduocati,& credentē se probasse incumbētia per testes pro ea examinatos, & sua instrumenta producta, & vti carentem
33 calumnia & temeritate, † arbitror ab expensis absoluendā, Dec.& Cagn.in l.q in alterius.de reg.iu.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM NONVM.

ARGVMENTVM.

In materia Auth.Præterea.C.vnde vir. & vxor.

SVMMARIVM.

1. *Prolatum à lege cū qualitate dēt cū qualitate probari.*
2. *Requisita principaliter per Auth. præterea.C.vn.vir. & vxor.quot, & quæ sint.*
3. *Verba legis vbi nō sunt verificata in facto, de quo quæritur, cessat legis dispositio.*
4. *Dotem nullam adesse, vel paruam, quæ non sufficiat ad alimēta vxoris superstitis, paria sunt in casu Authē. præterea.C.vn.vir.& vx.*
5. *Dos potest condecens & non parua arbitrari inspecta qualitate & conditione vtriusque.*
6. *Mediocritas respectu facultatū præmorientis quare nō attendatur in casu Auth.præterea.C.vn.vir.& vxo.*
7. *Argumentum de feudo ad emphyteusim valet, quando est eadem ratio.*
8. *Fundamentū intentionis suæ quisque probare tenetur.*
9. *Testes, vt probent negatiuam, quid habeant deponere.*
10. *Testis deponens per verbum credere, non reddita saltē ratione credulitatis, non probat.*
11. *Testiū dicta ambigua cōtra inducentē interpretātur.*
12. *Scientia præsumitur eius, de quo fama est.*
13. *Rem habere, & actionem habere ad rem, paria sunt.*
14. *Testes quo casu dicātur famam probare, & si sufficientem causam non redderent.*
15. *Manifestum est, & plenius constat, quod multitudine testium comprobatur.*
16. *Vxor non debet stare tanquam corpus mortuum, sed operari, & se exercere.*
17. *Laborare valēti pprijs manib. de victu non puidetur.*
18. *Rector ecclesiæ potest consequi à parochianis oblationes consuetas pro sua sustentatione, non obstante quod possit suo exercitio, & debeat sibi victum quærere.*
19. *Alimenta sibi deberi prætendens, si potest in suo exercitio, & aliunde habere, ea consequi non potest.*
20. *Coniux superstes, qui, seu quæ iniuriauit, & coniugali affectione non tractauit præmorientem coniugem, an possit succedere, & habere quartā traditā per Auth. præterea.C.vn.vir.& vxo.*
21. *Legatum relictum à coniuge cōiugi ante iniuriam commissam, de qua non fuerit facta reconciliatio in vita testantis, per talem iniuriam intelligitur reuocatum.*
22. *Testes deponentes per diuersos actus ad vnum tendentes, probant.*
23. *Ingratitudinis causa non excludunt successionem ab*

inte-

intestato, sicut non excluditur successio filiorum, non facta expressa exheredatione cum causa legitima nominatim expressa & probata.

24 *Pax & recōciliatio siue expresse, siue tacitè facta sit, tollit obstaculum ingratitudinis, & ei successio non denegatur.*

25 *Maritus nō tractans affectione maritali uxorem, amittit lucrum dotis, & quartam vti prouenientem ex eodem fonte, scilicet matrimonij, per Authen. praterea. C. vn. vir. & vxor.*

26 *Maritus sine causa malè se habendo in vxorem, dicitur eam iniuriare, & non tractare affectione maritali, & pro tali iniuria punitur ad ei dandum de bonis suis.*

27 *Status legitima coniugis cum viro quis sit.*

28 *Dispositio legis cessat, vbi cessat eius prasuppositum.*

29 *Iniuria, & dolus commissus à coniugibus derogant debito coniugalis reuerentia.*

30 *Institutus ob causas inimicitia commissas repellitur ab institutione hereditatis, qua est expressè facta à testatore, quid in veniēte ab intestato? & adducitur ratio.*

31 *Matrimonij lex est, vt coniuges adinuicem se ament, & vxor timeat virum suum.*

32 *Filius ex causis grauis et inhonesta iniuria, & manuū illationis potest exheredari, & priuari alimentis.*

33. *Ius sanguinis & natura tolli non potest, ius vero ciuile mutari potest.*

34 *Decisio pro expressa haberi debet, si conditor iuris illam expressisset, si interrogatus fuisset.*

35 *Testium singularitas non nocet, cum inducuntur ad probandam dispositiuam, & prasumptiuam voluntatem testantis.*

36 *Reconciliatio non prasumitur facta nisi probetur.*

37 *Probatio specialis praualet, & attendenda est.*

38 *Consanguineus non repellitur à testimonio, cum attestatur de his, qua domi inter coniuges interuenerint respicientia eorum mores.*

39 *Amicus noster non est aufferens bona nostra.*

40 *Coniux legitima non debet furari bona mariti, sed eum adiuuare ad cōgregandū diuitias, & illas conseruare.*

41 *Heres contra vxorem defuncti agere potest petitione hereditatis, siue actione ad exhibendum pro bonis ab ea asportatis, que si non exhibeantur, potest ipsi contra eam deferri iuramentum in litem.*

42 *Compensatio fit, cum dos consistit in quantitate.*

DEVS ADSIT AVXILIATOR.

DO. Pacifica contra ser Paternianum priuignnm intentans remedium auth. præterea. C. vnde vir & vxo. vt obtinere possit, necesse habet ꝓbare, quę d. auth. præsupponit & requirit ad dispositionē & decisio-
1 nem sui casus, quia vbi † profertur à lege aliquid cū qualitate aliqua, debet vtrūque, & illud, & qualitas probari. l. 1. §. ait prætor. & ibi not. Bart. ff. ne quid in flu. pub. glos. & Sali. in l. mancipia. C. de ser. fug. Alex. cons. vlt. num. 5. lib. 2. Corn. consi. 125. col. 2. lib. 4. cum simil. alleg. à Tiraq. de rętrac. tit. 1. §. 8. glos. 7. num. 2. & in specie Natta consi. 648. in prin. & per tot. vbi, ꝙ omnimodo incumbat actrici onus probandi negatiuā dotis non datæ in matrimonio, latè insistit. Requisita enim ꝑ d. auth. principaliter.
2 † videtur tria, vel quatuor: matrimonium, & id fuisse sine dote, deinde coniugem præmorientem esse locupletem, superstitem vero inopia laborare, quorum vnum si defecerit, cessat dispositio. l. si hæredi. ff. de cond. inst. Rip. in c. 2. num. 39. de rescript. quo
3 niam verba legis vbi † non sint verificata in facto, de quo quæritur, notum est cessare legis dispositionem. l. hoc accusare. §. omnibus. ff. de accus. l. penu. si quis à pa. fu. manu. cum vulg. Vnde videndum est in specie proposita, si hæc requisiita probata sint, Primum de matrimonio sine dote videtur cessare, quia Honofrius maritus do. Pacificæ ab ea dotem habuit flo. 150. ut ipsa fatetur respōdendo positionibus ser Paterniani in processu dicti rei conuenti, exemplatis in 2. Tomo. fol. 215. per text. in c. fin. de iureiur. lib. 6. & in c. 1. & ibi glo. eod. lib. de confes. Alex. consi. 213. col. fi. versi. præterea fatetur. lib. 2. Dec. consi. 252. sub nu. 2. & in libello quoque fatetur. Sed fundamentum totū facit, in eo, ꝙ dicta dos
4 parua sit, ita, ꝙ in casu d. auth. præterea. paria †, sint nullam adesse dotem, vel paruam, quæ non sufficiat ad alimenta vxoris superstitis. secundum opin. Bal. ibi cōmuniter per doct. approbatam. & de qua latè in suo casu Rolan. à Val. cons. 14. nu. 21. & sequent. lib. 3. & in facto per plures testes actricis videtur probari fructus dictæ dotis flor. 150. non sufficere pro alimētis ipsius do. Pacificæ, & Honofrium esse dignum maiori dotæ.

Ad quod respondetur, primo dotis paruitatem intelligi de notabili paruitate, vt sentit Corn. cons. 249. col. 3. versic. Ad Bald. aūt. lib. 3. & latè scribit Fab. de Pepis in d. auth. ꝓterea. col. 4. & seq. placet. Cur. Iun. ibi in 3. col. ante nu. 8. latissimè defendit Soci. consi. 31. col. 8. & seq. lib. 4. licet ibi Dec. conetur hoc impugnare, tamen ibidem in col. 3. residet intelligendo semper dotem centum, vel ducentum florenorum esse paruam secūdum qualitatem personarum, qualitas autem personarum in isto casu non videtur multum vrgere, vt dos florenorū centum & quinquaginta dicatur parua, Nam dictus Honofrius erat ferè senex, ætatis an. 58. & vilis conditionis & parentelæ, & filios habebat ex alia uxore, vt do. Pacifica fatetur respondendo dictis positionibus, quæ omnia ostendunt eum non potuisse reperire vxorem magnæ dotis, vt docet communis hominum intelligentia, & experientia. c. quàm sit. de elect. lib. 6. & l. si chorus. de leg. 3. cum simil. etiā d. Pacifica nobilioris conditionis nō erat, vt aliqui testes dicunt, & erat vidua, nupta prius cum eadem dote flo. 150. vel 140. adeo, ꝙ inspecta qualitate & cōditione vtriusque eorum, dicta dos flo. 150. pōt
5 condecēs & non parua arbitrari † per no. in l. si filię. de leg. 3. & l. quęro. & l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. hoc firmius in re ista tenēdum est, q̄a vltra 10. testes pro ser Paterniano examinati deponunt dotem prædictam flor. 150. tempore, quo Honofrius accepit in vxorem d. Pacificam fuisse cōgruam dotem pro dictis Honofrio, & Pacifica, & ab illo rem

pore

pore citra dotes esse auctas, & dari maiores, vt ẽt deponunt primus Testis, & secundus Testis.d.Pacificæ super interrogatorijs,& dictum Honofrium accreuisse suas facultates,ideo sufficit dictã dotẽ tempore dationis, & contracti matrimonij inter prædictos coniuges non esse paruam, sed cõdecentem,vt in terminis comprobat Soc.consi.30.col.3. versi.secundo principaliter.lib.4.latè quinque rationibus corroborando.sequitur,& firmat Fab. de Pepis in d.sua repet.super d.auth.præterea. col.45. quod demonstrat,maritum non accepisse, vxorem cum affectu solum nuptiali,vt pro danda tali successione vxori põderat text.in §.quia vero.in auth. vt lice.ma.& auiæ,vnde etiam extracta fuit d.auth. præterea. vt latè in specie firmat Soci.d.consi.121. col.9.sub nu.41.lib.4.& hoc remouet obiectiones, quæ aduersus hanc conclusionem fieri possent.

Secundum requisitum quoque non videtur ad plenum verificatum,quòd Honofrius fuerit locuples,quia testes hincinde sunt contrarij, nam testes actricis dicunt,Honofrium fuisse diuitem,quia possidebat domum in ciuitate Senogalliæ, & alia bona stabilia,& exercebat mercantias.Testes vero rei conuenti dicunt contrarium,vt primus Testis in secundo tomo folio 48.ibi. che Honofrio non era nè pouero,nè ricco &c. & nonus Testis fol.76.ibi. & che non ha mai inteso nominare per huomo ricco &c. ma si bene,nè pouero,nè ricco &c. & decimusquartus Testis fo.92.ibi.che Honofrio alla sua morte, per quanto sà lui, non era molto ricco. & 16.Testis.fo.98.ibi,che Honofrio al tempo della sua morte era nominato per huomo di mediocre facultà,& 17.Testis fo.105.ibi. Honofrio alla sua morte era tenuto, & reputato fra gli altri cittadini

6 mediocremente ricco &c.Mediocritas † autem respectu facultatum præmorientis non videtur attendenda in casu d.auth.præterea.ob dictionem,locuples,expositam,idest loculos plenos habẽs, per gl. 1.in l.dominus Sticho.§.testamẽto.ff.de pecu.leg. & per text.& ibi Alci. in l.quos nos hostes.§.locuples.de verb.signi. & in proposito currunt dicta testium actricis, quia inter facultates Honofrij ponunt domum sitam in ciuitate Senogalliæ, quæ vti emphyteutica non reputatur de hæreditate Honofrij.per ea, quæ not.Bar.& Ang.in l.item videndũ. §.fin.ff.de pet.hæred.& doc. in l. quod dicitur. de verb.oblig.& Pau.de Castr. consi.244.col.pen.nu. 4.lib.2.ad quam iure hæreditario vxor agens pro quarta.Corn.consi.324.lib.4. non debet admitti, sicut non admitteretur ad feudalia bona. Roma.

7 Alex.& moder.in d.auth.præterea. quia † in isto casu valet argumentum de feudo ad emphyteusim ecclesiasticam,cum eadem ratio vtriusque sit, ꝙ non transeat ad fœminas, & ad extraneos per vulg.decis.Cum autem in casu d.auth.præterea.quis sit locuples, remittatur arbitrio iudicis, per glo.ibi, & omnes credere non posse, neque debere iudicem arbitrari locupletem,si per probationes factas sibi non constet, quem nõ simpliciter locupletem esse, sed respectiuè, vt facultates suæ sufficiant ad sustentandum,& alimentandum,& filios,& vxorem.Sal. in d.auth.præterea.in 4.q.quia respectu huiusmodi sustentationis ibi præsupponitur locuples. & facit optimè tex.in d.§.locuples.hoc est,quod Bart.in l. si constante.col.4.in 2.q.pri.q.princi.solut.mat.dicit,circunstantijs ergo probatis,remanebit in iudicis arbitrio. quem ibi,& in d.auth.communiter doctor.sequuntur,vt per Rui.consi.55.nu.5.lib.1. Nõ videntur hic probate tales circunstantiæ quibus appareat,facultates hereditarias Honofrij satis,& idoneas esse pro magnitudine alimentorum pro filijs, & vxore requisitorum,iuxta tex. in d.§.locuples.ergo cessat secundum requisitum prædictum, quòd coniux præmoriens locuples sit.

Superest tertium, de inopia vxoris superstitis,

8 quam ipsa vxor agens, †vti eius intentionis fundamentum (sicut dictum est superius) debebat quoque probare, per gl.& doc. in l.si uero.§.1.ff.qui satisd. cog.& taliter debebat probare,vt necessariò se egere alimentis, seu quarta præstanda à suo priuigno pro alimentis demonstrauerit. per tex. in l.si. ff.de alend. liber. hinc est, quòd inopia huiusmodi esse debet extrema,& nouissima,vt aliqui volunt in d. auth. præterea.& Corn.d.consi.249.col.4.versi. & etiam vltra.lib.3.per text.ibi, sed nouissima viuente inopia,in §.quoniam vero. in auth.de exhibend. reis.clarè facit glos.in c.quicunque.16.q.7.intelligens patrono subueniendum esse ob inopiã, quando est in summã egestatem deductus, per text.in l. si quis à liberis.§. item rescriptum est.ff.de alend. liber.Sed nec talem, nec aliquam inopiam probat d.Pacifica,vt videre est, in examine suorum testiũ super 7. capitulo suorum articulorum, dicentium nescire d.Pacificam esse pauperem vel diuitem, nisi ꝙ Capitanus Antonius 7.Testis dicit, scire d.Pacificã nil instabilibus habere in agro Senogallien. nec alibi,quod ipse sciat,& propterea iudicat eam pauperem. & Bernardinus de Corrinalto vltimus Testis dicit, se credere d.Pacificam non posse commodè viuere cum dote flor.125.& ipsam laborare maxima inopia. isti testes non probant inopiam d.

9 Pacificæ,quæ negatiuam continet, † & carentiam bonorum. Ias.& Rip.in d.l.si constante. super d.2. q.Bart.quia non dicunt,quòd d. Pacifica non posset habere bona, quin ipsi scirent, ergo negatiuam hanc, & carentiam bonorum non probant. per ea, quæ tradit Alex.consi.108.col.3.vers.& licet dicat. lib.2.& cõs.91.in fi.lib.4. & Dec.con.94.circa fi.in similibus terminis latè scribit Ruin. cõs. 81. lib. 5.

Testificatio Capitanei Antonij ipsamet redditur non concludens,cum dicat, nec alibi quod ipse sciat,posset ergo alibi habere bona, quod ipse nesciat,ideo nulla est probatio talis, non concludens. c.in præsentia.de probat.cum vulga.& dictus Bernardinus non probat deponens per verbum credere, † non reddita saltem ratione credulitatis, Alex.

10 consi.56.col.pen.& consi.134.sub num.4.lib.2.satis est, quòd duo isti testes non faciunt communẽ vulgi opinionem, secundum quam debet reputari aliquem esse inopem. Curt.Iun. in d.auth. præterea.

C sub

ſub num.35.quæ opinio vulgi non adeſſe videtur,
ex quo cæteri ipſius do.Pacificæ teſtes, & numero
plures dicunt neſcire eam diuitem vel pauperem eſ
ſe. quinimo † horum ſuorum teſtium dicta ambi-
11 gua contra eam inducentem interpretantur Bar.&
doct.in l.inter ſtipulantem.§.1.de verbor.obliga.ſi
adeſſet hæc opinio, vel fama, dixiſſent ſe aliquo
modo ſcire,cum præſumatur ſcientia † eius, de quo
12 fama eſt.gloſ.in l.ſi tutor. C.de pericu.tut.Ioan.de
Ana.conſ.70.circa fi.Non concludit etiam pauper
tatem,& carentiam alimentorum d. Pacificæ atte-
ſtatio facta per dictos teſtes, quòd ipſa cum dote
flor.150.non poſſet ſe alere,quia vltra dictam do-
tem habet actionem ad bona materna, & ad bona
hæreditaria Mattheæ ſuæ filiæ prædefunctæ ex pri
mo marito,quæ ſunt alicuius momenti,vt colligi-
tur ex proceſſu per ſuas confeſſiones factas dictis
poſitionibus ſer Paterniani, & per teſtes,& iam po
teſt ſatis cognoſci, eam cum ſua dote, & facultati-
bus hæreditarijs dictæ ſuæ filiæ poſſe commodè vi
uere. vt deponit D. Conſtantius Anderlinus teſtis
pro dicto ſer Paterniano examinatus dicens, eam
poſt mortem Matthæi primi mariti ſecundum ſuã
conditionem vixiſſe honorificè, & fructus ſuæ do-
tis, & bonorum dicti q.Matthęi ei ſupereſſe ad ſuũ
victum. Cum enim babere † rem,& habere actio-
13 nem ad rem,paria ſint.l.qui actionem.de regu. iur.
cum qua re,& dote poſſit vxor ſibi parare alimen-
ta, ceſſat petitio quartæ ex d.auth.præterea. vt in
terminis comprobat Corn.d.conſ.249.circa fi.lib.
3.& Fab.de Pepis in d.ſua repe. col.40.& ſeq.facit
quod ſcribit Alex.conſi.72.col.fi.lib.5.

Pręterea per teſtes probatur,dictam do.Pacificã
eſſe ætatis robuſtæ,& induſtrioſam, & aptã in exer
citijs muliebribus, & ſolitam ſic ſe exercere & ope
rari,& eam cum ſua dote,quàm habet,& ſuis exer-
citijs cõmodè poſſe viuere, & id affirmant plures
teſtes nn.13.examinati pro ſer Paterniano, adeo ꝙ
& ſi ſufficientem cauſam non redderent, dicuntur
14 † probare famam. Alex. in appoſtil. ad Bart.in l.de
minore.§.plurium.nu.22.ff.de quæſt. Gram.conſi.
57.cri.nu.19.& Bal.in l.de quibus.col.5.de legi.&
in auth.quod locum. in fi.C.de coll. dicit notoriũ
eſſe illud,quod decem teſtes cõcorditer deponũt.
ſequitur Iaſ.in d.l.ſi vero.§.1.col.fin.qui ſatiſ. cog.
idem Bald.in l.per hanc.col.1.C.de temp.appel.di
15 cit, ꝙ plenius conſtat, † & eſt manifeſtum, quod
multitudine teſtium comprobatur.quo ſtante,ideo
dicendum eſt,d.Pacificam non poſſe obtinere di-
ctam quartam petitam. vt in terminis conſulendo
firmat Soci.d.conſi.30.col.fin.verſic. tertio. lib.4.
cui conſi. ſe ſubſcripſit Corn. conſulendo, vt ibi in
fin.dicitur,& ſecundum boc conſi. Socin. Fab. de
Pepis in d.ſua repet.col.35.ſub num.30.dicit,fuiſſe
iudicatum Senis contra vxorem petentem dictam
quartam,& ſuo exercitio,& dote valentem ſibi vi-
ctum quærere, & hãc eſſe veram deciſionem idem
per Socin. d.conſi.121.col.pen.num.46. nam cum
16 ipſa † non debeat ſtare tanquam corpus mortuum,
ſed operari, & ſe exercere. Pau. de Caſt.in l.diuor
tio, in prin.col.4.ſolu.mat.& cum ſuo exercitio, &
dote,quam habet,ſe alere poſſit commodè,vt tot te
ſtes deponunt,dici poteſt,eam nõ laborare inopia,
& ſecundum communem vulgi opinionem non re
putari pauperem,quo caſu Curt.Iun.in d. auth. ſub
num.35.deciſionẽ hanc approbare videtur. & quia
ei,qui poteſt ſuis manibus laborare, de victu non
17 prouidetur.† glo.in c.1.82.diſt. Cui deciſioni non
obſtant ea,quæ allegat Aymo.conſi. 199. quia lo-
quuntur in diuerſis terminis, quòd pro alimentis
poſſit fieri legatum ei, qui aliàs operando poſſet ſe
alere,& ſic de poteſtate dandi tractatur,hic de pote
ſtate acquirendi,quod inter ſe magnam continet
diuerſitatem,magis lata,& vbique patens eſt viam
dandi alij,non ſic vero ab alio acquirendi, & acci-
piendi,ex alleg.per Aym.quod videbatur magis vr
18 gere conſilium Rom.344. dicentis † rectorem ec-
cleſiæ poſſe conſequi à parochianis oblationes con
ſuetas pro ſua ſuſtentatione,non obſtãte, quòd poſ
ſit ſuo exercitio,& debeat victum quærere ſibi. re-
ſpondetur, boc in re noſtra non obſtare, quia Ro.
non probat hoc ſuum dictum iure,ſeu ratione con
cludenti,niſi ꝙ pertrãſit ad ſimile de fundatore ec-
cleſiæ non valente ſe alere,agente contra ipſam ec
cleſiam pro alimentis. per d.c.quicunque. 16.q.7.
quod ſimile non facit (quia vt dictum eſt) gloſ. ibi
intelligit,quando fundator ſeu patronus eſt dedu-
ctus in extremam egeſtatẽ, in qua non poteſt dici
deductus valens bonis, quæ habet,& ſuis operis ſi-
bi uictum quęrere.per deciſ.ſuperius alleg. Pro qui
bus facit, ꝙ vbi ex diſpoſitione legis debentur ali-
menta, prout ſub dicta quarta ſic taxata ad remo-
uendam inopiam coniugis ſuperſtitis,dici poſſunt
deberi alimẽta ex diſpoſitione d.auth.pręterea.per
doctr.Bar.in l.ſi Stichum.§.1.de verb.obl.adduct.
19 per De.in d.auth.ſub nu.5.& ſi talis † prętẽdens ſibi
deberi alimenta, poſſit ea ſuo exercitio, & aliunde
habere, quòd tunc ea conſequi non poſſit. ut per
Nicola. de Vbal.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.in pri-
ma par.col.14.nu.49.verſ.& quemadmodum. hoc
eſſe regulare dicit Caſt.in l.diuortio.in prin. col.2.
ſub verſ.in gloſ.2.ſolu.mat. itaque deffectu proba-
tionum non ſolum vnius, ſed omnium,præter ma-
trimonium,requiſitorũ,ſuperius præmiſſorum pro
dicta quarta conſequenda,d.Pacifica petitam quar
tam obtinere non debet, eo magis probatis contra
eam his,quæ ſupra demonſtrata ſunt.

Poſtremo non minus ſupradicta, quàm inferius
dicẽda me impellunt ad reſpondendum contra d.
Actricem.noua autem oritur quæſtio nondum per
doct.quos viderim,pertractata in d.auth. præterea.
20 an † coniux ſuperſtes, qui, ſeu quæ iniuriauerit,&
coniugali affectione non tractauerit præmoriẽtem
cõiugem,poſſit ſuccedere,& habere quartã traditã
per d.auth.præterea. Pro cuius reſolutione puto ſic
diſtinguendum, Aut enim cõiux præmoriens fecit
teſtamentum,aut non. Primò caſu,aut reliquit ali-
quid coniugi ſuperſtiti ante iniuriã commiſſam, de
qua non fuerit facta reconciliatio in vita teſtantis,
21 & tunc † per talem iniuriam legatum intelligitur
reuo-

reuocatum.secundum l.3.§.fi.& l.seq.& l.ex parte.
de adim. leg. & l.si inimicitiæ.de his qui. vt indig.
credo etiam dictam quartam non posse consequi;
quoniam si legatum,quod pro tata cōpensanda di-
minuit dictam quartam,per d.auth.reuocatur,vide
tur prohibita etiam dicta quarta,sed alijs rationib.
vt inferius dicam, Aut post factam iniuriam fuerit
factum testamentum,in quo fuerit prohibita dicta
quarta, ex causa inserta postmodū per hæredes ꝓ-
bata,clari iuris videtur,exheredationem huiusmo-
di legitimè esse factam. arg.text.in §.aliud quoque
capitulum. in auth.vt cùm de appell.cogno. & in l.
omnimodo. C.de inof.testa.q̄ loquitur in filio, cui
magis, & iure naturali est debita hæreditas, quàm
coniugi, cui iure ciuili est cōtingenter debita dicta
quarta, idē esset, si aliquo paruo legato facto, pro-
hibitio facta fuerit de non petendo aliud,causa ex-
pressa, vel non, dummodo ab hærede probetur in-
gratitudo,quod secus est in filio,si non sit causa ex-
pressa,per d.l.omnimodo. rationes differentię sta-
tim dicam, sed si in testamento factum sit legatum
simpliciter,minus dicta quarta,& offensa fuerit no
ta testanti, dicta quarta debet compensato legato
suppleri,quia offensa intelligeretur remissa.per l.4.
de adimen.leg.& l.cum donationis. C.de transact.
cum simi.Si vero offensa fuerit nō nota testāti,quæ
tēdat in obprobrium, & dedecus matrimonij,quan
ta hæc nō debetur,quę datur pro bonore bene tran
facti matrimonij,vt per Docto.in d.auth.præterea.
militant eadem iura, & rationes quæ deducētur in
secundo casu ab intestato.

Secundò autem casu, testamento non condito,
& hic est casus noster. Aut offensa est talis,ex qua
mortuus sit coniux iniustè,sine dubio amittitur suc
cessio dictæ quartæ,si autem iustè fuerit occisus,nō
amittitur. Alex.& Doct.in l.si ab hostib.solu.matr.
& in terminis scribit Ant.de Rosel. in tract.de suc-
cess.ab intest.vers. vnum no. nume.174.& seq. Aut
iniuria seu offensa, nō fuit causa mortis, sicut est in
specie proposita, sed aliter illata per d. Pacificam
ironicè sic nuncupatam, & per antifrasim, contra
Honofrium suum virum, verbis iniuriando eum,
dicendo; furfante, beccho,castrone,imbriacho, &
factis expellendo eum extra domum, & verberādo
pugnis, proijciēdo in eum saxa, & panem,& ollam
vinæ, vt plures testes deponunt per diuersos actus
ad vnum tendentes, † & probantes huiusmodi in-
22 iurias,per ea, quæ tradit Alex.cōs.18.circa fi.lib.3.
cons.41.nu.7.cons.112.nu.9.lib.4.Aymo.cōsi.73.
num.32.& seq.& cons.78.num.3.& seq.Videbatur
enim dicendum,cōiugem etiam ingratam posse ad
dictam quartā succedere, quoniam ea habetur iure
hæreditario,& cum filijs. per tex.in d.auth.& con-
tra voluntatem coniugis præmorientis,sicut debe-
tur legitima filijs, & in hoc sunt æquiperatæ dicta
quarta, & legitima filiorum,vt per gl.in vers.hære-
dem.in §.si vero expressim.in auth.de hęred.& fal-
ci.Ro.& Moder.in d.authē.pręterea. Sic est cōmu.
opin.Docto.vt per Corn.cons.178.col.1.lib.2.in-
serto etiā inter cons.Soci.cons.108.lib.1.ergo cau-
23 sæ † ingratitudinis non excludunt talem successio-
nem ab intestato, sicut non excluditur successio fi-
liorum,non facta expressa exhæredatione cū causa
legitima nominatim expressa, & probata. vt l.om-
nimodo.C.de inofficio.testam.Bar.Bald. Castren.
& Ias.in l.fratres. C.eo.Ang.in l.1. prope fi.ff.eod.
facit Bald.in l.conficiuntur.in prin.de iure codicil.
eo maximè cum habitauerint simul in eadem do-
mo dicti Honofrius, & Pacifica vsque ad mortem
ipsius Honofrij mariti,vidētur remissæ iniuriæ præ
dictæ; & de his inter eos præsumitur facta pax, &
reconciliatio.per ea,quę super glo.de tactu palma-
rum not.Bald.Ang.Castr.Alex. & Ias.in l.1.§.1.ff.
24 de pact.Quæ † siue expressè,siue tacitè facta sit,tol-
lit obstaculum ingratitudinis,& successio nō dene-
gatur. Bar.in l.3.§.fin.de adimen.lega.Alex.in l.1.
num.33.solu.matrimo.Ias.in auth.non licet. col.1.
C. de liber. præter.

Verum his non obstantibus, contrarium de iure
verius esse,& magis tenendum arbitror,quòd con-
iux, & in specie d. Pacifica sic iniurians,& non tra-
ctans affectione coniugali suum virum,priuari de-
beat successione dictæ quartę in bonis mariti iniu-
riati. Quod de iure verum demonstratur. Primò
æquiperando dictam quartam lucro dotis dando
marito per legem municipalem,in eo,quòd sicut le
gatum compensatur in dicta quarta,pari ratione,&
in dicto dotis lucro,vt est magis cōmu.opi.Docto.
25 in d.auth.præterea.& sicut maritus non tractās † af-
fectione maritali vxorem, amittit dictum lucrum.
Alex. cons.122. num.10.lib.7.& Rui.cons.8.nu.3.
lib. 2. ita amitti debet d. quarta vti proueniens ex
eodem fonte,scilicet matrimonij.per d.auth.præte
rea.& in corpo.vnde sumitur.& per not. post alios
per Ias.in l.si donaturus.§.1.col.fin.ff. de condi.ca.
da.& per Dec.in d.auth.præterea.nu.18. Secundò,
sicut similitudinariè ꝓcessit Imperator in d.§.quo-
niam vero. in auth.de exhiben.reis.cōcedendo di-
ctam quartā mulieri inopi de bonis mariti, ad in-
star illius quartæ, quæ datur de bonis mariti vxori
expulsę sine causa,ita nos à simili arguendo proce-
damus, quòd sicut dicta quarta non datur mulieri,
quæ culpa sua recessit à viro. ꝑ tex.in §.& si mulier.
in auth.de nup.& sic eum affectione coniugali non
tractauit habitando cum eo socia diuinæ,& huma-
næ domus.l.aduersus.C.de cri. expi. hæred. & l.1.
& ibi gl.ff.re.amota.eadem ratione non debet dari
quarta inducta ratione paupertatis mulieri,quę vi-
26 rū verberauerit, & iniuriauerit,quia versa vice † sic
maritus sine causa se habēdo in vxorē dicitur eam
iniuriare,& non tractare affectione maritali,& pro
tali iniuria,non quòd habeat lucrari de bonis vxo-
ris, sed punitur ad ei dandum de bonis suis. vt §.si
quis autem propriam. in auth. vt li. matri,& aui.&
auth.sed nouo iure.C. de repu. eadē pœna saltem,
ꝙ non habeat de bonis mariti debet puniri vxor su
prædictas iniurias inferēs marito. vt §.fi. in auth.vt
fra.fil. & d.l.si ab hostib. Tertiò Imperator. In d.§.
quoniam vero. vnde sumpta est d. auth. præterea.
mouit se quadam humanitate, & clementia ad le-

gem huiusmodi condendam super d.quarta danda
coniugi inopi,& grauandum filios per istam succes
sionem,vt ex verbis.d.§.quoniam vero. clarè con-
stat,vnde de personis loqui intelligitur, quæ dignę
sint clementia, & pietate, & non sint odiosæ : nam
dicit Psal. quoniam nouit dominus viam iustorũ,
& iter impiorum peribit. & personæ odiosæ non
comprebendunt in generali dispositione.l.Lucius.
§.Lucius. & ibi no.Bal.de leg.2.cum concor.alleg.
ab Aym.cons.256.col.pe.& cons.284.col.2.expres
sè firmat Soc.d.cons.121.in fi.eo magis vt tollatur
filijs dictum grauamen dandi dictam quartam no-
uercæ inimicæ sui patris, per ea quæ tradit Bart. in
l.2.in princ.col.pen.versic.tertiò potest probari.de
vulg.& pupil.quem ibi Doct. sequuntur.

Quartò super d.§.quoniam verò. insistendo, ibi
pręsupponitur,quòd mulier in statu legitimæ con-
27 iugis manserit, & perdurauerit,status †autem legi-
timæ coniugis cum viro est,vt sub potestate viri sit,
& ipse dominetur ei, quæ subiecta sit suo viro, qui
caput sit vxoris, vt in Gen. c.3.& c.fin.32.q.6.& c.
manifestum.& c.mulierẽ.cum seq.33.q.vlt.Barba.
cons.6.col.4. vers. modo in proposito. lib.1.& de-
bet esse in obsequio mariti.l.sicut. ff.de oper.liber.
& timere virum suum, secundum Apost. ad Ephes.
c.5.in fi. Non vero, ꝙ vxor expellat maritum extra
domum, manus audaces in eũ ingerat, & proijciat
in caput viri vrinam,& iniuriosa,ac nefanda verba
ꝓferat in maritũ, & turpiora, & magis obprobrio-
sa in dedecus mariti, & matrimonij,quã possint in
his regionibus proferri saltem ab vxore beluã hir-
cinã obijciente marito,vt sic d.Pacificam se in ma-
ritum gessisse clarè probatur per tot testes, vt dictũ
28 est, ergo †cessante præsupposito dicti §.quoniã ve-
rò, cessare debet eius dispositio.l.cũ qui.ff.ad Tre-
bellia.l.j.§.simili modo.de eo qui pro tu.& l.quod
constitutum.de mili.testa.cum simil.

Quintò Salyc.& cęteri in d.authen.pręterea.ra-
tionem inter cętera assignant d.quartæ dandæ con
iugi inopi, ne cogantur mendicare in obprobriũ, &
iniuriam matrimonij transacti,& coniugis pręmor
tui, sed ratio iniuriæ,& dedecoris alia habenda nõ
videtur præmortui coniugis ob mendicitatem su-
perstitis vxoris, quæ in vita tales, & tantas intulit
iniurias viro, longè maiores, quàm sit mendicare,
postquàm per mortem soluta est à lege viri,& tales
29 iniuriæ,& dolus commissus†derogant debito con-
iugalis reuerentiæ. l.1. §.cum autem in exactionę.
de rei vxo.act. & l.etiam. §.offilius autem. ff.solut.
matri. & pro quib. iniurijs coniux superstes iustum
est, vt sic mendicando luat pœnas,& careat succes-
sione bonorum iniuriati.l.cum patronum. & l.seq.
ff.de iure patro.& l.fin.C.de secun.nupt.& l.fin.de
repu.ibi, vel ipse culpam innocenti marito prabue
rint,& per not.in d.l.si ab hostib.& Bar.in l.ex par-
30 te.de adimen.lega. vbi tenet †ob causas inimicitiæ
commissas ab instituto,eum repelli ab institutione
hæreditatis, quæ est expressè facta à testatore, eo
magis debet repelli veniens ab intestato, quod esse
dicitur ex tacita mente defuncti. l.conficiuntur. de
iure codicil.quia magis operatur expressum,quàm
tacitum per ea,quæ scribit Ias. in l.cum quid.col.2.
si cert. pet.

Sextum principale requisitum est pro d. quarta
habenda, matrimonium,vt per Moder.in d.authẽ.
præterea. cuius matrimonij lex est,vt coniuges ad-
31 inuicem se amẽt,& vxor timeat virũ suum.† Apost.
in d.c.5. ad Ephes.& maneat sub eius obediẽtia, &
in statu legitimæ coniugis per authori. sup.alleg.in
quam legem matrimonij, & in ipsum matrimoniũ
coniux committens,& peccans non debet gaudere
d.quarta,& sic præmio d.matrimonij,non bene, &
legitimè transacti:vt l.viro. cum ibi signa.in glo.ff.
solu.mat.& in c.quia frustra. de vsu.huiusmodi ar-
gumento necessarium esse, ꝙ matrimonium dura-
uerit in bona gratia,vtitur Ant.de Rosel.in d.tract.
de succes.ab intest.nu.174. & Nico.de Vbal. in eo.
tract.de succes.ab intest. in 4.par.nu.8. ibi dum di-
cit,Imperator dat tale lucrum propter merita con-
iugis. ponderando text. in d. §.quoniam vero. ibi,
mulieres autem licèt decies millies in statu, &c.

32 Septimò † cum ex suprascriptis causis grauis, &
inhonestæ iniuriæ, & manuũ illationis filius posset
exhæredari,& priuari alimẽtis. §.causas.in auth.vt
cũ de appel.cog.glo.& Bar.in l.si qs à liberis.§.idẽ
index.ff.de alen.liber.Rui.cõs.144. nu.18.lib.5.eo
magis posset exhęredari, & priuari coniux iniuriãs
d.quarta,quæ pro alimentis datur inopi,vt p Deci.
& alios.in d.auth. ꝑterea.arguendo à maiori.auth.
multo magis.C.de sac.san.eccle. cũ vulg.quia ma-
gis est debita legitima filio iure naturæ, & sangui-
nis,ꝗ debita sit coniungi d.quarta de iure ciuili, cũ
33 ius sanguinis,† & naturæ nõ possit tolli,ius vero ci-
uile mutari possit. l.iura sanguinis. de reg.iur.§.pe.
insti.de iure nat.gent.& ciui.Cum igitur coniux sic
iniurians posset exhæredari,& priuari alimẽtis,pa-
riter priuatur successione,tam pretoria,quàm ciui-
li.ex d. authen. vt firmat in specie Nico.de Vbald.
in d.tracta. de successio. ab intesta. in quarta parte.
colum.penult.

Octauò, quòd vxor iniurians non succedat p d.
auth.præterea.ꝓbatur ex eo, ꝙ Io.Lop.in rep. rub.
de don.inter vir.& vxo.ver.vnum demũ.nu.15.te-
net d.auth.non habere locũ in vxore, ꝗ post mortẽ
viri luxuriosè vixit,in alio nõ fundat nisi in iniuria
exinde illata marito, & matrimonio præterito.

Nonò, si de hac quęstione in specie Imperator
condens iura d.auth.interrogatus fuisset,respondis
set magis expressè, quàm fecerit, se nolle admitti
ad dictam quartam coniugem ingratum : ergo ha-
34 beri debet pro expressè sic decisa, † per glos. & ibi
Bal.& Ias.in l.tale pactum. §.fin.ff.de pact.& simili
argumento vtitur Ias.in authen.non licet.colum.3.
vers. secundò me mouet. C.de liber.præter.& Old.
consil. 25.

Non refragantur contraria superius adducta,
quia quòd ingratitudo non excludat successionem
ab intestato, & non expressis à defuncto causis in-
gratitudinis,procedit ex mente Bar.Bald.& Castr.
in d.l.fratres.C.de inofficioso testamento. & Ang.
in d.

in d.l.1.in fi.ff. eod. quando successio debetur iure sanguinis, & excluso daretur quærela, non sic est in successione, de qua agitur cõtingenter debita, & extraordinaria, quæ facilius excluditur. secundum Bal. & Castr.in l.1.C.vnde vir. & vxo.per d.l.eum patronũ.& seq.quę loquitur in patrono,qui,& maritus æquiperatur quoad operas eis, & à liberto,& ab vxore debitas:vt d.l.sicut.ff.de oper.liber.& successio.ex d.auth. præterea.datur ex legis clementia pro honore bene, &cum bona gratia transacti matrimonij, quæ successio denegari debet,quãdo contraria contingerent,vt clementia legis conuertatur in seueritatem, & iniuriæ plurimæ omnem matrimonij honorem excluserint, comminissumq; sit in legẽ matrimonij per rationes supra alleg. Non deest quoq; in casu isto expressa exclusio, & exhẽdatio d. Honofrij facta de d. Pacifica nominatim ab hæreditate, & bonis d.Honofrij ob demerita ipsius Pacificæ,vt octo testes ex testib.Ser Paterniani deponunt concorditer quoad dictam expressam priuationem,licet non appareant de verbis eodem tempore habitis per d. Honofrium coram eis depone-
35 re, non †noceret tamen in hoc singularitas eorum, cum inducantur ad probãdam hanc dispositiuam, & pręsumptiuam voluntatem d. Honofrij. Pau. de Cast.cons.395.col.3.vers.& cum ad hanc.lib.2. sequitur Aymo.d.cõs.73.nu.33.quę voluntas excludens nouercam, & inimicã patri defuncto tendens ad releuandum filium ne grauetur per d. quartam, etiam nõ solemnis debet per iudicem sequi, & seruari.l.filij.& ibi Bal.& l.fi.C.fam.ercisc.& Bar.in d. l.2.in prin.col.pe.vers.videamus.de vulg.& pupill. vbi in simili ad exclusionem, dicit sufficere etiam si extra testamentum probetur defunctũ dixisse post mortem filij nolle suam vxorem habere obolum vnum, vel similia verba.

Quoad reconciliationem aliquam tollentẽ præ
36 dicta, †dicendum est eam non præsumi factam,nisi ꝓbetur,per tex.in l.Lucius. §.Lucius Titius damn. de lega.2. & in l.in ipsius. C.fam.ercisc.& vbi Bal. not. quòd presumitur inimicitia durare,nisi contra probetur.ad idem Bal.in l.ex persona.col.fi.versic. sequitur de prædicamento pati.C.de probati. Non ostendit talem recõciliationem examen testium ꝓ Pacifica examinatorum, dicentium Honofrium,& Pacificã stetisse familiariter in domo, & se tractasse ꝓ legitimis marito, & vxore, quia talis est generalis probatio præsumpti matrimonij, quæ generalis probatio, nõ tollit specialem probationem per tot testes factam de atrocibus,iniurijs,& contumelijs,
37 per eam illatis d.marito,& specialis probatio †pręualet,& attendenda est. Alexã.in l.si prius.col.8.in fi.de no.oper.nun.& cons.77.nu.9.lib.1. & Aymo. cõs.143.nu.2.eo maximè, quòd ex testificationib. factis de dictis iniurijs clarè deprehẽditur,tales iniurias sępissimè fuisse d.Honofrio factas, dum viueret,per actus reiteratos,& successiuos vsq; ad extremum suæ vitæ, & vsq; ad tale tẽpus cum stetisse iniuriatum,& iratum contra d.nõ Pacificam,signanter apparet ex examine Sebastiani Pergulę,secundi testis, Ser Paterniani,dum in suo processu. 2.Tom. fo.52.dicit; à tale, che alla sua morte ricordandoli esso testimonio,se voleua lasciar del suo à detta D. Pacifica, gli disse, non gli volere lasciar niente,per li mali portamẽti,&c. Quamuis iste testis super interrogatorijs dixerit se consanguineum Ser Pater-
38 niani, non tamen repellitur †cum attestetur de his, quæ domi inter coniuges interuenere, respicientia eorum mores.per tex.in l.consensu.§.super plagijs. C.de repud.& ibi not.Bart.& Bald.& glo.in verbo maiores. in c.dilecto. de offic.archid.& vnus testis probat declarationẽ voluntatis,& mentis alicuius. Alex.cons.75.nu.13.lib.5. quæ voluntas specialis præfertur alij voluntati cuicunq; generali, & præsumptæ ob prætensam reconciliationem hic non probatam, neq; apparentem. Aret.cons.8.col.pen. circa med. Non solum enim iniuriosè,& iniquè d. Pacifica processit contra personã dicti sui viri continuè, sed etiam contra sua bona,exportando ea,& continuando exportare in vita, & post mortem d. mariti,quod demonstrat nullam vnquam fuisse in-
39 ter eos pacem,vel reconciliationem, quia †auferẽs bona nostra,non est noster amicus,iuxta vulg.prouerbium Soci.in c.accedens.nu.1.vt lit.non cõtest. Bal.in c.item cum quis.de rest.spol.Blanc.de indicijs. num.97. Mars.in l.1.§.præterea.num.42.ff.de quæst. ostendit etiam eam non seruasse statum le-
40 gitimę coniugis,†cuius est,non furari bona mariti, sed eum adiuuare ad congregandum diuitias,& illas conseruare. Syl.nupt.lib.4.nu.106. quod etiam tollit successionẽ.d.auth.præterea.Soci.d.cõs.121. col.7.num.mihi.35. & in fi. Itaq; satis superq; iure firma est conclusio hæc,quòd d.Pacifica in prę senti causa omnino succumbere debet.

Exclusa d.Pacifica à petitione d. quartæ, quatenus velit suam dotem petere, dicendum est,per plures testes in causa examinatos constare,eam tam in vita, quàm post mortem d. Honofrij ex domo ipsius Honofrij habuisse, & asportasse plurima bona mobilia, quæ modo pertinent ad dictum Ser Pa-
41 ternianũ,qui †siue petitione hæreditatis,siue actione ad exhibendum. per l.contra nurũ.§.sed si morte.ff.rerum amotarum.Salycet.in rubri.C.eod.siue vtili actione rerum amotarum. secundum Cyn. in l.2.C.eod.& Barto.in l.rerum quidem.ff.eod.agere possit contra dictam Pacificam, ea est debitrix pro dictis bonis, quæ si non exhibeantur, potest contra eam dicto Ser Paterniano deferri iuramentum in litem.glo.in l.2.C.eod. & ea vel condemnetur super mutua petitione dicti Ser Paterniani, vt condemnari eadẽ sententia debet. cap.1.& ibi Docto. de mut.petitio.& in authen. & consequenter. C.de sent.vel cum dicta dos consistat in quan-
42 titate,†fieret compensatio. secundum commu.opi. Docto.vt latè defendit Tynd.in tract.de compens. in 5.art.col. fin. quocunq; casu inspecto dictus Ser Paternianus debet obtinere. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM X.

ARGVMENTVM.

De venditione facta à tutore attendenda, & de confeſsione dotis valida.

SVMMARIVM.

1 *Veritas in paucis conſiſtit, & verborum adminiculis non indiget.*
2 *Iura authoris proſunt ſucceſſori.*
3 *Monaſterij ingreſſus non dicitur propriè antequam ſit ſacta profeſſio.*
4 *Profeſſio tacita inducitur, ſi p annũ quis adulta ætatis ſteterit ĩ monaſterio, & habitũ monachalẽ geſtauerit.*
5 *Teſtis eatenus pbat, quatenus in eius dicto inuenitur.*
6 *Teſtis deponens de tempore per dictionem, circa, nunquam dicitur concludenter probare.*
7 *Geſtum quid ſit in præteritum, probatur ab euentu.*
8 *Statutum Fani, & Senogalliæ, quòd vxor in bonis dotalibus, ſi ſui iuris ſit, poßit facere teſtamentum cum conſenſu viri, & aliter ſine conſenſu viri vltimæ voluntates factæ, nihil valeant ipſo iure. valet.*
9 *Conſenſus requiſitus ad integrandam perſonam mulieris, non poteſt præſtari per maritum præſentem ad eius commodum, vt ipſe hæres inſtituatur.*
10 *Pœna mulieris, & viri ſecundas contrahentiũ nuptias ſunt cões ad fauorem liberorum primi matrimonij.*
11 *Confeßio mariti facta conſtante matrimonio, præſumitur ſimulata, & animo donandi facta, & ſic præmoriente vxore reuocatur, & eius hæredib. non debetur.*
12 *Dos præſumitur actualiter numerata, quando maritus confitetur etiam conſtante matrimonio habuiſſe dotem à tertio, & non ab vxore.*
13 *Nominatio tertij, à quo confitetur dos habita, oſtendit per illum tertium nominatum poſſe ſciri veritatem dotis habitæ, & omnes ceſſare ſimulationes.*
14 *Bononia mater ſtudiorũ eſt de ĩſignib. ciuitatib. Italiæ.*
15 *Confeßio dotis licet præſumatur facta animo donandi, ſi tamen ſit firmata iuramento promiſſorio, valet.*
16 *Confeßio dotis facta conſtante matrimonio, iuramento firmatur, eſt communis opinio.*
17 *Donatio præſumpta inter virum, & vxorem poteſt confirmari iuramento, ſaltem promiſſorio, ſicut vera donatio. ex communi.*
18 *Iuramentũ nõ validare actũ ſimulatum, non pcedit in præſumpta donatione, q̃ aliquo caſu confirmabilis ſit.*
19 *Iuramentum tollit pœnitentiam, ex communi.*
20 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.*
21 *Iuramentum tollit defectum inſinuationis, ex cõmuni.*
22 *Donatio remuneratoria non requirit inſinuationem.*
23 *Teſtiũ pſonas, nõ põt ĩprobare is, q eos examinari fecit.*
24 *Teſtamentũ pducens facere videtur oĩa cõtenta in eo.*
25 *Donatio præſumpta morte donatarij reuertitur ad donatorem.*
26 *Præſumptiones dotis veræ, excludunt præſumptionem donationis leuem.*
27 *Donationis pſumpta ſuſpitio excluditur in contractib. inter virũ, & vxorẽ, & alias pſonas phibitas initis p coniecturas, veriſimilitudines, & pſumptiones. ex cõi.*
28 *Inſtrumentum, quod ſapit ſimulationem, per ſtatuta exequi non debet.*
29 *Sententia, quæ iamdiu fecit tranſitum in rem iudicatam, præſumitur ritè, & rectè lata, ac iuſta.*
30 *Confeßionis efficacis vim habet, quod quis dicit in libello, precibus, & articulis, & plenam probationem inducit contra libellantem, & articulantem.*
31 *Confeßionem propriam quis impugnare, & cõtra eam venire non poteſt.*
32 *Negatiua debet probari à fundantibus ſe in ea.*
33 *Tutor, ſeu tutrix in caſu, quo poteſt inuentario non confecto adminiſtrare, poteſt tamen vt ſuſpectus accuſari.*
34 *Statutum idem mandans, quod ius commune, nihil operatur, non augetur eius effectus, licèt ius commune ſit redactum in formam ſtatuti.*
35 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
36 *Inuentariũ cur factum non ſit, aliqua cã põt allegari.*
37 *Decretum præſumitur interpoſitum ex iuſta, & vera cauſa, & quod oẽs ſolẽnitates requiſitæ interuenerint.*
38 *Diuiſio bonorum cõium cũ minorib. valet ſine decreto.*
39 *Statutum de modo, & forma ſeruanda in contractibus minorum, debet intelligi ſecundum ius commune.*
40 *Obſeruantia ſubſequuta confirmat fidem inſtrumenti, & validum reddit inſtrumentum minus ſolemne, vel actum aliàs inualidum.*
41 *Tps cõtractus, et rei geſtæ attẽditur, ſi ualet, vel læſerit cõtrahentes, & an minores poßint in integrũ reſtitui.*
42 *Expreſſa quædam nominatim nocent, quæ omiſſa, licèt ſubintelligantur, non nocent.*
43 *Conditio poteſtatiua habetur pro pura. & in debitis purè ſemper valet reſtitutio, vel ſolutio.*
44 *Diuiſioni contrauenire volens, probare tenetur læſionem eius tempore interueniſſe.*
45 *Teſtium numerus probat famam.*
46 *Reſtitutio non datur ſcienti decurſo quadriennio, poſtquam quis effectus fuit maior.*
47 *Ratificatio inducitur rebus, & factis.*
48 *Adminiſtratione ſuorum bonorum, quem non eſſe priuatum, & validè poſſe contrahere, vbi ei per iudicem, non eſt interdictum, communis eſt opinio.*
49 *Datio in ſolutum, & diuiſio vicem emptionis, & venditionis obtinent.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

1 QVoniam dici ſolet, †in paucis conſiſtere veritatẽ, verborũq; adminiculis nõ indigere. l. 1. C. ſi min. ab hæred. ſe abſti. in auth. de refer. ẽ. circa prin. Multa, quę dici poſſent ſup lite à D. Hieronymo, & fratre mota cõtra D. Ioſephũ Bauerium, putaui (ſi poſſim) reſtringere ad multũ, quo liqueat, q̃ nã pars in cauſa ius foueat, ex q dẽ iurib. vtriuſq; partis maturè inſpectis, cenſeo Do. Ioſephum fouere ius, eumq; ab omnib. ex aduerſo petitis abſolui debere, Demonſtratur id primum, q Iacobus erat filius legitimus, & naturalis D. Bartholomeæ, & Do. Gabriellis, vt teſtes ab vtraque parte examinati probant, & vtraque pars, in proceſſu pluries fatetur, & ſuccedere debe-

debebat parentibus, tam ex testamento, quàm ab
intestato.per iura vulg.quòd successerit patri ex te-
stamento,præsupponunt, & fatentur actores in eo-
rum libello,cum dimissa portione Iacobi,ex hęre-
ditate paterna petant reliquas portiones prædij,de
quo agitur. etenim eo ostēso,quòd is Iacob. in hoc
pdio habuerit potiora iura, quàm actores,& quòd
ad dictum Iacobum spectauerit, eo ipso manifestū
est, Do. Iosephum debere absolutoriam obtinere,
quoniam iste Iacob. d.prædium vendidit D. Ioan.
Francisco patri Dom.Iosephi. certi autem iuris est,
2 † iura authoris pdesse successori.l. emptori etiā.C.
de euict.& l.si à te. §.Iulianus.ff.de except.rei iudi.
cum simil. Quod ergo probare nituntur actores.s.
Iacobum fuisse incapacem successionis maternę ob
ingressum religionis fratrum minorū Sancti Fran-
cisci, & in ea fecisse professionē,nihil obstat; Quia
ingressus monasterij nō dicitur propriè antequam
3 sit facta professio † Bar.in auth.si qua mulier.col.4.
vers. venio ad aliam glo.C.de sacrosan.eccle.Dec.
in auth.ingressi.num.3.C.eod. pariter habitus non
facit monachum, sed professio.c.porrectum.de re-
gular.professio autem dupliciter,expressè, & tacitè
fit, gl.& Bar.(si eius sit repetitio)in d.auth.ingressi.
eam actores tenentur probare, & quòd sit valida.
Gem.cons.66.in fi. refert Aymo.cons.325. colu.2.
Sed eam nec expressam probāt, cum testes super ea
deponentes dicant, nescire an Iacobus fecerit pro-
4 fessionem,nec tacitam,†quæ inter alia inducitur, si
per annū quis adultæ ætatis steterit in monasterio,
& habitum monachalem gestauerit. c. ex parte. &
c. seq. de regul.quia testes,quos vidi de hoc loqui,
non probant cōcorditer de certo tempore, quo di-
ctus Iacobus steterit in monasterio cum habitu:Nā
Dom. Sebastianus de Ponte, super interrogatorijs
dicit nescire quanto tempore ibi steterit Do. Ioan.
Dominicus solus deponens Iacobum stetisse in re-
ligione vltra annum,non probat,eiq; soli non cre-
ditur.l.iurisiurandi. C.de testi.c.veniens.& c.licet.
extra eo.non probat etiam, quia nec ipse testis,nec
articulus super quo deponit, dicit quòd Iacob. per
dictum tempus habitum gestauerit monachalem,
5 vt requiritur,per tex.in d.c.ex parte. testis †eatenus
probat quatenus in eius dicto inuenitur.Cur.Seni.
cons.73.nume.19. Do.Antonius Maria alius testis
in hoc attestatur, nō de anno certè completo, cum
dicat; vn'anno, ò circa, quæ dictio circa,reddit di-
ctum testis dubium,& obscurum. Anto.de Butr.in
c.attestationes. de despōs.impub. & Alex.cōs.149.
6 col.fin.sub num.11.lib.5.vbi † dicit,quòd quando
testis deponens de tempore, deponit per dictionē,
circa, nunquam dicitur cōcludenter probare, ergo
tacita professio non est probata,quod sic esse appa-
ret ex euentu,cùm non faciens professionem possit
liberè exire monasterium. c. statuimus. de regu. &
dict. Iacob. exierit, & hæres postea cū alijs fratrib.
consanguineis fuerit institutus à patre, & ab ipsis
actorib.admissus sit,q possit habere portionem hę-
reditatis paternę,& admissus fuerit in iudicijs agē-
do cōtra nouercam, matrem, & tutricem actorū, si
professionem in dicta religione fecisset, aliquo mo
do ad hæc d.religioni contraria non fuisset admis-
7 sus,sic†ab euentu probatur, quid in prętei itum ge-
stum sit.l.qui res.§.rem autem.ff.de soluti. cū con-
cord.alleg.ab Aym.cons.287.col.pe.paruę impres.
Proinde dictus Iacobus incapax non probatur suc-
cessionis maternæ.

Rursus quęrunt actores alio modo ostendere, q
d.Iacob.nō potuerit consequi hęreditatem mater-
nam, eo.s.q D. Bartholomęa mater testm̄ cōdidit,
& in eo non Iacobum filium, sed Gabriellem mari
tum hęredem instituit. Id etiam nequaquā obstat,
qm̄ tam Fani in loco d. testamenti cōditi, q̄ Seno-
galliæ in loco domicilij testatricis viget idem sta-
8 tutum,q†vxor in bonis dotalib.si sui iuris sit, possit
facere testm̄ cum cōsensu viri,& aliter sine cōsensu
viri vltimę volunt. factę nō valeant ipso iure,quod
statutum reprobata opi.Pau.de Cast.& Alex.vale-
re tenent Ias.in l.ex facto.in prin.col.3.de vulga.&
pupilla.& Ang.cōsi.88.remitto.& cons.126. testa-
mentum. Bald.in l.velle.C.de reuoc.dona. Capra.
consi.21.Dec.cons.455.Guald. de arte testa. in tit.
de his,qui nō hab. fact.test.caut.2.& cum talis con
sensus requiratur ad integrādam personā mulieris,
9 †non potuit præstari per maritum præsentē ad eius
commodum,vt ipse hæres institueretur.Ange.in §.
œconomus.in auth.de ali.& emphy.Alex. in l.1.§.
fuit quæsitū.col.fi.ff. ad Treb. & ibi Ias.col.1.dicit
esse com.opin.idem tenet Deci.cons.612.& refert
Guald.in d.caute.2.nu.4.stante ergo d.testamento
inualido ad commodum Gabriellis patris actorū,
ipsi non habent intentum, q per huiusmodi testm̄
excludatur Iacobus. non expedit tractare quid de
legato ducentorum duc. de consensu mariti in eo-
dem testamenro facto Do.Hieronymæ filiæ,an fa-
ciat ei accresci tota hæreditas, quia hoc nō prodes-
set actorib. sed Iacobo fratri, cui dicta Hieronyma
renunciauit omnia sua iura paterna, & materna, vt
apparet in processu, sed cum vltra duc. 200. nō ad-
sit consensus mariti requisitus per statutum, & sine
eo integra non sit voluntas testatricis, videtur non
posse accrescere.per ea quæ tradit Bar.in l.quoties.
§.si duo. ff.de hæred.inst. etsi dictum testamentum
ad commodum Gabriellis valuisset, quod minimè
dici potest, cum tamen aliam vxorem acceperit, &
filijs D. Bartholomeæ nouercā superposuerit, solo
vsufructu retēto, dū viueret Gabriel, & eo mortuo
transmisit ad Iacobum filium communem ex pri-
ma vxore ea, quæ de bonis dictæ primæ vxoris ad
10 eum deuoluta fuere, eo quòd †ad fauorem libero-
rum primi matrimonij communes sunt pœnæ mu-
lieris,& vi i secundas contrahentium nuptias.l.ge-
neraliter.& ibi Cynus,& Bald. nota. C.de secund.
nupt. & §.si vero expectet. in authen.de nupt. & §.
quia vero. contra binubos.in authen.de nō eligen.
secundo nuben.exclusa per statutum dicta Hiero-
nyma sorore Iacobi, si quidem scrupulus restaret
ob incapacitatē Iacobi effecti,vt dicitur, fratris or-
dinis minorum Sancti Francisci, tota hęreditas D.
Bartholomeę deuoluta, & transmissa esset ad dictā

Hieronymam sororē Iacobi, per rationes supra alleg. ita quòd de ea nihil habent quęrere actores, eo maximè q̃ potest dici in totū applicata ipsi Iacobo per renunciationes, & cessiones à d. Hieronima, & eius marito factas dicto Iacobo, vt liquet ex instrumentis in iudicio productis. sat est, quòd respectu hæreditatis Do. Bartholomeæ potest D. Ioseph dicere, se quoad actores liberas ędes habere. l. loci. §. penult. si ser. vendi.

Reliquum est videre, quę nam sit hæreditas Do. Bartholomeæ obuenta Iacobo auctori dicti Dom. Iosephi, est autem sua dos ducatorum mille, quam Gabriel pater d. Iacobi, & actorum confessus est habuisse, & recepisse, & pro cuius restitutione obligauit omnia sua bona, vt constat publico instrumento in processu producto. Non refragatur, quòd dos ista pro nulla debeat reputari, eo quòd de ea fit cō-
11 fessio mariti facta constante matrimonio, † quæ pręsumitur simulata, & animo donandi facta, ideo sit reuocata præmoriēte vxore, & quòd eius hęredib. non debetur, per ea quæ post alios latè scribit Soci. in l. 1. in fi. q. sol. mat. & Paris. cons. 86. col. pen. & fi. lib. 3. Quia pro respōsione, omissis pluribus quæ adduci possent, dicēdum est primo quòd Gabriel confessus est dotem habuisse ab Illustrissima Do. Præfectissa de Ruere partim, & partim à . . . . . de Pepulis de Bononia, exprimendo à Do. Præfectissa habuisse duc. 800. auri in auro, & duc. 200. in iocalibus, vt dicitur in instrumēto dictæ dotis, quo stan
12 te, † quando maritus confitetur etiā constante matrimonio habuisse dotem à tertio, & non ab vxore, præsumitur dos actualiter numerata, per dict. Saly. in auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. tradunt Ias. in §. fuerat. nu. 89. inst. de act. & Marf. sing. 345. non exprimunt ij Docto. si fiat confessio illi tertio, vel vxori, & si vxori facta esset, cum tamē confitendo maritus nominet tertium, à quo dotem habuit, maximè distinguēdo certas pecuniarum, & rerum summas habitas (vt hic euenit) videtur verè habuisse dotem, vt cōfessus est, & omnem simulatæ dotis
13 viam abiecisse, quia † nominatio tertij, à quo confitetur dos habita, ostendit per illum tertium nominatum posse sciri veritatem dotis habitæ, & omnē cessare simulationem. facit quod scribit Bar. in cōs. 150. cum prædicta. in fi. sequitur Afflict. decis. 360. num. 2. de libro rationum composito per tutorem, quòd in eo debent omnia inseri, vt ex tali fundo à tali colono, &c. quasi ex ista nominatione possit reperiri veritas, & cesset falsitatis suspitio. ad hoc facit in terminis Soc. cons. 122. col. 4. vers. Tertiò etiam. lib. 3. Secundò Dom. Bartholomęa deprehenditur fuisse nobilior d. Gabrielle tū ratione agnationis, seu familiæ, siue fuerit de Pepulis, vt nominatur in instrumento dotis, siue de Gozadinis, vt dicitur in suo testamento, vtraq; familia est de primatib. ciuitatis Bononiæ, vt notorium est, tum ratione patriæ
14 de Bononia, † quæ vulgo appellatur mater studiorum, & est de insignib. ciuitatib. Italiæ, patriæ enim nobilitas aliquid nobilitatis addit. Bar. in l. 1. C. de Alexan. primat. lib. 11. Rom. in l. si vero. §. de viro. in 14. fallent. vers. quartò. solu. matri. eiusdem præsumptionis est natio, seu familia nobilis erga natos ex ea: arg. l. quod si nolit. §. mācipia. ff. de ędil. ędic. tum quia, vt plures testes dicunt, erat domicilla Illustrissimæ Præfectissę, quæ erat vxor Principis, in loco, ideo dignitate, honoreq; magis decorata fuit & nobilitata, sicut de cubicularijs Principis dicit Bart. in l. 1. col. 2. C. de muli. & in quo lo. lib. 11. & per Iaso. in l. omniū. col. 1. in primo not. C. de testa. Quamobrem confessionem hanc, si dicamus præsumi donationem, eam quidem valere, & non præsumi factam animo liberali, sed ob nobilitatis meritum, firmant Bal. in l. 1. in fi. C. de don. ante nupt. Bar. Alex. & Ias. in l. si diuortio. de verbo. obliga. &
* ita esse commu. opinio, patet ex alleg. per Docto. in d. l. si diuortio.


Tertiò, si quoq; dicatur dictam dotis confessio-
15 nem pręsumi factam animo donandi, † cum tamen iuramento promissorio firmata fuerit, eam valere, & id verissimum esse tenet Bald. Nouel. in tract. de dot. in 10. par. sub vers. pręterea. & Campeg. de dote. in q. 52. circa fi. dicit, hanc pręsumptam donatio
* nem firmari iuramento, secundum magis commu. opinio. idem Io. Bosch. in tract. de legi. nupt. lib. 3. nume. 21. & Corn. cons. 104. col. 2. vers. Nec habet obstare. lib. 2. vbi arguendo ab absurdo dicit, quòd sicut vera donatio firmatur iuramento inter virum & vxorem, ita esse debet in donatione præsumpta,
16 & coniecturata. Idem in confessione † dotis facta constante matrimonio eam iuramento firmari ex
* commu. opinio. tenet Soci. cons. 82. col. 1. lib. 3. vbi etiam dicit, quòd licet aliàs disputatiuè institerit contra. in l. 1. solu. matrim. tamen in iudicādo non est recedendum à communib. opin. doctissimorum virorū. sequitur Aymo. & cōcor. allegat. in cōs. 40. num. 6. & cons. 81. num. 3. & Dec. cons. 536. nu. 10. in iuramento solo promissorio de futuro, vt est in casu nr̃o. & licet longa discussione aliàs in contrarium arguat, non audet tamen aliter sentire Ruin. cons. 132. lib. 4. ad idem Ias. cons. 184. col. pe. vers. pterea, & tertio. lib. 2. & Gram. in dec. 103. nu. 4. 5. Præterea vltra Bal Nouel. & Corn. posset responderi, pręsumptam donationem inter virum, & vxorem posse confirmari iuramento, saltem promisso-
17 rio, sicut veram donationem confirmari † censet
* commu. Doct. sententia, de qua per Aret. cons. 74. col. 2. & Dec. cons. 202. num. 2. 3. & Rip. c. 6. & c. 4. lib. 3. respons. vbi dicit hanc opinio. esse commu. & practicam iam canonizatam, nam omnes inter virum, & vxorem donationes veræ, præsumptæ, & colorata indifferenter confirmantur morte donatoris pręcedente. l. cum hic. §. 1. ibi, sed ad omnes donationes. &c. & §. si sponsus. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. 2. & ibi Docto. C. de dote cau. ita seruatur in pract. Bal. Nouel. in loco palleg. vers. sed tu. in fi. cōfirmatio huiusmodi inducit ex voluntate donantis, quæ durauit vsq; ad mortem, eo quòd à donāte pręmortuo nō possit amplius reuocari. eodē modo iuramento donatoris debent confirmari oēs huiusmodi donationes, & veræ, & præsumptæ, quia in his

bis omnibus iuramentum reperit confirmabile, si-
cut donatoris mors reperit.l.voluntatem donato-
18 ris,ergo illud † quod dicitur,iuramentum non vali
dare actum simulatum,non procedit in tali presum
pta donatione,quę aliquo casu confirmabilis est,vt
donator sensit,& in voluntate perdurauit,quod nõ
reperitur in alijs actibus simulatis, quia hæredes
possunt excipere de simulatione.vt per Bald.in l.3.
C.plus val.quod agi.

Et ratio diuersitatis reddi non põt,ꝙ iuramentũ
conualidans donationem veram, secundum cõmu
nem opin.debeat etiam confirmare præsumptam,
sicut omnes donationes mors cõfirmat, vt dictum
19 est,cum iuramentum † tollat pœnitentiã,quæ alias
daretur.per glo. in ver.necesse habeas. in l.si pecu-
niam.in princ.ff.de cond.ca.da.quam ibi doct.cõ-
muniter approbant ad hoc,maximè Ias.in col.fina.
sicut mors remouet,vt probat tex.in d.l.cum hic.§.
pœnitentiam.ergo idem ius esse debet.l.3.in pr. cũ
cõc.alleg. ibi in gl.ff.de iniu.test. & isto casu proce-
dit illud commune dictum, quòd iuramentum fa-
20 cit† valere actum omni meliori modo,&c.vt l.cum
pater.§.filius matrem.de leg.2.quam ob legem di-
cit Marc.Anton.Baue. in tract.de vir.iuramen. nu.
147.quòd iuramentum transfundit principalẽ con
21 tractum in aliam speciem. Tollit † etiam iuramen-
tum defectum insinuationis, secundum commun.
opin. Aret.consi.77.col.fina. Soci.cons.77.col.fin.
lib.1.Rip.cap.5.nume.2.lib.3.respon.etiam requi-
sitæ à Statuto, cum ei fuerit renunciatum in instru-
mento dictæ dotis per illa verba, omnique alio iu-
ris legum,canonũ statutorum,&c.& iuratum. Cur.
22 Iu.con.47.num.9.& donatio † fuerit remunerato-
ria,vt dictum est supra in præcedenti ratione, non
requiritur insinuatio.Cur.Iun.consil.142.nume.5.
Quę quidem donatio,vbi iuramento firmata esset,
non intelligeretur reuocata per mortem priorẽ do
natariæ, vt validissimis rationibus contra Dec.te-
net Aym.consi.102.& in consil.245. sub nume.12.
dicit,ꝙ ita cõtra Dec. in curia parlamẽti Gratiano-
polis iudicatum fuit.

Quartò, doct, in materia distinguentes ponunt
tres casus,Primum,dotis cõfessatæ verè habitæ, Se
cundum, confessionis factæ verè animo donandi,
Tertium,quid in dubio,ꝙ presumatur facta animo
donandi, cum tertius asseratur casus noster quid in
dubio,animus meus impellitur, sic credo animum
iusti & recti D.Iudicis impelli, in partem primi ca-
sus, ꝙ dicta dos cõfessata verè fuerit à Gabrielle ha
bita & recepta, ad hoc occurrit illud Terentianum
in Andria. Dum in dubio est animus paulo momẽ
to huc,illuc impellitur,meminit Corne.consil.40.
col.6.li.3. eo magis ducendum est nos inclinari in
partem verè dotis habitæ, quia non solum paulum
momentum,sed magnum adest,vt sic credi debeat.
primum habetur ex examine D. Sebastiani de Pon
te Testis actorum,dum super interrogatoriis dicit,
hauer vdito dire,& non se recorda da chi per la lõ-
ghcza del tempo, che Gabrielle hebbe in dote per
mille scudi,&c.loquela de auditu est de dote habi-
ta, & sic vera,idem dicit Magister Hercules super
15.interr.Deinde in examine D.Sigismundi quar-
tarij pariter testis actorum,dum super interrogato-
rijs, disse sapere che la dote de dita Donna Bart.fu
de mille ducati,&c.scientia de dote, ergo verè fuit
habita, quod clarius idem testis deponit in exami-
ne facto pro D.Iosepho,super 2.interrogat.ibi,Ma
detta Donna Bart.per esser nata de gran casa in Bo
logna,hebbe la detta dote confessata de mille duca
ti,&c.personam istorum testium non possunt acto-
23 res improbare, cum eos † examinari fecerint. l. si
quis testibus.C.de testi. & videntur fateri quãtum
ipsi testes dicunt, qui probant contra inducentes,
etiam quòd causam scientiæ concludentem nõ red
dant.Rom.consil.104.in fin. Ias.in rub.col.penult.
vers.sexto.ff.de iureiur.Paris.cons.23.nume.1.li.4.
Aym.consi.201.nume.7.Soci.Iun.consil.69.nu.2.
lib.1.vbi tenet hoc procedere etiam in teste vno,&
quando solus D. Sebastianus de Ponte esset, licet
cum eo sit magister Hercules deponens de auditu,
faceret qualẽ qualẽ præsumptionem. Ias.in d.rubr.
col.pe.ver.septimo.& transfert onus probandi cõ-
trarium in nitentem in oppositum. Dec. in l. 1. in
vlt.lect.nume.18.ff.si cer.pet. & Feli.in c.tam lite-
ris.col.fina.de testi.fortius probatur id ex dicto D.
Sigismundi deponentis de sua scientia, cùm vero
omnia consonant.Soc.consil.149.col.pen. circa fi.
lib.1.Huic confert & consonat licentia,per D.Ga-
briellem dictæ D.Bartolomeę suæ vxori,postea da
ta testandi de ducatis ducentum de dote ipsius D.
Bartolomeæ, & in cæteris bonis,ipse Gabriel pas-
sus est se hæredem institui, vt patet in testamẽto D.
24 Barto.per actores producto, † ideo fateri videntur
omnia contenta in eod.l.cum precum. de liber. ca.
docto.in cap.cum venerabilis.de exception.Paris.
consi.79.nume.3.4.lib.3.cum concord.de eadẽ do
te fatentur Actores in suis precibus exemplatis in
processu D.Iosephi.fol.26.& in articulis.fol.34. de
alia dote D.Barto.nõ senserunt actores, neque ap-
paret nisi de ea contenta in dicto instrumento do-
tis,ergo ad eam refertur mentio habita sępius, per
supradictos.l.nominatim.& ibi Bart.& doct.de li-
beris & posthumis. Siquidem dicta dos non
fuisset verè tradita Gabrielli, sed ficta, & do-
25 natio præsumpta, quæ ideo † cum morte donata-
riæ reuertatur ad donatorem.d.l.2. de dote cau.nõ
curasset ipse Gabriel dare licentiam testandi de ea
de duc.200.& in reliquis se hæredem institui, quia
nemo præsumitur velle facere actum frustratoriũ.
l.si quando.in princ.de leg.1.

Ex his & dictis in prima ratione supra,inficiari
non potest, quin habeantur coniecturæ & præsum
ptiones,quòd dicta dos vera fuerit, & habita à di-
cto Gabrielle,& propterea valet dicta confessio do
tis,& vt vera attendenda est,per ea,quæ tradit.Ale.
consi.18.lib.3.& in terminis.Aymo.cons.40.num.
5.& alias firmant Cuma.consi.31.col.2. & Pau.de
Cast.consil. 383.col.penult. lib.2.vbi not.loquitur
26 † Sic enim præsumptiones dotis veræ excludunt
præsumptionem donationis leuem, & contra.l.cũ
de



de indebito.ff.de prob.& gl.in l.vtrum.de don.in-
ter virum & vx.& eſt veriſimilitudo vrgens,ꝙ dicta
dos & ab Illuſtriſſima Præfectiſs. & à nobilibus &
diuitibus agnatis D.Bartolomeę data fuerit d.Ga-
brielli,& ſolitum eſt,& magis frequens,ꝙ dos verè
detur marito,& ꝙ confeſſio fiat conſtante, & con-
tracto matrimonio,vt atteſtatur Pau. de Caſt.d.cō
ſil.38,.col.pen.pariter excludunt contrariam præ-
ſumptionem donationis.per l.diuus.ff.de in int.re-
ſtitu.cum concord.allega. per Marſil.in tract.cri.§.
* diligenter.nume.193.cum ſequen. Nam comm.eſt
doct.concluſio,ꝙ in contractibus inter virum & v-
xorem,& alias perſonas prohibitas initis per coniec
cturas veriſimilitudines, & pręſumptiones contra-
27 tias excluditur ſuſpitio præſumptæ donationis.† vt
per Bal.in l.1.col.2.ver.Sed contra iſtud.C.de pri-
ui.dot.& conſi.66.inter virum. lib.1.& conſi.471.
ſuper eo.lib.5.Alex.& moder.in l.ſi donatione. C.
de collati.Soci.d.conſi.122.col.4.ver.tertio etiam
lib.4.Iaſ.d.conſi.184.col.fina.lib.2.Dec.conſ.536.
nume.10.Alcia.in tract.de præſumpt.in reg.1.pręſ-
ſumpt.16.nume.3.cum aliis concordan. cumulatis
more ſuo per Tiraquel.in l.ſi vnquam.in ver. dona
tione largitus.nume.100.cum ſequent.de reuocan.
donat.idq; ſolum ſufficeret pro victoria ſucceſſoris
dicti Iacobi.

Quintò per ſupradicta apparet eſſe iuſtam ſentē
tiam D.Poteſtatis Senogalliæ de anno.1526.la-
tam de exequendo dictum inſtrumentum dotis cō
tra res & bona olim Gabriellis, & contra eius hære
des pro mille ducatis auri, productum in proceſſu
D.Ioſephi.ſo.126.præcedente cognitione cauſę,&
auditis defenſionibus dictorum D. Hieronymi, &
ſui fratris,& oppoſitionibus ſuis, vt dicitur in dicta
ſententia,& deprehendi poteſt fuiſſe factam oppo-
ſitionem de ſimulatione, vt dicitur in inſtrumento
tranſactionis poſtea initæ inter dictum Iaco. & D.
Hieronymam matrem & tutricem dictorum acto-
rū,regiſtrato ī d.proceſſu. ſo.138.ibi,& ex alia par
te defendēte, aſſerendo eſſe ſimulatum dictum in
28 ſtrumentum.&c. Cum.n.inſtrumentum,†quod ſa-
pit ſimulationem per ſtatuta, exequi non debeat.
Soci.in d.l.1.col.penul.nume.102.ſolut.matrimo.
cum alijs a lega. per Tiraq.in d.l.ſi vnquam.& ver.
Donatione.nume.104. & appareat in caſu propoſi
to ſententia lata de exequendo inſtrumentum do-
tis confeſſatæ,dicendum eſt, dictam ſententiam re
iecisse dictam prætenſam ſimulationem,& iuſtè, ꝑ
ſuperius adducta,ſic eam quoque pręſummi itè &
rectè latam ac iuſtam, quæ iam diu fecit tranſitum
29 in rem iudicatam.† per not. in cap.quoniā contra.
de probati.quæ res iudicata habetur pro veritate.l.
ingenuum.de ſtat.homi. adeo quòd amplius quæri
non poteſt de dicta ſimulatione, agendo,vel exci-
piendo.to.ti.C.de re iud. nec petendo in integrum
reſtitutionem aduerſus rem iudicatam, quia nulla
probata eſt læſio,vt requiritur per glo.& Bald. in l.
penult.ſi aduer.rem iud. & quia ſuper hoc nulla fa-
cta eſt petitio ex aduerſo ſpecialis, ideo non poteſt
concedi hæc reſtitutio.Alex.conſi.39.nume.5.li.2.
& conſi.163.col.1.ver.cum ergo.eo.lib. Clara ita-
que remanet concluſio, quòd eſt dos D. Bartolo-
meæ mille ducatorum obuenta dicto Iacobo, ſol-
uenda ex bonis dicti Gabriellis eius patris.

Quòd aūt dicta dos pro du.900.ipſi Iacobo ſolu
ta ſit in prædio petito, idque pro dote materna in-
ſta æſtimatione præcedente pro rata,& pro ſua por
tione tertia bonorum paternorum eidem Iac.obue
nerit in diuiſione, & à Tutrice tunc actorum datū
& aſſignatum fuerit,multifariam multiſque modis
apparet ex dicto proceſſu, & illud fuiſſe poſſeſſum
à dicto Iac. ac diuiſionem prædictam inter dictam
tutricem nomine actorum filiorum ſuorum & di-
ctum Iacobum fuiſſe factam,& idem prædium à di
cto Iacob.poſtea fuiſſe venditum D.Io.Franci.Ba-
uerio patri dicti D.Ioſephi, adeo ꝙ ſuper his in fa-
cto nulla poteſt fieri dubitatio.

Verum inſiſtēdo, & declarando ea,ſuper quibus
dubitari contingit,Dico primum, quòd D.Hiero-
nymus,& frater non poſſunt infringere geſta & fa-
cta cum dicto Iacobo, per Dominam Hieronymā,
eorum matrem & tutricem,ſic tutorio nomine ge-
rentem & contrahentem,eo ꝙ.dicta Domina Hie-
ronyma non fuerit eorum tutrix legitima & admi-
niſtratrix, quia vltra ꝙ apparet in teſtamento dicti
Gabriellis patris,eam fuiſſe relictam tutricem ſuo-
rum filiorum, & in inſtrumento tutelæ eam fuiſſe
per iudicem conſtitutam tutricem &confirmatam,
& ſibi decretam adminiſtrationem, fatētur ipſi D.
Hierony.& frater actores eam fuiſſe eorum tutricē
& legitimam adminiſtratricem, dum in libello di-
cunt ſe adiuiſſe hæreditatē paternam per legitimos
adminiſtratores,& in articulis declarant, & dicunt
pluries dictam Dominam Hieronymam eorū ma-
trem tutricem teſtamentariam, & confirmatam à
iudice eorum nomine adiuiſſe & geſſiſſe, quæ citra
ius & nomen hæredis,&c.& poſſediſſe prædiū prę-
dictum,& in precibus eorum in dicto proceſſu.fol.
25.dum ibi dicunt, & Donna Hieronyma loro ma
30 dre,& alhora loro tutrice, &c.† Quòd enim quis
dicit in libello,præcibus,& articulis,habet vim effi
cacis confeſſionis,& plenam probationem inducit
contra libellantem & articulantem.l.2.& ibi Alex.
& cæteri not.C.de cond.inſt.& d.l.cum precū. Pa-
riſ.conſi.21.nu.22.lib.4.

Contra hanc confeſſionem non poſſunt modo
actores venire,& dicere dictam tutricem non fuiſ-
ſe legitimam, quia non confecerit inuentariū. hoc
enim non obſtare multipliciter oſtenditur. Primo,
non poſſunt † actores ſic opponendo venire con-
31 tra dictam eorum cōfeſſionem.l.generaliter. C.de
reb.cred. Aym.conſ.61.nume.3. alias eſſent cōtra-
rij ſibi ipſis,& non deberent audiri.l.1.C.de fut.Se
cundò,cum inuentarij confectio, & eius exhibitio
non pertineat ad D. Ioſephum, nec ab eo depen-
deat. debet negatiua hæc probari ab ipſis Actori-
32 bus in ea ſe fundantibus. † Bart.& doct.in l.in illa.
de verborum oblig.& dicit not.Bal. in l.in contra-
ctibus.§.illo.C.de non numer.pecun. quòd regula
eſt,vbicunque quis ponit negatiuam de iure tertij,
cum

cum super eo ab adnersario non possit exigere probationes, ipse tenetur talem negatiuam probare, & si impossibile sit, sibi imputet. facit Innocen. in cap. super his. de accus. & Ias. post alios in l. 2. col. 47. & seq. C. de iure emphyteu. dicta Tutrix tenebatur facere inuentarium, & nō Iacobus, seu eius successor, ergo ab ea dicti inuentarij exigant copiam, seu probationes, & eius negatiuam contra alios opponendo tenentur eam probare per supradicta. Tertiò, dicta Tutrix data à testatore, confirmata à iudice, &
33 sibi administratione decreta, etiam inuentario † nō confecto poterat administrare, quia tutrix erat, & administrare debebat, sed poterat accusari vt suspecta. Bart. in l. tutor, qui repertorium. in princi. ver. sed quæro quid si neglexit. ff. de administr. tut. Cuma. consi. 15. auia paterna. Alexan. consil. 86. nu. 3. lib. 2. sequitur Franc. de Porcell. in tract. de inuent. in quæst. 3. 4. 5. 6. cap. 3. nume. 14. Abb. & Dec. in c. ex parte, el ij. de appel. dicit Gui. Pap. in quæst. 330. quòd tollerantur de stilo gesta tutorum in iudicio, & extra pro & contra pupillos, etiam quòd non cōstet de confectione inuētarij, ratio est, quia tutores sunt, vt dicunt dicti doct. facit tex. in l. 3. §. nam edicto. ff. iud. sol. non obstat, quòd iudex decernendo dictam tutelam, mandauerit confici inuentarium, quia expressit quod tacitè inerat faciendum mandato legis, ideo parum operatur. l. 3. C. de fideiuss. cum vulg. & non potest dici pendentiā dicti inuentarij conficiendi reddere dationem tutelæ cōditionalem, quia hæc tutelæ datio, & confirmatio non recipit conditionem. l. actus legitimi. de reg. iur. &
34 pariter nihil operatur † Statutum, idem mandans quod ius commune. non augetur enim effectus, licet ius commune sit redactum in formam statuti. Cy. Bald. & Saly. in l. fina. C. arb. tute. & dictum statutum imponens pœnam tutori non conficienti inuentarium, annullationes alicuius actus in præiudicium alterius non inducit. Alexand. consi. 24. lib. 6. Aym. consil. 93. in fin. Quartò, cum pactum adsit in dicto instrumento dotis, in qua summa rei & cardo consistit, appositum à Gabrielle patre dictorum Actorum, quòd liceat Dominę Bartolomeę, & suis hæredibus, & successoribus, sua propria authoritate, sine licentia alicuius iudicis ingredi capere, & tenere tenutam, &c. & in alium seu alios quacunque actione, titulo transferre, &c. potuit dictus Iacobus accipere dictum prædium repertum in hęreditate sui patris, ēt sua authoritate, & sine facto tutricis suorū cohæredū pro extimatione iusta, prout accepit ꝓ dote materna, & illud vēdere patri dicti D. Iosephi, & dicti Actores filij & heredes dicti Gabriellis pro suis portionibus non habent causam cō-
35 tradicendi, & non possunt venire † contra factum defuncti, vt in similibus terminis firmat Afflict. in decis. 285. nume. 10. & sequen. & faciunt alleg. per Soci. consil. 82. col. penult. nume. 9. & sequen. lib. 3. quòd possit exerceri tale pactum parte non citata. ꝑ dicta per Bart. in l. apud iul. ff. qui ex cau. in poss. ea. ergo legitimatio personarum non requiritur, & frustra quæritur de legitimatione personæ dictæ tutricis, quo pacto stante, valuit datio in solutum facta dicto Iacobo pro dicta dote, etiam sine decreto iudicis. per l. 1. C. de præd. min. & l. 1. & l. 3. quādo decr. opus non est. vt per Afflict. in d. decis. 285. nu. 10. & Alex. consil. 62. col. 1. lib. 2. & Thom. Gramma. consil. ciui. 15.

Quo ad dicta bona accepta, & vendita per dictū Iacobum vigore dicti pacti, quatenus ascendat dicta dos materna, siquidem nequeant contradicere & connauenire dicti Actores, minus possunt conse qui aliquid de portione paternæ hęreditatis obuēta dicto Iacobo. de qua etiam non petunt, nisi præsupponendo quòd potuerit Iacobus habere quartā partem dicti prædij, & non tertiam, vt habuit, & in hoc eos male petere etiam, statim dicetur. Præterea nihil facit, si dicta Tutrix non fecisset inuentarium, cum potuerit id non expedire, ex quo bona pupillorum erant communia cum ipsa tutrice hærede instituta cum filijs, & cum dicto Iacobo, qui continuò instabat suam portionem diuidi bonorum, & sibi dari, & propterea videbatur, prius non posse fieri inuentarium bonorum pupilli, quam essent diuisa ab alijs, vt in simili adducit Pau. de Ca. consi. 355. postquam iste tutor. col. 1. versi. secundo quia. li. 1. ad hoc facit text. in d. l. tutor, qui repertorium.
36 in princip. ꝙ aliqua causa † potest allegari, cur factum non sit inuētarium. Clarius, & in terminis tenet Roman. consi. 106. viso themate. circa fin. & est propria decisio huius quæstionis, saltem quoad validitatem dictæ diuisionis. Absque autem decreto iudicis res quoque non processit. Cum in venditione facta per dictum Iacobum patri D. Iosephi, consentiente dicta Tutrice, & fatente prædium venditum in totum esse dicti Iacobi, pro dote materna, & pro sua portione, & in eos suos filios nullum ius, & nullam portionem habere, & promittente de legitima defensione, iudicis decretum interuenerit, quod præsumitur interpositum ex iusta, & vera causa, & quòd omnes solēnitates requisitæ interuene-
37 rint † Alexand. in l. sciendum. nume. 26. de verbor. obligation. Ias. in rubr. qui feud. da. poss. column. 3. & alibi per doct.

Vlterius diuisio inter dictam Tutricem & Iacobum facta irritari non potest prætextu minoris ætatis dictorum Actorum, quia Iacobus cohæres maior prouocauit ad diuisionem, vt deponunt D. Sigismundus Quartarius, & Capitaneus Antonius Balde, do. Polisena testes pro D. Iosepho examinati, super 9. capitulo, ideo valet diuisio bonorum cō-
38 munium cum minoribus sine decreto. † per text. in l. penult. C. de præd. mino. Bald. in l. 1. C. si aduers. transact. etiam antequam tutor minorum fecerit Inuentarium, vt clarè probat Roman. d. consil. 106. quod (vt dixi) in hoc claudit os aduersarijs, & ita se-
39 cundum hoc ius commune intelligi debet † Statutum de modo & forma seruāda in contractibus minorum, secundum Alexand. d. consi. 62. lib. 2. quod Statutum etiam non habet locum in contractu, & gestis cum tutore solo. Ange. Aret. in §. hæres quoque. ver. quærit Barto. institut. de obligatio. quæ ex quæ-

quasi contr. & Alexand.consil: 189. numer. 11. 12. lib.7. eo præsertim, ꝙ dictum statutum dicit, ꝙ alienationes per ipsos minores fieri non possint, ergo non loquitur de alienationibus fiendis per tutores, & excepit casum, si alienatio non procedit ex dispositione eius, à quo bona alienãda ad minorẽ deuenerint. Quæ exceptio verificatur in hoc casu respectu dationis in solutum, & venditionis dicti prædij pro dicta quantitate dotis per pactum obligatiuum & executiuum appositum in dicto instrumento dotis, & per licẽtiam datam in alium transferendi, vt latius in dicto instrumento dicitur per superius alleg.

Cum itaque dicta diuisio valeat, non redditur erronea, quòd facta sit ratione tertiæ portionis bonorum paternorum obuentæ dicto Iacobo, cum in testamento Gabriellis patris sint quatuor hæredes instituti, quia Domina Hieronyma vxor hæres instituta in vita, & donec vidua steterit, noluit acceptare suam portionem hæreditatis, sed renunciauit dicto Iacobo pro centũ ducatis sibi remissis de dote prædicta materna, & duobus suis filijs. ita ꝙ diuidendo ipse Iacobus posset habere tertiam partem totius hæreditatis paternæ, vt dicitur in instrumento superinde facto inter dictos Iacobum & D. Hieronymam, producto in processu D.Iosephi.fo.138. De cuius instrumenti validitate non videtur dubitandum, cum eo dicta D. Hieronyma vsa fuerit in iudicio, & in eo se fundauerit cum dicto Iacobo, vt apparet ex scripturis productis in dicto processu. fo. 147. 150. 152.153. & obseruatum fuerit in eo, quòd Domina Hieronyma se contẽtauerit dari dicto Iacob. tertiam partem bonorum, & sic de voluntate ipsius Dominę Hieronymæ facta, & secuta fuerit dicta diuisio, vt per testes, per scripturas ipsius Dominæ Hieronymę olim actitatas cum dicto Iacobo, & per sententiam latam contra dictos Dominam Hieronymam & fratrem condemnatos pro duobus tertijs, vt hæredes eorum patris ad soluendum Sigismundo Renaldutij, productam in dicto processu.fol.183. & latissimè probatur in dicto processu, & de retentione dictorum centum duca. quia solum pro duca.900. fuit facta assignãtio pro dicta dote, vt testes dicunt, obseruantia enim subsecuta
40 confirmat fidem instrumenti, † & validum reddit instrumentum minus solẽne, vel actum aliàs inualidum. Bald.consi.402.in fin.lib.5. Aym.cons.101. nume.4. consi.209.nume.8. consi. 277.col.penulti. consil.274.nume.7. Quinimo conualidat ipsam diuisionem, vt l.quædam mulier.ff.famil.ercisc.& l.si diuisionem.C.eod. & dubium non est, dictam Dominam Hieronymam potuisse renunciare suæ portioni dictæ hæreditatis. per reg.l.penult.C.de pact. siue non adierit hæreditatem. l.1.& 2.C.de repud. hæred. quomodocunque appareat recusatio. l.recusari.ff.de acquirend.hæredit. siue adierit, pro dictis duc.centum, valet renunciatio vigore transactionis, & in præiudicium repudiantis.l.suus. & l.sicut. C.eod.de repu.hæred.& ibi Bar.Ang.& doct. licet non probetur aditio D.Hieronimæ, nisi quòd semper interuenerit vt tutrix filiorũ. Non habent actores quærere de portione eorum matris, quæ tempore dictæ diuisionis renunciando voluit non haberi rationem suę portionis, sed diuisionem fieri pro numero filiorum Gabriellis in tribus partibus, idem esset si non fuisset hæres ipsa instituta, vel tunc nupsisset. ar.l.2.§.sed & si sint.ff.ad tertul.& l.1.§.pen. C.de cad.tollend. ergo ipsi actores petendo nõ possunt obtinere vltra eorum portiones. in quibus fuerũt à patre hæredes instituti, vt l.1.§.1.& l.si ex pluribus.ff.si pars hæred.pet.

Non facit, dictam diuisionem tunc iustè factam in tribus portionibus volente & consentiente dicta Hieronyma tunc cohærede instituta modo esse iniustam, postquam ipsa Do.Hieronyma transiuit ad
41 secunda vota, quia attenditur † tempus contractus & rei gestę, si valet, vel læserit contrahentes, & an minores possint in integrum restitui, per iura & autho.alle.ab Aym.consi.11.nume.17. & non sufficit quòd lęsio superuenerit post contractum, vt ibi per eum.& in consil.114.nume.16. Rescisio autem diuisionis perperam factę procedit ad instar l.2.C.de rescindend.vend. vt per glo.& doct.in l.3.commu. vtr.iudi. in materia d.l.2. an læsio interuenerit inspicitur tempus contractus.l.si voluntate.in fin.C.eo. de rescindend. Ang.in §.penulti. in auc.de non eligen.& Saly.in l.penul. C.de soluti. pari ratione inspici debet tempus diuisionis, an deceptio interuenerit: quæ non probatur, ergo diuisio stare debet.

Quæ maximè postquã d.Hieronyma nupsit per dictam sententiam condẽnatoriam de duabus tertijs debiti hęreditarij, & per gesta à dictis actorib. vt dicitur inferius, fuit ratificata. Vnde remanet firma restitutio tertiæ ratæ Dominæ Hieronimę, quę fuerit facta Iacob. ante diem.l.sed & si.ff.ad trebel. & quia exprese, & nominatim ipsa post vitam suã viduam & honestam non erat grauata alicui, sed forsan tacitè restituere. l.post mortem. C.de fideicommiss. quod forsan facere non potuisset, si fuissent certi, quibus deberet restituere, & expresè ipsa fuisset grauata, vt l.filiusfam.§.diuus seuerus.de le-
42 ga.1. Sic enim quædam † nominatim expressa nocent, quæ ommissa, licet subintelligantur, non nocent.l.nonnunquam, de condi.& demon. quantum autem ad finem inualidandi actum, non idem operatur tacitum, & expressum. Alex.consi.56.colu.5. ver.nec obstant ea.nume.11.lib.3. Non enim gratis, sed precio ducatorum centum remanentium penes ipsos actores Iacobus habuit suam tertiam ratam portionis Dominæ Hieronymæ, quæ non apparet, quòd vnquam plus valuerit, exinde ergo nulla est probata læsio dictorum actorum, & valuit assignatio dictæ tertiæ ratæ, tunc facta Iac. per reg.d.l. post mortem.& d.l.penul.C.de pact. eo præsertim ꝙ desinentia institutionis D. Hieronymæ non est ascripta conditioni casuali, vt loquuntur d.§.diuus. & d.l.sed & si. sed conditioni potestatiuæ, donec ipsa vidua & honesta vixerit, quod viuere honestè & viduè cum dependeat ab eius arbitrio, talis condi-
43 tio habetur pro pura. † l.1.§. qui sub conditione. ff.si

ff.si quis om.can.test. & in debitis purè semper va-
let restitutio vel solutio. Barto.& doct.in l.stipula-
tio ista.§.inter certum.de verborum obligatio. Aut
dicamus Dominam Hieronymam sic cum filijs hę
redem institutam pleno iure donec vixerit vidua&
honesta, teneri præstare cautionem mutianam, secū
dum Bald.in l.fin.col.2.ver.quæritur si testator.C.
de indic.vid.tol.& ibi Salycet. sequitur, quando v-
xor sic instituta habet cohæredem, ideo eam non
esse hæredem non præstita dicta cautione.per l.qui
hæredi.§.fina.de condit.& demonstra. tradit Imo.
in l.mutianæ.col.fina.ver.& ex hoc patet.& ibi Ca
strens.circa princip. ff.eod. Igitur antequam hæres
esset, potuit quocunque modo recusare dictæ insti-
tutioni.vt d.l.recusari.ff.de acquirend.hæredita. &
sua pars repudiata accreuit portionibus trium suo-
rum cohæredum, per uo.in l.1.C.quando non per.
par.& propterea iusta & valida est diuisio in tribus
portionibus. Itaque omnis scrupulus cessare vi-
detur.

Minus dici potest, hanc diuisionem continere
deceptionem, ex eo quòd in ea subintrauerit assi-
gnatio pro dicta dote, quæ ideo non fuerit vera,
vel spectauerit ad Actores vt hæredes Gabriellis vi
gore testamenti Dominæ Bartolomeæ, ex quo ma
ximè & sigillatim nituntur Actores, quia contra-
rium esse verius supra clarè demonstratum est.

Postremò Actores cum nequeant aliquo defe-
ctu dictam diuisionem impugnare ex superius re-
futatis, neque etiam remedio petitionis restitutio
nis in integrum intentato, quod ex pluribus liquet
eis non competere. Primò nullam probant læsio-
nem eorum adesse, saltem tempore dictæ diuisio-
44 nis, per supradicta, † & vt probari requiritur. l.
Nam & postea. §.si minor. ff.de iureiurand. gloss.
in terminis sentit in l.si maior. in versicu.causa co-
gnita.C.commu.diuidund.vbi etiam probatur per
glo.sufficere tacitam diuisionem inductam ex pos-
sessione separata decem vel vigiuti annorum, vt
euenit in casu isto, quæ gloss. non probata saltem
magna inæqualitate, communiter probatur. Ale-
xand.consil.25.nume.17.lib.5.Balb.in tractat. de
præscript.in 3.par.princ.in quæst.10.nume.44. Se-
cundò de dicta diuisione, postquam fuit facta, sem
per in ciuitate Senogalliæ fuit publica vox & fa-
ma, vt probatur latissimè per Testes 15.& vltra,
quorum numerus † probat famam. Bald.in l.de
45 quibus.colum.5.de legi.Gram.consil.crim.67.nu-
me.19.Alexand.in appo.incip. sed quid.ad Bart.in
l.de minore.§.plurium. ff.de quæsti. per quam fa-
mam probatur scientia dictorum Actorum de di-
cta diuisione, per glos. & ibi Bart. not.in l.si tutor.
C.de peric.tut.Alexand.consi.187.num.11.12.lib.
2.& Aym.consil.271. column.antepenult. & sequ.
plenè tractat de probatione scientiæ, ita quòd ex-
cludatur probatio ignorantiæ per iuramentum. vt
& Abb.in cap.vidua. nume.5. de regul. & transeût
ad relig. & plures testes dicunt dictos Actores po-
tuisse habere scientiam de dicta diuisione, eo quòd
semper fuit notoria in loco, qua scientia stante, eis-
dem decursum est quadriennium, postquam effecti
fuerunt maiores.25.an.& amplius, non datur resti-
46 tutio. † vt l.fi.C.de temp.in integ.restit.cum simil.
ꝙ post.25.an.eorum ętatis excesserit quadriēnium,
probatur ex instrumēto diuisionis factę inter ipsos
actores scripto de anno 1548. die 11. Septembr. in
quo iurant se maiores 25.an. & dicta restitutio fuit
petita die.5.Iunij.1553.ergo extra dictum quadriē
nium. Tertiò dicti Actores scientes verisimiliter di
ctam diuisionē, possidendo bona ipsis in ea assigna
ta pro duobus tertijs, & ea demum inter eos diuidē
do effecti maiores, vt dicitur in dicto instrumento,
& de eis plurima vendendo, videntur dictæ diuisio
nis fecisse ratificationem. per text.in l.non ideo. &
47 in l.si diuisionem.C.fam.erc. sic † rebus & factis in
ducitur ratificatio.l.paulus.ff.rem rat.hab. & p plu
ra exempla similia nostrę rei comprobat Aym.cōs.
237.nu.2.& seq.quamobrem dicta diuisio rata ma
nere debet, & rescindi non potest per text.& ibi gl.
& Salyc.C.si maior fac.rat.hab.li.2.& non oportet
retricare in dubium, ꝙ tutrix non confecerit inuen
tarium.Affl.in d.deci.285.nu.22

Rursus non lædit iura D.Iosephi, quod aliqui te
stes dicunt, Iacobum fuisse dilapidatorem suorum
bonorum & lusorem, quoniam com. est doct.sentē
tia, in l.is cui bonis.de verb.oblig. quem nō esse ad
ministratione suorum bonorum priuatum, & vali-
48 dè posse contrahere, † nisi per iudicem interdicta sit
administratio. à com.opi.in consulendo & iudican
do non est recedendum, vt ibi dicit Ias. Hoc tamē
non prodesset actoribus ex eorum personis & præ-
tensis iuribus agentibus ad dictum prędium petito
rio seu possessorio intentato, cū & dominio & pos-
sessione fuerint iustè priuati per dictas dationem in
49 solutum & diuisionem, quæ vicē emptionis † & vē
ditionis obtinēt. l.elegan.er.in prin.& ibi no. Cas.
ff.de pig.act.& l.1. C.com.vtr.iud. & petant quod
suum non est. iustitiæ ergo consona est & firma con
clusio, ꝙ D.Ioseph ab eorum petitionibus absolui
& liberari debet. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XI.

ARGVMENTVM.

De termino incipiente currere post imple
mentum reddens certum obligatum, ad
quid & quantum teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Absurdum est prius diem præteryisse quam existeret is, quem accipere oporteret.*

2 *Extimationis tempus est attendendum, quo dispositio debiti hincinde respectiui sortitur effectum, ex quo efficax oritur actio creditori ad agendum.*

3 *Euentu dubio pendente, non currit tempus apposit. in actui*

actui solutionis fienda.
4 *Sermo ad futurum tempus relatus conditionem facit, & ostendit.*
5 *Conditione pendente, non oritur obligatio neque actio.*
6 *Tempus non currit non valenti agere.*
7 *Ignorans dicitur impeditus impedimento facti, & iuris.*
8 *Terminus certus vbi assignatur ad soluendum, & ante solutionem præcedere debeat aliqua declaratio seu liquidatio, ante factã declarationem seu liquidationem non currit*
9 *Interpretatio fit contra stipulantem.*
10 *Agens ante diem condemnatur in expensis.*
11 *Tempora non debent currere impedito ob ignorantiam debiti.*
12 *Debitor licet possit soluere partem ante diem, non ob id potest ante diem cogi ad soluendum reliquum.*
13 *Scriptura computi intelligitur de die & termino ascripto in chirographo.*
14 *Testis loquens de sua intelligentia, & indicans redditur suspectus.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Erminum duorum annorum datũ D. Seraphino ad soluendum D. Lauræ socrui superfluum æstimationis, si quod fuerit prędij in dotem dandi & æstimãdi pro scutis 900. non à die stipulationis neq; traditionis prædij, sed à die æstimationis factæ & mensurationis completæ cœpisse currere, nos fateri iura ipsa, summorum authorum sententiæ, plurimæq; rationes impellunt. Ne autẽ si intra duos annos æstimatio facta non sit, videatur illud superfluum æstimationis, supra 900. scutos ex ea obligatione chirographaria non deberi. vt l. tali. ff. de iure do. absurdũq;
1 † aliàs esset, prius diem præterijsse, quàm existeret is, quem accipere oporteret. l. si in diem. de cond. & dem. quarum legum rationes & argumenta ab absurdo euitando sumpta hanc quæstionẽ diriumunt. Nam propriè ipsa æstimatio fienda erat ostensura, quem oporteret accipere, an D. Seraphinum id, quod deficeret ad integram solutionem dotis, vel D. Lauram illud, quod supra dictam dotem valeret præ-
2 dium, vt in chirographo legitur, ergo † dictæ æstimationis tempus est attendendum, quo dispositio debiti prędicti hincinde respectiui sortitur effectũ, & quo efficax oritur actio creditori ad agendum. l. cum notissimi. §. quamobrem. & §. illud. C. de præscri. 30. an. vt tradit Roma. consi. 102. col. 1. vers. aut vero vult iurare.

Secũdò, an D. Seraphinus deberet soluere, & reficere D. Lauræ aliquid supra 900. scutos de æstimatione dicti prædij, pendebat vtique ex futuro euen-
3 tu ipsius æstimationis fiendæ, quo euentu † dubio pendente, non currit tempus duorum annorum appositum actui solutionis fiendæ. per l. 3. §. si quis hę redi. de statu liber. & per alia iura allega. à Soci. id firmante in consil. 76. column. 3. versic. confirmatur alia bona ratione. lib. 1. & à Tiraquel. eadem referente in tract. de utroque retract. tit. t. §. 1. gl. 10. sub nume. 47. post Areti. & Corne. alleg. tenet Aymo. consil. 231. column. 3. nume. 8. Tertiò illnd, quod ab altero contrahentium alteri soluendum erat vel supplendum, futurum debitum erat sub conditione & in diem, vt in simili habetur in text. l. si cui legetur. §. hoc autem legatum. de leg. j. & per Dec. consil. 2. colum. 3. sub ver. vis tota consistit, conditio apparet hic ex actu in futurum protracto ad æstimationem fiendam, & prout æstimatio excesserit vel
4 non, qui sermo † ad futurum tempus relatus conditionem facit & ostendit. l. si ita stipulatus fuero hanc. de verborum obligatio. & l. itaque. si cer. pet. & l. stichum. de leg. 1. & per Bald. in l. & si post tres. col. 9. ff. si quis cauti. & apparet conditio ex ipsa æstimatione prædij fienda. ut §. precium. institut. de empt. & uenditio. eo pręsertim inducente conditionem, si æstimatio erit excedens, D. Seraphinus tenebitur superfluum soluere, si erit minor summa dotis debitæ, D. Laura supplere tenebitur. ista proculdubio ab utraque parte erat respectiuè obligatio conditionalis, simul & in diem per tempus duorum an
5 norum appositum. Qua † quidem conditione pendente, non erat orta obligatio, neq; actio. l. cedere diem. de uerbor. signifi. l. bouem. §. penult. de ædil. edict. cũ alijs concor. recollectis à Tiraq. in d. tract. tit. 1. §. 1. glo. 2. nume. 21. & sequẽ. & consequenter non potuit prius incipere cursus duorum annorũ,
6 quia † non valenti agere non currit tempus. l. t. §. fin. C. de ana. except. hæc naturalis regula est. Dec. consil. 468. in fin. & consil. 498. nume. 23. nec incipit currere tempus ignoranti se debere, nisi eo tempore quo quis cognouit se debere. per text. in l. annus. ff. de calumn. Deci. consil. 530. nume. 8. igno-
7 rans † dicitur impeditus impedimento facti, & iuris. Bald. in l. 1. in 24. opp. C. qui admi. & consil. 13. in princip. lib. 1. Ideo sic impedito non currit tempus, per d. l. annus. cũ alijs supra alleg. Igitur in specie proposita non cepit currere nisi post dictam æstimationem factam, & sic post dictam cõditionem impletã, probatur per d. l. si cui legetur. d. §. hoc autem legatum. cum sequẽ. §. expressius per l. 1. §. t. ff. quando de pec. act. an. vbi ad literam sic dicitur. & ideo si conditionalis sit obligatio iul. scribit ex eo computandum annum, non ex quo emãcipatus est, sed ex quo peti potuit conditione existente, cum alijs adduct. à Tiraquel. in d. trac. tit. 1. §. 1. gl. 10. nume. 45.
8 Quartò, vbi certus † assignatur terminus ad soluendum, & ante solutionem præcedere debeat aliqua declaratio seu liquidatio, ante factam liquidationem seu declarationem non currit terminus, hanc conclusionem probat Corn. consi. 244. col. 2. versicu. & licet in dubio. lib. t. & Aretin. consil. 93. col. fina. prope fin. refert Aym. consil. 2 t 2. nume. 5. paruæ impres.

Quintò, siquidem ambigua videretur assignatio termini duorum annorum, quando ceperit currere, quia id tendit contra stipulantem & debẽtem recipere,

recipere, & plus soluere etiã, & minus in tempore dicitur §.plus autem.insti.de act.interpretatio fieri debet, vt cœperit dictus terminus, vt dictũ est, non ex die stipulationis, sed æstimationis prædictæ, vt
9 † fiat interpretatio contra stipulantem. l. stipulatio ista habere.§.in stipulationib.de verb.oblig.Doct. in l.veterib.ff.de pact.& in obscuris quod minimũ est sequimur.l.semper in obscuris. & l.semper in stipulationib.de reg.iur.& sic longius tempus est minimum in casu, de quo agitur.dict.§.plus autem.Si quoq; id inspicere debemus, quod est verisimilius. l.in obscuris.ff.eo. Magis enim verisimile est, quòd contrahentes voluerint mutuum terminum duorũ annorum sibi adinuicem respectiuè statuere, prout casus æstimationis fiendæ dederit, vel supplẽdi, vel soluendi, & illum incipere post dictam æstimationem, vt vterq; eorum, tunc sciens se debere alteri, commodius habeat tempus duorum annorum, ad prouidendum sibi de pecunijs alteri soluendis, secundum casum cõtingentem, vel minoris, vel maioris æstimationis prædicti fundi, ex quib.omnib. clarius meridiana luce demonstratum est, tempus duorum annorum cœpisse post dictam æstimationem. Itaq; absolui debet D.Seraphinus ab obseruatione præsentis iudicij, per Do. Lauram moti ante diem, & ea condemnanda est ad duplicandum dictum tempus cõuentum duorum annorum, cœptũ
10 post dictam æstimationem, & in expẽsis, † vt dispo nitur.in §.hodie.insti.de exceptio.& in c. t.de plus peti.& per Doct.in d.§.plus autem.

Huic conclusioni superius firmatæ non obstat, quòd dictum prędium fuerit traditum D.Seraphino tempore contracti matrimonij, & fuerit in potestate sua faciendi fieri æstimationem, & adimplere conditionẽ.per ea, quę scribit Tiraq.in d.tract.§.1. glo.10.nu.53.54.titu.1. Quia non ex implemento traditionis fundi, quæ alias erat fienda ob maiorẽ summam scutorum 900.& pro onerib.matrimonij sustinendis, erat supplendum, vel soluendum residuum d.æstimationis: sed ex dicta conditione existente, declarationeq; facta dic.æstimationis, & ex isto die inchoauit currere dictũ tempus, & sic fieri
11 debet suppletio, ne tempora † impedita ob ignorantiam debiti currant.vt declarat Soc.in d.l. si in diẽ. in ſ.prin.de cond.& demon.& per alleg superius. & non magis erat in potestate D. Seraphini, quàm Dom.Lauręeligendi æstimatores, & faciendi fieri dictam æstimationẽ, vnde mutua mora tolleretur compensatione.l.de viro.sol.matri. & l.in arenam. C.de inoffic.testam.cum simil.

Nec obstat, quòd Do.Seraphinus cœpit soluere
12 ante diem, † quia id potuit facere.l. quod in diẽ.ff. de soluti. & sibi non præiudicauit, vt possit cogi ad soluendum ante diem reliquum, vt l.Lucius. §. testator. & ibi Bald.no.de leg. 2.

Nec sibi pręiudicauit per illam scripturam computi factam, sub die 7.Aprilis. 1556.Madõna Laura de contro deu'hauere, &c.quia intelligit sua die, & termino duorum annorum scripto in dic. chiro-
13 grapho. † p l.q. sic stipulatur, quod te.de verb.obli.

Nec etiam obst.q duo testes examinati, pro D. Laura videantur deponere de intelligentia d. termini esse, quòd inciperet à die consignationis prędij, quia loquuntur de eorum intelligentia, & non partium, & sic potius iudicant, quàm testificentur,
14 quod facere nõ possunt, & reddũtur suspecti. † Bar. consi.113.nu.6. Aymo.cons.41.nu.4.& cons.134. nu.43.& vti mediatores etiã sunt repellendi. Alex. cons.128. nume.1.lib.2. Dec.cons.462. nume.12.

Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XII.

ARGVMENTVM.

De iure accrescendi habente locum in fideicommissaria substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus verbis quomodo quis dicatur.*
2 *Ius accrescendi non habet locum in fideicommisso vniuersali.*
3 *Substitutio conditionalis, non transmittitur ad haredẽ.*
4 *Ius accrescendi prouenit ex tacita voluntate testatoris, quãdo cõiunctim plures vocat in sua dispositione.*
5 *Ius accrescendi habet locum etiam in fideicommissis vniuersalibus, quando non adsit omnimoda disiunctio ad ipsas res, & separatio pro diuiso. nu.6.*
7 *Bona voluntariè ab harede alienata, & nulla causa vrgente, debent imputari in legitimã, & trebellianicã.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Ex facto proponitur, Ioannem, Hieronymo nepote ex filio prædefuncto, hęrede instituto, in suo testamento substitutionem apposuisse, qualem hæc verba demõstrant, & si d. Hieronymus decederet sine filijs legitimis, & naturalib.quãdocunque, tunc dict. testator medietatem eius possessionis sitæ in curte Nubilariæ deuenire voluit, ad ecclesiam S. Mariæ Angelorum. Residuum vero suę hereditatis eo casu deuenire voluit pro medietate in Georgiũ eius fratrem, & post eum in eius filios masculos legitimos, & naturales, & pro alia medietate in alios ipsius testatoris nepotes masculos filios legitimos & naturales dictarum filiarum ipsius testatoris, Præsupponitur etiam, q Hieronymus post mortem testatoris plurima bona olim testatoris, & hæreditaria vẽdidit, & aliqua emit, & præmortuo Georgio, nullis ex eo superstitib. filijs masculis, nullis etiam nepotib. masculis eiusdem testatoris natis ex eius filiab.superstitib.nisi Seraphino solo superstite, nepote d.testatoris ex Do.Petra eius filia, dictus Hieronymus mortuus est.

Quæ-

Quæritur, quid & quantum de dicta substitutione dictus Seraphinus consequi possit, & breuiter cẽseo detracta medietate pro legitima & trebellianica. per not. in c. Raynutius. de testa. & authoritates alle. ab Aym. consi. 50. dictum Seraphinum ex fidei commissaria substitutione posse in totum habere, & ad eum pertinere cætera bona dicti testatoris. Nam quoad medietatẽ hæreditatis, ad quam sunt vocati nepotes testatoris, sunt hi cõiuncti re & verbis, etiam sub noĩe collectiuo, & de his est Seraphinus, quo verò ad aliam medietatem dandã Georgio, & post eum suis filijs masculis, non demonstrata aliqua portione diuisa ad oculum, & sub eodem sermone, sub vno verbo voluit deuenire, cũ his erat
1 Seraphinus coniunctus verbis † vt declarat Bart. in l. re coniuncti. in 2. q. prin. nu. 11. de leg. 3. & Anto. fume. in tract. de coniuncti. §. 2. per l. triplici. de verbo. sig. & l. 1. §. his ita. C. de cad. toll. est igitur Seraphinus comprehensus ad eam medietatem in qua cum cæteris nepotibus testatoris est coniunctus re & verbis, cæterisque nepotibus deficientibus, & ad eam vocatus est per ius non decrescendi. vt §. si eadem. inst. de leg. & Bart. in d. l. re coniuncti. nu. 24. in 3. q. tertiæ q. prin. & alia medietas ad quã verbis est coniunctus ad ipsum Seraphinum pertinet ꝑ ius accrescendi. d. l. 1. §. finautem sub conditione. & §. vbi autem. de cadu. tollen. & d. l. re coniuncti. Videbatur facere difficultatẽ quod dicit Papiens. in sua pract. in for. libel. quo agitur ex subst. in gl. fi. ius ac
2 crescendi † non habere locum in fideicõmisso vniuersali, prout est, id de quo agitur. pro quo dicto allegat gl. & Cyn. in d. l. j. §. his ita. & Cy. ibi hoc non dicit, neq; gl. saltem per l. si ex pluribus. de suis & legi. & per l. si plures. de vul. & pu. & per l. substitutio.
3 de acq. rerum dom. quæ iura loquuntur, † ꝙ substitutio conditionalis non transmittitur ad hæredẽ, vt d. gl. dicit, & allegat rationem, ne pro parte testator decedat testatus, &c. non habere locum in fideicõmisso deficiente, quod potest penes hæredem grauatum remanere.

Sed hæc ratio etiam non facit ad prohibendum
4 ius accrescendi, quod prouenit † ex tacita uoluntate testatoris coniunctim plures uocantis in sua dispositione. not. in l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. de leg. 2. & per doct. in d. l. re coniuncti. Cum. n. pendẽte cõditione, de medio tollitur debens consequi legatum seu fideicommissum, non debet penes grauatum remanere legatum seu fideicommissum, sed pertinet ad substitutum vel coniunctum. per text. in l. libertis. §. pen. de ali. leg. d. l. j. §. finautem aliquid. quæ lex apparet procedere & loqui etiam in coniũctis ad fideicommissa vniuersalia, ex eo maximè ꝙ in §. pen. dicit. omnia disposita ibi supra habere locum & in codicillis, ex quibus quidem præstantur
5 fideicõmissa. vt §. pen. inst. de codicil. In † quibus fideicommissis ẽt vniuersalibus habere locum ius accrescendi, vr̃ esse text. in l. lucius. §. pater puerum. & ibi Pau. de Ca. & in §. quæ habebat. ff. ad trebel. sentit Bal. in l. 2. in 9. q. quando non petent. par. dũ firmat per d. §. quæ habebat. in fideicommisso vniuersali posse procedere ius accrescendi. expresse dicũt & firmant Bar. in consi. 53. Picaredas. & consi. 112. vol. 2. lo. de Ana. in consi. 102. propè fin. & Soci. in consi. 94. in fin. lib. 4. Guid. Pap. in q. 335. & Ang. in tract. de testa. in glo. 42. Item dictos B. & D. prohibuit. & Cur. Iun. in consi. 83. nu. 13. & Aym. in cõsi. 316. & Rub. Alexandri. in consi. 52. & Rip. in d. l. re coniuncti. nu. 179. & Hier. Cag. in d. l. 1. nu. 54. quãdo non peten. part.

* Et hæc conclusio vera est, & sic communiter approbata, quando non adsit omnimoda disiunctio
6 ad ipsas res, & separatio pro diuiso, † vt declarat Pa. de Cast. in d. §. quæ habebat. & in cons. 406. lib. 2. & Alexandri. d. consil. 52. quæ omnimoda disiunctio non est in specie proposita, vt facile videre est ex ipso testamento, & ex facto supra proposito, & ponũt Soc. & Cur. Iun. in suis cons. prealleg. & Aym. in cõsi. 62. nu. 4. videtur tex. in l. Papinianus. ff. ad trebel. & in l. Lucius. §. pater. eo. De bonis testatoris ꝑ Hieron. hæredem alienatis voluntariè, & nulla necessaria causa vrgẽte, dicendũ est, ea imputari debere in
7 dicta dimidietate pro legitima, & trebellianica. † ꝑ tex. & ibi Bar. & doc. in l. Marcellus. §. res quę. ff. ad trebel. ita ꝙ donatio per ipsum hæredem facta suæ vxori de certis bonis, si cum bonis alienatis contineat plura bona excedentia dictam dimidiam pro legitima & trebellianica, quatenus tangat bona subiecta fideicommisso, non valet, & ea bona vendicari possunt à dicto Seraphino. per l. fi. §. pen. & ibi auth. res quæ. C. commu. de leg. & ita puto de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XIII.

ARGVMENTVM.

De alternatiua rerum & locorũ, ad quem pertineat electio.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, si non reperiatur creditor, non constituitur in mora.*
2 *Electio in alternatiuis est debitoris regulariter.*
3 *Verbum (pagare à loro) dicitur exequutiuum obligationis.*
4 *Verbum exequutiuum quãdo dirigitur in creditorem, ipsius debet esse electio.*
5 *Alternatiua respiciente commodum & fauorem creditoris, electio est ipsius creditoris.*
6 *Rebus duabus alternatiuè promissis, si vna deficiat, electione adempta, remanet obligatio & solutio in altera.*
7 *Suppletio non potest fieri de vno tempore ad aliud.*
8 *Electio pertinet ad creditorem, vbi præcipuè sic inter contrahentes actum est.*

Verba

9 *Verba, sine exceptione aliqua, omnem exceptionem & defensionem excludunt.*
10 *Dictio, solum, vel solummodo, est exclusiua aliorum casuum, & taxatiua.*
11 *Dictiones, sine exceptione aliqua, &, solum, copulata, magis praecisam dispositionem reddunt.*
12 *Verba non debent esse sine effectu operandi.*
13 *Pacto fieri potest vt etiam excedatur a natura contractus.*
14 *Mora iusta & rationabilis non aggrauat.*
15 *Debitor quando habet electionem soluendi pecuniam ante litem contestatam, quid facere debeat.*

DEVS ADSIT AVXILIATOR.



ISIS petitione Vincentij, & responsione Constantij de Interamna, & chirographo inter eos inito, consultus, vt respondeam, quid iuris superinde sentiam, existimo iure dictum Vincentium posse petere, & obtinere solutionem sibi fiendam in oleo pro pretio conuento in chirographo, quòd potuerit oleum Interamnae petere certi iuris videtur, cum mixta in chirographo legatur alternatio rerum, & locorum. l. tertia. §. & generaliter. ff. de eo quod cert. loc. Ambiguitas videtur in eo, quòd solutio à debitore possit fieri in pecunia, vt dicitur in chirographo promissum esse, in nundinis Recchaneti proximis soluere ducatos ducentum septuagintanouem, in pecunia numerata, vel consignare tantum oleum Interamnae per totum mensem Martij proximum ad rationem carlenorum duodecim pro mensura nuncupata recentario. In quibus nundinis Vincentius creditor non
1 fuit repertus, † ergo debitor non fuit in mora constitutus, secundum doctrinam Bartoli. in l. item illa. in principio. columna penultima. ff. de constitu. pecun. per l ecium in consilio quingentesimo sexagesimosexto. numero quarto. & per alios
2 in plerisque locis relatos, & regulariter † in alternatiuis electio est debitoris. l. plerunque. §. finali. ff. de iure dot. & capitulo in alternatiuis. de regulis iuris. in sexto. etiam quòd creditor in alternatiua locorum, & rerum electionem haberet petendi, debitor tamen haberet soluendi electionem, maximè ante litem contestatam. dicto §. & generaliter. & ibi Pau. de Castro. prout videtur elegisse, & obtulisse in sua prima responsione se velle soluere pecuniam.

Sed contrarium vt praemissum est, verius, & tenendum puto, quòd & solutio fieri debeat in oleo petito, id enim iuri consonum multifariam ostenditur. Primò, cum olei consignatio, & solutio in oleo sit dilata in longius tempus, & in alternatiua temporis, ad idem habendo pro debitore soluere summam dictorum scutorum ducentum septuaginta nouem in pecunia, vel in oleo aestimato, pro eadem summa pecuniarum, & commodius praesumatur fieri solutionem in oleo, in loco domicilij debitoris, quod est debitum in longius tempus, vt minus debitum id praecisè est in obligatione, & sic dictum oleum pro aestimatione contenta in chirographo, meritò fieri debet solutio in dicto oleo, quod solum censetur esse in obligatione per textum. & ibi Doctores in l. si ita stipulatus fuero decem. de verborum obligationibus. & Rippam in capitulo inter caeteras. numero 56. de rescriptis.

Secundò, ex tenore dicti chirographi comprehenditur verbum illud, pagare a loro, dici ver-
3 bum executiuum obligationis. † Bartolus in l. si quis stipulatus fuerit decem. ibi; Sed ad verbum obligationis executiuum. ff. de solutio. Angelus, & Alexander in lege prima. ff. de pactis. dum ponunt exemplum, quale sit verbum executiuum collatum in tertium, in specie proposita id verbum executiuum apparet directum in creditorem, er-
4 go † creditoris debet esse electio, quid ipse habere velit, pecunias, vel oleum. vt tradunt Bartolus, & Baldus in l. Lucio. de legatis secundo. Angelus Areti. in §. huic. columna secunda. institu. de act. & Doctores in lege penultima. C. de verborum significatio.

Tertiò, quòd solutio fieret, vel in nundinis Recaneti, respicit fauorem creditoris, quasi voluerit in his nundinis pecuniam expendere. glossa in l. cum qui certarum. in principio. de verborum obligationib. vel in ciuitate Interamnae, pariter respicit fauorem, & interesse creditoris, cum oleum ibi consignandum ex conuentione habeat certum pretium, ad rationem duodecim carlenorum pro mensura loci, quia poterit pluris vendere, sic tenet Bartolus in dicta l. si quis stipulatus fuerit decem. circa medium. facit textus. in §. plus autem. ibi, quae vtilitas plerunque, &c. institu. de act. in al-
5 ternatiua † autem respiciente commodum, & fauorem creditoris electionem esse ipsius creditoris, latè tradit Dec. consil. 12.

Quartò, & si electio fuisset debitoris soluere pecunias, vel in nundinis Recaneti, tunc proximis, vel consignare per totum mensem Martij, tunc etiam proximum tantum olei, Cum tamen nundinae Recaneti, tunc proximae de anno millesimo quingentesimo quinquagesimosexto cessauerint, & non fuerint factae, vt debitor ipse fatetur in sua responsione, eadem ratio videtur, sicut de duabus rebus alternatiuè promissis, si vna deficiat, electione adempta, remanet obligatio, & so-
6 lutio in altera re, † vt dicta lege 3. §. qui stichum. de eo, quod cert. loc. & l. stichum. in principio. ff. de solut. quòd obligatio remaneat, & solutio omnino fieri debeat Interamnae in oleo promisso, deficiente solutione pecuniarũ in illis proximis nundinis conuentis, quae defecerunt, deficit ergo, & interesse, & omnis effectus ex eis prouenienz, & consideratus, quia non entium. &c. l. si seruum. §. primo. ff. de actionib. empt. & vend. cum
7 similibus. & † non potest fieri suppletio ad alias

subsequentes nundinas. argument.not. per Bartol. l.si vno.§.item cum quidam. in fin. ff.loc.per text. in l.si vsusfructus mihi. de vsufruct.lega. & not.per Abb.in cap.fina.column.tertia.versicu.not. ibi, & inutiliter.nume.8.de iud.& per Bald.in l.liberti.co lumna quarta.sub nume. 15.C.de oper.liber.& per Bartol.in dict.l.si mihi vsusfructus.de vsufru.legat. & Aretin.in l.si cui legetur.in princi. columna fin. de leg.1.

Quintò, electio pertinet ad creditorem, vbi præ
8 cipuè sic inter contrahentes actum est. † vt est text. in dict.l.plerunque. §.fina.quia menti contrahentium standum est. per l.contractus.de regu.iur.ponit in terminis.Fel.in dict.cap.inter cæteras. col. 1. versic. fallit primo. siue expressè, seu tacitè habeatur.per l.cum quid.& gloss.in l.non omnis.in prin. ff.si certum peta.& in l. semper in stipulationibus. de regul.iur. satis inter contrahentes istos actum dicitur, & per verba conuenientia, quòd electio sit creditoris, & non debitoris, dum in chirographo dicitur, quòd oleum tempore conuento debeat consignari, sine exceptione aliqua, quæ verba om-
9 nem exceptionem & defensionem excludunt. †per l.Thais. §.sticus seruus.de fideicommiss.libert.tradit Bald.in addition.ad Specu. in titu.de emption. & vendition.comprobat Socin.consil.288.colum. penultima.lib.secundo. & dum dicitur, quòd eo tempore solummodo debitor habeat quinde-
10 cim dies ad consignandum oleum, quæ dictio, †so lum, vel solum modo est exclusiua aliorum casuum, & taxatiua, per iura allegat.à Deci.consil. 328.nume.quinto. quæ dictiones, sine exceptio-
11 ne aliqua, & taxatiua, † solùm, copulatè magis præcisam dispositionem reddunt. per nota.in l.balista.ad trebellian. & adducit Deci.dict.consi.328. dict.nume.quinto.ita, quòd dict.Constantius debitor se defendere non potest, quim consignet dictum oleum ad precium conuentum pro dicta summa debita, aliàs dicta verba exclusiua defensionum, & aliorum casuum essent sine effectu operan
12 di. † contra.l.si quando. in princip.& ibi Barto.de lega.primo cum simil.allega.per Aymo.consil.20. nume.9.& consil.297.num.quarto.effectus eorum saltem esse potest, quòd hæc vltima alternatiua de oleo inducta est per modum subrogationis ad alteram, vt electio sit creditoris, vel ex ista tantum agatur, per ea quæ tradit Alber. de rof. in l. rescriptum. §. primo. columna penultima. versicul. Item ad hoc op.ff.de pact.& Rip.in dict.capi. inter cæteras.nume.55.

Non obstant, quæ superius dicebantur facere in contrarium, quia tolluntur per hæc supra proximè dicta, quando quidem verum esset, dicto Vincentio petente, primam alternatiuam soluendi pecunias in præfixis nundinis Recaneti esse in arbitrio & electione debitoris, tamen non est inconueniens, vltimam diuersis loco & rebus adimplendam remanere in electione creditoris ex mente & pactione contrahentium. per dict.l.contractus.
13 & quia † pacto fieri potest, vt etiam excedatur à natura contractus. l. naturalis. §. sed si. de præscript. verb. Non facit quoque ad rem doctrin. Bart.in dict.l.item illa. quia loquitur respectu inducendi moram creditoris, qui non accessit tempore conuento ad locum destinatæ solutionis, quæ ibi repertis creditore, & debitore, omnino fienda fuisset, non sic est in casu nostro super alternatiuis præmissis locorum, rerum, & temporum, in quibus petitio est in electione creditoris, & etiam solutio. vt per Alber.de rof.in dict. l. rescriptum.§.primo. column.finali. ff.de pact. vt supra probatum est, ideo mora non potest imputari creditori, cur non petierit in loco dictarum nundinarum, quæ etiam cum factæ non fuerint tempore per contrahentes intellecto, non potuerunt ad eas accedere nec debitor nec creditor, rationa-
14 bilis † ergo, & iusta mora esset, & non aggrauaret.l.sciendum.ff.de vsu. ita intelligendam & limitandam.dic.l.item illa.scribit Ioan.de Ami. in consilio.151.nume.27.& consil.sequent. facit optimè quod in simili scribit Corset. in notab. super ver. solutio. Si quidem electio esset debitoris soluendi pecuniam ante litem contestat.vt per glo. & do-
15 cto.in dict.§.& generaliter. non sufficeret † oblatio verbalis, quam fecit dict.Constant. sed deberet esse realis cum denarijs in manu, per ea quæ firmant Bartol.& docto. in l.prætor. §.si quis paratus.de no.oper.nunciatio.& latè Neg.in tract.de pignor.in secunda part.3. membr.5. part.principa. & propterea ex his omnibus concludo solutionem, & satisfactionem esse faciendam in oleo petito. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XIIII.

ARGVMENTVM.

De literis remissorijs, & concedendis in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 Remissoria in criminalibus pro testibus examinādis extra territorium an debeant concedi.
2 Periculum vbi maius est, ibi cautius est agendum.
3 Remissoriæ in criminalibus ad partes pro testibus examinandis quo casu concedi debeant.
4 Causæ criminales de iure canonico delegari possunt.
5 Doctorum interpretationi standum est.
6 Remedium subsidiarium admitti debet, quando potētia & actu deest ordinarium.
7 Probationum facultas ne pereat, multa contra regulas iuris recepta sunt.
8 Dispositio taxatiuè loquens recipit limitationem ob similes causas, & per alia iura.

Defensio

9 *Defensio quam sit fauorabilis, multis comprobatur.*
10 *Processu publicato possunt examinari testes ad defensam etiam super eisdem articulis.*
11 *Testes idonei ad defensionem sunt fratres, domestici, et attinentes.*
12 *Probatio ad offensam qualis esse debeat.*
13 *Aequalitas in iudiciis seruanda est.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Vper articulo remissoriæ concedendæ,
vel ne in causa criminali de testibus e-
xaminandis extra territorium per suos
1 iudices, quòd non debeat concedi, † vi
detur text. in authent. apud eloquentissimum. C. de
fid. instrumen. & in corpore, vnde sumitur loquen-
do taxatiuè, ibi, sed hoc in causis ciuilibus tantum,
& præcisè in corpore, ibi, omnibus modis apud iu-
dices præsentari testes, &c. per quem text. ita simpli
citer tenent gloss. & Abb. in cap. constitutus. de fide
iuss. & in cap. cum causam. column. fina. de testib. &
Specul. in titu. de testi. §. primo. col. 15. versic. item
quòd causa. & Cyn. in dict. authent. apud eloquen-
tissimum. & alij alleg. per Felyn. in d. cap. cum cau-
2 sam. col. 14. versicu. prima conclusio. ea ratione, †
in criminalibus maius sit periculum, cum de vita
hominis agitur, ideo cautiùs sit agendum, & cum
opus esset, vt possent per ipsum iudicem testes subij
ci tormentis.
3 Quòd debeat cõcedi, † vbi necessitas adfuerit,
testes forenses de aliena iurisditione non potuerint
præsentari, nec cogi ad veniendum coram iudice,
ne probationum facultas pereat, tenent Iacobus
de Are. Nicol. de Mat. & Bald. ipsos referens, & at-
testans ita seruari de consuetudine, in dict. authen.
apud eloquentissimum, & ibi pro informatione ha
benda putat fieri posse. Salycet. & ibi Pau. de Cast.
transit cum ista opinione. & Angel. Areti. de Male.
in gloss. qui iudex statuit. nume. 23. & ibi August. in
addition. nume. 34. Idem tenet, & respondet ratio-
ni text. in d. authenti. apud. quòd vacillatio testium
potest transcribi per examinatorem, & cum ista o-
pinio. transit Matth. de Afflict. super constitu. regni.
lib. primo. rubric. 36. iustitiarios. column. fin. idem
legitima causa existẽte, quòd testis non possit com
pelli venire ad iudicem, & hoc fortius procedere
4 de iure canonico. quo possunt causæ † criminales
delegari, tenet Geminia. in cap. mulieres. §. 1. ad fi.
de iudi. in 6. Albe. de Ros. (si ipse est) in tract. de te-
sti. in 2. par. princip. circa fi. dicit, concludite, si pos
sunt haberi testes. in cau. crimi. non est committen
da receptio. Si autem nullo modo possunt haberi,
est committenda receptio testium. idem affirmat
Curt. in tract. de testibus. in conclusio. 29. qui di-
cit standum esse consuetudini attestatæ. per Bald.
idem placet Felyn. in dict. cap. cum causam. colum.
14. nume. 24. Idem Socin. Iun. in consil. 60. lib. 2.
Ex quibus patet istam esse magis commun. opinio.
à qua in iudicando non est recedendum. per vulga.
& cum ista opinio. & ita seruari de consuetudine at
testatur, & pertransit Port. Imol. in tractat. de com.
conclu. lib. 4. conclu. 4. & clar. in q. 26. lib. quinto.
§. fina. practi. crimina. recept. sentent. & Gabri. Ro-
man. de commun. opinio. lib. septimo. titu. de crimi
nalibus conclu. 25. nume. quarto. & illa Port. Imol.
est eadem.

Nec est dicendum, quòd non debeat attendi tan
quam contraria text. in dict. authent. apud. & in cor
pore, vnde sumitur, quia non est contraria, sed de-
claratiua, & interpretatiua. Si testes haberi possunt,
vt præsententur apud iudicem, quòd non sit com-
mittenda alij iudici examinatio. Si verò non pos-
sunt haberi, necessitate suadente, committenda est
ex examinatio, ne pereat probationis facultas. Sic
5 standum est interpretationi † docto. vt in l. prima.
C. de profes. qui in vrb. Constantin. lib. 12. Tradit
Petr. Len. de priuileg. docto. in secunda part. §. 22.
quando maximè fulcita est ratione vrgentis neces-
sitatis, & pro amplianda facultate probationum.
Casus enim propemodum sunt infiniti, vt in subsi-
dium quid concedatur, quod alias non concedere
tur, de aliquibus sparsim remissiuè dicam, vt per
text. in l. fina. ff. de nego. gest. per Imo. in l. planè. in
princip. de leg. primo. per Salycet. in l. alienam. nu-
me. quarto. C. de procurato. & in l. si pecuniam. de
nego. gest. C. gloss. & docto. in l. mater. de rei vendi.
per Neg. de pign. in primo memb. quint. part. nu-
me. 48. per Paul. de Castr. in authen. hodie. C. de ap
pellation. per Ias. in l. si cum seruum. in primo not.
ff. si cer. peta. & per Guido Pap. in quæst. nona. &
per l. si vnus. in princip. ff. pro soc. & per Alexand.
6 consil. 17. nume. quarto. lib. primo. † Subsidiarium
remedium admitti debet, quando potentia & actu
deest ordinarium. Rip. in tractat. de pest. in secunda
part. princip. num. 21. & in respon. 9. colum. prima.
7 lib. tertio. Ne † probationum facultas similiter
pereat, multa contra regulas iuris recepta sunt,
vt per Marsil. in l. diuus. nume. septimo. & sequent.
ff. de quæstionibus. lex etiam intelligi debet in ca-
su, quo possit adaptari, vt plura allegat ad id Ale-
xand. consil. 106. num. 19. & 25. lib. tertio. & Aym.
consil. 12. Itaque testes sunt repræsentandi apud iu
dicem, si fieri potest, pro obseruatione dict. text. in
dict. authentic. apud. & in corpore. Alias procedat
opinio. Iaco. de Are. & sequacium supra alleg. hinc
est quòd Ioan. de Imo. in clem. 1. column. 2. versic.
glo. ciuili oppo. de offic. deleg. dicit, quòd de facili
in criminali non debet fieri commissio alteri. non
tamen sequitur, quòd fieri non possit, quo casu exi-
stente remissoriæ concedendæ, non videtur esse id
in arbitrio iudicis, sed quòd teneatur concedere, se
cundum communem opin. alleg. per Dec. in capit.
quoniã. col. 1. in 3. no. de testi. & Beneintend. in bo
nonien. decis. 74. sub. nu. 4. Non obstat taxatiua, tã
tum, apposita in d. authenti. apud. quia recipit limi-
8 tationem ob similes causas, & per alia iura † secun-
dum glo. in l. obses. C. de præd. mino. & verba vni-
uersalia, vel præcisa in corpore authent. ibi, omni-
bus modis apud iudicem præsentari, &c. con-
gruam recipere possunt interpretationem. Deci.

in l.penult.in 4.not.nume.12.C.de pact. facit gl.1.
in ca.fine exceptione.12.q.2.Interpretatio est con-
grua,si testes possint præsentari,cum, vt supra dictũ
est,lex intelligi debeat in casu possibili,& per no.in
l.impossibilium.ff.de reg.iur.

Prędicta locum habent in probatione fienda ad
offensam, sed eo magis procedunt in probatione
fienda ad defensionem. † vt in terminis putat Sal.
9 in d.authen.apud.circa fin.Petr.Foller. in sua prac.
cri.in 2.par.2.par.nu.& facta lit.contesta.nu.7.pagi
na mihi 266. quanto magis est fauorabilior defen-
sio,& pars rei.l.fauorabiliores.de reg.iu.Bal.in l.fi.
col.fi.ver.nunc venio.ff.de feri.& per text.ibi. Cu-
ius defensionis termini non sunt sub lege prohibiti
ua etiã ratione suspitionis,& subornationis.Nãque
publicato processu possunt examinari testes† etiam
10 super eisdem articulis.Sal.in l.fi.col.fi.C.de q. hoc
pro not.sequitur Marsil.in pract.cri. §.sequens. nu.
8.& nu.6.& in sing.90.post expressam doct. Bar.in
l.vnius.§.fin.ff.eod.de quæst.Illud est, quòd frater
& domestici,†ac attinentes sunt idonei testes ad de
11 fensionem.Ias.in l.vt vim.col.2.de iust.& iu.& pro
bant deponentes de credulitate.Ias.in d.loco.Dec.
consi.459.nu.7.& cons.469.nu.8.& semiplena pro
batio sufficit pro defensione.Aym.cons.2.nu.10.&
16.totum†diuersum est ĩ probatione ad offensam,
12 in qua debẽt esse testes omni exceptione maiores,
& reddentes probationem luce meridiana clario-
rem.per tex.& ibi doct.in l.fin. C.de prob.qui tex.
in d.corpore, vnde summitur d.auth. apud. loqui-
tur in probatione fienda ad offensam, patet ex illis
verbis . In criminalibus enim in quibus de magnis
est periculum,&c.cum simus in probatione defen-
sionis, ergo cessat dispositio.tex.in d.auth.apud. &
cessat suspitio subornationis,quæ dicitur haberi ex
quibusdam literis peruẽtis ad manus dominorum
judicum,quæ etiam non possunt nocere B. carcera
to,per ea,quæ tradit Alci.in tra.de præsump.reg.1.
præsum.22.nu.3.& per reg.res inter alios acta, &c.
extra controuersiam esse res nostra omnino vide-
tur,cum ad offensam fuerit ex remissoria facta te-
stium examinatio,extra prouinciam , in ciuitate a-
liena,contra B. ergo & magis pro eo ad defensam
concedenda est dicta remissoria, & examinatio te-
stium extra prouinciam degentium , vt æqualitas
† seruetur cap.cum inter.circa fi.de excep. & in l.in
13 sacris,C.de proxi.sacr.scri.lib.11.& l.penulti.C.de
tempo.in inte.resti. cum fuerit concessa ex literis Il-
lustrissimi Domini,contra B. Cuius exemplum in
concedendo examine extra prouinciam & B.sequi
debent Domini Iudices non minus ex debito. vt
tradit Paris de Put.de re mili.c.fi. lib.4. per l.apud.
Iul.§.fi.ff.ad trebel.quàm ex iustitia, & fauore de-
fensionis,per supra dicta, & ita in specie proposita
puto de iure respondendum, & ita iudicatum fuit
in almo auditorio ducali. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Quando dicantur indicia non sufficientia ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Allegationes aduocatorum debent esse breues.*
2 *Arbitrium pœna arbitrandæ quo casu cesset.*
3 *Factum quodlibet præsumitur licitum & permissum, nisi aliqua lege appareat prohibitum.*
4 *Illatio non fit ex diuersis.*
5 *Probatio in crimine falsi debet esse cõcludens magis strictè, quam in cæteris delictis.*
6 *Præsumptio ex qualitate personæ testis non præiudicat tertio.*
7 *Qualitas personæ,& bona fama,excludit præsumptionem falsitatis.*
8 *Falsitas non punitur nisi dolo commissa fuerit.*
9 *Consuetudo inducit excusationem à pœna.*
10 *Dolus & deceptio non infertur,neque fit volenti.*
11 *Inquisitio super delictis ultra tempus statuti est nulla.*
12 *Officium inquirendi est odiosum,& contra ius cõmune.*
13 *Inquisitio etiam in causis commissis à principe non potest formari, nisi præcedente fama,& indicijs legitimis.*
14 *Inquirendi facultas adimitur per lapsum viginti annorum.*
15 *Quinquennium datur ad accusandum de adulterio.*
16 *Exceptiones quæ possunt opponi contra accusatorem,possunt opponi contra iudicem inquirentem.*
17 *Bonus quilibet præsumitur.*
18 *Arbitrium datum iudicibus circa indicia quale esse debeat.*
19 *Tortura ad hoc ut imponatur,tria sunt necessaria, & quæ.*
20 *Indicia pro reo elidunt existentia contra eum.*
21 *Plurale aliquando capitur pro singulari.*
22 *Diuisio,quæ fit inter fratres,habet præsumptionem,et effectum iuris,quod per eam separetur communio, & discordiæ tollantur.*
23 *Separationes communionis,& societatis fiunt tacitè,& expressè,quãdo iniuriosus,et dãnosus uidetur socius.*
24 *Indicium delicti contra aliquẽ sumitur ex aliquo alienationis contractu,quando ex illo contractu de bonis delinquentis fiscus defraudatus remaneret.*
25 *Interpratatio fieri debet in meliorem partem, vt euitetur suspitio delicti,*
26 *Contractus ut præsumatur fictus & simulatus, & indicans aliquod delictum futurum,quæ requirantur.*
27 *Determinationem certam de arbitrarijs per leges municipales facere condecens est.*
28 *Factum pro consanguineo præsumitur factum ratione consanguinitatis,potius quam alia ratione alicuius doli,seu delicti.*
29 *Indicium contra receptantem delinquentem,& participationis oculti consilij,& mandati quõ tollatur.*

Testis

30 *Testis ex quibus repellatur à testimonio ferendo.*

31 *Indicium penitus nullum, nec probationem faciunt inimici capitales.*

32 *Testium numerus non supplet defectum, in causa criminali.*

33 *Exceptio inhabilitatis ob inimicitias in teste, non potest remitti per supremum principem.*

34 *Inimicus etiam post pacem factam, non potest esse testis contra illum, cum quo fecit pacem, ob memoriam præteritæ inimicitiæ.*

35 *Delinquentem se prodere nemo præsumitur.*

36 *Falsitatis imaginem habet non verisimile.*

37 *Confeßio incerta ratione loci & temporis non facit indicium ad torturam.*

38 *Indicium de consultatione homicidij vt sit contra aliquem, quæ requirantur.*

39 *Mandatum ad delictum non præsumitur, etiam commissum per famulum, amicum, vel filium, & 54.*

40 *Fama bona excludit præsumptiones delicti.*

41 *Mandatarius & acceptans, mandatum non probat, neque indicium facit ad torturam contra mandantem, vti socij criminis, & sine tortura.*

42 *Testis infamis, & inimicus nullum facit indicium, etiã in occultis.*

43 *Testes se sponte offerentes ad testificationem, vt suspecti non probant.*

44 *Obliuisci quis facile potest ob longitudinem temporis decem annorum.*

45 *Testis pro parte, cõtra quam est inductus, probat etiam sine redditione causæ scientiæ.*

46 *Mendacium non reprobatur per dictum vnius, & adducitur ratio, cum declaratione.*

47 *Falsitatis imago est non verisimile.*

48 *Animus delinquendi contra beneuolum non præsumitur.*

49 *Indicia tolluntur ex eo quod quis probatur bonæ conditionis & famæ, & non solitus delinquere.*

50 *Præsumptio fraudis & doli excluditur ex facto publicè & palàm.*

51 *Indiciorum ambiguitate stante pro reo, & contra reum, non proceditur ad torturam, & adducitur ratio duplex.*

52 *Iudices sæculi non iudicant de occultis, sed horum Deus solus est cognitor & iudex.*

53 *Tractatus quomodo fiat.*

54 *Præsumptiones pro reo requirunt fortiores & efficaciores in contrarium.*

55 *Pœna delicti ob lapsum temporis decem vel viginti annorum est alleuianda.*

56 *Probatio non concludens etiam in tempore, nulla est.*

57 *Inimicitiam ostendere tractatum, quomodo intelligatur.*

58 *Inimicitia causa etiam ignorata quod sufficiat ad reprobandum testem, quomodo intelligatur.*

59 *Causa proueniens ex inimicitia inducit paßiones mentales animo retentas & continuatas, & odium non cadit inter ignotos.*

60 *Amicus alterius quilibet præsumitur ex naturali ratione.*

61 *Innocentiæ indicium insurgit ex amicitia, & beneuolentia probata.*

62 *Frater maior pro fratre absente promittendo, potest facere diuisionem cum fratre iracundo, & damnoso.*

63 *Creditur alicui de dependentibus à suo animo, etiam ad excusationem delicti.*

64 *Stare in communione nemo cogitur.*

65 *Indicium contra aliquem de facto consanguinei est nullum.*

66 *Textus in c. Constitutis. de testi. vt procedat, tria debent concurrere, & quæ.*

67 *Bestialitas vnius non debet alteri nocere*

68 *Dolo adscribi non debent licita & solita fieri.*

69 *Testificans sponte in causa capitali contra aliquem, ostenditur eius inimicus, qui inimicus etiam præsumptus non probat.*

70 *Inimicitia sola non facit indicium.*

71 *Confeßio in licitis non potest diuidi.*

72 *Asserere, & non respondere contrarijs, parum est.*

73 *Comparitio spontanea est vrgens indicium, & præsumptio innocentiæ.*

74 *Innocentia præsumitur ex amicitia, consanguinitate, & conuersatione accusati cum occiso.*

75 *Iracundus, & discolus magis ex se ipso delinquere præsumitur, quam ex tractatu cum aliquo.*

76 *Præsumptio exclusiua delicti sumenda est.*

77 *Fama bona probata eneruat & tollit indicia, quæ à remotis possent contra aliquem imaginari.*

78 *Indicia innocentiæ præseruant reum à tortura ob indicia contraria.*

79 *Præsumptiones, quæ temerariæ inualidæ sunt, à iure repelluntur, & non debent mouere animum iudicantis.*

DEVS ADSIT AVXILIATOR.



QVanuis processus imputationum & examinationum contra B. factarum longus sit, et videatur longas requirere allegationes, tamen eas breues faciam, vt breues aduocatorum allegationes esse debent,
1 † secundum Bald. in l. fina. in fin. ff. de his quæ in test. delen. Omittam enim loqui de pluribus imputationibus contra eum datis, quia de his contra eum nihil probatum est, & nugæ sunt, & imposturæ suorum capitalium inimicorum, & instigatorum, & harum litium criminalium communi tractatu, & conspiratione persecutorum, vt omni populo notum est, quibus ideo, vt infra dicetur, in aliquo contra B. non est credendum.

Deuenio ad imputationes illas, quòd asseratur B. fecisse fieri falsas compositiones aromaticas, per quẽdam Thomam, dicendum est, non apparere in his B. aliquod crimen commisisse, ergo ei nulla pœna potest irrogari, & cessat arbitrium pœnæ
2 arbitrandæ. † Bald. consil. 463. column. fina. lib. tertio. repetito in consil. 144. numero tertio. &

sequent.lib.primo.& per iura allega.ab Aym.con-
sil.319.in addition. Quodlibet enim factum præ-
3 sumitur licitum & permissum, † nisi aliqua lege
appareat prohibitum. l.nec non.§.primo.ff.ex qui.
cau.maio.& cap.vnaquæque. decimatertia quæsti.
secunda.in §.una.& glo.& doct.in cap.2. de transl.
epi.& in capitu.cum apud.de sponsali. & prohibi-
tum non apparet mercatoribus, fieri facere olea,
& compositiones pertinentes ad eorum merca-
turam. vt fieri fecit B. & præsumuntur bonæ &
veræ.argument.capit.fina.de præsumption.cum si.
alleg.per Alcia.in tract.de præsumption.in regu.3.
præsumption. 2. nisi probentur prauæ & falsæ.
Quod quidem non probatur per Camillum, quia
vt homicida,& fur condemnatus,& inimicus capi-
talis B. nihil probat contra eum, per vulga. decisi.
& infra dicetur, neque ex eo probatur, quòd ali-
qui dicant testes, Thomam Brillum solitum esse
facere tiriacham, & suas compositiones falsas,
quasi & quòd pro B. eas falsas fecerit, cum semel
malus, &c. quia respondetur clarè per testes exa-
minatos Venetijs fuisse probatum, dictum Tho-
mam esse peritum, & publicè, & palam facere ta-
les compositiones. & eas pro bonis & veris publi-
cè vendi, ideo eo ex sua prætensa mala fama per
sententiam non prohibito, ne faceret dictas com-
positiones, semper potuit eas facere, quæ pro bo-
nis & veris debent haberi, sicut dicitur de instru-
mento confecto à notario, qui aliquod instrumen
tum falsum confecerit. vt per Specula.in tit.de in-
strument.edit. §.restat. versicu. quid si tabellio. &
de vsurario, qui etiam licitos contractus facit.cum
4 † ex diuersis non fiat illatio, vt per Abb.cons.113.
sub nume.1. lib.2. & super difformi ex qualitate
personæ non fiat præsumptio. Cyn. & Bald. in l.1.
C.de probati.maximè in crimine falsi, in quo pro-
batio debet esse concludens magis strictè quàm in
5 cæteris delictis. † Thom.Grammat. consil.crim.
19.nume.3.& consil.33.nume.15. & si dictus Tho
mas habuerit malum nomen faciendi falsas com-
positiones, id eueniebat ex sua paupertate, quia
non poterat habere res necessarias pro conficien-
dis dictis triacis & aliis vnguentis, vt deponit Po-
lydorus testis pro fisco examinatus. præsumptio e-
6 nim ex qualitate suę personæ non præiudicat † ter-
tio, scilicet B. Dec.consil.528.nume.3.& Fely.in c.
fina.columCn.5.de præsumption.quia B.potuit da-
re veras res pertinentes ad dictas compositiones,
& committere, vt bonæ fierent, vt præsumendum
est ex qualitate suæ personæ & suæ bonæ famæ,
7 quæ excludit præsumptionem falsitatis.† vt expres-
sè firmat Bald.in l.2.C.de fals. cum alijs allega. ab
Aym.consil.65.nume.12.& si bonæ non essent di-
ctæ compositiones, quod nullus testis dicit, cum
tamen B. putauerit eas bonas, non potest puniri a-
liqua pœna prætensæ falsitatis, per ea quæ tradit
Alexand.consil. 124. nume. 3. & sequent. lib.6. &
Marsil. consil.77. nume.16. & sequent. non posset
puniri etiam nisi probatum esset eum scire dictas
8 compositiones esse falsas, & non bonas, quia † ob
falsitatem non fit punitio nisi dolo commissa fue-
rit. le.nec exemplum. C. de falsi. & scientia debet
probari vt quis conuincatur de dolo. Corne. con-
sil.172.column.3. versicu.in secundo capite. lib.3.
& de culpa, vt per Aymo. consil.204. nume.21.&
consil.260.sub nume.secundo, & debet probari do
lus.vt per text.in l.quoties. & ibi glos.ff.de proba-
tio.cum simil. Si autem dubium esset de bonitate
dictarum rerum, omnino sequi debet de his absolu
tio d.Simonis.per reg.l.ea quæ.§.1.& l.factum.§.j.
de reg.iur.cum vulg.

De commixtione rerum aromaticarum impo-
sita, quoniam per testes Venetijs examinatos pro-
batum est, id communiter solitum esse fieri inter
mercatores, quam ob rem non potest aliqua impo
ni pœna, & excusationem à pœna inducit consue-
9 tudo, † per decisio.cumul. per Aymo.in consil.6.
nume.103. Clara quoque ratione alia demon-
stratur cessare pœnam, quia titulus huiusmodi im-
putationum esse posset de crimine stellionatus, in
quò dolus committentis requiritur.vt l.tertia.ff.de
crim.stelli.in rebus prædictis eiusdem speciei com
mixtis, etiam si pars aliqua esset corrupta, non com
mittitur falsitas. vt per Ange. in addition. ad Bart.
in l.prima. C.de condit.in publi.horre. & non po-
test esse dolus, neque deceptio ementium, quia ab
emptoribus videntur, & rectè cognosci possunt,
cum palàm vendantur in nundinis non idiotis,
sed peritis aromatariis, verisimiliter cognoscenti-
bus piper, & garofolum, & dolus, deceptioque
10 non infertur, † neque fit volenti. l. quæritur. §.
finali. & l.si tam.§.primo.ff.de ædil.edict.& l.cum
donationis.C.de transactio. De terebintho pro o-
leo viciæ vendito nullus testis deponit, quòd B.
id fieri fecerit, & de his cum nullus querelam fa-
ciat contra B. durum & nouum videtur, sic ex offi-
cio procedi, & inquiri vltra sex menses, prohiben
11 te statuto. rubric. tertia. lib. 3. ergo † nulla esset
inquisitio vltra sex menses à tempore assertorum
delictorum formata. vt per Marsil.in consil.87. nu
me.sexto. & sequent. & in practic.crimina. §. con-
stante. nume.85. vbi de huiusmodi Statuto plures
decision.adducit, eà ratione maximè, ne auferan-
tur probationes reo ob dilatam accusationem, vel
inquisitionem, per ea, quæ tradit Bald. consil.37.
quidam tabellio. circa finem.lib.primo. & Marsil.
in dict.sua practic.crimina.§.diligenter. num.201.
& Ancharan.regien.in quæstio.49. lib.secundo. &
Roland.à Valle.consil.94.nume.nono. & sequent.
lib.tertio.etiam si delictum esset notorium, & con-
fessum per reum, vt ibi per eum. & non potest di-
ci quòd statutum vltra dictum tempus excipiat a-
liqua delicta, quæ sint de prætensis intentatis,
quia exceptio facta est solummodo quòd sem-
per competat accusatio, & de inquisitione nullum
verbum, igitur & in his exceptis tantum respe-
ctu accusationis, vltra dictos sex menses rema-
nemus in regula Statuti, quòd iudex est priua-
tus potestate inquirendi, per illud commune
dictum, quòd exceptio firmat regulam, &c. de
quo

quo per Dec.in l.i.nume.21.de reg.iur.eo maximè
12 † quòd officium inquirendi est odiosum,& contra
ius commune.Bal.consi.335.Statuto. versicu.præ-
terea crimen.lib.3.& Petr.de anchar.consil.190.in
princip.contra quod statutum non vr̃ dispensatum
ex commissione cognitionis dictarum imputatio-
num facta per Principem , per ea quæ tradit Bald.
in l.1.versic.sed pone.C.si propt.public.pensi. & in
l.si quando.in princip.de inofficio.testament. & in
terminis simil. Alexand.consil.34. prope fin.lib.6.
& Dec.consi.256.circa fi.
Quo quidem fundamento prohibitæ inquisitio
nis per dictum Statutum vltra sex menses, stante
& remanente firmo, de cæteris imputationibus as-
sertorum criminum, ultra decem,& viginti annos,
vt dicitur,commissorum, magis cessat quoque in-
quisitio per iudicem fienda accusatione non inter-
ueniente, & fieri non potest de prætensis manda-
tis & consiliis ad homicidia, quia non præcedunt
fama,& indicia,nisi habita ab inimicis capitalibus,
& à personis suspectis, ex quibus non potest for-
mari inquisitio, etiam in causis commissis à Prin-
13 cipe. † vt firmat Dec.in consi.189.col.fi.
De raptu asserto vxoris Ioannis fortiùs modò
cessat inquisitio, quia aliàs de anno 1532.fuit con
tra eum formata inquisitio, quæ licet non appa-
reat expedita, tamẽ vltra quinquaginta dies inqui
situs remanet absolutus per Statutum. in rubri.96.
lib.1. quod debet seruari, stilo aliquo uel consue-
tudine in contrarium non obstante, cui etiam fu-
turæ apparet derogatum per aliud Statutũ in pri-
mis addition. in rubric.22. fol. 126. quod valet &
debet seruari.doct.in l.si mihi.§.in legatis. de lega.
1.Alexand.consil.193. sub nume.4. & consil. 196.
sub nume.12. lib.2. Remaneret etiam absolutus à
dicta inquisitione de iure communi per lapsum
biennij.vt latè probat Thom.Grammat.in vol.31.
14 esset quoque adempta facultas inquirendi † per
lapsum viginti annorum. l.quærela. & ibi Bar. C.
de fals. & Balb. in tracta. de præscriptio. in 4.parti
4. partis princip. versicu. secundò quæro. & non
potest dici interrupta præscriptio per dictam in-
quisitionem formatam de anno 1532. quia fuit
formata per officium iudicis, quod non recipit
perpetuationem nec interruptionem. Balb.in dict.
tract. in fine.vltim.part. Præterea de hoc B. tunc
soluit pœnam à statuto impositam, vt probari po-
test,ideo non potest amplius de hoc inquiri.l.licet.
§.finali.ff.naut.caup.stabul.& l.qui de crimine. C.
de accusatio.
De adulterio vt dicitur commisso cum vxore
Cornachi.iam sunt anni quindecim elapsi, con-
currente etiam prohibitione iuris communis, non
15 posset nunc fieri inquisitio contra B.quoniam † da-
tur quinquennium ad accusandum de adulterio.l.
adulter.C.de adulter. pari modo datur quinquen-
nium iudici ad inquirendum, & vltra id tempus
non potest inquirere, quo non posset accusatio à
parte fieri, vt tradunt Bartol.Bald.& Salycet.in d.
l.quærela.C.de fals.& Alexand.in l.ita demum.nu
mer.17. C.de procurato. & ibi Ias. dicit istam esse
* communem opinionem. illę enim exceptiones,
16 quæ possent opponi contra accusatorem † op-
poni possunt contra iudicem inquirentem. Bartol.
in l.secunda. §.si publico. nume. 14. ff. de adulter.
Aymo. consil. 262. column.fina. & prædicta pro-
cedunt,quòd fieri nõ potest inquisitio,etiam quòd
de his appareret confessio D. vt probat Marsili.
d.con.87.nume.9. & sequent. & Parisi.consil.169.
nume.4.lib.4.
Eisdem rationibus (vt præmissum est) inquisi-
tio contra B. fieri non potest de asserto tractatu,
seu consensu cum Gaspare eius fratre ad occiden-
dum Nicolaum, nunc sunt anni viginti elapsi. Ve-
rùm super hac imputatione, & illa de asserto man-
dato assassinij aliquantulum insistendum est, vt
omnis scrupulus auferatur, vt dicit imperator
in l.tertia.C.de interdicto matrimonio. Causa to-
ta effecta est coniecturalis, ad innocentiam, vel
nocentiam, cui primum se offert illa benigna &
17 naturalis præsumptio, † quòd quilibet præsumi-
tur bonus. Alciat.in tract.de præsumptio. in reg.3.
præsumptione secunda.& pro innocente lex habet
quemlibet, contra quem non probentur indicia.
glos.& Bald.in l.penulti. C.de quæstionib. Si quis
diceret,contra B.probata esse & extare indicia,sal-
tem vrgentia ad torturam, optimè defenditur, id
verum non esse, & remanere elisa quæcumque in-
dicia in eum elicita, & superari ab indicijs,& præ-
sumptionibus magis vrgentibus, & pro eo facien-
tibus, & probatis a iure. Cum autem docto.passim
18 dicant † non posse tradi certam regulam, sed remis-
sa sint arbitrio iudicis, quæ nam indicia contra
reum ad torturam sufficiant, id tñ quoque dicunt,
arbitrium huiusmodi non esse liberum, sed à iu-
re regulari. Marsil.in l.quæstionis.num.71.de quę-
stion.& in consil.63.num.16.hinc est, quòd ab ar-
bitrio & pronunciatione de torquendo potest ap-
pellari.l.secunda.ff.de appellatio.recipien,& ibi di
citur,hoc concedi,si iudex contra leges faciat. fie-
ret enim contra leges, quando indicia non præ-
cederent talia, sicut dicitur in l.prima.in princi. ff.
de quæstion. quòd sola confessio rei deesse videa-
tur, & quando non essent verisimilia & probabi-
lia. vt in text. l. milites. §. oportet. C. eodem. de
quo pulchrè tractat Bald.in consil.78.textus.lib.4.
dicens de istis uerisimilibus debere constare per
probationes, & non per diuinationem. idem in
consil.515. quidam fuit.nume.4.lib.5.dicens à iu-
tis tramite non recedendo, ad hoc vt tortura im-
19 ponatur, † tria sunt necessaria, quòd indicia sint
certa, & verisimilia, & quòd probabiliter conclu-
dant. idem in l.cum citra.C.de iure dot.dicens,in-
dicium mouens aliqualiter animum iudicis esse suf
ficiens, si approbatum sit à iure, sequitur Paris de
pu.in tracta. de sindi.sub dictione Tortura. ver.ad-
uertendum.numero septimo.& tradit Aym.in con
sil.6.nume.12.cum pluribus ad rem cumul.oppor-
tunè per Menoch. in suo practicabili tract.de arbi-
trarij iudicum. cas.270. lib.secundo. centu.3. clara

est ergo conclusio, quod arbitrium iudicis in faciendis indicijs ad torturam non debet esse absolutum, sed limitatum à lege. & secundum legis dispositionem, vt etiam tradit Blanc. in repeti. l. fina. nume. 40. & seq. ff. de quæst.

Quoniam super his bonum esset adesse statuta locorum, quæ determinarent, qualia debent esse indicia, potius quàm committere arbitrio iudicantium. vt inquit Bald. consil. 427. nume. 9. lib. 5. & in authentic. nisi breuiores. in fin. C. de sentent. ex breui. recitan. Statutum extat rubr. 97. lib. 1. satis clarè determinans indicia ad torturam, simul esse debere plenam præsumptionem, vel publicam vocem & famam cum aliquibus indicijs, vel probatione vnius testis, quod statutum in his seruari debet. Alexand. dict. consil. 34. circa finem. lib. 6. Si quidem contra reum imputatum adessent indicia, pro eo adesse possunt alia īdicia & præsumptiones, quæ
20 omnino remoueant & elidunt contraria. † per l. diuus. ff. de in integrum restitutio. & cap. cum inter R. de elect. Bru. in tracta. de indi. in 3. quæst. primæ partis. nume. 6. & in vlti. quæst. dictæ part. Corneus consil. 58. colum. 4. lib. 2. Gram. consil. 44. nu. 12. & consi. 34. circa finem.

Profectò in casu proposito de asserto mandato, seu consilio occidendi H. contra B. non extat plena præsumptio, vel publica fama formiter probata cum alijs indicijs, nisi quædam leues & temerariæ præsumptiones adinuentæ & immaginatæ à suis inimicis, qui in coniuratione in eum facta cum nequiuerint cum manibus occidere, modò conantur linguis ad necem conducere, sed has leues præsumptiones, qualescunq; extantes, nullius esse momenti ad indicandum delictum aliquod contra B. & validioribus probatisque à iure præsumptionibus elidi, vno & eodem contextu demonstrabo. Illud primò inspiciendum est, quòd aliàs contra ipsum B. tempore dicti homicidij per Curiam fuit facta diligēs inuestigatio, & examinationes plurimæ, existente procuratore fiscali nepote vxoris occisi ex fratre omni suo conatu, & ex fide cuncta perquirente, & tunc cum omnia essent recentia, magis potuissent reperiri indicia, quàm modò ferè 20. annis elapsis, quæ inuestigatio & cognitio tunc dimissa nunc arguit innocentiam B. vt in simil. adducit Alex. cons. 180. col. penult. ver. vlterius. lib. 2.

Deinde ad rem propè accedendo, primum & potissimum indicium contra B. auditur fieri ex diuisione communium bonorum, anno 1536. die 16. Martij per B. pro se & nomine fratris facta cum G. alio fratre, qui postea de anno 1537. mens. Oct. Pisauri occidit dictum H. multa ex ea inferendo, & maximè quòd non fuerit vera, & de omnibus bonis, & de bonis fictè assignatis G. extra Statū, & quòd demum fuerit ficta & simulata, postmodum omnibus dictis fratribus habitantibus in communi, & B. subscribente literas nomine fratrum in plurali, B. & ipso cuncta gerente & administrante in communi, vti domino cum alijs fratribus: Quinimò dictam diuisionem esse veram & optimè inseruire intentioni B. nolentis in cōmunione & participatione suorum bonorum & lucrorum ipsum G. iracundum, discolum, ineptum ad mercaturam, & nimis largè expendentem communes pecunias, liquidò apparet ex toto instrumento dictæ diuisionis, & ex pactis pluribus in eo contentis & factis propriè ad commodum & intentionem ipsorū fratrum diuidentium, quod diuisionis instrumentū totum, & sigillatim legatur quæso, quia in eo apparent causæ communis habitationis fratrum ipsorum postea secutæ, & administrationis de rebus B. gestæ per dictum G. qui si fuerit sic assumptus, & tolleratus per B. in communi habitatione, & administratione bonorum, ratio est euidens, & in promptu, quia dictus Gaspar erat oneratus familia plurium filiorum, qui erant & sunt grati B. filios non habenti, & B. egebat personis, quæ in sui, & fratris absentia ad nundinas manerent domi ad curam domus, & stabilium bonorum, ideo sic conuenerūt in dicta diuisione, vt Gaspar, potius quàm extranei certa mercede constituta pro suo labore & pro victu suæ familiæ deberet domi administrare negocia aliorum fratrum ad eorum beneplacitum. Et quatenus literas seu chirographos B. subscripserit postea sub nomine suo & fratrum, id euenit errore respectu dicti G. quem separatum & diuisum ab eo nominauit postea in instrumento solu
21 tionis factæ Marco Anto. de Mantua, & potest † intelligi hæc subscriptio etiam sub nomine vulgari plurali, & fratelli, de solo alio suo fratre. argu. l. non est sine liberis. de verborum signification. & per ea quæ tradit Cardin. Zaba. consil. 153. in societate. sequitur Ias. in authent. si qua mulier. col. 9. C. de sacrosanct. eccles. & in alijs locis citatis per Tiraquel. in l. si vnquam. versi. susceperit, num. 258. cum quo postea de anno 1548. B. declarationem fecit, quòd de bonis mobilibus & stabilibus communi vel particulari nomine inter eos acquisitis ipse B. haberet duas tertias, & F. vnam tertiam partem, vt legitur in instrumento in processu exemplato. id ergo iure defendi potest, non facere ad aliquam simulationem diuisionis prius factæ. cum Gaspar, qui stantibus pactis in dicta diuisione appositis, quòd deberet administrare negocia aliorum, & acquirenda imposterum pertinerent ad acquirentes, non potuisset habere aliquam portionem in bonis per alios fratres acquisitis, & respectu bonorum tunc diuisorum eadem diuisio fuisset de pluribus bonis, si plura habuissent, sicut fuit de bonis, quæ asseruerunt habere, ergo nō est attendendum, quod non releuat. l. ad probationem. C. de probati.

Vnde cū diuisio, quæ fit inter fratres, habeat suā
22 præsumptionem, & effectum iuris, † quòd per eam separatur communio, & discordiæ tollitur. per tex. in l. in re communi. de seru. vrba. præd. vbi sunt hæc expressa verba. Itaq; propter immensas contentiones, plerunq; res ad diuisionem peruenit. meritò dicendum est, hāc esse vrgentem præsumptionem ad illam diuisionem, quæ frequenter fit pro sedandis

di-

discordijs.d.l.in re communi.& l.cum pater.§. dul cissimis.de leg.2. & leuem ad assertum cõsilium de homicidio, à quo de facili, & frequenter contingit abesse diuisio bonorum. per doctr.Bal.in l.nõ hoc. in fin.C.vnde leg.relatam à Blan.in d.repetitione, seu tract.de indi.nume.10.igitur illa magis vrgens præsumptio diuisionis,pro sedandis discordijs elidit,& vincit hanc leuem,& remotissimam ab omni alio consilio ad malum aliquod,per d.l.diuus.cum alijs supra allega.

Si adhuc ab aduersarijs replicaretur, non intelligi hanc diuisionem factam pro euitandis contentionibus, & discordijs, cum continuè G. steterit in communi habitatione, & administratione communium bonorum: Respondetur satis operari remotionem discordiarum, quoad bona tũc destinatione,& assignatione inter fratres diuisa,operatur etiã quoad acquirenda,quòd G.ipsa diuisione stante,& pactis in ea expressis,nullam fuisset portionem habiturus de bonis, per B. acquirendis, quæ etiã post mortem dicti N. in magna quãtitate scutorum 15. millium,& vltra, dicto G.viuẽte, fuerunt acquisita per B. partim suo nomine, & partim sui,& alterius fratris nomine, vt plurima instrumẽta emptionum sonant,quod clariùs ipsius diuisionis effectũ,& veritatem demõstrat, sic enim communionis, †& societatis separationes fiunt tacitè,& expressè,quando iniuriosus,& dãnosus videtur socius,vt l.si conuenerit.§.fin.& l.actione.in prin.& §.1.ff.pro soci. & §.manet.institu.eod.& sumus in claris,ideo alijs coniecturis non est opus. vulg. l.continuus. §.cum ita. de verbo.obligat.

23

Præterea ex dicta diuisione bonorum præcedente, non arguendum est contra B. ad delictum aliquod præcogitatum, quia per eam nõ fuissent reddita tota sua bona à fisco, in loco domicilij, cũ sua bona propria, tunc diuisa saltẽ stabilia essent in loco dicto. nam Doct.sumunt indicium delicti cõtra aliquem ex aliquo alienationis cõtractu, †quando ex illo cõtractu de bonis delinquẽtis fiscus defraudatus remaneret, vt per Bar.& Doct.in l.post contractum.ff. de donat. & si diceretur factam esse diuisionem,vt saluarent bona G.homicidæ,vana hęc obiectio videtur,quoniam tempore diuisionis,si d. fratres intentionem, & propositum habuissent occidendi dictum N. continuè habitantẽ in loco cõmunis domicilij,&versantem Venetijs,tunc fuisset tempus, id exequendi respectu modicæ amissionis bonorum,tunc existentiũ in dominio loci domicilij,quia eo tempore ex concordi transactione inita cum dicto N.eidem dicti fratres consignauerant in solunim omnia eorum bona stabilia, & solum in loco domicilij habebat domum æstimationis scutorum 600. cuius portionẽm pro scutis 200.ad G.spectantem potuissent pluribus alijs modis defendere à fisco,vel ex causa dotium vxoris G. vel eam vẽdendo,& donãdo prius alijs,& postea trib.mensib.elapsis, facto delicto accipiens dictam portionem G. fuisset tutus à fisco, per statutum. rub.23.lib.3. sed aliud sentiens B.prouidendo reb. suis acquisitis,&

24

acquirẽdis,ne pars eorum deueniret ad G. fratrem iracundũ,& damnosum,quod propriè causam præstat diuidendi societatem, etiam contra pacta. per tex.in d.l.si conuenerit.in fi.quod etiã grauius multis esse videtur.l.cum oportet.circa fin.principij.de bon.quę liber.dictam diuisionem fecit inferentem præsumptionem,& veritatem separationis à d.fratre dissipatore,pro remouendis contentionibus, & pro suis bonis retinẽdis, ne ex societate aliqua deuenirent ad hunc fratrem, ideo ista præsumptio, & veritas apparens (vt supra dictum est) attẽdi debet, & aliam leuem,& longè distantem à consultatione

25 prætẽsa homicidij remouet,& vincit,& ita †in meliorem partem hanc euitantem delicti suspitionem interpretari debet.l.qs sit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.& Gram.cons.cri.31.nu.12.& latissimè Alcia.in tracta. de præsumptio.in regu.3. præsumptio. 1.

26 Vlterius, †vt contractus præsumatur fictus,& simulatus,& indicans aliquod delictum futurũ.Bar. & Doct.in d.l.post contractum. & Blanc.in d.trac. de indi.num.87.& seq. tradunt debere concurrere plures præsumptiones, & maximè quòd probetur tempore contractus adesse inimicitiam inter contrahentem, & offensum, & quòd post contractum de ꝓpinquo sit secutum delictum, quæ in casu isto non probantur, quinimo contrarium liquere potest. nam ex testibus examinatis pro fisco probatur fuisse attinentiam, & parentelam, & mutuam conuersationem inter B. & dictum Nic.& inter eorum familias, & ex instrumentis pluribus.patet, plurib.annis anterioribus.inter eos fuisse compositas,& finitas lites super diuisionẽ mercantiarum,per lauda arbitrorum, & transactiones inter eos concorditer factas,& seruatas,& nil aliud superesse ad agendum, nisi seruare pacta, & transactiones,per quas dicitur impositus finis litib.l.fratris.C.de transacti. & homicidium in personam dicti N. commissum,per d. G. post dictam diuisionem fuit per menses decem, & octo, quod temporis interuallum, cum post dictam diuisionem, ferè quotidie esset occasio occidendi dictum N. continuè in loco eodem morantem,in præsenti materia ex sano intellectu non potest arbitrari, nisi longum interuallum,vel saltẽ nõ de propinquo, eo maximè stante,ꝙ ad excludendã præsumptionẽ fictionis,& simulationis contractus facti per delinquentem, sufficit interuallum trium mensium præteritorum ante delictum,sic limitatũ, & declaratum per d.statutum.rub.23.lib.3.cui declarationi debemus stare,vel sumus in casu proprio statuti. per l.omnes populi.de iustit.& iur. & prout

27 †de arbitrarijs condecens est, facere certam determinationem per leges municipales,secundum Bal. d.cons.427.nu.9.lib.5. vel sumus in casu simili decisso per d.statutum debemus etiã ita seruare, ꝑ aliud statutum in primis addit.rub.fin. & per l.non possunt.ff.de legi. itaq; ex his indubia remanet cõclusio, quòd ex dicta diuisione fieri nõ potest aliquod indicium ad prætensam consultationem d. homicidij,quod concludat saltem ea conclusione,qua debet

bet concludere indicium, ad illud. §. quod si equente, & facilè contingit adesse, secundum dictā theoricam glo. & Bal. in d. l. non hoc. in fi. quamobrem & si ficta, & simulata videretur hæc diuisio, non tamen potest dici præteritam fictionem concludere ad vnum certum delictū G. potiusquam ad aliud, quod fortan B. vir prudēs potuisset inter cętera vereri, ne d. G. rixosus, & iracundus sua praua natura committeret, & ex societate fraterna inter eos existente potuisset, aliquod damnum, & præiudicium inferre portioni, & bonis B. quę videbat ī dies suis laborib. & lucris, in mercatura augeri ad magnam summam, prout euenit, cui futuro damno ipse B. quando per dictam diuisionem prouidisset, contra eum non est præsumendum, dum sibi præcauisset à futuris periculis. per not. ab Alber. de Rot. in l. eorum. in fin. C. de malef. & mathema. separando societatem à fratre iniurioso. per l. nullus. de regu. iu. cum ibi signatis in glo. sumendo vtiq; præsumptionem, ad quamcunq; aliam causam potius quàm ad delictum, per superius allegata.

Item ex eo, quòd B. cum altero fratre pro gratia obtinenda, per dictum G. à Principe postea soluerit nico scutos 400. contra eum non est suspicandū, quia pium, & bonum opus est, fratrem præsertim diuitem, & nummosum succurrere, & adiuuare alterum fratrem bānitum ad vitam, vt possit gratiam obtinere à Principe, & recuperare famam, & redire ad patriā. per no. in l. seruus ea lege. ff. de seruis expor. & de bono opere, non debet lapidari. l. ad res. ff. de ædil. edic. dicit Ripa. in l. 1. in prin. col. j. nu. 6.
28 ff. ad Trebel. & quia † factum pro cōsanguineo pręsumitur factum ratione cōsanguinitatis, potiusquā alia ratione alicuius doli, seu delicti. l. fina. ff. de his qui. vt indig. glo. in d. l. nullus. & Gand. in tractā. de malefi. in tit. de præsumpt. §. 1. sub num. 6. ita in simili de receptatore delinquētis, quòd omnino tollatur ratione consanguinitatis indicium contra receptantem, de participatione occulti cōsilij, & man
29 dati, † vbi maximè receptans nō fuerit inimicus offensi, & sit homo bonæ conditionis, & famæ, vt per Blanc. de indi. num. 202. & Nouel. in suo tracta. cri. in 2. tit. ad defensam. sub. an indicia pro reo. nu. 94. & seq. fol. 65. & Aym. cons. 18. num. fi. & Dec. cons. 120. col. fi. vbi dicit, quòd concurrentibus pluribus præsumptionib. illa præponderat, quæ ratione sanguinis insurgit.

De illa confessione extraiudiciali attestata, per illos tres testes tanti faciendum est, & minus, quāti de testimonio, per aliquem reddito in causa ꝓpria, est enim hæc eorum causa propria, cum ipsi fuerint inuentores omnium scelerum impositorum ipsi D.
30 & instigatores, & plusquam accusatores: ideo † repelluntur a testimonio ferendo. per illud quod dicit Anto. de But. in c. personas. in fi. de testi. quòd si testis, aliàs foueat causam, vt propriam in qua producitur ad testificandum, debet repelli à testificando. per l. nullus. ff. de testib. & per not. in c. cum I. & A. de re iud. & sint inimici capitales B. ex causis no
31 tis toti ciuitati, intantum quòd nullam faciunt † probationem cōtra eum, & penitus nullum indicium. l. 1. §. præterea. & ibi plenè Mars. ff. de quæst. Paris. cons. 2. nume. 58. cum seq. lib. 4. & alibi per I octo. etiā in casu, quo aliter probatio nō posset haberi, repelluntur inimici. Gram. cons. 58. sub num. 10. &
32 cons. 45. num. 18. numerusq; † testium non supplet defectum in causa criminali, in d. cons. 45. num. 30. & exceptio inhabilitatis ob inimicitiā in teste non
33 potest remitti per supremum Principem. † Paris. d. cons. 2. nume. 64. quia de iure naturali, & gentium prohibitum inimicos capitales ferre testimonium tradit Bar. in l. filiusfam. col. fi. num. 6. ff. de donat. ita quòd inimicus post pacem factam, etiā non potest esse testis, contra illum, cum quo fecit pacem,
34 ob memoriā præteritæ inimicitiæ. † c. accusatores. el 1. tertia q. 2. & Paris. d. cons. 2. nume. 57. & Aym. cons. 9. num. 6. Non probant quoque ex ea ratione, quòd nequaquam verisimile est B. virum prudentem & sagacem in pręsentia sigillatim omniū istorum trium testium, & aliorum per eos nominatorū protulisse talia verba vani, & insani capitis, ꝙ quis iactet se, quemquam impulisse ad committendum homicidium, cum nemo pręsumatur se delinquen-
35 tem prodere † per ea, quæ adducit Syl. nupt. lib. 3. nume. 39. & seq. & à vero illud alienum est dicere, quòd G. non occidisset N. nisi ipse B. quasi manib. proprijs dic. G. in eum proiecisset, quia ne id posset facere B. clarè patet, cum esset tunc per plures dies ante ipse B. ad nundinas pro suis solitis mercaturis, vt quotannis solitus erat accedere, ideo dum extra ciuitatem esset, non potuit sic violenta vi. (vt isti testes referunt) d. G. impellere ad occidendum Nic. Bru. in tract. de indi. in vlt. q. num. 4. primæ par. er-
36 go † non verisimile falsitatis imaginem esse passim traditur. Gram. cōsi. cri. 62. num. 1. & Dec. cons. 94. sub num. 2. cum concord. Ex alio etiam dicta assertæ confessio nō cōtineret verisimile, quia nulla causa apparet vrgens, quòd B. verisimiliter posset moueri ad consentiendum tāto facinori homicidij (vt inferius dicetur) & quia est incerta ratione loci, &
37 tēporis, & propterea † nō faceret indicium ad torturā. Paris. de put. de sind. sub dictione, Tortura. versi. quia communiter. Blanc. in d. tract. de sindi. nume. 207. sed magis teneo, quòd dicta confessio non sit aliquo modo vera, neque probata per dictos testes inimicos.

Deueniendo ad causam dicti homicidij, quę diuersimodè profertur, quæ si etiam respiceret modo aliquo commodum, seu vtilitatem B. ex ea, supradictis penitus elisis, & refutatis non potest cōtra eum sumi indicium, de consultatione homicidij prædicti commissi per fratrem, ex quo nō apparet ipsum
38 B. sciuisse, & potuisse ꝓhibere, † vt concludit Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nume. 25. ff. de no. oper. nunci. idem ibi Ias. probat. Tunc enim D. à ciuitate, in qua fuit factū delictum, aberat in nundinis causa mercaturę, ideo illud verisimiliter scire, & prohibere non poterat. cap. cum in tua. qui matr. accusa. pos. & l. filium. de his qui sunt sui vel alien. iur. & postquam per annos sex & vltra elapsos D. &

alij

alijs sui fratres, & dictus N. diuiserant bona, & con-
cordi transactione remanserant adinuicem satisfa-
cti, & concordes, suspitio habéda non est, quòd B.
eius consanguineus, & amicus, & vir bonæ condi-
tionis, & famæ voluisset eum mori, ne amplius fi-
nito tempore conuento, ipse N. exerceret eandem
mercaturam, & vt finem haberet tempus præstandi
quandam mercedem d. N. quia omnino incertum
erat an dictus N. amplius iam effectus senex, & di-
ues mercaturam eãdem exercere vellet, cum de fu-
turis, &c. l. 1. ff. de vsu. & quia de annis octo dictæ
mercedis præstandæ iã erant elapsi sex anni, & duo
tantum anni supererant, & ex dicta mercede annua
etiam dicti fratres commodum à d. N. habebant,
qui tenebatur scribere libros, & rationem eorũ ne-
gociorum, vt in instrumẽto legitur, & propterea ex
his vanis, & leuib. causis non est præsumendum D.
mandasse, seu consuluisse eum occidi: arg. l. si oleũ.
in fi. ff. de dolo. & l. metũ. de eo quod met. cau. Sed
de causis mouentib. d. G. ad occidendum d. N. illa
magis videtur apparere, quia d. N. fecit ad ciuitatẽ
venire quendam Marcum Antonium de Mantua,
qui se faciebat filium matris dicti G. vt à dicto G.
audiuisse dici deponit Vincentius pro fisco exami-
natus, cui soli ad excusationẽ D. credi debet. Io. de
Ami. cons. 86. num. 19. & ad idem tẽdit, quod dicit
Antonius testis pro fisco, & quod dicit D. Camilla
vxor q. dicti occisi, & ex pluribus testib. apparet di-
ctum Marcum Antoniũ tunc aduenisse, & post ali-
quos menses, tunc B. semper quærentem cum om-
nibus se quietare, transegisse Venetijs cum d. Mar-
co Antonio, & ei satisfecisse, qua causa cognita, &
mouente d. G. iracundũ, & facilẽ ad delinquẽdum,
reputantem sibi dedecori esse, in loco aliquo appa-
rere filium spurium suæ matris, & cum tẽpore dicti
aduentus Marci Antonij B. esset absens, & in nun-
dinis, cognoscitur, quòd causa d. homicidij nõ fuit
aliqua consultatio B. arg. not. in l. 1. de his qui sunt
39 sui, vel alie. iur. vigente ea præsumptione, † quia man-
datum ad delictum non præsumitur etiam cõmis-
sum per famulum, amicum, vel filium. Bal. cõs. 98.
Betonus. nu. 7. lib. 1. Paris de Put. de sindi. in dicti.
tortu. 2. vers. mandauit. sub num. 9. & Ioan. de Ana.
cons. 59. col. pe. ea præsumptione etiam stante con-
sanguinitatis, & amicitiæ B. cum d. N. & bonæ fa-
40 mæ eiusdem B. excludente, † alias præsumptiones
delicti. per gl. in l. 1. C. de siccar. & l. 3. §. sed si ex im
prouiso. & ibi Bar. ff. de re mil. itaque clara, & ma-
nifesta est defensio B. ab iputatione homicidij N.

Superest, & alia imputatio de prætenso manda-
to homicidij committendi, attestato per ipsos asser
tos mandatarios I. & M. sed hanc nequaquam ve-
ram, nec probatam optimè demonstratur, & mul-
41 tifariam. Primò, † cùm se faciant mandatarios, &
acceptantes mandatum, non probant, neq; indiciũ
faciunt ad torturam contra prætensum mandãtem,
vt socij criminis, & sine tortura. Bald. cons. 429. an
mandatarius. lib. 4. & d. cons. 98. num. 4. lib. 1. Fulg.
cons. 173. col. 1. & Marsi. in pract. cri. §. diligenter.
num. 39. & Carrer. in sua pract. cri. §. circa. nu. 101-
128

& Gram. cons. cri. 66. num. 3. Io. de Ana. d. cons. 59.
col. 2. vers. restat. & saltem tertia ratione, quam vr-
gentissimam dicit Marsil. quòd volens nocere ali-
cui posset destruere, & lacerare eum, quod videtur
absurdum: Sic propriè euenit in casu isto, quòd di-
cti I. & M. cum non potuerint B. occidere manib
in illo tractatu noto, & ꝓbato in processu, quis du
bitat, quòd etiam lingua eum occidere mallent,
quamobrem, vt inimici capitales B. qui etiam oc-
ciderunt G. eius fratrem contra eum non faciunt
etiam aliquod indicium. Gram. cons. cri. 38. nu. 13.
cum alijs supra alleg. Carent quoque fide eis adhi-
benda, vti condemnati de homicidio in personam
d. G. commisso, & de furto simul cum A. & C. alijs
testib. perpetrato. per l. ob carmen. ff. de testi. & re-
pellũtur hac ratione adiuncta à testimonio feren-
do contra socium. Gram. cõs. cri. 61. nu. 4. & vo. 34.
42 num. 8. itaq; † tot defectus patiuntur ob infamiam,
& inimicitiam, quòd nullum faciunt indicium con
tra B. etiam in occultis. Gram. consi. 35. nume. 34.
ea etiam suspitione addita, quòd tot cõdemnatio-
nibus inuoluti, solum causa testificandi contra ip-
sum B. ad ciuitatem fuerunt remissi, sic sua spontè,
& causa redeundi ad patriam se obtulerunt, & in-
43 gresserunt ad huiusmodi testificationem, ideo † vt
suspecti, non probant Bart. in l. post legatum: §. his
verò. ff. de his qui. vt indig. & latè Fel. in c. 2. col. 7.
& seq. de testi. & Brun. de indic. & tortu. in 3. parte.
num. 23. Non potest dici deprehensus B. in aliquo
mẽdacio ex testificatione D. Peregrini Bracciforti
de Arimino, in eo quòd B. in suis constitutis dicat,
se fuisse rogatum à D. Io. Baptista, & à dicto D. Pe-
regrino ad soluendum dictis de Sancto Petro par-
tem equi, & d. Peregrinus quasi inferat contrarium
in suo examine, quia respõdetur d. Peregrinum fir-
miter non asserere se non rogasse B. sed dicit se nõ
44 recordari, † quod facilè potest esse ob lõgitudinem
temporis decem annorum. per not. in l. peregrè. de
acquirend. possess. satis est, quòd in facto principali
super interrogatorijs dicit, se scire dictũ equũ fuis-
se datum, nõ pro malo aliquo, & hoc ei dicenti af-
firmasse dictum Iacobum, & testis pro parte, cõtra
quam est inductus, probat etiã sine redditione cau-
45 sæ scientiæ. † Rom. cons. 104. in fi. & maximè quan
do non est interrogatus, de causa scientiæ. per not.
in l. solam. C. de testi. & in c. cum causam. extra eo.
etiam si testis vnus sit. Soci. Iun. cons. 69. nume. 11.
& sequen. lib. 1. & ad defensionem. Aymo. consi. 2.
nume. 10. & 16.

Præterea responsio B. non reprobaretur mẽdax
46 † per dictum vnius, ad plenè alleg. per Mars. in sing.
408. quia vnus per duos reprobatur. Bal. cons. 101.
sub num. 1. lib. 1. maximè in probatione mendacij
causa faciendi indicium ad torturam, quod in re-
motis debet probari per duos testes, per gl. commu
niter approb. in l. fin. C. fam. ercisc. quod enim ve-
rum sit B. soluisse partem precij dicti equi precibus
dictorũ nobilium de Roma, ostendit examen Her-
metis vẽditoris equi, qui deponit ex literis à Ioan.
Baptista de Roma sibi scriptis, accessisse ad B. qui
solue-

ſolueret dictam aliam partem precij. & ita ex ſeq.
arguitur ad pręcedentia.l.qui non militabat.§.Lu-
cio.ff. de hæredi. inſtit. Idem apparet ex examine.
D.Io. Mariæ examinati per D. Poteſtatē Arimini.
Itē quod aſſerit dictus Iacobus B. ordinaſſe, quòd
cum eis ad homicidiū interueniret G. eius frater,
non eſt veriſimile, cum eo tempore B.inſtāter pre-
caretur Principem, vt vellet committere componi
de pœna,& non procedi contra dictum G.de furto
commiſſo in fundico Gentilium. quod demōſtrat
ſummopere diſplicere B. quòd d. G.proceſſaretur,
vti delinquens, & quòd non deberet ſe in delictis
miſcere amplius,non quòd deberet interuenire ad
tam atrociſſimum crimen prætēſi aſſaſſinamēti in
D. virum potentem,& gratum in loco,ob quod B.
ſe, & totam ſuam domum poſuiſſet in diſcrimine:
47 ergo non veriſimile eſt falſitatis imago. † per vulg.
Prædicta atteſtata per dictos de Sancto Petro,non
veriſimilia ex alijs quoq; demōſtrātur, ex eo enim
quòd non apparet, tunc adeſſe inimicitiam, quin-
imò probatur adeſſe tūc amicitiam, & affinitatem
inter B. & D. præſumitur non fuiſſe animum delin
48 quendi contra beneuolum. †per gloſ.in d.l.1.C.de
ſiccar. & Bal.in d.conſ.98. circa fi.lib.1.meritò in-
ſurgit indicium innocentiæ. dicit Corn. conſ.198.
col.7. verſ.& plurimum facit. lib.2.& plura.per Io.
de Ami.conſ.85.nume.13.& conſ.ſeq.nume.14.&
Nouell.in ſuo tract.cri.in ſecūda par.ad defenſam.
in rubr.reſponſiones reorum.num.39.fo.84. Ex eo
etiam,quòd probatur B. fuiſſe, & eſſe virum bonæ
cōditionis,& famæ, & nō ſolitum delinquere, tol-
49 luntur†quæcunque indicia, quæ cōtra eum in prę-
dictis omnib.poſſunt excogitari. per tex.in d.l.3.§.
pen.& ibi Barto. not.de re mil.& eſt commu.opin.
Doct. relatorum per Aym.conſ.65.num.12.conſi.
99.num.11.& conſ.145.in fi.& conſ.151.num.21.
& alibi ſæpe per Docto.& propriè indicium ex ore
mandatarij proueniens purgatur,ſi mandans ſit vir
bonæ conditionis,& famæ,& nō ſolitus facere de-
licta. Nouel. in d. ſuo tracta.cri.in 2.par. ad defen-
ſam.rub.an indi.pro reo. nu.87.fo.64.

Rurſus ex eo, quòd B.nō in abſcondito, ſed pu-
blicè, & palam proceſſit in ſolutione partis precij
dicti equi, vt videre eſt ex eius conſtitutis,& ex de-
poſitionibus Hermetis prædicti, & teſtium exami-
natorum, euidēs indicium eſt innocentię ipſius B.
arguendo ab oppoſito eius, quod dici ſolet,qui ma
lè agit,odit lucem. glo.in l.1.§.tria.de ventr. inſpi.
50 & †ex eo, quod fit publicè & palam, excludit præ-
ſumptionem doli & fraudis.l.fi.de ritu nupt. l.non
intelligitur.§.1.ff.de iure fiſc. & l. non exiſtimo.ff.
de admin.tuto.cum ſimili. & elicita præſumptione
ex qualitate perſonæ, B. qui diues,& liberalis pro-
batur, ꝓ ſua liberalitate potius præſumitur, quàm
ex cauſa alicuius delicti ſoluiſſe partem precij præ-
dicti equi. per no.in l. ſi vero. §. idem Papinianus.
ff.manda.cùm vt præſumptio delicti ceſſet,& quæ-
libet alia cauſa attendatur. per alleg.ab Aym.conſ.
244.nume.5. & in hoc ad excluſionem cauſæ deli-
cti,ex qua cauſa ipſe ſoluerit,credendū eſt dicto B.
c.cum dilecti. de accuſatio.ponit Aymo.d.conſi.9.
num.34. Quibus omnib.diligenti diſcuſſione pen-
ſatis, & inſpectis, tum ratione perſonarum teſtium
inimicorum, & pro grauiſſimis criminib.condem-
natorum, tum eorum teſtificationum nō veriſimi-
lium,tum ratione qualitatis dicti G.iracundi,facil-
lis, & proni ex ſe ipſo ad malum, & inobedientis
dicto B. tum ratione qualitatis ipſius B. viri probi,
bonæ conditionis,& laudatiſſimæ famæ, liberalis,
hilaris,datoris,elemoſinarum,& amici, attinentis,
& beneuoli eorum,qui offenſi,ſeu offendendi aſſe-
runtur,tum inſpecta longitudine temporis pręten-
ſorum delictorum,& quæ,qualis,& quanta ſit per-
ſecutio ab inimicis contra eum facta, quilibet recti
iudicij arbitrari debet, non extare contra ipſum B.
aliqua legitima indicia ad torturam. Ad quā con-
tra eum virum ſaltem diuitijs nobilem, & bene me
ritum de ciuitate, quam ampliſſimis,& magnis ędi
ficijs decorauit, & in memoriam priſtinæ dignita-
tis in magno officio, quod poſcit nō ſic de facili de
uenitur. per ea, quę adducit Gram.in cōſ.1.nu.13.
& conſ.15.num.4. ad quam etiam non proceditur
51 †ſtante ambiguitate indiciorum, & præſumptionū
pro reo, & cōtra reum, quia in obſcuris ſemper de-
bemus inclinare in mitiorem partem,& quia ex du
plici,& vario intellectu ſemper ſumi debet intelle-
ctus, per quem non cadit quis in delictum. vt fir-
mant Marſ.in d.pract. cri.§.diligenter. nume.190.
Gram.conſ.30.num.30. & conſ.cri.44. num.12.&
Boer.in deciſ.165. in fin.ideo ipſum B.omnino li-
berandum, & relaxandum eſſe à carceribus, quo-
rum ſqualores per decem mēſes, & vltra paſſus eſt,
non minus iuſtius, quàm tutius arbitror, more Iu-
riſcon.in l.ea quæ.in fi.de reg.iur. & æterno tribu-
nali relinquēda eſſe, ſi quæ nimis occulta, & ſecre-
ta videntur. quia ſecretorum cognitor eſt Deus, &
52 iudex. Imperator autem, & eccleſia nō iudicat † de
occultis.c.erubeſcant.32.diſtin.& c.ſicut tuis. in fi.
cum ibi ſigna. in gl.de Simoni.Bald.conſi.383.ſub
num.4.lib.5. cùm ea cauſa apud prudentiſſimos
ſapientiſſimosq; viros agitur, quos optima ſpes eſt
à iudicio recto non erraturos eſſe, memores eo-
rum, quæ propheta dicit Pſal.105.beati,qui cuſto-
diunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tēpo-
re; & Pſal.57.Si verè vtiq; iuſtitiam loquimini, re-
ctè iudicatæ filij hominum.

In eadem cauſa,& venit continuatiuè ad præcedentia.

DVbitationes emanatæ contra B.carceratum ſu
per indicijs ad torturā pro aſſerto tractatu ho-
micidij in perſonam N. commiſſi,& ſi tollantur ex
allegationib. iam pro eo factis ſi diligenti, & repe-
tita lectione inſpiciantur: Tamen expreſſius adem-
ptæ apparebunt, ſigillatim ad ſingulas earum re-
ſpondendo.

Primum itaq; deueniēdo ad aſſumptum tracta-
tum in his dubitationib. pro criminis titulo dicen-
dum eſt verum dici tractatum talem qualis oſten-
ditur. in l. & ſi amicis. ff.de adult. ſed nos non eſſe
in caſu

53 in casu huiusmodi tractatus, †qui fit plurib.conue-
nientib. & colloquentib. ad tractandum de aliquo
crimine, vt sonant verba. d.l. & si amicis. & discu-
tiendo, & indagãdo circa aliquam rem in futurum
dispponẽdam. Abb.in c.tua nuper. col.2.de his quæ
fi. a præla.si.con.cap. De quibus requisitis ad præ-
tensum tractatum, nullam penitus habemus proba
tionem,neq; indicia, nisi elicita ex causis nõ veris,
imaginatis à suis inimicis,& remotis omnimodo à
dicto tractatu homicidij cõmissi à dicto G. qui ex
sua praua natura, & inclinatione ad delinquẽdum,
non indigebat tractatu cum alijs ad malum, & ma
ximè cum B. viro bonæ cõditionis,& famæ, & cui
erat inobediẽs, vt clarè per testes probatum est, ex
quibus cum præsumatur dictum G. ex se ipso deli-
54 quisse,& vulnerasse N.& quia †mandatũ non præ-
sumitur ad delictum, etiam commissum per famu-
lum, consanguineum, vel amicum. c.cùm ad sedẽ.
de restit.spol.Bald.consi.98.nume.7.lib.1.Ioan.de
Ana.cons.59.col.2.quib. præsumptionibus,& alijs
iam deductis stantib. in hac causa pro B. fortiores,
& efficaciores coniecturæ, & præsumptiones con-
tra eum requiruntur.cap.quia verisimile.& ibi not.
canon.de præsumpt.& l.fin.in prin. & ibi Bar.ff.de
eo,quod met.cau.igitur cõiecturæ, & leuia indicia
non sufficiunt ad torturam contra B. sed efficacio-
ra requiruntur, prout disponitur per statutum in
rub.97.lib.1. quod in hoc seruãdum est, vt dictum
est in alijs allega. & cum decem,& viginti anni sint
elapsi,quòd dictum homicidium fuit commissum,
55 & pœna principalis modò †esset alleuiãda.l.si diu-
tino.& ibi glo.ff.de pœn.Gram.consi.c1i.39.nu.1.
& cum tortura sit etiam poena. Gram.in cons.2.nu.
11. ergo & facilitas torturæ est tollenda, & modus
inueniendi delictum est alleuiandus, ne maior sit,
& asperior ipsa pœna principali delicto prætenso
inueniendo,vt probat Aym.consi.41.in fi.& consi.
137.num.12.& ipsa tortura cessare debet nullis vr-
gentibus contra B. legitimis indicijs.

Primum assertum indicium fundatũ super inimi
citia carcerati, & occisi nullius est momenti, tan-
quam omni carens fundamento,quia dici non po-
test probatam esse inimicitiam inter B. & occisum
per litem quæ inter eos fuerit versa, & per vanum
rumorem per aliquos testes sine ratione, & causa
scientiæ,vt dicitur,attestatum, quòd N.habuerit rẽ
cum matre B.quæ saltem inimicitia vigeret tempo
re diuisionis factæ inter fratres, & tempore homi-
56 cidij commissi,& probatio†non concludens etiam
in tempore nulla est. per not. in l.eum actum. ff.de
nego.gest.& in c.in præsentia. de probatio. & quæ
inimicitia possit dici inter eos capitalis, vt requiri-
tur pro indicio fiendo, vt expressè dicit Bart. in l.
post contractum.colum.2. vers.dico quòd tu. ff.de
donat. debere probari tempore contractus subesse
causam inimicitiæ capitalis,& per alleg.à Gram.in
decis.28.num.5.& in consi.34.num.5. & Mars.in l.
1.§.præterea. nume.56. ff.de quæst.vbi etiam sub-
iungendo tenet inimicitiam capitalem solam non
facere indicium ad torturam. idem tenet Blanc. in
l.fin. num.178.ff.eo.& dum ibidem num.89.dicit,
57 †inimicitiam ostendere tractatum,loquitur contra
ipsum interfectorem apparentem, de quo cum con
stet ob inimicitiam præcedentem,præsumitur præ-
habito tractatu secum,& appensatè occidisse,& nõ
loquitur contra alium non interfectorẽ, quia con-
tra alium vltra inimicitiam requiritur, quòd fuerit
allocutus homicidæ in aure, & statim fuerit secutũ
homicidium. secundum Bart.in l.si ventri. §.fin.ff.
de priui.credi. & Bald.in l.1.col.3.versic.& ille di-
citur mandare. C.de ser.fug. & Mars.in d.§.præte-
rea. nume.58.

Quoad illud,quòd causa inimicitiæ etiam igno-
58 rata sufficiat, †respondetur, Mars.& Doct.per eum
alleg.in d.§.præterea.num.3. & per Blanc.in d.l.fi.
nume. 160. loqui quoad inhabilitatem testimonij
ferendi, cuius inhabilitatis causa potest esse ignota
testi,& tamen operatur,vt testis repellatur,quia ef-
fectus huiusmodi repulsionis à lege ꝓuenit extrin-
secè, absq; eo quòd testis sciat causam suæ inhabi-
litatis, vt patet legendo de testibus iura prohibito-
ria,non sic dici potest de inimico,qui aliquo modo
offendat, quia dicitur facere causa vlciscendi. c.re-
59 pelluntur.de accusa.†quæ causa proueniens ex ini-
micitia inducit passiones mentales animo retẽtas,
& continuatas. Blanc. in d.l. fi.137. & odium non
cadit inter ignotos. Franch.in c.si.col.2.versicu.in
ea.glo.de procur.in 6.ergo necesse est dicere, cau-
sam inimicitiæ esse notam vlciscenti,vt patet ex di-
scursu intellectus. Quinimo in casu nostro proba-
tur concordiam,conuersationem,& amicitiam esse
inter B. & N. per suos testes examinatos ad defen-
sam,& per D. C. in examine,sub die 19.Ian.1557.
facto pro fisco,dicentem ibi: & dice,che detti B.&
N. erano cugini, & non intese mai da suo marito,
che hauesse riceuuto dispiacere,&c. & per D.Ioan-
nam sub die 4. Feb.examinatam pro fisco, & dicen
tem ibi: Addimandata se detti G. & fratelli haue-
uano lite,ò inimicitia,&c.rispose di nò,ma gli huo
mini,come le donne pratticauano,&c.& oltre,che
essi erano parenti,erano amici,&c.& per V.sub die
13.Feb. examinatum pro fisco,dicentem ibi:& di-
ce, precedente interrogatione, che esso testimonio
pratticaua,&c.& che mai sentì detto N. lamentarsi
di detto B.& fratelli,& ne ancho sentì mai detti B.
& fratelli lamentarsi di detto N. & per instrumen-
tum diuisionis inter B.& fratres,& d.N.factum sub
die 13.Ian.1532. ꝓ fisco, sub die 27.Martij.1557.
productum probatur nullam inter eos extare litẽ,
& fecisse adinuicẽ quietationes,& pacta,inter alia,
quòd d.N.deberet tenere libros rationis dictorum
fratrum, & cum eis morari in eorum domo, & ibi
habere victum, quæ clarè demonstrant fuisse ami-
citiam inter prædictos, vlterius circa tempus diui-
sionis factæ inter dic.fratres de men. Martij.1536.
per literas B.de eodem men.Martij 1536.Venetijs
scriptas d. N. productas pro fisco, sub dicta die 27.
Martij.1557. probatur, inter eos fuisse amicitiam,
cum amicè B.ei scribat,& quærat ei dare partem lu
60 cri,& quia †quilibet præsumitur amicus alterius ex
natu-

naturali ratione. Bald. in l. si quis testibus. circa fin. C. de testib. & per prędicta clarissimè probatur consanguinitatem, & amicitiam fuisse tūc inter B. & d. N. vnde nō solum tollitur dictum indiciū fundatū super inimicitia, sed etiam ex dicta consanguinitate, & amicitia, vt supra probata inducitur indicium pro innocentia ipsius B. carcerati. per gl. in l. 1. C. de siccar. & Corn. cons. 198. col. 7. vers. & plurimū.
61 lib. 2. dicit. ex † amicitia, & beneuolētia probata insurgere indicium innocentiæ, & Mars. in l. 1. nume. 207. C. de rapt. virg. & Ioan. de Ami. cōs. 85. nu. 13. itaq; penitus cessat dictum primum indicium.

Secundum quoq; remouetur elicitū ex diuisione bonorum facta inter B. & G. occisorē, eo quòd fuerit simulata, & non verisimilis, quibusdā adductis, quæ ideo non inferunt dictam simulationem:
62 Quoniam frater maior † pro fratre absente promittendo potest facere diuisionem, cum fratre iracundo, & damnoso, vt not. in l. cohæredib. C. famil. ercisc. & valet diuisio saltem in præiudicium pręsentium, & inter ipsos præsentes. l. 2. §. dubitandum. ff. fam. ercisc. & Soci. cons. 195. col. 3. lib. 2. cum maximè fuerit secuta ratificatio fratris absentis, vt probari dicitur per scripturas existentes penes Magnif. Dominos Iudices, & potest, & solet per fratrē prudentem fieri diuisio bonorum cum alio fratre de communi consensu, absq; eo quòd secreta patrimonij pandantur alijs: vt l. pen. C. com. diui. & diuisio fuit facta in ciuitate Venetiarum, vbi dicti fratres habitabant, vt dicitur in instrumento dictę diuisionis, postquàm omnia stabilia bona cōsignauerant d. N. vt per instrumētum productum, quamobrem aliqua bona G. sita in loco domicilij in diuisione non obuenere, quia tunc non habebant ibi, nisi quādam domum æstimationis scutorum 600. quæ forsan non recipiebat commodam diuisionem, & contingit in portione B. & aurum tum in portione G. tunc obuentum, potest apparere tūc fuisse penes ipsos fratres, apparet ex eo, quod V. olim sub die 5. Feb. 1538. pro fisco examinatus in suo examine, modò etiam pro fisco, sub dicta 27. Martij præsentis anni 1557. producto dicit ibi: à quello tempo, che li predetti fratelli compromo l'oro in Anuersa, &c. & che al parer suo fu de l'anno 1534. ouero 1535. & quod Marcus Antonius in dicto examine, vt supra pro fisco producto, dicit super 4. capitulo, ibi; che de l'anno 1533. ouer 1534. ò in altro tempo piu vero, nelquale li predetti comprorno buona somma d'oro in Anuersa, &c. quòd tempus parum fuit ante an. 1536. quo fuit facta dicta diuisio, & si portio G. non fuerit aliter visa, neq; scitū quid de ea factum extiterit, nihil ad B. neque pro parte fisci fuit probatum contrarium etiam per testes examinatos, qui interfuerunt instrumento dictæ diuisionis: Diuisio operata est, quòd G. nō poterat societatem fraternā debitis implicare, & si fuerit postea per B. retentus domi in administratione propriorum bonorum, sic fieri debebat ex pactis insertis in instrumento dictæ diuisionis, quod legatur, & ex ratione assignata per ipsum B. in suis constitutis, sub die 30. Ian. 1557. cui de dependentib. à suo
63 animo † etiam ad excusationē delicti credi debet. glo. & ibi Iaso. in §. sed istę. nume. 88. instit. de act. Alex. cons. 127. nu. 15. lib. 4. & Gram. in decis. 25. num. 5. & non possunt dici locata bona obuenta in portione B. per ipsum B. & sub nomine fratrum, quia quando diuiserunt, nō habebant nisi domum vnam, vt in instrumento diuisionis dicitur, obuentum B. qui, & si dixerit locare aliqua prędia nomine suo, & fratrum in plurali, potest intelligi de F. cū quo in plurib. bonis emptis, & in negocio mercaturæ continuauit in communione, per ea quæ tradit Ias. in auth. si qua mulier. col. 9. C. de sac. san. eccles. non est autem nouum, neq; insolitum fratres post destinatā diuisionem bonorum cōmunium, quandoq; simul habitare in eadem domo, & communi mēsa, vt euenisse visum est in familia de L. & de A. & vltra alias communiones, & societates potest esse societas vitæ ad vnum panem, & vinum, vt per Petr. de Vbald. in tracta. de duo. fra. in prima parte. in principio.

Non sic ergo quodammodo animosè dicēdum est, prædicta distare à verisimili, & inducere quem ad præsumendum contra carceratum, vt torqueri possit, quia concurrentib. alijs requisitis, dicta prætensa simulatio potuisset forsan facere indiciū contra ipsum G. interfectorem, sed nequaquam contra ipsum B. cui sufficit pro excusatione suspitionis delicti suo iuramento dicere se fecisse dictam diuisionem ob prauos mores dicti G. per alleg. superius, & per Gram. in cons. 10. num. 28. sufficit etiam, vt non possit contra eum suspicari de homicidio commisso in personā dicti N. ob dictam diuisionem, quia non aderat tempore dictæ diuisionis inter eum, & dictū N. inimicitia capitalis, quinimo aderat amicitia, & cōuersatio, vt superius probatum est, quod tollit omnino, & extinguit indicium, si inter occisum, & alienatorem bonorum eo tunc non interuenerit inimicitia. Bart. in d. l. post contractum. cum alijs alleg. p Nouel. in sua pract. in tit. ad defensam rub. an indicia pro reo. nume. 123. fo. 69. vbi etiam num. 124. subiungit cessare indicium, quando contractus fit ex causa necessaria, vt dicitur fieri diui-
64 sio, quia † nemo cogitur stare in communione. l. fi. C. com. diui. & quādo incontinēti nō sequatur delictum, & quando contractus non tenetur celatus, secundum Bar. in d. l. post contractum. prout in specie proposita delictum non est factum in continenti, & cōtractus diuisionis fuit factus per instrumentū manu publici notarij adhibito teste Marco Antonio nepote ex fratre dicti Nic. quod non fecisset tunc B. si habuisset animum faciendi dictam diuisionem causa interficiendi dictum N. & dictam diuisionem B. pluribus etiam manifestauit, vt probatur per testes olim examinatos p fisco, inter quos V. examinatus olim pro fisco, dicit, se putare dictā diuisionem nō esse factam, qui etiam solus probat contra fiscum producentem. Rom. consi. 104. in fi. & Soci. Iun. cons. 69. num. 11. lib. 1. ergo clarius luce meridiana sublatum remanet dictum secundum indicium,

indicium, accedentibus etiam alijs superinde prò
B. allegatis.
Tertium etiam de facto cõsanguinei nullum est
indicium, quia in hoc articulo duab. opin. existen-
tibus, ambo faciunt pro B. prima, quando extant
65 † aliæ præsumptiones, & coniecturæ, quòd præsu-
matur factum de consensu consanguinei. secũdum
Rom. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de no.
ope. nuncia. facit sic pro B. quia nullæ contra eũ ad
dictum delictum extant præsumptiones. vt sup. de-
monstratum est, & inferius dicetur: Secunda facit
quę verior videtur secundum Alexan. in d. §. si quis
ipsi prætori. nume. 25. quòd ex quo in delicto mo-
mentaneo sumus, & non apparet ipsum B. sciuisse,
vel potuisse prohibere, non præsumitur de sua con-
scientia factum, vt ibi firmat Alex. allegando Spec.
& Bald. & ibidem Iaso. col. 9. sequitur. per tex. in c.
cum ad sedem. de rest. spol. & per glo. in c. quia pręſ-
sulatus. 1. q. 4. & tanto verius est id in casu nostro,
quia non constat G. occidisse pro aliquo commo-
66 do B. & sic † non procedit tex. in c. cõstitutis. de te-
stib. qui vt procedat tria debent concurrere, vt per
Alex. in d. §. si quis. nec considerari potest commo
ditas illa, vt N. interfectus magis notus in ratione
sua non exerceret mercaturam eandem, & destrue-
ret in nundinis rationẽ, quia de causa ista mouen-
te dictum G. nulla facta est probatio in processu.
quinimò huic causæ præuidit B. paciscẽdo, cum de
anno 1532. N. ipse promiserit d. B. per annos octo
non exercere pro se dictam mercaturam aromata-
riæ, vt legitur in instrumento diuisionis factæ cum
dicto N. & de anno 1536. quo fuit facta diuisio in-
ter ipsos fratres, quo tempore aduersarij volunt fuis
se factam consultationem occidendi. d. N. supere-
rant quatuor anni dictæ vacationis. N. à mercatu-
ra: ergo ab omni intellectu est alienum de aliqua
machinatione tunc vitæ N. quem morantem, & vi-
uentem in eorum domo, si B. & fratres tunc voluis-
sent occidere, nõ defuissent eis plura genera vene-
ni, vel sicarij, dum extra statũ pro eisdem fratrib.
d. N. ad nundinas iturus esset, & cum dicta cõuen-
tione in hoc sibi præuideant dicti fratres, nullo pa-
cto præsumendum est, quòd vellent venire ad ne-
cem dicti N. maximè eorum consanguinei, & ami-
ci, & adhuc 4. ann. dictæ vacantiæ durantib. Si qui-
dem alia causa dicti homicidij nõ appareret, id ꝓ-
prium esset ipsius G. iracundi, & discoli absq; ratio
ne, & causa prorumpentis, vt probatum est in pro-
cessu, & inobedientis dicto B. cui non debet noce-
67 re (vt ita dicã) † bestialitas d. G. l. si quis. §. legis. C.
de inoffic. testam. & l. non debet alteri. de regu. iur.
licèt satis appareat de causa ob aduentũ illius Mar
ci Antonij de Mantua, vocati literis dicti N. vt au-
diebatur ab ipso G. Delictum G. non poterat sciri,
neq; prohiberi à B. tunc absente in nundinis. Dec.
consi. 64. col. 3. vltra med. Cuius absentia non po-
test dici ad cautelam, ne imputaretur de dicto deli-
cto, quia tunc de mense Octob. erat tempus dicta-
rum nundinarum, ad quas singulis annis B. solebat
cum suis mercibus accedere, vt notorium est, & li-
68 cita, † & solita fieri non debent adscribi dolo. argu.
l. nullus videtur. de reg. iur. & arguendo à solitis. l.
certi condictio. §. si numos. ff. si cer. peta. cum simil.
Nã dictus G. aliàs malus præsumitur ex se ipso de-
liquisse. per reg. semel malus. & B. vir bonæ condi-
tionis, & famæ, & non solitus sic delinquere, pręsu-
mitur non fecisse, neq; consensisse malo. l. non om-
nes. §. à barbaris. ff. de re milit. & ab eo præsumitur
mandatum abesse occidendi dictum N. cum quo
amicitiam, & parentelam habebat, vt superius di-
ctum est, facit doctr. Bart. in l. non solum. §. si man-
dato. nume. 12. versic. Quæro mandaui. ff. de iniur.
oĩs itaq; huius indicij scrupulus sublatus remanet.
Quartum de confessione extraiudiciali nõ pro-
bata, & non verisimili, latè solutum apparere potest
ex deductis aliàs, & allegatis pro d. B. contra quæ si
obijciatur negãdo capitalem inimicitiam illorum
trium testium sic clarè probatam, & notam omni
curiæ, potest illud Philosophi. lib. 1. physicorum ad
duci, contra negantes principia non est disputan-
dum, super reconciliatione superficiaria, & nõ vera
Petri est etiam dictum, & allegatum, & potest opti-
mè cognosci remansisse inter eos odium, cum post
pacem ipse, & d. B. adinuicem non loquãtur, & sic
inter eos semper fuerit cõtinuata inimicitia, & ipsę
quotidie versatus fuerit, & versetur cum cęteris ini-
micis d. B. quòd non probat contra eum. Blanc. in
d. l. fi. num. 135. cum sequen. & nu. 109. & nu. 164.
69 & num. 152. vbi † eo ipso, quòd sponte in causa ca-
pitali contra eum deponit, ostẽditur eius inimicus,
qui etiam pręsumptus inimicus non probat. Gram.
consi. cri. 45. num. 18. & dictum fuit ob inhabilita-
tem testium inimicorum in causa criminali nume-
rum non supplere defectũ. Pet. de Anch. consi. 246.
In causa. cum alleg. per Gram. cõs. præalleg. nu. 30.
non potest ergo dici, quòd d. Petrus solus ob dictã
inimicitiam faciat aliquam præsumptionem, quæ
70 etiam sola † alijs pręsumptionibus, non vrgentibus,
& elisis, vt supra, nõ fecerit indicium. Brun. in loco
alleg. in contrarium. in secunda q. par. 1. num. 5. &
inde. at vnum indicium etiam non sufficeret stante
modò statuto præalleg. rub. 97. lib. 1. requirente ad
torturam plura indicia. Alex. consi. 18. col. fin. versi.
præterea. lib. 1. Corn. consi. 58. col. 3. & consil. 198.
col. 3. lib. 2. eo præcipuè attento, quòd d. Petrus ni-
hil probet ob dictam inimicitiam.
Quintũ, & vltimũ indicium de solutione 400.
scutorum, etiam nihil est, si res eo modo, vt iura vo-
lunt, accipiatur, cõtraria enim loquuntur in extra-
neo, & non in consanguineis, vt sunt d. B. & F. fra-
tres, qui soluerunt dictos 400. scutos fisco pro G.
fratre restituto, & gratiam à Domino obtinente:
Post autem dictam indulgentiam quilibet pro eo
soluendo non fecisset rem illicitam, eius conditio-
nem meliorem faciẽdo. l. soluendo. ff. de neg. gest.
maximè cum promissione rehabendi facta ab eo ꝓ
quo soluitur, vt fecit d. G. ipsi B. vt ipse dicit in suis
constitutis, cui in hoc debet credi, cum sit verisimi-
lis promissio recuperatiua à debitore pro eo solu-
torum, vt cesset iactatio. l. cum de indebito. ff. de
probatio.

probatio. & alia cautio non requirebatur, quia per
inſtrumentum dictę ſolutionis manu Ser Ioan. Ba-
ptiſtæ ſemper poteſt apparere de ſolutione, & obli-
71 gatione inducta per d. l. ſoluendo. & in hoc † confeſ
ſio d. B. cum ſimus in licitis, non poteſt diuidi. Bar.
in d. l. Aurelius. §. idem quæſijt. de liber. leg. Alexã.
conſ. 87. lib. 1. & ſumma pecuniarum cum termino
præſertim ſoluendarum nõ fuit exceſſiua in perſo-
nis diuitibus, & nummoſis: quæ ſi viuente G. non
fuerit ab eo recuperata non videtur adhuc remiſſa
à d. B. qui ſciebat ius ſuum durare. l. ſicut. §. non vi-
detur. ff. qui. mod. pig. ſol. Proinde nulla præſum-
ptio occulti cõſilij, & auxilij poteſt ſumi contra B.
poſtquam illa præſumptio, quòd ſoluerit animo reha-
bendi, vt ipſe dicit, & affectione conſanguinitatis,
præfertur, & excludit alias pręſumptiones prætenſi
conſilij, ſeu auxilij ad delicta. l. pe. §. fi. ff. quod fal.
tu. Dec. conſ. 120. col. fi. vt aliàs fuit dictum in pri-
mis allegationibus, quib. non video reſponſum in
72 dictis dubitationibus. parum itaque eſt † aſſerere, &
non reſpondere contrarijs. ſecundum Bal. in conſi.
ſciſma. inſerto in titu. C. ſi quis aliquem teſt. prohi.
in col. pen. & in caſu iſto non cadit materia auxilij
præſtiti bannito contra ſtatuta, quia quãdo fuit fa-
cta promiſſio, & ſolutio dictarum pecuniarum, G.
non erat bannitus, ſed indulgentiam, & gratiã ha-
buerat, vt apparet per literas Domini, ſub die 2.
Auguſti 1539. ſcriptas, productas pro fiſco, ſub dic.
die 27. Martij. 1557. & quotidie videntur fieri iſtæ
promiſſiones, & ſolutiones fiſco pro gratiatis per
patrem, ſeu fratres gratiati, vnde abſurdum eſſet
contra eos exinde aliquid mali ſuſpicari, poſtquã
affectio ſanguinis, alias præſumptiones excludit.
per ſupra allega. ergo, & id vltimum, & alia indi-
cia pędicta penitus adempta ſunt, quòd ex his B.
nullo pacto debet poni ad torturam contra iura,
& in maximum ſuæ vitæ, & ſanitatis periculum,
gratis, & ſine effectu aliquid operandi, pluribus
maximè ſuæ innocentiæ cauſis apparentibus.

Prima, quòd ſuæ innocentię conſcius non for-
midans, maximasq; ſuorum inimicorum conſpira-
tiones, & rumores plurimos ab eis emanatos con-
tra eum de hoc, & omni criminum genere, & pręuidens detentiones ſuorum famulorum, non au-
fugit, & ſpontè comparuit, & ſe conſtituit in ar-
73 ce, † quod vrgens indicium eſt, & præſumptio ſuę
innocentiæ. c. nullus. & ibi not. Docto. de præſum-
ptio. & Marſil. in pract. cri. in §. diligenter. nu. 204.

Secunda, quòd ex amicitia conſanguinitate, &
conuerſatione dictorum B. & N. de eius morte d.
74 B. præſumitur innocens. † Corn. d. conſil. 198. col.
7. lib. 2. & ceſſat prætenſum mandatum ad deli-
ctum. Bart. in d. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 12.
in ratione ſui dicti.

Tertia, quòd veriſimile eſt G. diſcolum, ino-
bedientem d. B. procliuum ad malum, ſe gerentẽ
in pluribus ſine cauſa, & ratione, & iracundũ ma-
gis ex ſe ipſo percuſſiſſe d. N. quàm ex tractatu cũ
75 aliquo: † argumen. l. tutor. §. ſi autem ipſe. ff. de ſu-
ſpect. tut. cum ibi not. in glo. & c. ſunt nonnulli. 46.
diſt. & not. per Alex. in l. metum. C. de his quę me.
cau. facit cautela 39. Cęp. quo ſtante, cognoſcitur,
quòd non fuerit in tractatu d. B. argum. l. 1. de his,
qui ſunt ſui, vel alie. iu.

Quarta, quòd qualiſcunque appareat diuiſio fa-
cta interdictos fratres, cum fieri potuerit nõ ex cau
ſa delicti, ſed ex alijs pluribus deductis ſupra, & in
76 alijs allegationibus, hæc præſumptio † potius ſu-
menda eſt, quòd nõ fuerit ex cauſa delicti. Gram.
conſ. cri. 31. num. 12. Aymo. conſ. 9. nu. 20. & 244.
num. 5. Alex. in terminis. conſi. 111. col. fi. lib. 3.

Quinta, quòd bona fama B. probata eneruat, &
tollit indicia, quæ ſic à remotis poſſent cõtra eum
77 imaginari. † Bal. in l. fin. prope fi. C. de proba. cum
plurib. concord. alleg. ab Aym. in conſi. 65. nu. 12.
& cõſi. 145. in fi. & alibi, ex quib. magis iuſta, & tu-
ta eſt concluſio, quòd nullum torturæ contra d. B.
carceratum fieri debeat experimentum.

Sexta accedente, quòd inficiari non poteſt, hæc
indicia extare pro innocentia B. prædicti, ideo ob
78 aſſerta indicia contraria † non poteſt contra eum
deueniri ad torturam, rationibus, & autho. antiquo
rum dictum eſt, Marſil. firmare in ſua pract. crim. §.
diligenter. num. 190. Gram. in volu. 30. num. 30.

Septima etiam adiuncta, quòd cùm quæq; facta
contrariorum indiciorum, ſic dubia etiam accipi
debeant in bonam partem. cap. 2. extra de reg. iur.
eadem indicia in contrarium, & ad malum ſum-
pta, dicuntur eſſe temerariæ præſumptiones, quæ
inualidæ ſunt, & à iure repelluntur, & non debent
79 mouere animum iudicantis. † iſta eſt doctr. Spec. in
tit. de præſumpt. §. 2. in prin. & Gand. de malefic. in
tit. eod. in prin. num. 10. & Bald. in c. 1. §. item ſi va-
ſallus. colum. fi. verſicu. quæro de ſuſpitionibus. de
contra. inueſt. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Vltima voluntas quomodo dicatur probata recedens, vel declarans priorem voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio ægroti, non cum aliquo obligatiuè loquentis, ſed in aliquem non ſtipulantem, nec acceptantem dirigentis ſuam intentionem, dicitur vltima voluntas.*
2 *Codicillus dicitur, diſpoſitio de rebus particularibus, aliam hæredis inſtitutionem, non continens.*
3 *Conteſtes dicuntur, etiam ſi vnus plus altero aliquid diceret, cum in vnum rei finem etiam per diuerſa media tendunt.*
4 *Citatio eorum, quorum intereſt, requiritur in teſtium examinatione.*

Teſtatoris

5 *Testatoris voluntas probatur ex dictis per eum ante completam suam vltimam voluntatem.*
6 *Testes duo sufficiunt ad probationem declarationis voluntatis testatoris.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.


ISO testamento Vincentij q. Io. Pauli Nanni de Mondaino scripto manu publici notarij, visaq; alia dispositione ipsius Vincetij postmodum facta, & probata per testes, & eo audito, super quo de iure consultus sum respondere. Primum censeo dictam dispositionem ab ęgroto non cum aliquo obligatiuè
1 loquente, † sed in Magdalenam sororem non stipulantem, & acceptantem dirigente suā intentionem, dici vltimam voluntatem. l. Pamphilo. §. 1. de lega. 3. & l. cum pater. §. donationis. de leg. 2. Quoniam plures sunt vltimæ voluntates. vt per glo. in versic. vltima. in §. fin. in auth. de hæred. & Falci. & Cyn. in l. fina. C. de codicil. & ibi innuit tex. in §. fi. puto vltimam voluntatem (de qua agitur) codicil-
2 lum esse, & demonstrari ex eo, † quòd factus sit post testamentum prædictum de rebus particularibus, aliam hæredis institutionem non continens. l. non codicillum. & ibi Docto. C. de testamen. & l. fin. ff. de codicil. & l. si idem. C. eodem. & ex eo, quòd ad dictam dispositionem adhibitus sit numerus quinque testium requisitus in codicillis: & propterea dicendum est dictam ordinationem Vincentij, vtì codicillum clarè, & concludenter probari per quinque testes examinatos, vt requiritur. per tex. in d. l. fin. §. fin. C. de codicil. Probant enim quinq; testes examinati, scilicet Baldus, Vincētius, Carolus, Io. Baptista, & Alexander, eodem tempore post testamentum in nocte sequente diei sequentis dictum Vincentium testatorem ordinasse, & reliquisse, q Magdalena soror habeat de suis bonis domum castri, & domum ruralem cum terreno per eum designato, & in hoc re vera, & effectualiter sunt con-
3 testes dicti testes, qui probant, † etiam si vnus plus altero aliquid diceret, cum in vnum rei finem etiā per diuersa media tendant circa legatum certarum rerum factum Magdalenæ sorori. Alex. consi. 105. col. fin. lib. 4. & consi. 186. num. 3. lib. 7. Ias. in l. fin. col. pen. C. de bon. pos. secundum tabul. l. qui sententiam. & ibi Barto. & Ange. C. de pœn. Alexand. consil. 47. sub nume. 8. lib. 2. Corn. consi. 2. col. fin. lib. 1. & consi. 172. col. 7. versi. & sunt omnes. lib. 2. & consil. 148. colum. penul. versic. nec obstat. lib. 3. & Barba. consilio 29. colum. 7. lib. 1. facit tex. in l. quoniam. & in l. in testamentis. C. de testa.

Ita, quòd circa probationem dictæ dispositionis nulla videtur dubitatio, dummodo dicti testes fuerint ritè, & rectè examinati, quod ex eorum depositionibus in scriptis redactis ad me transmissis vi-
4 dere non potui, eos scilicet fuisse examinatos † citatis hærede, & substitutis in dicto testamento Vincētij, & alijs quorum interest, prout requiritur, cum publicatione testium fienda per Iudicem, vt tradūt Bald. & omnes. in l. publicati. C. de testamen. Quæ si seruata non sint, omnino testes repeti citatis his, quos dixi, & alia seruari tradita in d. l. publicati. consulo. Quo quidem dicti Vincentij codicillo solemniter probato quoad res in eo dispositas, videtur testator recessisse à testamento, & eas esse præcipuas dictæ Magdalenæ. per text. in l. alumnæ. §. qui filias. & ibi Barto. & Alber. de Ros. de adimen. lega. & eas posse habere iure prælegati. l. ex facto. la secunda. §. 1. ff. de hæred. instit. & l. qui filiabus. §. fina. de lega. 1. & Paris. consilio 34. nu. 17. & 50. lib. 2. eo etiam accedente, quòd tres testes deponunt dictum Vincentium disposuisse dictam Magdalenam debere dictas res legatas habere ante partem, & quasi dicat, vltra partem quā habitura erat ex testamento, licèt id dixerit, antequam venirent
5 alij duo testes. Tamen † ex dictis per testatorem ante completam suam vltimam voluntatem probatur eius voluntas. per not. in l. si seruus plurium. §. fina. de legā. 1. & duo testes sufficerent ad proba-
6 tionem declarationis huiusmodi voluntatis. † per glo. in versicu. posse. & Barto. & Docto. in l. hæredes. §. si quid post. ff. de testa. & Bart. in l. 2. in prin. colum. penul. de vulga. & pupilla. & ita existimo de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XVII.

ARGVMENTVM.

De ostendenda iniquitate laudi, in pulchro casu.

SVMMARIVM.

1 *Lista, seu scriptura sine die non probat.*
2 *Partes nullæ sunt non entium.*
3 *Actor non probata societate succumbere debet.*
4 *Conuentus actione reali, etiam mala fidei possessor non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, dum absque culpa possessoris desinunt posse percipi*
5 *Fructus desinunt posse percipi culpa possessoris, vt teneatur de percipiendis, quando maximè possessor est in mora.*
6 *Interpellatio requiritur, vt quis constituatur in mora.*
7 *Mora non est, quando aliqua ratione motus, quis non restituit.*
8 *Iussu iudicis non soluens excusatur à pœna, & à periurio.*
9 *Actione pro socio, vel communi diuidundo quis non tenetur, nisi ad fructus, quos ex rebus communibus percepit, & ad id, quod fuisset consequutus.*
10 *Socius tenetur de dolo, & leui culpa.*
11 *Culpam allegans, ipsam probare debet.*
12 *Administrator quis in alienis diligens, vt in suis præsumitur.*

13 *Actio pro socio cessat in his, quæ sunt extra societatem.*

14 *Mora non interueniente, non potest quis condemnari ad interesse.*

15 *Creditur viro bono, & bonæ famæ.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

PRO Antonio Archangeli de Mondulpho Excellentissimus Iurisconf. D. M. maior meus honorādiss. (vt solet) subtiliter, doctè, & copiosè, & rectissimo, quo pollet iudicio consuluit, contraria quæque refutando, deinde dubitationes soluendo plenè, & verè respondit, totum processum recensendo, cunctaque rimando, ne quidem sillabam omittendo, & optimè quod Iaso. dicere solebat, vt aiunt, seruando, melius est videre processum, quàm studere digestis, ita quòd prò eo adhuc velle loqui, vix potest euitari, quin eadem repetantur: sed tanta euidens est iniquitas laudi contra eum lati, vt quisque etiam lippus possit eam inspicere, eamq; plusquam (vt ita dicam) mille modis demonstrandi nemini locus, vnquam deesse possit. quamobrē vltra aliàs allegata, in his quoque occurrit mihi, dictam iniquitatem ostendere : Primò quòd in dicto laudo dicitur condemnationes fieri contra dictum Antonium virtute focitæ contractæ inter ipsas partes, & successiuis temporibus tacitè renouatæ. & in consilio decisiuo, ex quo latum est ipsum laudum, fit principale fundamentum super societate vaccarum de anno 1540. contracta, & tacitè de quinquennio in quinquennium renouata, & continuata vsque ad annum 1556. allegando iura, & Docto. loquentes in materia societatis, & contra socios, quòd teneantur reddere rationem, etiam per scrupulosam inquisitionem, & contra eos possit iurari in litem, Excellentissimus D. M. prudenter considerat circa finem sui consilij nullibi in processu probatum esse vaccas, de quibus agitur, fuisse, & pertinere ad Dominam Lucretiam, quæ modo petit, & agit mediante curatore contra dictum Antonium, & quòd per hoc solum sumus in casu victoriæ, & ego quoque considero, quòd etsi probaretur dictas vaccas esse dictæ Lucretiæ, tamen sumus in casu victoriæ, quia nullum verbum in processu, & penitus nullibi probatur, societatem aliquam tacitè, vel expressè super dictis vaccis de aliquo tempore fuisse contractam inter dictos Antonium, & Dominam Lucretiam, nisi quòd ipse Antonius vigore monitorij fatetur ad relationem Ioan. Nicolæ, & Dom. Thadeæ scripsisse bona Ser Camilli in quadam lista, & quandam quantitatem vaccarum, quæ erant in manibus dicti Antonij, & quidam testes dicunt dictum Antonium habuisse bestias vaccinas à Dom. Thadea.

Et lista continens bestias nouem vaccinas esse penes dictum Antonium non probat, quia est fi-
1 ne die, † vt per Alexand. in simil. terminis in consi. 132. columna quarta. nume. 7. libro quinto. & per verba enunciatiua continet bona ibi descripta esse dictæ Lucretiæ, de quibus modò cum contingat principaliter disputari, dicta verba non plenè probant Alexand. consilio 21. nume. 8. libro 1. Deci. consilio 348. columna fina. Aymo. consilio 29. nu. 3. & Bero. consilio 67. columna septima. & sequen. nume. 33. libro primo. Sed ista non probant societatem inter dictum Antonium, & Lucretiam super dictis vaccis, quæ consensu contracta, & conuentionalis requiritur, vt detur actio pro socio. l. vt sit pro socio. ff. pro soc. igitur cessante societate prædicta, nunquam contracta cum dicta Lucretia, ces-
2 sat eius renouatio, & continuatio, quia † non entium nullæ sunt partes. l. à diuo pio. ff. de rit. nupt. & l. 1. §. primo. qui. mo. vsusfru. amit. & l. si seruum. §. primo. de action. empti. & successiuè cessant, & corruunt fundamenta in dicto consilio contrario adducta, quæ procederent contra socium, sic non
3 probata societate, † actorem debere succumbere. adducit Pau. de Cast. consilio 73. in causa, quæ vertitur. lib. 2. & Alex. d. consi. 132. lib. 5.

Et si diceretur dictum Antonium teneri actione reali, vt quilibet possessor, vel quòd à principio habuerit quatuor vaccas à Domina Thadea, vt aliqui testes dicunt : Respondetur, cum non teneri restituere dictæ Lucretiæ non probanti dictas vaccas esse suas. l. fina. C. de rei vendi. & §. commodū. institu. de interdict. & capitulo inter dilectos. in fi. de fide instrument. & non probanti se habere causam à dicta Thadea, quoad dictā Lucretiam agentem, ideo dictus Antonius (vt ita dicam) liberas ædes habet. l. loci corpus. §. penulti. si serui. vendi. Quatenus verò dictus Antonius teneretur restituere vaccas habitas à dicta Thadea, dicēdum est, eas cursu temporis ann. 18. longiori earum vita præsumi mortuas, & domino perditas, per ea quæ in simili tradit Corn. in consil. 186. columna secunda. versiculo. nec teneretur hæres. lib. 1. & Alexand. consilio 45. nume. 4. lib. 1. & Afflic. in decisio. 13. nume. 23. quoad fœtus, & fructus earum, & tantas boum collaticas, in quibus abundanti iniustitia fuit condemnatus ipse Antonius, manifestè apparet iniusta hæc condemnatio, quia nullibi apparet, & minimè verum est, dictum Antonium ex dictis vaccis habuisse, & percepisse tantos boues, & vaccas, & tantas salmas grani pro collaticis boum, vt in dicto de alienis multum liberali laudo legitur.

4 Et conuentus † actione reali etiā malæfidei possessor non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, dum absque culpa possessoris desinunt posse percipi. l. fructus non modo. & ibi Barto. Bald. & Ange. ff. de rei vendi. desinunt posse percipi culpa
5 possessoris, † vt teneatur de percipiendis, quando maximè possessor est in mora, vt probat Alexand. in consilio 39. colum. 1. lib. 2. per l. equis. & l. fructus. ff. de vsu. Sed dictus Antonius nunquam fuit in mora restituendi dictas vaccas, cum nulla inter-
6 uenerit interpellatio, † vt requiritur. per l. mora. in prin.

prin.ff.eo.& l.si ex legati. de verb. oblig. in terminis probat Alexand. consil.132. col.3. lib.5. supra allega.& Dec.consilio 516.nume.21. & mora non
7 est, † quando aliqua ratione motus quis non restituit.l.sciendum.ff.eod.de vsu.vt fecit dictus Antonius non restituēdo dictas vaccas,vt pareret sequestro sibi de eis facto de anno 1542.per Dominum Potestatem Mondulphi, vt legitur in processu, & facit regu. quod quis mandato iudicis.de regu.iur. libro sexto. & l.non videtur data.§.qui iussu. ff.eo. vbi Deci. tradit, quem iussu iudicis non soluendo,
8 † excusari etiam à pœna, & à periurio: cum alijs allega.ab Aymo.in consilio 233.num.2.& sequen. vbi etiam dicit,quem non debere inquirere de præcepto an sit iustum, vel iniustum? præceptum superioris pœnale excusat eum, qui tenetur facere. si non facit. probat Bero.consil.140. num.23.lib.1. De perceptis autem teneretur deducta impensa.gl. in l.cæterum. ff.de rei vend. perperam ergo,& iniquè fuit condemnatus ad tantas bestias bouinas, quas non habuit,& ad tantas salmas grani pro collaticis bouum, quas non recepit.

Secundò, & si essemus in materia societatis, seu socitæ, Tamen dictus Antonius actione pro socio non teneretur, vel communi diuidundo, nisi ad fructus, quos ex rebus communibus percepisset, &
9 ad id, quod fuisset consequutus, † vt probat text. in l. pro socio arbiter. & in l. & quicquid. ff. pro soc. & in l. si quis putans.§.primo.commu. diuidun. ad lucra, quę verisimiliter potuissent fieri inspecto eo, quòd alij diligentes potuissent communiter superlucrari non tenetur socius, nisi verè probentur facta lucra, nisi vel dolo, seu culpa leui socij probe-
10 tur fuisse omissum, & cessatum lucra fieri, quia † de dolo, & tali culpa tenetur socius.vt l. socius socio. & l.cum duob.§.damna. ff.eodem pro soc.hic non est allegatum, neq; probatum de aliqua culpa Antonij, ideo non tenetur ad lucra,quæ non probantur verè facta, & sic ad fœtus vaccarum, qui non probantur verè editi, vt in simili deducit, & probat Alexan.in consilio 47. columna quinta. versic. superest ad allegata. nume.15. & sequent. libro 1. licèt enim contra socium possit fieri scrupulosa inquisitio, vt adducit Dom. Consulens aduersarius, tamen id exponitur, vt habeatur ratio negligentiæ, vt sonant verba text. in l. si seruus vetitus. de lega.1. cum signatis ibi in glos. negligentia autem seu desidia socij accipitur, quòd socius teneatur nomine culpæ. d.l. socius socio. hic vt dictum est, non probatur de aliqua culpa dicti Antonij, vt de-
11 bet † probari ab allegante. l. quoties. ff.de probat. Alexand.consil.100.num.4.lib.1.& Aymo.consil. 151.num.11.

Quinimò (vt par, & commune est) præsumitur circunspectus, & bonus,& diligens,& fecisse,quod facere debuit etiam in bonis alienis per eum ad-
12 ministratis, † vt in suis facere præsumitur. capitulo super. de renuntiatio.l.cum de indebito.de proba. Bald. in consilio 305. libro quarto. & in l. cum ipse. columna secunda. versic. quæro lex. C.de contrahen. emptio. Ange.in l.sed si damnum.§.primo. ff. de pecu. cum similib. Ad id quod potuisset accipi ex collaticis boum, alia ratione etiam non tenetur faciens socitam vaccarum, quia id videtur extra fructus dictæ socitæ,& propterea cessare eius
13 petitionem,& actionem pro socio, † vt l.si id quod. in principio. ff.pro soc. vbi glo.nota. argumen.pro his qui dant vaccas in societate, quòd licèt moriatur vacca, remanet societas in vitulo ex ea nato, & ibi Bald. sequitur. & Salycetus dicit, quòd ita seruatur.

Præterea, & tertiò omnia per dictum Laudum danda dictæ Lucretiæ, videntur esse pro lucris, & interesse ipsius Lucretiæ, obuenientibus ex socita ob portiones quolibet quinquennio sibi contingentes non redditas, cum enim nulla mora dicti Antonij interuenerit, vt superius ostensum est, ipse Antonius non potest condemnari ad aliquod
14 interesse dictæ Lucretiæ. † per tex. in l.socium qui. in principio.ff.eodem pro soc. Quamobrem intrepidè censeo cum Excellentissimo præfato Domino Consulente dictum Laudum summam continere iniquitatem, & omnino corrigendum esse, & reducendum saltem ad id. quod dictus Antonius in sua reuelatione, & in suo libro apparens obtulit dandum, reuocato sequestro sibi facto, sufficientem sic rationem reddens de dictis vaccis alio con tra eum non probato. per glos. in l. cum de lege.ff. de probat. & Alex. consilio quadragesimoprimo. in fin. libro tertio. & Iaso.in §.item si quis in fraudem. num.70. & sequen.institu. de actio. Cessanteque societate inter dictos Antonium, & Lucretiam inita, & cessantibus ipsius Antonij mora, & culpa, & cum bonus, & bonæ famæ in processu probetur, propè est, vt affirmationi eius credatur.
15 † vt Iurecon. inquit. in l. non omnes. §.à barbaris. ff. de re milit. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.

CONSILIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

De legato facto Spurijs.

SVMMARIVM.

1 *Filij naturales propriè dicuntur, nati ex concubina domi retenta.*
2 *Coitus vxorati cum alia muliere dicitur damnatus.*
3 *Actori incumbit onus probandi illud, quod est fundamentum suæ intentionis.*
4 *Confessio testatoris in fauorem incapacis, non probat, & præsumitur facta in fraudem.*

5 *Patris, & matris dicto circa filiationem statur, donec probetur contrarium.*
6 *Spurij non valent legata eis facta consequi, nisi pro alimentis, & quatenus sufficiant ad alimenta.*
7 *Substitutiones facta in testamento in fauorem spuriorum, non valent.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



VISO testamento Do. Oliuerij, consultus de viribus legatorum factorum suis filijs spurijs, respondi hos filios, etsi à testatore naturales appellantur, non tamen propriè dici naturales, cum nati non
1 sint ex concubina domi retenta, † vt requiritur per text. in §. consideremus. in authen. de tri. & semi. & ibi Angelus, & Azo.in Sum. C.de natu. lib. Nec etiam tales debent præsumi, vt probatio in contrarium fiat ab aduersario, vt tradit Aymo. consil. 165. Quia ex testamento ipso liquet, Dom. Oliuerium habuisse vxorem, & non esse solutum, & consequenter eius coitum, cum alijs mulieribus esse
2 damnatum. †Bartol.in l.fina.columna prima.ff.de his, qui vt indign. & Salycet. in l.1. C. de adulter. & Gozadi. consilio 21. ad nume.24. & filios procreatos ex alijs, non posse dici de iure suos naturales, vt latè tradit Iud.à Sardin.in tracta. de natu. lib. in parte secunda. §.primo. & diuersa confessio testatoris nominantis eos naturales, non facit eos naturales, qui non sunt de iure. per nota. in l. ornamentorum. de auro, & argento legato. & per Aymo.consilio 262. columna penultima. cum ipsi filij volentes sibi solui legata ab hærede, futuri sint
3 actores, eis † incumbit onus probandi, quod est fundamentum eorum intentionis, scilicet eos de iure dici naturales, & capaces esse dictorum legatorum.per l.2.ff.de probatio.& per not. in l. neque professio. C.de testa. & in l.non ignorat.qui accus. non pos. Roland.à Val. consilio fina. nume. 21. &
4 sequent. lib.2. accedente quoque eo, quòd † confessio testatoris in fauorem incapacis non probat, & præsumitur facta in fraudem. l. qui testamentum. ff.de probatio. & l.cum quis decedens. §.Titia. & ibi Barto.de legat.3. Hoc autem intelligendum est repplicando & probando se tales, dum ex aduerso opponi & probari contrarium tentatur, nam quales nominati à testatore, & constituti in quasi quale possessione filiationis fuerint, tales interim præsumuntur, donec contrarium fuerit oppositum & probatum, quia statur dicto patris &
5 matris † donec probetur contrarium, dicit glo. fin. in cap. transmissæ.& Abb.in cap.per tuas.columna penultima.versic.ad secundum vero.qui fil.sint legitim. & Bald.in consilio 437.filius habebat.columna prima.numero 4.5.lib.5.& Bartol.in l.prima. §.item per contrarium. de liber.agnoscend. & post ali.Felin.in capitulo per tuas. columna fin. de probatio.& Bero.consilio 19. columna secunda. num. 7.lib.2.& sequent. & Cephal. consil.48. nume.10. 11.& sequent. & Bero.consilio 161. nume.21. d. lib. 2. Esto tamen quòd dicti filij, vel aliquis eorum diceretur, naturalis, non possent cum Dorothea eorum matre. Ioan. Ascanio filio legitimo & naturali existente, consequi legata eis facta, nisi quantum sit pro vncia, id est duodecima parte hæreditatis. D.Oliuerij. vt.§. discretis. in authentic. quibus modis natur.effici. sui. & authentic.licet. & ibi docto.C.de natur.lib. Et auditur, legata prædictis facta capere tertiam partem dictæ hæreditatis, & vltra, Quod neqnaquam permissum est.

Verum posito, quòd spurij sint filij, non valent
6 legata eis facta consequi, nisi pro alimentis. † Et quatenus sufficiant ad alimenta. cap. cum haberet. & ibi Canon. de eo qui dux. in matri. Barto.& doctor.in authentic.ex complexu. C. de incest.nupt. Abba.consilio 115. lib. secundo. Capy.in decisio. 181. & Gualden. de arte testan. tit. de his qui non hab. fact.testa. cau.14. nu. 13. & pecunias legatas non possunt habere etiam ad alimenta, nisi præstent cautionem, post eorum mortem de eis restituendis Ioan. Ascanio filio legitimo, & hæredi Domini Oliuerij, vel ponantur in sequestro, vt sint tutę pro dicto hærede, vt in terminis comprobat Aymo. in consilio 219.in quarto dubio, minus va-
7 lent substitutiones factæ in eorum fauorem† in dicto testamento, vt per Barto. in l. quod conditionis.ff.de donatio.caus.mort. & per Ange.Areti. in tracta.de testam.in gloss.68.& sequent. & Ioan.de Anan.consil.91. Ita breuibus puto de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XIX.

ARGVMENTVM.

Quando mora dicatur in alternatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua inducit incertitudinem.*
2 *Mora cessat in incertis, & non liquidis.*
3 *Debitor frumenti non accedendo ad domum creditoris excusatur, & per lapsum dies non constituitur in mora.*
4 *Qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*
5 *Solutio præsumitur facta ex causa præcedentis obligationis.*
6 *Voluntas etiam factis declaratur.*
7 *Mora cessat in eo, de quo non datur petitio*
8 *Mora dicitur commissa super petito.*
9 *Creditori si potest imputari ad moram in eligendo, pœna eius est, quod electio translata est in debitorem*
10 *Obligationis principalis causa prius est inspicienda.*

Frumen-

11 *Frumentum cum datur, vt restituatur pecunia, est venditio.*

12 *Mutui natura si alteratur, vt non restituatur idem genus, alia causa efficitur.*

13 *Venditio sine certo pretio non valet.*

14 *Contractus venditionis, & emptionis substantialia non possunt conferri in solum arbitrium venditoris, seu emptoris.*

15 *Rebus duabus alternatiuè promissis, si vna deficiat, adempta est electio, & in altera remanet obligatio, & solutio.*

16 *Interpellatus constituitur in mora per lapsum diei.*

17 *Attendi debet, quod principaliter agitur.*

18 *L. In vendentis. C. de contrahen. empt. non habet locum in alternatiua respiciente contractum stricti iuris, & qui re contrahitur.*

19 *Contractus vnus quando, & quomodo possit ex conuentione partium conuerti in alium.*

20 *L. Magnam. C. de contrahen. empt. in quibus terminis loquatur.*

21 *Mora debitoris dicitur, quando differt satisfacere creditori in his, quæ scit, vel scire debet se debere.*

22 *Debitor sibi imputet de promissis, & de eo, quod effuso sermone loquutus est.*

23 *Debitor si promisit mutuanti reddere frumentum, vel æstimationem quantiplurimi, vtrum volet, poterit conueniri à creditore ad frumentum, & ad æstimationem quantiplurimi officio iudicis, non obstante, quod ad æstimationem haberet actionem ex pacto electam. & datur ratio.*

24 *Volenti imputandum est.*

25 *Certum quid esse per relationem, sufficit.*

26 *Mutuum debet restitui in eodem loco, in quo fuit habitum, sine alia impensa creditoris.*

27 *Res vna potest pro alia solui, volente creditore.*

28 *Arbitrio nunquam præscribitur.*

29 *Dependens ex potestate alicuius retro non trahitur.*

30 *Tempus illud spectandum est, quo dispositio sortitur effectum.*

31 *Iactatio manifesta non est præsumenda.*

32 *Terminus cõuentionalis habet vim peremptorij, etiam debitore ignorante.*

33 *Mora dicitur remissa, per acceptionem partis crediti.*

34 *Contractus emptionis, vel emphyteusis est indiuisibilis.*

35 *Lucrum remittens dicitur donare.*

36 *Mercatorum æquitas dicitur æquitas cerebrina.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Obilis & celeberrimus Iurisconsultus, & meritiss. uostri Principis Consiliarius Dom. Potestas Vincentius Zacchæus de Spoleto meus obseruandiss. subtiliter, & copiosè more suo, ac prudenter scripsit in causa vertente inter Cameram Ducalem, & Bartholomæum Baldissiuum Senogallien. De grano autem loquens, ita omnes veluti messor optimus collegit spicas, quòd post eius terga sola palea potest inueniri, & inanis stipula, Et ideo volens post eum in eadem causa loqui vix potest vitare quin eadem repetat, quæ commodius cum nequeant repeti, quàm dicta fuere, nil aliud superinde scribendum esset, nisi vnico verbo eadem affirmare: Vt quæstionis, quæ pulchra, & subtilis est titulum tamen cognouisse videar, dicã breuiter, quæ mihi occurrunt. Quæstio principalis videtur: An dies statuta Baldassino debitori ad restituendum Principi nostro, vel suis ministris totum frumentũ mutuo receptum, & reddendum per totum mensem Decembris, anni 1557. vel in tanto alio grano bono, & recipienti, vel eius æstimationem currentem arbitrio præfati Illustrissimi interpellet, & eius lapsus constituerit Baldassinum debitorem in mora: vt teneatur ad æstimationem frumenti quanti plurimi creuerit post dictum mensem Decembris.

Quod non interpellet, & non sit mora inducta,
pro defensione debitoris principaliter adducitur,
quòd debitum grani alternatiuè soluendum in tan
to grano, vel eius valorem arbitrio creditoris, sit
quodammodo incertum ante electionem credito-
1 ris, † vt incertitudinem inducit alternatiua. l. prætor. §. quod autem. & ibi nota. glos. ff. de iniur. &
vt alternatiua locorum solutionis fiendæ remissæ
(sicut ista de qua agitur) electioni creditoris. l. 3. §.
qui stichum. ff. de eo quod certo loco. nõ facta de-
claratione creditoris, impediat ne debitor consti-
tuatur in mora per lapsum diei, vt scribit Alexand.
consil. 45. colum. fina. lib. 5. in simili quæstione re-
fert, & sequitur Hierony. Cagno. in l. 2. nume. 119.
C. de rescinden. vend. generali doctrinæ acceden-
2 te, quòd † in incertis, & non liquidis cessat mora.
vt per Bald. in l. acceptam. in sexta oppositio. C. de
vsuc. & Afflic. in decisio. 205. vt incertitudo etiam
apparet in instrumento debiti, non continente cer-
tam quantitatem frumenti, vt requiritur. per l. cer-
tum. si certum petatur. & l. stipulationum. de verb.
obligatio. & eo accedente, quòd in conducendo
frumentum ad domum creditoris, requiritur im-
pensa, & labor, quam impensam tenetur facere cre-
ditor, ideo debitor frumenti non accedendo ad
3 domum creditoris excusatur, † & per lapsum diei
non constituitur in mora: secundum Pau. de Cast.
in l. item illa. in l. fina. princ. de constit. pecu.

Secundò pro debitore adduci potest, quòd stan
te dicta alternatiua de mutuo frumenti restituen-
do, vel in frumento, vel in valore currenti arbi-
trio creditoris, & intelligitur de valore currenti,
id est, communi, vt communiter currebat de di-
cto mense Decembris, in quo debebat fieri satis-
factio, sic alternatiuè ex partium cõuentione, quia
4 † qualitas iuncta verbo, &c. l. in delictis. §. primo.
de noxa. actio. cum vulga. cum reperiantur plures
solutiones per Baldassinum ministris Illustrissimi
in pecunijs factæ post dictum mensem Decembris
in diuersis mensibus, præsumuntur quidem factæ
5 ex causa præcedentis obligationis. † Barto. in l. so-
lent. columna prima. versiculo ego dico. ff. de of-
ficio proconsul. Paul. de Castr. in consilio 182.

colum.2. versicu. tertio videtur. lib.1. etiam si sit
diuersitas summæ. Aymo. consil. 158. nume. fina.
cum autem præcessei ir obligatio etiam prætij di-
cti frumenti solnendi, videtur facta declaratio pro
creditore ex dictis solutionibus pluribus pecunia-
rum, vt solui debeat frumentum, non in frumen-
6 to, sed in valore, & pecunia, quia † etiam factis de-
claratur voluntas.l.Paulus.ff.rem rat.hab. ex factis
quoque posterioribus. Bald.in l.demum.colum.1.
in fin.C.de rei vend. Alexan.(si eius est.)consi.52.
nume.23. lib.4. & quòd concludi possit in obliga-
tione post dictum mensem Decembris facta ele-
ctione in pretio, non frumentum, sed pretium fuis-
se solum. l. stichum.in prin.de soluti.ideo non pos-
se amplius peti frumentum, sed pretium currens de
dicto mense Decembris, ne variari contingat. glo.
magna.circa medium.in l.quicquid astringẽdæ. de
verborum obligatio.quam sing.dicit Alex. cõs.55.
colum.penult. versicu.non obstat, ꝙ libellus. lib.5.
7 in eo igitur † de quo non datur petitio cessat mo-
ra.l.si pupillus.de verborum obligatio.& quod de-
bitor scit, vel scire potest se non debere, à contra-
rio sensu probat.l.quod te.ff.si certum petatur.

Tertiò quando alternatiua est in electione cre-
ditoris, requiritur ad moram cõmittendam, quòd
creditor vnũ eligat, & petat, & super petito dicitur
8 mora commissa † per d.l.stichum.tradit Salyc. in l.
mora. colum.5. versicu. Item iuxta prædicta. ff.de
9 vsu. vbi etiam subdit, quòd † si potest imputari ad
moram creditori in eligendo, pœna eius est, quòd
electio translata est in debitorem. per l.fin.§.sed &
si quis.Cõmu.de leg. & magis sibi debet imputari,
quòd post eius moram non elegit, & super electo
debitorem non interpellauit: Videtur quoq; in ca-
su isto creditorem remisisse moram ob solutiones
pecuniarum acceptas post diem soluendi totũ cre-
ditum, per ea quæ tradit Rui. consil.155. nume.6.
lib. 5. ex quibus videtur concludendum hic mo-
ram non esse commissam, & Baldassinum non te-
neri ad æstimationem frumẽti quantiplurimi fue-
rit post dictam diem cessam.

Contrarium autem puto verius, & idem sentio,
cum præfato excellentissimo Domino Consulen-
te, præmittendo vt ipse sapienter exorditur, quòd
10 principalis causa obligationis † quæ prius est inspi-
cienda. l. tutor.ff.de fideius. & de qua agitur, est ex
mutuo, vt ex præfatione instrumẽti superinde con-
fecti cognoscitur, ibi, cum sit quòd Do. Bartholo-
mæus Baldassinus, &c. sit mutuaturus, & acceptu-
rus mutuo, &c. ex qua præfatione deprehenditur
contractus inter partes initus.l.Titia.& glo.in l.tri-
ticum. de verborum obligatio. & inspicitur ex eo,
quòd restitutio frumenti habiti fienda esset, vel in
tanto alio grano bono, & recipienti, vt in mutuo
propriè idem genus restitui debet. l.2.in principio.
si certum petatur. quatenus vero adijciatur parti-
cula alternatiuè, vel eius prætium, & valorem cur-
rentem arbitrio præfati Illustrissimi, ex hac incidi-
tur in contractum emptionis & venditionis, men-
tione prætij habita. glo.in l. cum dotem.C.de iure
dot.cum concordan.allega. à Tiraquel. de retract.
titulo primo.§. primo. glos.11.nume.1. quia si da-
tur frumentum, vt restituatur pecunia, est vendi-
11 tio, † vt per glos. in d.l.2.§.1.& ibi Barto. nume.8.
& cæteri sequuntur, & Rip.in d.l.2.in princ. nu.35.
& quoniam in specie proposita à principio fuit sim
plex, & perfectum mutuum cum tantundem etiam
restituendum sit, licèt alternatiuè, vel prætium, &
non potuisset esse simul mutuum, & emptio, quia
ex ipso mutuo res mutuata effecta est recipientis.
d.l.2. §. appellata. & amplius non posset effici sua.
§. sic itaque. instit.de actio. cum simil. saltem stan-
12 te causa mutui, † cuius natura si alteratur, vt non
restituatur idem genus, alia causa efficitur, vt per
glo. & Docto. in d.l.2. §. primo. Cum enim in re-
stitutione frumenti mutuati receptio, vel in tanto
frumento, vel in prætio, & valore, & sic in hac vl-
tima parte alternatiuæ ineundi contractum vendi-
tionis sit posita, & collata in arbitrio creditoris,
hæc quidem vltima particula alternatiuæ inualida
13 est, & nullius efficaciæ, quia venditio † sine certo
prætio non valet. §. prætium.institu. de emptio. &
venditio. nõ declarando per certam personam ex-
tra contrahentes. glos.& Castren. in l.si merces. in
princip. ff. loc.

14 Et quia † substantialia contractus venditionis,
& emptionis, & sic ipsum commercium non pos-
sunt conferri in solum arbitrium vẽditoris seu em-
ptoris. per text. in l.in vendentis.& ibi glo.& Do-
ctor. tradunt. C.de contr. empt.& in l. quod sæpe.
§.primo.ff.eodem. vbi etiam probatur si intellige-
retur de arbitrio tali conuenienti bono viro, vt di-
cit Alexand. in l. à Titio. de verborum obligatio.
& Aret.in §.emptio.institu.eodem.de contr.empt.
& etiam si res esset tradita, & penes emptorem, vt
per Bald. in d.l.in vendentis.columna 2. in quinta
oppositio.& ibi Salicet.sequitur, ideo hæc particu-
la vltima alternatiuæ de recipiendo valorem, &
prætium, habetur pro non adiecta. l. sub hac. ff.de
actio. & obligatio. & remanet sola particula pri-
ma alternatiuæ in obligatione, & solutione fru-
menti in tanto simili frumento: argumen.l. si quis
ita stipuletur. de verborum obligatio. & l.3.§. pri-
mo.de eo quod certo loco. cum similibus. Iuribus
15 volentibus † de duabus rebus alternatiuè promis-
sis, si vna deficiat, ademptam esse electionem, &
in altera re remanere obligationem, & solutio-
nem, & paria sunt, quid non esse, vel nullum, &
inefficax esse. l. quotiens. & ibi Soci. & Ias.not. ff.
qui satisd. cog. cum vulg.

Cum ergo quilibet scire iura teneatur, & præ-
sumitur. l.leges. la secunda. C.de legi. Baldassinus
sciebat, vel scire debebat, quod idem est.per l.quod
te. si certum petatur. se duntaxat remanere obli-
gatum ad restituendum granum, habitum in si-
mili tanto grano, non restituit integraliter, vt
promisit, ideo est in mora absque vlla tergiuer-
16 satione constitutus, † per lapsum diei interpellatus,
per vulg.d.l.magnam.de contr. & commit.stipu.& l.
vinum. & ibi Doct. si certum petatur. vt teneatur
ad

ad bonitatem frumenti non soluti, vel restituti ex-
trinsecam, scilicet æstimationem quanti plurimi
fuerit à die moræ; & si dicatur, cur potius prima
de recipiendo granum, quàm de prætio alternati-
ua dicatur valida, cum vtraque dependeat ab arbi-
trio creditoris.

Respondetur, quòd in prima ambo contrahen-
tes consenserunt, cum principalis eorum intentio
esset in contrahendo mutuum, vt procemium in-
17 strumenti sonat, & quod principaliter agitur † at-
tendi debet. l. Aristo. ff. de donatio. Iaso. in l. si quis
nec causam. in princ. colum. 3. si certum petatur. de
natura restitutionis mutui erat reddere mutuum in
eodem genere. d. l. 2. ergo in hoc ambo consense-
re, per regulam qui vult antecedens, &c. faciunt di-
cta per Alexand. in consil. 103. sub nume. 6. lib. 2.
& per Aymo. consilio 186. sub nume. 9. Sed in se-
cunda non sic est, quia debitor contra naturá mu-
tui cogitur reddere in alia specie, & soluere præ-
tium, quod designat alium contractum emptio-
nis diuersum à principali contractu mutui, & sic
emere cogitur arbitrio creditoris, qui non posset
cogi ad vendendum, meritò hæc vltima alterna-
tiua inualida est. per regu. d. l. in vendentis: & quia
per primam liberatur debitor à contractu mutui,
& fit distractus, quod non prohibetur poni in ar-
bitrio creditoris, & per secundam soluendo præ-
tium cogitur emere, & nouum inire contractum,
quod non potest, vt dictum est, effici arbitrio ven-
18 ditoris, & quia † in prima alternatiua respiciente
contractum stricti iuris, & qui re contrahitur, non
habet locum d. l. in vendentis. secus est in secunda
respiciente contractum bonæfidei, & qui consen-
su perficitur, vt tradit Deci. in l. certi cōdictio. §. si.
in fin. si certum petatur. & quia secunda incerta est
inualida, & remanet prima valida, quæ certa est.
l. tutor. §. ab aulo. & ibi Ange. ff. de vsu. itaque re-
manet firma conclusio, ex solo mutuo frumentum
esse in obligatione, & solutione, reiecta alternati-
ua obligationis, & solutionis prætij vti incerti, &
facientis emptionem, & venditionem voluntate
sola vendentis, quod iure reprobatur, & proce-
dunt superius dicta.

Secundò, etsi possit conuentione partium ab ini
19 tio inita, vnus contractus conuerti in aliū. † ad not.
in l. singularia. si certum petatur. Tamen quando id
dependeret à voluntate, & facto vnius, donec nō
appareat hunc voluisse, & fecisse huiusmodi con-
tractus conuersionem, idq; certum non sit, nō con-
tractus conuertendus, sed primus viget, & attendi-
tur. probat text. in l. quod si ab initio. ff. eodem. si
certum petatur. & ibi Alber. de Rosa. ita in propo-
sito vsquequo certum non est Illustriss. velle præ-
tium frumenti, remanet mutuum, & ex eo fieri de-
bet restitutio in simili frumento, dies pariter ad il-
lud restituendum præfixa interpellauit, & successi-
uè in moram constituit Baldassinum per d. l. ma-
gnam. cum alleg. qui ideo ne incideret in moram
durante die, vel post diem cessam poterat, illud in
quantitate habita liquidum offerre, omissa etiam
oblatione prætij nō liquidi, & incerti, vt dicit Bal.
in d. l. acceptam. in 6. opposi.

Tertiò non absurdū existimo, quòd quis se obli-
gans ad duo alternatiuè, electione collata credi-
tori, soluenda ad certam diem, non facta etiam alia
electione per creditorem, per lapsum diei incidat
20 in moram, per generalem † dispositionem. d. l. ma-
gnam. quæ generaliter loquitur, quando quis cer-
to tempore facturum se aliquid, vel daturum stipu-
letur, vel quæ stipulator voluerit, promiserit, &cęt.
ideo generaliter debet intelligi. per vulg. nam de-
bitor scire debet ista duo se debere, quia vtrunque
alternatiuè promissum est in obligatione. l. illud.
de constitu. pecu. & l. si duo rei. de verborum oblig.
21 & mora debitoris dicitur, † quando differt satisface
re creditori in his, quæ scit, vel scire debet se de-
bere. per not. in l. quod te. si certum petatur. & pro-
pterea ne incidat in moram promissorū, debet sua
die offerre creditori duo alternatiuè obligata, quia
talia à principio posse facere professus est, vt tem-
pore solutionis creditor eligat, quod velit, & in eo
fiet solutio, vt vnum de alternatiuè promissis sol-
ui debet. per glo. in d. l. illud. sibi enim imputet de-
bitor, qui talia promisit, & sic effuso sermone lo-
22 quutus est: † argumen. l. fina. in fi. C. de dot. promis.
& l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan.
& not. per Aymo. in consilio 129. nume. 10. quòd
electio creditoris cessans, non sit quæ debitorem
excuset à mora, inducenda saltem per lapsum diei,
probatur per doctri. Barto. in d. l. stichum. in princ.
colum. 1. versicu. habes ergo hic. ff. de soluti. dicen-
tis, quòd vbi electio est creditoris, & vna ex rebus
perijt post electionem, & post moram, quādo cre-
ditor habet facultatem variandi, poterit variare, pe
tendo viuentem, vel mortui æstimationem, vt ibi
per eum: ecce ergo quòd variatio, quam potest fa-
cere creditor in eligendo, & non reddere debito-
rem certum de certa re electa, non impedit debi-
toris moram, & eius effectum: satis quidem me in-
ducit in hanc sententiam, q Soci. si eius sint, in suis
reg. & fallen. in regula 90. ponit hanc, q dies regu-
lariter pro homine interpellat, & inter fallētias nō
ponit istam de debitore obligato alternatiuè ad ele
ctionem creditoris, eandem regulam ponit Baueri.
in repet. l. si ex legati causa. de verb. oblig. in 2. part.
inserta. in 16. tomo tractuū, & ad eam facit 12. fal-
lentias, inter quas non est aliqua releuans & faciēs
ad casum nostrum, ad illam verò locorum superius
in contrarium adductam statim respondebo.

Præterea in similibus terminis. Bald. in d. l. vinū,
col. pen. versic. Sed quid si promisi. ponit hanc quę
23 stionem, † quòd si debitor promisit mutuanti red-
dere frumentum, vel æstimationem quantiplurimi,
vtrum volet, poterit cōueniri à creditore ad frumē
tum, & ad æstimationē quantiplurimi officio iudi-
cis, non obstante, quòd ad æstimationem haberet
actionem ex pacto electam, quia istud pactum in
fauorem creditoris inductū non debet in eius odiū
retorqueri. ita in specie proposita concludendum
videtur.

Non refragantur cõtraria superius adducta, quæ
licet reuera sublata sint per præfatum Excellentiss.
D.Consulẽtem, & per superius allegata, tamen sin-
gillatim ad quæque respondendum duxi, ut omnis
scrupulus cesset, & auferatur. iuxta l.3. C.de inter-
dict.matr.

Primum de incertitudine ob alternatiuam, tolli
24 tur, quia sic voluit promittere debitor, † & volenti
imputandum est. argumen. l.cum donationis. C.de
transact. & l.2. §.fi.ff.si quis cauti. & scire debebat,
vtrumque esse in obligatione. d.l.illud. quando de
mum ante diem nata est obligatio, ita loqui d.l.ma
gnam. dicit Dec.in consil.2.col.3.sub nu.5. id vide
tur procedere in alternatiua rerum, in alternatiua
vero locorum diuersorum traditur per Alexand. &
alios in contrarium allegat. quòd creditor debet
eligere, & adesse in vno certo loco conuento, vt de
bitor ibi nõ seruans promissa, sit in mora. hoc facit
diuersitas locorum, quia dum in vno est loco, debi
tor non potest esse in altero. argumẽ. l.filium. de his
qui sunt sui uel alie. iur. erat quoque in casu, de quo
agitur, certitudo frumenti per Baldassinum habiti
& recepti ante dictum mensem Decembr. ad quod
frumentum recipiendum se refert in dicto instru-
mento, & sufficit, quid certum esse per relationem.
25 † vt per doct. in d.l.certum. & de hoc non sit dubiũ
inter partes, ergo debebat certum & liquidum of-
ferre dimisso incerto, vt dictum est, præsertim so-
lo frumento existente in obligatione & solutione,
Quod cum habuerit in ciuitate Senogalliæ, & de
ea sit debitor, actum intelligitur, vt in ea fieret solu
tio. Alexand.in d.l.vinum. col.2. & ibi nunquã de-
sunt ministri Illustrissimi semper parati ad accipien
dum credita cameræ ducalis, & ratione dignitatis
personæ creditoris. per not. per Barto.in l.1. de ali.
& cib. leg. & ratione loci, in quo fuit habitum mu-
26 tuũ debebat illud restitui † in eodem loco sine alia
impensa creditoris. per no.in d.l.vinum. meritò ces
sat hic quod dicit Cast.in d.l.item illa. in fi.princ.

Secundum quoque non obstat, quia ex illis re-
ceptionibus pecuniarum, per ministros habitarum,
non potest vlterius inferri, nisi quatenus actum est,
nec vlterius extendi. l.1. §.si quis hoc interdicto. de
iti. actuque pri. & l.fina. C.ne vx. pro mar. hoc. s.in-
27 ferri potest, quia † vna res potest pro alia solui, vo-
lente creditore. l.2. §.1. si cert. peta. & l.pen. de præ-
script. verb. quòd dictæ solutiones pro rata cedere
debent ad diminuendum debitum frumenti, inspe-
cto precio currenti eo tempore, quo iste solutiones
fieri contigerunt. l.1. C.de soluti. & ibi glo. in verb.
tempore. Posito enim, quòd esset in potestate credi
toris accipere frumentum, vel precium, potuisset nõ
incepto iudicio semper variare. l.si quis stipulatus
28 sit stichum. de verborum oblig. quia † arbitrio nun
quam præscribitur. Petr. Gerar. in sing.27. libero. &
particularis solutio non potest fieri eo inuito. l. tu-
tor. §.lucius. ff.de vsu. accipiendo quidem particula
res solutiones in pecunia, intelligitur accipere pro
rata precij frumenti, quod esset successiuis tempori
bus, quibus fuerunt ipsę solutiones factæ, & non re
feruntur retro ad precium currens de mense Decẽ-
bris. per reg. l.penult. ff. quæ res pig. obli. pos. quod
29 enim ex potestate alicuius dependet, † retro nõ tra-
hitur. ad idem l.1. & ibi Bart. & Ange. ff. qui pot. in
pig. hab. & l.quidam cum filium. §.fina. de verborũ
obligat. & cedere debent istæ solutiones in causam
debiti frumenti certi & liquidi, non vero eius pre-
cij currentis de mense decembris, in certi, & non li
quidi. l.1. & ibi gloss. in ver. controuersiam. & doct.
ff. de soluti.

30 Circa tempus solet dici, illud † spectandum esse
quo dispositio sortitur effectum. Bald.in l.penul. ff.
de testa. tu. Alexand.in l.diuortio. §.si vir. num.11.
solu. matrim. & in consil.143. in princip. li.6. Aym.
consil.212. sub nume.3. & seq. Sic igitur pro parte
soluta sequitur liberatio, in reliqua autem remansit
obligatio. l.si stipulatus sum mihi. ff. de soluti. Cum
enim potuisset creditor de mensib. Ianu. Feb. Mart.
April. & Maij, & Iunij, exigere frumentum, & ven-
dere maiori precio, nemo sani capitis dicet, nec se-
cundum terminos. d.l.1. de solut. arbitrabitur, eum
elegisse in his singulis mensibus accipere pecunias
ad rationem precij longè minoris, quo de mense
Decembris frumentum vendebatur, & de quo non
fuit tunc facta certa conuentio, nisi quòd restitu-
tio frumenti vel in grano, vel in precio fuit remissa
arbitrio creditoris, fuisset enim manifesta iactatio,
31 quæ non est præsumenda † vul. l.cum de indebito.
ff. de probati. & quam ministri Cameræ non potuis
sent facere. l.1. §.denique. ff. de offi. procu. cæs.

Tertium etiam remouetur per allegata supra pro
hac parte, & quia Saly. in d.l.mora. loquitur in mo
ra inducenda per interpellationem factam à credi-
tore. hic sumus in mora inducta per lapsum diei, cui
32 & debitor ab initio consensit, ideo, efficacior est
terminus cõuẽtionalis, & habet vim peremptorij,
etiam debitore ignorante. secundum Bald.in d.l.vi
num. col. pen. & Dec.in d.l.quod te. in fin. & Ias.in
d.l.si ex legati. col.4. sub ver. in ea glo. de verb. obl.
vt creditor nõ potest hic dici vnquam fuisse in mo-
ra eligendi, cum semper potuerit variare, & præscri
ptum nõ sit suo arbitrio eligendi, vt dictum est, ali-
qua variationem impedientia nõ interuenerint, de
quibus per Bar. & alios in l.cum qui certarũ. §.1. de
de ver. obl. Tempus vero per totũ mensem Decẽb.
præfixũ debitori operatur suo lapsu moram debito
ris, non creditoris ad aliquid faciendũ, ne dicatur
dinersos effectus simul operari, contra no. in l.lega
ta inutiliter. de leg.1.

Postremò nõ obstat ꝙ dicatur mora remissa per
33 acceptionem partis crediti. † vt per Rui. in d.consi.
155. nu.6. li.5. quia Rui. mouetur à simili in lege cõ
missoria. per l.de lege. & l.post diẽ. ff. de leg. cõmis.
& per receptionẽ pensionis de re quæ inciderit in
commissum, in quibus casibus ideo sic disponitur,
quoniam factum ẽt pro parte oĩno est incõparabi-
le cum altero, & contrariatur ad totũ, quod est indi
uisibile, indiuisibilis est.n. cõtractus emptionis vel
34 emphitheusis. † ad not. per Bar. & alios in l.græce.
§.illud. ff. de fideiuss. & ꝑ Bal. in l.si plures. C. de cõ-
di. in-

di.inser.& nō pōt nisi in totum ei stari, vel ab eo re
cedi, secus est in debito quantitatis,& diuisibili,qđ
pro qua parte fuerit solutū remitti facit moræ effe-
ctum,& in reliqua parte crediti nō soluta remanet
mora,cuius est effectus diuisibilis,vt est ipsa quanti
tas debita,probatur per tex.in l.centū.ad fin. de eo
quod cer.lo. & ibi gl.fi. sic ad nostrum propositum
allegando Butr.& Abb.in ca.suā.de pęn.firmat idē
Rui.in cons.198.nu.2.li.j.dicens ipse,& ratio est in
promptu, quia quo ad partē non solutam mora nō
est purgata,sed quoad i llā adhuc durat.pręterea mi
nistri camerę no potuissent facere hmōi remissionē
in præiudicium cameræ. vt de procuratore dr̄ per
Alex.cons.66.circa fi.lib.7.ea quoq; ratione, quòd
35 remittere etiam lucrum, dr̄ donare † p plura alleg.
à Dec.consi.402.nu.5.quod istis ministris prohibe
tur,vt d.l.1.§.deniq;. de off.procur.cæs. ex quib.&
satis superq; alleg.per pręstantiss.D.Consulentem,
cum excell.sua eiusdē sum sententiæ,q frumentum
mutuo habitū debeatur, habita rōne æstimationis
quantiplurimi fuerit à die moræ,cōpensandis eadē
rōne solutionibus factis ,idiotarū mercatorum opi
nionibus reiectis , p̄sumentium de iure respondere
36 ex eorū æquitate cerebrina , † cōtra quos iuehit &
no.Cast.in l.j.in 4.not.de iust.& iu. & Ias.in l.qđ si
Ehpesi.§.1.ad fin.post Alb.de Ros. ibi.de eo,quod
cer.lo. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XX.

ARGVMENTVM.

Quòd pronepos non veniat in inuestitura etiam ex verbis,vsque in eius tertiam generationem,& alia in materia.

SVMMARIVM.

1 *Verba emphyteusis,eius & completam, an contineant pronepotem.*

2 *Consuetudo interpretatiua concedentis emphyteusim attendenda est.*

3 *Manifestum est, quod multitudine testium comprobatur.*

4 *Consuetudo interpratatiua valet pro verborum contrahentium interpratatione, etiam non formiter præscripta.*

5 *Statutum declarans porrigitur ad præterita non decisa & finita.*

6 *Consuetudinis,& statuti eadem vis,& potestas est.*

7 *Canonici quo casu sint idonei testes in causa emphyteusis seu rei, cuius sunt directi domini.*

8 *Conditio debet impleri in forma specifica.*

9 *Pronepos in emphyteusi non venit appellatione nepotis.*

10 *Instrumenti ex aliqua particula qui nititur, debet clarè probare eius intentionem, aliàs succumbet.*

11 *Contrahentes in contractibus emphyteuticis exprimentes vnum gradum, censentur non expressum excludere.*

12 *Sermonis geminatio & reiteratio magis ostendit enixam voluntatem disponentium,& eam declarat,& firmat.*

13 *Pronepos an comprehendatur in tertia generatione ob dictionem eius,vel ipsius,discutitur.*

14 *Bona ecclesiæ in emphyteusim dare solitum est vsque in tertiam generationem.*

15 *Verbum generatio, verbale accipitur actiuè & passiuè.*

16 *Casus specialis non debet ad consequentiam aliorum trahi*

17 *Ius quæsitum,etiam ex pacto & facto alieno, alicui auferri,est irrationabile,& contra ius.*

18 *Arbitrio iudicis remittitur, an consuetudo sit rationabilis,vel irrationabilis.*

19 *Dicta notarij scribentis, testes deposuisse,prout alius talis testificatus est,non valent.*

20 *Probatio dubia & non concludens reijcitur.*

21 *Renouatio inuestituræ in præiudicium alicuius personæ habentis potiora iura facta, non valet.*

22 *Absolutio ab expensis fit ob probabilia dubia in causa.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

DVbia videtur lis, & quæstio diu vertens inter Dominam Camillam, quondam Petri Francisci Iuliani Vignalensis de Vrbino actricem, & Gabriellem quondam Nicolai pronepotem dicti Petri reum conuentum, vt cognosci potest ex processibus, & scripturis eorum, mihi assignatis per præclarissimum Do. Consiliarium Ducalem, quòd deberem superinde meum consilium interponere, eandemq́, litem dirimere, Ambiguam eam ostendunt sententiæ Dominorum Iudicum iam latæ adinuicem contrariæ: Prima pro reo, altera in fauorem actricis prolata, vtraque suis fulcitur rationibus, & argumentis. hinc inde deductum, probatum, notatum. & subtiliter allegatum esse legitur, cuncta vtriusq; partis iura pro mea, qualis sit, facultate rimatus quæ sim,adhuc non desinam recensere: Verum qui super omnes iustus est me doceat iustam sentētiam eligere confirmandam.

Ad rem veniens,præsuppono in facto vera esse, quibus in processu à partibus non fit hæsitatio,scilicet Camillam actricem esse filiam dicti Petri, vt fatetur reus respondēdo positioni 8.actricis, registratæ in processu actricis.fo.78.& Gabriellem reū cōuentum esse pronepotem dicti Petri,vt narratur in libello actricis in suo processu. fol.50. & præfatum Petrum accepisse in emphytheusim domū, de qua lis est,vt probatur per instrumētū in processu Actricis.fo.75.& domum petitam,& illam in emphiteusim acceptam,esse eādem,primo possessam per dictū Petrum,deinde per Gabriellem filium, postea per Nicolaū nepotem,& modo.per ipsum Gabriellem reum conuentum,habetur ex responsionibus dicti

dicti rei factis positionibus actricis d.fol.78.& seq.
& ex instrumēto renouationis de eadem re emphi-
teutic a factæ dicto Nicolao posito in processu rei
conuenti.fo.118.pariter dictum Petrum, Gabriel-
lem filium,& Nicolaum nepotē esse mortuos,pro-
batur ex dictis responsionibus rei conuenti, factis
positionibus actricis.Non fit etiam dubiū de mor-
te Heironymæ & Eufresinæ sororum Camillę actri
cis, & nominatarum in petitione, &.pluribus alijs
scripturis, neque etiam de morte Fabij fratris dicti
Gabriellis in primis scripturis nominati,licet de eo
rum morte nullibi in processu constet, nisi ꝗ memi
nit Camilla actrix in quibusdam suis precibus in-
sertis in suo processu. fol.117. & productis die 10.
Ianuar.1556.
Sed vis quæstionis tota est & consistit, an casus
euenerit,ꝗ Camilla actrix vti filia dicti Petri possit
obtinere domum à patre iure emphiteutico rece-
ptam,vel adhuc excludatur per dictū Gabriellem
pronepotem?Quòd excludatur,iam lata est contra
eam prima senrētia D.Potestatis Vrbini,cuius prę-
cipua ratio reddi pōt, ꝗ verba hæc instrumenti em
phyteusis renouauit Petro, &c. recipienti pro se &
suis filijs & nepotibus masculis ex eo legitimè de-
scendētibus per eius lineam masculinam, vsque in
eius tertiam generationem completam, ob dictio-
1 nes,eius,& completam, contineant † pronepotem.
Bald.in authent.si quas.C.de sacr.sanct.eccle.con-
sil.448.lib.3.Alexand.consi.125.lib.5.& Rui.con-
sil.146.sub.n.6.li.1.dicit,ꝗ ita cōiter tenerī, Quòd
admittatur, postmodū in appellatione per D.Con
seruatorem Vrbini iudicem delegatum pro ea lata
est sententia,quæ potissimè hac limitatione defen-
di videtur,quòd sub præmissis verbis non compre-
hendatur pronepos,quando aliter interpretatur de
2 consuetudine ecclesiæ concedentis † secūdum Bal.
in d.authē.si quas.sæpius referunt, & replicāt Imo.
& Alex.in l. quod dicitur. circa vlt.col.de verborū
oblig.& Card.Zab.in cl.1.ver.ipsius.de pęn. & A-
lexand.in d.consil.125.Quæ consuetudo interpre-
tatiua videtur satis probari in casu proposito per te
stes examinatos pro actrice,& pro Reu.D.Cano.&
actrice,& per testes olim examinatos in alia causa
in hoc iudicio productos, multi sunt testes de hac
cōsuetudine & interpretatione & obseruatione an
tiqua ecclesię Vrbinateñ. & Dominorum Canoni
corum deponentes,ꝗ per præmissa verba inuestitu
tarum non comprehendatur pronepos, qui si velit
admitti, solitus fuerit nouam obtinere inuestiturā,
ideo plenius constare.& manifestum est,quod mul
3 titudine testium comprobatur.† dicit Bald.in l.per
hanc.col.1.C.de temp.appel.eandem consuetudi-
nem negare non videntur tres testes examinati pro
reo in suo processu.fo.17.licet aliam pro pronepo-
te attestari velint,de qua inferius dicetur. Quæ qui
dem interpretatiua consuetudo valet pro verborū
4 contrahentium interpretatione † etiam non formi
ter præscripta. Alex.consi.107.col.fi. ver.nec requi
ritur.lib.2.& Ay.consi.201.col.5. & consil.101. in
fi.& ex præsenti præsumitur in præteritum, vt mo-
do est,fuerit olim, etiam comprehendens tempus
inuestituræ factæ dicto Petro, p ea q̄ tradit Gram.
in decisi.64.nume.38.39.vt hanc partem defenden
tes allegant.
Quod sic verum esse in facto cognosci potest ex
dictis plurium testium in causa examinatorum, di-
centium talem consuetudinem fuisse antiquam, &
à senioribus dici auditam,& ser Iulius Coruinus te
stis pro actrice examinatus dicit,legisse ī libris suo
rum præcessorum,pro nepotibus renouationes esse
factas ab annis cētum;& videtur sufficere, quòd ta
lis consuetudo vigeret tempore mortis Nicolai ne
potis mortui post annum.1522.quo fuit renouatus
de eadem domo,sicut dicitur de statuto declarāte,
5 † ꝗ etiam porrigatur ad præterita, saltem non deci
sa & finita,vt per Bar.in l.oēs populi.in 5.q. princi.
nume.44.de iust.& iu.cum eadem vis & potestas sit
6 † consuetudinis,& statuti.§.ex non scripto.insti.de
iu.natu.gent.& ciui. & l.sed ea.ff.de legi. & si ma-
ior pars testium deponentium de hac intelligentia
& consuetudine sit de Dominis Canonicis,Domi-
nis directis dictæ domus,& de eorum sindicis, sunt
tam idonei, cum in præsenti casu de nullo eorum
7 tractetur † sed pro comodo filiæ primi emphyteutę
experientis euenisse casum suæ admissionis & voca
tionis ad rem emphyteuticam ob mortem nepotis
primi receptoris,Quibus vt Dominis concedenti-
bus etiam ad declarationem huiusmodi concessio-
num magis est credēdum,per iura & auctor. alleg.
ab Aym.consil.234.nu.4.
Vnde tarionibus & motiuis Dominorum iudi-
cum vtriusque sententiæ excogitatis & intellectis
maturo(quod Deus tribuit)iudicio pensatis & di-
scussis lōgiori discussione,quàm hic exprimi & scri
bi possit,adhæreo sententiæ latæ in fauorem d.Ca-
millæ actricis,& eam iustam & confirmandam cē-
seo,Quoniam per mortem Gabriellis filij, & Nico
lai nepotis Petri primi receptoris venit casus de ea
dem emphyteusi stipulationis & acquisitionis factę
pro filiabus,& sic pro ipsa Camilla filia eiusdē Pe-
tri,Verba instrumenti sic sonant,& sunt expressa, ꝗ
deficientibus dictis filijs & nepotibus masculis re-
cipientis ex nunc prout ex tūc ꝑ filiabus,&c.à qui
bus verbis in re dubia non est recedendum. l.1.§.si
8 qui.de exerci.act.cum vulg.quia† conditio inducta
ex his verbis.s.deficientibus, &c. per l.à testatore.
de cond.& demon.debet impleri in forma specifi-
ca.l.Meuius.ff.eo.alias non oritur actio pro regula
tradit Alex.in l.j.col.fi. ver.in ea.ibi respond.C.de
pact.forma autem specifica dictæ conditionis puri
ficatæ est, qñ filii & nepotes defecerunt, & nō pro
nepotes, quia in emphyteusi appellatione nepotis
9 † non venit pronepos,quicquid dicant aliqui,licet
in alijs terminis,in l.Gallus. §.idem cred. de lib.&
posthu.latè defendit & dicit hoc indubitatū Corn.
in cōsi.122.col.6.li.2.sicut nepos nō veniret appel
latione filij.Cald.in consi.11.in tit.de loc.& Alex.
consil.17.col.2.lib.5.& Ias.in l.si quis id quod.col.
5.ff.dę iuris.om.iud.non obstant alia verba dicti in
strumenti,vsque in eius tertiam generationem cō-
pletam.

plctam, ꝙ veniat pronepos vti existens de tertia ge
neratione.per alleg.pro prima sententia,quia arti-
culus huiusmodi est valde dubius,vt meminit Soc.
aliquid non firmans in consil.25.lib.1. & qui niti-
10 tur † ex aliqua particula instrumẽti,clarè debet pro
bare eius intentionem,aliàs succumbit.Bar.& doc.
in l.veteribus.ff.de pact.ipsa actrix pro se habet ver
ba clara dicti instrumenti , ꝙ deficientibus filijs &
nepotibus,&c.clara etiam redditur eius intentio,ꝙ
pronepos non includatur sub tertia generatione
per dictam consuetudinem ecclesiæ,vt supra dedu-
ctam & attendendam,vt per doct.in d.l.quod dici-
tur.& alibi.

Absque dicta consuetudine, semper mihi visum
est dictam opinionem contrariá esse fallacem,fun-
datam sub inuolucro verborum notariorum ple-
runque non intelligentium quid scribãt, ideo nihil
operari,per ea quæ tradit Ale.(si eius est)consil.52.
nume.27.lib.4.cum concord.allega.à Tiraq. in l.si
vnquam.in præfa.nume.126.de reuo.donat.& esse
contra intentionem cõtrahentium, qui in huiusmo
11 di contractibus,† dum exprimunt,pro se,& filijs,&
nepotibus gradatim , & successiuo ordine.s.primo
pro recipiente,secũdo pro filijs , postmodum & ter
tiò pro nepotibus.vt per docto.in d.l.quod dicitur.
& in l. si mihi & titio.de verborum obli.volunt ex-
cludere pronepotes.per regu.qui vnum dicit,&c.l.
cum prætor.de iud.& per illud si voluissent expres-
sissent,&c.vt l.1.§.sin autẽ ĩ deficientis. de cad.tol-
len.C.de quo per Ang.consi.257.Quia. col.5.Ro-
ma.consil.503.diligenter.col.2.Alex.cons.12. col.
2.in fi. ver.quinto pro hoc.lib.2. & non expressum
intelligitur exclusum.l.de precio.de publici.ad idẽ
Alex.consi.86.ver.facit etiam.lib.1. & Gui.Pap.in
q.390.cum alio nomine appellẽtur nepotes,& alio
pronepotes,& sint in vlteriori gradu. vt in l.iuriscõ
sultus.de gradi.cogn.& per ea quæ in terminis ad-
ducit Sal.in l.2.col.9.in q.21.C.de iure emphyt.&
per tex.in l.quod si nepotes.ff.de testa.tu.Id clarius
in hac re liquet.s.contrahentes voluisse solum com
prehendi receptorem,filios,& nepotes,ex eo quòd
in dicto instrumẽto de his pluries & pluries fit mẽ-
tio,& non de pronepotibus,vt ibi,stipulanti & reci
piẽti pro se,& suis filijs, & nepotibus,& ibi,deficiẽ
tibus dictis filiis,& nepotibus , & ibi, quicquid di-
cto receptori,& suis filijs,& nepotib. prædictis,&c.
& ibi,dicto receptori, & suis filijs,& nepotibus præ
dictis legitimè defendere,&c.

12 Talis enim geminatio † & reiteratio sermonis
magis ostendit enixam voluntatem disponentium,
& eam declarat & firmat.l.balista.ad trebel. l.vtrũ.
& ibi Bar.ff.de peti.hæred.Rip.ca.1.nume.5.lib.2.
respons.Ay.consi.112.sub nu.8.& consi.114.nu.8.
& declarãt illa verba,vsque in eius tertiam genera
tionem, vt complectantur pater recipiẽs pro prima
generatione,filius pro secunda, & nepos pro tertia,
vt specialia expressa ob id,quod eleganter iuriscõs.
inquit in l.si seruus.§.inquit lex.ff.ad l.Aq. ꝙ nouũ
non est, vt quibusdã specialiter enumeratis,subijcia
tur generale verbum,quo specialia complectantur,
& quo non alteratur ius primariꝫ dispositionis,sed
confirmatur in suo intellectu nihil addito & decla
ratur.Aret.cons.penult. col.3.versi.fortiter tamen.
Dec.consi.195.col.pen.vers.secundo diligenter. &
Ay.con.231.col.3.sub nu.9.

13 Volunt aliqui. † vt Bal.in d.auth. si quas.& Ale.
d.cons.125.pronepotem comprehendi in tertia ge
neratione ob dictionem,eius,vel ipsius,eo ꝙ gene-
ratio non incipiat à patre recipiẽte,sed à filio, quia
nemo se ipsum generat , & sine his dictionibus ,
ipsius, vel eius,pater computatur in prima genera-
tione. Parcant tanti patres,leuis videtur hæc ratio
verbalis, potiusquã realis, quia istæ dictiones si nõ
apponantur per notarios,in similibus instrumentis
tacitè insunt,& subintelliguntur, in tertiam genera
tionem.s.nõ alterius,sed eius vel ipsius receptoris ,
& cum non sint expressæ alio modo quàm insit,ni-
hil operantur.l.3.C.de fideius.& l.3. de leg.1. scri-
buntur enim à notarijs ad demonstrationẽ potius,
quàm ad ampliationem,maximè sine dictione , &,
vt firmat Pau.de Cast.in consil.338.ad primũ quæ
situm.lib.2.idem sentit Sal. in d.l.2.col.8. in q.19.
de iure emphyteutico.ut censentur uerba posita ad
demonstrationem.vt per Ias.post Bart.in l.cẽturio.
col.26.de vulg.& pupil.& Aym.consil. 343.col.2.
& seq.& Feli.in c.super literis.col.3.de rescr.

Fit autem expressio & demonstratio usq; in ter-
tiam generationem , quia ad hanc potest & soli-
14 tum est in emphyteusim dari bona ecclesię † ut §.
emphytheusim.in authen.de non alienan. aut per-
mu.& doct.in d.l.2.& in c.in præsentia.de prob. &
recipiens potest accipi pro prima generatione, etiã
ꝙ se ipsum non generauerit,quia id verbum, gene-
15 ratio. † verbale accipitur actiuè & passiuè, vt decla
rat Corn.in consi.219.col.3.ver.nec ob.si quis.lib.
2.& sentit Castr.in consi.316.sub nume.2. lib.2. ꝙ
dicatur filium & nepotem facere secundam genera
tionem.per tex.in c.statutum.de hęret.li.6.& ob id
sine dictione ipsius,sequẽs Card.in d.clẽ.1.de pęn,
videatur tenere cũ Alex.in d.l.quod dicitur.pro-
nepotem facere tertiam generationẽ,potest respon
deri in ista specie non facere text.in d.ca. statutum.
quia ibi in pœna priuationis ob hæresim ponuntur
hæretici,& filij nominatim,tanquam pater & filius
sit vna & eadem persona,vt l.fin.in fi.C.de impub.
& ali.subst. & extendendo ad secundam generatio
nem venit ad nepotem , quia filius est in prima ge-
neratione iam nominatus per extensionem à patre
principali delinquente qui puniendus, non per ex-
tensionẽ,& propter alium,sed per se ponitur . ideo
extra generationes ibi enumeratas, & ꝙ enumeran
do generationem habeatur ibi respectus ad puniẽ-
dum ob alterius delictum , apparet ex eo quod ibi
expresè dicatur , per maternam lineam duntaxat
extendi ad primum gradum , ergo numeratio gra-
duum & generationum ibi solum fit inter ipsos ex-
tensos,ob hæresim paternam puniuntur duæ gene-
rationes.s.filius & nepos, ob maternam vna dunta
xat.s.filius , ideo vt casus specialis, & sic per exten-
16 sionẽ procedens non debet ad consequentiã † alio
rum

rũ trahi.l.quod vero.ff.de leg.1.vt in ſpecie reſpondit Pau.de Caſtr.d.conſilio 316.colum.fina. At in alijs caſibus ſuper enumeratione generationum, ꝙ pater generans ſit in prima generatione,& filius in ſecũda, & nepos in tertia, & ſic gradatim ꝓcedatĩ. text.eſt in c.parentelæ.35.q.5.& ſupra oẽs tex.melior eſt & verior in tex.Euang.Matt.c.1.vbi numerando quatuordecim generationes ab Abraam,vſque ad Dauid, Abraã quidem primus generãs ponitur in prima generatione,Iſaac in ſecunda, idem gradatim de ſingulis ibi nominatis & generatis vſque ad Dauid,exiſtentem in 14.generatione,idemque habetur de alijs generationibus 14. ibi nominatis,quòd ſemper primus generãs ponitur in prima generatione.

Ex quibus patet,ſemota etiam dicta conſuetudine,veriorem eſſe opinionem,ꝙ generationum numerus incipi debeat à primo generante, qui faciat primam generationem, & ſic pronepotem eſſe extra tertiam generationem, vt extare dicitur conſuetudo in eccleſia Vrbinaten. quæ propriè interpretatiua eſt huiuſmodi verioris opinionis, conuenientis etiam proprietati & ſono verborũ, & mẽti contrahentium,& ſubiectæ materiæ,ideo ſine vlteriori progreſſu qui adhuc fieri poſſet,magis hanc ſententiam tenendam arbitror.

Contra quam inſurgit reus conuentus, & duas conſuetudines deducere, & probare nititur, ſuper quibus videtur etiam fundata prima ſententia pro eo lata per D. Poteſtatem, pronunciando domum iure vtilis dominij pertinere ad ipſum Gabriellem vigore inueſtituræ factæ dicto Petro,& renouationis factæ Nicolao patri rei conuenti.

Prima conſuetudo eſt,ꝙ licet pronepotes nõ ſint comprehenſi in inueſtituris factis ab Abauis in forma articulata,tamen obtinent renouationes, & filias primi receptoris excludunt.

Secunda eſt,ꝙ nepotes primi receptoris poſſunt extendere emphytheuſim ad eorum lineam maſculorum, & Domini Canonici ſoliti ſunt facere talẽ renouationem pro filijs, & nepotibus recipientis, quæ obſeruatur, & donec ſuperſint filij, & nepotes ſic renouati, ipſi ſuccedunt in re emphyteutica, excluſis fœminis.

Super prima tres teſtes ſunt examinati, ſer Mattheus,ſer Baldus,& D.Nicolaus.quorum dicta perlegi,& ſuper his multa poſſent dici, quæ annotauit D.Aduocatus actricis,& ꝙ huiuſmodi conſuetudinem ablatiuam iuris quęſiti filiarum primi receptoris ex ſtipulatione paterna formiter non probent, vt requiritur.per alleg. nouiſſimè à Pariſ. in conſil. 27.nume.35.cum ſeq.lib.1.& Ioan.de Ami.conſil. 151.ſaltem taliter ꝙ exinde cognoſci poſſit ſciẽtia, & tacitus conſenſus totius,vel maioris partis populi Vrbinateñ.Alexand.conſi.131. nume.9.lib.2. & conſi.196.nume.14.eo.lib.Dec.conſi.483.nu.25. & conſi.538.nume.9.& alibi.Quę conſuetudo etiã ſi probata formiter eſſet, vtiq; irrationabilis eſſet, quòd per mortem nepotis ſit finita linea, quo caſu ſuccedit acquiſitio pro filia receptoris, & ea exclu-
datur abſque cauſa, & admittatur pronepos per no
uam inneſtituram duraturam per vitam pronepo-
tis,& poſtea poſſit admitti filia,vt ſentiunt dicti te-
17 ſtes, eſt enim irrationabile, & cõtra ius, †quòd au-
feratur alicui ius quæſitum, etiam ex pacto, & fa-
cto alieno.Bald.in l.ſi conſtante. C.de donat.ante
nupt.Alexand. conſ.27.lib.3. Soci.conſ.137.circa
fin.lib.1.& conſi.91.nume.7.lib.4. & per regu.l.id
quod noſtrum.de regu. iu.& ludibrioſa videtur re-
nouatio auferens interim filiæ ius ſuum, & facta
pronepoti, vt poſt eius mortem filia admittatur:
argum.l.cum alijs.in fin.C.de curato. fur.ex quib.
poteſt arbitrari talem conſuetudinem eſſe irratio-
18 nabilem,vt id remittitur † arbitrio iudicis.Archid.
in c.leges.circa fi.quarta diſt. & Roch.in c.fi.num.
204.de conſuetu.ideo non conſuetudo,ſed abuſus,
& corruptela dicitur,& non debet ſeruari.d.c.fina.
& ibi canon.& Pariſ.in d.conſ.27.num.5.

De ſecunda idem dicendum eſt, quòd non ſuf-
ficienter probata ſit per D.Aeneam. Do.Ioan. Ba-
ptiſtam,& Do. Gentilem teſtes de ea deponentes,
nam dictum Dom. Aeneæ ſolum eſt extenſum, &
quoad alios ſcripſit notarius depoſuiſſe eos, vt te-
* ſtificatus eſt Do.Aeneas,& communior opinio eſt
19 talia dicta non valere, †vt per Feli.in c.cum in tua.
col.2.de teſti.& per Cæpol.in l.ædiles.§.loquũtur.
de ædil.edic.Ex dicto etiam Do.Aeneæ maior ab-
ſurditas, & irrationabilitas ineſt, quàm in præce-
dẽti caſu, ex eo enim infertur, quòd filia recepto-
ris non admittatur etiam poſt mortem pronepotis,
adeo quòd inanis,& fruſtratoria ſemper eſſet defi-
cientibus filijs,& nepotibus maſculis, ſtipulatio fa-
cta pro filiabus, & neptibus ſolita apponi in ſimi-
libus inſtrumentis emphyteuticis, vt partes fateri-
tur, & omnes teſtes deponunt, eſſetq; ſine effectu
contra.l.ſi quando. de lega.1. cum vulga. ideo ex-
tante filia,minus valere debet talis abuſus, per ſup.
allega. licet iſte teſtis non dicat, quòd filia ſit ex-
cluſa, ſed quòd fœminæ intelligantur excluſæ,
poteſt intelligi de filiabus ipſorum nepotum, &
20 probatio dubia, †& non concludens reijcitur.l.ne-
que natales.C.de probat.d.c.in præſentia. cũ vulg.
Poſſunt ſaluari, & intelliguntur dicta iſtorum te-
ſtium in caſu finitæ lineæ,quòd non comprehenſis
alijs in antiqua inueſtitura renouãtur pronepotes,
vel cæteri proximiores hæredes maſculi per con-
ſtitutionem Dominorum Canonicorum cum lai-
* cis, & commune,& ad doctr.Bart.in l.1.§.permit-
titur.ff.de aq. quoti. & æſti. itaque concludendum
eſt, renouationem factam Nicolao nepoti per Do-
minos Canonicos,non inferre præiudicium d.Ca-
millæ filiæ comprehenſæ in prima inueſtitura, per
dictas conſtitutiones, & capitula diſponentia non
valere renouationes factas in præiudicium alicu-
ius perſonæ habentis potiora iura, vt vidi in copia
tranſmiſſa in proceſſu actricis, ſubſcripta manu Ser
Gabriellis de benis actuarij cauſæ. idem eſt de iure
21 communi, †vt per Bald.in conſi.431.circa fi.lib.2.
& Corn.conſil.74.col.2.lib.1.& Deci.conſil.516.
ſub nume. 22.& non inſiſtendo ſuper alijs vti non
neceſſa-

necessa:ijs, mea opinio, & sententia est pro d. Ca-
milla actrice, & si reus connentus ex eisdẽ actis suc
cumbens posset in expensis condemnari, vt per Ias.
post alios in l.properandum. §.sinautem alterutra.
col.8.C.de iudic.tamen ob consilium habitum ab
11 excell.Doct.& ob probabilia dubia in causa,† eum
pũto ab expensis absoluendum esse, per ea quæ scri
bit Corn.consi.181.col.fin.lib.3.& Mathes.in not.
82.& Feli.in cap.super his.ad fi.de accus. & in c.per
tuas.col.1.de Simo.& Anch.consil.125. in fi. For-
ma itaque sententiæ in hac causa proferendæ talis
est. Dicimus, iudicamus, & sentẽtiamus fuisse, & es
se bene iudicatum per Magnificum D.Conseruato
rem Vrbini vltimum iudicem à quo, & malè appel
latum pro parte dicti Gabriellis, quẽ tamẽ ab expẽ
sis absoluimus iustis de causis, &c.& omni modo
meliori, &c. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXI.

ARGVMENTVM.

Quòd æstimum & bona sequantur condi-
tionem personæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona sequuntur conditionem persona, & describuntur in æstimo ciuitatis, in qua habitat.*
2 *Statutum Pisauri de bonis in æstimo describendis habet locum in castro separato à comitatu Pisauri.*
3 *Dictio, prout, inducit limitationem.*
4 *Causa limitata habet suum effectum limitatum.*
5 *Iuris plus quis in alium transferre non potest, quam ipse habeat.*
6 *Obseruantia tenenda est sicut processit.*

DEVS ADSIT AVXILIATOR.



Abita cognitione propositæ quæstionis,
breuiter concludi potest, iure de ęstimo
comitatinorũ castri, de quo agitur sub-
infeudati F.posse bona sua describi face
re in æstimo ciuitatis Pisauri, in qua habitauit conti
nue a teneris annis per annos 30. & vltra, & habet
vxorem & domum, & tabellionatus artem exercet,
per ea quæ in similibus terminis consulendo firma
uit Pau.de Cast.in consil.8.Ista bona paterna.lib.j.
vbi respondet contrarijs, quæ etiam in dicta quæ-
stione possent contra d.F.adduci, quòd non impe-
diat bona fuisse antiquitus in æstimo comitatinorũ
dicti Castri, quia conditio personæ F.effecti incolę
& ciuis Pisauri, facit vt sua bona sequantur eius con
ditionem, & describi possint in æstimo dictæ ciuita
1 tis, in qua habitat, † vt etiam arguendo à mutatio-
ne status personæ tenet Bal.in consil.139.Vbi quis
sortitur.lib.3.bona enim sumnnt conditionem per
sonæ, cuius effecta sunt.l.Paulus.aliàs per procura-
torem.& ibi Bart.ff.de acquirend.hęred. Alexand.
consil.101.nume.17.lib.1.Gui.Pap.in q.382. & in
q.384.vbi not.loquitur in materia, & in simili spe-
cie respondit Paris.consil.71.col.1.li.1.idem dispo
nitur per statutum Pisauri.lib.6.in princip.ibi.Item
che ciascuna persona debbia tenere & scriuere il
suo estimo in quello loco, doue ello habita, &c. qđ
2 Statutum debet seruari † etiam in dicto castro sepa
rato à comitatu Pisauri, vt fertur priuilegio princi-
pis, per ea quæ scribit Alexand.consi.151.viso the-
mate.col.2.ver.& dico tale statutum. lib. 2. Aliud
quoque statutum extat in 5.lib.rubri.101. vbi & in
quo loco, &c.disponens quem debere facere factio
nes reales & personales in castro seu villa, vbi habi
tauerit cum massaritijs & familia, & non alibi. Cũ
ergo iste F.habitet Pisauri, nõ debet cogi ad factio
nes aliquas in dicto Castro, prout auditur eum ibi
in omnibus angariis cæteris comitatinis habitato-
ribus dicti Castri adæquari. Non obstat quoque d.
F.In dicto Castro per plures annos tenuisse æsti-
mum, & ibi soluisse collectas, & alia onera comita-
tinorum, quia non sequitur, quòd in futurum tenea
tur.per l.si certis annis.C.de pact. sic respondet Pa.
de Cast.in d.consil.8.col.fina. Quod est decisiuum
præsentis quęstionis pro dicto F.etiam quòd dictũ
castrum priuilegio principis habeat separatum ter-
ritorium à comitatu, & ciuitate Pisauri, quia in di-
cto consilio idem firmatur de bonis existentibus
in territorio Senẽ. obuentis ciui Florentino, & ꝙ
* ista est cõmunis opinio, vt ibi dicitur, itaq; vlterius
non esset insistendum.

Secundo, D.Comes in dicto castro concessam
habet potestatem limitatam, prout iustum & hone
stum fuerit faciendi de suo territorio vnum æstimũ
separatum, & in eo scribendi omnes possidentes in
dicto territorio, & collectandi, limitationem enim
3 inducit † dictio, prout.l.edita.& ibi Bart. col.pen.
& cæteri.C.de eden.limitatio autem est, quòd æsti
mum, & collectatio in dicto castro fiat, vt ius, & ho
nestum dictat.l.vt dictat lex, quę iusta, & honesta es
se debet.c.erit.dis.4.lex mandat & ius, quòd colle-
ctatio, & æstimum fiat in loco domicilij personæ.l.
rescripto.§.fina.ff.de muner.& honor. & vt in supe
riori fundamento demonstratum est, ergo effectus
4 esse debet limitatus † ad ipsam causam limitatam.
l.in agris.de acq.re.dom.cum simil.allega.per Feli.
in c.cum ordinem.col.3.de rescr.& Dec.consi.551.
nu.9.& Aym.consi.317.in fi.

Tertiò, Illustriss.Princeps subinfeudans in priui
legio pluries replicat se dare illam iurisdictionem,
authoritatem, & potestatem, quam in dicto castro
ipse habebat ante dictam concessionem, cũ & aliàs
5 plus iuris quis in alium transferre non potest, † quã
ipse habeat.l.nemo plus iuris.de regu.iur. & ibi per
istam regulam Hier.Cagn.dicit, in generali conces
sione, titulo lucratiuo facta, non vetire, nisi ius qđ
concedere habet, loquens de concessione castri, se
quitur Bald.& Iaco.in locis ibi per eum allega.Sed
in nul-

In nullis castris comitatus Pisauri Dominus conce
dens vsus est, nec vtitur iure collectandi contra ci-
ues & habitatores Pisauri possidentes bona in di-
ctis castris, nec retinuit vnquam quin ex dictis ca-
stris venientes ad habitandum in dicta ciuitate pos
sent eorum æstimum leuare ex æstimis castrorum,
& ponere ad æstimum ciuitatis, licet damnum sit
Domino talis remorio æstimi, quia Illustris. D. plu
res regaleas paleę, vini, lignorum, & blauę habet ex
æstimis castrorum, & ex æstimis ciuitatis nihil ha-
bet, vt notum est, & idẽ ius seruatur per ciues, & ha-
bitatores Pisauri possidentes in castris dicti comita
tus donatis Comitibus, quòd ibi nihil soluunt pro
eorum bonis, nisi imbotatam grani, vt plures testes
deponunt, quæ obseruantia cõformis est iuribus, &
decisionibus supra adductis, & demõstrat interpre
tationem, quã habuerunt & habent huiusmodi con
cessiones castrorum Pisauri factæ aliquibus nobili
bus, quòd semota superioritate, & separatione terri
torij, nullum alium præiudicium inferunt ciuitati,
quin possit in dictis castris donatis habere suum da
tium oliuæ, vt testes dicunt, & quin particulares ho
mines dictæ ciuitatis possidentes in dictis castris,
possint eorum bona tenere ad ęstimum ciuitatis, &
pro dictis bonis nihil soluere in dictis castris, & in
hoc verificatur illa reg. quòd huiusmodi priuilegia
6 † censentur concessa sine præiudicio dictæ ciuita-
tis & eius particularium incolarum possidentium
in dictis castris. l. 2. §. merito. ff. ne quid in lo. publ.
Dec. consil. 389. nume. 4. & consil. 198. col. penulti.
& Ias. consil. 213. in fi. lib. 2. & Gram. consil. 81. in
terminis dicit Bald. in l. cum multa. versi. ex his cõ-
clude. C. de bo. quę lib. & sicut processit dicta obser
uantia, ita tenẽdum est. l. si de interpretatione. & l.
minimè. ff. de legi. non requisita præscriptione ad
talem obseruantiam interpretatiuam. Pau. de Cas.
in consilio 347. colum. fi. lib. 1. cum simi. allega. ab
Aym. consil. 273. col. pen. & ita concludendum est,
vt supra. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXII.

ARGVMENTVM.

De filia exclusa per statutum, admittenda, sublato filio masculo.

SVMMARIVM.

1 *Filia exclusa à statuto per verbum, donec & quousque, an dicatur perpetuo exclusa.*

2 *Mater secundò nubens, præmortua filia ex primo matrimonio, nullos filios habens ex primo tempore secundarum nuptiarum, potest habere & consequi dimidiam portionem successionis filij suscepti in secundo præmortui pleno iure.*

3 *Mater secundò nubens facit iniuriam suis filijs.*

4 *Tutor debet conficere inuentarium, antequam administrationem tangat.*

5 *Tutrix non confecto inuentario, dicitur non legitimè suscepisse, vel administrasse tutelam.*

6 *Tutor ob non confectum inuentarium priuatur successione.*

7 *Mulier quæ potuit consulere peritiores, errans non excusatur.*

8 *Negatiua quomodo probetur.*

9 *Negatiua præsumitur vera, nisi probetur affirmatiua.*

10 *Infans moriens iure suitatis hæreditatẽ paternã transmittit, etiam non agnitam ad matrem, & sororem vtrinque coniunctam, & est communis.*

11 *Soror moriens in infantia hæreditatem fratris non aditam licet non transmittat, transmittit tamen ad sororem consanguineam hæredem (semota matre) beneficium restitutionis in integrum ad adeundam hæreditatem, ratione minoris ætatis, & ex clausula generali.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.


X facto proposito respondi Diamantem
filiam q. Benedicti de Senogallia ex pri
mo matrimonio contra nouercam etiã
denuo nuptam fouere ius, & posse vt in
fra obtinere bona olim paterna. Primò, cum eius
pater decesserit ab intestato, ea filia ex primo matri
monio, & ex secundo filia & filio superstitibus, &
in infantili ætate constitutis, & postea intra annum
à morte patris etiam filius decesserit, dicẽdum est,
remoto obstaculo ob mortem filij in totum hære-
dis patris ex statuto loci, & decreto ducali, dictam
filiam ex primo matrimonio posse recuperare suã
tertiam portionem hæreditatis paternæ, quia per
dictum Statutum & decretum per masculum filia
non est perpetuo exclusa, sed donec & quousq; ma
1 sculi superfuerint, licet dubiam † esse qõnem dicat
& indecisam dimitat. Soci. consil. 63. lib. 1. tamen
hanc esse veritatem dicit, & defendit Bart. in l. fin.
§. fin. ff. ad tertul. Bald. in cap. 1. §. 1. in titu. de Epis.
vel Abb. in vsi. feud. vbi propriè dicit filiam in isto
casu succedere patri pro portione sua, concord. al-
leg. commun. opin. esse dicit Alex. in consil. 13. col.
fin. lib. 3. & latissimè firmat Alber. Biu. in tracta. de
stat. fœmi. excluden. in 10. artic. in q. 5. Paris. consil.
85. nu. 1. & seq. & firmat sub nu. 38. lib. 2. cum con-
cor. alleg. per Tiraq. in l. si vnquam. vers. susceperit.
num. 194. de reuo. dona. tam enim Statutum quàm
decretum ducale & generale per totum Statutum,
dum fœminas mandant excludi, loquuntur per di-
ctiones temporales, Donec & quousque masculi su
perfuerint, ergo deficientibus masculis filia fœmi-
na reintegratur ad suam portionem, & postquã ita
est commun. opini. doct. amplius non est insisten-
dum, & ab ea in consulendo & iudicãdo non est re
cedendum. Silua nupt. lib. vlt.

Mortuo dicto filio masculo intra annum, etiam
alia

alia soror vtrinque coniuncta reintegrata est in sua
tertia portione paternæ hęreditatis,per supradicta,
& in alia portione propria ipsius filij successerunt
mater & soror vtrinque coniuncta æqualiter.auth.
defuncto.C.ad tertul.Quæ quidem mater, pręmor
tua etiam hac sua filia,secundo nubens, & tempore
secundarum nuptiarum nullos filios habēs ex prio
ri matrimonio, credo quòd possit habere & conse-
qui dimidiam portionem successionis dicti sui filij
2 præmortui pleno iure. † per l.fęminæ. §.fina.C.de
secund.nupt.quæ non est correcta.vt per Bar.& do
cto.ibi in authen.ex testamento.& per Alex.in cō-
sil.63. lib.5. & quòd.l.mater. C.ad tertul. loquens
de proprietate transmittēda sororibus & fratribus
defuncti,intelligitur de fratribus & sororibus vtrin
que coniunctis defuncto,& filijs eiusdem mulieris
ex primo matrimonio.per d.l.fęminæ.§.penulti.&
in authen.de nupt.§.hinc nos. quia mater iam cum
sorore vtrinque coniuncta, & sua filia succedendo
suo filio penitus exclusit aliam sororem tantum cō
sanguineam.d.authen.defuncto.& in corpore vn-
de sumitur,& sibi non infert,neque facit iniuriā no
uerca secundò nubens,sicut facere dicitur suis filiis
3 primi matrimonij.† vt tradunt doct.in d.l.fęminę.
& Rom.in consil.218.ex themate.col.1.vers.quar-
to idem.itaq; oibus filijs primi matrimonij mor
tuis,& talem iniuriam non facientibus, & ea quasi
tacitè remissa,potest hæc mulier,quæ ad secūda vo
ta transiuit,habere dictam portionem sui filij obuē
tam cum alia sua filia,per ea quæ scribit Dec.consi.
306.col. 2.& rub.C.de secun.nup.circa fi. & Aym.
consil.36.

Verum dubitatio est,an possit quoque obtinere
successionem alterius suæ filiæ prædefunctæ, etiam
priusquam secūndò nuberet,& quę mortua est post
annū a morte patris in ætate pupillari, suscepta per
matrem sua tutela,non tamen confecto inuētario.
Responderut eam non posse obtinere, quia multa
requiruntur vt talis tutela dicatur validè suscepta.
vt per doct.in authen.matri. C.quando mul.off.tu.
4 inter cætera † requiritur inuentarium per tutorem
fieri,antequam administrationem tangat. vt l.fi. §.
illo.C.arb.tu.& l.tutores.C.de administ.tut.& l.tu
tor,qui repertorium.in princip.ff.eo.& ibi Bar.col.
penult.quæ requisita & solemnia,& præsertim si in
5 uentarium non fecerit,dicitur non legitimè † susce
pisse & administrasse tutelam.Corn.cons.205.col.
2.ver.Item per rat.lib.3.etiam si vtiliter pro pupil-
la administrauerit.Bal.in l.precibus.col.3.vers.sed
quid si mater.C.de impub.& in l.matres.col.2.ver.
quæro nunquid mater.C.ad tertul. & Pau.de Cast.
in cōsil.370.ad fin.lib.1.& propterea priuatur suc-
cessione dictæ filiæ.per text.in l.2.§.si mater. versi.
quod si pater. ibi, nec legitimè tutelā administrat.
ff.ad tertul.& ibi gl.& Bar.& ob non confectum in
6 uentarium tutorem priuari successione,† tenet Ioā.
And.in add.incip.administrent.ad Spec.de tuto.§.
generaliter.col.1.& Bar.in l.2.col.2.vers.Item ad-
uerte.ff.qui pet.tut.& in consi.215. an si testamen-
tum.refert. Cur.Seni.in consi.67.col.14. nu.49. &
Goz.in consi.17.col.1.& seq.& dicit Bal.in l.sciāt.
C.de legi.hæredi.quòd tutor legitimus punitur , si
non petit infra annum sibi concedi administratio-
nem,pręmisso inuentario. nihil enim deesse debet
matri quoad tutelam filiorum,si nolit priuari eorū
successione.d.l.2.§.quid si non cōpulit.ff.ad tertul.
quando non habet aliquam excusationem. idem
sentit Rub. Alex.in consi.161.prout pręsupponitur
istam matrem non habere,quæ existens prope ciui
tatem Senogalliæ,vbi est copia iuris peritorum, po
tuit semper consulere peritiores,ideo nō excusatur.
7 †Bal.in d.l.matres.d.ver.quæro nūquid mater. idē
Bald.& cæteri in l.iuris igno.C.qui admit. ex qui-
bus patet,non esse verum, quod placuit Saly.in d.l.
sciant.colu.2.versicu.quęro mater. quia etiam non
obedijt iudici faciendo inuentarium, vt iudex im-
posuit,quando suscepit dictam tutelam , & nō parē
do iudici est in culpa.l.non potest dolo.de reg.iu.&
non legitimè potuisset administrare, non confecto
inuentario,per leges & decis.supra expressas, exin-
de quòd debeat priuari dicta hæreditate est text.ex
pressus in dict.l.secunda.§.si mater. versicu.quod si
pater.

Qua quidem matre exclusa,succedit eidem filię
proximior.d.l.2.§.fina. ad tertul. est autem proxi-
mior,& ei succedit ipsa soror tantum cōsanguinea.
auth.post fratres autem ex vtroq;.C.de legi.hęred.

Itaque filia hęc primi matrimonij,mediante sua
persona pro quatuor vncijs , & ex persona sororis
consanguineæ pro aliis quatuor vnciis,& pro dua-
bus vnciis obuentis eidē sorori ex portione fratris,
ac in totum pro 10.vncijs consequi debet ex 12.de
bonis & hæreditate paterna.

Remedia pro his bonis obtinendis cōtra nouer
cam,vel alios occupatores sunt clara & nota , scili-
cet cumulare petitionem hæreditatis , & remediū
quorum bonorum,& possessorium ex forma statu-
ti loci de continuanda possessione in hæredem,nar
rando,& probando factum , vt ex prædictis videre
est,expedire pro victoria, præcipuè actrici probare
incumbit,sororem consanguineam defunctam esse
in ætate pupillari post annum à die mortis patris ,
allegando & proponendo matrem non petiisse sibi
tutorem dari,nec ipsam tutelam intra annum susce
pisse confecto inuentario, & alijs solemnibus non
seruatis , vt qui velit dicere contrarium probet , sic
deduci & probari negatiuam sufficere censeo in fa-
8 cto proposito.† per gloss.in l.cum de lege.ff.de pro
batio.& Alexand.consi.55.sub num.8.lib.1.& con
sil.41.in fin.lib.3.per quam gloss.esse modum mi-
rabilem probandi negatiuam,dicit Ias. in §. item si
quis.nume.70.institu. de act.cum concord. allega.
per Aym.in tract.de antiq.tempo.in 2.part. nu.31.
qui easdem quotas reportauit in consi.218.sub nu-
me.tertio.& ita seruatum erit, quod tradit Alexan.
in consil.185.columm.fina, versicu. Nec habet ob-
stare.lib. 6. quòd agens contra matrem pro ea pri-
uanda hæreditate filij, debet probare filium mor-
tuum anno elapso post mortem patris,& matrē in-
tra annum non petiisse tutorē,credo eū bene loqui,
quo

quo ad probationē ab actore fiedā de vita filij per annum post mortē patris, sed petitæ, vel susceptæ tu telę † annum probatio, si mater nolit excludi, requi ritur ab ea fieri, cū sit facti, quod nō p̄sumitur, & ex trinsecas solēnitates expostulet, q̄ pariter non præsumuntur. Ita in terminis firmat Io. de ana. in consi. 100. Visa petitione. in 2. dub. idq; verius vr̄ q̄ tamē actori sufficiat negare, & pro eo extante, q̄ facta, & solēnitas extrinseca nō p̄sumuntur per iu. vulg. magis procedit d. assertio negatiua. p̄ d. gl. vt declarat Ias. in l. si constante. col. 22. in fi. solu. matri. vera. n.
9 præsumitur negatiua, † nisi p̄betur affirmatiua. Bal. in l. 1. §. si magistratus. ff. de mag. conuenien.
10 Rursus aduertendum est, † illum filium in infanti li ætate morientem, iure suitatis hereditatem pater nam transmisisse, etiam non agnitam ad matrem, & sororem vtrinq; coniunctam. per l. 3. C. de iu. de
* liber. Bar. & doct. communiter ibi reprobata gl. tenent in l. si infanti. C. eo. & illa soror postea etiam in ætate infantili moriens hæreditatem fratris non aditam non transmisit. per l. quoniā. C. eo. sed trāsmisit ad sororem consanguineam prædictam hære dem, semota matre, beneficium restitutionis in integrum ad adeundam hæreditatem ratione minoris ætatis, & ex clausula generali, licet dubiū in hæ
11 rede infantis sit, † tamen idem. per l. qui duos. de re bus dub. & l. Pantonius. ff. de acqui. hær. & l. interdum. de minor. & l. non solum. de in integr. rest. firmat Bar. in d. l. si infanti. col. fina. versicu. vltimo ad
* uerte. & ibi Alexand. col. penult. versicu. extra. glo. dicit, quòd ita est magis commun. opinio. & ab ea dicit se non recedere. & ibi Ias. circa finem dicit, esse tenendum cum opinio. Barto. quæ est commu. idem probat Soci. in d. l. qui duos. in princip. col. 6. versicu. tertia difficultas. & Roma. consilio 58. visis narratis. in tertio dubio, dicit ita esse commun. omnium opinionem. cui adhærere debemus, & in terminis nostræ quæstioni similibus consuluit Bar. in consi. 23. Nicolaus. & ita arbitror de iure respon dendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

De locatore, ad quid teneatur conductori. De precario reuocato per locationem alij factam. De denunciatione fienda locatori, vt remoueat impedimentum conductori illatum.

SVMMARIVM.

1 *Dubitare de singulis non est inutile.*
2 *Exceptio rei non traditæ potest opponi contra locatorem.*
3 *Notificatio non requiritur, nisi in casibus à iure expressis.*
4 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
5 *Verba, omni exceptione remota, & sine aliqua exceptione iuris vel facti, omnem exceptionem & defensionem excludunt.*
6 *Conductor ex quibus uerbis positis in instrumento teneatur ex stipulatione ad solutionem affictus, etiam non obstante casu fortuito impedimento,*
7 *Pacta & lex conductionis seruanda.*
8 *Conductor non habet possessionem rei conductæ, sed detentionem.*
9 *Traditio transfert omne ius tradentis in accipientem.*
10 *Facere dicitur, qui circa rem faciendam quantum in eo est, facit.*
11 *Locator petens mercedem, dicitur accommodasse patientiam conductori.*
12 *Conductori quando non licet frui, quia forte detētio rei non præstatur, datur contra locatorem actio ex conducto, & magis exceptio implementi non sequuti.*
13 *Conductor vt ex facto alieno possit experiri, & opponere contra locatorem, requiritur quod sit prohibitus frui.*
14 *Verba instrumenti, dedit & locauit, important licentiā datam conductori propria authoritate accipiendi et ingrediendi tenutam bonorum locatorum.*
15 *Locator non tenetur rem locatam ponere in sinu conductoris, sed præstare ei frui licere.*
16 *Conductor negligens & deserens colere agrum tenetur soluere affictum.*
17 *Precarium semper reuocari potest ad libitum concedentis.*
18 *Habens ciuilem, & dans aliquem titulum alteri, videtur dare licentiam apprehendendi, et acquirendi naturalem à quocunque eam habente.*
19 *Præsens & non contradicens consentire dicitur.*
20 *Resistere valens, si non resistit, sibi imputet.*
21 *Probatio certi temporis debet esse concludens.*
22 *Loquutio indefinita in testibus non æquipollet vniuersali.*
23 *Testes probant contra inducentem, etiam quod nullam reddant causam scientiæ.*
24 *Locator non potest diuinare impedimenta inferenda cōductori, nec tenetur, ni denunciata fuerint.*
25 *Denunciatio per emptorem fienda vēditori requiritur, vt defendat emptorem à molestijs illatis.*
26 *Contractus emptionis & locationis procedunt eisdem iuris regulis.*
27 *Denunciatio requiritur ex quocunque contractu, quiś velit habere regressum contra alium.*
28 *Iuramentum an constituat debitorem in mora, absque interpellatione.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat quantum oportet.

1 Dici solet de singulis dubitare † non esse inutile. glo. in versi. requirens. in l. 3. C. de sum. tri. & fid. cath. vtilitas enim est ex dubitationum solutione, quæ verita tis

tis inquisitio dicitur secundum Philoso. lib. 3. me-
taphi. tit. 1. ideo subtiliter & ingeniosè dubitat Ma
gnificus Dominus Potestas ciuitatis Calij, contra
Reuerendum Dominum Antonium, pro absolutio
ne magistri Marci Antonij rei conuenti, tribus ra-
tionibus motus.

Prima, quòd obstat Domino Antonio actori ex
ceptio implementi, pro eo non secuti, & rei locatæ
2 non traditæ, quã exceptionem rei non traditæ † pos
se opponi contra locatorem, addo Bald. tenere in l.
ex conducto. in prin. ff. loc. & in consil. 366. lib. 1. &
Alex. consil. 176. lib. 6.

Secunda, ꝙ extãte possessione naturali penes Ca
stellutium venditorem, per clausulam precarij, vide
tur per Dominum Antonium emptorem locãtem
nullum ius esse translatum in conductorem, etiam
detentionis habendę, & propterea pro locatione
verbali mercedem sufficere verbalem, iuribus per
eum alleg.

Tertia, ꝙ Castellutio venditore per dictam clau
sulam præcarij, de voluntate D. Antonij locatoris,
iustè possidente rem, de qua agitur, & fructus perci
piente, dicitur exinde illatum iustum impedimen-
tum magistro Marco Antonio conductori, quo sibi
non licuerit vti frui re conducta, ad Bar. in l. si vno.
§. item cum quidam. ff. loc. quinimò locatorem sciẽ
tem impedimentum, & illud non remouentem ca-
piendo actualem possessionem, & dando conducto
ri, ei teneri ad interesse.

Denunciatio omissa per conductorem de his nõ
impedit, quia non requiritur per aliquam legem, &
contrariis respondendo, sic in terminis tenet Soci.
3 Iun. in consi. 120. col. fi. li. 3. Addo † notificationem
non requiri, nisi in casibus à iure expressis. Deci. in
consil. 169. col. 3.

Sic enim dubitatur, vt magis veritas facti, & iu-
ris apparere possit pro Dom. Antonio. Qui vtrique
fundatam habet intentionem ex instrumento in iu
4 dicio producto, † quod dicitur probatio probata.
Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. col. 1. ff. de pact.
plenè Tiraq. de retrac. tit. 1. §. 2. gl. 1. nume. 20. & se
quent. & habens stipulationem à notario positam,
probat non innominatum, sed nominatum contra
ctum. Barto. in l. 2. in fi. C. de condit. ob ca. Alexan.
consilio 40. in fi. lib. quarto. Crot. in rubr. col. 5. nu-
me. 18. de verborum obligati. & cum ex eo liqueat
magistrum Marcum Antonium promisisse dare, &
soluere affictum & coptimum conuentum 12. sal-
marum grani, pro rebus conductis omni exceptio-
ne remota, & sine aliqua exceptione iuris, & facti,
5 verba hæc † omnem exceptionem & defensionem
excludunt. Bald. in additio. ad Spec. in titu. de em-
pti. & venditio. sequitur Alexand. consilio 133. sub
nume. 10. lib. 5. & Socin. consilio 288. col. penulti.
versicu. tertio principaliter. lib. 2. Alia etiam verba
6 dicti instrumenti, † & renunciationes condictionis
sine causa, & ob causam pręsentis contractus, & om
nis iuris, & ll. beneficii & fauoris, faciunt & impor-
tant, ꝙ conductor teneatur ex stipulatione ad solu-
tionem affictus, etiam non obstante casus fortuiti
impedimento, vt probat & obtinuisse. dicit Alber.
de Ros. in l. item quæritur. §. exercitu. colum. fin. ff.
loc. ad idem, propter lata verba posita in cõtractu,
cõductorem impeditum facto suo, vel tertij, vel ca-
su fortuito, vel ex natura rei nõ excusari, firmat Io.
de Ana. in consi. 74. colum. fi. id enim est, quod di-
7 citur, pacta † & lex conductionis seruanda. vt l. le-
gem. & ibi gloss. C. loc. cum simil. & potest condu-
ctor renunciare ei, quod in suum fauorem introdu-
ctum est. glo. & text. in l. circa. C. eod. & hæc vide-
tur clara conclusio pro locatore elicita ex dicto in-
strumento. cui non obstant præmissæ dubitationes
Mag. D. Iudicis.

Pro solutione autem primæ dubitationis, dicen
dum est, ꝙ conductor non habet possessionem rei
8 conductæ, † sed detentionem. l. certè. §. is qui. ff. de
præcar. possessionem verò locator per conducto-
rem retinet. l. quamuis. §. 1. ff. de acquirend. posse. &
l. 1. C. com. de vsucap. ideo non potest dici locato-
rem teneri ad tradendum cõductori possessionem,
quæ remansura est penes ipsum locatorem, & quia
9 per traditionem transfertur † omne ius tradẽtis in
accipientem. l. traditio. de acquirend. rer. domi. sed
teneri ad præstandum conductori, re conducta lice
re frui. vt l. si quis domum. in princip. l. si merces. §.
1. l. si fundus. in princip. ff. loca. id consequitur con-
ductor, quando locator patitur ipsum cõductorem
frui re, hoc est factum successiuum veniens in con-
tractu locationis, secundum Barto. in l. 2. §. adeo. &
in d. l. si quis domum. ff. eo. facere enim dicitur lo-
cator, cum præstat conductori frui, & habere lice-
re. per l. facere non oportere. & ibi glos. & Alcia. de
10 verborum signification. & facere dicitur, † qui cir-
ca rem faciendam, quantum in eo est, facit. c. ponde
ret. 50. dis. adducitur inter cons. Soc. consi. 151. col.
fi. in princip. lib. 1. valida ratione ergo doct. tradũt
in practica, deducendum esse, locatorem petentem
11 mercedem accomodasse patiẽtiam conductori, † vt
per Ang. Areti. in §. sequens. colum. fina. institut. de
acti. & Socin. in consil. 156. column. tertia. versicu.
primo enim. lib. 2. dicit, ꝙ sicut venditor mediante
traditione, tenetur tradere, ita locator tenetur præ-
stare, vt conductor percipiat fructus, non per tradi-
tionem rei, sed per patientiam, & remotionem ob-
staculi, vt ibi per eum, si hæc non obseruauerit loca
12 tor, contra eum datur † actio ex conducto, & magis
exceptio implementi non secuti, id euenit quan-
do conductori non licet frui, quia fortè detentio
rei non præstatur. d. l. ex conducto. in princip. ff. eo.
loc. & si ibi dicatur, quia possessio totius agri non
præstatur, non propterea potest inferri de posses-
sione tradenda, quoniam, vt dictum est, conductor
nõ possidet sibi, sed detinet, ergo exponi debet. ibi,
possessio non præstatur, id est detentio & facultas
fruendi, vt omnes ferè leges. dict. titu. loc. sonant.
Quod ex parte locatoris contigit, vbi patientiam
ipse non accommodat, & hoc non potest obij-
ci Domino Antonio, qui patientiam præstitit,
vt conductor frueretur, deduxit in petitione,
& contra eum nihil est probatum, ex facto autem

13 alieno, † vt possit experiri & opponi contra locatorem, requiritur quòd conductor sit prohibitus frui, vt expressum est in multis ll. eiusdem tit. ff. loc. vt in l. si tibi alienam. cum duabus sequen. & in l. si vno. §. penulti. & in l. si in lege. §. penulti. in l. si merces. §. qui fundum. & in l. si fundus. quando enim esset prohibitus facto locatoris, vel alieno, factum esset contra obligationem licere frui, & sic veniret in contractu isto factum. per text. in l. stipulatio ista. in princip. & ibi docto. de verborum obligationib. igitur rectè Bart. in d. l. 1. dicit venire factum in isto contractu. in contractu autem emptionis & venditionis principaliter venire traditionem, vt declaratum est. & sufficit patientia locatoris, alia traditione possessionis non facta, & quòd cōductor hic ab aliquo non fuit prohibitus frui. vt etiam in terminis probat Card. Zab. in consil. 140. colum. fina. Siquidem posset excipi de traditione non facta, hæc exceptio repelleretur oblatione verbali de re tradenda, vt per Deci. in consilio 421. numero 6. 7. quæ quidem oblatio, & plusquam oblatio rei tradendæ fuit facta, imò licentia ab initio per Dominum Antonium locatorē data fuit magistro Marco Antonio conductori propria authoritate, accipiendi & ingrediendi tenutam bonorum locato-

14 rum, vt probant verba dicti instrumenti, † dedit &

* locauit, per communem doctrinam omnium scribentium. in l. prædia. ff. de acquirend. possess. & Anton. de Butr. in cap. secundo circa finem. de consuetudi. Corne. consilio 142. col. secunda. versicu. Nec obstant. lib. tertio. & Socin. consil. 55. nume. tertio. lib. quarto. qua licentia, si ipse conductor vsus nōn fuerit in accipiendo dictam tenutam, sibi imputet. per vulga. cap. damnum. de regu. iur. in sexto. Non

15 tenetur locator † ponere rem locatam in sinu conductoris, sed præstare ei frui licere, quam docto. patientiam appellant. per supra allega. & per l. si in lege. §. colonus. ff. loc. faciunt nota. in l. Iulianus. §. ex vendito. de action. empti. habetur enim pro impleto totum pro parte Domini Antonij implendum, cum per eū non steterit quin conductor fruitus fuerit, sed per ipsum conductorem deserentem & negligentem accipere, & colere bona conducta.

16 per l. in iure ciuili. de regu. iur. at conductor † negligens & deserens colere agrum, tenetur quoque soluere affictum. dict. l. si in lege. §. si domus. & l. habitatores. in fine. ff. loc. cum simil. vt per Papiens. in forma libel. quo agi. ad affitti præst. in glo. tenuit. & quando non stat per locatorem, sibi debetur merces. Dec. in l. diem functo. nume. 22. de off. assessor. & ex his penitus soluta remanet prima dubitatio.

Secunda quoque tollitur, quia & si ciuilis possessio solum fuisset penes Dominum Antonium prius ementem bona, de quibus agitur, à Castellutio retinente possessionem naturalem, ex clausula præcarij. per not. in l. interdum. de acquirend. possess. Tamen cum postea Dominus Antonius locauerit eadem bona empta magistro Marco Antonio, non suam ciuilem possessionē amisit, sed naturalem auocauit, reuocato præcario, existente penes dictū Ca-

17 stellutium, præcario rogantem, quod † semper reuocari potest ad libitum concedentis. vt l. 1. ff. de præcar. & intelligitur reuocatum etiam tacitè per consequentiam alterius actus contrarij. & magis ad hoc, quam ad cōtraria alleg. facit tex. in l. si quis ante. ff. de acq. poss. & ibi Soc. col. 3. nn. 16. per l. quęsi-

18 tum. §. illud. de præca. Nam habens † ciuilē, & dans aliquem titulum alteri, videtur dare licētiam apprehendendi & acquirendi naturalem à quocunq; eā habente, vt probat Alex. in d. l. interdum. §. fi. in fi. & hoc in casu proposito nullam videtur habere difficultatem cū D. Antonius in emptionis instrumento habeat à Castellutio licentiam propria authoritate capiendi tenutam corporalem bonorum emptorum, & per colonum potuerit talem tenutam & possessionem habere, & retinere. per l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & d. l. quamuis. §. 1. ff. eod. de acq. poss. & cum dicto instrumento locationis fuerit præsens Castellutius, & non contradicens, ei cō-

19 senserit. † per reg. is qui. de reg. iur. in 6. & tradita p Bar. in l. quæ dotis. sol. matr. cum vulg. ergo vera & realis fuit dicta locatio de bonis emptis, soluto & satisfacto pretio, & conductor etiam, non verbis, sed solutione duodecim salmarum grani, quas debet vigore dictæ conductionis, & instrumenti pōe & debet se liberare. inst. qui. mod. tol. obli. in princ.

Tertia & vltima cessat, quoniam reuocato præcario per dictam locationem. per not. in d. l. si quis ante. partes bonorum venditas, & alteri locatas, non potuit Castellutius sciens iustè possidere, & consequénter aliquod iustum impedimentum inferre cōductori, ita q impedimentum omne illatum à Castellutio volente possidere etiam partes bonorum venditas, & per emptorem locatas eo sciēte, potuisset conductor instrō emptionis, & suo instrumento conductionis remouere, & expellere d. Castellutiū,

20 ideo tenetur, & sibi imputet, si nō restitit. † l. itē quæ ritur. §. exercitui. ff. loc. vt per Bar. & Alber. de Ros. in d. l. si vno. §. item cum quidam. non potest enim quis se tueri impedimento, quod pōt euitare & remouere. l. 2. §. quod diximus. si quis caut. & doct. in c. transmissa. de præscripti. aliàs diceretur volens pati impedimentum. l. 1. C. ne sacr. baptis. & volens non decipitur. l. cum donationis. de transac. Verum non potest dici illatum impedimentum, ex eo quòd Castellutius possederit, quia concludenter non probatur per testes examinatos Castellutium possedisse bona locata tempore locationis conuento, anni incipientis die prima Septembris. 1551. vt conclu-

21 dens debet esse probatio certi temporis. † gloss. & Barto. & Ange. in l. cum actum. ff. de nego. gest. & l. matrem. C. de prob. Alexand. consil. 97. nu. 4. lib. 7. cum concord. saltem quòd possederit in totum partes omnes prædiorum, etiam venditas per eum, & locatas per D. Anton. emptorem mag. Marco An-

22 tonio, cum indefinita† locutio in testib. nō æquipolleat vniuersali. Alexā. in cons. 68. nu. 9. & cons. 108. nu. 13. li. 2. Abb. & Feli. in c. auditis. de præscr. Dec. in c. cum omnes. col. 2. de consti. & Cur. Iun. consi. 17. col. penul. Nam potuit possidere dicta bona pro vna

vna tertia dictorum prædiorum, quam retinuit pro indiuiso, cum duabus aliis partibus venditis Domino Antonio, & locatis tamen. N. Antonio, ut dicitur in instrumentis emptionis, & locationis, & non pro aliis partibus ad eum non spectantibus præsumitur possedisse. p tex. in l. meri ito. ff. pro soc. Quinimò ex dictis testium à parte aduersa inductorū & productorū apparet Magistrū Marcum Antoniū, non fuisse molestatum in dictis bonis, & eis fruitum esse, vt videre est ex depositione Baptistæ Alexandri, dicentis, quòd magister Marcus Antonius duas tertias partes fructuum prædij inferioris habuit, & quòd Cap. Gallus volebat expellere ipsum testem laboratorem ex dicto prædio, & mag. Marcus Antonius noluit, & sic permansit in laborerio, vt voluit magister Marcus Antonius, & ex examine Ioan. Benedicti Gaij, dicentis post duos annos, quibus Castellanus habuit fructus, magistrum Marcum Antoniū habuisse duas tertias partes fructuū, idem colligitur ex testificatione Domini Berardi-
23 ni, qui testes probant contra inducentem, † etiam quòd nullam reddant causam scientiæ. Rom. consi. 104. in fi. Iaf. in rub. col. pen. ff. de iureiurand. Paris. consi. 23. lib. 4. & Soci. Iun. consi. 69. num. 11. lib. 1. licet non dicant expressè de tempore conuento dictæ conductionis, tamen quando ipse magister M. Antonius habuit duas tertias partes fructuum, alio non viso ex processu, præsumitur ex præcedenti cōductione habuisse, per ea quæ tradit Bar. in l. quædam mulier. in fin. ff. de rei vendi. & Soci. consi. 15. nu. 7. lib. 4. cum concor. alleg. per Aym. in cōs. 255. nu. 3. ita q̄ conclusio clara remanet, pro D. Antonio contra conductorem, quòd nō probauit se fuisse prohibitum ab aliquo frui rebus conductis, & quandoque habuit duas tertias partes fructuum, prout duas tertias dictorum prædiorum partes conduxit, & si non habuit, processit culpa & negligentia sua, etiam in non denunciādo locatori, vt remoueret obstaculum impedimenti, quod esset ne conductori liceret frui, sicut in dicto instrumento locationis, D. Antonius promisit magistrum M. Antonium coprimatarium manu tenere in dicto coptimo, & legitimè defendere, non poterat enim diui-
24 nare † impedimenta inferenda conductori. l. si putator. ad l. aquil. nisi essent denunciata, ut in simili
25 requiritur denunciatio † per emptorem fienda venditori, vt defendat emptorem à molestiis illatis. l. si rem. §. fin. & l. si ideo. §. fina. ff. de euict. Bar. & doct. alij tradunt in l. non solum. §. morte. de no. op. nun. idem potest dici in conductore defendendo, cum
26 † eisdem iuris regulis procedant cōtractus emptionis & locationis. l. 2. ff. loc. & §. 1. inst. eo. nā ex quocunque contractu quis velit habere regressum con
27 tra alium, † requiritur denunciatio, secundum Bal. in l. libera. col. fin. ver. deinde no. C. de senten. & in terlo. om. iud. vbi clarè loquitur in terminis, cū generaliter dicat, ex quocunque contractu, & quicunque contractus sit ille, vt ibi per eum, quamobrem de ista denunciatione fienda locatori optimè sensenunt Alexand. in consil. 127. col. 2. lib. 5. Paris. consil. 100. nume. 43. lib. 4. Castr. in l. penult. in princi. solut. matrimo. & malè sensit quatenus loquatur cōtra prædicta. Socin. Iun. in consil. 120. lib. 3. & ibi Socin. loquitur in diuerso casu, quòd conductor teneatur dimittere rem conductam redeundo ad patriam præcepto sui superioris, cui locator non potest obstare & defendere cōductorem, ne discedat impunè, sed vbi locator erat obligatus manutenere & defendere conductorem, & interesset aduersarij denunciationem fieri. Socin. idem sentit denunciationem requiri, vt ibi nume. 11. & circa fin. His non obstat iuramentum, vt sine denunciatione locator teneatur defendere cōductorem, ex eo quod doct. in l. quod te. si cert. petat. Felin. in ca. licet. col. 2. de Simo. & Gozad. in consil. 57. nume. 11. dicunt
28 † iuramentum absque interpellatione debitorem constituere in mora, quia super hoc dicto aliter nō insistendo, quod etiam impugnat Alexand. in d. l. quod te. inhærendo etiam ei doct. id tenentes fundant se in doctrina. Ioan. Andr. in cap. breui. de iureiuran. & loquuntur quando debitor scit creditorem egere, vel alium defendendum egere defensione, vt in omnibus casibus generale est pro mora inducenda requiri debitorem se scire debere. dict. l. quod te. sed hic nullibi apparet conductorē ab aliquo fuisse impeditum, & egere defensione, & id sciuisse locatorem, quinimò eius ignorantia præsumitur. l. verius. ff. de probati. extra rem esset replicare & intelligere locatorem sciuisse impedimētum causatum suo contractu, ex precario concesso Castellutio, per illam clausulam precarij, quia locando dicto magistro Marc. Antonio reuocauit dictum precarium, vt superius latè demonstratum est, & id nullam habet difficultatē, cunctaque alia, amplius non insistendo ubi non expedit, clara sunt, & demum ex prædictis omnino sublatæ sunt omnes dubitationes adductæ cōtra Dominum Antonium. Pro quo igitur de iure ferenda est sententia condemnatoria contra reum conuentum ad petita, & promissa in prædicto locationis instrumento. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXIIII.

ARGVMENTVM.

In materia societatis inter duos fratres.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium diuisorium intētans, cum possessorium à principio sapiat, pbare debet se possidere, aliàs debet prius experiri rei vendicatione, uel publiciana, seu alia actione in rem.*

2 *Verbo præteriti temporis, possedisse, negatur in præsenti possidere.*

3 *Sententia non potest ferri super non petitis.*

4 *Instrumenta acquisitionum excludunt petētem bona in eos contenta.*

5 *Actione personali pro socio vt quis experiri posit cōtra socium, vt communicet bona petita, quæ requirantur.*

6 *Societas est obligatio qua ex consensu contrahitur.*

7 *Societas quomodo gestis & factis socialibus probetur.*

8 *Pupillus, & minor decem annis sunt inhabiles ad omnem obligationem contrahendam, non seruata solemnitate statuti.*

9 *Societatis progressus ignoratur, cum non apparet de initio temporis ipsius inita.*

10 *Societas vniuersalis ex quibus reddatur falsa.*

11 *Gesta communi nomine fratrum construunt & demonstrant generalem societatem inter eos.*

12 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*

13 *Gesta separatim declarant non adesse societatem, & si qua fuerit, renuntiatum esse.*

14 *Frater socius emens nomine suo clandestinè, & inscio alio fratre, tenetur ad communicandum fratri.*

15 *Factum quid palam dicitur, quod constat ex publicis instrumentis.*

16 *Societas non intelligitur tacitè contracta inter gerentē negotia, & non negotiantem.*

17 *Testis assumens partes iudicis, putando, pro inducente non probat, & est suspectus.*

18 *Locutio indefinita testis non æquipollet vniuersali.*

19 *Testi in uno falso in nullo debet credi.*

10 *Testi contrario & uario non adhibetur fides.*

21 *Repugnantia factis facit, quod non stetur confessioni & assertioni partis.*

22 *Societas uniuersalis inter fratres non dicitur probata ex possessione bonorum paternorum in communi, aliquorum fructuum communicatione, quo ad communem victum, & communi possessione omnium bonorum stabilium.*

23 *Acquisita à fratre sua industria & auxilio amicorum non tenentur communicari cum aliis.*

24 *Partes nullæ sunt non entium.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.



Agnus videtur & prolixus processus scripturarum coram arbitris factus inter Dominum Petrum Matheum, & Franciscum fratres, sed insistendo super eo, qui videtur principalis punctus quæstionis, q Franciscus prætendit iure vniuersalis tacitæ societatis omnium bonorum dict. Petrum Matheum sibi teneri ad communicandum omnia bona per eum nomine proprio empta, cætera omittam doctissimo causæ patrono. Primum inspiciendo petitionē Francisci, ex ea colligitur, eum intentasse iudicium
1 diuisorium, in quo † requiritur, cum possessorium
à principio sapiat, probari agentem possidere, aliàs
debet prius experiri rei vendi. vel publici. seu alia
actione in rem. l. fundi. ff. de excepti. vt tradit Bald.
in l. post sententiam. col. 2. versicu. modo quæro. C.
de senten. & interlo. omn. iud. Quod Franciscus nō
probauit, nisi per quosdam testes, dicentes eum pos
sedisse, per verbum præteriti temporis, per quod
2 negatur † in præsenti possidere. ar. not. per Bart. in l.
certum. §. 1. ff. de confess. & Bald. in l. multis. C. de
liber. ca. & Ange. in l. edita. col. 2. de eden. & Pa. de
Cast. in consi. 250. col. 1. ver. secunda ratio. lib. 2. er
go non potest obtinere. §. comodum. inst. de inter-
dict. & c. cum ecclesia. circa fi. de causa. pos. & prop.
cum vulg.
3 Actione aliqua in rem non potest quoq; obtine
re, quia eam non intentauit, & super † non petitis
non potest ferri sententia. l. 4. §. hoc autem iudiciū.
de damn. infect. & l. vt fundus. ff. commu. diui. peti
tio enim debet attendi ad plura. per Feli. in c. inter
dilectos. col. 4. versic. in text. ibi ex forma. de fide in
stru. & modus agendi. Bald. consi. 50. nu. 3. lib. 4. &
Ang. cons. 302. visis. circa fi. non probauit etiam de
dominio, vel quasi, ut requiritur. per l. in rem. in pr.
ff. de rei vendi. & l. 1. cum seq. de publici. Quinimò
per instrumenta acquisitionum producta d. Pet. M.
4 probauit bona petita † esse sua per eū empta. l. quin
tus. §. cui legatum. de aur. & arg. leg. sic non veniūt
in iudicio diuisorio. l. si id quod. ff. fam. ercis. & ipse
d. P. Mat. debet obtinere ex nō probatione iuris a-
gentis, & ex probatione sui iuris. Corn. consil. 110.
col. 2. lib. 2. & alibi.
Verum si diceretur dictum Franciscum posse ve
nire & experiri actione personali pro socio agendo
contra d. P. Mat. vt communicet bona petita, prout
videtur se fuisse prosecutum in articulis & examine
testium. vt l. si quis societatem. ff. pro soc. Responde
5 tur, vt possit & hac actione obtinere, † sibi incum-
bere probare duo, scilicet societatem omnium bo-
norum adfuisse. l. vt sit pro socio. ff. eo. & petita bo-
na esse empta post societatem contractam. gl. in d.
l. si quis societatem. Primum agrediēdo (quod prin
cipale est in causa) verè fatendum est, materiam es-
se tritam, & in variis locis à docto. pertractatam, vt
exorditur Petr. de Anch. in consil. 302. Materia, &
super ea de fratribus in communione habitantibus
amplissimos editos esse tractatus. vt per Bar. & Bal.
in tracta. de duo. fra. & per Petr. de Vbald. in vberri
mo eodem tract. de duo. frat. & alibi per doct. in cō
6 sil. & in lectu. Vbi traditur † societatem esse obliga
tionem, quæ ex consensu contrahitur. §. 1. institut.
de obligatio. ex consen. contrahitur autem duplici
modo, & expressè, & tacitè, Quoniam de expres-
sa hic penitus nullum verbum est.
De tacita, quæ factis & gestis socialibus proba-
tur, videndum est. Requiruntur quidem talia gesta
7 & facta pro demonstranda † societate vniuersali
omnium bonorum, ex quibus non possit inferri, ni
si ipsa societas vniuersalis, vt post alios, quos refert,
tradit Dec. consilio 21. col. secunda. & Ias. consil. 2.

&

& confil.fequent. lib.3. cum aliis alleg.in additio.
ad Alcia.de præfumptio.regu.1.præfumptio.25.&
ifta focietas in cafu propofito non eft probata. Nõ
conftat enim de eius initio, quia per eam dicitur
contrahi obligatio. d.§.1. inftitut. de obligationi.
ex confen.& tot.titu. ff.& Cod. pro foc.& requiri-
tur perfona habilis ad obligandum. l.vt in condu-
ctionibus.ff.pro foc. fed tempore mortis Guidi cõ
munis patris, de anno 1517.dict.Pet.Mat. erat mi
nor viginti ann.& Francifcus erat pupillus, minor
ann. decem. vt teftes probant. ideo erant inhabi-
8 les † ad omnem obligationem contrahendam,nõ
feruata folẽnitate ftatuti Pifauri.rub.85.quòd mi-
nores vigintiquinque ann. non poffint contrahe-
re.lib.fecundo. vt in terminis per Alexand.in con
fil.154.columna fecunda.verficu.accedat.lib.2.&
Dec.confil.556.nume.1.& Alexan.confilio 103.
column.fina.fub nume.6.lib.3.& confil.37.lib.4.
fentit Bald.confilio 87.patruus emit.lib.primo.&
poftea non apparet, quando ambo fratres fuerint
effecti maiores & habiles ad contrahendum,fecun
dum formam allegat ftatut. ergo cum non appa-
reat de initio temporis focietatis initæ, ignora-
9 tur eius progreffus. † argument. not.per Bald.in l.
de diuifione.in princip. ff.folu.matrimo. & in l.1.
§.editiones.in fin.de edend.& Salyc.in l.2. in prin
cip.in fin.C.de temp.appella.& not.in l. matrem.
& in l.neque natales.C.de proba.Secundò & pro-
greffus huiufmodi focietatis non probatur, faltem
vniuerfalis omnium bonorum, vt probari debet
ex factis omnibus hinc inde focialibus, & in omni
bus partibus veram reddentibus generalitatem &
vniuerfalitatem ipfius focietatis,in qua enim focie
tate vniuerfali fi quod factum faltem omnium fo-
ciorum non fociale & contrarium focietati inter-
uenerit, deftruitur hoc vniuerfale,& falfa redditur
10 tota vniuerfalis focietas. † per l.fi is qui ducenta.
§.vtrum.de reb.dub.

At inter iftos fratres plurima facta interuenere
hinc inde, quæ à focietate longè remota funt.dict.
Petrus Mat.incipiendo ab anno 1532.fingulis an-
nis ex inftrumentis productis apparet, quòd emit
omnia ferè bona nomine proprio pro fe & fuis hæ
redibus,quæ modo petuntur ex aduerfo, & pluri-
ma negocia nomine fuo geffit cum diuerfis perfo-
nis, folum fuum nomen in libris & in literis infcri
bendo,vt probatur per teftes, & fuos libros, pari-
ter & ècõuerfo Francifcus feparatè poffedit in cur
te Geneftreti, & Montis Abbatis plura bona ftabi
lia, & bona fuæ vxoris, reponendo pro fe Gene-
ftreti in fuis foucis granum, & alios fructus in fua
domo,& de his difponendo ad eius libitum, & te-
nuit equos & famulum ad fabricam murorum ci-
uitatis Pifauri,recipiendo pro fe mercedes dicto-
rum equorum à miniftris dictæ fabricæ, & plures
lites coram Confulibus mercantiæ egit nomine
fuo, & pluries confeffus fuit, fe non intromit-
tere in negociis d.Pet.Mathei,vt pleniffimè proba
tur per teftes examinatos pro d.P.Math. & contra
xit plura credita nomine fuo, & emit aliqua bona
ftabilia fuo nomine pro fe & fuis hæredibus, dan-
do pro confinibus bonorum emptorum bona alia
folius ipfius emptoris, ut probatur per inftrumen-
ta etiam producta. Quæ quidem facta iftorum fra
trum feparata, & propriis eorum nominibus gefta
penitus remouent & deftruunt inter eos genera-
lem focietatem, ficut econtrario hæc gefta com-
muni nomine fratrum eam conftruerent & demõ-
11 ftrarent. † vt per Roma.confil.291. & Iaf.in d.con
fil.2.Dec.confi.66.& 68.Petr.de Vbald. in d.trac.
de duo fratr.in 3.par.& Rub. Alexandri.in confil.
87.& in aliis plerifque locis habetur, vt etiam per
Grat.confilio 128. col.finali.lib.1.quoniam idem
12 operatur oppofitum in oppofito,†quod propofitũ
in propofito.vt l.fin.§.fina. de leg.3.& ibi Bartol.
& l.Iulianus.§.fi procurator. ff.de action.empti.&
l.& fi contra.in fine.de vulga. & pupil. cum fimili.
Nam propriè vbi quilibet fratrum feparatim eme-
rit nomine fuo in inftrumẽto emptionis fuum no-
men folum apponendo, & feparatim gefferit fua
13 negocia,† intelligi non adeffe focietatem,& fi qua
fuerit, renunciatam effe,probant Bald.in confilio
482. Primo videtur.verficu. Idem & eadem ratio-
ne,libro quinto.& text.in l.itaque.ff.pro foci. Pet.
de Vbald.in d.tracta.in 3.part. column.5. verficu.
tertio cafu.nume.19.& in 11.part.colum.fecunda,
nume.9. Alexand.in confilio 78. verficu. fed cum
præfupponatur.libro fecundo. repetito in confilio
137.lib.quinto.& in confilio 152.fub.verficu. for-
tius dico.& in fin.lib.7.& confilio 134.verfic.& ea
quæ.libro quinto.& Aymo.in confil.26. columna
prima.& fuper eodem facto, in confilio 123.colu.
fecunda.verficulo fecundo principaliter.& in con-
filio 159.in princi. dicit,requiri quòd non docea-
tur de aliquo actu,qui non fit geftus communi no-
mine, & hæc fufficerent pro victoria d. Petr. Matt.
in hoc articulo.

Sed pofito quòd Fran.nihil egiffet nomine fuo,
& contrarium focietati,Cum tamen Bald.& Iaf.in
l.fi focius.ff.fi certum peta.& Alexan. conf.49.col.
fi.verfi.idem etiam voluit Bal.in l.fi.lib.1. & alibi
doct.velint fratrem focium ementem nomine fuo
14 †clandeftinè & infcio alio fratre,teneri ad commu
nicandum fratri,id tamen non poteft procedere in
ifto cafu horum fratrum,quia d.Pe.Mat. non clàm
nomine fuo emit,fed palam poft annum 1532.quo
libet anno femper fuo nomine emit,faciẽdo in do
mo fuę habitationis, & in alijs Ciuitatis Pifauri lo
cis per publicos notarios fieri publica inftrã,& qui
15 bus † dr̃ quid factum palam.l.non folum. §.tacitè.
& ibi Bar.ff.de iur.fif.& Rui.confi.149.nu.41.li.5.
& verifimiliter fciente,& patiente dicto Fran.habi
tante in eadem domo.cũ d.P.M.per ea quæ in ter-
minis deducit Aym.in d.conf.26.& confi.123. Po
fito etiam,ꝙ fuiffet focietas, cum tamen per primã
emptionem & geftũ fact.fuo noĩe Pe.M.diceretur
foluere ius focietatis.per d.l.itaq;.cætera aũt poft-
ea acquifita fuo noĩe effent fua propria,& non alij
cõicanda,per text.in l.actione. §.diximus. in fine.
ff.pro foc.ita arguẽdo probat Gr.d.cõfi.124.n.14.

Rurſus prædicta maximè procedunt, quia P.Mat. ſemper ſe exercuit in conducendis datiis, in gerendis officiis, & in variis trafficis, & mercantiis, cum diuerſis perſonis, & Franciſcus quaſi ſemper iuit ſpaciatum per plateas & apothecas inertem gerens vitam, vt concludenter probant teſtes exami
16 nati pro d.P.Mat. inde, fit † quòd non intelligitur ſocietas tacitè contracta inter gerentem negocia, & non negociantem. vt per Bart.in l.Titium.§.altero.column.penult.ff.de admini.tuto.& in l.ſi patuus.C.commun.vtri.iud. Corne.conſil.251.col.1.ver.actus enim & conſ.299.li.4.& Dec.conſ.21.col.2.ver.prædicta.nu.4.

Non obſtant dicta quorundam teſtium, præſertim Berardini Guidi fratris litigantium, & Iacobi Ianuenſ. conantium deponere de generali communione & ſocietate vigente inter iſtos fratres, quia Berardinus in pluribus eſt ſingularis, & valde affectionatum ſe oſtendit pro Franciſco, dū ſuper interrogatoriis vult iudicare & ferre ſententiam pro eo, vt ibi, & eſſo teſtimonio penſa & tiene, che quelle coſe che ſono ſtate con prate, &c. vnde vltra teſtificationem facti aſſumens partes
17 iudicis putando, pro inducente non probat, † & eſt ſuſpectus.Barto.in conſilio 113.nume.6.Aym. conſil.41.nume.quarto.& conſi.134. numero 43. præterea non deponit vniuerſaliter, quòd fratres conferrent omnia damna, & vtilitates. ſed indefinitè dicit, communicando vtili & damni, &c. cu-
18 ius quidem teſtis indefinita locutio † non æquipollet vniuerſali, vt firmat Alexand. conſil.108. nume.13.lib.ſecundo. & conſ.111.nu.3.li.3.& cōſil.212.nume.ſecundo.lib.7.Dec.in cap.cum omnes.column.ſecunda. de conſtitut.& Iaſ.in l.2.col.fina.de libe.& poſthum. Idem dicendum eſt de dicto Iacobo Ianuen. qui etiam deprehenditur falſum dicere, in eo quòd dicit de anno 1534. veniens cum frumento Piſaurum reperiit Antonium Pauli mortuum, quod falſum eſt, vt probatur per ſuum codicillum confectum de anno 1536. ideo
19 in nullo debet ei credi. † Innocen.& alij in cap.fraternitatis.de hæreti.Bald.in l.fina.in fi.C.de tranſact.& ibi Iaſ.& Dec.conſil.105.col.5.eſt etiam ſibi contrarius, dum ſuper capitulis latiſſimo ore effudit indiferenter fuiſſe collata inter dictos fratres damna, & lucra prouenientia, tam ex mercantiis, quàm ex aliis rebus eorum, & ſuper interrogatoriis dicit, ſe neſcire quid actum ſit de expenſis, & lucris officij Capitaneatus geſti per dictum Frā
20 ciſcum, & teſti contrario † & vario non adhibetur fides.l.eos.& ibi Barto.de falſ.& dict.cap.cum eccleſia.verſicu.nos igitur.de ca.poſ.& propr.Profecto dici non poteſt, concludenter aliquo modo eſſe per iſtos teſtes Franciſci probatam tacitam generalem ſocietatem, cum in oppoſitum per teſtes d. Petri Mat.& per inſtrumenta producta probatum ſit de ſeparatis bonorum poſſeſſionibus iſtorum, & ſeparatis negociis, & emptionibus diuerſis eorum vtriuſque propriis nominibus, vt in ſimili reſpondet Bald.in d.conſil.482.verſicu.Idem & eadem ratione.lib.5.& Alexā. in conſi.151.cir-
21 ca fin.lib.7.& repugnantia facti etiam facit † quòd non ſtetur confeſſioni & aſſertioni partis. Pariſ.cō ſil.89.nu.24. lib.1. Solum enim infertur ex dictis teſtium Franciſci iſtos fratres in communi poſſediſſe paterna bona, & communicaſſe fructus aliquos poſſeſſionum, quantum pertinuerit ad communem victum, & communiter poſſediſſe omnia
22 eorum bona ſtabilia, & ſic ex his † ſocietatem vniuerſalem non eſſe probatam.l.ex parte. §. filius.ff. famil.erciſcund.& l.ſi fratres. pro ſoc. Alexan.conſil.133.col.1.ver.quod videtur verum.li.2.& Corne.in dict.conſi.251.lib.4.In eo autem quòd Franciſcus poſſederit cum d.P.Mat. etiam bona empta per d.P.Ma.dicitur poſſediſſe iure familiaritatis.l. qui iure.& ibi docto.ff.de acquirend.poſſeſſ.vt dicit Corn.d.conſil.251.verſicu. ex quibus infertur. & Ange.conſil.174.in fin.Super eo quòd hæc bona empta poſita fuerint ad æſtimum commune, Franciſcus non poteſt ſe fundare, quia legitimè nō probat, & præſupponitur in facto eſſe contrarium, quod tamen reſponderetur nō refragari d.P. Mat. ex his quæ in terminis tradit Corn. in conſil. 225. lib.2.& Ruin.in conſilio 141.ſub numero quarto. lib.5. Quæ vero bona etiam alio non apparente præſumuntur acquiſita de propriis pecuniis d.P. Mat.per l.ſi defunctus.C.arbit.tut. firmant Barto.
* & communiter doct.in d.l.ſi patruus.& in l.ſecunda.C.pro ſoc.licet hic poſſit coniecturari d.P.Mat. habuiſſe pecunias ex cōtinuis ſuis exercitiis & mercantiis, & ſocietatibus cum diuerſis, & fauore acau xilio Antonij pauli, vt ſui teſtes dicunt. vt in termi
23 nis de acquiſitis ſua induſtria, † & auxilio amicorum, ponit Alexand. in d.conſil.137. prope finem, lib.5. ex quibus vera & firma concluſio remanet, petita bona empta per d.P. Mat.ſuo nomine, non eſſe communicanda dicto Franciſco, ſed ſua eſſe præcipua.d.l.ſi fratres.in princip. Barto. in d.§.altero.& in d.l. ſi patruus. Alexand.in d.conſil.137. & Corne.in conſil.167.lib.1.& in aliis locis ſupra allega.& conſequenter ſecundum ſuperius præmiſſum, ſcilicet hæc bona eſſe empta poſt contractam generalem ſocietatem non eſſe probatum, vt requiritur per gloſſ.in d.l.ſi quis ſocietatem.quia nō
24 eſt probata ipſa ſocietas, & † non entium nullæ ſunt partes.l.verum.§.fina.ff.pro ſoci. cum ſimil. Nec aliqua empta & geſta per d.P.Mat. communi nomine fratrum, de anno 1518. 1519. 1520. poſſunt aliquam ſocietatem obligatiuam inter fratres inducere, cum de dictis annis adhuc d.P.Mat.eſſet minor 25.& dictus Franciſcus pupillus. & ſic inhabiles ad obligandum per dictum Statutum, & per ius commune, vt per Bart.in d.§.altero. & doct.in d.l.ſi patruus.& per Iaſ.in l.1. C.qui teſta.fac.poſſ. itaque principale dubium inter dictos fratres, de quo tractare pollicitus ſum, ad fauorem d.P.Mat. iure explicatum & ſolutum arbitror. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CON-

CONSILIVM XXV.

ARGVMENTVM.

Qualiter res quædam intelligātur comprehensę in partibus, & liber rationum qualiter debet componi, & ratio reddi, & de iuramento in litē deferendo.

SVMMARIVM.

1 *Socius tenetur actione pro socio ad reddendam rationem administrationis.*
2 *Socius administrans tenetur ad conficiendum librum rationum, & illum ostendendum.*
3 *Societate finita, de iure, capitale restituitur ponenti & immittenti.*
4 *Scribentis ad declarationem suæ scripturæ standum est.*
5 *Scriptura de confeßionibus recipientis facta pro habenda solutorum probatione parat commodum debitori.*
6 *Obliuio, & ignorātia non præsumitur de facto proprio, & recenti.*
7 *Locutio indefinita æquipollet vniuersali.*
8 *Confeßio indefinitè prolata in omnibus præiudicat.*
9 *Summas non esse duplicatas ex quibus præsumatur.*
10 *Actuum pluralitas non præsumitur.*
11 *Verbum ambiguum potest declarari, & interpretarī per confitentem.*
12 *Confeßio vltima habens præsumptionem pro se, non potest per alterum acceptari, nisi prout sonat, & cum suis qualitatibus.*
13 *Liber rationum, vt poßit ex eo haberi vera & iusta ratio rerū administratarū, qualis esse debeat, & quid debet continere.*
14 *Res intelligi debet secundum qualitatem personarum.*
15 *Diligentiam quis in alienis vt in suis proprijs adhibere debet, alias est in dolo, aut in lata culpa.*
16 *Socio quando deferatur iuramentum in litem contra socium.*
17 *Capitale peruentum ad manus vnius facit eum esse debitorem, & ab eo exigi potest, etiam nulla reuisa ratione.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.


EX processibus & scripturis vtriusque partis mihi traditis secretò, visis à me & perlectis, habui claram informationē & instructionem causæ corā Arbitris, & contrauersiæ vertentis inter Franc. Ioannis de pileo ex vna agentem & petentem sibi solui scuta. 41. & solid. 26. pro residuo sui capitalis scutorum 326. & soli. 15. positorum in societate, & sibi reddi rationem administrationis ipsius societatis, & Frā. Alexij de Terra durantis ex altera parte reum conuentum, & reconueniendo petentem sibi restitui scuta 38. & sol. 9. & de scutis. 388. sol. 29. den. 9. retento capitale, de residuo sibi reddi rationem, & dimidiā assignari iure societatis, ex causis hincinde respectiuè allegatis, & deductis in eorum petitionibus & articulis, Consultus vt responderē quomodo iustè ab Arbitris posset hæc cōtrauersia decidi & finiri, omittam loqui & tractare de his, quæ nullam habent dubitationem & in facto, & in iure, In facto. n. verum est chyrographum societatis inter istos initæ sub die 17. Iunij. 1555. confectum Senis recognitum per dictum Franc. Alexij, & fatentem contenta in eo, & subscripta, vt legitur in suis responsionibus factis positionibus Francisci Ioannis, Quicquid etiam dicit Fran. Ioannis in sua petitione, & in alijs suis scripturis, quod faciat pro Franc. Alexij, in eo quod prætendit sibi restitui per dictum Fran. Ioannis, habetur pro sua confessione. l. 2. & ibi Alex. no. C. de institu. & substi. cum vulg.

1 Certi quoque Iuris est † socium teneri, vt quilibet alius administrator (actione tamē pro socio) ad reddendam rationem administrationis. l. quædam. in princi. ff. de eden. latè prosequitur Petr. de Vbal. in trac. de duo. fra. in 12. par. referens idem ferè quod scribit Bald. in consil. 152. libr. 3. idem firmat Rui. consi. 101. nu. 13. lib. 1. & Paris. consi. 84. nume. 17. lib. 1. & ista de causa socium administrantem, & fortius pacto obstrictum, vt est Franc. Alexij, ad reddendum iustum bonum & reale computum, teneri
2 ad conficiendum librum rationum † & illum ostēdendum, vt doct. dicunt in locis supra alle. & Dec. in consi. 110. nu. 8. & Ias. in consi. 100. versi. in primis ergo. lib. 4. In dubium etiam non refricatur, cō
3 uentionem valere, & iuris esse, † vt finita societate, capitale restituatur ponenti & immittenti. gloss. & docto. in l. prima. C. pro soc. Corn. in consi. 311. col. 2. ver. vnde si finita. lib. 3.

Verùm vniuersa difficultas & controuersia inter has partes, & tota vis dubitationis videtur consistere in duobus.

Primò an pelles ponderis lib. 670. & lib. 550. pro scutis quinquaginta, & pro scutis quadragintaquatuor, per Franciscum Alexij missę Frācisco Ioānis in nundinas Cesenæ & Sancti Archangeli, & precium mulæ de scutis 21. & scuta 16. & scutum 1. sol. 9. soluta & data Francisco Ioannis sint hæc omnia comprehensa in tribus partitis, manu domini Baptistæ Pierij scriptis, facientibus summam scutorum. 284. soli. quadragintanouem, vel vltra hanc summam data & soluta eidem Francisco Ioannis.

Secundò, an liber rationum per dictum Franciscum Alexij, sub die secundo Nouembris. 1558. editus, & exhibitus, coram Arbitris, sit taliter compositus probe & scriptus vt ex eo possit haberi & reddi iusta & vera ratio dictæ societatis, & fieri & cognosci verus calculus crediti hincinde, & debiti inter ipsas socios?

Super primo dicendum est, censeri summas dictarum pecuniarum & precij pellium & mulæ comprehensas, & inesse in dictis tribus partitis

& confeſſionibus dicti Franciſci Ioannis, ſcriptis
manu dicti donni Baptiſtæ, idque ex pluribus com
probari poteſt. Primò, ambo ſocij fatentur di-
ctas confeſsiones eſſe ſcriptas manu dicti donni
4 Baptiſtæ, cui † ad declarationem ſuæ ſcripturæ
ſtandum eſt. ar. l. ex facto. in princip. de vulga.
& pupil. & qui examinatus dicit ſe factis prius
computis per ipſos ſocios, & ſummatis, ſcripſiſſe
dictas partitas, quarum quæque ſcriptura reite-
rata diuerſis temporibus demonſtrat inter eos
reiteratam eſſe rationem receptorum per Franci-
ſcum Ioannis ab altero Franciſco, quo fit vt præ-
ſumantur poſita in computo dictarum partitarum
omnia recepta, præſertim precia dictarum pel-
lium babitarum de menſe Auguſti. 1555. vt te-
ſtes dicti Franciſci Alexand. dicunt, & ante di-
ctas confeſſiones ſcriptas de menſe Octobr. & de-
cembris. ar. l. Procula. ff. de proba. vbi ſi ratio
ſæpe habita quæ potius facit remitti fideicommiſ-
ſum, vt ibi ſentit Baldus & Socin. conſil. 25. nu.
10. lib. 4. quod eſt perdere, fortius dicendum
eſt, quòd ex reiterata calculatione debitor poſue-
rit omnia data reſoluta in ſcriptura de confeſſio-
nibus recipientis facta pro habenda ſolutorum
probatione, qua ſibi parare commodum repu-
5 tatur † Alexan. in conſil. 128. num. ſeptimo lib.
quinto & in l. Imperator. circa fin. ff. ad Tre-
bellia.

Secundò cenſetur Franciſcum Alexij voluiſſe
de confeſſionibus receptorum ab altero Franciſco
fieri per dictum dom. Baptiſtam ſcripturam pro
memoria & probatione. l. contrahitur. ff. de
pign. prædictæ ſummæ de quibus eſt contentio,
maxime receptæ ante partitas ſcriptas manu don-
ni Baptiſtæ ob earum notabilem ſummam, ob
breuitatem temporis, & de factis proprijs non
præſumuntur obliuione ommiſſæ ſcribi & com-
putari in dictis partitis, quia de facto proprio
6 † recenti non præſumitur obliuio & ignorantia.
l. tertia. ff. de iur. & fac. igno. & ex breuitate
temporis quid præſumitur ineſſe, vt l. ſi ventri.
§. fina. & ibi Bartol. & Rip. ff. de priui. credi. &
Alexan. in conſil. 53. circa fin. libr. 2. & conſil.
146. lib. 6. & conſil. 69. colum. penult. verſic. ex
prædictis. lib. 2. cum ſimil. & eadem ratio proba-
tionis & memoriæ habendæ viget in his, ſicut in
alijs, & pecunijs receptis computatis in dictis
partitis, vt vult Franciſcus Alexij reſpondendo
poſitionibus alterius Franciſci. ergo idem ius eſt
præſumendi has ſummas comprehenſas eſſe in di-
ctis partitis ſcriptis indifferenter ac indiffinite de
receptis per Franciſcum Ioannis ex ſocietate vſque
in diem ipſius ſcripturæ. l. emptor. §. Lucius. ff. de
7 pact. quia locatio eſt indiffinita † æquipollens
vniuerſali. l. ſi pluribus. in princip. & ibi Bartol.
de legat. 2. cum concor. alleg. per Dec. in conſil.
61. colum. 1. ſicut dicitur, quòd confeſſio indiffi-
8 nite prolata † in omnibus præiudicat, gloſſ. in ver.
oportet. in l. & ſi quis. §. plerique. ff. de relig.
& ſumpt. fun. & eadem ratio facit idem ius eſſe &
comprehendi de omnibus, ſaltem ante diem di-
ctarum partitarum receptis per Franciſcum Ioan-
nis ar. l. illud. ad l. Aquil. cum vul.

Tertiò, ſi ſummæ duplicatæ eſſent, & vltra ſum
mam ſcutorum. 284. contentam in dictis partitis,
in totum aſcenderent ad ſummam ſcutorum. 426.
cum detractis ſcutis. 82. in circa pro expenſis de-
ſcriptis in lib. o rationum dicti Franciſci Alexij,
de retracto & credito mercantiæ & ſocietatis de-
ſcripto in dicto libro, remaneret ſumma ſcutorum
256. vel circa, de ſuo proprio ſoluiſſet Franciſcus
Alexij vltra retractum ſocietatis ſcuta 170. & vl-
tra capitale Franciſci Ioannis ſcuta centum, ſunt
quidem magnæ & notabiles ſummæ, vnde præſu-
mendum eſt, quòd non ſic de facili lapſus fuerit ad
ſoluendum de ſuo & iactandum tam magnas ſum-
mas pecuniarum. vulg. l. cum de indebito, §. 1.
ff. de probatio. & non tribus annis tacuiſſet, neque
expectauiſſet ab eo peti per Franciſcum Ioannis
prius, ut fecit. Quod pariter facit contra eum præ-
9 ſumi, † ut dictæ ſummæ non ſint duplicatæ, ſed
computatæ in dictis partitis, & ipſe nihil debeat
habere ab altero Franciſco ar. not. per Alexand. in
conſil. 183. colum. fin. lib. 6. & conſil. 115. ſub
num. 3. lib. 7. & per Socin. in conſil. 89. columm.
fin. verſicul. Item ad ſunt præſumptiones. libr. 3.
& per Paul. de Caſtr. conſil. 58. circa fin. libr. 2.
& Calcan. in conſilio 23. columna ſecunda, & per
Deci. in conſil. 596. circa fin. ubi plura adducit
ad id, quod uериſimile eſt attendendum eſſe.

Quartò, eſſe ſolutas & ſummas confeſſatas in
dictis partitis, & alias ſummas, quas prætendit
Franciſcus Alexij nou compræhenſas in ipſis par-
titis, reſpicit pluralitatem actuum, quæ quidem nõ
10 præſumitur. † c. cum Ioannes. de fide inſtrumen. &
Bald. in l. 2. C. de erro. aduo. & Iaſo. in l. 2. col. 4. de
bo. poſ. ſec. tab. & Marſil. in ſing. 439. ergo præſu-
mi debet unitas ſummarum reſpectiuè allegata in
petitione Franciſci Inannis ut requiritur, Socin. in
conſil. 149. col. 4. ſub ver. tertio reſpondetur. lib. 1.

Quintò, quę & quales ſint ſummæ, res, & pecu-
nię computatæ in dictis partitis continentibus con
feſſiones Franciſci Ioannis, non apparet, & ambi-
guum eſt, quod poteſt declarari & interprætari
per ipſum confitentem † concord. ad id allegat
Alcia. de præſump. reg. 3. in præſumpt. 35. num. 10.
meritò credi debet Franciſco Io. in ſua petitione, &
in alijs actis declaranti prætia pellium, & mulæ, &
alias pecunias, de quibus contenditur, eſſe compu-
tatas in dictis tribus partitis, vnde ad propoſitum
ſuper illa quæſt. quando petij quinquaginta, quæ
promiſiſti, & probaui de centum, non poſſe me ob-
tinere, niſi in iudicio conſtet, quòd illa quinqua-
ginta ſint de ſumma centum, id conſtare dicitur,
quando actor interpretando ſuum libellum dixerit
quinquaginta petita ſe intelligere eſſe partem ſum
mæ centum, vt firmat Alex. in l. ſcire debemus. in
princ. ſub num. 11. ibi pro concordia tamen. idem
ibi Iaſo. circa fin. ſentit. de verborum obligatio. &
quia id veriſimilius eſt. quod in obſcuris eſt atten-
dendum.

dendum.l.in obscuris.de regu.iu.saltem solum apparens ex confessionib. dicti Francisci Ioan.ita declarantis has summas esse computatas in confessionibus alijs redactis in scriptis in dictis partitis. per ea quæ scribit Alber.de Ros.in l.quinquaginta.circa fin. ff.de prob. & non dissentit Alex.in consil.4. colum.3.sub versicu.vltimo iunatur. lib.1.quando enim est declaratum à confitente,nulla videtur dubitatio etiam respectu diuersarũ summarum, cum minor summa possit inesse in maiori. l.1. §.ecõtra-
12 rio. de verborum obligatio. & vltima † confessio Francisci Io. habentis præsertim præsumptionem pro se per supradicta, non potest per alterum Franciscum acceptari,nisi prout sonat, & cum suis qualitatibus. Pet. de Ancharan. in consil.146. in prædicta colum.fin.in prin. Soci.in consi.57.colum.5. versicu. secundo respondetur. lib.4. & Alexand.in consil.87.lib.1. & Bocr. in decisio.243. & 339. in secunda parte.

Sextò, hæc quæstio videtur in terminis decisa ex his, quæ deducit Alexan.in cons.102.Viso processu.sub versicu. in alio.lib.5. vbi in creditore petente certum residuum maioris summæ sui crediti contenti in instrumento, & ad positiones debitoris confitente habuisse quasdam summas pecuniarum,si debitor nõ probet summas confessatas fuisse solutas, postquam fuit creditor satisfactus de residuo petito supra, concluditur summas confessatas, non cedere ad satisfactionem residui petiti, defectu probationis, non concludenter factæ. per tex. in c. in præsentia.de probat. Quod Franciscus Alexij non probauit, scilicet summas cõfessatas esse datas alteri Francisco, postquam fuit satisfactus supra scuta 41. & solidos 26. petita pro residuo sui capitalis, quinimò probat contrarium, pelles fuisse datas ante diem dictarum partitarum, vt dictum est, ergo contra eum in terminis est decis. Alexan. in allega. consil. facit quoque decisio Neapol. per Afflict.in decisio.198.vbi firmatur, summam contentam in confessione probata creditoris esse eandem summam in scripta manu creditoris, ex quib. omnibus remanet soluta prima difficultas, & firma conclusio est, dictas summas non censeri diuersas, sed omnes comprehensas in dictis tribus partitis, & residuum capitalis dicti Francisci Io.esse de scutis 41. solidis 26. alio non docto.

Pro secundi dubij solutione,& dilucidatione dicendum est,librum rationum,vt possit ex eo reddi, & haberi vera, & iusta ratio rerum administrata-
13 rum,†debere continere sigillatim, dietim, specialiter, nominatim non in genere, non in concreto, non in summa,& in confuso, data & recepta,debita, & credita rationis administratę vt l.1. §.rationes.ff.de eden. l.cum seruus.de condi. & demonst. Bar.in consi.150. Afflict.decis.360.Bart.in l.comperimus.C.de nauicu.lib.11.Corn.consi.196.col. fin.lib.3.& Ias.consi.4.colum.2.lib.3.& plenè tradit Mod.Ancon.in tract.de merca. in secunda par. num.52. cum sequent. Sed talis, & taliter compositus non est liber rationum Francisci Alexij ab eo exhibitus: Primò quid soluerit alteri Francisco socio sigillatim, & nominatim non descripsit, sed in confuso, vt habuit confessiones ab eo scriptas manu domini Baptistæ,& postmodum sine die scripsit partitas pellium, quæ deberent præcedere partitas confessionum Francisci.Io.cum prius fuerint datæ, & sine die scripsit alias partitas datorum dicto socio, ita quòd veritas superinde haberi non potest huiusmodi datorum ex suo libro, meritò conueniens, & iusta est contra eum conclusio superius etiam in primo dubio firmata. pariter in confuso, vt plurimum sine die, in summa, non nominando quibus,& quando vendiderit, descripsit partitas,retractus, & crediti mercantiæ, & societatis,etiã non faciendo mentionem de numero pellium expeditarum, vt debebat facere, vt posset haberi vera ratio pellium. nume.1435. à principio habitarum in societate, vt in chirographo societatis dicitur.

Si diceretur de consuetudine pellionum, & ipsius Francisci Alexij est, sic non exquisitè scribi, &
14 teneri libros rationum, & res † intelligi debere secundum qualitatem personarum.l.plenum.§.equitij. ff.de vsu & habi.cum simili. alleg.per Corset.in not. in versicu.conditio personæ.& Afflic.in decis. 401.num.2.Rui.consi.4.colum.pen.lib.2. Respondetur,id verum esse, nisi sic intelligendo resultaret maior iniquitas, secundum Aret.in cons.58.col.7. versicu.nec obst.quòd verba.& de ista consuetudine etiam hic non liquet, & non excusaret,quòd esset stultè scriptum, vel inconsideratè, vt per text. & glo.in d.l.cum seruus.quinimò hic constat contrarium in respicientibus commodum scribentis, & debitum mercantiæ, vt sunt partitæ expensarum, quas dictus Franciscus Alexij dietim,separatè,nominatim,minutatim vsque ad minimum quadrantem scripsit, vt legitur in dicto suo libro rationum, & sicut in hoc fuit pro se diligens,debebat esse etiã pro societate, scribendo singulos eius retractus, & credita nominatim, & in specie, ac separatim,& ad numerum pellium vẽditarum, & expeditarum,ponendo etiam pelles missas alteri Francisco in nundinas Cesenæ, & Sancti Archangeli, quæ non reperiuntur positæ, vt poni debent in partitis retractus,& ad creditum mercantiæ, & societatis,& augerent ipsum creditum ad notabilem summam. & quis eandem diligentiam in alienis negocijs, vt in
15 suis proprijs adhibere debet, †aliàs est in dolo, aut in lata culpa, vt in simili dicit Com. in dicto cons. 196. circa fin.lib.3.

Demum talis est dictus liber, quòd per eum dictus Franciscus Alexij non reddit alteri Francisco socio bonum iustum, & reale computum, vt in dicto chirographo promiserat, paria enim sunt non esse factum, vel minus idoneè.l.quoties.& ibi not. ff. qui satisda.cogan. & non dare,& malè dare.glo. in l.1.§.sciendum. de magistr.cõueni. & non dicere,vel obscurè. & confusè. Aret.consi.68.col.pen. circa fi. & consequenter potest contra dictũ Franciscum Alexij non reddentem rationem, & computum, vt promisit & tenetur, deferri alteri Francisco

16 cisco socio iuramentum in litem: † vt firmat Bald. in dicto consilio 152. lib. 3. & Pet. de Vbal. de duo. fra. in d. 12. par. & Socin. consilio 46. columna 2. lib. o 1. & consilio 159. columna prima. lib. o 2. & Corn. dicto consilio 196. colum. fin. per iura, & rationes in dictis locis alleg. vt tali iuramento probetur dānum, & interesse iurantis in societate passum: Quod antequam iuretur debet prius taxari, & moderari vsq; ad quam quālitatem iurari liceat. l. videamus. §. deferre. & nota. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. hæc quantitas potest moderari ad illud, quod verisimiliter potuisset lucrari, & percipere iurās ex dicta societate, per ea quæ sentit Cor. in dicto consilio 196. columna penultima. versicu. itaque teneatur. quod verisimile lucrum potest haberi ab expertis, & peritis viris in huiusmodi arte pellionum. Pau. de Cast. in consilio. 114. colum. 2. versicu. secundo videndum. & versicu. quinto loco. libro 2. refert Aymo. consilio 275. nume. 10. & sic ex attestationibus illorum duorum pellionum examinatorū in causa, ista taxatio fieri potest præmissa condemnatione scutorum 41. & solidorū 26. pro residuo capitalis Francisci Io. petitorum, quod capitale certum, & peruentum ad manus alterius Francisci, vt in chirographo dicitur, facit eum esse
17 debitorem, † & ab eo exigi potest etiam nulla requisita ratione per ea, quæ firmat Soci. in consilio 24. columna penult. versicu. quartò confirmatur. lib. 1. & in l. pecuniam. num. 10. si certum petatur. & ibi Dec. nume. 8. & Pau. de Cast. in consilio 428. lib. 2. itaque per arbitros causa expediēda est eorum laudo, & arbitrio ferendo, vt ex prædictis colligitur, & infra materno sermone scripta forma datur, cum expensarum litis etiam condemnatione, causa aliqua non excusante victum. l. eum qui. ff. de iudi. cum simi lib. & si victo dura hæc sententia videatur, non de arbitris, non de consulente, seu alijs, sed de seipso conqueratur, quòd non fecerit, & non seruauerit, quæ seruare, & agere debebat, adduci potest dictum glos. fina. in l. cum probatio. ff. de probatio. delictum suum te punit, non ego. & tex. in c. damnum. de regulis iuris. lib. 6. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

De probatione possessionis facta in iudicio possessorio, & de emptione facta pro emptore, & non pro alio.

SVMMARIVM.

1. *Probationes efficacissimæ ex quibus habeantur.*
2. *Confiteri quis etiam dicitur, quod ponit.*
3. *Possessionis traditio probatur per clausulam constitui, positam in instrumento emptionis.*
4. *Mercedis perceptio probat possessionem.*
5. *Concedens causam, & antecedens videtur fateri, & concedere causatum, & consequens.*
6. *Responsio intelligitur secundum interrogata.*
7. *Mercedem, seu naulum ex re percipere, est possidere.*
8. *Subscribens fatetur principalem scripturam, & tantum sibi praeiudicat, ac si totam scripturam sua manu scripsisset.*
9. *Reus non admittitur ad probandum illud, quod non excepit.*
10. *Actor non admittitur ad probandum id, quod in libello non deduxit.*
11. *Factum turpe adducens repellitur.*
12. *Probatio liquida, & plena requiritur in pœnalibus.*
13. *Deponens per verbum (sibi videtur) non probat.*
14. *Testis idoneus non est frater inducentis, & deponens de auditu alieno non probat.*
15. *Testes vt probent famam, debent formiter deponere.*
16. *Fama non probatur quem vendidisse, & alium emisse, quia non necessariò id contingit.*
17. *Iuramentum testatoris hæredibus, & non alijs præiudicat.*
18. *Vir probus non præsumitur vti technis, & assentire fraudibus.*
19. *Diligens præsumitur semper facere ea, quæ pertinent ad diligentem.*
20. *Pecunias suas nemo iactat.*
21. *Iurans non præsumitur immemor salutis æternæ.*
22. *Contraria proponens non est audiendus.*
23. *Emere quis præsumitur nomine proprio, & non pro alys.*
24. *Periurus, & allegans contraria non debet audiri.*
25. *Instrumentum dicitur probatio probata.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Ntentio D. Hieronymi, & fratrum de Ardicii, & contra D. Pandulphum Ardicinum super fundico petito, videtur clarè & optimè fundata, & probata ex instrumento emptionis, per D. Gasparinum p... actorum factæ a Iulio Arduinino, ex confes... ibus D. Pandulphi factis positionibus Actorum, & ex testibus examinatis in causa, ex quibus habentur efficacissimæ
1 probationes. † vt de instrumento dicitur, & de testibus in l. in exercendis. C. de fide instru. & in l. cum precibus. de prob. cum vulg. & de confessionibus factis positionibus habetur in c. 1. de confe. & in c. præsentium. de testi. lib. 6. & per Alex. in cons. 213. col. fin. lib. 2. & in consi. 172. col. pen. num. 17. lib. 6. & Dec. in consi. 252. sub nume. ... ex dicto instrumento emptionis in proc... producto, & inserto ad char. 15. p... Gasparinum olim patrem ... Hieronymi ... Actorum emisse fundicū petitum ... to pratio persoluendo intra bie... fiendo in toi bonis stabilibus ... des de pratio. vt l. quod vendidi. & ... contrahend. emptio. & §. venditæ ... dic... & l...

& l.rendi.i.C.de actio.empt.Cy.Bal.& Salyc.in l.
in ciuile.C.de rei vend.ex qua emptione dicti fun-
dici dominium translatum est in ipsum emptorem.
d.§.venditæ. & l.nunquam nuda. in prin.de acqui.
rer.domi. subsequente traditione prout secuta fuit
à dicto Iulio venditore domino ex diuisione facta
inter fratres, & possessore dicti fundici, vt fassus est
Do. Pand. respondendo positioni 23.& 24. Acto-
rum in eorum processu.char.20.& ponendo in suis
positionibus. in 10. & 11. posit. in dicto processu.
char. 141. 143. quis confiteri etiam dicitur quod
2 ponit.† glo.in d.cap.1.de confes.in sexto.Alexand.
in consi.71.colum.1.lib.3.& in consil.172.num.1.
lib.6. traditio possessionis probatur per clausulam
constituti positam in dicto instrumēto emptionis.
3 † l.quod meo.& ibi Docto.ff.de acquirend. posses.
& concordan. ferè omnes adducit in suo tracta.de
constit.in prima par.& alibi Andr.Tiraq.de actua-
li possessione etiam dicti fundici per receptiones
pensionis, seu affictus factas per dictum emptorem
à Domino Sebastiano tunc conductore probatur
per librum dicti Domini Sebastiani in iudicio pro
ductum,per plures testes probatum, & recognitum
per ipsum Do. Pand. respectu suæ subscriptionis in
eo factæ, vt in dicto processu legitur. char. 111.&
4 112. mercedis perceptio probat † possessionem. l.
quamuis.§.1. ff.eo.de acq.pos.

Et, quòd in bonis,& hæreditate D.Gasparini re
maneret idem fundicus respondendo vigesimæse-
cundæ positioni in dicto processu. char.20.fatetur
ipse Do.Pandulphus,dum dicit se credere prout in
instrumento venditionis, referendo enim se ad ti-
tulum, & causam, ex qua habetur ius dominij. d.l.
nunquam nuda. & l.1.§.1.ff.pro suo. videtur fateri
ipsum ius, vt est, in bonis, & hæreditate. l. rem in
bonis.ff. de acquiren.rer.domi. & l. qui actionem.
5 de regu. iur. nam concedendo † causam,& antece-
dens,videtur concedere,& fateri causatum,& con-
sequens: argumen.l.qui procuratorem.ff.de procu.
& not. per Aymo. consil.79.nu.4. vt responsio in-
6 telligatur † secundum interrogata. l. si defensor. §.
qui interrogatus. de interrog.actio.ponit Corn.in
consil.250.colum.penul.lib.4. Cum ex re percipe-
7 re mercedem, seu naulum sit possidere † d.l. quam-
uis.§.1. & ibi Bart.& in l. qui vniuersas.§.quod per
colonum. ff.eod.de acquiren. posses. dicitur quidē
probata possessio dictorum Actorum vti filiorum,
& hæredum dicti Do. Gasparini emptoris ex solu-
tionibus plurib. per Dominum Sebastianum con-
ductorem dicti fundici(vt plures testes probant)de
mercede, & naulo factis eidem Do.Pandulpho vti
procuratori dictorum hæredum,vt legitur in parti-
tis libri dicti Do. Sebastiani, vt supra, registratis in
dicto processu. char.111. 112.cum subscriptionib.
manu dicti Do. Pandulphi per eum cōfessis respon
dendo positioni.26. registratæ in dicto processu.
char. 20.& recognitis in libro,vt apparet in margi-
ne suarum subscriptionum registratum in dicto lo-
co. chart.111.& 112. per quas subscriptiones Do.
Pandul. fatetur contenta in dictis partitis, scilicet
se recepisse mercedem dicti fundici nomine, & vti
procuratorem dictorū hæredum, quia subscriptio
refertur ad omnia, quæ continetur in scriptura, &
subscribens fatetur principalem scripturam, & tan-
8 tum sibi præiudicat, † ac si totā scripturam sua ma-
nu scripsisset. vt latè probat Alexand.in consi.147.
col.2.versicu. Ad hoc ostendendum.lib.2.& Deci.
in consi.11.colum.10.versicu.præterea in casu no-
stro.Paris.consilio 47. nu.6.& consi.101.num.57.
lib.1. & Gramma.consi.ciui.34.itaq; receptio mer
cedis facta pro dictis hęredibus probat eorum pos-
sessionem post mortem patris continuatam in di-
cto fundico. per text.& glos.in d.l.qui vniuersas.§.
quod per colonum. & Soci. consi.205. col.3.versi.
nono.lib.2. & cum probetur clarè ex processu Do.
Pandulphum solum postea locando detinuisse, &
detinere dictum fundicum vtique, & clarissimè
probata est intentio dictorum Actorum super di-
cto fundico, vt debeant obtinere tam super peti-
torio,quàm super possessorio recuperādę,& quod-
que remedium actoribus magis competens, & fa-
uorabile censetur deductum, & cumulatum pro eis
in processu, vt ex eo videre est. per vulg.decisio.&
Docto.in l.naturaliter.§.nihil commune.de acqui.
possessio.& Alexan.cons.38.lib.3. consil.92.col.2.
& cons.98. lib.5.& Soci.consi.262.colum.1.lib.2.
& Iaso.in §.omnium.nume.147.cum sequent.inst.
de actio.

Sed insistendo super eo, quod modo per annos
duodecim post litem ceptam pro suo clipeo, & so-
lo fundamento suæ defensionis Do.Pandul.addu-
cere conatur.Quod scilicet D. Gasparinus sororius
pro eo emerit dictum fundicum.

Respondetur Do. Pandulphum non posse nunc
ad id probandum admitti, seu audiri, idq; penitus
frustratorium, & inane fundamentum esse, & non
verum. Primò, quia Do. Pandul. de hoc nullum
verbum fecit in suis exceptionibus, & duplicatio-
nibus in scriptis datis, & registratis in dicto proces
9 su. char.7. & 12. & reus non admittitur † ad pro-
bandum illud, quod non excepit, vt inquit Iaso. in
l. Titiæ textores.colum.3.versicu. item aduerte.de
lega.1.allegando Bal.in l.per hanc.colum. mihi.4.
qui id dicit. versicu.quærto reus.nu.15.C.de temp.
appel.sicut actor non admittitur ad probandum id,
10 quod in libello non deduxit.† idem Ias.tradit in l.j.
colum.3.versic.vlti. ad idem.ff. de offic.assessor. &
Bald. in l.quinquaginta.ff.de excus.tut. & Alexan.
consi.61.col.1.num.2.lib.6.

Secundò D.Pandul. interuenit in contractu di-
ctæ emptionis, vt curator dicti Iulij vēditoris tunc
minoris, vt in dicto instrumento expresè legitur,
quod probat contra ipsum Do. Pandulphum per l.
optimam. C.de contr. & commit.stip. Dec.consi.
539. nume.6. probat maximè contra nominatum
curatorem, cum talis curator esset necessarius ad
actum contractus minoris, vt per Barto. & Docto.
in auth.si quis in aliquo.C.de eden.& Dec.in cōsi.
118.num.5.cum modo velit dicere dictum Gaspa-
rinum emisse pro eo,& sic ipsum curatorem eo etiā
autho-

authorāte emisse per interpositam personam dicti
11 Gasparini, adducit † quidem turpè factum, & pro-
hibitum per text.expressum. in auth. vt hi qui obli.
se perhib. ha. res minor. §.quòd si quis sicuti. & fa-
cere nil aliud potest, nisi reincidere in nullitatem
dictæ emptionis.per d.§. quod si quis. quæ nullitas
pœnalis dicitur.Abb. & Feli.in c.2.de testi. Gemi.
in c.fin.nume.10.de elect. in 6. Alex. in consil.36.
num.10. lib.4.

12 In pœnalibus vero †requiritur liquida, & plena
probatio. l. in testamento. la prima. & ibi Bald. de
condi.& demonst.Dec.in consi.531.in prin.At D.
Pand. non probauit clarè,& plenè,quòd pro se fa-
cta fuerit emptio dicti fundici, nisi quòd Simon fu
scus testis pro eo examinatus dicit,sibi videri id au-
diuisse dici ab ipso Do. Gasparino,& sic deponens
13 per verbum(sibi videtur)nō probat †Bart.in l.quid
tamen.§.si arbiter.ff. de arb. Aymo.consi.6. nume.
124.ibi,assignata ratione quia dubitatiuè loquitur,
& D.Iacob.Arduinus eius frater testis dicit,audiuis
se dici à D.Thomasina matre Actorum,qui vt fra-
ter inducentis non est idoneus, & deponens de au-
14 ditu alieno non probat. †gl.in l.testium.C.de testi.
& vti singulares non probant.l. iurisiurandi. C.eo.
cùm vulg. & alij testes deponētes de publica fama,
non probant, quia famam non formiter probant,
15 †vt requiritur secundum Bar.in l.de minore.§.plu-
rimum.ff.de quæst. & Alex.consi.83. num.7.lib.3.
& Deci.consi.37.num.10. & Aymo.consi.260.sub
nu.7.& alibi in lo. vulg. potuit enim hæc fama ha-
bere originem ab eodem Do.Pandul.& suis,vt di-
cunt plures testes, & ex eo quòd continuauit loca-
re, & recipere mercedem dicti fundici existentib.
paruulis, & minoribus tempore mortis patris di-
ctis Actoribus, & sub tutela, & gubernatione ma-
tris,quæ erat soror dicti D.Pandul. & nihil facien-
tis sine consilio, & interuentu ipsius Do.Pandul.vt
testes dicunt, quæ origo nō est ex iustis causis,vt ex
se patet,ideo potius debet appellari rumor,& vana
vox, quàm fama.vt prosequitur Aymo.in d.consi.
260. ex qua tamen fama non haberetur plena pro-
batio. Iaso.in l. admonendi. colum.88. de iurciur.
16 & in specie†per famam non probatur,quem vendi-
disse, & alium emisse. quia non necessariò id con-
tingit,vt per Spec.in titu.de not.cri.in §.fama.vers.
super eo autem.& per eadem verba scribit Archid.
in c. si duo.35. q.5. & 6.

Nihil facit, quòd asseratur D. Pandulphum in-
firmum in vltimo suæ vitæ dixisse, & iurasse,& de-
disse in mandato in suo testamento suo procurato-
ri posse iurare in eius animam,quòd dictus Gaspa-
rinus emerit istum fundicum pro eo, & suis, quia
17 † iuramentū testatoris hæredibus, & non alijs præ-
iudicat. per tex.in auth.quod obtinet.C.de proba.
ideo præsumptio,quæ est, quòd moriens non præ-
sumatur mendacium dicere,non pręiudicat tertiò,
vt latè probat Alc.de præsump.in reg.3. præsumpt.
4.num.7.& cum prędicta non fuerint probata ple-
nè, & concludenter, cessant ea,quæ in simili tradūt
Pau.de Cast.in consilio 319.libro secundo.& Soc.
in consilio 228. libro secundo.

Quinimò fortius, probabilius, & verius persua-
detur, demonstratur, & probatur contrarium,scili-
cet Dominum Gasparinum emisse dictum fundi-
cum pro se, & suis hæredibus, & non pro Domino
Pandulpho, seu alijs: Primò, qualitas suæ perso-
næ id persuadet, quia erat valde locuples,& Dom.
Pandulpho ditior, vt in processu probatur, ideo ꝑ
se valebat emere talem fundicum, & rem maioris
prætij. faciunt not.per glo.Barto.& alios. in l.cum
oportet. C.de bo. quæ lib. & si non soluit prætium
pręsenti pecunia,factum comprehenditur vt ex pa-
cto præmisso posset prætium reinuestiri in bonis
stabilibus fertilioribus, quod dilationem require-
bat, & meritò biennalis visa est congrua,contrariū
etiam reijcit qualitas suæ personæ, quoniā erat vir
probus, & bonæ famæ, vt fatetur Do.Pandul. re-
spondendo primę positioni in dicto processu.char.
18 17. probus†vir non præsumitur vti tecnis,& assen-
tire fraudibus: argum.l.non omnis.§. à barbaris.ff.
de re mil. vt fraus fuisset se supponere emendo pro
curatore, prohibito sic clam emere bona minoris,
per d.§. quòd si quis.in auth. vt hi qui obli.& l.pu-
pillus. §.sed si.ff.de auth.tut.

Secundò, idem innuit qualitas personæ d. Pan-
dulphi, qui cum esset sagax valde, & cautus in suis
negocijs, vt probatur in processu,faciunt quæ in si-
mili adducit Corn.consi.283.colum.3.vers.Quod
etiam est ponderandum. lib.4. & post emptionem
dict. Gasparinus per octo menses vixerit,si emptio
facta esset pro eo,verisimile non est,quòd permise-
rit sic rem pertransire sine aliqua cautione, & secu-
ritate, ne sibi vnquam posset saltem ab hæredibus
dicti Gasparini,dictus fundicus auferri,contra eum
semper vigente dicto emptionis instrumento, pro-
curasset saltem per modum legati à d. Gasparino
sibi cautionem fieri aliquam in suo testamento,cui
fuit præsens, vt deponit Constantius tertius testis
d. Pādulphi in dicto processu. char. 255. vt in alijs
circa dotem D.Thomasinæ, & alia, vt in suo testa-
mento legitur, fecit per dictum Gasparinum sibi
prouideri,& bonas cautiones fieri,quib.circa hunc
fundicum non factis, dicendum est, dictam em-
ptionem, non esse factam pro ipso d. Pandul. sic in
simili, & in terminis considerat, & adducit Corn.
in consi.120.in fi.lib.4. non permisisset,quòd dict.
Gasparinus suos filios, & hæredes teneret obli-
gatos pro prætio dicti fundici si fuisset emptus pro
19 alijs: pręsumitur enim personam diligentem†sem-
per facere ea,quæ pertinent ad diligentem.c.super.
de renunt.& Aym. consi.129.num.6.

Tertiò,idem arguit,quòd D.Gasparinus die 23.
Ian.1532. sequenti die post confectum dictum em
ptionis instrumentum, ne fortè fundico empto, &
prętio conuento fueretur per illos duos annos di-
lationis datæ ad soluendum dictum prætium, fecit
se debitorē dicti Iulij venditoris in quantitate flor.
115. in duobus annis soluendorum pro dimidia ꝑ
quolibet anno nulla causa apposita, vt legitur in
chirographo registrato in dicto processu. char.59.

causa

causa potest coniecturari propter dictam dilatio-
nem duorũ annorũ ad soluendum prætium fundi-
ci, id demonstrat proximitas, & identitas tempo-
ris. argum.l. si ventri. §.fi.ff.de priuileg. cred.dum
vixit d. Gasp. soluit ꝑ dicto chirographo scuta 53.
& post eius mortem residuum fuit solutum nomi-
ne dictorum hæredum, quod non euenisset, nisi
verè fundicus esset pro d. Gasparino, & suis hære-
20 dibus emptus, quoniam nemo † suas pecunias ia-
ctat.vulga.l. cum de indebito.§.1.de proba. & qui
sentit commodum,&c.l.fin.§.penult.C.de fur.& l.
si his legatum.& ibi Soci.in secundo not.de condi.
& demonst.cum vulg.

Quartò facit idem coniecturari, quòd d. Ioan.
Franciscus.9.testis actorum in dicto processu.char.
219. & D. Iacobus 1.T.rei conuenti. char. 251. &
Quintauallis 4.T.dicti conuenti.chart.260. depo-
nunt audiuisse dici à dicto Iulio vẽditore, quòd eo
instante coram D. Locumtenente, dictus Gaspari-
nus iurauit se emisse dictum fundicum pro se ipso,
idem in effectu iurauit, dum in dicto instrumento
emptionis iurauit, prędicta omnia, & singula fuisse,
& esse vera, &c. quod non fecisset nisi verum esset,
21 quia †nemo iurando præsumitur immemor salutis
æternæ.c.sancimus.1.q.7.cum simil.idẽ coadiuuat
examen d. Iulij in dicto processu.char.33. dicentis
se defuncto Gasparino emptore mutuo habuisse pe
cunias à dic.Pandulpho, volente sibi fieri apochas
nomine mutui restituendi per dictos hæredes dicti
Gasparini, pro prætio dicti fundici, quod demon-
strat, Dominum Pãdulphum intelligere fundicum
esse emptum pro dictis hæredibus, & hoc est quòd
etiam dicti hæredes prætendunt.dic. Pandulphum
mutuasse, & soluisse dictum prætium de eorum pe-
cunijs, & colligũt ex eo, quòd eorũ pater erat num-
mosus, & locuples de scutis 3000. de numerato in
archa, & eo mortuo, eorum matre existente sorore
dicti Pandulphi, pecuniæ, & alia negocia tractaban
tur simul per dictum Pandulphum, & dictam eo-
rum matrem, vt testes deponunt in dicto processu.
char.40. cum sequen.quo stante d.Pandul.vir cau-
tus, & prudens suas pecunias non sic iactasset steri-
les.d.l. cùm de indebito.

Quintò, idem intellexit, & ferè fassus est ipse D.
Pand.dum existens procurator.d.Iulij cõtra dictos
hæredes, executionem petijt dicti instrumenti pro
prętio dicti fundici, vt constat in processu, ita quòd
22 modò non debet audiri † dicendo fundicum esse
emptum pro se, & non pro dictis hæredib.per text.
& ibi glo. & Doct. in l.fi.ff.de inoffic.testam.

Sextò, tendit ad idem, quòd dictus Gasparinus
in dictis libris Do. Sebastiani Planosij scribitur re-
cepisse pecunias pro naulo sui fundici, & alium fun
dicum Do.Sebastianus non conduxit, nisi istum, de
quo agitur. vt probatur in dicto processu, & partitis
dicti libri, mortuo dic.Gasparino sic continuatis, se
subscribens Dominus Pãdulphus fassus est, dictum
fundicum esse d.Gasparini, & suorũ hæredum, per
ea quæ supradicta sunt de subscribente.

Septimò propriùs, & expressius idẽ demonstra-
tur, dum iuramento d.Pand.respondendo positio-
nibus actorum de dicto fundico remanente in hæ-
redita d. Gasparini dixit credere, prout in instru-
mento venditionis per Iulium factæ d. Gasparino,
vt in dicto processu. char.20. & sic fatetur d.Gaspa
rinum emisse pro se, quia aliter non poterat rema-
nere in eius hæreditate, accedente præsumptione,
23 ꝙ quis †præsumitur emere nomine proprio, & non
pro alijs.l.& magis.ff.de solu**t**i. tradit Bart.in l.Ti-
tium.§.altero.col.pen.eo. & dum respondẽdo ne-
gat se asseruisse dictum fundicum esse suũ, & illius
prætium persoluisse Iulio venditori, & dictum fun-
dicum teneri pro re dicti D. Pand. vt in dicto pro-
cessu. chart.26. Cum verò impræsenti velit dicere
24 contrarium, vt periurus, †& allegans contraria non
debet audiri.c.fina. de iureiur.in 6.& l.1.C.de fur.
cum simil.

Octauò Do.Gasparinum emisse pro se probatur
absq; dubio per dictum instrumentum emptionis,
25 †quod dicitur probatio probata.Ias.in l.iurisgen.§.
quod ferè.col.1.ff.de pact. & Dec.cons.36.num.2.
& vbi est instrumentum, non est dubitandum. sicut
de casu legis adducit Aym.in consi.31.in fi. & cõs.
317.nu.1.& plenissimè Tiraquel.de retract. titu.1.
§.2.glo.1.nu.20.cum sequen.

Ex quibus remanente firma intẽtione dictorum
Actorum, & penitus elisis, & remotis leuibus con-
trarijs, iudicandum existimo in fauorem Actorum
pro restitutione petiti fundici, & fructuum, & ex-
pensarum. per l.domum.& l.certum. C.de rei vẽd.
& Dec.consi.57.in fin. & consi.252.col.2.& l.cum
qui.ff.de iudi.& l.properãdum.§.sin autem alteru-
tra.C.eod.cum vulg. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

De Transactione facta inter patrem, & filium emancipatum rescindẽda, vel ne, ex allegata enormissima læsione. De quietatione facta per filium de omni, & toto &c. & quærentem annullare testamentum patris, in quo ipse est præteritus, & testamentum matris in quo est institutus in parua quantitate.

SVMMARIVM.

1 Causa, renuntiatione finita, instaurari non potest.
2 Iudices in dubio non debent à textu discedere.
3 Emancipatus potest validè contrahere, & pacisci cum suo patre.

Tran-

4 *Transactio an poßit rescindi, distinguitur.*
5 *Aestimatio iusta duby euentus litis debet probari.*
6 *Pecunia præsumitur soluentis. fallit in filiofamilias.*
7 *Melioramenta per filium facta in bonis paternis viuente patre, in quibus est quasi dominus, præsumuntur facta affectione domestica, ideo non repetuntur.*
8 *Repetitio solutorum pro debitis patris, non est vsquequaque concessa.*
9 *Emancipatio appellatur largitas patris erga filium.*
10 *Metus reuerentialis cessat ex lite iam cœpta cum patre, & præsentia iudicis.*
11 *Iuramentum suppletorium non habet locum, vbi non est semiplena probatio.*
12 *Exclusus ab hæreditate, & cæteris bonis paternis renunciatione, & pacto de non succedendo valido, & firmo, saltem accedente iuramento, non potest ex præteritione dicere nullum paternum testamentum. & est communis.*
13 *Testamentum defenditur à præteritione, & sustinetur ex clausula codicillari in eo inserta. & est communis.*
14 *Legitimam, qui semel habuit, eam amplius habere non potest, vel in eam quod habuit, imputare debet.*
15 *Pater aßignare potest filio legitimam in quacunque re, quæ sibi placet.*
16 *Regressus non datur ad iura renuntiata.*
17 *Læsionem allegans obtinere non potest, nisi de ea appareat.*
18 *Ætas maior vigintiquinque annis in prætendente læsionem per iura plurimum ponderatur.*
19 *Filius gerens, & administrans bona, & negotia domus paterna præsumitur habere scientiam, & notitiam bonorum paternorum.*
20 *Remedia rescissoria contractuum, & similium renunciationum, vt excludantur, sufficit cogitatum per partem, saltem in genere, de omni eo quantum reperitur remissum.*
21 *Filius non potest dicere nullum matris testamentum, in quo fuit præteritus, cum est in eo institutus hæres in aliquo, sed potest agere ad supplementum legitimæ.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Onsultus ego ab Arbitris electis inter Ser Ioan. Mariam, & Ser Herculem de Ritijs, fratres de Mondauio, qualis debeat esse sententia, seu laudum iustè dirimens inter eos vertentem litem, eademq; lite, & facti serie cognita, & intellecta ex processu transmisso, breuibus respondendo censeo Ser Ioan. Mariam, vtar verbis text. in l. fratris. C. de transact. parum probè postulareq;, quòd rescindatur transactio inter eum emancipatum, & Ser Ioan. Franciscũ patrem confecta, & à placitis in ea discedatur, quòd irritum fiat testamentum patris, & testamentũ Do. Peregrinæ matris, & quòd sibi à Ser Hercule fratre restituantur res, & bona transactione remissa, cum dimidia bonorum paternæ, & maternæ hæreditatis: Quoniam primum inspiciendo lucra, & bona, & melioramenta, quæ Ser Ioan. Maria prætendit fecisse in bonis paternis, & acquisiuisse ex sua industria, & laboribus suis exercendo artem tabellionatus, & officia diuersorum locorum, vt in sua petitione legitur, iam de eisdem rebus petendo Ser Ioan. Maria mouit litem contra Ser Io. Franciscum patrem, vt videre est ex scripturis manu Ser Gallecij Pacifici de Sorbolongo, subscriptis, & productis in filza mihi transmissa, & fatetur ipse Ser Io. Maria in sua petitione, & in positione 21. suarum positionum, cum enim eidem liti causę, & instantię, idẽ Ser Ioan. Maria obtenta emancipatione coram iudice expresse renunciauerit, vt liquet ex instrumento dictæ emancipationis manu Ser Alexandri oliuæ, vt supra producto, eandem causam huiusmodi renunciatione finitam instaurari posse nulla ratio
1 permittit, † vt est casus in l. postquã liti, C. de pact. vbi inncta glo. in versicu. nulla. quam Bal. & cęteri post eum sequuntur, vniuersaliter excluduntur omnia remedia de iure communi competentia, quib. & non de iure speciali videtur modo Ser Io. Maria velle iterum experiri, & causam resuscitare, quod facere prohibetur per dictum casum legis expressum, quẽ debemus obseruare. l. 3. C. de legi. & qui reddit rem clarã, & sine dubio. l. ancillæ. C. de furt. & superflua est disputatio, & omnis dubitatio ex ipso tex. dicit Bald. in l. cum antiquiorib. C. de iure delib. idẽ in c. 1. §. iudices. de pace iur. firman. ad-
2 monet iudices, † ne in dubio a textu discedant, & Pau. de Cast. in l. qui Romæ. §. Augerius. in fin. de verbo. oblig. idem sæpius Docto. tradunt, qua renunciatione inspecta super eisdem rebus iterum petitis contra Ser Herculem ex testamento solum hæredem Ser Ioan. Francisci patris, omnis quęstio cõmuni iure pertractanda est sublata. per d. l. postquã liti. & glo. ibi, & Docto.

Quatenus verò eadem conuentio, & discessus à lite diceretur transactio ob ea, quæ versa vice Ser Ioan. Maria recepit à suo patre. per l. transactio. C. de transact. eo præmisso, quòd Ser Io. Maria, tunc
3 validè emancipatus † potuit contrahere, & pacisci cum suo patre. l. superstite. & ibi Bal. no. C. de dolo, & l. fi. de emanci. liber. pariter à transactione, & per eã finitis recedere non potest. d. l. fratris. & l. si maiores. C. de transact. Nec eo subsidio se tueri potest, quòd prætendat se ex dicta transactione enormissimè læsum, quoniam valdę ambiguum videtur id remedium transactionis rescissorium, quod fœdere distinctionis ex communi modernorum senten-
4 tia, sic conciliari, & declarari reperitur, † quòd aut modicè transigens est læsus vltra dimidiam iustæ æstimationis litis, & habita, ac inspecta æstimatione dubij euentus litis, & tunc procedit opinio negatiua, quòd nõ possit transactio rescindi. per l. Lucius. §. fi. ff. ad Trebel. latè defendit Alex. consi. 42. col. 4. lib. 1. Aut deceptus est vltra dimidiam dictę iustæ æstimationis dubij litis euentus in magno, & longo excessu, & tunc posset rescindi transactio, vt tradit Deci. in cõs. 216. & alibi, & latè insistit Hier. Cagn. in l. 2. num. 80. C. de rescind. vendi. & Soci.

Iun.

Iun.consi. 129.num.48.lib. 1.& Gram.in decis.66.
nume.44.cum sequen. Sed in specie proposita ali-
qua deceptio, nec in modica quãtitate vltra dimi-
diam, & minus in magno, & longo excessu proba-
5 ta est, quia † probari requiritur iusta æstimatio du-
bij euentus litis. Bar.in d.l.2.& in l.si quis cum ali-
ter.de verborum oblig. facit tex. in authen. nunc si
hæres.C.de litig.non prout est valor rei petitæ, sed
longè minus, habitis, & inspectis considerationib.
de quibus per Corn.in cons.206.colum.5. lib.3.&
consi.27.col.5.lib.4.& Soc.consi.85.col.2.lib.1.&
Aym.cons.151.num.27. de qua dubij euentus litis
æstimatione,& eius probatione nullum verbum le
gitur in processu: Nisi deducendo amissionem lu-
crorum ipsius Ser Ioan. Mariæ, & solutionem de-
bitorum factam pro Ser Ioan.Francisco patre,quæ
lucra etiam non probantur, saltem certa,& versa in
vtilitatem patris, non sufficit enim probari, quòd
exercuerit officium tabellionatus, & officialis plu-
rium locorum, nisi demonstretur, quòd talia lucra
sufficiebant ad expẽsas victus, & vestitus ipsius Ser
Ioan.Mariæ, & suæ vxoris,& suæ familiæ,& quan-
tum superfuerit, vt in terminis, & in notario tradit
Corn. in consi.247. col.fi.lib.3.

Quinimò probatur eum ante dictam trãsactio-
nem se,& suam vxorẽ,& familiam continuò Mon-
dauij alimentasse in domo Ser Ioan. Francisci pa-
tris, administrando bona paterna, & negocia do-
mus, ex qua administratione bonorum paternorũ,
non cognito,quid & quantum ex lucris aliunde fa-
ctis vltra dictas expensas superfuerit,præsumitur se
cisse expensas plantationis vineæ, & melioramen-
torum domus, & soluisse scuta quinquaginta Leo-
nardo Thomæ pro petio terræ emptæ nomine pa-
tris,cum dicat instrumentum,se soluere vice,& no-
mine patris,& soluisse florenos.110. illis de Pisau-
ro, cum etiam instrumentum dicat de communib.
pecunijs soluentis, & Herculis fratris, quos fratres
patre viuente etiam non constat, aliunde habuisse
tunc pecunias, nisi quòd præsumi potest habuisse
dictum Ser Ioan. Mariam ex administratione bo-
norum paternorum, per ea quæ scribit Alex. consi.
13.in fi.lib.3.& consi.23.num.2.& consi.31.col.2.
lib.4. & Corn.d.consi.247.col.pe. & in consi.174.
col.pen. versicu.nec prædictis ob.lib.1.vbi dicit, q
6 in filiofam. fallit illud, †quòd pecunia præsumitur
soluentis, quod suadetur etiam de dictis flore.110.
solutis pro petio terræ emptæ ab illis de Pisauro,
quia idem petium terræ postea fuit venditum per
dictum Ser Ioan. Franciscum patrem, & consensit
idem Ser Ioan. Maria, vt deprehenditur ex instru-
mentis Ser Ioan. Francisci Nanni. & alia super hoc
possent dici, sed non expedit vlterius insistere, &
minus super melioramentis, & debitis solutis pro
7 patre, quia †melioramenta per filium facta in bo-
nis paternis,viuente patre, in quibus est quasi do-
minus, præsumuntur facta affectione domestica,
ideo non repetuntur:vt l.1.C.de neg.gest. de quib.
etiam haberetur ratio quãti res meliorata esset effe
cta pretiosior,non quanti esset expensum.l.in fun-
do.ff.de rei vendic.& ibi Docto.& Pau.de Cast.in
consi.270. col.3.lib.2.

8 Similiter†non est vsquequaq; concessa repetitio
solutorum pro debitis patris. l.si filius.C. de nego.
gest. Procul dubio verum est, ista non concludere
ad aliquam læsionem dicti Ser Ioan.Mariæ ex hac
transactione,vltra dimidiam in magno excessu,in-
specta æstimatione dubij euentus litis, & eo inspe-
cto, quod ex eadem transactione ipse Ser Ioan.Ma
ria cõsecutus est, qui etsi promiserit soluere aliqua
debita paterna, & dare patri annuatim quoad vixe
rit,salmam vnam grani,tamen id graue onus repu-
tari non debet, respectu habitorum bonorum, &
9 emancipationis obtentæ, quæ † appellatur largitas
patris erga filium.l.penul.iuncta glo.ibi in versicu.
liberalitas.C.de emancip. lib. & pro qua pater de-
bet à filio habere præmium. vt l.cum oportet. §.cũ
autem.& ibi Bald.not.C.de bo.quæ liber.& Deci.
in l.pactum.sub num.16.C.de collat. Ratio metus
10 reuerentialis aliqua militare non videtur, quia†se-
motus iam erat omnis metus ex lite prius incepta,
contra patrem, & ex præsentia iudicis. Iaso. in l.
transactionem.in secundo not. C.de transac.& per
alia, quæ idem Iaso. adducit in consi.3.col.penult.
lib.1.saltem in filio emancipato non attenditur ta
lis metus, nisi adsit nõ immodica deceptio.d.l.qui
superstite.C.de dolo: ex quibus videtur clara con-
clusio,quoad lucra,& melioramenta petita,Ser Io.
Mariam repelli renunciatione litis,causæ, & instan
tiæ prædictæ, & transactione, non probata aliqua
læsione nedum enormissima, & formiter, vt requi-
ritur per s̃ alleg. & de his nõ est facta aliqua proba
11 tio semiplena,†ideo cessat iuramẽtũ suppletorium.
Pau.de Cast.in consi.169.num.6.lib.2. Si quidem
dubius quoque esset casus, tamen pro transactione
non rescindenda, authoritate Alex.Corn. & Deci.
iudicandum comprobat Aymo.in cons.151.in fi.

Secundò principaliter superest videre de petita
annullatione testamentorum, & dimidia hæredi-
tatum, & bonorum parentum ipsius Ser Ioan. Ma-
riæ: Omissis pluribus,quę super his dici possent,pu-
to equidem testamentum Ser Ioan.Francisci patris
ob præteritionem dicti Ser Ioan. Mariæ ruptum,
irritumq; non esse, quia pro rebus habitis pro om-
ni, & toto eo,quod posset consequi in futurum, &
post mortem patris pro sua portione paternę hęre-
ditatis, & legitimæ iure naturæ,ipse Ser Ioã.Maria
fecit suo patri finem,quietationem,&c.vt latius le-
gitur in dicto emancipationis instrumẽto,ideo ex-
clusus ẽ ab hæreditate, & cæteris bonis paternis re
nunciatione, & pacto de non succedendo valido,
12 & firmo, † saltem accedente iuramento per text. in
c.quamuis.de pactis.in 6.& canon.ibidem.& legi-
stæ. in l.fin. C.de pact.& in l.pactum. de collati.&
in l.qui superstitis.ff.de acquir.hæred. & in l.stipu-
latio hoc modo.de verborum oblig.& in l.si quan-
do.§.illud. C.de inofficio.testam.& latissimè plura
implens folia firmat Paris. consi.69. lib.3.non po-
test Ser Ioan. Maria dicere per præteritionem esse
sibi factam iniuriam, & consequenter testamen-
tum

tum paternum esse nullum, per doctr. Barto. quam
* ibi communiter Docto. sequuntur in l. Gallus. §. &
quid si tantum. col. 3. versic. ad declarationem pręsentis dubij. de lib. & posthu. & Aym. in consi. 289. sub num. 4. versic. tertiò nos videmus. & in terminis in filio emancipato ponit Alexan. in cons. 180. nume. 2. & aliquid in consi. sequen. lib. 5. & clarius duo Docto. concorditer consulendo firmant inter consilia Bald. consi. 404. Visis itaque. lib. 1. & dicit Bald. in l. vt liberis. sub versicu. sed hic restat. C. de collati. quòd filius recipiendo occasione emancipationis à patre, non potest impugnare testamentum patris.

Secundò à dicta pręteritione defenditur, & sustinetur testamentum Ser Ioann. Francisci patris
13 per clausulam codicillarem in eo insertam. † Bart. in l. 1. colum. 2. versic. quintò quæro. ff. de iure codicil. & in authen. ex causa. colum. fina. C. de liber. præter. & ibi Alexand. & Iaso. attestantur sic esse
* commu. opin. & Alexand. consi. 142. nume. 3. lib. 2. & Deci. in consi. 242. colum. 2. versicu. sed breuiter etiam. & alibi per Doctor. & cum ita sit commu. opinio. absque vlteriori progressu ab ea non est in iudicando recedendum, & Ser Hercules filius alter, hæres scriptus potest retinere omne id, quod Ser Ioan. Maria per dictam clausulam esset grauatus ei restituere. per regu. l. dolo. ff. de exceptio. doli: Ita quòd Ser Ioan. Maria non posset ad bona paterna aliquod regressum habere, nisi pro legitima, sed hanc habuisse apparet ex dicto instrumen-
14 to emancipationis, & in eam legitimam † imputare debet, quod habuit, quia expressè dicit in dicto instrumento, & aliàs de iure deberet imputare. per ea quæ plenè tradit Alexan. in consilio 142. col. 6. & sequen. lib. 2. non refert, quòd aliqua ex bonis assignatis sint emphyteutica, quoniam pater potest
15 † assignare legitimam filio in quacunque re, quæ sibi placet. Bal. consilio 167. num. 4. lib. 5. cum maximè dimidia eorundem bonorum deuenire deberet vigore inuestituræ ad Ser Herculem, & in cęteris renunciauit omni suo iuri, vocans se satisfactū, vt dicitur in dicto instrumento continente expressam mētionem pro legitima, & in futurum, & post
16 mortem patris, ad quæ iura renunciata † amplius ei non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ędil. edic. cum simil.

Quatenus velit Ser Ioann. Maria dicere, in hac legitima se esse enormissimè læsum, responderi po-
17 test de hac læsione non apparere, & hac via † non posse eum obtinere. per ea quæ scribit Aym. consil. 11. & consil. 114. & Paris. consil. 26. columna fina. lib. 3. eo præsertim inspecto, & satis nos mouente, quòd dictus Ser Ioan. Maria tempore dictę renunciationis erat maior ann. 25. vt deprehendi potest ex processu, quod plurimum per nostra iura pon-
18 deratur. † vt l. si maior. l. si maiores. l. si maior ann. 25. & l. si quis maior. C. de transactio. & l. penult. com. diui. cum simili. erat etiam, & est notarius expertus in arte notariæ, & in pluribus officijs per eū gestis, & administratis, vt ipse asserit, & produxit literas electionum, adeo quòd præsumitur bene instructus, & informatus de viribus huiusmodi renunciationum, & sic ignoranter non fuisse læsum. l. 1. & ibi nota. Barto. Bald. & Salyce. C. qui, & aduer. quos. & ipse fuit, qui induxit patrem ex lite iam per eum contra patrem incœpta ad transigendum cum eo, & renunciandum, prout fecit. gesserat, & administrauerat bona, & negocia domus paternæ,
19 vt probatur in processu, ex quibus † præsumitur habuisse notitiam, & scientiam bonorum paternorum. Bald. in d. l. 2. columna quinta. versicu. sextò quæro. & ibi Cagn. nume. 125. C. de rescinden. vendi. Barba. consilio 25. columna secunda. lib. 1. & Aym. dicto consilio 151. num. 24. 25. ergo contra dictam renunciationem, & trāsactionem idem Ser Ioan. Maria sciens, & prudens transigendo, & renunciando non potest se iuuare aliquo remedio rescissorio, vt omnes tradunt in d. l. 2. & in d. l. si quis cum aliter. per l. cum donationis. C. de transactio. & l. 1. in fin. ff. de actio. empti. cum concord. alleg. ab Aymo. in dicto consilio 151. nume. 25. Id enim esse verum demonstrant, qualitas personę dicti Ser Ioan. Mariæ, & generalia verba dictæ transactionis, & renunciationis, ibi, & generaliter de omni, & toto, quod ex qualibet causa tam expressa, quàm non expressa cogitata, & nō cogitata &c. de omni autem eo, quātum reperitur remissum, fuit cogitatum per partes saltem in genere, quod suffi-
20 cit † ad excludendum remedia rescissoria contractuum, & similium renunciationum. vt per Ange. in l. qui iure. ff. de test. mili. & in l. tres fratres. col. 2. ff. de pact. & in l. sicut certi. & ibi Roma. C. eodem. de mil. test. Barba. consilio 18. nume. 15. libro 2. & consilio 21. libro 4. Pau. de Cast. in consilio 387. in fin. libro secundo. & ferè omnes colligendo refert Tiraquel. in l. si vnquam. in præfatione. nu. 80. de reuo. donati. Habilitatio iuramenti concessa ad effectum agendi nihil operatur contra prædicta, non probata allegata enormissima læsione, & surreptione apparente ex prædictis. Alex. consil. 222. col. 3. lib. 2. Afflic. in decis. 220. Marsil. in sing. 367. Aymo. consi. 7. num. 7. cum sequent.

Testamentum Dominæ Peregrinæ matris, non potest Ser Ioan. Maria dicere nullum præteritione
21 sui, † quia in eo reperitur hæres institutus in quinq; flor. posset agere ad supplementum legitimæ. per l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. sed ad id non est actum, neque probatum, quæ quanta, & qualia sint bona materna, & penes quem reperiantur. Quapropter præsentem litem, & causam finiendo, dico dictum Ser Herculem reum conuentum per spectab. arbitros esse absoluendum ab omnibus petitis in præsenti iudicio contra eum per dictum Ser Ioan. Mariam. victumq; in expensis condemnandum, per iura vulg. nullo tamen illato pręiudicio eidem Ser Ioan. Mariæ circa supplementum legitimæ ex bonis maternis, si quod ei competat. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CON-

CONSILIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

De promissione facta per alium, cupientem bona sequestrata recuperare, de soluendo totum, quod creditor probabit se habere debere, ideo reuocat sequestrum, bona sunt ab alijs occupata, non potest promissor recuperare, & de probatione debiti.

SVMMARIVM.

1 *Veritas amicis omnibus praponenda.*
2 *Consilia debent esse decisiua, non disputatiua.*
3 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
4 *Promissio de soluendo alicui id, quod constabit alium debere, valet.*
5 *Causa finalis dispositionis habetur ex proœmio.*
6 *Omissum in instrumento praesumitur non actum inter partes.*
7 *Implendum habetur pro impleto, quando per implere debentem non stat.*
8 *Sciens non debet aliter certiorari, sciens enim non decipitur.*
9 *Causam finalem afferenti incumbit probatio, & causa impulsiua cessante, non cessat dispositio.*
10 *Dictio, statim, demonstrat in momento fieri, & sine interuallo.*
11 *Dispositio clara, & specifica nunquam intellectum, neque restrictionem recipit à ratione adducta in proœmio.*
12 *Casus decisus in dispositione, quando non comprehenditur in proœmio, tum proœmium pro causa impulsiua, & non finali accipitur.*
13 *Facti interpretatio, plerunque prudentissimos fallit.*
14 *Probatio, etiam testibus, potest fieri verbo, constare.*
15 *Factum consistens in pluralitate actuum, & in genere, potest probari etiam per testes singulares.*
16 *Negocia aliena gerens habet obligatum actione negociorum gestorum eum, pro quo geris*
17 *Testes tantum probant, quantum dicunt, & intelligitur probatum, quantum in dictis eorum inuenitur.*
18 *Testis iudicans redditur suspectus.*
19 *Iudex potest ex officio taxare, & aestimare certum valorem, & certam quantitatem, quando est incerta, sicut dicitur de valore rei, de interesse, & de meliorationibus.*
20 *Testis non confessus, nec communicatus repellitur à testimonio.*
21 *Testis reprobatus habetur, ac si non esset examinatus.*
22 *Testes de auditu alieno non probant.*
23 *Testimonium de auditu facit praesumptionem transferentem, in aduersarium onus probandi contrarium.*
24 *Liber rationum, & instrumenta non probant vltra scripta in eis.*
25 *Solutio in dubio censetur fieri pro debito liquido, & certo.*
26 *Positio in parte negata ob qualitates non veras potest in totum negari.*
27 *Arguere licet à connexis.*
28 *Responsio negatiua interpretari debet, ne respondens sit contrarius sua intentioni.*
29 *Periurium non tangens causam, non excludit agentem, quin audiatur.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Libenter abstinuissem à consulendo, & decidendo causam, & litem hanc vertentem inter Dominum Hectorẽ Pardum actorem, & Dominum Polydorum Ascanium reum conuentum, quoniam ambo litigantes, & eorum praestantissimi Aduocati sunt mecum beneuolentia, ac amicitia iuncti, non minorem, quàm clientes ipsi affectionem ad causam Aduocati habere solent, qui praecipuè copiosè, & subtiliter allegando laborauerunt, etiam à labore (vt opinor) mercede superata, vt hic ingeniosè non calamo, non laboribus parcendo, hinc inde allegatum, & responsum legitur, proinde afficit contraria sententia pari mœrore, & clientem, & patronum, igitur euitassem aequo animo hanc causam iudicare, cum diei soleat, amici tui causam non iudicabis; Sed hoc onus recusare indecens fuisset, traditis mihi à praeclarissimo Principis nostri Consiliario scripturis vtriusque partis, dicente, me parti vtrique fidum esse, meque debere huiusmodi litem veritate, & iustitia dirimere: cum enim meum sit parere, dicam cum philosopho, amici litigantes, amici Aduocati, sed magis amica veritas,
1 † exordiendo more. Soci. in consil. 8. col. 1. lib. 1. & Bald. in cap. quotiens. de testi.

Itaque rem aggrediens pro mea (qualis sit) facultate conabor facti, & iuris veritatem perscrutari, iustitiamque amplecti, quod tandem existimo vtranque partem velle. Scripturis omnibus, & allegationibus hinc inde factis diligenter inspectis, loquendo non disputatiuè, sed decisiuè vt in con-
2 silijs fieri debet, † vt ait Petrus de Ancharano in consilio 37. contra Ioannem. versicu. venio ad secundam. comprehendo vniuersae litis difficultatem esse, & consistere in his duobus: Primò, an Dominus Polydorus debeat, Secundò, quantum debeat. Primum considerando, inficiari non potest, Dom. Polyd. promisisse Domino Hectori dare, & soluere omne id, & totum de quo ipse D. Hect. ostenderit se esse legitimum creditorẽ quondam Domini Lucę Antonij, eiusdem Domini Polydori nepotis ex fratre, vt probatur per instru-
3 mentum manu Camilli Leporij, in iudicio productum, quod dicitur probatio probata, † & veritas

veritas apparens, vt allegando Bald.in plerisq; locis refert Ias.in l.iurisgentium.§.quod ferè.in secundo nota. ff.de pact. valet enim huiusmodi promis-
4 sio, † de soluendo alicui id, de quo constabit alium debere, vt est casus in l.qui Romæ.§. Augerins. de verborum obligationib. & iste sic promittens pro alio, dicitur quasi fideiussor. l. in personam. §. primo. & ibi glossator, & Doctores. ff. de pactis. & l. vbi. §. qui vero. de verborum obligationib. etiam quòd debitor tempore promissionis sit mortuus, videtur scienter promittens quod defunctus debebat se obligare pro hæreditate, seu hærede etiam futuro, & valet promissio, & obligatio.l.hactenus. de constitu.pecu.& l.mortuo.de fideius.& ista non refricantur in dubium.

Verum ad hoc sola defensio Domini Polydori adducit, quòd hanc promissionem fecerit motus hac causa finali, pro recuperandis rebus in vrbe sequestratis penes Baptistam Cogliattum iussu magistratus, instante eodem Domino Hectore, postmodum quoq; reuocãte dictum sequestrum, vt legitur in dicto promissionis instrumento, ex cuius procemio, & præfatione tantum colligi tentatur huiusmodi causa finalis, in eo quòd dicit, & cupiens Dominus Polydorus Ascanius ciuis Pisauri, patruus quondã dicti Domini Lucæ Antonij amicabiliter consequi, &c. & ibi: Adeò, quòd dictus Dominus Polydorus possit habere, &c. vt ex proœ-
5 mio habetur finalis † causa dispositionis. l. fina. & ibi nota.Barto.& Bald.ff.de hæredi.insti. Ad quod multifariam, & non extra rem pro Domino Hectore responsum legitur, recensendo materiam causæ impulsiuæ, & finalis satis ambiguè tractatam in plerisque locis, ferè ad summum postremò collectis à diligẽtissimo omnium cumulatore And. Tiraquel. in tracta.cessante ca. in prima limita. sed non vagando extra ipsum dubitationis punctum, dicendum est, quòd licet asserat Dom.Polydo.non posse habere res sequestratas, vti retentas per illũ Cogliattum pro suo credito, & vti pro alijs debitis sequestratas, id tamen eum nõ defendit à dicta promissione, quia dictus Hector non promisit facere, & seruare, quòd dict.Polydo. omnino haberet res sequestratas, & quòd alijs non essent obligatæ, neque etiam dixit, quòd essent res dicti quondam Lucæ Antonij, vt videre est ex dicto instrumento promissionis, vltra cuius instrumenti verba, & tenorem in aliquo quis obligatus dici non potest, &
6 quod omissum est in instrumento præsumitur† non actum inter partes. l.ad probationem. la prima. & ibi Bal. C.de proba.& in cap.Rodulphus.colum.2. in principio.de rescript. & text.ibi etiam Bald.in l. interest.C.de soluti.cum similib.quod autem in eo erat, adimpleuit, reuocando dictum sequestrum, eo instante, iam factum, sicut in iudicio productum apparet, cum enim per eum non steterit, quin dict.
7 Polydo. habuerit dictas res, habetur † pro impleto quicquid fuisset per dictum Hectorem implẽdum. l.in iure. de regulis iuris.

Nec erat necesse dictum Polydorum certiorem fieri de alijs debitis, quibus semper dictus Lucas Antonius ob splendidam, vel ferè prodigam vitam implicitus erat, & pro quibus dictæ res possent esse obligatæ, & sequestratæ alijs creditoribus, quia erat eius patruus, & agnatus, & præsumitur cum habuisse scientiam de suo nepote ex fratre sic multis debitis continuò inuoluto, & implicito. per l.penult.ff. vnde cogn. cum similibus. & potest comprehendi ex deductis, & probatis in processu,
8 ideo sciens non debet † aliter certiorari. capitulo eum qui certus. de regulis iuris. in sexto. & sciens non decipitur.l. cum donationis. C.de transactio. Causæ vero plures possent comprehendi, quibus d. Polydo. motus fuerit ad sic promittendum, vel pro rebus sequestratis recuperandis, vel pro liberatione hæredis dicti Lucæ Antonij à debito ipsi Hectori, vel affectione sanguinis cum dicto quondam Luca Antonio, vel eius hærede, cuius consanguinitatis ratio, & præsumptio solet cæteris præferri. Deci.consilio 120.columna fin.quæ autem ex istis
9 fuerit causa finalis, debet † probari ab eo, qui dicit. Socin. in consilio 83. in fin. libro tertio. quoniam præsumitur aliàs causa impulsiua, & non finalis.per glo. in l.2.§.fina. & ibi Docto.sequuntur.ff.de donatio. Phi.Franc.in capitu. cum cessante. columna prima.de appellat.cum concordan. allega.à Tiraq. in dicto tract.cessante ca.in prima limita. num.48. vbi refert Card in.Floren. attestari ita esse commu.
* opinio. qua causa impulsiua cessante, non cessat dispositio.l.1.§.sexum. glos. & Doct.ibi.ff.de postul. id præcipuè in casu isto tenendum est, vt dict. Hector consequatur, quod sibi debetur, neve decipiatur: argumen.l.si donaturus.§.primo.ff.de condic. cau. da.

Et quia correspectiua causa dictæ promissionis expressa est in dicto instrumento, scilicet factum reuocationis sequestri, vt ibi, hinc est, quod dictus Hector reuocauit &c. & hoc ideo fecit dictus Hector, quia dictus Polydorus promisit, &c. de alijs causis: ergo non oportet coniecturari, cum simus in claris. vulg. l. continuus. §. cum ita. de verborũ obligatio. Mentio consequendarum rerum sequestratarum pro dicto Polydoro habita in præfatione dicti instrumenti huic sententiæ non refragatur, quoniam clarus, & certus est sensus dictæ promissionis dicti Polydori, quòd non expectato euentu dictarum rerum consequutarum, vel ne, promisit dare, & soluere &c. & intelligitur præsenti die promissionis factæ, si tunc facta fuisset liquidatio crediti dicti Hectoris. per l.eum qui calendis. §.fi. de verborum obligatio. vocando se habere in depositum, vt celeriorem haberet executionem. iux. l.fina.C.depo. quinimò exprimendo, & statim fa-
10 cta dicta liquidatione soluere, &c.quæ dictio, † statim, demonstrat in momento fieri, & sine temporis interuallo. l.fina.§.fina.C.de bo. quæ liber.& l. ædiles.§.item sciẽdum.ff.de ędil.edic.ita enim vbi sensus est clarus ex verbis præfationes nihil operantur, & dispositio est clara, & specifica, neque intellectum, neq; restrictionẽ recipit à ratione adducta

in

11 in procemio, †vt in terminis probant Ange. in l.1.
columna tertia. ff. de iudic. Barba. in consilio 16.
columna tertia. versicu. nec obstat. libro 1. & Soci.
in consilio 24. columna prima. libro quarto. refert
limitando, & sequitur Hieron. Cagno. in l.1. num.
37. de origi. iur. idem quando casus decisus in di-
spositione non comprehenditur in procemio, tunc
procemium pro causa impulsiua, & non finali ac-
12 cipitur. †allegando Bald. in d.l.1. per l.1. §. remo-
uet. de postul. limitat Iaso. in consilio primo. sub
nume. 7. libro primo. ex quibus clara conclusio re-
manet dictum Polydorum debere, quod promisit
in dicto instrumento, de quo dicitur, vbi est casus
instrumenti, dubitandum non est, sicut dicitur de
casu legis. refert Aymo. in consi. 317. colum. 1. vers.
sed præmissis. & consil. 31. in fin.

Secundum dubium denodari superest, quid, &
quantum Dominus Polydorus debeat, dilucida-
tione difficilius, & scitu obscurius. Primò, quo-
13 niam facti potiusquam iuris quæstio est, facti † au-
tem interpretatio plerunque etiam prudentissimos
fallit: ait Iureconsl. in l.2. ff. de iur. & fact. igno. Cir-
ca quid est clarum, ex confessione, & prosecutione
ipsius Domini Polydori deducentis in suo proces-
su, & examine testium pro eo examinatorum, ex
calculo facto dictum Hectorem remansisse credi-
torem d. quondam Lucæ Antonij in scutis nouem.
sed circa quantum, est ambiguitas, cum maiorem
summam dictus Hector intendat consequi: Sunt
ergo inspicienda examina testium pro vtroq; exa-
minatorum, quibus potest fieri probatio huius cre-
diti, vi verbi ostendere, & non constare, in instru-
14 mento inserti, licet, verbo constare, possit † fieri
probatio, etiam testibus. Alberic. de Ros. Alexand.
Socin. & Iaso. in d.l. qui Romæ. §. Augerius. Ruin.
consilio 62. nume. 17. libro quinto. & Paris. consil.
121. nume. 10. libro quarto. Quatuor testes exa-
minati pro dicto Hectore, videntur deponere ip-
sum Hectorem in vrbe alimentasse, & expendis-
se pro expensis, & alimentis trium equorum, &
trium famulorum dicti Lucę Antonij toto tempo-
15 re, quo stetit carceratus: Quod †factum consistens
in pluralitate actuum, & in genere, sicut alimenta
dicuntur. Alexand. consilio 72. columna fina. nu. 9.
libro quinto. posset probari etiam per testes singu-
lares, per ea quæ scribunt Alexand. consilio 141.
num. 4. libro primo. & consilio 18. in fin. libro 3. &
consilio 41. num. 7. libro 4. & Corn. consilio 287.
colum. 4. & sequent. libro 3. & Aymo. consilio 73.
nume. 34. & consil. 78. nume. 6. etiam reiecto exa-
mine duorū testium, vltimo loco examinatorum,
vti non communicatorum, duo primi sufficerent.
per l. vbi numerus. ff. de testi. & cap. in omni. extra
16 eodem. vnde dictus Hector sic gerens vtiliter †ne-
gocia dicti Lucæ Antonij, habuit cum obligatum
actione negociorum gest. l.1. & l. si pupilli. §. sed, &
si. & §. item quæritur. & ibi Bar. declarat. ff. de neg.
gest. nam expensa alimentorum dicitur expēsa ne-
cessaria. nota. Bald. in l. siue hæreditaria. ff. eodem.
expensa autem necessaria dicitur ad nos pertinere
re ipsa. Bald. sequendo Bart. tenet in d. l. si pupilli.
§. si Titij.

Aliqui testes, dicunt dictum Hectorem de suo
proprio fecisse dictas expēsas, potest dici testes tan-
17 tum probare † quantum dicunt, & intelligi proba-
tum quantum in dictis eorum inuenitur, referens
Ioan. Andr. & Bald. dicit Curt. Seni. in consilio 73.
nume. 19. maximè pro dictis eorum, eo stāte quòd
præsumitur quis soluere de sua pecunia. Dec. consi.
99. nume. 2. cum similib. Ex quo non apparet ex-
pendisse pecunias dicti Lucæ Antonij, neque ha-
buisse ab eo, carente etiam tunc pecunijs (vt dicunt
aliqui testes) nec apparet aliquod negocium dicti
Lucæ Antonij administrasse, nisi subministrationis
dictarum expensarum, & suæ liberationis à carce-
re, ita quòd cessant in hac parte omnia allegata pro
dicto Polydoro; eo etiam accedente, quòd Domi-
nus Filenus secundus testis d. Hectoris, super secun
do capitulo dicit, dictum Hectorem tunc habuisse
scuta duodecim auri, sibi restituta à militib. & scu-
ta septem pro stipendio, etiam quòd dictus Hector
esset pauperior dicto Luca Antonio, potuit suis pe-
cunijs aliunde multis casibus quæsitis facere dictas
expensas. per text. à simili. in l. si defunctus. C. arb.
tute. huic conclusioni, non refragante eo, quod te-
stes dicti Polydori dicūt videri impossibile dictum
Hectorem fecisse dictas expensas de suo, quia sic
dicentes non testificantur: sed iudicant, quod ad
18 eos non pertinet, †& facere non possunt, ac reddun
tur suspecti. Barto. in consilio 113. nume. 6. Aymo.
in consilio 41. sub num. 4. & consilio 134. num. 43.
& iam Benedictus primus testis Domini Polydori
super octauo interrogatorio dicit, militem vltra sti
pendium posse multas pecunias acquirere ex præ-
dationibus, & ludis, id conforme est iuri dicenti
augumentum patrimonij, nec pauperibus multis
casibus quæri interdictum est. d. l. si defunctus. ex
quibus fit conclusio, pro dictis expensis, & alimen-
tis famulorum, & equorum dictum Hectorem es-
se creditorem quondam dicti Lucæ Antonij.

Quantitas verò impensarum cum certa non sit,
potest iudex ex officio taxare, & æstimare certum
valorem, & certam quātitatem, sicut dicitur de va-
19 lore rei, & de interesse, & de melioramentis, † vt
per Barto. in l. si quod ex Pamphila. de leg. 2. Guid.
Pa. in quæstio. 585. & Cuma. in consilio 102. in fin.
Hieron. Cagn. in l. quatenus. nume. fin. de regulis
iuris. & Aymo. consilio 218. sub nume. 4. Quæ li-
quidatio potest fieri ex probatis in processu, prout
in simili dicit Afflict. in decisio. 35. nume. 3. Ex te-
stibus autem examinatis pro dicto Hectore habe-
tur probatio, ad ista concurrens, quòd per viginti
nouem dies, quibus dictus Lucas Antonius stetit
carceratus dictus Hector præstitit expensas, & ali-
menta tribus famulis, & pro tribus equis ipsius
Lucæ Antonij (vt dictum est) & quòd tunc in
vrbe pro victu, & comestione hominis quolibet
die non poterat expendi minus duobus iulijs,
ponendo duas comestiones in die, & tanta erat
etiam expensa equi, & sic quolibet die per dictum

Hectorem poterant expendi duodecim Iulij, in
totum faciētes summam scutorum triginta & qua-
tuor, & iuliorum octo, ad rationem decem iulio-
rum pro scuto, & tantum potest per Dominum Iu-
dicem taxari, & liquidari. De expensis scriptura-
rum habitarum ln causa dictæ carcerationis non
video posse fierl aliquam taxationem, quia dictus
Hector non probat eas habuisse sua pecunia, & nō
apparet quantum in eis potuerit expendi.

Pro dicto Polydoro ad exclusionem tantæ sum
mæ crediti prędicti Hectoris deducitur ex residuo,
& calculo (vt dictum est) d.quondam Lucam An-
tonium remansisse debitorem ipsius Hectoris in
quantitate scutorum nouem.de hoc super decimo-
quarto capitulo depouit Iacobus Sensi, secundus
testis dicti Polydori se fuisse præsentem, cuius di-
ctum tamen videtur suspectum,cum dicat de men-
se Augusti dictum Lucam Antonium dedisse dicti
Hectori scutos quinque, & duos habuisse in ratio-
ne libri, & ln libro dicti Lucæ Antonij producto
in partita dicti Hectoris non apparet eum habuisse
dictos scutos quinque de mense Augusti, & duos.
& quòd à testimonio ferendo penitus sit iste testis,
20 repellendus, quia † non fuit confessus, & commu-
nicatus, vt ipse fatetur super interrogatorijs. iuxta
cap.omnis.de pœni.& remis.vt expresè tenet Bar.
in tract.de reprob.test.colum.2. versicu.reproban-
tur infideles. & pro dicto Hectore allegatum est:
21 testis enim reprobatus †habetur acsi non esset exa-
minatus. Paris.consil.58. nume.55. lib.4. & consi.
107. nume.59. libro primo. & alij sui testes super
eodem capitulo loquuntur de auditu alieno, ideo
22 † non probant. per nota.in l.testium. C. de testi. &
in cap. tam literis. extra eodem. licet testimonium
23 de auditu † faciat præsumptionem transferentem
in aduersarium onus probandi contrarium. Deci.
consilio 272.num.3.id tamen non procedit,quan-
do aduersarius habet suam intētionem plenè fun-
datam, per ea quæ tradit Barto. in l. admonendi.
colum.antepenult. & ibi Iaso. & cæteri. de iureiur.
prout dict. Hector habere dicitur per superius de-
ducta. non procedit etiam quando talis præsum-
ptio,non esset concludens contra intentionem ad-
uersarij: sed ad aliud tenderet, vt hic videtur ten-
dere summam scutorum nouem, ad calculum, &
residuum crediti dicti Hectoris ex causa stipendij,
& non dictarum expensarum, quod comprehen-
di potest ex ipsorum met testium dicti Polydori
examine, in eo quòd primus testis super sexto in-
terrogatorio dicit vulgari sermone: hauere inteso
da li soldati, che qnelli danari &c. furon per par-
te delle paghe sue; & in eo quòd tertius testis su-
per decimoquarto capitulo dicit iuisse ad Cancel-
larium Illustrissimi Domini Vincentij Vitelli, pro
fide habenda, & promissa per ipsum Cancellarium
quòd dictus Hector erat creditor dicti Lucæ An-
tonij solummodo in scutis nouem, & iste Cancel-
larius verisimiliter non poterat fidem facere, nisi
ratione stipendij, cum ad eum non pertineat tene-
re alias rationes particulares militum: ergo hæc
præsumptio præallegati residui, non concludit ad
causam crediti expensarum, neqne ad tempus ea-
rum, ideo nihil probat in causa proposita.c.in præ-
sentia. de proba. cum vulg.

Inspiciendo quoque, & legendo librum dicti
quondam Domini Lucæ Antonij in iudicio pro-
ductum, & si probationem faceret per alleg. pro
dicto Domino Polydoro non video tamen quòd
ex eo fiat probatio solutionis crediti dicti Hecto-
ris ratione dictarum expensarum, quoniam ex alia
causa, scilicet militaris stipendij dictus Lucas An-
tonius erat debitor dicti Hectoris, cum ipse solue-
ret stipendium militibus legionis Illustrissimi Do-
mini Vincentij, & Domini Iulij Vitelli, (vt aliqui
testes dicunt) & ipse ponit in prima partita dicti li-
bri, & dictus Hector (vt aliqui testes dicunt) cœ-
pit militare sub stipendio dicti Domini Vincentij
cum dicto Domino Luca Antonio de mense Mar-
tij illius anni 1557. & continuauit militare vsque
ad mensem Augusti, vt potest videri ex dicto li-
bro, & sic per menses sex: Cuius temporis stipen-
dium probatum in processu ad rationem scutorum
septem pro mense, faceret summam scutorum 42.
& in duobus partitis dicti libri apparet dictum He
ctorem non habuisse nisi scuta 35. solidos 70. & in
eodem libro, etiam non apparet dictum Lucam
Antonium annotasse aliqua sua particularia debi-
ta: Cum ergo non fiat mentio de hoc debito ex-
pensarum, & solutiones in eo scriptæ appareant
cedere pro alijs debitis ex causa stipendiorum mi-
litum, dicendum est talem librum non probare vl-
24 tra scripta in eo, sicut † de instrumento arguit Soc.
in consilio 161. columna fin. versicu. nec præmis-
sis. libro lecundo. cum similib. Solutiones autem
factæ in dicto libro non possunt etiam ista ratione
cedere in debitum dictarum expensarum, quia il-
lud non certum erat, nec liquidum, cum in du-
25 bio † cenleatur solutio fieri pro debito liquido, &
certo. gloss. in versicu. controuersia. in l. 1. ff. de
soluti.

Repelli non debet à iudicio dictus Hector ali-
quo periurlo, eo quòd respondendo positioni 28.
dicti Polydori negauerit positionem, & probetur
contrarium per chirographum productum, & re-
cognitum, quia dicta positio 28. pendet à præce-
dente, ratione copulæ; & che promesse, &c. & ra-
tione relatiui, quelli restinuire,&c. per ea quæ tra-
dit Barto. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de liber.
lega.& Felin.in capitu.cum inter. columna quarta.
de re iudica. Cum negauerit præcedentem haben-
26 tem forsan qualltates non veras, ob quas † potest
negari tota positio. Barto.& Docto. ln l. 1. §. si sti-
pulanti. de verborum obligatio. idem fieri potuit
in sequente copulata,& pendente,eandem respon-
27 sionem faciendo, arguendo à connexls. † per l.tu-
torem. in principio.ff.de administra.tuto.& l.quid
ergo. §. penult. de contr. act.tute. Sic debet inter-
28 pretarl illa responsio negatiua, ne † respondens sit
contrarius suæ intentioni. Alexand. consilio 84.
nume. 4. libro 7. & Corn. consilio 91.columna 7.
litera

litera r. in quarto. & ne sit contrarius alijs respon-
sionibus. Alexand. consilio 44. nume. 12. libro 2.
& consil. 82. colum. 4. versic. nec ad hoc ob. lib. 3.
Præterea tale periurium non tangens causam, ex
qua dictus Hector agit, cum non excluderet, quin
9 audiretur. † sic tenet Bald. in consilio 118. nume. 3.
libro 4. alleg. per Aymo. in cons. 7. num. 12. & tan-
dem hæc sunt, quæ maximè mouent me ad respon-
dendum, vt supra conclusum est. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

Verba, cum scientia, & præsentia, quid operentur.

SVMMARIVM.

1 *Scientia est cognitio rei per causam.*
2 *Scientia vbi requiritur, non sufficit simplex scientia, sed quod quis sciat factum cum suis qualitatibus, adeò quod perfectè intelligat.*
3 *Statutum requirens scientiam consanguineorum in contractibus mulierum, operatur, quod consanguinei debent videre, & cognoscere, an vtilis, vel damnosus sit contractus mulieri.*
4 *Scientia, & præsentia collectandorum necessaria est in collectis imponendis, ne lædantur, & pro excessiuis collectis grauentur.*
5 *Relatio fit ad proxima.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

Quæritur quid designent, quidve operen
tur verba hæc; & ch'essi da Scapezzano
non impongano le colte; Ma la com-
munità di Senogallia con saputa, & pre
senza delli Massari del detto castello, &c. inserta in
priuilegio ab Illustrissimo Principe Emanato in-
ter ciues Senogalliæ: & homines castri Scapezza-
ni. Respondebam id significare, & operari, quòd in
collectarum impositione, & calculatione fienda
per ciues Senogalliæ, cum lędi possint homines di-
cti castri, meritò sancitum est, eorum præsentiam
requiri. l. nam ita diuus. & per nota. ibi. per glos. &
Bald. & Ange. ff. de adopt. pro qua læsione euitan-
da, & æqua calculatione, & impositione collecta-
rum fienda, Massarios dicti castri, seu eorum de-
putatos debere, & posse interesse, & interuenire
tractatui, & scrutinio dictæ impositionis collecta-
rum, & scire impensas, necessitatem, & causas hu-
iusmodi impositionis, ad ita dicendum impellor
vi, significatione, & cumulatione horum verbo-
1 rum, con saputa, & presenza &c. Nam † scientia est
cognitio rei per causam, secundum Philosophum.
not. in cap. cum causam. de testi. & per Alexand. in
l. 1. columna sexta. sub num. 24. si certum peta. quæ
facti causa potius inquirenda est, quàm ipsum fa-
ctum. glo. in cap. occidit. 23. quæst. 8. & in cap. cum
dilecti. de accusat. cum alleg. per Aymo. in consilio
319. nume. 7. præsertim in actu obligatiuo causa
inquiritur, & requiritur. glos. Barto. & alij dicunt
in l. creditori. C. de pact. & l. cum hi. §. in causa. ff.
de transactio. & vbi scientia requiritur, non suffi-
2 cit simplex scientia. † Sed, quòd quis sciat factum
cum suis qualitatibus, adeo quòd perfectè intelli-
gat. per gl. in cap. concertationi. de appell. in sexto.
refert Alexand. in consilio 114. sub nume. 4. lib. 1.
& Deci. in consilio 222. columna secunda. & per
Feli. in c. cum contingat. sub nu. 5. de rescript. facit
quod tradit Ange. in §. emphyteusis. in authen. de
ali. & emphyt. quòd statutum requirens scientiam
3 consanguineorum in cōtractibus mulierum, † ope-
ratur, quòd consanguinei debeant videre, & cogno
scere an vtilis, vel damnosus sit contractus mulie-
ri. Præsentia quoque alicuius ad actum requisita
dicitur, & operatur vbi factum intelligitur. per l.
diem. §. coram. ff. de arbit. & l. coram. de verborum
significatio. firmat Bar. in l. 1. §. 1. de autho. tuto. ad
idem tendit, quòd scribit Bald. in l. 1. col. fin. C. qui
admi. quòd statuto requirente pręsentiam coniun-
ctorum, qui si viderint mulierem lædi, possent ap-
pellare, &c. Ex quibus probatur vera, & consona
iuri dicta conclusio, quòd Massarij dicti castri, seu
eorum deputati possunt, & debent scire, & discer-
nere causas impositionum collectarum, & interesse
scrutinio, & calculationi earum, vt habita ratione
collectarum ordinariarum, & expensarum ordina-
riarum, imponantur iustè, & ęquè pro modo neces
sitatis, & impēsarum, & non excessiuè, ita quòd ho-
mines d. castri non lædantur, & pro excessiuis col-
4 lectis non grauentur. Aliàs † scientia, & præsentia
eorum in collectis imponendis, nihil operaretur,
quòd non est dicendum. per ea quæ not. Innoc. &
alij. in c. cum inueteri. de elect. & per Aym. in cons.
294. col. 5. & seq. & cons. 227. col. fin. & cons. 297.
nume. 45.
Quæ conclusio corroboratur, & clara demon-
stratur ex ipso priuilegio ibi: alliquali se chiarisse,
che debbano de le spese, &c. quæ verba, ratione re-
latiui, alliquali, & Ratione Proximorum, videntur
referri ad Massarios, seu deputatos eorū castri prę-
5 dicti, † de relatiuo habetur per Bart. & alios. in l. 1.
col. 1. C. de sum. tri. & fid. cat. & per Soc. in cōs. 91.
col. 5. lib. 3. de relatione ad proxima nota. in l. talis
scriptura. de leg. 1. & in l. si idem. in fi. de iurisd. om.
iudi. Quòd Massarij, cum debeant tenere compu-
tum expensarum successiuis temporib. priusquam
imponantur collectę, vt videtur disponere priuile-
gium, & conuentio eorum, possunt, & debent neces
sariò scire, & scrutinari ipsas impositiones, & earū
causas: arg. l. 2. ff. eo. de iurisd. om. iud. cum ibi not.
alioquin impositio collectarū aliter facta esset nul-
lius valoris. per tex. & not. in c. cum olim. de arbi. &
hęc sufficiant pro rñsione quæsitorum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXX.

ARGVMENTVM.

De nullitate dationis in solutum ob statuti formam non seruatam, mandantis bona stabilia, non alienari forensibus sine licentia, & ob summam indebitam, & solutam probari per literas creditoris recognitas per testes, & alia verisimilia. Ideo ex ea non esse acquisitam possessionem per clausulam cōstituti, nec per locationem, & consequenter non posse obtineri remedio l. si quis cōductionis. C. loc. neque alio remedio possessorio, & plura de intellectu d. l. si quis conductionis.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum nullum præstat, quod de iure non sortitur effectum.*
2 *Nullitas in iudicium etiam per modum excipiendi deduci potest.*
3 *Princeps non potest remittere nullitatem tangentem defensionem partis, & iura excipientis.*
4 *Possidentis conditio melior est in pari causa.*
5 *Commissiones omnes sunt stricti iuris, & propriè intelligenda.*
6 *Contrafacientibus principalib. mortuis, an quæri possit de pœnis fiscalibus.*
7 *Tempora ad fisci fauorem quando currere incipiant.*
8 *Decretum generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
9 *Licentia expressim requisita per legem nouam, & correctoriam, debet concedi verbis expressis, & indiuiduis.*
10 *Expressum facit cessare tacitum, & præsumptum.*
11 *Onus probandi affirmatiuam, quo casu transferatur in aduersarium.*
12 *Decretum ligat etiam familiares decretantis.*
13 *Probationes in iudicio fiunt iudici.*
14 *Probatio præsumpta sufficit, vbi alia probatio non potest haberi plenè.*
15 *Literæ non probant, nisi constet de fide earum.*
16 *Testes circa recognitionem literarum quomodo probēt.*
17 *Literis an sit fides adhibenda, arbitrarium est iudici.*
18 *Vincula duo magis stringunt.*
19 *Standum est ei, quod non reperitur mutatum.*
20 *Instrumento antiquo statur, etiam si non probetur notarius, qui scripsit illud.*
21 *Testium numerus auget fidem, & veritatem.*
22 *Literæ quō credantur scripta, & subscripta ab aliquo.*
23 *Literæ contra scribentem, & eius hæredes probant.*
24 *Illicita non præsumuntur.*
25 *Solutio præsumitur facta ex causa præcedentis obligationis.*
26 *Obligatio extinguitur pro eo, quod solutum est, & superest in non soluto.*
27 *Soluens, seu dans in solutum bona mandantis pro summa indebita, dicitur id facere sine mandato.*
28 *Datio in solutum facta sine mandato est nulla.*
29 *Prooemium ostendit causam finalem.*
30 *Vēditio incerta ratione rei, & ratione quotæ nō valet.*
31 *Constare id etiam euidenter dicitur, quod apparet ex coniecturis.*
32 *Mandatum requiritur speciale ad transigendum.*
33 *Datio in solutum ob partem etiam minimam indebitā, vitiatur in totū, siue à iudice, siue à parte facta sit.*
34 *Confessio debiti absente parte in testamento facta à testatore non probat debitum.*
35 *Debitore dicente se soluisse indebitum, probando præcedentes solutiones, & propterea se tantum non debuisse, probatur error, etiam in facto proprio, cum certet de damno vitando, & cum non probetur ex aduerso, quòd scienter soluerit indebitum.*
36 *Testatoris verba sunt propriè intelligenda.*
37 *Diuersitas rerum inducit obscuritatem. & 38.*
39 *Procuratoris gesta, non præsumuntur nota domino.*
40 *Præsentia partis requiritur in ratificatione cōtractus.*
41 *Condictio indebiti, & dictio nullitatis quando competat in datione in solutum.*
42 *Testamentum producens videtur fateri omnia contenta in eo vera esse.*
43 *Præsumptio sola continuata possessionis sufficit ad probandam simulationem, subsistente aliquali suspitione.*
44 *Declarationi facta in testamento statur, qua mente quis fecerit aliquid inter viuos.*
45 *Conductionis natura est, quòd dominium, & possessio sit penes locatorem.*
46 *Modus per conductionem transferendi possessionem in locatorem dicitur fictus, & ficta traditionis.*
47 *Dispositio. l. si quis conductionis. C. loca. non potest habere locum in conductione facta à procuratore, extra formam mandati, quia nemo ex alterius contractu obligatur.*
48 *Contractu principali existente nullo, & inualido, non transfertur possessio per constitutum, & id nihil operatur.*
49 *Datione in solutum vitiata, & sublata, vitiatur, & tollitur locatio correspectiuè facta.*
50 *Possessio per contractum nullum, remanentibus dominio, & possessione penes dominum sic ignoranter rē suam conducentem ab eo quem dominum, & possessorem credebat. ex ipso contractu præcedenti, cum eo inito, non perditur, sed retinetur.*
51 *Possessio defuncti, non transit ad hæredem.*
52 *Possessio ciuilis dicitur, quæ per statutum sine apprehensione transfertur in hæredem.*
53 *Colonus dicitur continuare in possessione nomine hæredis, quando ei pensionem soluit.*
54 *Possessionem recuperare negligens dicitur eā amittere.*

Agens

55 Agens ex locato repellitur, cum dominium, & possessio rei locatæ sit conductoris.
56 Remedium recuperandæ possessionis non potest dari illi, qui nunquam possedit.
57 Exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ.
58 Potestas eadem est iuris, & sententiæ inter partes.
59 Actor in remedio retinendæ probare debet possessionem tempore litis contestatæ, & turbationis.
60 Reo licet excipere contra producta ab actore, & demonstrare inualida
61 Iura partium, cum sunt obscura, pro reo iudicandum est.

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Lenissimè scripsit insignis Iureconsf. vir peritiæ iuris peritissimus, & conscientiæ, ac bonitatis sinceritate prædictus Dominus Christoforus Pampbilus, de Eugubio meus honorandissimus, & respondit defendendo Dominum Petrum Perulum de Vibino, intentionem aduersarij elidendo ex nullitate dationis in solutum factæ per procuratorem Domini Bernardini, patris Domini Petri Illustriss. Dominæ Aemiliæ Piæ, ob nō seruatam formam decreti prohibentis subditos alienare bona stabilia, absq; licentia, & sub certa pœna. exinde inferens, nullam possessionem medietatis Poteris, sic nulliter in solutum datæ, & partim venditæ esse translatam in ipsam Illustrissimam Dominam Aemiliam ex clausula constituti, & cōductione simul facta ab ea locante pro tribus annis, & consequenter aduersarium hæredriarijs nominibus ipsius D. Aemiliæ nitentem, ex conditione. l. si quis conductionis. C. loc. & remedijs possessorijs non posse obtinere, iuribus, & fundamentis ab ipso excellentissimo Domino consulente adductis, & comprobatis. Quibus aliquid addi non oporteret, quia eorum plenitudo, non indiget adiectione. cap. omnia. sexta quæstio. 1.

Corroborando tamen dicendum est, adhuc per appositionem pœnæ fisco applicandæ, in dicto decreto non tolli nullitatem actus: ex quo eius dispositio est negatiua, & prohibitiua ne actus fiat. contrafacientes agunt nulliter, & faciunt actum nullum, & incurrunt pœnam. vt in simili etiam firmat Ang. in cons. 170. Item statuimus.

Cuius nullitatis allegatio, nō intelligitur adempta, seu eius declaratio reseruata Illustrissimo Principi, ex literis ducalib. datis sub die 14. Feb. 1559. quoniam loquuntur eo casu, quo litigantes allegarent cameram esse interessatam, vel aliquid tangens particulare interesse fisci ob licentiam non petitam pro dicta alienatione. Quod nemo litigantium allegat, sed solum pro parte Domini Petri allegata est dicta nullitas pro suo interesse, & pro suo

1 iure, exinde orto, quod est, † nullum præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. per regu. non præstat. de regulis iuris. in sexto. & quem posse venire contra factum etiam proprium, quando est nullum. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. libro 11. tradit Barto. in l. post mortem. in principio. ff. de adopt. & gloss. & Abb. in cap. nosti. de elect. & in capitu. si quis presbyterorum. de reb. ecclesiast. non alien. quod ius est excipiendi de nul

2 litate, quæ † sic in iudicio, etiam per modum excipiendi deduci potest. qui modus est frequens, & valde vtilis, vt latè scribit Modern. Ariminen. in tracta. de null. in titu. quot, & qui. mod. null. in iud. propo. nume. 20. & super ea debet per Dominum Iudicem pronunciari, quando videretur dubia, per ea, quæ ponit idem Ariminen. in dicto loco. num. 41. cum sequenti. & per l. de vnoquoque. in princ. ff. de re iudica. & l. ædiles. §. item sciendum. de ædil. edicto, quæ quidem allegatio, & exceptio aliquo modo non tangit iura fisci, quæ sunt circa pœnas contrahentibus impositas, & fisco applicandas per dictum decretum. quæ pœnæ, etiam si per Principem essent remissæ, non esset remissa dicta nullitas, tangens defensionem partis, & iura excipien-

3 tis. † per glos. fina. & ibi Barto. Bald. & alij not. in l. 2. C. de in ius vocan. maximè post oppositionem de hac nullitate factam, per quam dicitur ius quæsitum opponenti, quod tolli non potest. l. fin. ff. de pact. & l. id quod nostrum. de regulis iuris. ponit Aymo. in consilio 216. sub num. 22. nullitas enim actus dicitur quoq; alia pœna. l. senatus. ff. de contrahen. emptio. Geminia. in capitu. fina. nume. 18. de elect. in sexto. cum concordan. allega. per Alex. in consilio 36. sub nume. 10. libro 4. quæ pœna est contra aduersarium petentem, & pro Domino Pe-

4 tro possidente, cum in pari causa melior † sit conditio possidentis. l. 2. C. de condictio. ob turp. cau. & l. in pari. de regulis iuris. cum vulga. de hac ergo pœna nullitatis diuersa, & separata à pœnis fisco applicandis, & tangente interesse partis possidentis, & conuentæ, non loquuntur dictæ literæ: argu. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acquiren. hæredita. & l. penult. si quis à par. fu. manu. & l. quod constitu-

5 tum. de milita. testamen. nam omnes † commissiones sunt stricti iuris, & propriè intelligendæ. Bald. in l. non fine. ante fin. de bon. quæ lib. & nota. in capitulo primo. & in capitu. dispendia. de rescript. in sexto.

6 Quamuis credam modo, † non posse de his pœnis fiscalibus quæri, mortuis principalibus contrafacientibus. per l. 1. ff. de priua. delic. & l. defuncto. de publi. iudi. & l. ex iudiciorum. de accusatio. sal- tem elapsis quinque annis. per l. 2. C. de vectig. com. Barto. in l. commissa. in fin. de publica. Alex. in consilio 31. in fine. libro quinto. Bert. de gabel. in nona parte. nume. 9. & fortius elapsis ann. 20. per l. quærela. C. de fals. cum similib. quæ tem-

7 pora † cœperunt currere, non à die scientiæ, sed à die commissæ contrauentionis. per ea, quæ adducit Marsil. in practi. crimina. §. constante. nume. 85. cum sequenti. & aduersus hæc tempora, non daretur fisco pro pœnis consequendis restitutio in integrum: argumen. l. auxilium. & ibi Barto. ff. de minor.

Non refert, quòd bona alienata sint in territo-
rio Fori sempronij, quoniam hęc ciuitas etiam fuit,
& est subiecta regimini, & dominio Illustrissimi D.
Ducis condentis, & promulgantis dictum decretũ
8 †loquens de possidentibus bona immobilia gene-
raliter in aliquo, seu aliquib. locis suæ iurisdictio-
ni, vel gubernationi subiectis, ergo generaliter de-
bet intelligi. l. in fraudem. §. fi. ff. de milit. test. cum
maximè contrahentes essent de ciuitate Vrbini, in
qua apparet pluries reiteratum, & publicatum di-
ctum decretum loquẽs in personam, & emanatum
fauore publico, ne loca deserantur, debebant illud
seruare per not. in l. cunctos populos. C. de sum. tri.
& fide cathol.

Addendo adhuc considero non posse præsumi,
& dici licentiam concessam Principis ad dictã alie
nationem, ex eo quòd in vltimis bannimentis de
eodem decreto factis de anno 1525. & 1527. pa-
rum ante dictam alienationem, dicitur, quòd non
fiat alienatio, sine expressa licẽtia Principis capien
da, id est, scribenda per Cancellarium communis,
9 ex quo duo inferuntur, primum quòd licentia †ex-
pressim requisita per legem nouam, & correctoriã,
(vt hæc est, de qua agitur, corrigens. l. penult. C. de
contrahend. emptio. & l. in re mandata. C. manda.)
debet cõcedi verbis expressis, & indiuiduis. per tex.
in §. si verò expressim. in authen. de hæredi. & falci.
tradit ibi Ange. & in §. illud quoque. in authen. de
trien. & semis. refert, & sequitur alia adducẽdo Ias.
in l. prætor ait. in prin. colum. 2. ff. de no. oper. nun-
tia. & Deci. in consi. 10. colum. penult. & per Rip. in
10 l. 1. num. 67. de vulga. & pupilla. Quod autem †fie-
ri debet expressè non sufficit, quòd fiat tacitè, vel
præsumptiuè, per illud quod dicitur, expressum fa-
cere cessare tacitum, & præsumptum. l. cum ex filio.
§. filio. de vulga. & pupilla. Secundum, quòd scri-
ptura cancellarij communis fienda de dicta licen-
tia facit, quòd ea non reperta, præsumitur non con-
11 cessa talis licentia, & ob id transfertur † onus pro-
bandi affirmatiuam in aduersarium, per ea quæ fir-
mat Abb. in cap. bonæ memorię. el secundo. col. 8.
versicu. fallunt prædicta. de electio. & in alijs locis
allega. per Felin. in cap. tenor. in fin. de re iud. igitur
nihil refert dictam alienationem esse factam in au-
la Principis, cum non appareat esse factam cum ex-
pressa licentia Principis, & scripta per d. Cancella-
rium, multa enim fiunt in aula Principis, quę igno-
rantur ab eo, vt experientia docet, non obstat etiã,
quòd Illust. D. Aemilia recipiẽs dictam alienatio-
nem esset forsan de familia Illustrissimi Ducis, quia
12 † ligabatur etiam ipsa dicto decreto generali. per
nota. in l. princeps. ff. de legi. & in l. digna. C. eod.

Vlterius alia nullitas est dictæ in solutum datio-
nis, non minoris efficaciæ ea inducta ob dictam li-
centiam non habitam, & dictum decretum non
seruatum, per quam pariter demonstratur eandem
dationem in solutum esse factam à dicto procura-
tore sine mandato: Pro qua ostendenda præmitto
13 †in iudicio probationes fieri iudici. vt l. 2. in princ.
C. com. diui. & l. 1. de condi. ob turp. cau. l. eos. de
testi. & l. quinquaginta. ff. de proba. easdq; esse arbi-
trarias iudici in tantum, quòd eius animus rema-
neat persuasus, & inductus ad credulitatem. Anto.
de Butr. in cap. ex literis. in sexto. not. de probatio.
Pau. de Cast. in l. admonendi. colum. penult. de iu-
reiuran. Soci. in consilio 262. colum. 5. lib. 2. Deci.
14 in consilio 463. in fin. ita quòd †probatio præsum-
pta sufficit vbi alia probatio non potest haberi ple-
nè, adducit Iaso. in l. de pupillo. §. si quis ipsi præ-
tori. colum. 8. versicu. in 8. quæstio. Bart. ff. de no.
oper. nuncia. & pro ampliatione probationis quo-
modocunque informantis animum iudicis plura
quoque scribit Pau. de Cast. in consilio 380. lib. 1.
& Curti. in tracta. de testi. nume. 27. Quamobrem
in specie proposita credi potest ex pluribus literis
dictæ Illustrissimæ Dominæ Aemiliæ, & libris Do.
Bernardini Peruli in iudicio productis, probatio-
nem esse factam ita, quòd animus iudicis rema-
neat instructus, & inductus ad credulitatem, quòd
ita se habeat veritas post diem 6. Iulij ann. 1508.
quo Dominus Bernardinus nomine depositi acce-
pit ab Illustrissima Domina Aemilia mille aureos,
fuisse per Dominum Bernardinum solutas eidem
Do. Aemiliæ plures summas pecuniarum pro duc.
925. vt videri, & colligi potest ex partitis dictorum
15 librorum: licet enim dictæ †literæ non probent nisi
constet de fide earum. l. fina. in princi. de lega. 2. &
probatio valida non fiat per eos, qui solum depo-
nant de cognitione caracteris, & literaturæ, vt per
Afflic. in decisio. 181. & Alexand. in consilio 239.
nume. 5. & sequent. libro 6. Tamen ipse imperator
in his similibus terminis loquens in authen. de in-
stru. cau. & fide. in §. si quis igitur. super contrarie-
tate testium de negocio ipso, & de comparatione
literarum demum se remittit arbitrio, & religioni
iudicis, vt ibi: verum tamen sit hoc iudicantis pru-
dentiæ, simul atque religionis, vt veracibus potius
pro talibus credat, ibi glo. in versicu. veracibus. ex-
ponit: Veracibus, id est, quę sibi videntur inter scri-
pturam, & testes, in casu isto sunt duo testes depo-
nentes de cognitione dictarum literarum Illustris-
simæ Dominæ Aemiliæ, reddentes causam sciẽtiæ,
16 † quia habent notam manum eius, & viderunt eam
pluries scribere, qui aliàs semiplene probarent, vt
declarat Rui. in cons. 46. sub num. 9. & seq. lib. 4. ex
mente Alex. in cons. 181. lib. 2. qui in col. pen. circa
fin. in vers. & fortius dicit. tenet, quòd tanta posset
esse fides testium, vel tanta posset esse vis compara-
17 tionis, quòd ei daretur plena fides, & sic †istud vi-
deri arbitrarium. idem scribit Felin. in c. 2. col. 4. in
decima limi. de fid. instru. idem in similib. terminis
Gozad. cons. 11. nume. 18. & clarius Tho. Gram. in
decis. 34. num. 15. 16. de literatura enim probatur
cõparatione, vel alijs legitimis indicijs, dicit Bart.
in l. si ita. de cond. & demonst.

Equidem censeo omnino Do. iudicem posse, &
debere arbitrari dictas literas missiuas, & epistolas
esse scriptas, & subscriptas manu dictæ Illustrissimę
Dominæ Aemiliæ, & sigillatas eius sigillo ex plu-
ribus simul hic concurrentibus: Primò, id affir-
mant

mant illi duo testes, & dicunt se cognoscere litera-
turam,& sigillum,& sic in isto casu,vltra casum do-
cto.tenētium cōtrarium , cōcurrit appositio,& co-
gnitio sigilli subscribētis,vnde si testes possent deci
pi in cognitione literæ,nō possent , vel sic decipi in
cognitione sigilli,quod nō potest sic de facili muta
ri,& simile fieri,sicut literæ,vt ex experimentis co-
gnosci potest , quæ duæ cognitiones veluti duo vin
18 cula † magis stringūt.argum.authē.itaque.C.com.
de succes.& l.cum in adoptiuis.& ibi Bald.col.j. de
adopt.& cap.1.& glos.ibi de treu.& pac.cum simil.
de probatione recognitionis sigilli fiēdę per testes,
19 non reperitur aliquid mutatum , † ergo ei standum
est.argum.l.præcipimus.in fi.C.de appe.s.quòd pos
sit fieri hæc probatio per testes.l.in exercēdis.C.de
fid.instr.ideo sola impressio sigilli nō dolosè facta
probaret cōtra eam,& eius hæredes.l.2.& ibi glos.
& Bald.C.de reb.alie.nō alienā.& Feli.in d.cap.2.
colum.pe.& Marsil.in rub.nume.300.C.de proba.
& Frāc.Bursat.Mant.cōsil.39.nume.26.

Secundò,inspiciantur dictæ literæ, quomodo sa
piāt quādam vetustatem,& ferè cōsumptionem ob
lōgitudinem temporis an.40.quibus fuerūt scriptę,
& quādam redolēt veritatem;vt ex omni parte ap-
pareāt veræ literæ dictæ Illustrissi. Do. Aemiliæ in
eis nominatæ,& subscriptæ, facit quod dicit Bal.in
auth.quas actiones.circa fi.C.de sacrosanct. eccles.
20 q statur † instrumēto antiquo,etiam si nō probetur
notarius,qui scripsit illud.refert concord.Aymo.in
consil.274.in fin.

Tertiò tot & tātæ sunt dictæ literæ,& epistolę de
diuersis summis pecuniarum,& rebus habitis loquē
tes in iudicio,forsan vltra numerum 10.vel 20.pro
ductæ,quòd reputatur ferè impossibile reperiri ali-
quem tam præsumptuosum, etiam oculatissimū fal
sarium,qui potuisset falsificare, & contrafacere om
nes dictas literas,quin saltem ex altera earū argue-
retur falsitas,ergo numerus earum adauget , alte-
21 ra alterius fidem & veritatem,ex eo,† quod dicitur
de numero testium,vt per Alex.in cōsil. 131.nu.5.
lib.6.& Ias.in l.prætor.§.cogētur.colu.2. ff.de edē.
& Soci.in cōsil.244.in fi.lib.2.& quod dicitur, quā
do sigilla sunt ignota, esse credendum.5.sigillis , vt
per glo.& cano.in cap. quod super his.de fide instr.
& in text.cap.1.de cleri.peregri. vbi Anto.de Butr.
sub nume.8.rationem adducit,quia faciliùs, vel ci-
tiùs falsatur sigillum vnius,quàm plurium . & facit
quod in similibus terminis dicit Alex.cōs.239.col.
2.in fi.versicu.accedit quòd.lib.6.& de sigillis plu-
rium.per Castr.cōsi.394.nume.2.in fi.lib.1.facit &
illud dictū,quāto plura sunt signa ī cartis, tāto sunt
cautiora instrumēta,dicit glos.in versicu.ipsis.in fi.
in auth.de tabel. refert Luc. de pen.in l.vnicuique.
colum.3.vlt.med.C.de prox.sacr.scrin.lib.22.

Quartò, istæ literæ cōtinēt verisimiles narratio
nes factorum,& negociorum illius temporis cōue-
22 niētium Ill.D.Aemiliæ,quod facit,vt magis † creda
tur eas esse scriptas,& subscriptas ab ipsa D.Aemi-
lia.argum.l.ob carmē.§.fi.ff.de testi. ad idem in li-
bris priuatis decis.allegat & arguit Aymo. in cōsil.
275.nume.8.& seq.Idem coadiuuāt libri negocio-
rum & societatū dicti D.Bernardini in iudicio pro
ducti in partitis rerum,& pecuniarum datarum.per
D.Bernardinū dictæ D.Aemiliæ, & in pluribus cō
cordes cū dictis literis D.Aemiliæ, q libri ob mor
tem etiam dicti D.Bern. habent vim iuramēti , &
cōtinētes verisimilia,& manu aliorum sociorū du-
plicatim scripti,pro eo,& eius hęrede probarēt,per
ea quæ adducit Aym.in d.cōsil.275.& Soci.in cōs.
161.colum.fi.lib.2.& Dec.in cōsil.596.nume.9.&
Paris.in cōsil.104.nume.77.lib.1.& Gram. in con.
ciuilium 158.

Ex quibus omnibus habetur veritas dictarum li
terarum dictæ Illustri.D.Aemiliæ , quæ ideo cōtra
23 † eam,& eius hęredes probāt.l.publia.§.fi.ff.depos.
& doct.in d.l.admonēdi. & Bald.in l.nō epistolis.
C.de prob.& Aym.in cōsil.125.nume.2. vbi de cō
fessione defuncti cōtra hæredem.& successiuè habe
tur probatio summarum, vltra duc.400.solutarum,
per dictum D.Ber.dictæ Illustriss.D.Aemiliæ,post
instrumētum debiti mille duc.habitorum ab ea per
ipsum D.Ber.

Ex aliqua præcedēti causa licita nō apparent so-
24 lutæ istæ pecuniæ , & illicita, † nō præsumūtur.vul.
l.meritò.ff.pro soc.ergo fuerūt solutę ex causa dicti
debiti mille ducatorum,quoniam solutio præsumi
25 tur facta † ex causa præcedētis efficacis obligatio-
nis.l.3.cum seq.ff.de soluti.& Bar.firmat in l.solēt.
§.nō verò.col.1.versicu.ego dico. ff.de ofi.procōs.
& Pau.de Cast.in cōsil.182.col.2. versicu. tertiò vi
detur.lib.1.& Fulg. in l.stipulatione.de iure dot. &
Soci.in cōsil.288.col.10.versicu.cōfirmatur ista cō
clusio.lib.2. & Aym.in cōsil.158.nume.13.etiā so-
lutæ,vt vsuræ omni iure indebitæ computarētur in
sortem,& extenuarēt ipsam sortem ipso iure.l.si nō
sortem.in princip.& ibi omnes not. ff.de cōdi.ind.
& id non videtur habere difficultatem.

Itaque ex prædictis hac de causa præmissis liqui
dò cōstat,de anno 1527.die 18.Septembr. quo D.
Ber.fecit mādatum Lucæ Ant.dādi in solutum bo-
na sua immobilia,ipsum D.Ber. nō esse debitorem
Illustriss.D.Aemiliæ,pro summa duc.mille,sed pro
lōgè minori summa.Pro eo enim, quod solutū est,
26 † extincta est obligatio, quæ in eo nō soluto tātum
superest.vt l.cum duo.ff.eo.vnde proprium quęstio
nis pūctum attingēdo , datio insolutum pro mille
duc.vti debitis,facta per dictum procuratorem. ei-
dem Illustrissimę D.Aemiliæ fuit,& est inualida,&
nulla,duplici ratione . Prima, defectu mādati dicti
procuratoris,qui ideo quodcūque generale mānda-
tum habēs,nō poterat soluere indebitas summas ,
& soluēs,seu dās insolutum bona mādātis pro sum
27 ma indebita, † dicitur id facere sine mādato.vt pro
batur per text.ī l.si procurator.ī princip. ff.de cōd.
īdebi.eo quòd requiritur ratihabitio dñi, vt ibi per
Barto.sub versicu.ad primum op.& per Alber.cu ca
si.arguēdo à cōtrario sensu.& per Bald.ī colum.pe.
versi.opp.dicitur hic.& per Pau.de Cast.sic summā
tem,& exponētem illum text.& cæteri sequūtur. &
si diceretur,procurator iusta causa ductus vigore di

ēti

cti instrumenti debiti, ignarus de solutionibus
prius factis, bene soluit, vel insolutũ pro tota sum-
ma instrumenti dedit, non tamẽ exinde fit, ꝙ suum
mandatum se ad id extendat in præiudicium domi
ni, sed quòd non procurator tenetur repetere, at do
minus repeteret indebitè solutum. l. si seruus. §. ꝙ ve
rò. ff. de fur. tradit Ange. & alij. in d. l. si procurator.
28 remanet † ergo nulla hæc datio in solutum facta si-
ne mãdato. l. diligẽter. ff. mand. & c. cum dilecta. de
rescript.

Secunda est, & huic proxima, quòd ratione dicta
rum pecuniarum solutarum, de dicta summa duca.
mille, & eadem summa in totum debita nõ extãte,
& pro ea indebita etiam pro minima parte, dicta in
solutum datio in totum nulla est, & in totum vitia
tur. per l. cum amplius. de reg. iur. & d. l. si. nõ fortẽ.
* §. si centum. & ibi not. Barto. & communiter docto.
ff. de cond. indeb. Pau. de Castr. & Alexãd. in l. 1. §.
sed & si mihi. de verborum obligatio. cum concor.
ferè omnibus more suo cumul. per Tiraquel. de re-
tract. in tit. 1. §. 23. glo. 1. nume. 25. & Calca. in con
sil. 77. in fine.

Hanc totius dationis in solutum nullitatẽ non
remouet, summa flor. 425. persoluenda per dictam
Illustrissimam Dominam Aemiliam, eidem D. Ber
nardino. Quoniam principalis intentio contrahen
tium, & venientium ad dictam in solutum dationẽ
fuit pro satisfactione mille duc. vt in procœmio in-
strumenti dicitur. quod huius rei causam finalẽ de-
29 monstrat. † Bart. & Bald. in l. fi. ff. de hæred. instit. &
quod principaliter agitur attendi debet. l. non om-
nis. si certum pet. vitiato autem principali, cessat &
accessorium. per reg. accessorium. de regu. iur. in 6.
Præterea in medietate poteris æstimata per partes
pro duobus mille flor. & data in solutum, quatenus
capiat summa mille duca. eadẽ datio in solutum ob
partem debiti solutam, & indebitam, iam in totum
est inualida, & militat ratio d. §. si centum. & d. l. cũ
amplius. & decis. suprà alleg. & pro residuo à dictis
duca. mille supra, vsque ad dictam summã flor. duo
rum mill. quatenus dicatur mera, & propria vendi-
tio pro dictis flor. 425. per eam tamen, & pro dictis
flor. 425. non fuisset translata aliqua possessio, neq;
30 aliquod dominium, quoniam esset venditio † rei in
certæ ratione loci, & ratione quotæ, vt l. 3. §. in cer-
* tam. & ibi Bart. & cæteri communiter tradunt. ff. de
acquir. possess.

Huic proxima est responsio ad l. in summa. in pr.
ff. de cond. indeb. ꝙ non sumus principaliter in tran
sactione, vt loquitur illa. l. in summa. sed in datione
in solutũ facta pro maiori summa debiti, ideo pro-
cedit text. in d. §. si centum. & d. l. in summa. secum
quoque affert responsionem rei nostræ accomoda-
tam, si adsit euidens calumnia, transactio est imper
fecta, & repetitio datur, & vt per Aym. in cons. 152.
nume. 10. constat enim ex superius dictis Illustrissi
mam Dominam Aemiliam, ante dictam assertam
transactionem habuisse plurimas summas pecunia
rum imputandas in dictum creditum mille duca. id
31 apparens ex coniecturis, † dicitur etiam euidenter
constare. l. licet imperator. in princip. de leg. j. Ias. in
l. qui filiabus. §. si quis ita. in 4. not. ff. eo. calumnia
est, velle consequi plus debito. §. si quis agens. inst.
de actio. ergo locum habet exceptio. d. l. in summa,
ibi. Sin autem euidens calumnia, &c. Præterea non
constat de aliqua præcedenti lite inter contrahen-
tes, nisi per verba enunciatiua prolata in dicto in-
strumento, quæ inter alios nõ probant, & cum pro
curatore D. Bernardini, non habente mandatũ ad
32 transigendum. † quod speciale requiritur. l. transa-
ctionis. C. de transacti. & l. mandato generali. ff. de
procura. & non probant talia verba. per no. in auth.
si quis in aliquo. C. de eden. & in specie pro transa-
ctione verè conficienda non sufficiunt verba nota-
rij, seu partium asserentium esse litem. vt per Deci.
in consil. 351. col. 2. extante maximè, vt dicitur, pro
parte Dominæ Aemiliæ instrumento liquido sui
crediti, & non factis oppositionibus de dictis solu-
tionibus, & nullo remisso eidem D. Bernardino, nõ
fuit vera & effectualis transactio, per ea quæ ponit
Ias. in l. 1. col. 1. & seq. ff. de trans. igitur non proce-
dit d. l. in summa.

Quãuis prædicta per doct. teneri in iudiciali da-
tione in solutum aduertat Tiraq. in loco præallega.
33 nume. 24. Tamen † ob partem etiam minimam in-
debitã hæc datio in totũ vitiatur, siue à iudice, siue
parte facta sit. Pari. in cõsil. 109. nume. 33. li. 1. & id
principaliter, ac fortius procedit in datione in solu
tum conuentionali & extraiudiciali, quia de hac
principaliter, & expressè loquitur tex. in d. §. si cen-
tum. ex quo doct. inferunt & arguunt ad dationem
in solutum iudicialem, vt videre est ex lecturis om
nium scribentium in dict. §. si centum. Non expedit
quoque loqui de aliqua limitatione prædictorũ tra
dita per doc. quia nulla earum procedit in facto præ
sentis casus.

His, quæ superius conclusa sunt, non refragatur
testamentum D. Bernardini in hoc iudicio allega-
tum, & productum per aduersarios, ex eo quasi duo
inferentes, & arguentes, vnum, ꝙ quia D. Bernardi-
nus dicit, se teneri soluere hæredibus Illustriss. mæ
D. Aemiliæ ducatos mille, fatendo totum debitũ,
videtur de, & pro eo non soluisse, maximè conten-
ta in dictis literis, & libris. Alterum, ꝙ mandando
redimi & recuperari, antequam labatur terminus,
partem tertiam suæ possessionis Montis Ragnoli,
quam dicit assignatam esse pro dictis duca. mille,
videtur approbare & ratificare dictam in solutum
dationem pro dicta quantitate factam à suo pro-
curatore.

34 Quoniam respondetur ad primum, † confessio-
nem debiti, absente parte in testamento factam à te
statore nõ probare debitum. l. lucius. §. quisquis mi
hi. & ibi Bar. de leg. 2. & Bal. in l. rationes. C. de pro
ba. fortius non probat apparente errore, vt hic ap-
paret. cum enim post tempus contracti debiti mille
duc. D. Bernardinus soluerit ea, quæ dicuntur solu-
ta in dictis literis, & libris, & soluta censeatur ex cã
dicti præcedentis debiti, vt demonstratum est, dete
gitur error, & falsum est, tempore testamenti ipsum
Dominum

Dominum Bernardinum teneri ſoluere duc.mille,
ſed longè minorem ſummam,ſic præſumi errorem,
veritate in contrarium apparente, & non nocere hę
redi,dicit Bald.in d.l.rationes.verſicu. ſecundo re-
35 uocatur.ita in debitore,† qui dicat ſe ſoluiſſe inde-
bitū,probando præcedentes ſolutiones,& propter-
ea ſe tantum non debuiſſe, probatur error etiam in
facto proprio,cum certet de damno vitando, & cū
non probetur ex aduerſo, ꝙ ſcienter ſoluerit indebi
tum.l.ſed & ſi me putem.ff.de cond.indeb. gloſſ.in
ver.ignorantiæ.in l.cum de indebito.de prob. Bar.
in l.non fatetur.col.penult.de confeſ. Bald.in con-
ſil.231.lib.2.Alexand.in conſil.102.col.fina.verſi.
igitur.lib.1.& in conſilio 113.ſub nume.3.eod.lib.
Id etiam hæres poteſt dicere,& probare, cum & hæ
redi competat condictio indebiti. l.ſi fundi. ff. de
conditio.indeb.

Ad alterum & ſecundum,de ratificatione, latè
& ſubtiliter reſponſum eſt,per excellentiſſimum D.
Chriſtoforum,ab re adhuc non diſcedendo,dicen-
dum eſt, ex verbis dicti teſtamenti non poſſe argui
teſtatoris ratihabitionem factam de datione in ſo-
lutum,facta a procuratore,quia dicit, pro quibus.ſ.
duc.mille,aſſignaui,& obligaui tertiam partem poſ
ſeſſionis,&c.loquitur de facto ſuo,& non procura-
36 toris,cum verba teſtatoris ſint † propriè intelligen
da.l.ille.& l.non aliter.de leg.3. & factum procura
toris,non dicitur propriè factum domini.l.1.§.de-
ieciſſe.ff.de vi & vi arma.& l.ſi pater. de his quæ in
fraud.cred.Item dicit de obligatione, & non de da
tione in ſolutum, quæ adinuicem nomine ſunt di-
uerſæ.l.non codicillum. C.de teſta. & l.ſi idem. de
37 codicil.& effectu diuerſæ ſunt, † quia datio in ſolu
tum dicitur venditio. l.ſi prædium. C. de euict.vbi
de diuerſitate pignoris,& dationis in ſolutum text.
ponit.Item dicit tertiam partem poſſeſſionis, & di-
cta datio in ſolutū dicit de dimidia, ergo de diuer-
38 ſa re, quæ diuerſitas rerum inducit † obſcuritatem.
l.ita fidei.ff.de iure fiſ.alia eſt obſcuritas, & ignorā
tia præſumpta de dicta datione facta à procurato-
39 re, cuius enim geſta † non præſumuntur nota domi
no. Alexand.in conſil.193.nume.2. lib.6. & Corn.
in conſi.61.col.fina.verſicu.hic etiam.lib.1.id autē
præcipuum eſt in ratificatione, ſcientia ſpecifica,&
clara ratificantis.Bald.in conſil.323.ſi vidua. verſi.
præterea quod magis.lib.2.& Ay.in conſi.197.ſub
nume.14.vbi de ratificatione actus contenti in in-
ſtrumento,requirit ꝙ inſtrumētum fuerit lectum ra
40 tificanti.Requiritur etiam præſentia partis, † in ra-
tificatione contractus. Aret.in conſi.127. colum.3.
verſicu.venio ad tertiam. Deci.in conſil.532.nu.2.
& maximè quando fieret in teſtamento, ad ipſum
contractum inducendum,cōſenſus partis debet in-
teruenire.vt per glo.in l.hæredes palam. §.fin.ff.de
* teſta.communiter per docto.approbatam, teſte Ro
ma.in conſil.293.col.1. itaque multifariam oſten-
ditur aduerſarios D.Petri,nō poſſe ſe fundare in di
cto teſtamento ſui patris,vti demonſtrante eius ra-
tificationem, confirmantem dictā dationem in ſo-
lutum inualidam. Quæ etiam ſi fuiſſet ratificata, &
confirmata,aliter non probata ſcientia domini, ꝙ
41 eſſet facta pro ſumma indebita,quinimò † ſi fuiſſet
principaliter facta ab ipſo D.Bernardino, vtroque
caſu competeret condictio indebiti, & nullitatis di
ctio.vt per doct.in d.l.ſi procurator.& in d.§. ſi cen
tum.vbi tex.loquitur in ipſo debitore,in ſolutū dā-
te ſpeciem pro quantitate plus debito. idemq; ius,
vt dixi,competit hæredi. per d.l.ſi fundi. & l.hære-
dem.de reg.iur.

Non omittam adducere retortionem, non le-
uis argumenti contra aduerſarios, ex productione
42 dicti teſtamenti. Nam illud producendo,† vidētur
fateri omnia contenta in eo vera eſſe.ca.cum olim.
de cenſi.& ca.cum uenerabilis.& ibi Canon. de ex
cept.poſt Bald.& alios ponit Iaſ.in l.1.§.editiones.
col.2.verſicu.tertia concluſio.ff.de edē. cum ſimil.
qua cōfeſſione,ſic etiam inducta ex huiuſmodi pro
ductione nullam clariorem probationem reperiri
arguit.Rom.in conſil.329.præſens conſultatio.col.
fina.verſi.tertia.q.& in eodē teſtamēto continetur
Dominum Bernardinum fateri,licet indebitè reſpe
ctu totius ſummæ, ſe teneri ſoluere duca.mille, pro
quibus dicit ſe obligaſſe partem tertiam ſuæ poſſeſ
ſionis.Ergo non vera eſt datio inſolutum, & partē
venditio cum locatione, ex quibus nituntur aduer-
ſarij, quamuis ſic nominentur in ſcriptura inſtru-
menti, per eos producti, quia amplius non dixiſſet
Domin.Bernardinus ſe teneri ad pecunias, & pro
eis ſe obligaſſe,&c.Sed fuit pignus,ſub vēditionis,
& dationis inſolutum,locationiſque nomine ficto,
& ſimulato,quæ ſimulatio probatur ex d.eorum cō
feſſione elicita ex dicta productione teſtamenti, &
ex eo ꝙ D.Bernardinus, & eius hæredes continua-
runt poſſidere,& tenere penes ſe dicta bona. Bar.in
l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.qui.mod.pig. vel hyp. ſol.
43 ita † in datione in ſolutum,& ſolam præſumptionē
continuatæ poſſeſſionis ſufficere ad probandam ſi-
mulationem, ſubſiſtente aliquali ſuſpitione,tradit
Deci.in conſil.587.column.3.verſicu.ſecunda effi-
cax.& per Pariſ.in conſil.53.nume.20. lib.1. & hic
adeſt,nedum aliqualis ſuſpitio ſimulationis, quòd
verè fuerit pignus,& non venditio,ſed etiam habet
confeſſio aduerſariorum, vt dictum eſt. ſtatur enim
44 declarationi † factæ in teſtamento,qua mente quis
fecerit aliquid inter viuos.Bar.in l.vxori.§.fina. de
leg.3.etiam ꝙ remanſerit in poſſeſſione vēditor ex
locatione.Aymo.in conſil.156.nume.10.& alibi p
Doct. ſuſpitio aliqualis etiam hic colligitur ex illis
pecuniis,& rebus habitis prius per Dominā Aemi-
liam,& non computatum in ſortem, & ex pactis in
inſtrumento dationis appoſitis,ęſtimationis adhuc
fiendæ,& quòd interim terminus non currat ad re-
emendum,&c.Ideo ex hoc capite quoque, neq; do
minium, neque poſſeſſio fuit vnquam tranſlata in
Dominam Aemiliam.vt per Bal. in l.emptione. in
fin.C.plus val.quòd agi. Alexand.in conſil.46.nu.
6.lib.3. in datione inſolutum cum locatione, latè
ſcribit Pariſi.in conſilio 54.lib.primo.Idem in con
ſilio ſequenti.

Itaque ex ſuperius dictis, remanente concluſio-
ne

ne firma, quòd vltra defectum formæ decreti non
seruati, & simulationis, est quoque penitus nulla, &
inefficax dicta datio in solutũ facta pro maiori quã
titate, quàm debe:etur, & cõsequẽter hic denuo ca
dunt oĩa fundamenta aliàs adducta per dictum D.
consulentem, quæ nõ piget quodam ordine recen-
sere, addere, & corroborare. Quòd neq; per procu-
ratorẽ conducendo, neq; per clausulam constituti,
neque per locationem fuerit trãslatum dominium
aliquod, nec possessio aliqua, in dictam Illustrissi.
D. Aemiliam ex dicto cõtractu inualido, & minus
in eius hæredes.

Non per procuratorem, quia mandatũ Do. Ber-
nardini factum procuratori suo ad conduceedũ bo
na vendenda, & insolutum dãda, intelligitur de bo
nis validè insolutum dandis, quorum dominiũ, &
& possessio esset trãslata in emptorem, abdicata, ac
45 remota ab ipso mandante. quia natura † conductio
nis est, quòd dominium, & possessio sit penes loca-
torem. l. non solet. vbi Pau. de Castr. ff. loc. & verba
mandati sunt interpretãda, prout præsumitur man
dantem facere voluisse, secundũ naturam rei. l. si sti
pulatus. ff. de vsu. l. dãni. §. 1. de damn. infect. cum si
mil. quòd de bonis validè dandis insolutum intelli
gatur. probatur argu. l. non putauit. §. non quęuis. ff.
de bono. possess. contra tab. & l. 4. §. cõdemnatũ. cũ
ibi not. per doc. de re. iud. ergo cõducendo bona da
ta insolutũ nulliter, & inualidè, quorum dominiũ,
& possessio semper remansit penes dominũ, per hu-
iusmodi cõductionẽ procurator non trãstulit in lo
catorem, neq; perdidit possessionem dominij, eiq;
nil penitus præiudicij generauit. per tex. in l. fi. C. de
acquir. possess. quia sic conducendo perdere posses-
sionem domini esset donare. Barto. in l. si aliquã rẽ.
col. 2. de acqui. poss. per l. cuius per errorem. de reg.
iur. quod procurator non potest facere. l. creditor.
§. Lucius. ff. manda. & l. contra. §. fi. ff. de pact. Nãq;
46 modus † per conductionem trãsferendi possessio
nem in locatorẽ, dicitur fictus, & fictæ traditionis.
vt dicit Pau. de Cast. in d. l. non solet, per quem pro
curator nõ potest possessionẽ trãsferre in aliũ. Bart.
& alij in l. 1. in princip. ff. de acquir. poss. cũ concor.
alleg. per Tiraq. de cõst. in 3. par. in limi. 13. vbi nu-
* me. 6. dicit hanc esse communiorem opi. hac etiam
47 ratione nõ posset habere locũ † dispositio. l. si quis
cõductionis. C. loc. in cõductione facta à procura-
tore extra formam mandati, quia certissimũ est ne-
minem ex alterius contractu obligari. l. 3. C. ne v-
xo. pro mari.

Non per clausulam constituti, quia notũ est, exi
stente nullo, & inualido principali contractu, per
48 constitutum nõ transferri possessionem, † & id ni-
hil operari. Bal. & Ias. in auth. ex testamẽto. C. de fi
deic. Alex. nu. 7. Soci. nu. 12. in l. j. §. si vir. ff. de acq.
pos. firmant ĩ terminis cõstituti oppositi in datione
insolutum inualida, vt facta pro maiori summa de-
biti. Ruin. in consi. 137. columna finali. lib. primo.
cum simil. alleg. per Tiraquel. de constitu. in 3. par.
in 7. limita.

Non per locationẽ, & conductionem etiam fa-
ctam per ipsum Dominum, & possessorem duplici
ratione in spetie proposita. Prima, quia ex instrumẽ
to dationis insolutum constat locationẽ, & condu-
ctionẽ esse fiendã ex pacto simul inito cũ ipso prin
cipali cõtractu dationis, & esse eius accessorium, &
sequelam, & vnũ sine altero stare non posse, probat
text. in l. fundi partem. ff. de contrah. emptio. & esse
correspectiuè factam. Aym. in consi. 153. nu. 8. & in
consil. 298. nu. 13. eisdem rationibus, & decisionib.
Ergo per dictam conductionẽ non esse translatam
possessionem probatur, quibus per constitutum nõ
49 transferri, supra dictum est. Nam vitiata, † & subla
ta datione in solutũ, vitiatur, & tollitur locatio cor
respectiuè facta, per iura, & deci. alleg. ab Aymo. in
pluribus suis consi. vt in con. 230. nu. 2. & cõsi. 236.
sub num. 5. & consi. 239. ante numerum 5. & consil.
241. sub nu. 3. & consi. 245. sub nu. 2. & alibi. Secun
50 da, quia † per contractum nullum remanentibus
dominio, & possessione penes dominum, sic igno-
ranter rem suam conducentẽ ab eo, quẽ dominũ &
possessorem credebat, ex ipso contractu præceden-
ti cũ eo inito, per huiusmodi conductionẽ non per
di possessionem, sed retineri. firmat Bart. in l. si ali
quem rem. col. 1. uersicu. sed quæro vtrum. & Alex.
nu. 6. Rip. nu. 12. de acq. poss. Alex. consil. 69. col. 3.
versicu. vtrum autẽ. lib. 5. & Paris. consil. 55. nu. 13.
lib. 5. & consi. præcedente. nu. 67.

Prædicta locũ habent stãtibus nullitatibus præ-
missis, q; nunquam fuit possessio aliqua bonorũ, de
quibus agitur penes Ill. D. Aemiliam, minus potuit
esse penes hæredes continuata per aliquod statutũ,
per l. nemo plus. & l. hæredẽ. de reg. iur. Sed his nul
litatibus semotis, quas nequaquam ad plenũ defen
di posse credo, cum mortuis oĩbus principalibus cõ
trahentibus, isti hæredes nũquã habuerũt corpora-
lem possessionẽ rei prædictę, dicẽdum est, eos nun-
quã possedisse, neq; possidere. aut enim volunt niti
ex possessione Ill. D. Aemiliæ habita ex constituto,
aut ex illa successiuè habita ex locatione, ex cõstitu
to nõ habẽt respectus personæ cõstitutariæ, cũ in il
lo nũ appareat facta expressa mentio hæredum, &
51 defuncti † possessio nõ trãsit ad hæredem. l. cum hæ
redes. in princip. de acquir. possess. l. 1. §. Scæuola. si
quis test. lib. es. ius. fu. firmat Alex. in cõsi. 153. nu. 2.
lib. 6. nõ ob. iura allegata in cõtrarium, & quod te-
net Tiraquel. de cõstitut. in 2. part. in 12. ampl. quia
loquuntur in præcario, quod differt à constituto, in
eo, quod facit totum ĩ re. Nam penes cõcedẽtẽ præ
cario remanet ciuilis, & penes rogãtem trãsit natu-
ralis possessio. l. & habet. §. eũ qui. de præc. & ad cõ
stitutariũ trãsferri oĩs possessio ciuilis & naturalis.
vt scribit Dec. ĩ l. cõtractus. nume. 15. de reg. iur. nõ
mirum, si præcarium trãsit ad hæredem cõcedẽtis.
l. quæsitum. §. quod à Tirio. de præc. cum sua ciuili
possessione, quæ animo retinetur. per not. ĩ l. 1. ĩ pr.
52 de acquir. possess. hinc est, quòd possessio ciuilis † di
citur, quæ per statutum sine apprehẽsione trãsfertur
ĩ hæredem. Ange. ĩ l. licet. C. eod. ponit ipse Tiraq.
ĩ alio tract. le mor. sais. in 7. decla. nu. 2. in præfat.
nõ verò trãsit ad hæredem rogãtis, habẽtis solam
naturalem

naturalem poſſeſſionem.l.cum precario. §.1.de pre
ca.Ita per mortem cõſtitutarij,habentis etiam natu
ralem,extinguitur conſtitutum, vt poſſeſſio hæredi
nõ acquiritur ſine apprehẽſione.per d.l.cum hære-
des.cum ſimil.Non habẽt poſſeſſionẽ reſpectu per-
ſonæ conſtituẽtis, eo quòd conſtitutum non duret
poſt mortem conſtituentis, ſecundum aliquos, &
prout declarat Tiraq.in tract.de conſti.in 2.part.in
13.ampli.& arg.text.in l.qui vniuerſas. §.quod per
colonum.ff.de acq.poſſ.

Ex locatione quoque poſſeſſionem non habent,
quia etiam hæredes locatoris nõ habẽt poſſeſſionẽ
rei locatæ, niſi eam apprehendant,vel niſi colonus
continuet in poſſeſſione nomine hęredis.per tex.in
53 d.§.quod per colonum. Colonus † dicitur cõtinua
re in poſſeſſionem,nomine hæredis, quando ei pen
ſionem ſoluit.glo.fi.& Pau.de Caſt. in d.§.quod p
colonum. ſic declarat Bald. in conſil. 330. ſtatuto.
col.2.verſicu.cõſidera aut colonus.lib.1.quãdo nõ
ſoluit,dicitur non continuare,dicit ibi Bald.quini-
mò D.Petrus ſemper dixit, & dicit nomine ſuo poſ
ſidere, & nullas penſiones ſoluit. Ergo à ſufficienti
partium enumeratione demõſtratur, ipſos hęredes
nunquam habuiſſe poſſeſſionem rei, quam petunt.

Siquidem modò aliquo ficto per cõſtitutum,vel
locationem validam,quod puto non poſſe iure cõ-
cedi,talem poſſeſſionẽ habuiſſent, poſtquam ab an
no 1531.quo ſciuerũt hæreditatem ad eos pertiue
re,vt conſtat ex actis,per an. 10.& 20.tacuerunt, &
neglexerũt d.poſſeſſionem recuperare,dicũtur eam
54 amiſiſſe. † Bart.& alij.in l.ſi de eo.§.1. ff.de acquir.
poſſeſſ.Pau.de Caſt.in l.1.in princip.col.3.Alex.in
l.interdum.in princip.colum.penult.num.10.ff.eo.
Imo.in conſil.111.nume.2.Soc.in cõſil.266.col.7.
lib.2.Rui.cõſil.49.nume.9.lib.4.& ponit Tiraquel.
eo.de conſt.in 2.par.in 13.ampli.nu.7.& in 3.part.
in 21.limit.nu.8.& ſeq.

Ex his demũ meridiana clarius luce cõſtat iſtos
prætentos hæredes,& eorum ceſſionarium, neq; in
petitorio ſine aliquo dominio, neq; in poſſeſſorio
aliquo, ſine poſſeſſione eorum,vel eorum authorũ,
aliqua poſſe vnquã obtinere,per iura,& deciſ.vulg.

Idem dicẽdum eſt,intuẽdo eorum petitionẽ, ſe-
cundum quam iudicari debet. l.vt fundus. ff. com.
diuid.Agitur enim ex iure locationis ad poſſeſſio-
nem,conſiderando igitur quæque remedia locato-
ri competẽtia,ad quæ poſſet eorum petitio extẽdi.

55 Agẽdo ex locato, † repellitur, cum dominium,
& poſſeſſio rei locatæ fuerint,& ſint cõductoris,per
ſupradicta. l.qui rem. & l.ad probationem.firmant
Bart.in l.ſi quis conductionis. verſic.ad iſtam lect.
opp.C.loc.& ibi Bald.in add.circa fi. Ang.ſub ver.
Primo ꝙ hic.Saly.ver.quarto modo.Bar.in l.nõ ab
re.circa princ.C.vnde vi

Agendo ex condictione d.l.ſi quis cõductionis,
debent ſuccumbere,quia remedium eſt recuperãdę
56 poſſeſſionis.† vt p doc.in d. l.ſi quis.qđ dari nõ põt
illi,qui nũquã poſſedit,ſicut nũquã poſſediſſe loca-
tricẽ,& eius hẽdes,ſ̃ oſtenſum eſt. ad id eſt pleniſſi-
mum conſilium Curt.ſen.72.ſuper cõtrouerſia,hu-
ius quæſtionis deciſiuum, aliàs alleg. per D.cõſulẽ
tem,& per alios approbatum.Ita tenẽdum arbitror
in caſu propoſito,accedẽte maximè nullitate dictæ
locationis factæ procuratori nõ habenti mãdatum
ad conducẽdam rem, cuius dominium, & poſſeſſio
eſſet penes dominum,& nõ penes locãtẽ, & ob nul
litatem iuductã acceſſoriè,& correſpectiuè ex nulli
57 tate principalis contractus,quoniam † nullitatis ex
ceptio impedit executionem ſentẽtiæ. vt per doct.
in d.l.4.§.cõdemnatum.de re iud.pariter impedirẽ
debet diſpoſitionem.d.l.ſi quis conductionis. cum
58 eadem † poteſtas ſit iuris,& ſentẽtiæ inter partes. p
l.ingenuum.de ſtat.homin.& alia adduc. per Iaſ.in
Rub.in princip.de re iud.dum d.lex dicit, ſi quis cõ
ductionis tit.&c.intelligit de titulo valido.per d.§.
cõdemnatum.& d.l.nõ putauit.§.non quęuis.& nõ
de eo titulo,quo locãs poſſeſſionem nõ acquiſiuit,
neque retinet,per ea,quæ etiam ſcribit Hier.Cagn.
in l.neque pignus.de reg.iur. Verũtamẽ condictio.
d.l.ſi quis conductionis.hic nõ fuit intẽtata,cum di
uerſum remedium fuerit expreſsè intentatum offi-
cij iudicis pro expellẽdo D.Petrum conuẽtum à di
cta dimidia poteris, & in eius poſſeſſione manute-
nẽdo actorem,vt in petitione,& ſcripturis ſuis legi
tut,quibus præſupponit ſe habere poſſeſſionem pe-
nes ſe, ſed in ea turbari per reum conuẽtum, quod
eſt poſſeſſionis retinẽdæ,diuerſum præſupponitur i
caſu.d.l.ſi quis conductionis, ꝙ poſſeſſio ſit reſtituẽ
dã per conductorem,quod eſt recuperãdæ, vt ibi p
doct.vbi Ang. in verſicu.primo quòd hic.monet lo
catorem timentem, ne quæſtio dominij referatur,
ſemper in libello exprimere, quòd intentat condi-
ctionem d.l.

Agẽdo denique iſto intẽtato remedio retinẽdę,
officij iudicis,vt expreſſum eſt,ſequẽdo Spec.in tit.
de loc.§.nõ aliqua.verſi.49. & not. in l.creditores.
C.de pig.certo certius eſt,quòd ſentẽtia iure profer
ri debet cõtra actorem.per vulg.reg.l.qui accuſare.
59 C.de eden.Nam † pro actore probãda erat poſſeſ-
ſio tempore litis conteſtatæ, & turbationis. Bart.in
l.1.§.fi.nu.13.ff.vti poſ. Alex cõſilio 81. colum. 1.
lib.3.etiam agendo officio iudicis per doct.Bart.in
l.de vſu.ff.de var.& extra.cogni. tradit Guid. Pa.in
deciſio.362.Nullam autem poſſeſſionem antiquã,
vel præſentem per actorem probatam eſſe, & ſi quã
poſſet dici fictis modis actorem habuiſſe. Eã negli
gẽtia amiſiſſe,clarè demõſtratum eſt ſupra.Poſtquã
enim actor ſuam principalem intẽtionem in peti-
tione deduxit,& fundauit ex dictis datione inſolu-
60 tum & locatione,licuit † reo conuẽto excipere con
tra eas,& demõſtrare inualidas.vt facit per l.nemo.
& l.exceptio.in princip.la 1.ff.de except. & tot.tit.
inſtit.& C.eo. cum id tẽdat ad elidẽdam intẽtionẽ
actoris,ꝙ ſibi actio non competat,iudex ipſe ex of-
ficio etiam debet eum expellere, per ea quæ tradit
Bar.in l.1.§.& parui.colum.fi. ff. quod vi aut clam.
Bald.in l.peremptorias.col.pen.C.ſent.reſcin. non
poſſ.Fely.in Rub.in fi.de excep. Quæ nullitas titu-
lorum allegatorum pro actore,vt dictum eſt,impe-
dit etiam iudicium executiuum. Quibus ſtantibus
ſaltem

saltem inficiari non potest, quin sit valdè dubium de iuribus actoris, & clarum est de iuribus rei conuēti per confessionem actoris, ꝙ antiquius, & prius dominium erat patris ipsius conuēti, possessionem quoque modo esse penes eūdem reum, ideo debet
61 absolui, etiam per reg. cum sint † partium iura de regu. iur. in 6. & l. fauorabiliores. ff. eod. cum vulga. & ita sum eiusdem opinionis cum præfato excell. D. consulente, in eodem facto, pro aduersario cōsuluit Ioan. Ceph. consil. 47. sed pro Domino Petro, vltimo loco fuit iudicatum, ex consi. vnius excellentissimi Doct. Mediolanen. vt ego etiam infra respondi in alio consilio. quod est trigesimum quintum in hoc volumine. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

De substitutione reciproca, quando per clausulam codicill. efficiatur fideicommissaria, & subintellecta conditione, sine filijs, an per filiam expiret, & deficiat

SVMMARIVM.

1 Verbis, eos adinuicem substituit, contineri tacitam conditionem, si decesserint sine liberis

2 Substitutio reciproca per clausulam codicillarem appositam in testamento, & subintellectam inter liberos, efficitur fideicommissaria.

3 Conditio substitutionis fideicommissariæ imposita hæredibus grauatis, si decesserint sine filijs, intelligitur quandoque ex mente testatoris, de filiis masculis.

4 Substitutio reciproca non cōtinet, nisi solam vulgarem, & fideicommissariam non comprehendit, & est communis sententia.

5 Clausula codicillaris non operatur, vt reciproca contineat fideicommissariam.

6 Dictio, aliàs, est inducens contrariam conditionem præmissæ dispositioni.

7 Lex Scæuola. ad trebel. quatenus vult breuiloquam valere in fideicommisso, loquitur vbi cum breuiloqua, & reciproca concurrit compendiosa.

8 Clausula codicillaris censetur grauare venientes ab intestato.

9 Filia grauati facit deficere conditionem fideicommissi, vbi maximè in loco testatoris non vigeat lex municipalis excludens, ob patruum substitutum, filiam ab hæreditate sui patris, & sui aui testatoris ab intestato. & ex alijs considerationibus.

10 Dictio, sine filijs, intelligitur etiam de filiabus.

11 Exceptio quæ non fit per legem, non potest fieri per iudicem.

12 Testator in substitutione non exprimendo conditionem filiorum masculorum, seu fœminarum, videtur velle se conformare cum dispositione iuris communis, & præsumitur cogitare, & velle id quod ius disponit.

13 Leges generaliter, & indistinctè loquētes, generaliter, & indistinctè sunt intelligendæ.

14 Filia hæredis grauati excludit substitutum.

15 Probatio euidens non fit per solas coniecturas, nisi in casibus, in quibus hoc reperitur in iure expressum.

16 Nominis proprij adiectio impedit fieri extensionem.

17 Dotes dicuntur patrimonium mulierum.

18 Causa diuersa in vna persona facit censeri diuersam voluntatem in alia.

19 Argumentum à simili, & ab identitate rationis tollitur per assignationem diuersitatis rationum, & per dissimilitudinem etiam paruam, & maximè in materia priuationis.

20 Agnationis conseruandæ ratio non procedit, nisi in personis nominatis, & ab ea non expressa argui non potest.

21 Verba, si decesserint sine filijs, vel sine liberis, an intelligatur de masculis tantum, vel etiam de fœminis, & in hoc perpenditur doctrina Bart. in l. fina. ff. ad trebel. 22.

23 Testatoris voluntas vt seruetur, receditur à proprietate uerborum.

24 Liberi absque differentia sexus sunt de iure cōmuni inclusi, & uocati ad successionem parentum.

25 Dominij quædam continuatio in liberis dicitur ex voto parentum.

26 Filijs exhæredatis, non comprehenduntur posthumi.

27 Filij positi in conditione, an censeantur vocati, et in dispositione inclusi.

28 Iudicandum est in dubio pro opinione, quæ est secundum ius commune.

29 Interpretatio in dubio fit pro hærede, contra fideicommissarium.

30 Pronuntiandum est in dubio contra fideicommissum.

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.



VEra est simpliciter conclusio per excell. Dominum consulentem maiorem meū honor. pro do. Apollonia firmata, quòd substitutio à Michaele de Mondayno, auo paterno, in suo testamento facta suis tribus fi-
1 liis hæredibus institutis simpliciter, quòd eos † adinuicem substituit, intelligatur continere tacitā cōditionem, si decesserint sine liberis. per l. cum auus. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Deinde quòd sit reciproca, vel breuiloqua substitutio, & continens vulgarem solam per pubertatem aliquorum filiorum hæredum institutorum. per l. iam hoc iure. & nota. in l. Lucius. de vulg. & pupil. fuerit expirata, non ex eo, quòd Alexander pater d. Apolloniæ peruenerit ad ætatem testandi

testandi, sed quòd hæreditatem paternam adierit. l.post aditam.C.de impub.& al.subst.

Verum,& si vlterius inspiciendo valdè dubia videatur prædicta conclusio, in vtroque capite. Pri-
3 mò, † quòd hæc reciproca substitutio per clausulã codicillarem appositam in dicto testamẽto,& subintellectam inter liberos.glo. & doct. in l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulg.& pup. sit effecta fideicommissaria.l.Scæuola.ff.ad trebell.Bald.& cæteri in l. verbis ciuilibus.de vulg.& pup. Secundò,& si fideicommissaria censeatur habere conditionem, si grauatus decesserit sine filiis.d.l.cum auus.& d.l. cum acutissimi,cum tamen Michael testator, relictis certis dotibus Catherinæ filiæ,& Antoniæ nepti,ex filio prædefuncto,eas excluserit à sua hæreditate,instituendo hæredes vniuersales Alexandrum, Blaxium,& Franciscum,suos filios,& Ioan. Baptistam nepotem ex Antonio filio prædefuncto, censetur id fecisse,vt sua bona remaneãt in agnatione,& excludendo filiam & neptem notam, quòd magis voluerit excludere neptes ignotas,& propterea, quòd d.Apollonia neptis non faciat deficere dictam conditionem subintellectam in dicta substitutione facta Alexandro suo patri,si decesserit sine filiis,quia ex coniecturata voluntate testatoris intelligatur sine filiis masculis.vt latè tenet Soci.in consil.6.li.3.
4 & subintrat quæstio frequẽs, † quòd huiusmodi cõditio substitutionis fideicommissariæ imposita hæredibus grauatis,si decesserint sine filiis, intelligatur quandoque ex mente testatoris de filiis masculis.vt per Pau.de Cast.in consil.409.Casus iste frequenter.lib.2.& post alios.per Dec.in consilio 15. 270.414.445.480.& alibi.Ias.consil.140.& sequẽ. lib.2.Inter consi.Calca.consi.47.& seq.Rui.in consil.150.nu.12.lib.2.idem in quinque consi.preced. & Goz.in consi.89.& per doct. in aliis locis breuitatis gratia ommissis.

His tamen, non obstantibus arbitror d. Appolloniam non posse molestari à Francisco patruo,vigore testamenti dicti Michaelis aui.

Primò,non posset idem Franciscus venire & niti,nisi aliqua substitutione fideicommissaria eũ vocante,& comprehensa in dicto testamento,quę qui dem substitutio cessat in dicto testamento,quia sub his formalibus verbis facta, † & eos ad inuicẽ substituit, præsupposito quòd tempore conditi testamenti aliqui ex filiis hæredibus institutis erant puberes,eadem dicitur substitutio reciproca, & non cõtinet,vt dictum est,nisi solam vulgarem. d.l.iam hoc iure.& d.l.Lucius.& ibi Bar.& cõmuniter doc. de vulga.& pupil.& fideicommissariam non comprehendit,sic esse commu.opi.omnium scribent.dicit Goz.in cõsil.80.sub nume.4. & illa vulgaris expirauit post hæreditatem aditã per patrem. d.Apolloniæ.d.l.post aditam.ponit Barto.in l.1. in princi. nume.46.in q.5.princip.de vulg.& pupil. Respõdẽdo cõtrario,quod huic conclusioni obstare videbatur de clausula codicillari, dicẽdum est, per huius-
5 modi clausulam † vti repugnãtem intẽtioni testatoris,& vti accessoriam non ampliãtem principalem dispositionem testatoris, reciprocam nõ continere fideicommissariam.vt latè probat Dec.in l.precib. sub nume.18.C.de impub.& al.subst. & in consilio 291.nume.quarto.& in consi.205.circa fi. sequitur Ripa in d.l.Lucius.colum.penulti.nume.45.maxime vbi talis clausula nõ est concepta per verba importantia tractum futuri temporis,hoc modo,si nõ valet,seu non valebit, &c. & sic nõ est concepta in testamẽto,de quo agitur, sed per verba alia non habẽtia saltem expressum tractum in futurum, vt ibi videre est,quam valere voluit iure testamenti, casu quo iure testamẽti valeat,aliàs valere voluit iure codicillorum,&c.casus euenit statim mortuo testatore,quòd dicta reciproca valuit vt directa,ergo euanescit conditio comprehensa sub illis verbis, aliàs
6 valere voluit,&c.alias enim dictio † est inducẽs cõtrariam cõditionem præmissæ dispositioni,& exponitur,aliàs.i.si non valet iure testamẽti, valere voluit,&c.per ea quæ de hac dictione,aliàs, scribit Soci.in cõsi.51.colum.fi.versi.quarto principaliter.li. 2.ideo euanescit dicta cõditio validitate testamenti,etiam circa dictam reciprocam directam,vt resi-det Rip.in d.l.Lucius. dict.nume.45. hæc declaratio de cla.codicillari cõcepta per verba futuri temporis,ante Rip.fuit Imo.in l.verbis.de vulga.& pupill.& ibi A.etin.probat in colum.penulti.in fi. qui & Soci.in dict.consilio 6.loquũtur in substitutione pupillari comprehẽsa etiam in reciproca, quòd finita pupillari per pubertatem,possit verti in fideicommissariam, per dictam clausulam verbo futuri
7 temporis conceptam, † & d.l.scęuola.quatenus velit breuiloquam valere in fideicommisso, loquitur vbi cum breuiloqua, & reciproca concurrit con pẽdiosa,vt comprehẽditur ex glos.fi. ibi,dum allegat l.Lucius.§.pater.ff.eodem.ad trebell.& vbi certum erat, quòd testator volebat codicillari.vt per Bart. in l.1.colum.1.ff.de iure codicil. Nos sumus in vulgari simplici, quæ mortuo testatore, statim valuit vt directa, & cum valuerit iure testamenti, & directè,non potest amplius valere iure codicillorũ, seu alio iure, ob defectum conditionis insertæ in dicta clausula.Corn.in consi.54.col.2.lib.3.Quandoqui
8 dem dicta clausula † posset operari, cum per eã censeantur grauati venientes ab intestato. l.ex testamẽto.C.de fideic. qñ ad confirmationem codicillorũ requireretur aditio hæreditatis facta ab ipsis veniẽtibus ab intestato.vt l.2.ff.de fideic.liber. Bart.in l. si in testamento.si quis omis.cã.test. & Ias. in l.eam quam.col.6.C.de fideicommiss. & in auth. ex causa.colum.fi.C.de libe.præter.Qua aditione nõ probata,& cessante fideicommissaria substitutione, pater d.Apolloniæ non potest dici grauatus, & successiue ipsa Apollonia in nullo tenetur dicto suo patruo.

Secundò,quatenus pater d.Apolloniæ posset aliquo modo dici grauatus fideicommisso restituẽdo suis fratribus,cum intelligatur conditio, si decesserit sine liberis masculis, vel fęminis. d.l.cum auus. & d. l. cum acutissimi. semper mihi visa est verior, & magis communis, & tenenda illa opinio, quòd filia

9 filia † grauati faciat deficere conditionem fideicõ-
missi, vbi maximè in loco testatoris non vigeat lex
municipalis excludens, ob patruum substitutum,
hanc filiam ab hæreditate sui patris, & sui aui testa-
toris ab intestato. Corne. consilio 124. lib. 2. & ubi
non fuerit expresè dictũ, si decesserit sine filiis ma
sculis, vel mentio aliqua in testamento habita non
sit de filiabus grauatorum, forsan dotandis, quia in
tacita conditione, de qua agitur, est expressa iuris
decisio. in dict. l. cum auus. & dict. l. cum acutissimi.
& in expressa si fuerit dictum, sine liberis, ex text. in
l. prima. C. de condi. inser. & in l. hæredibus. §. fina.
ff. ad trebellia. quarum legum interpretationi certè
standum est. per l. si paterfamil. ff. de hæred. inst. di-
cit Bald. in l. voluntatis. colum. 1. C. de fideicomm.
10 & si fuerit dictum, sine filiis, † intelligitur etiam de
filiabus: per l. si quis ita. in princip. ff. de test. tut. & l.
si ita scriptum. in princip. de leg. 2. & l. iusta interpre
tatione. de verborum signifi. vbi enim nulla fit ex-
11 ceptio † per legem, non potest fieri per iudicẽ. Bal.
in l. in fraudem. §. fina. ff. de test. mil. est etiam de iu
re diuino, quòd masculinum cõcipiat fœmininum:
Abb. in c. 3. col. pen. vers. Item no. de baptis. Sed for
tius puto hanc sententiam procedere in cõditione
tacita & subintellecta à lege, quàm in expressa à te-
statore, saltem simpliciter, his verbis, se decesserit si
ne filijs, quoniã testator in substitutione, non expri
mendo conditionem filiorum masculorum, seu
12 † fœminarum, videtur se velle conformare cũ dispo
sitione iuris cõis, & præsumitur cogitare, & velle id
quod ius disponit. arg. l. si duo. ff. de acq. hære. dicit
Bal. in d. l. precibus. sub. nu. 44. refert Alex. cõs. 176.
nu. 5. li. 7. sic in terminis arguit Soc. in cons. 23. col.
7. uersi. 17. li. 1. vbi amplissimè loquitur in materia.
d. l. cum auus. & dispositio iuris cõis est, vt conditio
subintelligatur de filio & filia grauati, & quòd tam
filius quàm filia & neptis excludat substitutum. d. l.
cũ acutissimi. ergo ita & talis est voluntas testatoris
sic dicta, sed non scripta. d. l. cum auus. nam res esset
indubia, & clara, si testator expressim dixisset, & scri
ptum fuisset, si filij hæredes decederent sine filiis,
seu filiabus, ꝙ filia grauati faceret fideicommissi cõ
ditionem deficere, id autem non expressum, seu nõ
scriptum, sic formiter dictum lex præsumendo sta-
tuit, & disponit generaliter, & sine aliqua distinctio
ne, vt videre est ex d. l. cum auus. & d. l. cum acutissi
13 mi. quæ leges ideò † indistinctè, & generaliter sunt
intelligendæ. l. 1. §. 1. de leg. pra stan. & l. de precio.
de publici. & l. 3. in fin. ff. de off. præsid. & paria sunt
eandem conditionem de fillis, seu filiabus positam
& scriptam per instrumentum testamenti probari,
vel probari per dictarum legum præsumptionẽ, quę
dicitur liquidissima probatio. glo. in l. si tutor. C. de
peric. tut. in terminis. per Soc. in d. consi. 23. colu. 6.
versi. 12. ita quandoq; melius est aliquid omitti, &
non exprimi, quod tacitè intelligi potest. l. nonnun
quam. de cond. & dem.

Porrò hanc opinionem pro filia hæredis graua-
14 ti, † excludente substitutum plurimi doct. tenent &
defendunt. vt Alex. in consi. 38. li. 6. & Ludo. de Bo
log. inter consilia Alex. consil. 53. lib. 4. cui consilio
se subscripserunt quatuor excell. doc. ibi nominati.
* & Cur. seni. in consi. 64. sub nu. 49. dicit comm. sen
tentiam esse contra Pa. de Ca. & Raph. ad idẽ Cor.
in consi. 202. 230. lib. 3. & Soci. in consi. 55. lib. 3. ea
ratione attenta, ꝙ filia esset successura ab intestato
patri suo. & Cur. iun. in consi. 163. col. pen. sequẽdo
Alexandrum in d. consil. 38. eo quòd si testator vo-
luisset intelligi de filiis masculis, expressisset, & latè
Iaf. in consil. 142. lib. secundo. & Rui. in consil. 141.
nume. 8. & seq. lib. 3. & consil. 144. nume. 6. & sequ.
& in aliis sequen. consi. sæpius id firmat lib. 2. & Pa
ris. in consi. 89. nu. 38. lib. 2. & latissimè in consi. 41.
lib. 3. & plenum consi. inter consi. Riminald. consil.
224. lib. 2. cum consi. præcedenti. in quibus locis iu
ra & rationes adducuntur, & responsiones ad con-
traria, ad quas breuitatis causa me remitto.

Sed non omittã responsiones ad contraria, quas
soleo adducere iudicio meo concludentes, & incõ-
uincibiles. Tota enim ius & vniuersa ratio senten-
tiæ aduersantium est in contraria voluntate testato
ris, quæ si verè probaretur, vtique vera esset hęc co
rum sententia. per l. primã. C. de condition. inser. &
§. disponat. in authentic. de nupt. Sed dico eandem
voluntatem contrariam non probari ea coniectu-
ra sola, qua ipsi nituntur, quæ est, quòd ex quo testa
tor propriam filiam, & neptem exclusit à sua vniuer
sali successione, & hæreditate, in certa re eas hære-
des instituendo, & mandando, quòd de sua hære-
ditate aliud petere non possint, & filios masculos
vniuersales hæredes instituendo, & inuicem sub-
stituendo, videtur fecisse ratione conseruandi bo-
na in agnatione masculina, & voluisse excludere fi
lias suorum filiorum, sicut exclusit propriam filiã,
& propterea cessante illa qualiquali voluntate te-
statoris erga filios grauati positos in conditione, il
lam conditionem, vel tacitam, vel expressam, si de-
cesserit sine filiis, intelligi de filiis masculis, & non
de fœminis, istam solam esse coniecturam dixi, quia
si testator proprias filias non habuisset, & eas non
exclusisset ab vniuersali successione, res esset clara,
quòd neptes excluderent patruum substitutum, vt
ipse aduersantium primus Pau. de Cast. dicit in al-
leg. consil. 409. casus ille frequenter. versicu. primo
quòd ibi. lib. 2. idem dicitur in illo consilio 47. col.
2. circa finem. inserto inter consilia Calcan. & cæ-
teri sequaces, sic quæstionem in facto proponunt,
per quam quidem coniecturam non probatur vo-
luntas testatoris in his conditionibus, contraria di
spositionibus iuris, quia requiritur probari euiden-
ter. per text. in d. l. 1. in fi. de condi. inser. euidens au
15 tem probatio † non fit per solas coniecturas, nisi
in casibus, in quibus hoc reperitur ĩ iure expressum.
vt post alios firmant Alexand. in l. imperator. circa
princip. & ibi Iaf. in colum. 3. versi. limita. de leg. 2.
Alia quoque ratione non admitteretur probatio
contrariæ voluntatis per coniecturas, quia sub con
ditione, si non probetur contraria voluntas, poni-
tur probatio in d. l. prima. in fin. vt per Felin. in rub.
colum. secunda. in fi. de proba. cum possit etiam ve-
rè

iè probari de tali contraria voluntate.ſequitur Ri-
pa.in l.ait prætor.§.ſi iudex.in fin.ff.de re iud. Præ-
terea huiuſmodi coniecturã non probant, niſi per
quaſdam extenſiones, vel per argumenta à ſimi-
li, vel ab identitate rationis,ſeu ab abſurdo,ſic de-
mum non probari ſigillatim demonſtratur, exten-
ſio excluſionis Catherinæ filiæ,& Antoniæ neptis,
nominibus proprijs excluſarum à teſtatore non po
teſt fieri ad excluſionem dictæ Apolloniæ non no-
16 minatæ, quia adiectio † proprij nominis ſic impe-
dit fieri extenſionem ad aliam filiam,vel neptem.
per gloſſ.ſecundã.& ibi Barto.not.in l.ſi quis ita. ff.
de teſtamen.tut. ſequitur Deci.in conſilio 513. nu-
mero primo.facit text.in l.celſus. §. quod alicuius.
de lega.ſecundo. per alia ſic in terminis firmat Pa-
riſi.in dicto conſilio quadrageſimoprimo.num.57.
libro tertio.

Argumentum à ſimili,vel ab identitate rationis
non procedit, quia hincinde ceſſat ſimile, & diuer-
ſæ ſunt rationes,nam Catherina filia, & Antonia
neptis fuerunt à teſtatore excluſæ ab vniuerſali ſuc
ceſſione,quia eis fuerint relictæ certæ dotes,quæ di
17 cuntur patrimonia† mulierum.l.tertia.§.ſed vtrum.
in fine.ff.de minor. & fuerunt etiam eis legata ali-
menta in caſu viduitatis, & dictæ Apolloniæ nihil
fuit relictum,& nihil penitus poteſt habere ex bo-
nis auitis,& prædictæ filia,& neptis exiſtentes tunc
in poteſtate patris,& aui reſpectiuè, fuerunt nomi-
natæ ab eo, & hæredes inſtitutæ in certis rebus ob
validitatem teſtamenti.per iura vulga. non ſic expe
diebat nominari dicta Apollonia, tunc non nata.
18 cauſa enim diuerſa in vna † perſona facit cenſeri di
uerſam voluntatem in alia.probat text.in l.licet.de
legat.primo. ibi, vel quid ſi certa cauſa, vt nuperri-
mè pro hac parte latè ſcribit Burſat.conſilio 86. nu
mero ſeptimo.vſq; ad numerum decimumtertium,
dicendo hanc eſſe magis veram, & communiorem
opinionem.ipſa quoque Apollonia,etiam in condi
tione poſita cenſetur habere quandam tacitam vo-
luntatem teſtatoris,vt ſuccedat ab inteſtato in por-
tione ſui patris,& in eius ſucceſſione, etiam bono-
rum à teſtatore relictorum præferatur aliis.per glo.
communiter approbatam in l.Lucius.la 2.ff.de hæ
redi.inſtituen.& in caſu.dictę l.cum acutiſſimi. per
Barb.in conſilio 28.columna penultima. & fin.lib.
ſecundo. & per Socin. in d. l. cum auus. columna
duodecima.ſub verſi.primum correllarium.non ſic
dici poteſt de dictis Catherina, & Antonia, quarũ
expreſſio per nomina propria facit, quòd ſexus fę-
mininus non habeatur in conſideratione ad exten-
ſionem excluſionis ab illa qualiquali voluntate te-
ſtatoris.per allega.deciſio.à Dec.in d.conſilio 513.
numero primo.& per Pariſi.in d.conſilio 41. nume
ro 57.& ſic tollitur vna obiectio aduerſantium fa-
cta, maximè per Soc.in d.conſilio 6.libro tertio.de
remotione illius qualiſqualis, voluntatis teſtatoris
erga filios poſitos in conditione, & ſic etiam tolli-
19 tur † argumentum à ſimili,& ab identitate rationis,
per aſſignationem diuerſitatis rationum, & per di-
ſimilitudinem etiam paruam, & maximè in mate-
ria priuationis.vt per Euerar.in ſua centu. in loco à
ſimili,dum limitat tale argumentum, & quia ex di-
uerſis,&c.vulg.l.Papin.exuli.de minor. cum ſimil.
allega.per Iaſ. in l.3.§.item Iulianus.in 2.not.de eo
20 quod cer.lo.Ratio † autem agnationis conſeruãdæ
non procedit, niſi in perſonis nominatis, & ab ea
non expreſſa argui non poteſt.Dec.in conſilio 511.
columna penult.in fi.Rui.conſilio 124. nume.5.li-
bro tertio.vbi in proprijs terminis loquitur, & Pa-
riſi.in d.conſilio 41.nume. 73. Abſurdum ceſſat in
ſpecie propoſita, ꝙ melioris conditionis ſit neptis,
& ſic filia hæredis grauati, quàm ſit filia teſtatoris,
quia ſuccedit ab inteſtato ſuo patri, cui non poteſt
ſuccedere filia, & alia neptis nominatæ à teſtatore
in diſpoſitione rerum certarum eis legatarum, ita
reſpondet Alex.in d.conſi.38.col.fi.ver.reſpondeo
etiam.lib.6.ſequitur Aym.conſi.306. col.pen.in fi.
& ſequuntur doct.ſupra alleg.pro nepte.

Vlterius conſidero,quòd ſumus in materia inter
pretationis verborum, & aduerſantes volunt illa
21 verba † ſi deceſſerit ſine filijs,vel ſine liberis,inter-
pretari de filiis, vel liberis maſculis, alterando in-
terpretationem iuris,quæ eſt quòd intelligantur tã
de maſculis,quàm de fęminis, & id facere dicũt ex
mente teſtatoris tantum collecta ex particulari in-
ſtitutione filiarum,& inſtitutione vniuerſali filiorũ
maſculorum facta à teſtatore,allegando Bar.in l.fi.
22 ff.ad trebel.cuius† doctrinam retorqueo cõtra eos,
hoc modo.Bar.ibidem dicit,ſi pater inſtituens filiã
in re particulari habeat ſolummodo duos filios ma
ſculos vniuerſaliter hæredes inſtitutos,& ſubſtituat
ſupraiuiuentes in portione decedentis ſine liberis,
ꝙ in tali ſubſtitutione concurrat filia cum alio filio
ratione recti ſermonis illius particulæ ſupraiuiuen-
tes,numeri pluralis, includendo filiã etiã excluſam
ab vniuerſali ſucceſſione,ecce ergo quòd huiuſmo-
di mens & voluntas teſtatoris,ſic coniecturata non
eſt ſufficiens ad alterandam veram, & communem
interpretationem verborum,idẽ probatur ex conſi.
Decij 599.volentis in caſu cõditionis,ſi deceſſerit,
ſine filijs quibuſcunque,intelligi etiam de fęminis,
vnde ſi voluntas iſta teſtatoris eſſet omnimoda, &
in omni caſu etiam non expreſſo excludendi ſexum
fęmininum,per eã ſemper excludendo fęminas, re-
cederetur etiam à proprietate verborum,prout fie-
23 ri debet, † vt ſeruetur voluntas teſtatoris. l.3. & ibi
docto.C.de lib.præter.& l.non aliter.in princip.de
leg.3.cum ſimil.alleg.per Aym.in conſi.305.nu. 4.
etiam ſi verba repugnant. Ang.in conſil.294.Quo-
niam.in prin.& etiam ſermonem pluralem reſoluẽ
do in ſingularem.Dec.in conſi.50.col.pen.per eam
non receditur à proprietate verborum.per d. doct.
Bar.& Dec.ergo verba,ſine filijs,vel liberis, intelli
gi debent de maſculis & fęminis, ſecundum eorum
iuſtam,& legalem interpretationem.

Poſtremò,vnico verbo ſoluendo omnia contra-
24 ria, † cum liberi abſque differentia ſexus ſint de iu-
re cõi incluſi, & vocati ad ſucceſſiones parentum.
l.maximum vitium.C.de liber.præter.cum vulg.vt
ab eis excludantur per teſtamenta,requiritur nomi

natim facta, & specialis exclusio.per l.primã. & secundã.de liber.& posthum.& institutio.de exhæreda.lib.per totum, quia in liberos dicitur quædam
25 † continuatio dominij ex voto parentum. l.in suis. in principio. ff.eodem.& l.scripto. ff. vnde legi. & ista ratione requiritur exhæredatio nominatim fiẽda, quæ priuatio dicitur.vt per Angel. Aretin.in §. emancipatos. in principio. institut. eo. de exhæreda. libe. ita quòd si filij fuerint exhæredati,
26 † non comprehenduntur posthumi.Bartol.in l.Titius.in fine principij.eodem titulo. neque etiam nepos.l.si quis filio. in princip. de iniu. & rupt. testa. quæ iura licet loquantur in exhæredatione, ab hac tamen exhæredatione arguitur ad exclusionem.Socin.in consilio 76.columna penultima.numero decimo.libro tertio.& docto.contrarij in hoc sæpius arguũt de exclusione statuti ad exclusionem inductam per testamentũ, licet nõ sit tanta testatoris potestas in excludendo quanta sit statuti. per allega.à Ioan.de Ana.in consilio 68. viso statuto. in fin.sed
27 filij positi † in conditione non solum nominatim, & specialiter non sunt exclusi, verum etiam secun-
* dum gloss.& communem opinionem doctor.in d. l.Lucius.sunt tacitè vocati ad successionem patris ab intestato,& dicuntur vocati, & inclusi in dispositione,secundum aliquos doctores relatos per modern.in l.prima. C.de pact. Itaque ex prędictis, & traditis per Cur.sen. in dicto consilio sexagesimoquarto.& Paris.in dicto consilio 41.libro tertio. remota sunt omnia contraria.& per particularẽ hanc decisionem ponentem nos extra omnes difficultates prædictas,eo quòd sumus in conditione tacita, si decesserit sine liberis, prout ita probat & attestatur Soci.consilio sexagesimonono.columna sexta. versicu.præterea.in prima substitutione. libro 3.

Et si adhuc res videretur esse dubia, cum de iure communi appellatione filiorum, vel liberorum veniant,tam masculi,quàm fœminæ, & in conditione tacita adsit expressa dispositio.in dicta l.cum
28 acutissimi. in dubio † iudicandum est pro opinione,quæ est secundum ius commune. per allegat.in Sylu.nupti.libro vltimo.titulo quomodo in dubio iudicandum sit. numero vigesimotertio. In dubio etiam fit interpretatio pro hærede cõtra fideicom
29 missarium. † l.apud iul.§.Seio.de leg.primo. Soci. in consilio 113.columna fina.libro primo. Voluntas etiam testatoris dubia non est attendenda,& in
30 dubio † contra fideicommissum est pronunciandum. Deci.consilio 336.in fine.Aymo.in consilio 180. in fine.& latius in consilio 208. nume.tertio. & pro dicta Apollonia possidente, & rea conuenta faciunt regulæ vulg.l.fauorabiliores.de reg.iur. & cap.cum sint partium iura.eo.lib.6. & §. cõmodum.institu.de interdic.ex quibus omnibus opportunè adductis,& omissis per Dominum consulentem puto intrepidè in fauorem dictæ Apolloniæ pronunciandum esse. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

Quòd statutum loquens de masculis descendentibus per lineam directam ad exclusionem fęminarum non habeat locum, & non posit extendi ad masculos transuersales.

SVMMARIVM.

1 Sorores,& earum filii, exclusis cæteris in vlteriori gradu existentibus,succedunt fratri.
2 Casus omissus à statuto habetur pro omisso,et regulatur secundum dispositionem iuris communis.
3 Descendẽtium appellatione,etiam late sumpto uocabulo,non comprehenduntur filij patrui.
4 Ratio decreti, seu statuti non trahitur vltra personas, & gradus nominatos.
5 Extensio latior statuti fieri debet ex alijs similibus statutis.
6 Masculorum descendentium per lineam rectam reiterata nominatione, tollitur extensio ad alios masculos, quam descendentes nominatos, etiam si alias posset extendi.
7 Extensio per taxatiuam prohibetur.
8 Additio modificatiua statuti debet intelligi secundum modificationem,et dispositionem statuti interpretati.

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Orores, filiique sororum certam & claram habent iuris communis decisionẽ, q̃,exclusis cæteris in vlteriori gradu e-
1 xistentibus,succedũt fratri.† vt per tex. in authen.cessante.C.de leg.hæred.

Contra quam decisionẽ pro filio patrui hic non extat aliqua expressa correctoria lex municipalis.

Decretum ducale non facit,quia respectu masculorum inclusorum loquitur de masculis descendentibus per rectam lineam,qui sunt filij, nepotes, & pronepotes defuncti.vt §.1.in auth.de hær.ab inte. filius autem patrui est in linea transuersali. §. si vero neq; fratres.in auth.eo.

Statutũ Pisauri in ll.2.sub.109.q̃ mater,& auia, &c.ei quoque non prodest,quia loquitur de fratre, & filio fratris defuncti.Statuti eiusdem rubri. 109. additio sub rubric.8.q̃ patruus magnus, ac eius filij,&c.in Additionibus,etiam non facit,quia includendo etiam filium patrui simpliciter, loquitur in casu, quando extat mater, & ad matrem excludendam,non vero ad exclusionem sororum, ideo in casu proposito, matre non existente, succedit

soror

fororu non nominatim exclusa,& dicitur casus omis
2 sus a statuto.vt per Pau.de Cast.in l.illam.C.de col latio.& latè prosequitur Alber. Brun.in tractatu de statu.fœmi.excludent.in sexto argumen. in 3.membro.versic.tertio casu.& Capr.in consilio 137. quoniam solum personæ,& in casu quo sunt nominatæ excluduntur. vt pluries tradit,& repetit Dec.in suis consiliis.vt in consilio 451.numero 8.& consil.461. numero secundo.& consil. 553. numero quarto. & consilio 569.numero primo.& consilio 589. numero quarto.& sequenti.refert, & sequitur Rube. Alexandri.consilio 94.in fin.

Dictum decretum,& statuta, non possunt quoq; extendi,vt in casu isto filius patrui in eis includatur ad exclusionem sororum defuncti, licet enim materia extensionis sit lata,& ampla, est tamen periculosa, & ostendam non procedere in specie proposita extensionem aliquam.

Ducale decretum prius inspiciendo, & si continet procemialem rationẽ,pro conseruatione agnationum.Nihilominus extendi non potest ad casum filiorum patrui in eo non expressum.

Primò demonstratur,quòd personæ expressæ, & vocatæ, ac inclusæ in dicto decreto sunt defuncti, de cuius hæreditate agitur, descendentes masculi
3 per lineam rectam, quorum † descendentium appellatione,etiam latè sumpto vocabulo, non comprehenduntur filij patrui. ergo dictum decretum et ex dicta ratione expressa non potest extendi ad inclusionem dicti filij patrui, per ea quæ in similibus terminis probat Socin.in consilio 28. columna penultima.versicu.nec prædictis obstat. libro quarto. & Pari.in consilio 69.numero 190.libro tertio.dicta enim ratio non trahitur vltra personas, & gra-
4 dus nominatos. † Alber.Brun.in d.tract. in 3.argu. columna penultima.versicu. item pro intellectu. & Dec.in d.consilio 551. nume.8. cum aliis supra allega.aliàs etiam filia, per quam non conseruatur agnatio, excluderetur ab hæreditate patris per patruum,seu eius filium,quod non est verum,quia nõ militat ratio conseruandæ agnationis,nisi in personis,& casibus in decreto expressis. vt tradit Corn.in consi.90.col.pen.lib.3.

Secundò, ex fine dicti decreti generalis in toto statu apparet declaratio, quòd Princeps non intelligit in eo comprehendi casus magis latos, & largos,& extendi ad alias personas vlteriores in fauorem masculorum, quàm sit in ipso decreto expressum,quia pro tali extensione latiori se refert ad consuetudines, & statuta in locis sui dominij particu-
5 lariter existentia,quasi velit† latiorem extensionem debere fieri ex aliis similibus statutis, quibus non extantibus,cessat dicta extensio ex mente dicti decreti.argu.l.præcipimus.in fin.C.de appel.

Tertiò, in dicto decreto, respectu masculorum vocatorum pluries repetuntur masculi descendentes per lineam rectam, & sic semper nominantur,
6 ex qua reiterata nominatione† tollitur extensio ad alios masculos, quàm descendentes nominatos, etiam si aliàs posset extendi. per gloss. in ver. diocesanis,in cl.1.de iure patrona.cum aliis allega.per Gozad.in consilio quarto.nume.25.& consilio 78. numero 10.

Statutum in dicta rubrica 109. lib.secundo. loquens de fratre, seu filio fratris admittendo ad successionem fratris, exclusa sorore, non potest extendi ad filium patrui, quia in eo expressè dicitur, quòd habeat locum tantummodo in expressis in ipso statuto,in cæteris seruetur ius commune, & aliàs
7 †prohibetur extensio per taxatiuam. Bal. & Ias.in authenti. quas actiones.C.de sacro.sanct.eccles.& Euer.in centu.in locoà ratione legis.cum pluribus, quæ in similibus tradit Aymo.consilio 98.numero 5.9.cum aliis nume.ibi. Pariter additio dicti statuti.rubr.8.quòd patruus magnus,&c.loquens solum ad exclusionem matris non potest extendi ad exclusionem sororis.per decisio.superius alleg. Quia nõ
8 fit extensio de persona † ad personam ad excludendum.Socin.consilio 30.columna 6.& sequent.li.1. & consilio 77.columna tertia.lib.3.& Deci.consil. 211.numero quinto.& consilio 287. & Paris.consilio 86.numero 35.libro secundo. & alibi, maximè per Tiraquel.in l.si vnquam.in versicu.libertis. numero 28.29.30.de reuoc.donatio.& per expressam prohibitionem extensionis ad alios casus contentam in dicto statuto.rubr.109.cui est facta dicta additio,quæ quidem debet intelligi, secundum modificationem, & dispositionem statuti interpretati.
9 †Alexand.in consilio 13.sub numero 17. li.tertio. Card.Zab.in cle.statutum.columna tertia.de elect. & Felin.in cap.super quæstionum.in princip.col.2. de off.deleg.ex quibus breuiter remanet firma dispositio iuris communis,pro dictis sororibus, & eorum filiis admittendis ad successionem fratris, exclusio filio patrui.

Ita fuit iudicatum per Magnificos Dominos Auditores Illustriss.Ducis Vrbini. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

Nepos ex filio spurio potest hæres institui ab auo, etiam clerico, & de cautela instituendi spurium,& de voluntate non dispositiua.

SVMMARIVM.

1 *Dicuntur multa,quæ tamen non fiunt.*
2 *Testatorem voluisse non sufficit,nisi disponat.*
3 *Clericus potest facere testamẽtum de bonis suis proprijs, non ab ecclesia acquisitis.*
4 *Nepos ex filio spurio iam defuncto validè hæres institui potest ab auo,carente legitima prole.*
5 *Filius clerici in sacris dicitur incestuosus.*
6 *Lex si quis incesti.C.de incest.nupt.non procedit in filio*

 clerici

clerici in sacris.

7 *Testamentum inualidum ratione incapacitatis instituti, sustinetur ex institutione, & substitutione in ea sa dicta incapacitatis facta.*

8 *Causa testati stante, cessat causa intestati ex aduerso intentata.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Dominicus Ioannis Piccini, & litis consortes contra Ioannem Baptistam.q. ser Polydori vti possessorem bonorum hęrediariorum donni Bartholomæi Berti agẽdo duobus modis experiri vidẽtur. Primò ex quadam ordinatione, quòd do. Bartholomæus voluerit diuidere bona sua, & dare aliquas portiones ipsis actoribus, vt conantur demonstrare per quasdam reuelationes testium postea examinatorum in causa.

Secundò, quòd D. Bartholomæus non potuerit in suo testamento hæredem instituere Ioannem Baptistam vti filium.q. ser Polydori eius filij spurij, & sic eius hæreditas ab intestato fuerit deuoluta ad ipsos actores vti eius proximiores.

Primum intuendo, cognoscitur esse propria, & ipsa vanitas, non probatur enim plenè per testes ad vnũ contestes, quòd Dominus Bartholomæus pręordinauerit se velle disponere de suis bonis, & quo modo disposuerit, siquidẽ probatum esset eum velle disponere, id nequaquam sufficeret, & in aliquo actoribus non prodesset, quia siue sumus in contractibus, & tractatus non sufficeret, nisi concludere-
1 tur, quoniam multa † dicuntur, quæ tamen non fiunt, iura, & authori. allegat Dec. in consilio vndecimo. numero primo. Siue sumus in vltimis voluntatibus, & ad huc pariter non sufficiunt pręparamẽta, nisi perficiantur. vt l. si is qui testamentum. ff. de
2 testa. non sufficit enim testatorem † voluisse, nisi disponat. l. quidam cũ filiũ. ff. & ibi Bal. & Imo. ff. de hę red. inst. cum concord. alleg. per Paris. in consil. 89. nu. 33. lib. 2.

Secundum pro aduersariis tantundem, & magis vanum est fundamentum contra testamentum dicti Domini Bartholomæi, quoniam dictum testamentum in processu exhibitum, scriptum manu ser Dominici Herculani publici notarij fuit, & est validum, tum ratione personæ dicti Domini Bartholo
3 mæi, qui etiam clericus † de bonis suis propriis, nõ ab ecclesia acquisitis, prout sibi libuit, potuit facere testamentum. per text. in cap. quia nos. extra de testa. & in authent. presbyteros diaconos. C. de episcop. & cleri. Abb. in cap. postulasti. propè finem. de rescript. Tum ratione personæ ipsius Ioannis Baptistæ hæredis instituti, qui & si fuerit filius quondam ser Polydori filij spurij dicti Domini Bartholomæi testatoris. Cum tamen eiusdem ser Polydori fuerit filius legitimus & naturalis, & ipse ser Polydorus iam diu ante dictum testamentum mortuus fuerit, vt probant testes aduersariorum vltimo loco examinati super interrogatoriis, ita quòd suspitio cessset, vsumfructum bonorum ex dicta institutione obuentorum dicto Ioanni Baptistæ posse quæri patri, & sic filio spurio testatoris, potuit ergo dict. Ioãnes Baptista, qui uis nepos ex filio spurio iam defun
4 cto validè hæres institui, † ab ipso Domino Bartholomæo carente legitima prole. per text. & gloss. in l. fina. in fine. C. de natur. liber. tenent Barto. Imol.
* Alexand. & Ias. affirmantes sic esse communem opinionem. in l. Gallus. §. quid si is. de lib. & posthum. & latissimè defendit Corne. in consilio vigesimoquinto. libro primo. & Deci. in consilio 462. dicit
* etiam ita esse communem opinionem. cum concor. alleg. ab Aymo. in consilio 184. & nuper ab Ioseph. assisi in decisio. perusi. decimaottaua. numero sexagesimoquarto. & sequenti. ab opinione autem communi in iudicando non est recedendum. Cui non
5 obstat, † quòd filius clerici in sacris dicatur incestuosus. per gloss. finalem. in l. secunda. C. de episc. & cleri. & nepos ex incestuoso non possit hæres institui ab auo, vt videtur limitare Bald. in l. si quis incesti. C. de incest. nupt. quia filius clerici in sacris quinimò dicitur spurius, & in eo non procedit. d. l.
6 si quis incesti. † vt ibi expressè firmat Bald. & glos. in dicta l. secunda. ibi reprobant Cyn. Bald. & Saly. & Corset. in sing. in versicu. fornicatio. circa finem. dicit, quòd communiter reprobatur dicta gloss. vt ibi per eum, & alias dictam limitationem. Bald. in dicta l. si quis incesti, validissimis rationibus reprobat Ias. in d. §. quid si is. circa finem.

Quatenus prædicta non sufficerent, quæ vtique sufficiunt, ad aliud pariter tutissimum fundamentum dict. Ioannes Baptista confugere potest expellendo aduersarios. Quod est, si non valeret dictum
7 † testamentum ratione incapacitatis ipsius Ioannis Baptistæ, substinetur, & valet ex institutione, & substitutione in casu dctę incapacitatis facta in personam donnæ Felicis matris dicti Ioannis Baptist. & suarum filiarum. iuxta doctrinam Barto. in dicto §. quid si is. columna prima. & in l. secunda. C. de
* hæredibus instituendis. & ibi communiter docto. sequuntur. & Alexand. in consilio quinquagesimoprimo. libro secundo. & Dec. in dicto consilio 462. numero decimoquinto. & Guald. de art. testan. in titu. de his qui non hab. fact. testa. in cau. decimaquarta. numero decimosecundo. Itaque omnimodo extante testamento dicti Domini Bartholomæi. & cau-
8 sa testati stante, † cessat causa intestati ex aduerso intentata. per l. quamdiu potest. ff. de acquirend. hæredi. & consequenter dictus Ioan. Baptist. reus conuentus à petitis absolui debet, & aduersarij condemnandi sunt in expensis. per vulgaria iura. Laus Deo.

Simon de Pratis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XXXIIII.

ARGVMENTVM.

De ſententia lata ſub condictione, ſi pro bauerit, & an aliquis ſoluens præ-tium rei per alium emptæ, debeat lucrari fructus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſub conditione de futuro, non ſtatim adimplenda, non valet.*

2 *Conditio extranea, vel extrinſeca, inualidam reddit ſententiam.*

3 *Solutio prætij facta ab alio venditori pro emptore, non facit ſoluentem lucrari fructus, ſed faceret compenſari fructus in ſortem pro rata prætij ſoluti, & fructuum perceptorum.*

4 *Valor rei ſolet haberi, quantum res ipſa fructatur in viginti annis.*

5 *Compenſatio ſortis cum fructibus non valet, niſi de ea fuerit oppoſitum.*

6 *Petitio ſortis cui non datur, minus dari debet petitio fructuum. ſeu intereſſe.*

7 *Emptori reintegrando in ſua poſſeßione fundici, empti debentur fructus.*

8 *Legis verba cui non conueniunt, nec eius conuenit diſpoſitio.*

9 *Reſeruatio probationũ quãdo eſt fruſtratoria, debet reijci & caſſari.*

10 *Gubernator pupilli, & minoris auferendo eis ex ſe ipſo poſſeßionem alicuius rei, non videtur carere dolo, & fraude.*

11 *Tutor emens rem pupilli non ſolum non debet ex aſſerta ſolutione prætij lucrari fructus, ſed etiam debet amittere, & puniri ad perdendum prætium quadruplicatum.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPEre doceat, quantum oportet.



EX deductis alias & allegatis in meo conſilio, & confirmatis per Dominum conſulentem in ſuo deciſiuo conſilio, iuſtã arbitror ſententiam in fauorem Domini Hieronymi, & fratrum, condemnatoriam fundici petiti cum fructibus latam contra Dominũ Franciſcum, & fratres, & propterea per Dominum iudicem appellationis confirmandam eſſe. Sed nulla, & iniuſta eſt in ea parte, qua rei conuenti poſtmodum liberantur à fructibus, ſi legitimè probauerint in executione ſentẽtiæ prætium fundici fuiſſe ab eis, vel ab eorum patre ſolutum, aut eis fuiſſe ius ceſſum à Domino Iulio vẽditore pro dicto prę-
1 tio conſequendo, quia † ſententia lata ſub condictione de futuro, non ſtatim adimplenda, non valet. gloſſ. Barto. & Bald. in l. cum iudex. C. de ſentẽ. Alexand. in conſilio 73. colum. fina. lib. 3. & Felin. in cap. quoad conſultationem. colum. prima. & ſeq. de re iud. hanc opinion. eſſe amplectendam in actu practico, dicit Ariminen. in tract. de null. in rubric.
* ex defec. proceſ. numero 112. & veriorem, & communiorem opinionem. dicit Ruin. in conſilio 133. numero 11. lib. quinto. eo maximè cum in proceſſu, ſi rectè recordor, de ſolutione dicti prætij facta à Domino Pandulpho, vel de ceſſione facta per vẽditorem, conſequendi prætium nullum verbum dictum, vel deductum fuerit pro parte dicti Pandulphi, ita quòd hæc conditio omnino dicitur extra-
2 nea, vel extrinſeca, † quæ inualidam reddit ſententiam. l. prima. §. biduum. ff. quando appel. ſit. & glo. in d. l. cum iudex. & ibi Bal. verſ. modo reuoco. & in l. non dubium. in 5. oppo. C. de legi. ea enim, quæ in iudiciũ non ſunt deducta, non pertinent ad iudicẽ. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ędi. edic. & l. de quare. in princ. de iudi.

Præterea iniuſta eſt hæc abſolutio à fructibus, et ſi probaretur prætium dicti fundici fuiſſe ſolutum
3 per dictos de arduinis, quoniam † prætij ſolutio facta ab alio venditori pro emptore, non facit ſoluentem lucrari fructus, ſed faceret compenſari fructus in ſortem pro rata prætij ſoluti, & fructuum perceptorum. per doctrinam Bald. in rubric. in 15. quæſt. C. de contrahend. empti. per quam datur cautela emendi ſine ſolutione prætij. Iaſ. in l. ſecunda. §. mutui. columna finali. ff. ſi certum pet. Thom. Ferra. in cau. 44. ergo ſimpliciter non debet ſequi abſolutio à fructibus, ob ſolutionem dicti prætij, cum poſſint dicti fructus annorum 26. quibus facta eſt dicti fundici emptio, valdè excedere ſummam dicti prætij,
4 quod, † & valor rei ſolet haberi quantum res ipſa fructatur in viginti annis. §. quia vero. in authentic. de non aliena. aut per mut. non valeret etiam com-
5 penſatio ſortis cum fructibus, quia † de ea non fuit oppoſitum, vt requiritur per gloſſ. & doctor. in l. ſi conſtat. C. de compenſa. Alexand. in conſilio 196. numero quarto. lib. 7. cum ſimil. Actione negociorum geſtorum non poſſent arduini dictum prætium ab arditijs conſequi, quia non arditiorum, ſed eorum patris nomine, vt pro eo facta fuerit venditio, aſſerunt ſoluiſſe, non curantes dictum prætiũ reinueſtiri in bonis ſtabilibus pro validitate emptionis, iuxta formam inſtrumenti emptionis, & reſcripti ducalis in eo regiſtrati, quinimò ſoluentes dicto venditori, tunc minori, & pecunias ipſas conſumenti, non dicuntur geſſiſſe negocium dictorum Arditiorum, quorum aliter ſolui dictum prætium non intererat, ideo aliter, quàm in emptiones bonorum ſtabilium ſoluentibus, imputandum eſt. l. cum pecu-
6 niam. & l. ſi quis aliena. ff. de neg. geſt. ita † cum petitio ſortis eis non daretur, minus dari debet petitio fructuum, vel intereſſe. l. eos. in prin. C. de vſu.

Verum adhuc conſiderando, nulli fructus deben-
7 tur arduinis, quia † emptori reintegrando in ſua poſſeſſione fundici empti debentur fructus.

l.fructus.C.de action.empti.cum simil. æquitas au tem.l.curabit.C.eod. & not. in cap.conquestus. de vsur.& l.secunda. C.eodem. non prodest dictis arduinis, quia ipsi non sunt venditores, & eis non debetur prætium, harum legum verba eis non con-
8 ueniunt, † ergo nec earum dispositio. per vulgar. quoad eos possunt dicere arditij liberas ædes habemus.l.loci.§.penultimo.ff.si ser.vendi. æquiperando nouationem solutioni,& liberationi prætij. per text.in §.præterea.institut.quib.mod.tol.obli. iunctis his, quæ ibi in fin. dicit Paul. de Castr. est tex. optimus in l.emptor. ff.de nouati. Minus etiam potest verificari vltima alternatiua dictæ sententiæ, quòd aut ius consequendi dictum prætium fuerit per dictum venditorem cessum dicto Pandulpho, quoniam liquet ex processu,quòd dictus Iulius venditor iam constituit procuratorem dictum Pandulphum ad petendum dictum prætium, qui procurator in principio præsentis litis motæ contra eum, per dictos Arditios super dicto fundico petiit contra eos dictum prætium, & demum lite pendente idem Iulius reuocauit dictum mandatum,quod ostendit,talem cessionem dicto Pandulpho non pos
9 se dici factam, vnde huiusmodi † reseruatio probationis,cessionis vti frustratoria debet reiici & cassari.argument. l.hæc stipulatio.§.fin.ff.vt leg. nomi. cau e.

Rursus nulla æquitas mouere debet Dominum iudicem, vt in aliquo subueniat dicto Pandulpho, vel eius hæredibus, circa fructus dicti fundici, eo prætextu,quòd asserat soluisse prætium, primo inspiciendo personam dictorum arditiorum, malè cum eis suis nepotibus ex sorore versatus est, cum vt eorum procurator incipiens per aliquos annos à conductore recipere naulum dicti fundici, vt ex processu constat, & administrans eorum negocia cum eorum matre,stantibus coniecturis ex ipso processu elicitis,præsumitur eas,quas post dictam venditionem asserit soluisse pecunias dicti venditori soluisse de pecuniis ipsorum arditiorum.per ea quę adducit Aym.in consilio 129.numero secundo. cũ sequent. & eisdem arditijs existentibus pupillis, & minoribus etiam sub suo gubernio, occupando, &
10 ex seipso † auferendo eis possessionem dicti fundici,non videtur carere dolo & fraude.per ea quæ tradit Pau.de Ca.in consi.327.col.3.lib.1.& Rom. in consil.54.col.fi.& Ay.in consil.142.nume.15.cum sequen.

In manifesta fraude quoque deprehenditur inspiciendo personam dicti Iulij venditoris, cuius curator interuenit in venditione dicti fundici, asserẽs se authorari venditioni,vt prętium poneretur in bonis stabilibus dantibus vberiores fructus,& postmodum ipse fuit, qui quasi dietim in centum ferè particulis soluit pecunias dicto Iulio eas consumenti in armaturis, & tabernis, & vestibus, fidem non seruans susceptæ curæ, & conuentorum in dicto instrumento emptionis , sic dolus eius nimis apertè detegitur, eo etiam accedente, quòd modo dicat emisse d.fundicum pro se per interpositam personã d.Gasparini,quod vtiq; iure improbatũ est, &
11 non solũ † non debet ex asserta solutione ptij lucrari fructus,sed & debet amittere, & puniri ad perdendũ prætiũ quadruplicatum. l.si in emprione. §. fi.& l.nõ licet.ff.de cont.emp. & Pa.de Cas.in l.pe. C.de bis q̃ me.ca.& in dolo est,qui cõtra iura mercatur.c.qui contra.de reg. iur. & cõtra cõmittentes dolum, & fraudem oĩa iura clamant,ne ex dolo habeãt lucrũ.l.ne ex dolo.ff.de dolo.cũ vul.itaq; anullari & reuocari debet dictæ sententię particula absolutoria fructuum, & simpliciter confirmari ipsa sententia in totum condemnatoria fundici, & fructuum ac expensarum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc on. Pisauren.

CONSILIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

De clausula, Petens ius & iustitiam,&c. quomodo operetur. De iuramento quando non validat contractum, & statutum, quomodo,& quando dicatur non vsu receptum, & quòd datum per debitorem creditori præsumitur datum pro debiti liberatione, & solutione, ita quòd postea si appareat datio in solutum facta pro toto debito,ea dicitur nulla & inualida in totum, & aliquid de exceptione iuris tertij,& quòd omnibus contrariis sit respondendum, & de fructibus non esse cognoscẽdum,re principali non debita, & quædam alia infra pertractabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filio, etiam contra patrem, opinionem suam defendere licet.*
2 *Conclusio libelli attenditur pro cognitione remedij intentati per actorem.*
3 *Forma propria libelli in possessorio retinendæ, vti possidetis.*
4 *Statutum scriptum in personam non comprehendit forenses.*
5 *Petitorium non potest expressè simul intentari, & cumulari cum possessorio retinendæ, ratione contrarietatis.*
6 *Conclusio facta in possessorio,ob clausulam.petens ius & iustitiam, debet referri ad petitorium, quod potest complecti.*

Clausula

7 *Clausula, petens ius & iustitiã, non operatur, ut intelligatur esse petitũ, vel cõclusum aliquid, quod esset cõtrarium, uel repugnans alijs specialiter petitis.*

8 *Clausula, petens ius & iustitiam, non operatur quando sit intẽtatum certum remedium, etiã recuperandæ, & per actorem sit pluries declaratum de suo remedio possessorio intentato, & ubi maximè sit oppositum de generalitate libelli.*

9 *Iudex non debet pronũciare super nõ petito & intẽtato.*

10 *Cumulatio petitorij & possessorij retinendæ, quibus respectibus fieri possit.*

11 *Possessio simpliciter prolata ab homine intelligi debet de naturali, & de ea qua est facti.*

12 *Narratio in libello rei vendicationis, & publicianæ qualis esse debeat.*

13 *Clausula, petens ius et iustitiam, suum effectum non operatur circa non expressa, & narrata.*

14 *Iudex nõ debet se intromittere, et pronunciare circa nõ allegata, non deducta, & non petita per partem.*

15 *Libellum & si præsumptiuè concludere sufficiat, debet tamen à parte allegari causa suæ intentionis.*

16 *Inducta ad vnum finem non debent aliud operari.*

17 *Asserere, & non respondere contrariis, parum aut nihil facit.*

18 *Mandatum cessat, vbi procurator ex eo potest facere incidere in pœnam suum principalem.*

19 *Iuramentum non censetur remouere inualiditatem, neque conualidare contractum.*

20 *Ratio etiam in statutis est consideranda.*

21 *Contractus prohibitus ob publicam vtilitatem non confirmatur iuramento.*

22 *Reiteratio publicationis decreti facti per superiorem diuersis & successiuis temporibus demonstrat enixam, & deliberatam voluntatem principis esse, quod semper seruetur, & non tollatur desuetudine. habet vim clausula non obstante, & alia, ut nu. 23.*

23 *Expressum facit cessare tacitum.*

24 *Lex noua promulgata ut dicatur vsu non recepta, quæ requirantur.*

25 *Contractus tempus inspicitur, quæ lex, vel quod statutum debeat seruari.*

26 *Consuetudine in inducenda attẽditur, quod maior pars populi facit.*

27 *Solutione facta creditori, quis nõ impeditur, ab eodẽ, cui facta est solutio petere, q̃ ẽt sibi debetur ex alia cã.*

28 *Debiti causa respicienda est.*

29 *Causa facti semper est inspicienda.*

30 *Causa aliqua præcedẽs quando põt coniecturari, ex qua debuerit dari pecunia, ex ea intelligitur data.*

31 *Solutio dicitur facta ex debito efficaci præcedenti, quando nec à creditore, nec à debitore dictum sit ex qua causa fiat.*

32 *Factum quomodo quis adimpleat quod promisit.*

33 *Vsuræ solutæ imputantur in sortem, quæ postea si soluta fuerit, dicitur indebitè soluta, & posset repeti.*

34 *Datio in solutum pro summa indebita in totũ vitiatur.*

35 *Exceptio de iure tertij quasi de non iure agentis opponi potest.*

36 *Probatio simulationis dicitur probatio coniecturalis.*

37 *Testamentum producens fatetur contenta in eo.*

38 *Obligare rem non est vendere, seu dominium transferre, sed dare sub pignore.*

39 *Obstantijs ex pluribus sufficit vnum obstare.*

40 *Condemnatur nemo pro fructibus, nisi sit effectus locupletior.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Vamuis tam meæ, quàm aliorum excell.
Doctorum allegationes, pro Domino
Petro Perulo iam factæ, & accuratè, &
diligenter inspectæ sufficerent pro re-
sponsione ad consilium decisiuum cõtra cum ema-
natum in fauorem Illustriss. Domini Herculis Pij
1 actoris in causa. Tamen, † vt meam opinionem,
quam filio etiam contra patrem defendere licet. l.
tertia. §. si quis. ff. de cond. ca. da. vel potius iustitiã,
& veritatem ipsam defendam, breuibus demonstra
bo consi. illud aduersariũ esse erroneũ, & iniustũ, &
fundatum forsan potius in voluntate D. consulto-
ris, quàm in iuribus & rationibus facientibus ad rẽ,
de qua agitur, in respondendo itaque sequar ordi-
nem dicti consilij contrarij, idque refutando, pri-
mum dico, nimis euidentem errorem esse, dici pro
parte Illustriss. D. Herculis Pij actoris fuisse intenta
tum remedium reintegrandæ, seu recuperandæ pos
sessionis, & propterea hoc remedio ex possessione
defuncti continuata in hæredem per statutum, acto
re præsertim hærede hæredis non valente experiri,
ex narratione respicientium petitorium vigore vul
ga. clausulæ, petens ius & iustitiam apposite in libel
lo dicti actoris eum posse obtinere in petitorio, ita
Dominus consultor forsan induxit casum, vt esset
in permissione cumulationis petitorij, & possesso-
rij recuperandæ, ne ratione cõtrarietatis dicta clau
sula vigorem amitteret. Error autem manifestus est
apparens ex dicto libello actoris, & eius conclu-
2 sione, † ad quam semper recurritur pro cognitione
remedij intentati per actorem, & non ad narratio-
nem factam in libello. vt per Deci. in consilio 62.
numero 1. cum vulga. ex qua quidem conclusio-
ne libelli clarè constat actorem, non possessorium
recuperandæ, sed vti possideris intentasse, quod est
retinendæ, vt ibi.

Quare cum prædicta vera, &c. per D. V. Magnif.
prætor, &c. dictum Dominum Petrum, &c. eiiciatis
& expellatis de supradicta dimidia, &c. & in pos-
sessione eiusdem dimidiæ, &c. supradictum Illustris
simum Dominum Herculem, &c. manuteneatis,
præcipiendo & mãdãdo dicto Domino Petro, &c.
ne aliquam molestationem & turbationem sibi di-
3 cto nomine, &c. faciat, &c. Ista propriè † est for-
ma libelli in possessorio retinendæ, vti possidetis
tradita per Barto. in l. prima. §. interdictum. colum.
secunda. versicu. vltimo quæro. ff. vti possid. & per
eundem, & alios in l. prima. C. eod. Sic enim tali re
medio retinendæ pro dicto actore expertum com-
prehenditur, quia suus aduocatus credebat eum
possidere per colonum. iuxta §. possidere. institu-
4. tion. de interdictis. ideo narrauit de datione inso-

lutum facta Do. Aemiliæ, & de locatione per eã fa-
cta procuratori Domini Bernardini. q.patris, dicti
Domini Petri, non vt hæc narratio respiceret peti-
torium, sed facta est incidenter pro demonstran-
da, & coadiuuanda sua prætensa possessione, vt in
similibus fieri solet, per not. in cap. licet causam. de
proba. & in l. si duo. ff. vti possid. Quæ possessio cum
non fuerit sic demonstrata, & probara pro actore
continuatiuè, vt asserit in suo libello, ut concedit
Dominus consulens, neque per locationem, cum
pro eo non tenuerit, neque soluerit pensionem
Dominus Petrus, neque per statutum de continuan
da possessione defuncti in hæredem, cum fuerit per
alium apprehensa, & simus in hærede hæredis, &
cum etiam statutum Fori sempronij, in quo actor
4 se fundat, vt scriptum in personam, † non compre-
hendat Dominam Aemiliam, nec eius hæredes v-
ti forenses in loco. per not. per Bartol. & alios in l.
cunctos populos. C. de summ. trinita. & fid. catholi.
Non valens ideo dictus actor obtinere in remedio
retinendæ intentato, etiam si probasset in petito-
rio, non posset in hoc obtinere ratione contrarie-
tatis, quæ est in agente petitorio, concedeute pos-
sessionem esse penes aduersarium, & in agente pos-
sessorio retinendæ, dicente penes se ipsum esse pos-
sessionem, licet turbatam ab aduersario, ita ex-
presè firmat Papien. in sua practic. in form. libelli,
pro turb. possession. in gloss. ad cessandum. num. 2.
Et consequenter clausula, petens ius & iustitiam,
non patrocinatur dicto actori, vt possit obtinere sal
tem in petitorio, quod cum non possir expresè si-
5 mul cumulari † cum possessorio, retinendæ ratio-
ne dictæ contrarietatis. vt per Barto. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. in tertia, & septima combin.
* ff. de aquirend. possessio. & ibi communiter docto.
sequuntur. & Bald. in l. ordinarij. C. de rei venditi.
& in l. prima. columna secunda. versicu. est alius or-
do. C. de appellation. Rip. in secundo libel. respons.
cap. septimo. numero secundo. non potest etiam ta-
citè vigore dictæ clausulæ comprehendi intenta-
tum petitorium, quia dicit Anton. de But. in c. cum
dilectus. columna tertia. sub versicu. ad tertium. de
6 ord. cogni. quòd conclusio † facta in possessorio
ob clausulam generalem prædictam debet refer-
ri ad petitorium, quod potest complecti, & sentit
quòd non possit intelligi intentatum petitorium,
quòd non potest complecti, & cumulari cum pos-
sessorio expresè deducto in conclusione libel-
li. Clarius & apertè dicit Alexander in consi-
lio. 96. numero sexto. in finali. columna. versicu. re-
spondeo. & in consilio 110. numero secundo. libro
7 quinto. dictam clausulam † non operari, vt intel-
ligatur esse petitum, vel conclusum aliquid, quod
esset contiarium, vel repugnans aliis specialiter pe
titis. sequitur Dec. in consilio 62. columna secunda.
vbi etiam arguit ab auctoritate Alexand. & ab eius
responsis, vbi non habet contradictorem, non esse
recedendum. idem Dec. in l. petens. sub num. 5. C.
de pact.
8 Non operatur etiam dicta clausula, † quando sit
intentatum certum remedium, etiam recuperandę,
& per actorem sit pluries declaratum de suo reme-
dio possessorio intentato, & vbi maximè sit opposi
tum de generalitate libelli, vt ex processu liquere
potest, euenisse in casu isto, per ea quę in terminis
tradunt Corne. in consil. 282. col. 3. & in cons. 301.
columna prima. lib. 3. & Soci. in consil. 39. col. pen.
lib. 1. & in consilio 95. nu. 23. & sequ. lib. 3. & Paris.
in consil. fina. nume. 12. lib. primo. licet dicta supe-
rius procedant, absque scrupulo aliquo in possesso
rio retinendæ ratione repugnantiæ & contrarieta-
tis, quòd non possit intelligi per dictam clausulam
cumulatum petitorium, & successiuè super eo non
debet per iudicem pronunciari, vti super non peti-
9 to, † & intentato. l. vinum. si certum peta. & cap. li-
cet hely. de Simo. & per not. in l. 4. §. hoc autem iu-
dicium. de dam. infec. cum vulg.
Nec potest iuuari & defendi actor iste à dicta cõ
trarietate, & prohibita cumulatione petitorij & pos
sessorij retinendæ, dicendo talem cumulationem
10 † fieri posse diuersis respectibus, scilicet quando
ageretur rei vendicatione pro naturali possessione
occupata per reum conuentum, & pro ciuili uti pos
sidetis. iuxta gloss. fina. in l. clam possidere. §. qui ad
nundinas. de acquirend. possessio. ut per doct. ibi. &
in dicto §. nihil commune. Quia id posset teneri
vbi occurreret, fuisse actum istis diuersis respecti-
bus, vt expresè dicit Bartol. in dicta l. incerti. C.
de interdict. vbi exemplum ponit, & modum agen
di diuersis respectibus pro naturali rei vendi. & pro
ciuili turbata vti possidetis. At hic nõ fuit sic actum
vt videre est ex dicto libello actoris, in quo sim-
pliciter dicit, & petit se manuteneri in possessione,
& præcipi reo conuento, ne aliquam molestatio-
nem, & turbationem sibi faciat in dicta possessio-
ne, quæ verba demonstrant quandam executio-
nem facti, circa possessionem, & quòd etiam libel-
lans intelligat de possessione facti, & sic naturali,
& non ciuili tantum, prout qñ simpliciter possessio
11 † profertur ab homine, intelligi debet de natura-
li, & de ea quæ est facti. vt per glos. & doctor. in l.
stipulatio ista. §. hæc quoque. de verborum obliga-
tion. & per Alexand. & modern. in l. tertia. §. ex con
trario. de acquireud. possession. maximè non facta
alia declaratione per actorem, non põt dicta clau-
sula operari vltra certum & expressum remedium
possessorij retinendæ intentatum, vt per Socin. in
dicto consilio 95. nume. 23. libro tertio. cum aliis
supra allegat. ex quibus remanet firma conclusio,
actorem non intentasse recuperandæ, sed retinen-
dæ interdictum, & clausulam, petens ius & iusti-
tiam, non posse operari ad petitorium, ratione con
trarietatis, & ratione certi & expressi remedij inten
tati, per supra alleg.
Quatenus autem narratum sit in dicto libello
de titulo dationis in solutum factæ Dominę Aemi
liæ, & de locatione facta procuratori patris dicti
Domini Petri, non propterea narrauit, quòd dimi-
dia dicti poteris pertineret ad Dominam Ae-
miliam iure dominij, vel quasi, & consequenter
ad

12 ad ipsum actorem, vt narrari requiritur † in libello
rei vendicationis, & publicianæ: vt per Iaso. in §.
omnium.num. 172.& in §.sed iste.num.74.insti.de
act. vnde etiam dici potest, dictam clausulam suum
effectum non operari circa non expressa, & narra-
13 ta. † Rip. in d.§.nihil commune.in fi.& Cor.in cõs.
138.colum.2.circa fi. lib.1.circa enim non allega-
ta, non deducta per partem, & non petita iudex se
14 intromittere, † & pronunciare non debet. l. illici-
tas.§.veritas. & ibi Bart.ff.de offic.præsid.l.si adul-
terium.§.penult. de adult. cum pluribus adductis.
per Fel.in c.afferte.colum.2.versicu. nota tertiò.de
præsumpt.& per not. in d.l.4.§.hoc autem iudiciũ.
15 de dam.infect.cum vulg.& si sufficiat libellũ †con-
cludere præsumptiuè, debet tamen à parte allegari
causa suæ intentionis, vt per Barto.& Doctor. in l.
cum quid. si certum petat. Non mirum, (vt dixi) si
fuerit narratum de titulo dationis in solutum in li-
bello dicti actoris, & de locatione, quia cum fuerit
conclusio eiusdem libelli super interdicto retinen-
dæ, narratio tituli facta comprehenditur pro iusti-
ficatione prætensæ possessionis actoris. per nota.in
d.c.licet causam.de proba.non vero quòd actor vo
luerit principaliter deducere in iudicium aliquod
16 suum dominium, vel quasi, ergo inducta †ad vnum
finem, non debent aliud operari. l. cum qui. ff.de
vsucap. c.3.de appellat. cap.si cui.de præbend.in 6.
cum similib. hoc est etiam, quod firmat Papien. vt
dictum est, in sua pract.in for.libel.pro turb.pos.in
glo.ad cessandum.num.2. quòd probans in petito-
rio non potest petere in casu proposito, retinendæ
se pronunciari dominum, si pars non potest pete-
re, neque iudex potest, etiam pro ea pronunciare,
per ea quę tradit Alexand.in consi.121.colum.fin.
versicu. item non obst.libro primo. & Iaso.in l. ita
demum. columna secunda. versic.13.limita. C. de
procurat.

Etsi in petitorio etiam iura actoris inspicienda
essent, quod fieri non potest, vt super eis in hoc iu-
dicio principaliter pronuncietur, deberet quoque
in petitorio succumbere ob nullitatem, & inualidi-
tatem dictæ dationis in solutum, & aliorum exin-
de subsecutorum, aliàs pro dicto reo conuento mul
tifariam multisq; modis demonstratam, ad effe-
ctum, quòd nulla possessio esset translata in Dom.
Aemiliam, neq; in dictum actorem. fortius ex eis-
dem rationibus dici potest, non fuisse translatum
dominium.l.non dubium.C.de legi. & per Docto.
in l.1.§.si vir. ff.de acquir.pos.& per c.non præstat.
de regu.iur. in 6. cum vulga.

Quibus pro reo conuento deductis, & allega-
tis Dominus Consulens vsquequaque sufficienter,
& ad plenum non respondet: parum enim & nihil
17 fecit asserere, & non respondere contrarijs. †Bald.
in consil.scismatis inserto. sub titu.C.si quis aliquẽ
test.prolub.in penult.colum. versicu.quia. Nequa-
quam sufficienter respondet decreto prohibenti
alienationem bonorum stabilium sine licentia, eo
quòd non habeat locum in contractu iurato, &
quòd vsu receptum non fuerit. Quia replicatur, &
respondetur multipliciter: primô de contractu iu-
rato per procuratorem inito ratio aliqua haberi,
non potest in specie proposita, cum Dominus Ber-
nardinus, (vt aliàs dictum est) dederit mandatum
alienandi sua bona, & contrahendi licitè, scilicet
habitâ licentia, & seruatis statutis, & decretis du-
calibus, prout intelligitur, & non faciendi incide-
re in pœnam dominum mandantẽ, quo casu man-
18 datum cessat, †per ea quæ scribunt Barto. & alij. in
l.si procurator.ff.de condictio.indeb. pariter iura-
mentum in casu prohibito, & pœnali per procura-
torem censetur præstitum sine mandato, cum iura-
mentum sit accessorium principalis cõtractus. Bal.
in l.1. colum.3.versicu.quæro vtrum iuramentum.
C.de inoffic.dona. ergo cessante mandato in prin-
cipali, cessat etiam in accessorio: argumen.reg. ac-
cessorium.de regu.iur. in 6. & factum sine manda-
to non nocet.l.soluendo. ff. de negocijs gest. cum
notis.

Secundò, quòd prohibitio dicti decreti non est
facta simpliciter, sed dummodo intra mensem li-
centia non obtineatur, adeò quòd tempore con-
tractus, & alienationis bonorum non sit cõtra de-
cretum, vt possit dici tunc iuramento confirmari
contractum, sed demum elapso mense, & non ob-
tenta licentia, inducitur inualiditas contractus ob
inobseruantiam decreti, quam inualiditatem iura-
19 mentum prius præstitum non censetur † remouere,
neq; contractum conualidare. per ea quæ in simi-
libus terminis adducit Curt.Iun.in consil.141.col.
fina.versicu. postremo. quod dicit esse ineuitabile
* fundamentum, & communem conclusio. & vltra
Docto. ibi per eum alleg. idem firmat Alexand. in
consi.170. num.5. lib.7.

Tertiò non minus fortè in casu isto, & inconuin-
cibile fundamentum est, quòd dictum decretum
non præsumitur factum sine ratione, cum omnis
lex præsumatur rationabilis. Bald. in l.quod vero.
in princ. ff.de legi. & in statutis, etiam sit conside-
20 randa ratio.†idem Bald.in l.si quis seruo.colum.fi.
C. de fur. Ratio autem dicti decreti talis est, quæ
respicit principaliter publicam vtilitatem; scilicet
ne venditis bonis per habitatores, deserantur loca,
& remaneant sine habitatoribus, quod esset contra
publicam vtilitatem, per iura quæ in similibus ter-
minis allegat Roma.in consil.59.colum.1. ne quis
forsan etiam re sua malè vtatur rei publicę interest.
§.nam Antoninus.insti.de his qui sunt sui. vel alie.
21 iur.quo casu, †& quando contractus prohibetur ob
publicam vtilitatem, non confirmatur iuramento.
cap. si diligenti. de fo.compe.& l.ius publicum. de
pact.Barto.in l.si quis pro eo.in 2.& 7.q.ff.de fide-
ius. & ibi firmat Pau.de Cast. & Alex.in consil.95.
in fin.lib.1. ergo nimis generalis est de iuramento,
& inanis obiectio, & penitus reiecta est.

Non obstat quoque aliud de inobseruantia di-
cti decreti: Quia pro responsione dicendum est, fo-
re respicienda alia, quàm numerum illorum, qui
obseruauerunt decretum petendo licentias, & qui
non obseruauerunt, & alibi legere Felin. quàm in
loco

loco allega. per Dominum Consulentem, scilicet
in cap. 1. colum. 9. versicu. limita secundo. de treug.
& pa. inspiciendum est enim tempus, quo fuit facta
dicta venditio, & datio in solutum, & quo fuit pu-
blicatum reiteratis vicibus, & vltimo loco dictum
22 decretum, quæ reiteratio † publicationis ipsius de-
creti factæ per superiorẽ diuersis, & successiuis tem
poribus demonstrat enixam, & deliberatam volun
tatem Principis esse, quòd semper seruetur tale de-
cretum, & non tollatur desuetudine: argumen. not.
in l. balista. ad Trebellia. & eorum quæ tradit Dec.
in consilio 417. sub nume. 6. & Aymo. in cons. 114.
23 sub nume. 8. & habet † vim clausulæ (non obstan-
te) secundum Anto. de Butri. in cap. quæ in eccle-
siarum. colum. fin. versic. quandoque est dubium.
de constitu. & in cap. 1. colum. 2. versicu. saluari po-
test. de rescript. & tollit quemcunque consensum
Principis, qui posset dici adesse actibus contrarijs
dicto decreto, quia expressum facit cessare tacitum.
l. cum ex filio. §. filio. de vulg. & pupilla. vna ex di-
ctis publicationibus (ni fallor) duobus, vel tribus
annis ante, alia de eodem anno 1527. facta fuit,
quo fuit facta dicta in solutum datio, quo tempo-
re non potest dici dictum decretum non vigere, &
non esse receptum vsu, & desuetudine sublatum,
24 quia † vt dicatur vsu non recepta noua lex, post-
quam est promulgata, principe saltem inscio, vt
præsumitur. per l. verius. ff. de probatio. requiritur
contrarios actus interuenisse, saltem spacio decem
annorum. post Cald. Butr. & Imo. tradit Felin. in
d. cap. 1. colum. 10. in septima declara. versicu. con-
sidera secundo. de treuga, & pace. licet ibi Felin. in
hac specie in discursu lecturæ, quandoque videa-
tur titubare, tamen ibi in versicu. si diceres; dicit,
quòd cum istis possumus transire propter authori-
tatem Cald. & sequacium, & in colum. penultima.
versicu. primo modo. in casu nunquam obseruatæ
legis dicit, tutius esse tenere, quòd requirantur de-
* cem anni: ita esse magis commu. opinio. dicit Roc.
de cur. in cap. fin. nume. 303. de consuetu. idem te-
net Iaso. in l. rem non nouam. circa fin. C. de iudi.
& latè Alexand. in consilio 132. columna secunda.
libro primo. & in consilio 18. nu. 7. libro secundo.
vbi scilicet in dicto consil. 132. columna secunda.
versic. & requiritur. dicit, requiri contrarium vsum
esse obtentum in cõtradictorio iudicio, vt per Bar.
& omnes. in l. de quibus. ff. de legi.

Cum ergo dicta in solutum datio non fuerit fa-
cta post decem annos, & die vltimæ publicatio-
nis, & reiterationis factæ de dicto decreto, quin-
imò facta fuerit eodem anno (vt dictum est) quo
fuit facta publicatio, & reiteratio prædicta, dici-
tur quidem facta in tempore, quo nondum pote-
rat dici dictum decretum non vsu præscripto rece-
ptum, & sic tempore quo cœpit ligare, & illi pri-
mi contrauenientes dicuntur commisisse in legem,
& decretum prædictum. vt tenet Alexand. in dicto
consilio 132. columna prima. versic. & saltem hoc.
& Card. Zab. in clem. fi. in tertia op. circa fi. de ęta.
& qualita. Idem in proœ. cle. versicu. vniuersitatis.

dicit, cum quæritur de receptione legis, vt non di-
catur recepta, requiritur talis abusio, quæ inducat
consuetudinem, & tunc excusaretur non recipiens,
aliàs non vsus, vel non receptio indistinctè nihil
25 operatur: Nam tempus contractus inspicitur † quę
lex, vel quod statutum debeat seruari. l. iubemus.
§. penultimo. C. de testa. & Bald. in consilio 454.
libro quarto. & Calca. in consilio 15. nume. 18. &
sequen. & donec non sit derogatum, vel mutatum
statutum, stat, & seruari debet. l. præcipimus. in fin.
C. de appellat. At Felin. per Dominum Consulen-
tem alleg. in dicto cap. 1. in quarta declara. versicu.
limita secundo. de treug. & pace. loquitur quando
26 maior pars populi non obseruasset, eo quòd † in in-
ducenda consuetudine, quod maior pars populi fa
cit, attenditur, per quam consuetudinem contra-
riam, & præscriptam lapsu saltem decennij indu-
citur non receptio legis, quæ hic tempore dicti con
tractus non erat inducta, & non potuisset induci,
stante contraria voluntate Principis demonstrata
ex illis reiteratis publicationibus dicti decreti: arg.
text. in cap. cum instantia. in princ. ibi, cum in tali-
bus, &c. de censi. & not. per Abb. in cap. in Latera-
nen. in primo nota. de præben. & stante quòd con-
trarius vsus non fuit obtentus in contradictorio
iudicio, vt supra probatum est. Si de recenti vidis-
sem processum, potuissem alia adducere, quæ relin-
quo Iurisperitissimo Domino Patrono causæ, sed
puto prædicta sufficere.

Respondendo alij nullitati dictæ dationis in so-
lutum factæ pro debito soluto quasi in totum, iux-
ta l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb.
Dominus Consulens ponendo pro vero, quòd D.
Aemilia recepisset à Domino Bernardino pecu-
nias, & res, de quibus in processu dicit posse stare
solutionem pecuniarum, & aliarum rerum factam
esse Dominæ Aemiliæ creditrici Dom. Bernardini
in mille ducatis, & satisfieri per dictum Dominum
Bernardinum. vel eius procuratorem de dictis mil
le ducatis, per viam dationis in solutum, & Domi-
num Bernardinum esse, & remanere creditorem
Dominæ Aemiliæ in summis, & rebus eidem da-
tis, & hanc suam responsionem nititur probare per
ea, quæ post Barto. per l. si cum dos. ff. re. amo. tra-
27 dit Iaso. in l. si quidem. C. de transactio. quòd † per
solutionem factam creditori, quis non impeditur
ab eodem, cui facta est solutio petere, quod etiam
sibi debetur ex alia causa.

Cuique etiam iuris ignaro patere potest quanto
errore, etiam tota via fulgeat talis responsio, & sua
ratione, & allegatione confunditur, parcat mihi
Dominus Consulens, dum dicebat recipientem ab
aliquo solutionem, posse remanere debitorem il-
lius, qui sibi soluit ex alia causa, vt hæc doctri. Bar.
& Iaso. per d. l. si cum dos. applicaretur ad casum,
cur non inspiciebat causam, ex qua Dom. Aemilia
28 remaneret debitrix Domini Bernardini. cum † de-
biti causa respicienda sit. l. tutor. ff. de fideius. & ge-
29 nerale sit, causam facti † semper esse inspiciendam.
per allega. ab Aymo. in consilio 319. nume. 7. &

tantum

tantum laborent Docto. in l. cum quid. si certum pet. in perscrutando causam, ex qua pecuniam simpliciter accipiens dicatur habere eam, an ex causa mutui, donationis, remunerationis, vel depositi, vel contractus innominati: Sed in casu proposito inuenisset: vt inuenit aliàs per me deductum, sed noluit inspicere Barto. Castr. Fulg. Socin. & Aym. alleg. in meo consil. versicu. ex aliqua praecedenti causa. dicentes solutionem aliquam praesumi factam ex causa praecedentis efficacis obligationis. pro qua conclusione facit, quod Docto. communiter dicunt in d. l. cum quid. quòd quando potest
30 † coniecturari aliqua praecedens causa, ex qua debuerit dari pecunia, ex ea intelligitur data, vt dixi, id nullam videtur habere difficultatem. Nam post annum 1508. quo fuit contractum debitum mille ducat. per Dominum Bernardinum, cum Domina Aemilia, & ante annum 1527. quo fuit datio in solutum facta, omnes pecuniae, & summae fuerunt per Dominum Bernardinum solutae Dominae Aemiliae, ita quòd sumus in casu. l. caeterum. quae est 3.
31 ff. de soluti. qui iuncta gl. vult, quòd † quando nec à creditore, nec à debitore dictum sit, ex qua causa fiat solutio, dicatur facta ex debito efficaci praecedenti, & sumus in casu. l. cum ex pluribus. l' vlti. ff. eodem. cuius verba haec sunt formalia. Iul. elegantissimè purat, ex ea causa eum soluisse videri debere, ex qua tunc cum soluebat compelli poterat ad solutionem. Nescio, quid clarius posset adduci, tamen non piget referre. Bald. in l. cum de indebito. §. si verò. versicu. item not. ff. de probat. dicentem, solutionem indiscretam quae non habet causam annexam praesumi factam cum causa, & sufficit causa praesumpta in genere. & ibi Salyc. in vers. or hic attende. sentientem praesumi factam potius causa liberationis. & Pau. de Cast. in l. si cum aurum. ff. de soluti. dicentem, quando subest debitũ, pro eo tollendo videtur fieri solutionem.

Si diceretur, quare summas per Dominum Bernardinum potius solutas, quàm aliter datas Dom. Aemiliae dicas? respondeo, cum tempore dationis dictarum summarum Dominus Bernardinus esset debitor Dominae Aemiliae, dando ei dictas sum-
32 mas, dicitur soluere, quia † sic facit, quod facere promisit. per tex. in l. solutionis verbo. ff. de verborum significatio. Aut si dicatur interim dictas summas esse datas pro vsuris dictorum mille ducarorum, prout facile est credere, cognoscendo genus mulierum quantum sit auarissimum. l. sed si ego. in fi. ff. ad Velleia. & non fuisset tanto tempore dilata solutio, & exactio dictorum mille ducarorum, nisi foenoris dulcedo dilationem prorogasset, & isto casu, cum vtroq; iure sint prohibitae vsurae per vulg.
33 solutae quidem imputantur in sortem, quae † postea si soluta fuerit, dicitur indebitè soluta, & posset repeti. per text. in l. si non sortem. in principio. ff. de condi. indeb. & in l. creditor. §. fina. de soluti. adeo quòd nullo modo potest defendi, quin dicta datio insolutum, sit facta pro summa indebita, & soluta quasi in totum, & in totum sit nulla, & inualida, iuxta conclus. communes traditas. in d. l. si non sortem. §. si centum. & aliàs alleg. saltem defendi non potest, eo modo, quẽ adducit Dominus Consulens, quia non est verum Dominum Bernardinum, & Dominam Aemiliam, hinc inde fuisse debitorem, & creditorem respectiuè ex diuersis causis, vt loquitur Iaso. in l. si quidem. C. de transact. post Bart. ibi. per d. l. si cum dos. quod enim Dom. Bernardinus prius soluerit, iuit in extinctionem sui debiti, & in computum dictorum mille ducatorũ, vt supra probatum est, non verò remansit, neque remanet creditor Dominę Aemiliae pro summis ei datis, non apparente alia causa, ob quam dederit: Aliàs dispositio. d. §. si centum. & l. cum amplius. de regulis iuris. & communis opinio. Doctor. vo-
34 lentium † dationem in solutum pro summa indebita in totum vitiari, esset delenda de libro viuentium, & frustratoria, quia semper recipiens dationem in solutum pro summa prius soluta, & indebita diceret dationem in solutum, in aliquo non esse vitiandam, sed se remanere debitorem illius, qui sibi soluerat, & pro summa iam sibi soluta. Quod minimè est dicendum. l. si praetor. in princ. ff. de iudi. l. fina. §. vbi autem puerilis. C. de bo. quae libe. & cap. commissa. de elect. in sexto. cum simil. & haec plura, quàm necessaria essent in te clara sufficiant.

Non obstat etiam responsio tradita ad statutum disponens, nullum forensem posse succedere, nisi praestita cautione de habitando, &caet. eo quòd sit exceptio de iure tertij: Quia dictum statutum prohibet forensem succedere per verba praesentis temporis, quae effectum important ipso iure, idem importat ipso iure, etiam verbum futurum, cum sit seruanda conditio per forensem volentem succedere, si praestiterit cautionem habitandi, per ea quae latè scribit Tiraquel. in l. si vnquam. in versicu. re-
35 uertatur. nume. 21. & nume. 55. ideo † exceptio de iure tertij, quasi de non iure agentis opponi potest. vt per Barto. in l. his consequenter. §. primo. ff. familiae erciscundae. & in l. 2. de exceptio. rei iudi. si rectè inspiciatur, dum id firmat, quando ius tertij est exclusiuum iuris agentis ipso iure, siue tertius velit, vel non, seu non contradicat, & quando conuentus posset etiam incidere in periculum bis soluendi, vt posset euenire Domino Petro de illis pensionibus, & fructibus in quibus est condemnatus, latè requiritur Areti. in l. cum seruum. C. de ser. fugiti. maximè in prima, & in tertia conclusio. optimè facit, & sic viget etiam hoc fundamentum cum praecedentibus supra defensis de decreto prohibente alienationem sine licentia, & de nullitate dationis in solutum vti pro summa indebita.

Concurrit, & aliud fundamentum contra dictum actorem, de simulatione dictae in solutum dationis, vt comprobaui in alio consilio. versicu. non omittam adducere. & satis clarè demonstra-
36 ui, vt fieri potest in materia † coniecturali, sicut est probatio simulationis, vt per Socin. in consilio 262. libro secundo. cum vulga. inter alias coniecturas

ćturas clara, & concludens, nedum coniectura, sed plena probatio videtur illa inducta ex productione testamenti Domini Bernardini dicentis se pro mille ducat. obligasse tertiam partem dicti Pote-
37 ris, & producti per dictum actorem, sic † fatentem contenta in eo, vt firmat Roma. in consilio 329. columna fina. in producente testamentum in terminis probat Alexand. consilio 163. columna secunda. versiculo. non fortasse. libro secundo. non releuante cum protestatione forsan facta sic, producendo in parte, & partibus, &cæt. Paul. de Cast. in consilio 331. columna secunda. versiculo. etsi dicatur. libro primo. Iaso. in l. certi condictio. §. si nummos. columna septima. versiculo. ad prædicta adde. si certum petatur. Deci. in l. fina. in fin. C. de edend. & Aymo. in consilio 201. nume. 5. Nam
38 obligare † rem non est vendere, seu dominium transferre, sed dare sub pignore. l. si fraties. C. commu. vtr. iud. & tot. titu. ff. C. & extra de pigno. & de hoc Dominus Consulens nullum verbum facit. Hoc ideo fundamento stante cum prædictis alijs pro reo conuento adductis, & defensis vt supra, seu quodque eorum remaneret non sublatum per Dominum Consulentem aduersarium, prout omnia remanent, sufficit pro victoria dicti rei conuenti, ex pluribus enim obstantibus sufficit,
39 † vnum stare. Bald. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirenda hæreditate. & dicit Imol. in l. si non lex. ff. de hæredi. insti. quòd oportet remouere omnia obstantia, aliàs vnum sufficeret ad impediendum actum. idem ibi per Bald. & iuxta illud. Quid prodest medico centum curare feritas, si remanet vulnus, quo moriatur homo? notanter ad propositum facit, quod dicit Aristoteles in septimo libro topicorum. textu tertio. his verbis: Eum enim oportet, qui probat omnibus ijs, quæ subiecta sunt nomini docere conuenire, at eum qui refellit, satis est vni docere, non conuenire.

Quibus stantibus, superfluum est, aliter insistere super alio iudicio moto pro fructibus, vti præiudiciali priori iudicio. per nota. in §. præiudiciales. institu. de actio. & etiam intentato sine actione, quod vt fieri possit, non faciunt literæ aliquæ ducales, quia credo adesse in causa declarationem à Principe factam, quòd per literas, seu rescripta aliqua non intendit fieri præiudicium iuribus alicuius partis: ergo sumus in casu. l. fundi.
40 & l. fundum. ff. de except. & pro † fructibus etiam quis non condemnatur, nisi effectus sit locupletior. Alexan. in consil. 90. circa fin. libro secundo. & in consilio 44. in fin. libro tertio. Sed cum res ipsa non debeatur actori (vt supra demonstratum est) minus de eius fructibus est quærendum. l. eos. in principio. C. de vsu. & ita puto in omnibus sententiam ex consilio dicti Domini Consulentis latam, vti iniustam, & nullam reijciendam esse.

Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

De quæstionibus, & pœna iudicis ex abrupto, & perperam clericum subijcientis quæstioni.

SVMMARIVM.

1 Torqueri quis non potest ex indicijs habitis ab examine testium examinatorum ante formatum processum parte non citata, & iudex torquendo malè facit, & tenetur in sindicatu.

2 Iudex quando præcipitanter procedit, tollitur ab eo omnis bona præsumptio, censetur priuata persona, & dicitur violentiam committere.

3 Torqueri quis non debet, quando aliter potest haberi veritas.

4 Indicia clariora debent esse contra clericum, quam contra laicum.

5 Maleficium in persona honesta præsumitur potius erroneum, quam dolosum.

6 Indiciorum copia est danda, maximè quando fuit petita.

7 Tortura in clericis non potest esse ita seuera, sicut in laicis, immo clericus non potest torqueri, nisi aliàs esset infamis.

8 Consuetudo inducens clericum torqueri posse, non valet.

9 Confitens se deliquisse pro sua defensione, non potest torqueri resecta qualitate defensionis, quod dicat an fecerit animo deliberato.

10 Lex pœnalis quando non expressè exigit dolum, tunc, non verum dolum, sed suspectum exigit.

11 Episcopus exercendo officium, & puniendo nimis crudeliter, condemnatur per summum Pontificem.

12 Iudex condemnans aliquem, qui ex actis apparet absoluendus, est in dolo, sic & si transgrediatur leges, & in instanti omnia fieri procurauit.

13 Torqueri faciens sine indicijs, tenetur torto actione iniuriarum, arbitrio iudicis, quantum tortus extimauerit.

14 Pœna capitis tenetur iudex, quando sine causa, & sine indicijs facit aliquem torquere dolosè.

15 Probationes debilitantur per torturam illatam contra aliquem aliàs plenis probationibus conuictum, & negando perseuerantem in tortura. & præsumitur verum, quod reus dicit, & dixit.

16 Clericus potest se defendere impunè, & ob id non efficitur irregularis,

17 Iudex de eo in quo læserit partem, & in officio deliquerit, potest conueniri durante officio, maximè volente superiore.

INVO-

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Vidam Vicarius episcopi capto presbyterio, & confitente se baculo percussisse pro sua necessaria defensione quandam vilem mulierculam in capite, in eodem instanti eum poni fecit ad torturam, vt diceret an appensatè percusserit, eo persistente in negatione, & dicente per testes posse probari veritatem, tribus ictibus, seu squassis torturæ fecit eum percuti, & demum eum perseuerantē aliter in negatione condemnauit in pœnam exilij à diœcesi per annum. Qui presbyter sic tortus, & condemnatus, de iniurijs, & iniustitia contra dictum Vicarium coram superiore querelam porrexit, contra eum faciunt hæc, quæ sequuntur, quòd iniustè processerit, & puniri posset.

1 Quis † non potest torqueri ex indicijs habitis ab examine testium examinatorum, ante formatum processum parte non citata, malè igitur facit iudex sic torquendo, & tenetur in sindicatu. Franc. Bru. in tract. de indi. & tor. in 2. q. 1. par. versic. quæro an testis. & Marsil. consilio 15. nume. 14. & in pluribus alijs suis consil.

2 Quando iudex † procedit præcipitanter, tollitur ab eo omnis bona præsumptio. Gramma. in consil. crimi. 35. nume. 19. text. in clem. 2. §. verum. de re iud. censetur priuata persona, & dicitur violentiam committere. glo. in cap. fina. de iur. calum. in sexto. bonus text. in cap. forus. de verborum significatio. & in cap. cum causa. de offic. delega. & non potest

3 aliquem torquere, † quando aliter posset haberi veritas. cap. cum in contemplatione. de regu. iur. aliàs tenetur in sindicatu. Ange. de malefi. & ibi in addi. in versic. quod forma. nume. 94.

4 Clariora † indicia debent esse contra clericum, quàm contra laicum. Abb. in c. licet. in primo not. de testi.

5 Quia † maleficium in persona honesta præsumitur potius erroneum, quàm dolosum. not. Anto. de But. in cap. sacro. colum. 3. circa fin. de senten. excommun.

6 Copia † indiciorum est danda: Ange. in d. tract. de malefic. versicu. quod fama. nume. 37. & sequen. maximè quando fuit petita, non potest defendi iudex in sindicatu, Franc. Bru. de indi. & tor. in 5. quæst. 2. par. nume. 51. & latè Par. de Put. in tracta. de sindi. in versicu. consilium. cap. an potestas. fol. mihi 99.

7 Tortura † in clericis non debet esse ita seuera sicut in laicis, imò clericus non potest torqueri, nisi aliàs esset infamis. Ioan. And. & Abb. in d. cap. cum in contemplatione. Bolo. in addi. ad tracta. Guid. de Suz. de indi. & tor. nume. 18. & clarius adducit plures allegando Boer. in decisio. 163. nume. 6. in prima par. Marsil. in sing. 55. & in l. maritus. colum. fina. de quæst. Bossi. titu. de tortu. testi. num. 6. licet æqualiter arbitrio iudicis remitti qualitatem torturæ, & in laicum, & in clericum velit Foller. in pract. crimi. can. c. 31. num. 7. in 1. par.

8 Quod consuetudo † aliàs inducens non valeret, facit. l. omnes iudices. & ibi Bart. C. de decur. libro decimo.

9 Confitens † se deliquisse pro sua defensione, non potest torqueri reiecta qualitate defensionis, quòd dicat, an fecerit animo deliberato. Gram. in volum. 2.

10 Quando lex † pœnalis expressè non exigit dolum, tunc non verum dolum, sed suspectum exigit. Salycet. in l. 3. in fin. C. de his, qui si. ascri. & vide Areti. in dicto tracta. maleficio. versicu. comparent.

11 Episcopus † exercendo officium, & puniendo nimis crudeliter, condemnatur per summum Pontificem, vt per tex. in cap. 2. de cle. percuss.

12 Iudex † condemnans aliquem, qui ex actis apparet absoluendus, est in dolo. Alexan. consilio 131. nume. 11. libro secundo. dolus quoque arguitur in eo, qui transgreditur leges. Aymo. in consilio 193. nume. 3. & in eo, qui in instanti omnia fieri procurauit, idem in consilio 35. sub num. 5. bonus tex. in cap. officij. de elect.

13 Torqueri † faciens sine indicijs, tenetur torto actione iniuriarum, & arbitrio iudicis est moderandum, quantum tortus extimauerit. Bald. in rubri. C. de pœn. iud. qui malè iudi. Amod. de sind. num. 109. & Franc. Bru. in dicto tracta. in quinta quæst. secunda parte. nume. 33. & alijs pœnis punitur, vt per Gramma. in consilio crimina. 15. in fine. & Bald. in l. quæstiones. de quæst. & Par. de Pu. in dic. tracta. de sind. versicu. tortura. capitu. an stetur dicto. nume. 19. vbi in sequen. numero dicit, quòd non est deueniendum ad torturam, quando cri-

14 men est confessatum, tenetur † pœna capitis quando sine causa, & sine indicijs facit aliquem torqueri dolosè. Amod. de sind. nu. 100. Marsil. in pract. crim. §. expedita. num. 87.

15 Per torturam † illatam contra aliquem aliàs plenis probationibus conuictum, & negando perseuerantem in tortura, debilitantur probationes, & præsumitur verum quod reus dicit, & dixit. Marsil. in dicta pract. in §. nunc videndum. nume. 26. & in §. quoniam. num. 41.

16 Defendere † se potest clericus impunè. capitu. ex tenore. de senten. excommunica. & clement. 1. de homi. & exinde non effici irregularem latè probat Petr. à plaza in epit. delict. capitu. 28. ad fin. & Foller. in dicta pract. crim. can. in secunda par. c. 14. nume. 6.

17 Iudex † de eo, in quo læserit partem, & in officio deliquerit potest conueniri durante officio. §. si tamen. in authen. vt differ. iud. glo. & Docto. in l. pars literarum. ff. de iudi. Par. de Put. in dicto tractatu. in versicu. officialis. maximè volente superiore. Grammatic. in decisione quadragesima. nume. 10. Laus Deo.

Simon de Pratis Iuriscon. Pisauren.

CON-

CONSILIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta de proximioribus salua gradus prærogatiua, non impedit filios fratrum testatoris vocari ad fideicommissum, & succedere in stirpes, & non in capita.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso videtur attendenda proximitas respectu hæredis grauati, non grauantis, vt succedendum sit grauato mediante dispositione testatoris.*
2 *Hæreditate adita per grauatum, non dicuntur amplius bona testatoris, sed effecta sunt de patrimonio hæredis.*
3 *Successio in stirpem locum non habet, nisi quando succeditur auo, vel patruo carnali.*
4 *Successione vigore fideicommissi, quis vt veniens ex affectione testatoris, & non ex dispositione legis, non subintrat in locum patris.*
5 *Successio in stirpem procedit, vbi succedendo filius subintrat in locum patris.*
6 *Clausula (salua gradus prærogatiua) posita, & repetita in testamento impedit repræsentationem personæ alterius gradus.*
7 *Proximiorum appellatione veniunt nepotes ex fratribus testatoris.*
8 *Testatoris voluntatem sequi debemus.*
9 *Testatori succeditur per fideicommissum. & nu. 16.*
10 *Successio ad fideicommissum regulatur ad formam graduum successionis ab intestato.*
11 *Substitutione facta in gratiam proximiorum, filij fratrum subintrantes in locum patris ad fideicommissum admittuntur.*
12 *Relictum factum proximioribus intelligitur proximioribus succedentibus de iure ciuili, eo ordine quo possunt succedere ab intestato.*
13 *Testatoris voluntas etiam in substitutionibus censetur conformis dispositioni iuris communis.*
14 *Opinio Azonis, & sequacium volentium filios solos diuersorum fratrum succedere in capita, est communiter reprobata.*
15 *Consilia collegiorum sunt tenenda.*
16 *Dicto communis Doctorum standum est. reprobato Soci. Iun. cons. 126. num. 49.*
17 *Fideicommissarius dicitur hæres, & habetur loco hæredis, & tenetur ad debita testatoris.*
18 *Bona fideicommisso subiecta possunt auferri adueniente conditione.*
19 *Fieri alicuius quid non dicitur à quo potest euelli.*
20 *Bona alij restituenda, non remanent in hæreditate hæredis grauati.*
21 *Modus non curatur, dummodo habeatur effectus.*
22 *Affectio non datur erga incertos.*
23 *Proximiores sunt, qui capiunt hæreditates ab intestato.*
24 *Hæreditas sic obuenit dispositione hominis, sicut dispositione legis.*
25 *Verba intelligi debent secundum subiectam materiam.*
26 *Proximiores semper dicuntur, qui sunt in proximo gradu, & quos nemo antecedit.*
27 *Fideicommisso dando proximioribus, & in familia, semper intelligitur, & inest clausula, salua prærogatiua gradus.*
28 *Expressio eorum, quæ de necessitate insunt, nihil operatur.*
29 *Filij fratrum loco, & gradu parentum succedunt patruo in stirpes.*
30 *Testatoris verba, quomodo, & quando intelligenda sint, prout sonant.*
31 *Nominatio, quæ fit per nomina propria, vocat aliquem ad viriles.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.



Substitutione fideicommissaria ascripta in testamento Excellen. Doct. & generosi equitis Do. Federici de Portis nobilis Vincentini sic stante, & disponente, quòd deficiente Do. Manfredo filio hærede instituto sine filijs masculis, tunc ei substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum proximiores dicti D. testatoris masculos ex familia nobilium de Porto, salua gradus prærogatiua, & casu huiusmodi substitutionis eueniente ob mortem dicti Dom. Manfredi sine filijs, superstitibus Dom. Iosepho filio quondam Domi. Hieronymi fratris dicti testatoris, & Dom. Brunoro, Do. Ioanne, & Domi. Iulio filijs quondam Dom. Nicolai similiter fratris dicti testatoris: Quæritur an bona huic fideicommisso subiecta inter istos fratres patrueles vti proximiores vocatos debeant in stirpes, vel in capita diuidi? Videbatur prima fronte dicendum in capita diuidi debere. Quoniam primò, & si in hoc fideicommisso regularetur successio, vt ab intestato succedendum esset patruo, cum tamen soli sint filij fratrum, absque patruis succedentes, in capita deberent succedere, sequendo opinionē Azo. sentiunt Albeiic. de Rosa. & Bald. & latius insistit, & defendit Salycet. in authen. cessante. C. de leg. hæredi.

1 Secundò, in fideicommisso † videtur attendenda proximitas respectu hæredis grauati, non vero testatoris grauantis, vt succedendum sit grauato mediante dispositione testatoris, per ea quæ latè adducit Socin. in l. si cognatis. col. penult. ff. de reb. dub. & latius in consilio 249. libro secundo. & Soc. Iun. in consil. 126. libro primo. vbi nume. 49. dicit per vulg. text. in l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulga. & pupilla. non probari per fideicommissum succedi testatori, sed quòd bona testatoris, & nō propriè facultates filij fideicommisso tenentur, eo maximè

2 mè post aditam hæreditatem † per grauatum non
dicuntur amplius bona testatoris, sed effecta sunt
de patrimonio hæredis. glo.& Docto. in l.1.§.ve-
teres.ff.de acqui.pos. & in l.2.de fideicom.hæredi.
peti. qui hæres,& grauatus in specie proposita non
est auus, neque patruus carnalis istis fideicommis-
sarijs: ergo in locum & gradum patris non possunt
venire,& succedere in stirpem,quæ quidem succes-
3 sio † locum non habet, nisi quando succeditur auo,
vel patruo carnali.§.cum filius.insti.de hæred.quæ
ab intesta. & §. reliquum. & ibi Ange. in authent.
eodem. & Barto.in authen.post fratres. C. de suis,
& leg.

4 Tertiò † in successione vigore fideicommissi quis
vt veniens ex affectione testatoris,& non ex dispo-
sitione legis, non subintrat in locum patris. secun-
dum Bald.in l.cum ita. §.in fideicommisso. de leg.
2.sequitur Deci.alios sequaces allegando in cõs.1.
nume.4.versicu.tertiò non obst. & in consilio 478.
nume. 11.& in consilio 480. columna quarta. & in
l.2.C.de success.edic.vbi inter cętera dicit glo.in d.
§. in fideicõmisso. non tenere id,ad quod per Imo.
ibi, & per Docto. allegatur,cum dicat,quandoque
existentes in gradu impari succedere æqualiter, al-
legando dictam auth. cessante. quasi inferat id esse
verum in casu dictæ authen.secundum quam sic al-
legatam dict.glos. debet intelligi per doctri.vulga.
Barto. in l.non solum.§.liberationis. de lib. leg. &
non in casu d. §. in fideicommisso. eandem opin.
comprobant Iaso.Rui. Crot.& Rub. Alexandri. in
consilio 36. cum tribus sequent. inter consil. ipsius
Rub. Alexandrini. & consequenter succedit in ca-
5 pita, & non in stirpem, cum successio † in stirpem
procedat, vbi succedendo filius subintrat in locum
patris. dicto §. reliquum. dicta authen. cessante. &
d.§. cum filius. & facit, ac probat hanc consequen-
tiam text.in §.si vero. in dicta authen.de hæred. ab
intesta.

6 Quartò adiectio † hæc (salua gradus prærogati-
ua) posita, & repetita in dicto testamento,impedit
repræsentationem personę alterius gradus.authen.
defuncto.& ibi Pa.de Cast.dicit.C. ad Senatuscõs.
Tertullia.ponit Dec. in dicto consilio primo.nu.6.
& Paris. in consilio 30. numero 58. & consilio 37.
nume.57. & consilio 39. nume.10. & consilio 40.
numero 20. libro secundo. ergo & impedit succes-
sionem in stirpem, per supra proximè dicta.

Accedat etiam pro hac parte, quòd cum appel-
7 latione † proximiorum veniant nepotes ex fratri-
bus dicti testatoris, idem videtur, ac si testator eos
ad dictam substitutionem expressè vocasset nomi-
ne appellatiuo, scilicet substituo meos nepotes ex
fratribus: argumen.l.Titius.in principio. de libe.&
posthum. & l.siue.de duo.re. quo casu firmat Deci.
in consilio decimo.incipien.viso eleganti.quod est
mihi separatè impressum inter illa sua quadragin-
ta consilia à principio separatè impressa, quòd isti
nepotes in capita, & pro virili obtinent fideicom-
missum.per l.cum pater.§.hæreditatem. & l.vnum.
§.rogo.de lega.2.& l.Labeo.§.fina.de stat.liber. &
per alia quædam, & aliqua ex prædictis, vt ibi per
eum, quem refert Paris.in consil. supra alleg.

Vlterius cogitans, prædictis non obstantibus,
arbitror de iure verius esse, quòd isti filij fratrum
potius in stirpem, quàm in capita succedant in bo-
nis dicto fideicõmisso subiectis.& ad ita responden
dum hæc me impellunt. Primò, quòd vnum est
præcipuum in casu isto, inspici, & attendi debent,
non proximiores hæredis grauati, sed dicti testa-
toris, vt sunt hi fratrum testatoris filij, de quibus
agitur. id clarè cognoscitur ex ipso testamẽto,tum
ob primum caput fideicommissi iniuncti filio hæ-
redi, & eius descendentibus masculis in infinitum,
vt omnia bona testatoris sint subiecta strictissimo
fideicommisso, & remaneant in familia nobilium
de Portis,& hoc caput quoad vocatos respicit pro-
ximiores dicti grauati, per rationes allega. à Soci.
in dicto consil. 249. Tum etiam ob secundum ca-
put dicti fideicommissi, de quo agitur verificati
per mortem hæredis sine filijs masculis, & vocan-
tis expressè proximiores dicti Domini testatoris
masculos, adeo quòd in hoc articulo alioquin val-
de dubio penes Doctores,vt videre est ex alleg.per
Tiraquel. de vtroque retractu. in primo titu. §.11.
glo.2.numero 12. cum sequen. & alibi per Docto.
quòd debeant attendi proximiores testatoris, ha-
bemus declarationem ab ipso testatore, cuius vo-
8 luntatem sequi debemus, † vt in specie dicit Socin.
in dicto consil.249. columna decimaquinta. versi.
circa tertium. idem sentit Rui.in consil. 96. nu.16.
libro secundo. & in hoc casu rem esse claram dicit
Rub. Alexandri.in consilio 82. colum.fina. Aliud
est in casu proposito diligenter intuendum, quòd
9 per fideicommissum † dicitur succedi testatori.d.l.
cohæredi. §. cum filiæ. de vulga. & pupilla. & ibi
Pau.de Cast. in fi.& Ias.columna tertia.in septimo
nota. & Alexand.in consilio 100. nume.4.libro 7.
& Gozad.in consilio 89.nume.11.& hoc commu-
* niter inter Doct.dicitur,& tenetur. Aliud quoque
10 præmittendum est, quòd successio † ad fideicom-
missum regulatur ad formam graduum successio-
nis ab intestato,vt videre est per tex.in d.l.cum ita.
§.in fideicommisso. & in l.peto.§.fratre.de lega.2.
& in l.fina. C. de verborum significatio. & glos. in
versicu. proximo. in dicto §. in fideicommisso. ibi
applicata (vt etiam infra dicetur) ad text. loquen-
tem de successione ad fideicommissum, intelligit
& adducit casum, quando etiam filij fratrum suc-
cederent per dictam authen. cessante.quæ gl.com-
muniter tenetur teste Soci.in dicto consil.240.col.
12. versicu.tertiò.& in consilio 86.nume.13.lib.3.
& Rui.consilio 142.nume.14. libro tertio. & Goz.
consilio quarto.num.16.& Paris.consilio 76.nu.6.
lib.2.& consilio 50.nume.28.lib.3.

11 Hinc est, quòd in terminis nostris † substitutio-
num factarum in gratiam proximiorum, filij fra-
trum subintrantes locum patris ad fideicommis-
sum admittuntur. sentit Bald. in consilio 488. Ca-
sus talis est. libro tertio.qui ibidem in fi. & si id fir-
met, maximè quando tempore mortis testatoris
præmor-

præmortuo parente tales filij supersint, non refert
tamen, cum substitutio sit suspensa in futurum ca-
sum mortis hæredis, sufficit quòd sublato parente
tales filij supersint proximiores tempore aduenien
tis conditionis, sic limitatur.l. si cognatis.ibi alleg.
per Bald. vt tenet Alexand. in consilio 26. circa fi.
libro tertio. sequitur Dec. in consilio 299.nume.8.
& in consilio 217.in fin.& Socin.in d.l.si cognatis.
eandem prædictam conclusionem firmat Alexan.
in consilio 124.colum.2.lib.7.vbi sub nume.2. te-
net in simili substitutione filium fratris, seu sororis
repræsentare personam patris, sequendo glos.in d.
§.in fideicommisso. idem comprobat Iaso.in cons.
159.columna secunda. libro quarto.& Dec.in cõs.
217. columna prima. cum per fideicommissum suc
cedatur auo, vel patruo testatori. idem in consi.79.
& id semper videtur tenere Curt.Iun. in consil.57.
nume.8. & consil.128.nume.11. distinguendo ca-
sum, cum tractatur de succedendo auo, vel patruo
testatori pro fideicommisso, vt est casus noster, idẽ
sequitur Paris.in consilio 38. num.15.lib.2.& Rui.
dicto consilio 142. nume.14. & latè Rub.Alexan-
dri.in dicto consilio 82.columna fin. & Rip.in l.ex
facto. in principio.sub nume.7.ff.ad Trebellia. per
dictã glo. in dicto §.in fideicommisso. dicit proxi-
miores esse admittendos, prout ab intestato succes-
suri fuissent testatori, facit quod etiam scribit Dec.
12 in consilio 321. columna secunda.dum firmat †re-
lictum factum proximiorib. intelligi de proximio-
ribus succedentib.de iure ciuili eo ordine, quo pos-
sunt succedere ab intestato: Ex quibus omnib. fir-
matis ex commu.opinio. glos.& Docto.infero ve-
ram, & solidam resolutionem pręsentis quęstionis,
quòd cum isti filij diuersorum fratrũ repræsentan-
tes personas eorum patrum, habeant succedere eo-
rum patruo carnali, & in eius bonis, debent quidẽ
succedere in stirpem, & non in capita. per gloss. in
versicu.in stirpem.in dicta auth.cessante. latè com-
probat Bart.in l.2.§.hæc hæreditas. ff. de su.& leg.
hæredi. & in consilio.173. & Alexand.in consi.29.
columna prima.libro quinto. dicit hanc esse magis
* commu.opinio. & ab ea in iudicando non esse re-
cedendum, idem firmat Guid.Pa.in quæst.134. &
tantum habere debent quantum haberent eorum
patres si viuerent. Alexand.consilio quarto.nu.13.
libro quarto. & Ias.in d.consilio 159. colum.2. sub
versicu.sed præmissis.libro quarto. Ita enim succe-
ditur de iure communi, secundum magis commu-
nes conclusiones, vt dicit Alexand.in d.consil.29.
nume.2. ergo idem est dicendum esse de volunta-
13 te testatoris, quæ †etiam in substitutionibus cense-
tur conformis dispositioni iuris communis, iura, &
authoritates allegat Corn.in consilio 37.colum.2.
libro primo.& Curt.Iun.in dicto consilio 57.nu.8.
& consilio 128.numero 11. & Iaso. in consilio 84.
columna prima. libro primo. & alibi sæpe Docto.
dicunt: Quam quidem communem doctrinã cum
prædictis, puto decidere præsentem quæstionem,
vt supra dictum est.

Non obstant contraria superius adducta: Quia
14 respondendo ad primũ, opinio †Azo.& sequacium
volentium filios solos diuersorum fratrum succe-
dere in capita, est communiter reprobata, per glos.
Barto.& alios alleg.per Alexand.in dicto consi.29.
& per parlamentum dalphinale, vt per Guid. Pa.in
dicta quęst.134.à cuius parlamenti integerrimo iu
dicio recedere quodammodo nephas est, vt inquit
Deci. in consilio 230.columna penultima. & con-
15 silia † collegiorum sunt tenenda. Abb.in cap. pru
dentiam.de offic.deleg.ac etiam ab opinio.glo.vel
communi non est recedendum. per vulga.vt etiam
in terminis firmat Socin. Iun.consil.104. num.29.
& sequent.libro primo. Ad secundum responden-
do dicendum est, in casu isto potius esse attenden-
dos proximiores testatoris, & non grauati, vt supra
clarè demonstratum est.

Quod dicit Socin.Iun.in dicto consilio 126.sub
nume.49.per tex.in d.l.cohæredi. §.cum filiæ.non
probari per fideicommissum succedi testatori, non
est attendendum, quia est suum singulare dictum
contra omnes Docto. sic communiter allegantes
16 illum textum ad hoc, quòd †per fideicommissum
succedatur testatori, & stãdum est communi dicto
Docto. Bald.in l.1.in fin.ff.de Senat.quod proba-
ri per text. in dicto §.cum filiæ. vltra versic. nec fi-
deicommisso. ostendo per illum versicu. ibi, quòd
si hæredem filium, &c. cõtinentem substitutionem
fideicommissariam factam per patrem filio impu-
beri, & legitimum hæredem impuberis grauati co-
gendum esse ad restituẽdum patris hæreditatẽ, &c.
hæreditas patris, ibi sic nuncupata nil aliud desi-
gnat, nisi quòd eam fideicommissarius consequen-
do succedit patri grauanti filium. per l.nil aliud.ff.
de verborum significa.hoc est, quòd fideicommis-
17 sarius † dicitur hæres, & habetur loco hæredis, &
tenetur ad debita testatoris. vt l. si filius. ff. quod
cum eo. & l. postulante.§. fina.ad Trebellia.& §. si
vero.insti.de fideicommis.hæred. Quod per fidei-
commissum succedatur testatori, addo alium text.
si rectè intueatur, id probantem in l. credendum.
§. si verò maritus. ff. qui pet. tut. cum alijs alleg.à
Paris. in consil.93.num.36.libro secundo. & Alex.
consil.30.nume.3. libro secundo. & consi.15.circa
fin.libro quarto. facit etiam l.si postulante.§.fin.&
quod ibi Barto. & alij tradunt. ff. ad Trebellia. id
vbique Docto.notare dicit Tiraquel.de retractu ti.
1. §.11.glo.1.nume.fin.& si post aditam hęredita-
tem bona efficiantur hæredis, non ita tamen sim-
pliciter dici potest de bonis fideicommisso subie-
18 ctis, quæ †possunt auferri adueniente cõditione.l.
fi.§.sinautem.C.commu. de leg. aliquid enim non
19 dicitur effici eius, †à quo potest euelli.l. non quo-
cunque.in princ.& ibi Pau. de Cast.& alij nota. de
lega.1. in specie tradit Paris. in consil.9. nume.96.
20 libro secundo. & certi iuris videtur, bona † alij re-
stituenda non remanere in hæreditate hęredis gra-
uati.l. vnum.§. si de falcidia.de lega.2.latè cõpro-
bat Aymo.Cra.in consil.144.col.1.vbi dicit fidei-
commissarium capere ex primo testamẽto grauan-
tis, & tanquam eius hæredem, & non ex testamẽto
hæredis

hæredis grauati, etiam q ab eo sit hæres institutus,
non refert, q dicatur mediatè hęres, dummodo effe
ctu sit hæres grauantis, vt per tex. in d.l. si filius. §. 1.
21 quod cum eo. non curatur enim de modo, † dum-
modo habeatur effectus. l. cum seruus. de verb. obli
gatio. l. 2. C. de ali. pu. præst. cum simil. q fideicom-
missarius in effectu sit hæres. glo. fin. expressè dicit
in l. vbi. §. fi. ad trebe. effectus ergo attendendus est,
q filij fratrum succedũt patruo in hoc casu. & istam
* esse magis communem resolutionẽ dicit Curt. iun.
in consi. 161. nume. 1.

Tertium contrarium cessat, quoniam glo. in d. §.
in fideicommisso. volens in fideicommissis succedi
eo modo, quo succeditur ab intestato, etiam q filij
fratrum subintrent in locum patrum. per Imol. ibi,
* & communiter est approbata, vt supra dictum est, at
testari per Soci. Rui. Goz. & Paris. in consi. supra al-
leg. non videtur concludens ratio Bal. ibi eã repro-
bantis, q in fideicommissis attendatur affectio testa
toris, & propterea non procedat authenti. cessante.
alleg. per glo. quæ loquitur ab intestato. & maximè
id non concludit, quando fideicommissarij sunt in-
certi sic in genere comprehensi sub nomine proxi-
22 miorum, quia † affectio non datur erga incertos. l.
qui filiabus. in princ. de leg. 1. cum ibi not. & alleg.
per Alex. in consi. 29. col. 3. in princ. lib. 3. sic in ter-
minis respondet Soci. in consi. 113. col. 2. sub ver. se
cundo cõtra Bal. lib. 1. par affectio videtur istorum
proximorum sic substitutorum nomine collectiuo,
& venientium ab intestato, qui etiam dicuntur suc-
cedere ex tacita voluntate defuncti. l. conficiuntur.
§. 1. ff. de iure codicil. vbi est not. tex. loquens etiam
in fideicommisso, æquiperando affectionem defun
cti, quam censetur habere erga legitimos hæredes
succedẽtes ab intestato. & hoc semper reputauit in-
solubile fundamentum Curtius Iun. dicto consilio
quinquagesimoseptimo. numero octauo. & ad idẽ
per Soc. in consi. 51. num. 19. libro quarto. & Ruin.
in consil. 163. nume. 7. & sub nu. 8. lib. 1. dicit com-
* mun. opin. esse cum d. glo. & ab ea in iudicando nõ
esse recedendum. & per Alexand. consi. 26. col. fin.
lib. 3. nam testator deficiente filio hærede sine filiis
masculis substituit suos proximiores masculos in ge
nere, quasi velit eos succedere eo ordine, quo suc-
23 cederent ab intestato. quia † proximiores sunt, qui
capiunt hæreditates ab intestato. l. prima. §. penulti.
ff. vnde cogn. l. secunda. §. hæreditas. de suis. &
legit. cum vulgatis. & ordo succedendi datur in au-
thentic. de hæredib. ab intestato. & in dict. authent.
cessante. qui debet esse hic, vt supra conclusum est,
vt dispositio testatoris sit conformis dictis iuribus
24 communibus. per supra allega. quia † hæreditas sic
obuenit dispositione hominis, sicut dispositione le
gis. l. lege. de verborum signifi.

Parcat Dec. credo q male loquatur dicens gloss.
in d. §. in fideicommisso. non sentire modum succe
dendi per d. authen. cessante. procedere, & applica-
ri ad text. d. §. in fideicommisso. quinimò contra-
rium apparet. cum tex. ibi dicat, eos admitti ad fidei
commissum, qui ex his proximo gradu sunt procrea
ti, videtur se confirmare cum dispositione genera-
lis iuris, volentis venire ad successiones, qui proxi-
mo gradu sunt iuncti defuncto. dict. l. prima. §. pe-
nultimo. vnde cog. meritò glo. in dicto versicu. pro
ximo exponendo text. in proximo gradu. secũdum
dispositionem nouissimi, & specialis iuris. d. auth.
cessante. statim subiungit, & dicit, quandoque qui
sunt in impari, & sic in vlteriori gradu, æqualiter
admittuntur, vt filij fratrum, &c. admittuntur. de-
bet intelligi, scilicet ad fideicommissum. vt hæc gl.
intelligatur etiam secundum d. §. in fideicommis-
so. ad quem applicata est. argument. l. imperator. ff.
de in di. adiect. & vt intelligatur secundum subie-
ctam materiam successionis ad fideicommissum,
25 sicut verba † sunt intelligenda. vulga. l. insulam. de
præscript. verb. l. si vno. in princip. loc. cum simil. cu
mulatis per Cagno. in l. semper in obscuris. de reg.
iur. & in rubr. nume. 21. si quis iusd. non obtempe.
sic effectualiter respondet Goz. in d. consi. 4. sub nu
me. 33.

Quartum & vltimum contrarium, quod videba
tur aliquantulum vrgere, quoque non refragatur
de clausula, salua gradus prærogatiua. Ad quod re-
spondetur. Primò, quòd tota vis huius contrarij
fundatur in authentic. defuncto. C. ad tertull. & in
eo, quod Pau. de Castr. dicit, ibi patrem non posse
repræsentare personam filij prohibente textu ibi, in
illis verbis, salua gradus prærogatiua. hoc ideo ibi
procedit, quia talia verba respiciunt personas colle
ctiuè nominatas, quæ aliàs de iure communi non
subintrant gradum alterius, prout & taliter similia
verba leguntur in §. si verò. in authen. de hæredi. ab
intesta. directa ad personas non subingrediẽtes gra
dum alterius, & idem important, prout hęc, hos prę
poni iubemus, qui proximo gradu reperiũtur, ascri-
pta in §. consequens. in authen. eo. vnde sumpta est
d. authen. defuncto, ergo non operatur in filiis fra-
trum de iure communi repræsentantibus personam
patris, etiam in fideicommissis, datis proximiori-
bus. per ea quę fusius adducta sunt supra in funda-
mento, & rationibus allega. pro decisione nostræ
26 quæstionis, quia proximiores † semper dicuntur,
qui sunt in proximo gradu, & quos nemo antece-
dit. l. proximus. de verborum signi. & inter eos quo
ad successiones semper subintelligitur clausula, sal-
ua gradus prærogatiua, vt videre est ex d. l. 2. §. hæ-
reditas. de su. & leg. hæred. & l. peto. §. fratre. de le-
gatis secundo. semper in specie proposita, coad-
iuuante illa communi conclusione, quòd volun-
tas, & dispositio testatoris censeatur conformis
dispositioni iuris communis.

Secundò, & his consequens est, quòd in fidei-
27 commisso † dando proximioribus, & in familia
semper intelligitur, & inest clausula, salua præro-
gatiua gradus. per dicta l. cum ita. §. in fideicom-
misso. & dicta l. peto. §. fratre. & clarius per l. fina-
i. l & ibi Paul. de Castr. C. de verborum significa-
tion. per quæ iura ita expressè dicit Decius in

consi.299.circa fin. & Ludo.Bolog.in consilio 43. columna secunda. versicu. quarto aliud præmitto.
28 † expressa à testatore eo modo, quo de necessitate inest nihil debet operari, per generalem regulam. l.non rectè.C.de fideiuss.& l.3. & ibi Barto.& alij, de legatis primo.& Bartol. in l. nonnunquam. de conditio.& demonstrati.cum simil.& sic potest dici funditus euulsum, & remotum dictum contrarium. Tertiò in casu isto non repugnant dicta verba, salua gradus prærogatiua, quia omnes dicti filij fratrum sunt in eodem, & pari gradu successibili patruo, qui proinde non diuersus gradus, & corruptus est, sed præsentatus, secundum Bald. in l.prima.columna penultima.versicu.ibi gradibus. C.de secund.nupt. in prima lectu. in similitudinem fratrum, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocentur, paternum ad ingredientes gradum, & illius ferentes portionem, sic formaliter inquit tex. in authentic.vt fratrum filij.in principio. remanet igitur
29 firma dicta conclusio, quòd filij † fratrum loco, & gradu parentum succedunt patruo in stirpes, per superius allega. non obstat, quòd dicit Deci.in dicto consilio decimo. separatim iam impresso, quia loquitur in diuerso casu, quo nepotes à testatore erãt instituti, & substituti, & sic æqualiter veniebant.per l.quotiens.§.hæredes.ff.de hæredi.institu.& in casu, quo pater adhuc viuebat, cuius ergo gradum, & locum filij non poterant occupare, itaque ex diuersis, &c.& alia, quæ allegat corruunt per supradi-
* cta excerpta ex communibus opinionibus doctorum.
30 Et quatenus sæpius dicat, † verba testatoris esse intelligenda, prout sonant, id verum est, vbi certam habeant significationem. per l.non aliter. in princip.de legatis tertio. secus est in verbis legalibus, & æquiuocis habentibus significationem, & intellectum ex legibus, secundum quas ideo debent intelligi.per l.si pater.ff.de hæredi.institu.tradit Bald. in l.voluntatis. columna prima. C. de fideicommiss. vt verbum, proximiores, de quo agitur, significationem, & intellectum habet ex legibus, & iuribus supra allega.at solum nominatio,
31 † quæ fit per nomina propria vocat aliquem ad viriles.dicit Barto.per text.ibi, in l.turpia. §.finali. in fine.de legatis primo.facit & Socin.Iun.dicto consilio centesimoquarto.columna penultima. lib.1. In hoc autem non repugnat voluntas testatoris, dummodo eius bona sint penes suos proximiores ex familia de Portis, etiam si vnus esset proximior, ex voluntate testatoris consequeretur fideicommissum.vt l.vnum.§.rogo. in fine. de legatis secundo. & l.qui duos.§.primo.de rebus dub.& l.secunda.§. legitima.ff.de suis & leg.hæredi.& melior text.in l. filiusfamil.§.penultimo.de legatis primo. vbi quid dicitur esse in familia relictum, etiam si omnibus inæqualiter esset datum. Itaque cum in specie proposita per fideicommissum succedatur testatori patruo carnali, & proximiores ipsius dicti testatoris vocati veniant ordine succedendi, quo succedere-tur ab intestato, & filij fratrum etiam ad hoc fideicommissum subintrant locum, & gradum patris, & deberent succedere patruo ab intestato in stirpes,
* & hæc firmata sint per magis communes opiniones doctorum. de quibus supra habetur, & secun-
* dum communes opiniones doctorum sit iudicandum, reliquum est, fore iudicandum, dictos filios fratrum consequi dictum fideicommissum, & diuidere debere in stirpes, & non in capita.

Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM XXXVIII.

ARGVMENTVM.

De rebus ecclesiæ non alienandis. Quòd venditio terrarum facta per Priorem & conuentũ Monasterij Sanctæ Mariæ seruorum, pro certo prætio satisfaciendo in affictibus certi redditus annui in bonis ab emptore emendis, & interim pro precio prædicto, & vsufructu, & introitibus percipiendis ex bonis emptis dictus affictus annuus solui debeat, non valeat.

SVMMARIVM.

1 Res ecclesiarum, & monasteriorum generaliter prohibentur alienari.

2 Res ecclesiæ, vt possint alienari, quæ requirantur. & nu me.14.

3 Monasterij bona vt possint alienari, cuius consensus requiratur.

4 Bona immobilia fratrum ordinũ seruorum ex constitutionibus sibi concessis à diuersis Pontificibus, non possunt alienari, nisi proponatur, & approbetur alienatio in capitulo generali.

5 Alienationem proficuam esse conuentui, fratribus asserentibus non statur.

6 Assertiones, & confessiones contrahentium in prohibitis non probant, neque præiudicant.

7 Ius in re est firmius, & securius, quam actio in personam.

8 Solutiones particulares afferunt plurima incommoda, & malum reputatur ius alicuius in plures debitores distringi.

9 Rerum ecclesiæ in alienatione tractari, et attendi debet id, quod non est dubium esse proficuum, & vtile ecclesiæ.

Contractus

10 *Contractus rei ecclesiasticæ, non seruata forma requisita, non valet, nisi ecclesia vellet contractum ratificare adhibendo debitas solemnitates.*

11 *Solemnitas inducta ex cursu longi temporis, quando non præsumatur.*

12 *Coniecturis non est opus, vbi sumus in claris.*

13 *Venditio rei ecclesiasticæ (vno ex multis requisitis non seruato) in totum corruit, & est communis opinio.*

15 *Statutum Vincentiæ de contractibus rectorum ecclesiarum, expenditur, & nu. 58.*

16 *Religiosis etiam non est attributa potestas disponendi de rebus ecclesiæ, non seruata forma à statutis, & iure tradita, & alijs solemnitatibus.*

17 *Consuetudo, seu constitutio contraria concilio generali non est seruanda.*

19 *Rectores instituuntur in ecclesiis sæcularibus habentes curam animarum.*

20 *Administratores ecclesiarum sunt loco prælati in ecclesiis, habentes liberam, & generalem administrationem.*

21 *Ecclesia regularis an veniat sub hoc termino, ecclesia, secundum vulgarem modum loquendi.*

22 *Capitulum propriè est congregatio ecclesiæ sæcularis. Conuentus verò dicitur congregatio ecclesiæ regularis.*

23 *Capituli nominatio facit intelligi de ecclesia sæculari, et non conuentuali.*

24 *Statuti verba sunt intelligenda propriè, & secundum communem vsum loquendi.*

25 *Regulares non habent ita plenam administrationem, sicut sæculares.*

26 *Constitutio specialis derogat statuto.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.



Onsultus respondi non valere venditionem plurium petiarum terrarum, de anno 1532. die 8. Maij per Priorem, & fratres conuentus Sanctę Mariæ seruorum de Monte extra Vicentiam factam Domino Hieronymo de orglano, pro prætio ducatorum 500. satisfaciendo ad voluntatem emptoris in vna, vel pluribus vicibus, assignando tot affictus ad liuellos perpetuos ad rationem sex pro centenario cum bonis fundis à bonis venditoribus acquisitis, quòd quælibet assignatio non sit minoris summæ capitalis ducatorum 100. & interim donec vsquequo fuerit satisfactum monasterium de dicto prętio ducatorum 500. emptor soluere promisit dictis fratribus ducatos 30. ad rationem, vt supra pro vsufructu, & introitibus percipiendis ex bonis venditis, quolibet anno, cum facultate se liberandi, assignando tot affictus liuellariorum, ut supra, vt continetur in instrumento manu publici notarij superinde confecto.

Requisitus, vt scribam iura, quibus moueor ad ita
respondendum, dicebam, ea quidem in promptu esse, & nota ac vulgaria, quis enim ignorat extare ge-
1 nerales prohibitiones † alienationis rerum ecclesię,
& monasteriorum traditas in rub. & to. tit. extra de
reb. eccle. non ali. & lib. 6. & in cle. eod. tit. & efficacius vltimo loco in extrauaganti Pauli Papę. 2. incipiente. Ambitiosæ cupiditati. Impressa & inserta in extrauagan. Communibus sub eo. titu. de reb. eccl. non alienan. Hæc est in his firma & generalis regula, à qua in iudicando non est discedendum. ut in similibus terminis arguit Barb. in consiliodecimoquarto. column. j. libro secundo. & Dec. in consilio centesimoquadragesimosecũdo. columna secunda. nisi doceatur de exceptione, quæ sola est conce-
2 dens alienationem bonorum ecclesiæ, † his duobus concurrentibus, scilicet causa necessaria, vel euidenti vtilitate ecclesiæ, & forma debita huiusmodi alienationis. vt capitu. primo. eo. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. & cle. prima. eo. loquen. de bonis monasteriorum. Quæ exceptio hic non probatur, quia deficiunt illa duo requisita.

Deficit autem forma, quæ dat esse rei. l. Iulianus. §. si quis ad rem. ff. ad exhibend. & quæ in casu isto datur, quòd solemnis, & diligens tractatus exigi-
3 tur, & consensus † episcopi requiritur, si monasterium non sit exemptum, si vero sit exemptum, requiritur consensus illius superioris, qui in monasterio habet plenum ius, & iurisdictionem, quasi episcopalem. dict. capitulo primo. & dict. cle. prima. & capitulo abbatibus. duodecima quæsti. secunda. & capitulo in venditionibus. decimaseptima quæstio. quarta. & ibi gloss. & docto. tradunt. & ista forma hic non interuenit, ut videre est ex dicto instrumento, ex constitutionibus diuersorum pontificum cõ-
4 cessis, habent illi fratres † ordinis seruorum, quòd bona eorum immobilia non possint alienari, nisi proponatur, & approbetur alienatio in capitulo generali, sic aliis obtinui annullari concessionem perpetuam bonorum stabilium, factam per priorem, & fratres unius monasterij istius ordinis seruorum nõ approbatam in capitulo generali. Deficit quoque causa necessaria, & euidens vtilitas dicti monasterij, quę nulla assignatur, nisi quòd in dicto instrumẽto dicitur, agnoscentes præsens instrumentum pro-
5 ficuum, & vtile esse. suo conuentui, quibus † sic dicentibus in hoc credi non debet. Gemin. in dict. capitulo primo. columna prima. vers. no. optimum. de rebus eccle. non alien. lib. 6. & ibi Philip. Franc. columna prima. in quarto not. Nota est iuris regu-
6 la, quòd in prohibitis † assertiones, & confessiones contrahentium non probant, neque præiudicant. l. qui testamentum. ff. de prob. cum simil. adduct. per Tiraq. in l. si vnquam. ver. donatione. nu. 91. de reuocan. donatio.

Quinimò contrarium apparet ex ipso instrumento, cum amittatur dominium directum bonorum venditorum, & ius reale prætextu obligationis personalis consequendi annuos affictus ab emptore, & ab aliis assignandis pro liuellis perpetuis, firmius
7 enim, & securius † est ius in re, quàm actio in

personam.l.plus cautionis.& ibi Dec.& Cagn.latè
scribunt.de teg.iu.& moder.in rub.si cer.pe.eo etiã
inspecto,q talis affictus potest diuidi ex conuentio
ne ascripta in dicto instrumento, & assignari in plu
ribus vicibus,& summis capitalis ad minus centum
ducatorum,& spacio temporis potest etiam deueni
re ad plures hæredes obligatorum, & sic in multas
particulas debitorum diuidi, & demũ ad nihilũ de
uenire,vt experiẽtia docet,& p iura alle.ab Ay.cõs.
256.ĩ pr.certi iuris est particulares solutiones affer
8 te plurima ĩcõmoda,† & malũ teputari,ius alicuius
in plures debitores distringi.l.planè. ff.fam.herci.l.
ne in plures.de exerci.& l.iam tñ.§.pen.iud.sol.de-
9 bet.n.in alienatione bonorũ ecclesię † tractari,& at
tendi id,qđ non est dubiũ esse proficuũ, & vtile ec-
clesię.p tex.expressum.in c.sine exceptione.12.q.2.
Quilibet,vt audio,affirmabit esse & reputari vti-
lius,& securius habere ex suis fundis propriis ad ra
tionẽ quatuor pro centenario, quàm sex ex affictu-
bus,& liuellis,per rõnem prædictã,q obligati pro li
uellis possunt separari in plures & minimas particu
las,& cũ maxima difficultate,vt plurimum exigi &
consequi.Præterea non habeo pro tuto(quęq; sit re
gionis consuetudo)q licitè possint dicti fratres acci
pere ab emptore certam summam duc.30.donec &
quousq; satisfecerit de d.precio duc.500. non reser
uato interim in bonis venditis directo dñio pro ip
sis venditorib.per ea quæ alios allegando tradit So
ci.in consi.130.li.4.& Deci.in consi.119.col.4. qđ
vti non necessariũ,aliter nõ prosequor,& si vtilis re
putaretur talis cõtractus d.conuentui, tñ cũ forma
10 requisita non fuerit seruata,nõ valet cõtractus,† ni-
si ecclesia vellet contractũ ratificare,adhibendo de
bitas solẽnitates.vt per Ias.in l.cũ hi.§.eã. ff.de tran
sact. sentit Deci.in c.quæ in ecclesiarũ. in 5.not.de
const.dum respondet cl.1.& c.1.de re eccl. non ali.
in 6.non procedere si ecclesia contractũ sibi vtilem
velit obseruari,sed velle potest, cum in ratificando
seruaret formã requisitam in contractu ipso princi
pali, vt requiritur seruari.Dec.in consi.532.nu.2.&
consi.536.nu.6.Alex.in consil.129.sub nu.2. lib.1.
& Aretin.in consi.127.col.3.ver.venio ad tertiam.
Quod facit vt nõ possit dici inductã esse ratificatio
nem dicti contractus per receptionem dicti affictus
plurium annorum per fratres dicti conuentus factã
à dicto emptore.
11 Nec præsumitur solẽnitas † inducta ex cursu lon
gi temporis,cum per lectionẽ instrumentorũ inter
dictas partes factorum appareat non interuenisse,
& expressè debet interuenire consensus superioris.
Fede.de Sen.in consi.142.Alex.consi.9.col.fi.vers.
non ob.si diceretur.lib.3.& consi.1.col.penul.in fi.
lib.4.Afflict.in deci.107.nu.5.& 345.nu.5. Dec.in
consi.564.nu.13.& Crau.in tract. de antiq. tem.in
3.par.nu.15.aparet ex instrõ uenditionis minus le
gitimè interuenisse solum consensum Prioris,& fra
trum dicti conuentus, & ex instrumento confecto
de anno 1555.die 1. Septembr. apparet expressam
conuentionem factam, q dicta venditio debeat ra
tificari & approbari in generali capitulo dictorum
fratrum, ex quo demonstratur nullam approbatio
nem capituli generalis interuenisse, quia non fru-
stra fuisset conuentum interuenire.l.si quando. de
lega.1.Quam venditionem(vt præsupponitur)tunc
12 generale capitulum noluit approbare,ideo † sumus
in claris,& non est opus coniecturis.l.continuus.§.
cum ita.de verb.oblig.
Licet etiam solemnitas præsumeretur per longũ
tempus,tamen cum appareat neq; tempore vẽditio
nis,neq; modo adesse causam necessariam, vel eui-
dentem vtilitatem monasterij,vt fieri deberet hæc
venditio,cessat vnum requisitum pro eius validita-
13 te,& consequenter† in totum corruit secundum cõ
* munem opin.doct.vt per Gemin.in c.2.in pr.col.2.
versi.quid si alienatio.de reb.ecc.non ali.li.6.Abb.
in c.1.col.pen.ver.in gl.pe.de rest.in integr. & in c.
nulli.extra de reb.eccl.non ali.hac ratione, q pari-
ter iura prohibent alienationem,respectu formę,&
respectu causæ.vt in d.c.sine exceptione. & in cl.1.
eo.ti.Quãuis in isto casu possit aperta frõte dici ces
sare vtrumq; requisitum.s.casum à iure concessum,
& formam,ergo clarius est,nos esse in d.regula pro
hibitiua alienationis, & pronũciari debere dictam
venditionem nullam & inualidam,& restituere bo
na alienata ipsi monasterio,vt etiam in similib.ter-
minis cõcludunt Io.de Imo.in con.116.nu.3. & 8.
Gem.in cõsi.48.Cor.ĩ cõs.243.li.2.Barb.in cõ.14.
col.1.& seq.li.2.Soc.in cõsi.29.li.1. & in consi.52.
lib.4.Dec.in consi.142.& consil.282.nu.6.& in ter
minis expressis non solum in venditione perpetua,
sed in locatione facta ad longum tempus per prio-
rem,& fratres vnius monasterij ordinis seruorum,
vt est nostrum, de quo agitur, defectu consensus su
perioris non interuenientis,& tractatus non habiti
respondendo argumento de solemnitate præsum-
14 pta per longum tempus,† alienationem huiusmodi
non valere consulendo firmat Alex.in cõsi.17.col.
1.& seq.lib.4. Quod quidem consilium cum supe-
rius etiam allegatis est decisiuum præsentis quęstio
nis,& hæc scripsisse sufficiant.

Venit continuatiuè ad præcedens, & est in eadem causa.

VT audio,meum præcedens responsum ema-
natum in fauorem Monasterij fratrum ordi
nis seruorum Sanctæ Mariæ de Monte, ex-
tra nobilem ciuitatem Vicẽtinam,refricatur in du-
15 bium ob statutum dictæ ciuitatis. † rub. de contra-
ctibus rectorum ecclesiarum, disponens contra-
ctus factos per rectores,siue administratores eccle-
siarum cum consensu suorum capitulorum, vel con
sensu domini Episcopi Vicentini, debere firmiter
obseruari,nec incumbere creditori necessitatẽ pro-
bandi,q in vtilitatem ecclesiæ versum sit mutuum,
siue alia quæuis obligatio.
Adhuc respondeo,tale statutum non obstare, du
pliciter.Primò ob inualiditatẽ dicti statuti.Secũdò
quia sumus extra casum eiusdem statuti.Primũ.n.li
16 quet, quòd laici non † possunt facere statuum, seu
constitutionem approbãtem alienationem bono-
rum

rũ ecclesiæ factã ĩ casu nõ pmisso,& nõ seruata forma,cũ eis ẽt religiosis nulla sit attributa prãs dispõnẽdi de reb.ecclesiæ, & alias eorum diceretur potius destitutio, vel destructio, quàm constitutio. per tex. in terminis.& expressum in cap.fi. extra de reb.ecc.nõ ali.q emanauit sic disponẽs ex sacri Cõcilij approbatione,vt ibi dr,& ibidẽ Io. And. vltra mediũ suæ lecturæ dicit,hoc.n. est Conciliũ gñale

17 seruandũ vt Euãgeliũ,ergo † nõ valet cõtraria consuetudo vel cõtraria cõstitutio.c.fi. de cõsuetu. idẽ dicit Bal.in ti.de pace cõstan. §.Imperialis.col. pe. propẽ fi. ad idẽ ẽ tex.in c.q̃ in ecclesiarũ.& in c. ecclesia S.Mariæ.de cõst.& ibi latissimẽ per Canõ. & per Legist.in l.cunctos populos.C.de sum.Tri. & fi de ca.& per Abb.plenẽ in consil. 26. libr. 1.

18 Secundũ ẽt apparet,quòd dictũ statutũ † loquitur de cõtractib. factis p rectores ecclesiarũ secularıũ, nõ vero monasteriorũ & ecclesiarũ regulariũ. quod demõstratur ex pluribverbis ipsius statuti cõuenietib. ecclesijs secularibus,& nõ regularibus.dicit.n.(contractus facti per rectores siue administra

19 tores) Rectores † instituũtur in ecclesijs secularib. hñtes curã aiarũ.vt c.fi.d̃ pb.& c.3.d̃ cle.eg.& c.fi. §.vbi aũt.& §.dioecesani. d̃ deci.in 6.& administra

20 tores ecclesiarũ † sunt loco prælati in ecclesijs, habentes liberã & generalem administrationem.c.is cui.de elec.in 6.Abbas verò & prior d̃ præpositus ecclesiæ regulari,& monasterio, vt c.fi.de regul.& c.cũ ad monasterium.§.fi.de sta.mona. Sequitur in d.statuto dictio,ecclesiarũ,q̃,& monasteriũ,ponuntur vt diuersã.§.pe.in auth.de nõ ali.& c.l.1.de reb. eccl.non ali.dicit not.ad propositum nostrũ Card. in cl.1.col.1.ver.quo aũt ad primũ.de supplẽ.negl.

21 pla.ꝙ † scdm vulgarẽ modũ loquendi,sub hoc termino,ecclesia,non solemus appellare ecclesiã regularem,subiungitur ẽt in d.statut.cũ consensu suorũ capitulorũ,vel cõsensu D.Epis. qd̃ magis intelligit loqui,nõ de religiosis regul.q.a & si hoc nomẽ capi

22 tulũ † diuersimodẽ accipiat. vt p doc.in c.capitulũ. de resc.tñ ꝓpriẽ capitulũ est cõgregatio ecclesiæ secularis,cõuẽtus verò dr cõgregatio ecclesiæ regularis.vt expressẽ dicit Ant.de Bu. in c.innotuit.col.j. ver.veniamus ad primã. de elect.Imo.in d.c.capitulũ.& ibi ad Abb.est plena apostil.prima.& Cardin. in d.cl.j.in 9.not.de reb.eccl.non ali.& Rip. in c. j.

23 nu. 3.de iudi.& nominatio capituli † facit intelligi de ecclesia seculari,& nõ cõuẽtuali,sequẽdo Host. firmat Io.And.in c.nisi essent. col.j.de præb. & ipsum Io.And.sequendo firmat Gemi. in c. quia sæpe.nu.6.de elec. in 6.ob id.n. in terminis alienationis fiendæ per rectorẽ ecclesiæ secularis dr de consensu capituli sui,in tex.c.j.de reb.eccle.nõ ali.in 6. & respectu alienationis fiendæ per regulares dr de consensu conuentus,& non capituli,in tex. cl.j. eo. ti.expressẽ sentit Soci. in cõs. 29. col.4. ver. tertio principaliter.lib.j.cũ dicat cõsensũ capituli, si est p̃latus ecclesiæ secularis, & si est prælatus ecclesiæ regularis,consensum conuentus requiri.

24 Cũ ergo verba † statuti sint intelligendæ propriẽ, & secundũ cõem vsũ loquendi.l.3.§.hæc verba. ff. de neg.gest. Bar.& alij in l.oẽs populi ff.de iusti.& iur. Abb.& Feli.in proœ.decr.cũ vulg.clara sit conclusio,quòd dictũ statutũ non comprehendit contractus factos per personas regulares monasteriorũ.rõ põt assignari,q̃a diminuẽdo formã cõtractuũ factorum per personas ecclesiasticas, rationabile est non contineri contractus factos per regulares,

25 sed per seculares, quia † regulares non habent ita plenã administrationem,sicut seculares,ita dicit Imo.in d.cl.1.col.2.ver.quare aũt magis.de reb.eccle.non al.& videmus rectores ecclesiarũ perpetuo esse in administratione,priores verò monasteriorũ esse per annum,& ad nutũ superiorũ. Cũ ẽt fratres ordinis seruorũ habeant eorum specialẽ cõstitutionem p summos Põtifices approbatã,ꝙ alienatio eorũ bonorum non valeat sinẽ consensu,vel approbatione capituli generalis,debet hæc eorum constitu

26 tio † specialis,& non dictũ statutum eis seruari. ar. l.anthiocensiũ.ff.de priui.cred.expressẽ sentit Soc. in d.cons.29.col.5.ver.quinimò aduertendũ. lib.j. de qua speciali eorũ constitutione perquirere debebat contrahens cũ dictis priore,& fratribus.per l.is qui cũ alio.& ibi not.de reg.iur. at satis est,ꝙ verba d.statuti,vt s̃.multifariã demonstratum est, non cõueniunt contractui facto p d.Priorẽ, & fratres, de quo agitur,nec eius dispositio põt conuenire.l.4.§. toties.& ibi doct.no.ff.de damn.infec.cũ vulg.hæc aũt,& simul in contractibus bonorũ cuiuscunq; ecclesię text.in d.c.fi.de reb.eccl.non ali.me mouent ad tenendum firmiter, ꝙ tale statutum dicto meo responso nullo pacto refragatur. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisconſ.Pisauren.

CONSILIVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

Fideicommissaria substitutio compræhensa sub his verbis,Hęredes instituo tres filios meos, & filios nascituros ab eis in infinitum, per fideicommissum,respectu filiorum hæredum institutorum,&nasciturorum,intelligi tur facta eorũ patribus, & in eorum portione, ordine quodam successiuo,& non patruis, nec in eorum portione.

SVMMARIVM.

1 Dictio,vsq; in infinitum designat euentum temporis futurum mortis, & hæredum institutorum, & filiorum eorum,cum non possint viuere in infinitum. & nu.3.

2 Verbum,instituit,pro filijs nascituris hæredum institutorum in infinitum,exponitur pro verbo,substituit.

4 *Verba, quia vult & intendit ipse testator, &c. quid importent.*
5 *Dictio, quia, dispositionis rationem, & causam designat.*
6 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
7 *In Fideicommissis mens testatoris, etiam ex coniecturis ostēsa magis attenditur, quam verba.*
8 *Casus habetur pro disposito, si testator interrogatus ita verisimiliter disposuisset.*
9 *Bona laicorū ingredientiū religionē non acquiruntur monasterio, Venetiis, per legem Serenisś. Dominij.*
10 *Monasterium non excludit substitutum, in dominio venetorum, & in regno Francia.*
11 *Iuris ratio non prius quaritur in relictis, quam eius, cui relinquitur, & à quo.*
12 *Relatiuum, eorum, plurale, resoluitur in singularitatē, & quomodo*
13 *Verba, & filios nascituros, &c. vt correllatiua ostēdunt patrem,*
14 *Argumentum à correllatiuis ualidum est ad declarationem, & cognitionem alterius ex correllatiuis.*
15 *Filij positi in conditione censentur, quando sunt in dispositione vocati ad portionem patris, & ei substituti, & non eius cohæredibus.*
16 *Partes adiecta in institutione, censentur repetita in substitutione.*
17 *Generi per speciem derogatur.*
18 *Specialitas, siue pracedat, siue subsequatur, quando est posita causa determinationis, vel limitationis generis pracedentis, derogat generi.*
19 *Testator quod non dixit, neque nos dicere debemus.*
20 *Testator neu prasumitur velle, quod non loquitur.*
21 *Substitutum vltimò admissum, non teneri ad restituendum fideicommissum alij, ex quo testator non expresse. ex Craue. consi. 161. nu. 16.*
22 *Substitutio dubia interpretatur contra nitentem ex eas*
23 *Filij nascituri in infinitum, & sic descendentes, quod cēseantur ordine successiuo vocati, primò ad portionem parentum, deinde patruorum, vt successuri essent ab intestato, quomodo procedat, declaratur.*
24 *Inducta ad vnum effectum, non debent aliud operari.*
25 *Testator non prasumitur incontinenti se correxisse, & mutasse, quod modò fecerat.*
26 *Fideicommissi extensio etiam ex eadem ratione ex tacita, aut verisimili mente testatoris prohibita est.*
27 *Testatoris mens verisimilis non attenditur, nisi dispositiuè loquatur.*
28 *Ratio, quia vult, & intendit ipse testator, &c. non ampliat dictum, sed declarat circa omnia bona fideicommisso subiecta.*
29 *Exceptio non ampliat regulam, vt porrigatur ad casus ad quos primò non porrigebatur.*
30 *Specialitas detracta ex generalitate causa alicuius persona, deficiente ea persona, non reuertitur amplius ad ipsam generalitatem.*
31 *Ratio agnationis conseruanda procedit in filijs institutorū, et eorū filijs respectu portionū parentū, quibus sunt substituti, et non patruorū, quibus non sunt substituti.*
32 *Voluntatis mutatio incontinenti, & correctio non prasumitur.*
33 *Verba legis municipalis sunt diligenter inspicienda.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.

IN testamento nob. viri Nicolai de prouincialibus à Seta ciuis Vicentini huiusmodi hæredum institutio legitur. in omnibus autem aliis suis bonis immobilibus iuribus, &c. suos hæredes vniuersales instituit æqualiter suos filios Antonium, Aloysium, & Paulum, Antonium ex prima vxore, Aloysium, & Paulum ex secunda. Adeo q̄ quisq; habeat tertiam partem bonorum immobilium ipsius testatoris, vltra legata prædicta, & filios nascituros ab eis, & filiorū filios, vsq; in infinitū, masculos tantum, in stirpes, & non in capita, & hoc per fideicommissum, quia vult, & intēdit ipse testator, q̄ omnia bona ipsius testatoris, ēt curtiuum, & sedimen, vt s̄. relictum ipsis Aloysio, & Paulo iure legati subiaceant fideicōmisso, diuidenda in stirpes, & non in capita in infinitū. Prohibens detrahi falcidiam, & trebellianicam. Declarans tñ ipse testator, q̄ si vnus ex dictis Aloysio & Paulo pręmoreretur sine filiis masculis, & naturalibus, q̄ alter superstes succedat ī partem ipsius, qui decesserit, Dotatis semper fœminis cōdecenter. secundum vires hæreditatis, si quę superessent. Defuncto autem testatore, euenit Antonium obiisse filio masculo superstite, deinde Paulum clericum effectū sine filiis decessisse superstite Aloysio ingresso monasterium ordinis Sancti Benedicti.

Oritur quæstio, an filius Antonij, Aloysio, & in eius, & Pauli patruorum portionibus censeatur substitutus, & super inde responsum petitur. Supponendo primum respectu filiorum nasciturorum, & nepotum testatoris substitutionem dici fideicommissariam, tum ob tractum in futurum in ea comprehēsum, & ostensum per particulam illam, vsque in infi
1 nitum, † quæ designat euentum temporis futurum
mortis, & hæredum institutorum, & filiorum eorū, cum non possint viuere in infinitum, iuxta illud, homo natus de muliere breui viuens tempore, &c. vt per Pa. de Ca. in cons. 455. ad primum. in prin. & in in fi. lib. 2. & latissimè Ay. in consi. 22. & consi. 131. Tum ob expressam adiectionem illam, & hoc per fideicommissum, facientē rem claram, & aliter opus non esse coniecturis. Deci. in consil. 95. col. 2. vltra med. & Paris. consilio 30. nume. 9. libr. 2. & consilio 11. nume. 31. lib. 3. facit tex. in l. fideicommissa. §. si filio. de leg. 3. & in l. posthumus. §. fi. de iniu. & rup. testa. & Bal. consi. 189. libr. 1. ea expressione clarius accedente, q̄ testator dicit se velle, quòd omnia sua bona subiaceāt fideicommisso, ita verbum instituit
2 † pro filijs nascituris hæredum institutorum in infi
nitum exponitur pro verbo substituit, gl. & Ang. in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthu. & Deci. in consi. 384. nu. 4. & 5.

Deinde veniendo ad propositam q̄onem, dicēdū vr̄ filiū Antonij vigore dicti fideicōmissi posse consequi portiones Pau. & Aloy. qñ superstes esset, Qm̄ primo substō hæc fideicōmissaria post mortē hrēdū īstitutorū cēset indefinite, & sic vniuersaliter

vocare

vocare descendentes ab eis masculos ordine quo-
dam successiuo, prout ab intestato successuri es-
sent, tales descendentes vocatos esse demonstrat
illa particula, vsque in Infinitum, sic enim descen-
3 dentes † in infinitum appellantur, l. fina. C. de
su. & leg. hæred. & §. 1. in auth. de hæred. ab intest.
& Alex. in consi. 18. in fi. lib. 5. & verba, ab eis, om-
nes fratres institutos complectuntur, l. fi. ff. ad Tre-
bel. ita q mortuis institutis ad fideicommissum vo
cantur primo filij, & nepotes decedentis, si habue-
rit, sin autem filij fratrum ipsius decedentis, vt ab
intestato successuri essent. per not. in l. cum ita, §. in
fideicommisso. de leg. 2. & in l. fi. C. de verbo. sign.
ita in similibus videtur sentire Paris. in consi. 41.
num. 20. lib. 2.

4 Pro hac parte fortius stringũt verba hæc, † Quia
vult & intendit ipse testator &c. vt scripta in rem
ad quemcunque vadãt bona ipsa, & omnes ea pos-
sidentes demonstrant teneri, & subijci fideicom-
misso ad fauorem filiorum nasciturorum & eorum
filiorum in infinitum masculorum, in quos volun-
tatis intentio directa est, l. cum pater, §. donatio-
nis. & l. Peto. §. fratre. de leg. 2. cum simil. alleg. per
Paris. ita dicentem in cons. 72. num. 89. lib. 4. Nam
5 dicta verba incipiunt à dictione, Quia † quæ di-
spositionis rationem designat & causam. Bart. in l.
demonstratio. §. quod autem. de condit. & demon.
quæ ratio videtur generalis, ideo ampliat disposi-
tionem, & eam facit generaliter intelligi. l. regula.
§. si quis. de iur. & fac. igno. & Dec. in consi. 15. col.
pen. in prin. vt filius Antonij vocatus ad fideicom-
missum capere valeat portiones suorũ patruorum
dicto fideicommisso subiectas.

Hoc autem esse verum ostendere videtur illa
declaratio seu exceptio, quam de fideicommisso
generali facit testator continentem alterum ex di-
ctis Aloysio & Paulo præmori sine filijs masculis
superstitem succedere, superstiti postmodum dece-
denti nulla specialis substitutio facta est, ergo in
6 hoc casu non excepto † dicta exceptio firmat regu-
lam præmisse generalis fideicommissariæ substitu-
tionis. l. quæsitum, §. denique. de fun. instr. l. nam
quod liquide. §. fi. de penu. leg. cum vulg. ea præser-
tim ratione expressa ab ipso testatore, q vult om-
nia sua bona esse subiecta fideicommisso, quod
comprahenditur factum ad fauorem & conserua-
tionem suæ agnationis, ex eo q exclusis & dotatis
filiabus & fœminis, hæredes vniuersales instituit
tres suos filios masculos, & filios ab eis nascituros
per fideicommissum, intelligitur substituisse & eo-
rum filios masculos in infinitum, Deci. in consil.
15. col. 2. & Soci. in consi. 12. lib. 3. cum simil. igi-
tur filius Antonij, vt solus existens de agnatione
testatoris cẽsetur vocatus ad fideicõmissum etiam
in portione dicti Aloysij, cum in fideicommissis
7 † mens testatoris etiam ex coniecturis ostensa ma-
gis attendatur quàm verba. l. cum proponebatur. &
l. vnum. §. fi. de leg. 2. & l. cum vtrum, C. de fideic.
Alex. in consi. 130. lib. 2. cum vulg.
8 Quibus stantibus, si de hoc casu † testator fuisset
interrogatus, verisimiliter respondisset pro filio
dicti Antonij ideo pro expresse disposito habetur,
& sic seruandũ videtur, l. Titius, §. Lucius. & ibi Pa.
de Castr. & Alexand. de libe. & posthum. gloss. &
Bald. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. Ex eo enim
q testator expresse disponit omnia sua bona esse
subiecta fideicommisso, videtur etiam monaste-
rium, in quod est ingressus, & professus d. Aloysius
non excludere dictum substitutum, per ea quæ scri-
9 bit Deci. in consil. 259. cum maximè † non acqui-
rãtur, vt dicitur, monasterio bona laicorum ingre-
dientium religiones per legem Serenissimi Domi-
nij Veneti, quam vult omnino seruari in terris
suis, & si lex ista diceretur non valere, secundum
* commu. opin. doct. vt per Deci. in l. fina. nume. 28.
C. de pact. tamen perinde est ac si valeret, cum de
facto seruatur, vt de statuto inualido & seruato de
facto tradit idem Deci. in l. 1. in princip. nume. 22.
ff. quod quisque iu. & in capitu. ex tenore. colum. 2.
in fin. nume. 7. de rescript. ita quòd in dicto Do-
minio Venetorum posset dici superflua disputa-
10 tio, † an monasterium excludat substitutum, si-
cut superfluam dicit in Regno Franciæ Boer. in
decisi. 354. sub nume. 8. sentit Aymo. in consi. 152.
nume. 2.

Sed in casu proposito contrarium puto de iure
respondendum, cum autem non ante iuris ratio,
11 † quàm persona quærenda sit, & eius cui relinqui-
tur, & à quo, per text. & gloss. in l. quidam, §. deni-
que, ff. de iure codicil. & in fideicommisso præser-
tim inspicitur persona hæredis rogati & grauati, &
eius cui debet restitui, vt §. in primis. institu. de fi-
deicommiss. hæred. & l. cum pater, §. hæreditatem.
de leg. 2. & toto ferè tit. ff. ad Trebellia. hic ex ver-
bis testamenti liquido constat personas hæredum
rogatorum, & grauatorum ad præstandum fidei-
commissum prius esse tres filios testatoris, Anto-
nium Paulum, & Aloysium, & personas eorum qui
bus est restituendum fideicommissum esse filios
masculos nascituros ab eis, & filiorum filios, ab
eis, s. Antonio Paulo, & Aloysio, vt in simili ob
idem relatiuum exponit Corn. in consi. 37. colum.
2. versicu. quod verbum eorum, & in consil. 9. co-
lum. penulti. versicu. prætereà. lib. 1. refert Paris. in
12 consi. 86. nume. 58. libr. 2. sic tale relatiuum † plu-
rale resoluitur in singularitates, vt perinde sit ac si
dictum esset, Antonius post mortem portionem
suam restituat filijs nascituris ab eo, & Aloysius
nascituris ab eo &c. vt etiam in simili declarat Ale
xand. in consil. 117. colum. 2. versicu. vnde illa di-
ctio eorum. libr. 1. per l. falsa, §. fina. de conditio. &
demonstratio. ita quòd pater est grauatus restitue-
re filijs suis nascituris, quod etiam demonstrant il-
13 la verba, † & filios nascituros &c. vt correlatiua
ostendentia patrem clem. 1. in princip. de sum. trin.
& fi. cat. & l. fin. §. primo gradu. ff. de gradi. affi. vn-
de dictis Paulo & Aloysio, non natis filijs ab eis,
eorum portiones remanent liberę à fideicõmisso,
cũ nõ sint personæ quibus testator id disposuit da-
ri, d. l. quidam. in fi. prin. & l. vtrum. in princ. de reb.

dub.& l.si liber homo,§.sed si ff.de hæred. institu.

Secundò,& consequens est, q filij nasciturí sunt per fideicommissum substituti patribus,& non patruis,arguendo à cognitione correlatiui. si.n.pater prægrauatus est restituere filijs ab eo nascituris, & non alijs,ergo tales filij à patre,& non ab alio possunt consequi fideicõmissum,quod argumentum à
14 correlatiuis † validum est ad declarationem & cognitionem alterius ex correlatiuis.Ias.in l.fi.de indic.vidu.tollen.& Soci.in d.l.vtrum,§.fi.in princi. & Alex.in l.generaliter,§.1.in fi.C.de insti.& substitu.Bar.in l.liberorum.circa fi.de verbo.signi. ita in terminis consuluit Cuma.in consi.118.testator. cuius verba circa medium sunt hæc, cuius gratia aduertendũ, q cum instituerit filios nominatim,& eorum filios masculos in stirpes, filij filiorũ intelligũtur patribus propriè substituti, vt plenè legitur de lib.& posthu.l. Gallus,§.1.quę refert & sequitur Dec.in consi.384. nu.4. qui licet loquantur in vulgari, eadem ratione tamen idem dicendum est in fideicõmissaria substitutione, idem in cõs.465.nu. 8.& Pa.de Ca. consi.395.in causa quæ vertitur.col. pe.vltra med.lib.2. dicit expressè in filijs filiorum in portionem eorũ patris id habere vim fideicommissi, idem per Bero. consil. 66. nume. 10. libr. 2. & clarius, q filij filiorum dicãtur substituti eorum patribus,& in portione patrum, & non patruis,nec in eorum portione,ex proprietate verborum, & ex mente testatoris,per plura comprobat Rui.in consi. 144.nu.8.& seq.lib.2. ex cuius dictis & authoritate omnino soluitur præsens quæstio. idẽ sentit Paris. in consi.31.nu.31.lib.2.sentiunt quoque idem Soci.in l. hæredes mei.§.cum ita.col.1.ad Trebel.Bertran.consi.105.salua.lib.3.& Galia.in rep. l.centurio. col. 23. ver. tertia vtilitas.Curt.iun.consi.135. num.6.& Rip.in l.1.sub nu.11.C.de pact.dum vo-
15 luit filios † positos in conditione censeri(quando sunt in dispositione) vocatos ad portionem patris, & ei substitutos,& nõ eius cohæredibus, sicut.n.ex testamento ipso apparet testatorẽ expressè dispo- suisse in prima institutione quẽque trium suorum filiorum hæredum institutorum habere tertiã partem immobilium bonorum ipsius testatoris,præsumitur quoq; velle filios nascituros ex quolibet dictorum trium hæredum habere tertiam partem &
16 portionẽ suis patris,& nõ aliam,quia partes† adiectæ in institutione cẽsentur repetitæ in substitutione.per tex.& ibi Doc.in l.1.C.de impub.& al.substi.ne dicatur magis dilexisse filios nascituros ex quolibet propriorum filiorum substitutos & ignotos,quàm ipsum filium notũ,& in institutione prędilectum l.publius,§.fi.de cond.& demon. pro ratione adducit Deci.in d.l.1.in prin.versi.alia etiam ratio.dicit enim in simili Ange.in consi.38. q pater & filius dicuntur inuitati ad vnam portionem, & non pater ad vnam,& filius eius ad alterã,ad idem Corn.consi.32.ver.& si dicatur.lib.2.

Tertiò quatenus filij nasciturí ex ipsis hæredibus comprehenderentur in substitutione fideicommissaria indefinite facta, & in fideicommisso omnium bonorum iniuncto hęredibus dec. dentibus, & generaliter in portione cuiuscunque decedentis, etiam patruorum,nihilominus quoad filium Antonij dicẽdum est, q cum testator per modum declarationis & limitationis(assignata cuilibet triũ suorum filiorũ tertia portione) specialem & reciprocã substitutionem fecerit inter Paulum & Aloysium, si alter eorum decesserit sine filijs masculis, substituendo superstitem, filius Antonij etiam compræhensus in generali substitutione non potest se intro mittere in portionibus dictorum Pauli & Aloysij comprahensis in dicta speciali substitutione facta
17 inter eos,per regulam, q generi † per speciem derogatur.vt l.cohæredi.§.qui patrem.de vulg.& pup.l. seruis vrbanis,§.fi.de leg.3.specialitas, † siue præ-
18 cedat,siue subsequatur,quando est posita causa determinationis, vel limitationis generis præcedentis (vt factum compræhenditur in casu isto) firmat glo.in l.quæsitum,§.si quis fundum. de fund. instr. & ibi Bar.in col.3.ver.prædicta vera.q derogat generi,optimè facit tex.in l.cum in testamento,§.fin. ff.de hæred.inst.& quod ibi glo.& doct.dicunt, indefinitam orationem non cõpræhendere illud,qđ est specialiter prouisum,& sequentem scripturã specialem detrahere generalitati in pręcedenti scriptura,idẽ not.gl.in l.qui non militabat,§.Lucio, ff.eo. Nã certũ & indubitatum est, q mortuo Paulo sine filijs, Aloysius successit per dictã expressam fideicommissariam substitutionem, q modo Aloysius sit grauatus alij restituere, in dicto testamento, de
19 hoc verbum nullum, & testator nihil dixit † neque nos dicere debemus,l.si seruus, §. prætor ait. ff. de acq.hære.& l.pe.si à par. quis fu.manu.ad hoc faciũt plura dicta per doct. communiter allegari solita. s.
20 q testator† non præsumitur velle,quod non loquitur.Dec.in consi.89.nu.2.& in consi.205.num.5.& q casus omissus remanet in dispositione iuris communis,l.commodissimè.de lib.& posthu. & q sensus diuinatiuus in testamentis non attenditur, & mens imaginaria non cõsideratur, cum alijs dictis in proposito,vt per Aym.consi.161.nu.10.cum seq. de hoc non loquitur substitutio,regula hæc est semper habens locũ in substitutionibus.tex.in l. si quis ita.de vulg.& pupil.Soci.in consi.62.nu.7.lib.3. & Pari.consi.31.nu.6.lib.2.& Aymo.in d. consi. 161. nu. 16. vbi in sua principali conclusione per plura
21 firmat, substitutum † vltimo admissum non teneri ad restituendum fideicommissum alijs, ex quo testator non expressit.est etiam tex.in l.Lucius,§.tres hæredes,ff.ad Trebellia.ibi, respondi non proponi Seium rogatũ vnciam ei restituere,& per Bal.consi. 435.nume.5.lib.4.pro indubitato præsupponitur à contrario sensu in tex.in l.hæredes mei,§. cum ita. ad Trebellia.

Quartò potest dici clarum esse ex prædictis, filium Antonij,non esse substitutum d. Aloysio, vel saltem valde dubium esse ipsum censeri posse substitutum d. Aloysio, vnde & isto casu deberet suc-
22 cumbere,quia† substitutio dubia interpratatur cõtra niten.ex ea.Corn.in consi.304.colum.9.ver. & quoniam

quoniam obſcuritas.&c conſi.186.col.fi.ver. confir
mantur præmiſſa.lib.3.Soci.conſi.113.col. fi. ver.
vnde ex præmiſſis.lib.1.& Aymo. in conſi. 180. in
fi.& conſi.208.nu.3.
Nũ obſtant cõtraria, quæ ſuperius adducta fue-
runt,quia licet;ad ſingula eorum congrua reſpõſiõ
ex prædictis,& allegatis cõtra filium Antonij col-
ligatur,tamen magis ſpecialiter reſpondẽdo, ad il-
lud,ꝙ filij naſcituri in infinitum, & ſic deſcendẽtes
cenſeãtur ordine ſucceſſiuo vocati, primò ad por-
tiones parentum,deinde patruorum, vt ſucceſſuri,
eſſenr ab inteſtato,per no.in d.l.cum ita,§.in fidei-
commiſſo.& in d.l.fi.C.de verb.ſig. dicendum eſt,
23 † hæc iura procedere in fideicommiſſo relicto fa-
milię,pręſtãdo gradatim proximioribus grauati,&
compræhenſis in ſubſtitutione,& non alijs, & non
ab alio non grauato, ergo in quæſtione noſtra re-
ſpectu patruorum,& patruelium nõ poſſunt proce-
dere, cum per claras rationes,& expreſſas deciſio-
nes ſupra demonſtratum ſit,quemque ex tribus fi-
lijs teſtatoris cenſeri grauatum ad reſtituendum fi-
deicommiſſum filijs naſcituris ab eo, & non filijs
naſcituris ex fratre, & pariter filios naſcituros eſſe
ſubſtitutos patri, & non patruo, eodem modo re-
ſpondetur, Pariſ.in d.conſ.41.nu.20.lib.2.loqui in
diuerſo caſu,in quo inſtitutio, & ſubſtitutio erãt re
ciprocæ, & pleniotibus verbis ad inuicem factæ de
filijs teſtatoris, & filijs naſcituris filiorũ, & ſupra-
uiuentibus proximioribus, vt ibi per eum, ideo ex
diuerſis &c. & datis paribus terminis Pariſ.ibi non
ſentit contra Cuma.Deci.Rui. & alios ſupra alleg.
pro deciſione noſtræ quæſtionis,quæ deciſio in ter
minis multum prodeſt in practica, & tenenda eſt,
Gomeſ.de reg.cancel.in reg.de iure quæſ.non tol-
len.in q.16.in fi.
Ad ea autem in contrarium adducta ex illa par-
ticula teſtamenti, Quia vult & intendit ipſe teſta-
tor,ꝙ omnia bona ipſius teſtatoris &c.reſpondetur
primò, ꝙ apparet à teſtatore hoc dictũ & additum
eſſe, vt bona etiam mobilia & immobilia prælega-
ta ſint ſubiecta fideicommiſſo, quæ non ſunt com-
præhẽſa in inſtitutione hæredum & fideicommiſ-
ſaria ſubſtitutione, vt ſup. ordine ſucceſſiuo facta,
in qua ſolummodo veniunt bona alia immobilia
iura,& actiones,vt in ipſa inſtitutione,expreſsè di-
citur.Pariſ.conſi.79.nu.20.& ſeq.lib.2.ideo indu-
24 cta ad vnum effectum non debẽt † aliud operari, l.
enm qui.ff.de vſucap.c.ſi cui.de præben. in 6. & c.
1.& ibi Gem.not.de iureinr.eo.lib.glo.fi.in l.fi.C.
quando lice. ab empt.diſce.cum ſim. Item dicũtur
omnia bona ſubiecta fideicommiſſo reſpectu per-
ſonarum, à qua, & cui iam relictum eſt fideicom-
miſſum,quæ perſonæ ſunt in noſtra ſpecie, vt dictũ
eſt, quiſque ex tribus filijs teſtatoris grauatus poſt
mortem reſtituere filijs naſcituris ex eo, & non ex
fratribus, & filij naſcituri ſunt ſubſtituti patri,& nõ
patruis, ne dicatur teſtator † incontinenti ſe cor-
25 rexiſſe, & mutaſſe quod modo fecerat, quod nõ eſt
præſumendum,l.non ad ea.& ibi gloſ.& docto. de
condi.& demon. & ne dicatur fieri extẽſio de per-
ſona ad perſonam,quæ fieret,ſi Aloyſius etiam gra
uatus eſſet fideicommiſſum reſtituere filio Anto-
26 nij quam extẽſionem in fideicommiſſis † etiam ex
eadem ratione, & tacita aut veriſimile mẽte teſta-
toris prohibitam eſſe paſſ.m docto. tradunt, vt per
Iaſ.in conſi.220.col.4.ver.imprimis ergo. lib.2. &
in l.cũ reſ.col.3.ſub 6.not.de leg.1.& Dec.in cõſi.
218.nu.9.& conſi.291.col.4.ver.ſecundo præmit-
to.& conſ.314.col.2.ver.3.ex alio.& Aymo d.cõſ.
161.nu.11.& iſta ratione,ne fiat extẽſio de perſo-
na ad perſonã,doct.in dictis locis reſpondẽt aliam
veriſimilem mentem teſtatoris non debere atten-
27 di,quæ etiam non attenditur † niſi diſpoſitiuè lo-
quatur.Bal.& Imo.in l.quidam,ff.de hæred. inſtit.
Pariſ.conſi.89.nu.33. lib.2. cum omnibus cõcord.
alleg.à Tiraq.in l.ſi vnquam.ver.libertis.nu.20. &
ſeq.de reuocan.donati.& pariter reſpondent in his
locis ad argumẽtum illud, haberi pro expreſsè di-
ſpoſito veriſimilem reſponſionem teſtatoris. per
not.in d.l. Titius,§.Lucius.de libe.& poſthu.vt Ti-
raq.in d.ver.libertis.nu.28.& ſeq.vbi & nu.70.pro
bat mẽtem non operari, niſi quatenus ex verbis ea
cõcipi poſſit,& ſi fideicommiſſum reale dici poſſit,
non datur tamen omnibus de mũdo, niſi ex diſpo-
ſitione teſtatoris ſint vocati,vt eis detur.d.l.quidã.
§.denique.de iure codicil.
28 Præterea dicta ratio, † Quia vult & intẽdit ipſe
teſtator &c.non ampliat dictum, ſed declarat circa
omnia bona fideicõmiſſo ſubiecta. per ea quæ tra-
dit Dec.in cõſi.287.ante nu.12.per doct.Bart. in l.
pater filium,§.fundum.de leg.3.& quatenus de no
uo induceret fideicommiſſum, non valet, non ex-
preſſa cã in cuius fauorem eſſet.Pariſ.in conſil. 82.
nu.14.lib.2.& intelligitur,vt dixi,reſpectu inſtitu-
torum & ſubſtitutorum parentibus,& non patruis,
per ea quæ ſcribit Deci. in d.conſi.218. ſub nu.13.
& cõſi.287. nu.9. Argumentum factum ex illa de-
claratione de ſpeciali ſubſtitutione poſtea facta in-
uicem dictis Aloyſio & Paulo, retorquetur ex ea-
dem declaratione & limitatione cõtra filium An-
tonij,per ea quę ſuperius dicta fuere,ꝙ per ſpeciem
derogatur generi, & per rationem expreſſam in d.
l.cohæredi.§.qui patrem.de vulg. & pup. Cũ enim
principale dictum ſubſtitutionũ,ſeu regula,ex quo,
ſeu ex qua detrahiĩ, & ſit dicta declaratio, ſiue ex-
ceptio,non contineat ſubſtitutionem patruis factã,
vt ſupra clarè oſtẽſum eſt,minus poteſt facere cun-
29 tinere,dicta exceptio,† quæ nõ ampliat regulam,vt
porrigatur ad caſus, ad quos primò nõ porrigeba-
tur.no. in l.Lucius.§.pluribus.& ibi Bar.Alb.Ang.
& Caſt.ff.ad Treb.notãdum quoque eſt, ꝙ ſpecia-
30 litas † detracta ex generalitate cã alicuius perſo-
næ,deficiente ea perſona, non reuertitur amplius
ad ipſam generalitatem,vt probatur per tex. in d.l.
Lucius,§.quæ habebat. ita dicendum eſt deficien-
tibus Paulo & Aloyſio,filium Antonij non habere
vigore alicuius generalis fideicommiſſi ius ad por-
tiones eorum exceptas inter eos ad ſpeciale reci-
procum fideicommiſſum. non apparet ex dicto te-
ſtamento ipſum Antonium poſſe habere aliquod
ius ad

ius ad portiones Pauli & Aloysij, etiam per ius accrescendi, quod prohibitum censetur per illa verba, adeo quòd quisque habeat tertiam partem &c. & per specialem illam substitutionem reciprocæ factam inter ipsos Paulum & Aloysium, per d.§. quæ habebat. & per not. in d. l. cohæredi, §. qui discretas. eadem & fortiori ratione filius ipsius Antonij alienus esse debet à portionibus dictorum Aloysij & Pauli, per reg. l. si viua matre. C. de bo. mater. & c. 1. §. hoc autem. qui feud. da. pos. cum concord. alleg. ab Alexand. in consil. 89. nume. 26. libr. 6. & l. publius, §. 1. de cond. & demonst.

31 Non facit ratio agnationis † conseruandæ, quia procederet in filijs institutorum & eorum filijs respectu portionum parentum, quibus sunt substituti, & non patruorum, quibus non sunt substituti, vt in simili respondet Deci. in dict. consi. 287. num. 9. Nec obstant verba illa, in stirpes & non in capita, quia possunt procedere & verificari in filijs nascituris, & filijs institutorum, dato casu, quòd superessent ex prædefunctis cum patruo seu patruis vocati ex dicta substitutione ad succedendum auo, seu alijs parentibus, secundum contingentiam casuum deberent succedere in stirpes & non in capita, §. cum filius. institut. de hæredi. quæ ab intesta. & l. 2. C. de suis & leg. hæred. Cur. iun. in cons. 128. num. 3. ob id non mutatur nec corrigitur, quod dictum est, quòd filij nascituri sint solummodo substitu-
32 ti patri, & non patruo, quia † voluntatis mutatio incontinenti, & correctio non præsumitur, dict. l. non ad ea. not. in l. 3. ff. de prob. & satis est, quòd detur aliquis effectus verborum operatiuus. Iason. consil. 12. colum. fina. libr. 3. saltem ad declarationem Alexand. in l. si quis mihi, §. iussum. nume. 12. de acquiren. hæred. & ad remotionem alicuius dubitationis Aym. consi. 70. colum. fina. & ita tamen quòd hæres non grauetur, idem Aymon. consi. 86. nume. 10. vt fideicommissum magis latum & amplum, maius grauamen & onus reputaretur hæredi, Paris. consi. 31. nume. 16. & consi. 86. nume. 26. lib. 2. Quibus stantibus necessarium minimè videtur ingredi materiam, quòd monasterium, in quo postremo Aloysius fecit professionem ordinis sancti Benedicti etiam bonorum capax de iure communi, præcise à testatore non exclusum, quòd excludat substitutum, Deci. consi. 426. nume. 2. de iure municipali Dominorum Venetorum q̃ sit incapax, ad hoc alia responsio non datur, quia non vidi
33 verba † d. legis municipalis, quæ sunt diligenter inspicienda. Bar. in l. 1. §. si quis ita. in fi. de verbor. obliga. & quia, vt dixi, non est necessarium, cum alias filius Antonij non censeatur substitutus d. Aloysio, per superius alleg. & tale in quæstione proposita meum est responsum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XL.

ARGVMENTVM.

Confirmatio facta à iudicibus commissarijs apostolicis de alienatione bonorum ecclesiæ in emphiteusim, & de liberatione & affranchatione à mercede seu canone ob alia bona ecclesiæ data in permutationem seu recompensam, perinde valet, ac si causa & solemnitates requisitæ à iure pro bonis ecclesiæ alienandis interuenissent. Et de ędificio in solo bona fide possesso, ac de in integrum restitutione ecclesiæ non concedenda tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Abbas volens bona aliqua vendicare (oppositis contra personam exceptionibus opponi solitis, nisi doceat de sua legitima institutione) vel quasi possessione administrationis, audiri non debebit, & repelletur.*

2 *Bona ecclesiæ alienari possunt concurrentibus causa necessitatis seu euidentis vtilitatis, & solemnitatibus requisitis.*

3 *Alienatio in emphyteusim perpetuam ab abbate facta reseruata confirmatione sedis apostolicæ, valet.*

4 *Literis sacræ pœnitentiariæ & Cardinali dicenti mandatum Papæ habitum viuæ vocis oraculo, credi debet.*

5 *Confirmationes factæ, & sententia lata à iudicibus apostolicis dicuntur factæ & lata à Papa committente & authorante.*

6 *Bona fides præsumitur, & probatur ex titulo inducto per sententiam iudicis.*

7 *Exceptio doli mali repellit aduersarium.*

8 *Melioramenta in solo alieno bona fide facta debentur à petente restitutionem in integrum.*

9 *Contractus si fuerint facti, & confirmati per sententiam iudicum apostolicorum delegatorum, aduersus dictas sententias solus Papa, vel specialiter delegatus ab eo potest cognoscere, & restitutionem in integrum concedere.*

10 *Restitutio aduersus sententiam delegati apostolici prætextu læsionis non potest peti lapso quadriennio à die prætensæ læsionis, nisi etiam manifeste probetur de læsione ecclesiæ tempore dictæ sententiæ.*

11 *Prædia rustica, reputantur securiora & vtiliora prædijs vrbanis, & datur ratio.*

DEO

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Præsuppofita, ex facto, confirmatione à iudicib. apostolicis facta de alienatione in emphyteusim à Reuerendo Abbate Sanctæ Crucis Fabalis diœcesis Pisauren. facta Domino Simoni, & fratribus de Bonaminis de duabus domunculis cum apotecis in ciuitate Pisauri, cum annua pensione, seu canone soluendi scuta 18. cũ dimidio: Præsuppofita quoque liberatione, & affrancatione dictæ pensionis, vel canonis pro alijs bonis stabilibus eidem Abbatiæ datis, & acceptatis per Dominum Abbatem, præcedente confirmatione, & sententia super inde lata pariter à iudicibus commissarijs Apostolicis: Cum nouus Abbas in dicta Abbatia successerit, à quo prædicti de Bonaminis super magna, & ampla domo ædificata in loco dictarum domuncularum possunt timere molestias inferri.

Quæritur, quomodo iure possint se defendere: Vtique possunt se tueri, eorumq; huiusmodi defensiones adducuntur. Primum quisquis fuerit is, qui vti Abbas, voluerit has domos vendicare, oppositis
1 † contra personam exceptionibus opponi solitis, nisi doceat de sua legitima institutione, vel quasi possessione administrationis, audiri non debebit, & repelletur. Specu. in tit. de acto. §. primo. col. 22. versicu. sed pone quidam dicens se episcopum. & Bald. in consil. 250. in princ. lib. 4. & clarius Pau. de Cast. in consil. 368. iste processus. versic. tertius defectus. lib. 1. Deinde legitimatione personæ actoris, & competentiæ iudicis inspecta, videndum est,
2 quòd bona ecclesiæ † sunt in commercio, & alienari possunt his duobus concurrentibus, scilicet causa necessitatis, seu euidentis vtilitatis, & solemnitatibus requisitis: vt cap. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & clem. 1. eod. tit.

Perinde est enim in specie proposita, ac si dicta duo concurrissent, & interuenissent: Cum aliena-
3 tio † in emphyteusim perpetuam per Abbatem facta fuerit reseruata confirmatione sedis apostolicę, quæ sic potest reseruari in conuentione, per ea quæ nota. Deci. in cap. venerabilis. num. 2. de confir. vti. vel inutil. & quæ etiam sequi potest confirmabile. Bald. in l. fine. C. de codicil. & in l. institutio talis. ff. de conditio. institu. & secuta fuerit confirmatio dictæ alienationis in emphyteusim facta per iudices commissarios apostolicos cum causę cognitione, vt eorum sententia legitur, & demum facta fuerit liberatio, & affrancatio affictus, & canonis, & ipsorum bonorum emphyteuticorum pro dictis de Bonaminis, dando, & consignando dictæ Abbatiæ alia bona stabilia libera, cum pleno dominio tanti redditus, prout erant dictæ domus emphyteuticæ, & vltra, cum augmento solutionis scutorum 45. expensorum in cõmodum, & vtilitatem dictæ Abbatiæ pro cõstruenda domo rurali, vt in facto præsupponitur, & legitur in processu, & sententia super his lata per alios iudices commissarios apostolicos, & postremò approbata, & acceptata per Reuerendum Dominum Abbatem tunc existentem.

Quòd autẽ prędicta omnia facta fuerint de speciali mandato, & commissione D.N. Papæ, expressè, & clarè dicitur in literis sacræ pœnitentiariæ continentibus mandatum Papæ habitum viuæ vo-
4 cis oraculo, quibus † & Cardinali sic dicenti credi debet. Salycet. in l. iusiurandi. circa fin. C. de testi. & Alexand. in consil. 106. colum. penult. versicu. & de commissione. lib. 2. vbi dicit, quòd ita seruatur de consuetudine, & se habet stylus, qui seruandus est, allegando Lap. in alleg. 33. pro quo facit, quod tradit Ange. in consil. 182. mandatum. & Bald. in l. exemplo. in fin. C. de probat. quod maximè procedit cum dictæ literę emanauerint e curia Romana, vbi residet Papa. Iaso. in consi. 104. columna 2. versicu. prædicta multo fortius. libro primo. & Fel. post alios. in cap. quod super his. sub nume. 11. de
5 fide instrumen. confirmationes † enim factę, & sententiæ latæ ab ipsis iudicibus apostolicis dicuntur factæ, & latæ à Papa committente, & authorante. per glos. 1. expressam. in cap. cum venisset. de testi. & text. in cap. si apostolicæ. versicu. certum est. de præben. in sexto. ex quibus præsumitur vtilitas ecclesiæ, & alia solemnitas non requiritur. est ideo valida dicta alienatio cum affrancatione, & liberatione canonis pro bonis ecclesiæ datis in permutationem, & recompensam, per ea quæ in terminis iura, & authores allegando firmant Soci. in consil. 15. colum. antepenul. versic. insuper etiam conclusio prædicta. libro 1. & Dec. in consil. 53. colum. 2. versicu. & quia hoc fuit factum. & consilio 124. sub nume. 3. ibi, & de vtilitate ecclesiæ patet. & in cõsi. 341. colum. 6. & Rui. in consil. 161. num. 26. lib. 1. accedente præsertim consensu, & approbatione, & acceptatione contrahentium, & D. Abbatis. Bald. in consi. 475. num. 3. lib. 1.

Cum igitur modernus Abbas nihil habeat facere de prędictis domunculis, & earum solo, vti effectis proprijs, & in pleno dominio ipsorum de Bonaminis, minus iuris habet in ampla domo ibi fabricata per ipsos de Bonaminis valoris scutorum vltra septem millium, quę cedit solo eorum, per iura vulga. & quando in solo dictus Abbas aliquod ius haberet, quod omnino negatur per supradicta, nullo tamen pacto inficiari posset dictos de Bonaminis ex prędictis acquisitionibus sic etiam per iudices authoritate apostolica confirmatis habuisse, & habere bonam fidem in solo prædicto præsum-
6 ptam, & probatam ex titulo † inducto per sententiam dictorum dominorum iudicum. Alex. consil. 24. colum. penult. nume. 19. 20. 21. lib. 5. & Deci. consi. 272. colum. penult. sub nume. 9. & facit Imol. in cle. 1. ad fi. de reb. eccle. non ali. & Castr. consi. 3. in causa quæ vertitur. in fin. lib. 2. eorum ergo proprium est edificium, quod tanquam in suo solo bonafide ædificauerunt. per tex. in l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquiren. rer. domi. & in §. certè. instit. de
7 rerum diuis. vt exceptione † doli mali repellant aduersarium, vt ibi dicitur, qui etiam non debet audiri. vt Barto. in l. 2. C. de loca. prædi. ciui. lib. 11. not.

not.& inuehit contra prælatos,qui post ædificia fa-
cta in ruinis,volunt dicere se deceptos,refert & te-
net Pau.de Cast.in consi.387.lib.2.Quod quidem
procederet si ageretur via nullitatis dictorum con
tractuum, Idem quoque esset dicendum,si via resti
tutionis in integrum agi contingeret, quia nō pos-
8 set † obtineri resti.in integ. nisi solutis & satisfactis
expensis & melioramētis pro dicta domo bona fi-
nafide factis. per text.in c.1. & gl.fi.ibi, de in inte.
resti.& in l.intra.§.vendentibus.ff.de mino.

Si autem restitutionem in integrum petere vo-
luerit, Primò animaduertendum est,quòd cum di-
9 cti contractus† fuerint facti,& confirmati per sentē
tias Dominorum Iudicum delegatorum Apostoli-
corum,aduersus dictas sentētias,solus Papa,vel spe
cialis delegatus ab eo potest cognoscere,& restitu-
tionem in integrum concedere. per tex.in l.minor
autem.§.pe.ff.de minor. & in l.aduersus.& ibi Sal.
C.si aduer.rem iudi.vt late per Ias.in l.ait prætor.§.
10 si minor.col.2.ff.de iureiuran.Quæ restitutio † etiā
non poterit peti ob lapsum quadriennij à die præ-
tensæ læsionis.c.1.de resti.in integ.lib.6.& clem.1.
eo.ti.Vt etiam posset concedi,manifestè probari re
quiritur de læsione ecclesiæ tempore dictarum sen
tentiarum.c.1.extra de in integ.resti.vt latissimè in
simili prosequitur Corne.in consil.181.colū.22.&
seq.lib.2.& Dec.consi.d.341.col.pen. læsio aliqua
dictæ ecclesiæ etiam verè probari non poterit,cum
habuerit alia bona stabilia tanti redditus,quanti e-
rant dictæ domunculæ, vt probatum fuit coram di
ctis Iudicibus Apostolicis, & in augmentū habue-
rit dicta scuta 45.expensa in vtilitatem dictæ eccle
siæ, & pro prædijs vrbanis habuerit prædia rustica,
11 quæ reputantur vtiliora† & securiora prædijs vrba-
nis, quæ incēdio,vetustati,& pluribus ruinis subia-
cent, vt experientia rerum magistra docet.c.quam
sit.de elec.lib.6. & recordor diebus elapsis de hoc
vidisse decisionem in terminis,dum interponerem
decretum permutationi factæ cum ecclesia dante
prædia vrbana pro prædijs rusticis,super qua etiam
plures testes sic deposuerunt, sed decisionis locus è
memoria fugit,facit. & est ipsa decisio Bar.in l.2.in
fi.C.de debi.Ciui.lib.11.& Ang.in l.fi.§.sin autem
legata.de bon. quæ libe.sentit text.in c.non liceat.
12.q.2. Reliquū est igitur firmiter tenere moder-
num D.Abbatē aliquē non posse infringere.& de-
bere stare dictis cōtractibus, & sentētijs initis cum
præcessore,& latis ad vtilitatē dictæ Abbatiæ.p gl.
& ibi Ab.& cano.in c.fi.ne præl. vi.su. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XLI.

ARGVMENTVM

Agnati an,& quando perperam petant, & obtinere nequeant annullari,& infringi inuestituram à Domino concessam nouo vasallo per renuntiationem ab vltimo vasallo factam in manibus ipsius Domini.

SVMMARIVM.

1 *Veritas consistit in paucis, & adminiculo verborum nō indiget.*
2 *Iudex iudicare debet secundum allegata,& probata,& non secundum suam conscientiam.*
3 *Ius non habere, vel habere, sed non probare, idem reputatur.*
4 *Possessio non transfertur per abusiuas inuestituras prætensorum antecessorum, etiam cum impositione annuli,& iuramento fidelitatis.*
5 *Habitus vbi non præmittitur, cessat priuatio.*
6 *Remedium reintegrandæ possessionis non competit cadenti à possessione voluntate, & facto suo.*
7 *Nominum diuersitas ostēdit diuersitatem personarum.*
8 *Probare quis tenetur se esse talem, qualem se facit.*
9 *Fundans se in dispositione qualificata,debet probare dispositionem, & qualitatem.*
10 *Agentem ex instrumento oportet probare se successisse, vel causam habere ab eo,qui est nominatus in instrumento. aliàs instrumentum sibi non patrocinatur.*
11 *Confessio partis vt probet, debet esse certa.*
12 *Admitti volens vt comprehensus in inuestituris,probare debet se esse hæredem vel primi inuestiti, vel vltimi vasalli defuncti, adiectione masculinitatis non obstante.*
13 *Inuestituræ primæ tenor est attendendus.*
14 *Probatio aditionis hæreditatis est difficilis.*
15 *Feudo renunciantibus non datur regressus ad illud,maximè quando est facta refutatio in manibus domini, ad effectum vt alius inuestiatur.*
16 *Procuratorem constituere non potest non dominus litis.*
17 *Agnati transuersales non possunt recuperare feudum renuntiatum à vasallo, etiam quod non esset hæreditarium, sed pacto,& prouisione,viuentibus liberis dicti alienantis.*
18 *Feudum etiam irreuocabiliter ante ratificationem alteri concedi potest.*
19 *Feudum renuntiatum in manibus Domini, dicitur amissum.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

MAteria feudorum est varia, vt pote non firmis & certis legibus,sed vsibus & cōsuetudinibus pertractata & determinata,non mirum est si Doctores eam tractando, ac consulendo prolixos & varios effundūt tractatus. Quod euitare non potuit,& si fuerit ipse reus conuentus alioquin excellens & peritissimus Iurisconsul.quia longas tamen oportunas iuribus & rationibus plenas & accommodatas fecerit allegationes in hac præsenti causa feudali ab illis nobilibus de Colzate mota contra Magnifi. & insignem Doctorem,& æquitem Dominum Marcum Antonium de Goddis, Petendo annullari inuestituram de feudo

de feudo molēdini à directo Domino factam po-
ſtea eidem Dom. Marco Antonio, & conualidari
aliam prius factam, & renouari ipſis de Colzate, vt
agnatis deſcendentibus ex antiquis vaſſallis nomi-
natis, & comprehenſis in antiquis inueſtituris de
eodem molendino iam conceſſis: Poſtquàm res
deducta eſt in iudicio à Domino Iudice dirimen-
da, omiſſo longo allegationum apparatu, qui fieri
ſolet ad vtranque partem, ſolet quoque ſæpius fa-
ſtidire Iudicem, qui deſiderat venire ad punctum
1 veritatis, † quæ quidem conſiſtit in paucis, & admi-
niculo verborum nō indiget. in authen. de referen.
circa princip. & l. 1. C. ſi mi. ab hær. ſe abſti. Breues
adducam ex proceſſu ipſo elicitas (ni fallor) in fa-
cto, & in iure veras concluſiones; Quibus moueri
debet Iudex ad reuocandum iniuſtam ſententiam
iam pro Actoribus latam, & repellendum eos à pe-
tita renouatione inueſtituræ.

Namque primo velit eſſe memor illius vulgaris
2 doctrinæ, quòd iudicare † debet ſecundum allega-
ta, & probata, & non ſecundum ſuam conſcientiā.
l. 3. §. veritas. vbi Bart. no. ff. de offi. præſi. dicere au-
tem aliquid, vel allegare non ſufficit, niſi probetur.
l. ſi prius. ff. de no. oper. nuntia. c. cum ſuper. de con-
ceſſio. pra ben. c. cum veniſſent. de fide inſtrumen.
Alexan. conſi. 114. nume. 2. lib. 4. id præcipuum eſt
in actore, quo non probante, reus, etiam ſi nihil
probauerit, abſolui debet. vulg. l. qui accuſare. C.
3 de eden. idem enim reputatur † non habere ius, vel
habere, ſed non probare. l. duo ſunt Titij. & ibi Bar.
ff. de teſta. tute. qui nō probat, quod allegat, vel ad-
ducit, dicitur carere iure. Bald. conſ. 67. columna 2.
lib. 3. Aymo. Cra. conſil. 48. nume. 4. Reus ex du-
plici capite debet obtinere, vel ex non probatione
actoris, vel ex probatione ſui iuris. l. fina. C. de rei
vendica. Corn. conſi. 87. colum. 2. verſic. nam reus.
lib. 4. & Roma. conſil. 347. num. 2. Quòd maximè
illi de Colzate actores in lite omnino debent ſuc-
cumbere defectu probationum, clarè demonſtra-
tur. Primum quoad ſpolium intentatum vigore re-
ſcripti in cauſa appellationis nullam probationem
fecerunt antiquioris poſſeſſionis ſuæ, vel ſuorum
prætenſorum anteceſſorum in molendino feudali,
de quo agitur: vt tenentur ꝓbare. Lap. in alleg. 52.
Abb. & alij. in cap. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpolia.
Alexand. conſil. 6. nume. 5. lib. 3. Dec. conſilio 57.
colum. 2. niſi quòd ſolos articulos fecerunt abſque
aliqua probatione teſtium, allegando, & producen
do abuſiuas inueſtituras ſuorum prætenſorum an-
4 teceſſorum, per quas † etiam cum impoſitione anuli
& iuramento fidelitatis non transfertur poſſeſſio.
Alexan. in l. 3. in princ. colum. 3. verſicu. iuxta præ-
dicta. ff. de acquiren. poſſeſſio. Iaſo. in l. traditioni-
bus. colum. 1. C. de pact. cum pluribus concordan.
alleg. ab Illuſt. recolen. me. Domino meo, & Con-
ciue Dom. Io. Iacobo Leonardo Comite Montis
Abbatis in ſuo elegantiſſ. & ampliſſimo cōſilio in-
ſerto inter conſilia Alber. Bru. conſil. 114. nu. 459.
& Pariſ. conſil. 15. num. 5. lib. 1.

Re vera, vt comprehendi poteſt, poſſeſſio, & cō-
moditas iſtius molendini incipiēdo à Gaſpare an-
tiquiore ex illis quatuor fratribus primis inueſtitis
in ſua ſola linea ſemper fuit, & continuata eſt vſ-
quequo Ludouicus, & Antonius fratres illud renū-
ciauerunt in manibus Domini directi, & conſenſe-
runt de eo inueſtiri Dominum Comitem Antoniū
de Plegafettis præceſſorem dicti Dom. Marci An-
tonij rei conuenti, accedente conſenſu & approba-
tione Gaſparis, & Caroli filiorum dicti Ludouici,
etiam Actorum, & conſortium in lite, cum ergo iſti
actores nunquàm hoc molendinum poſſederint,
non poſſunt dici ſpoliati de poſſeſſione eius, vt pa-
5 tet ad ſenſum, quòd vbi † non præmittitur habitus
ceſſat priuatio: argu. l. decem. de verborum obliga.
& l. legatum nulli. de adimen. lega. & conſequenter
nulla reintegratio, ſeu reſtitutio poſſeſſionis eis fie-
ri debet. per glo. in terminis. in verſic. traditam. in
cap. olim cauſam. de reſtitu. ſpol. & not. in cap. con-
ſultationibus. de offic. delega. & ſicut illis Ludoui-
co, & Antonio vltimis poſſeſſoribus voluntate, &
facto eorum cadentibus à poſſeſſione non compe-
6 teret † remedium aliquod reintegrandæ poſſeſſio-
nis. Alexand. conſil. 92. colum. 2. verſicu. nec etiam
poteſt obtinere. lib. 1. Dec. conſilio 56. colum. fina.
pariter eorum hæredibus nō poteſt competere. per
regu. l. hæredem. de regu. iu. licet actores expreſsè
dixerunt, ſe nolle eſſe hæredes dictorum Ludouici,
& Antonij. Vnde ſuccumbentia actorum ſuper aſ-
ſerto ſpolio eſt certa, & nullam habet difficulta-
tem.

Secundò vlterius procedendo, ſuper eorum prin
cipali petitione renouationis inueſtituræ, deſunt
quoque eis probationes plurium, quæ eis probare
incumbunt, nituntur enim ex duab. inueſtituris in
iudicio exhibitis, vnà de anno 1478. die primo De
cemb. facta Franciſco quondam Gaſparis de Col-
zate interuenienti nomine ſuo, & Nicolai eius fra-
tris, & Hieronymi quondam Io. Iacobi, Antonij
Nicolai quondam Leonardi, & hæredum Antonij
quondam Nicolai de Colzate, & altera de anno
1525. die 18. Auguſti facta Ludouico, & Antonio
fratribus, & filijs quondam Franciſci, interuenien-
tibus ſuis nominibus, & nomine Sp. legum Docto-
ris. Dom. Franciſci quondam Domini Antonij, &
hæredum quondam Hieronymi, & nomine Iacobi
quondam Antonij, & hæredum Leonardi fratris d.
Iacobi, omnium de Colzate, ipſi vero actores, &
conſortes in lite ſunt nominati in inſtrumēto man
dati, facto de anno 1552. die 21. Martij, ſcilicet Hie
ronymus quondam Sp. ll. Doctoris Dom. Io. Fran-
ciſci, Vincentius quondam Sp. ll. Doctor. Dom.
Aug. Carolus, & Franciſcus fratres, & fratres quon
dam Ludouici facientes etiam nomine Galleacij
eorum fratris, & Antonius quondam Dom. Nico-
lai de Colzate. Quippe cum de perſonis primò in-
ſpiciendum ſit. l. quidam. §. deinde. ff. de iure codi-
cil. iſti actores non ſunt illi nominati in dictis inue
7 ſtituris, diuerſitas † nominum oſtendit diuerſitatem
perſonarum. per glo. in verſicu. formam. in c. pro-
uinciæ. diſt. 99. cum ſimil. ergo ex eis niſi non poſ-
ſunt.

sunt. per text. in l.ad probationem. la prima. C.de
probatio. ibi, quippe cum horum lectio non reci-
tantem, sed quem tenor scripturę designat adiuuat,
& ibi Bald.not.quòd qui non nominatur in instru-
mento non iuuatur instrumcto, & tex.in l.interest.
C. de soluti. ibi, tantum quantum lectio probat in
scriptura conferri placuit, cum etiam non probent
se descendisse ab illis nominatis in dictis inuestitu-
8 ris, vt tenentur† pbare se esse tales, quales se faciũt.
Barto. in l. non ignorat. C.qui accusare. Bald. in l.
cum in delictis.versicu.in tex.ibi quasi.C.de adult.
& Deci.in consil.321.colum.2.in prin.alios etiam
allegando dicit, quòd quis non debet admitti, vt ta
lis, nisi probet se talem, & tenentur probare, quòd
sint de legitimè descendentibus nominatorum in
inuestituris, quia sic loquuntur pro hæredibus ma-
sculis tantum ab ipsis legitimè descẽdentibus, nam
9 † fundans se in dispositione qualificata, debet pro-
bare dispositionem, & qualitatem. Barto. in l.1. §.
quod autem.ff.ne quid in flu.publi.Alexan.cons.3.
nume.7.lib.2. qualitatem, scilicet, legitimitatis de-
scendentiæ, quæ matrimonio inducitur.l.filium.de
his qui sunt su.vel alie.iu.quod non pręsumitur nisi
probetur.Barto.in consilio 120.Veiutius.in fin. sic
10 enim agentem ex instrumento oportet † probare se
successisse, vel causam habere ab eo, qui est nomi-
natus in instrumento, aliàs instrumentum sibi non
patrocinatur, inquit Bald. in l.si binæ. ff.de iniu.&
rupt.testa. & in d.l.ad probationẽ. vbi etiam dicit,
quòd aliàs aduocati dicere solent, de te non loqui-
tur instrumentum, & in terminis, inuestituram non
prodesse alicui non probanti se esse filium nomi-
nati in inuestitura, tradit Pau.de Cast.in consil.95.
Visis actis.in fin.libro 2.Dici non potest prædictas
descendentias esse probatas per confessionem rei
conuenti factam in suis scripturis, quia saltem po-
nendo affirmatiuè, & dispositiuè in processu nulli-
bi legitur talis confessio, nisi interrogatiuè, inciden
ter, refutatis contrarijs aliqua excipiendo, non ve-
rò qualificatè, vt debet esse legitima descendentia
actorum, & non certè, & concludenter quòd sint
tales legitimi descẽdentes, quales se faciunt, & pro-
11 bare debent, vt requiritur esse confessio †partis, vt
probet.l.certum. in princ.ff.de confes. Corn.consi.
170.versicu. & confessio.lib.1. cum alijs allega. ab
Aymo.Craue.consil.157.nume.9.& sequen. & ista
procedunt etiam existẽte feudo pacto, & prouisio-
ne concedentis debito.

Tertiò, quia feudum in dictis inuestituris con-
tentum, & acceptum pro se, & hæredibus mascu-
lis tantum legitimè descendentibus, non potest in-
ficiari non esse hæreditarium, vt latè probatum est
in allegationib. dicti Domini Marci Antonij, sal-
12 tem ad hunc effectum, vt qui velit† admitti vt com-
prehensus in inuestituris probare se debet esse hæ-
redem, vel primi inuestiti, vel vltimi vassalli defun
cti, adiectione masculinitatis nõ obstãte. post alios
adducit, & probat Paris.consil.2.nume.23. libro 1.
Alber.Brun.consilio 24.nume.3. & Aymo.Craue.
* consil.131.nume.8. vbi dicit commu.opi.esse con-
tra Dec. & non videre, istam qualitatem masculis,
importare aliud, nisi exclusionem fœminarum, non
autem quòd filij sufficiant, & non requirantur hæ-
redes. idem Aymo.Craue.consil.197.sub nume.5.
cum tamen in casu isto adiectio, masculis, non de-
bet attẽdi, quia prima inuestitura, ex qua aliæ oriun
tur, facta illis primis quatuor nominatis de Colza-
te, scilicet Nicolao Gaspari, Ioan. Iacobo, & Leo-
nardo, & concessa a Martino Papa, simpliciter di-
cit, vobis & hæredibus vestris, sine expressione ma-
13 sculis, cuius inuestiturę† primæ tenor est attẽdẽdus:
argumen. not. per Barto.in l.si mihi, & Titio. circa
fin.de verborum obligatio. & per Zasi. in tracta.de
feu.in sexta parte. nume.16. & in parte vlti. nu.53.
& Curt.Iun. consi.110.sub nume.27. cum ergo isti
actores non probent, & nõ constat eos hæredes es-
se dictorum primorum inuestitorum, refutationem
factam in manibus Domini, & infeudationem ab
eo factam Domino Marco Antonio, non possunt
petere reuocari, vt non capaces talis reuocationis,
& feudi, vt firmat Alber.Bru.in consi.80.nume.24.
& Paris.consil.16.nume.13. libro 1. Non probant
per responsiones factas interrogationib. eis factis,
quòd sint hæredes, &c. quia debebant prius proba-
re legitimam descendentiam, per alleg. superius in
præcedenti conclusione. & per text.in cap.1.si vas-
sal.feu.pri.ibi, dum tamen hos cõstet ab eo per ma-
sculos descendisse. Et postea illorum se esse hære-
des per actus inducentes aditionem hæreditatis. p
not.in l.gerit.per Barto.ff.de acquirend. hæredita.
maximè in illis personis mediatis per quas asseri-
tur eos esse hæredes proauorum, & atauorum, nam
istorum med[illegible]orum, animus sciri non potest re-
quisitus pro a[illegible]nda hæreditate.Bal.in l.si infanti.
colum.6. C.de iure deliber. Ange.consil.218. visa
narratione.colum.penult.quamobrem difficilis est
14 probatio† aditionis hæreditatis.tex.& glo.in l.2.de
interrogat.acti. debent ergo probari talia facta ex
quibus inducatur aditio hæreditatis. Barto. in d.l.
gerit. Soci.cons.295.lib.2.quæ quidem debet pro-
bari, cum sit facti, ab allegante. Aymo.Cra. consil.
33.num.2.& d.consil.298.nume.5.& probatio de-
bet esse concludens, quòd sint hæredes nominato-
rum in dictis inuestituris, in quibus se fundãt, aliàs
non releuat. l.non hoc. C.vn.leg. & c.in præsentia.
de prob. si autem præmissas qualitates non proba-
uerint, succumbent, expressè dicit Paris.consi.23.
nume.188. libro 1. Quinimò talem probationem
reijciunt enixè in suis scripturis sæpius proponen-
do, & contendendo tale feudum non esse hæredi-
tarium, sed pacto & prouisione concedentis: Quod
cum falsum sit, per supradicta, vtpotè ex vijs con-
trarijs experiendo, sunt repellendi. l.1.C.de fur. &
ibi Doct.

Res penitus expedita videtur quoad Carolum,
& Gasparem filios quondam Ludouici renuncian-
tis, consentientes, & approbantes refutationem di-
cti feudi, vt constat instrumento exhibito in iudi-
15 cio, ideo † eis renunciantibus non datur regressus
ad feudum prædictum. text.in c.1. §.præterea.qui.
mo.

mo.feu.amit. glo.in cap.1.de eo qui fi.fecit agn.de feu.pater.maximè quando est facta refutatio in manibus Domini ad effectum,vt alius inuestiatur.Ias. consil.7.colum.5.& colum.3. sub versicu.secundò. lib.3. De Galleacio alio filio Ludouici,qui nō consensit, dicendū est,quòd ipse non interuenit in hoc iudicio, nisi quòd sui fratres pro eo constituerunt
16 procuratorem,† quod facere non potuerunt,vt non domini litis. Ias.in l.quod quis.colum.2.C.de procurat. Præterea ipse, & alij filij Ludouici non possunt repudiare hæreditatem, & obtinere feudum etiam paternum à patre refutatum, sic etiam alij agnati non possunt obtinere. Paris.consil.2.nu.30. & sequen.& consil.16.num.43. Gramma. in decis. 103.num.207.

Qua quidem refutatione, & alienatione stante facta à Ludouico vltimo vassallo,& vltimo descendente ex Antonio seniore de Colzate, vt fatentur actores, respondendo positionibus Domini Marci Antonij registratis in primo processu.char.48. etiā quòd feudum non esset hæreditarium,sed pacto,& prouisione viuentibus liberis dicti alienātis, trans-
17 uersales † agnati non possunt tale feudum recuperare. Bald.in cap.1.num.3. 6. de ali.feu.pater.& in cap.1.num.4.de vassal.qui cōtra const.Loth.benef. ali. Zasi.in dicto tracta. in nona par. nume.15. 16. Alber.Bru.consi.40.num.4.5. vbi etiam ponit non valere cessionem factam ab istis exclusis renunciatione,qua quoque stante vlteriores agnati nō consentientes, nō admittuntur in materia feudali. tradit Bru.consil.80.num.20.cum seq.

Quartò, ex dictis inuestituris, vt supra nominatis actores etiam defectu probationis nequeūt experiri, quod clarè ostenditur inspiciendo primam inuestituram anni 1478.quæ fuit concessa,& renouata soli Francisco quondam Gasparis de Colzate, qui fuit, vt comprehenditur,pater Ludouici, & Antonij refutantium feudum, & qui recepit pro se, & Nicolao fratre,&alijs in dicta inuestitura nominaris, qui forsan fuerunt parentes dictorum actorum,& inspiciendo aliam inuestituram anni 1525. quæ fuit facta ipsis Ludouico, & Antonio refutantibus, & alienantibus postea feudum, qui receperunt pro se, & nomine aliorum pariter, parentum forsan eorūdem actorum, ex quibus liquet dictum feudum fuisse acquisitum,& remanere duntaxat penes dictos Ludouicum, & Antonium saltem tempore dictæ refutationis, cum ipsi fuerint inuestiti, & recipientes feudum,non verò fuisse acquisitum, & nunquam fuisse penes alios,pro quibus fuit receptum, non probato, quòd tempore habili,& re integra approbauerint, & ratificauerint dictas inuestituras,vt ratificari requirebatur,per expressas decisiones Doctorum quas sic firmans adducit Alex. consilio 22. viso titulo. circa princ. lib.5. & Alber.
18 Bru.consil.115.num.19.20.& sequen.vbi ante† ratificationem etiam tradit irreuocabiliter posse feudum alteri concedi.idem ponitur in consil.116.ibi sequen. quod est consilium prænominati mei conciuis Illust.Dom.Co.Ioan.Iacobi. vbi nume.13.in specie probat,pro alio nō posse peti renouationem inuestituræ, & præstari iuramentum fidelitatis,sine speciali mandato. idem per Laur.Sylua.in tract.de feu. recogni.in q.94. in fin. addo, quòd etiam de æquitate canonica requiritur, quòd ille absens pro quo est accepta inuestitura.postea consentiat tali concessioni, vt sonant verba decis.249.si per habentem. Rot. Romanæ in no. talis ratificatio debebat fieri, antequam decederent illi,pro quibus fuit accepta inuestitura,& antequam decederet Dominus concedens,in terminis probat Rui.consi.5. colum. penult. lib.1.

Qua ratificatione ergo cessante,totum feudum remansit penes ipsos inuestitos, & postea quòd totum suum vtile dominium erat, refutātes validè in manibus Domini,primum tradit Rui.d.consilio 5. colum. penult. cum pro habenda inuestitura soluitur Domino honorantia, vt probatur per inuestituram Dom. Marci Antonij, & sui prædecessoris in feudo. facit, quòd totum feudum fuerit inuestitis acquisitum consilium 301.colum.penul.Bal.lib.1.
19 Secundum de feudo renunciato † in manibus Domini, quòd sit amissum. ponit Bald. in authenti.in successione. circa fi.C.de su. & leg.hæred.maximè vt alius inuestiatur, expressè sentit Ias.cōsi.7.col.5. sub versicu.secundò facit.lib.3.& Rui.cons.1.lib.1. Postquam autem Domino apertum est feudū,nunquam reuertitur ad agnatos, & feudatarios. Bal.in l.liberti. colum.penult. versicu. & not. quòd postquam.nume.34. C.de oper.liber. & potest Dominus alij rectè dare, & infeudare. vt c.1.de cler. qui inuest. fecit. & c.2. & ibi canon. extra de feu.

Ex his itaque firmatis ex veris facti, & iuris allegationibus, omisso in pluribus cumulo concordantium allegationum, breuitati studens, contentus allegationibus Modernorum, qui cæteros authores quandoque ad nauseam congerunt, & allegant, vt de Alexand. allegando dicit Math.de Afflict. in decisio.100.& Feli.in c.Rodulphus.col.14. versicu.hortus autem.de rescript. ex vtroque capite victoriæ rei conueni, scilicet ex non probatione Actorum de suis iuribus,& sibi probari incumbentibus, & ex probatione sui iuris de inuestitura sibi rectè facta de feudo aperto: Clara iuris conclusio est,reuocando ioiustam sententiam contrariam D. Iudicis à quo,fore,& esse absoluendum ipsum Magnificum Dominum Marcum Antonium ab omnibus petitis ex aduerso. etiam per reg.l. fauorabiliores. de reg.iur. cum vulg. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XLII.

ARGVMENTVM

Perplexitas,& repugnantia in testamento vitiat substitutionē. Quæ vt reciproca, quando etiam cessat inter positos

ſitos in conditione. Quod ſtatutum excludens fœminas in linea tranſuerſali, non extendatur vltra perſonas comprehenſas in eo.

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſum quis conſequi, non poteſt, niſi de eo conſtare faciat.

2 Teſtamentum non probatur per ſcripturam notarij, quæ non habet legitimum numerum teſtium.

3 Fideicommiſſo veniunt bona teſtatoris, & non bona hæredis grauati.

4 Teſtamenti verba diligenter, & ſubtiliter conſideranda ſunt.

5 Argumentum non dati fideicommiſſi à teſtatore, neque expreſſi, eſt frequens.

6 Teſtatoris contra voluntatem quid etiam dicitur, eo ipſo quod de eo nihil dixit teſtator.

7 Subſtitutionem includere aliquem caſum allegans debet oſtendere.

8 Geminatio impedit fieri aliam interpretationem, quam verba ſonant.

9 Dictiones (tunc, & eo caſu) non recipiunt alium intellectum, neque aliquam modificationem ſeparatam à verbis.

10 Diſponentis à mente clara, & certa non diſceditur, etiã quod ſequatur annullatio totius actus.

11 Repugnantia, & perplexitas vitiat ſubſtitutionem.

12 Accidentia contradictoria non poſſunt ſimul informare vnum ſubiectum.

13 Poſiti in cõditione non ſunt in diſpoſitione vocati, etiam reiecta qualitate maſculinitatis. & eſt communis ſententia.

14 Qualitas maſculinitatis adiuncta filijs poſitis in conditione negatiua præſtandi fideicommiſſum pro grauato magis ſtrictum, & pro honorato magis latum, & faciliorem caſum verificandi fideicommiſſi facit & reddit: nam ea qualitate ceſſante, tam maſculus, quam fœmina filia faceret conditionem fideicommiſſi deficere.

15 Nepotes poſiti in conditione ab auo non cenſentur grauati aliquo fideicommiſſo, neque poſſunt grauari.

16 Poſiti in conditione, & inualidè grauati non poſſunt dici adinuicem tacitè ſubſtituti, & grauati.

17 Coniectura ad fideicommiſſum inducendum debent neceſſariò concludere.

18 Dictio (ſuprâſcriptos) relationem facit ad eos, quorum nomina leguntur in teſtamento, & eorum perſonas non egreditur.

19 Dictio videlicet reſtringit, & declarat.

20 Verba (ſtantibus filijs maſculis) etiam quod comprehendant patrueles filios vnius ex hæredibus inſtitutis, non tamen diſpoſitiuè vocant eos, ſed ponunt in conditione inducta, & demonſtrata per ablatiuum abſolutum, ſtantibus. &c.

21 Fideicommiſſum dicitur onus.

22 Argumentum de verbis ſtatuti ad verba teſtamenti valet.

23 Filia inſtituta in dote certa, cum prohibitione amplius non petendi, non dicuntur præterita, & verba (cum prohibitione, &c.) aliam vim non habent quam vim compenſationis cum eo pluri, quod eis deberetur.

24 Coniectura ad fideicommiſſum requiruntur concludentes.

25 Teſtatoris mens attendenda eſt, quæ verbis exprimitur.

26 Interpretatio quam dant iura, & leges verbis teſtamenti, eſt tenenda.

27 Agnationis ratio quando non eſt expreſſa, non attenditur, maximè in perſonis non ſpecificatis.

28 Dictiones (tunc, & eo caſu) reſtrictiua, repetita, & geminata, faciunt voluntatem teſtatoris intelligi, & habere locum in caſu expreſſo, & non æquipollenti, & non poſſe extendi ad alios caſus.

29 Teſtatoris mens, & voluntas non curatur, niſi tranſeat in diſpoſitionem, ita quòd non ſufficit teſtatorem velle, niſi diſponat. eſt communis concluſio.

30 Veriſimile de caſu omiſſo à teſtatore, ſuper quo diſpoſuiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, non procedit, vbi verba ſunt expreſſa, & reſtricta ad certos caſus.

31 Teſtator cenſetur cogitaſſe ſecundum diſpoſitionem legis.

32 Fideicommiſſum non extare, & contra illud in dubio pronuntiandum eſt.

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

DEfuncto ab inteſtato Do. Ondedeo, ſuper eius hæreditate lis orta eſt inter Matrem poſſidentem bona hæreditaria, & filiam ſororis ab vna parte, & Patrueles ex altera. Dicitur enim eos experiri duplici prętenſo iure. Vno ex fideicommiſſo comprehenſo in teſtamento Domini Ioannis eorum aui paterni, approbato, & confirmato à teſtamento Domini Franciſci patris Domini Ondedei prędicti ad illud ſe referente in caſu mortis ſine filijs maſculis ipſius Domini Ondedei. Altero autem ex decreto Ducali admittente maſculos per lineam directam, & fœminas excludente, & ex ſtatuto loci, in ſecundo lib. rub. 109. admittẽte fratrem, & filium fratris, & excludente matrem, & ſororem, & filium ſororis ab hæreditate defuncti ab inteſtato, & ex alio in additionibus ad idem ſub rub. 109. excludente matrem, reſeruato vſufructu, & legitima, & admittente Patruum magnum, & eius filium. Super vtroque, ſeu altero iure prædicto, an poſſint obtinere, videndum eſt.

1 Quoad primum de fideicommiſſo, hoc† quidem quis non poteſt conſequi, niſi de hoc conſtare faciat. Dec. conſilio 513. colum. penul. & conſil. 218. colum. 3. ſub verſicu. ſupereſt ergo. & conſtare debet, à quo debet præſtari, & cui. l. quidam. de iure codicil. & l. Titia. in princ. de annu. leg. & l. qui plures. in fi. de vſufr. leg. & l. cum pater. §. donationis. de leg. 2.

de lega.2. Ad quod probandum sunt exhibita duo testamenta prædicta, vnum D. Ioannis, aui paterni, & alterum Do. Francisci patris. in casu mortis Do. Oudedei filij hæredis, instituti decedentis sine filijs masculis, se remittentis ad substitutionem factam in testamento patris: Hoc autem testamentum Domini Francisci patris parum facit. Quia non insistendo vbi non expedit, etsi in scriptis factum absque alia solemni recognitione, & publicatione posset dici probatum per rogitum, & subscriptionem publici notarij: extra factum, secundũ Bart. in l.2. ff. quemadmo. testa. aper. & in consi.62. viso testamento. vltimo loco impress. & Fulg. cõs. 56. quæritur. Iaso. consilio 67. in princip. libro 3. Tamen cum ex themate proposito, non appareat de legitima comparatione literatum dictæ subscriptionis notarij: vt requiritur. per l. comparationes. C. de fide instrumen. & §. si verò. in auth. de instru. cau. & fi. in specie tradit Rub. Alexandri. consil.14. nume.5. & cum testes descripti in dicto testamento, non demonstrentur per eorum nomina, cum duabus alijs accidentibus, vel indicijs, vt requiritur, secundum Barto. in l. demonstratio. in princip. colum.5. versicu. septimò quæro. de condit. & demonstratio. in terminis tradit Alexan. consil.153. nume.4. & sequen. lib.2. approbat Deci. consi.13.

2 prope fin. iure dici potest tale testamentum † non probari per dictam scripturam notarij: Quæ ad probationem requirit legitimum testium numerum. vt per canon. in cap.1. & ibi maximè Felin. colum.5. versic. Item requiritur descriptio testium. de fi. instrumen. Paria enim sunt non adesse testes, vel adesse, sed non sint certi: arg. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tu. cum nota. ibi per Bart. & per Alexan. consil.182. nu.6. libro 2. eo etiam accedente, quòd dicti testes, vt consanguinei, & affines modo non possunt dici idonei ad dictum testamentum, per ea quæ in specie adducit Aymo. in consi.72. num.5.

Dato adhuc sine præiudicio, quòd id Domini Francisci testamentum esset probatum. Quid inde de fideicommisso aliquo opitulanti; dictis patruelibus: nam parum, aut nihil. Quia in casu mortis hæredis sine filijs masculis, se remittendo ad testamẽtum patris, pro substitutione fideicommissaria, non induceret nouum fideicommissum, vt in simili adducit Deci. consil.362. & consil.497. sed in fideicommisso antiquo, & paterno non venirent ni-

3 si bona paterna, vt regulare est in † fideicommisso venire bona testatoris, & nõ bona hæredis grauati. l. cohæredi. §. filiæ. de vulga. & pupill. & l. sequens. not. Bal. in l. cũ pater. §. fidei tuæ. de leg.2. & Alex. in consi.201. in princ. & cons.217. num.2. lib.6. & Corn. consi.180. col.8. lib.4. nam si Do. Franciscus voluisset sua propria bona, per eum acquisita venire in fideicommisso antiquo, & paterno, dixisset prout dixit in casib. consi. Decij, non dixit ergo noluit. l.1. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. Præterea in casu substitutionis remittendo se ad testamentum patris efficaciorem substitutionem, & validius fideicommissum nõ fuit, nisi quantum est in testamento paterno, & comprehendi potest ex natura relationis. l. asse toto. de hæred. inst. Ioan. de Ana. consi.99. Dec. consi.47. colum.2. & consi.463. num.14. & in terminis Cur. Iun. consi.92. nu.8. cum seq. Ideo tota vis est videre de substitutione cõtenta in testamento D. Ioannis patris, & aui respectiuè, quantum valeat, & quos vocet, & contineat.

4 Pro cuius cognitione † eius verba diligẽter, & subtilius considerando: vt per text. in §. nos igitur. in auth. de test. fideicom. & in l. ex verbis. C. de dona. inter vir. & vxor. & sæpius Docto. dicunt, maximè relati per Tiraq. in l. si vnquàm. §. libertis. num.10. de reuo. don. & Gramma. cõs.105. col.2. hic verba eius rescribere non piget, vt legantur, atque perlegantur, sunt hæc: In omnibus &c. Et casu, quo dicti Rubertus, & Fräciscus decederent sine filijs legitimis, & naturalib. masculis, tunc eis substituit Zongum, Iacobum, Antonium, & Bernardinum de Ondedeis eius nepotes, si superuixerint, vel eorum filios legitimos, & naturales vsq; in quartam generationem eorum. Et si d. Rober. & Franc. decederent stantib. filijs masculis eorum legitimis, & naturalib. & dicti filij Rub. & Franc. decederent sine filijs legitimis, & naturalib. & d. Ruber. & Franciscus decederent sine filijs legitimis, & naturalib. tunc, & eo casu adueniente, substituit eis Zongum, Antonium, Iacobum & Bernardinum supradictos, vel eorum filios legitimos, & naturales masculos, vsq; in quartam generationem. Vel si dicti filij Rub. & Franc. decederent cum filijs masculis legitimis, & naturalib. & dicti pronepotes ipsius testatoris, & nepotes d. Rub. & Franc. decederent sine filijs masculis legitimis, & naturalib. tunc, & eo casu adueniente substituit supradictos Zõgum, Anto. Iacob. & Bernar. si supravixerint, vel eorum filios legitimos, & naturales masculos vsq; in 4. gnonem, &c.

Ecce ex lectura istius substitutionis liquidò constat hæc negatiua, quod in nullo eius gradu sunt vocati d. patrueles, & sic filij d. Rub. sed in omni eius gradu vocati sunt Zõgus, Anto. Iacob. & Bernard. nepotes testatoris, ex fratrib. sic probari negatiuam fideicommissi tradit Dec. d. consi.513. nu.9. & 10. à iure enim probatissimum, & frequens est argumen-

5 tum, † nõ dati fideicõmissi à testatore neq; expressi. vt l. Titia cũ testamento. in prin. ibi, nec possit vtile fideicõmissum putari, quod datũ nõ fit. &c. & §. pe. ibi, vt actiones creditorũ solus filius exciperet iussisse testõrẽ nõ pponi. & tex. ĩ l. si alienus, ibi, quia rogatus nõ est. de leg.2. & ĩ l. vxorẽ. §. sorori. in fi. ibi, verbis fideicõmissi non contineri. & in l. Lucius. §. collegio. ĩ fi. ibi, nõ rectè peti, quod legatũ nõ esset. de leg.3. & in l. hẽditas ad statiũ. ff. de hær. inst. ibi, cũ institutus hæres nõ sit, & in l. facta. §. si hæres ante. ibi, quia de ea rogatus nõ esset. & ĩ l. epistolã. ĩ prin. ibi, Semproniũ nõ pponi rogatũ, & ĩn l. Lucius. §. tres. ibi, nõ pponi Seiũ rogatũ vnciã ei restituere. & §. filiã. ibi, nihil fideicõmissi datum, &c. ad Treb.

6 Quid etiã dr cõtra volũtatem testatoris, † eo ipso quod de eo nihil dixit testator. gl. est pe. in l. Titia. ff. ad l. Falcid. eodem modo etiam Doct. sæpius arguunt, K non

non dixit testator, neque nos dicere debemus. Soc.
consi.77.colum.2.versic.ex quibus patet.lib.3.non
possunt venire ad id, ad quod nō sunt vocati. Alex.
consil.93. sub versicu.sed his non obst.lib.3. Quod
non dixit testator, velle non præsumitur. Dec.cons.
465.colum.2.num.7. & consil.80.colum.penult.&
consil.211.colum.2.& Paris.cons.87. num.9.lib.2.
Non apparet expressum, nec nos dicere debemus.
idem Paris. consil.31. nume.28. eod.lib. cum alijs
similib.ad hoc alleg. ab Aymo. consil.161.colum.
penult. Alia quoque generalis regula ad hoc con-
7 currit, quæ est, † quòd semper dici potest, hoc casu
non loquitur substitutio, & qui dicit casum includi,
debet ostendere. Soci.consil.62.nu.7. & consil.63.
sub nu.22.& consi.104.col.5.lib.3. Paris.consi.31.
nu. 6. lib. 2.& alibi.& Soci.Iun.consil.111. nu.27.
libro 1. & Aymo.dicto consi.161. nume.16.

Secundò dicta substitutio in casu expresso in ea,
maximè in secundo gradu mortis filiorum hære-
dum institutorum, de quo prætenditur, continet ex-
pressam perplexitatem, & repugnantiam, quæ est,
dicendo prius, si Rober. & Fr.decederent stantibus
filijs, & post statim sequitur, & dicti filij R.& F.de-
cederent sine filijs, & dicti R. & F. decederent sine
filijs: est enim expressa, & directa cōtrarietas, quòd
in eodem casu substitutionis R.& F. decedant stan-
tibus filijs, & decedant sine filijs: ita in simili ad-
ducit Soci.in consil.140.colum.pe.lib.1. nec vide-
tur posse defendi, quòd hæc vltima copula resol-
uatur in disiunctiuam.per l.si Titio fundus.de vsuf.
leg.ob enixam, & geminatam voluntatem testato-
ris in contrarium sic bis copulatiuè ponendo ean-
dem repugnantiam in secundo, & tertio gradu di-
8 ctæ substitutionis, quæ geminatio † impedit fieri
posse aliam interpretationem, quàm verba sonant.
Gozad.consil.30. nu.3. & in eadem scriptura sub-
stitutionis, quando voluit testator, sciuit exprimere
disiunctiuam, seu alternatiuā.ibi, vel eorum filios:
ergo vbi non expressit, noluit intelligi: argum.d.l.1.
§. sinautem. C.de caduc.toll. adsunt etiam aliæ di-
ctiones restrictiuæ, tunc, & eo casu. Dec.cons.273.
9 colum.2. & consil.314.num.4.quæ † non recipiunt
alium intellectum, neq; aliquam modificationem
separatam à verbis. Soci.cons.251.colum.4.versic.
postremò. lib.2. vbi etiam testator strictè loquutus
est, strictè est accipiendum, & restringitur etiā actus
fauorabilis. Bal.in l.fi.C.de posthu. & in cons.262.
recolo.circa fi.lib.1. & quando verba sunt clara, &
mens disponentis, cessat resolutio copulę in disiun-
ctam, vel solutam, vt expresè per Bar.in consi.155.
facti contingentia.circa fi.versic.nec potest dici. &
10 à mente clara, & certa † disponentis non disceditur,
etiam quòd sequatur annullatio totius actus. Soci.
in l.3. in quarto nota.de reb.dub.facit quod tradit
Barto .& Bald.in l.1. & fin.de iure codicil. sic cum
alleg. cōs.Bar.pertransit Io.dilect.de arte test.in tit.
de test.ord. in cau.11.nu.7. Ideo dicta repugnātia,
11 & pplexitas oīno vitiat dictā substitutionē. † p l. si
Titius.de cond.insti.& l.vbi repugnātia.de reg.iur.
cuius breuia sunt verba hæc: Vbi repugnantia inter
se in testamento inuenirētur, neutrum ratum est, &
ibi tradunt Dec.& Hier.Cag. & Bar.in l.quotiens.
§.si duo.circa prin.ff.de hęred.insti.& in cons.156.
nume.3.Alexan.cons.41.num.4.lib.1.Ias.consil.8.
col.8.10.& seq.lib.3. & Aymo.cons.79.nume.5.&
cons.143.num.11. & cons.167. nu.8. quia duo ac-
12 cidentia contradictoria, † non possunt simul infor-
mare idem subiectum. vt not.Bal.in l.1.in prin.C.
de lati.liber.tollen. ergo vitiata dicta expressa sub-
stitutione fideicommissaria, magis remanet vitiata
omnis prætensa tacita fideicommissaria substitutio
quoad filios dictorum R. & F. hæredum positos in
conditione.per d.l.vbi.quæ ob repugnantiam dicit
neutrum tenere, & vitiato expresso remanet, & vi-
tiatum tacitum.l.si sponsus.§.1.ff.de dona.inter vi.
& vxo. cum vulga.

Tertiò, dicti patrueles in dicto testamento aui,
& filij d. Roberti vnius hæredis in eo instituti, sunt
13 positi in conditione, & ita † non sunt in dispositio-
ne vocati. per l. si quis sub conditione. si quis om.
ca.testa. & l.sine præfinitione. in princ.quando di.
leg.ced. & Pau. de Cast.consil. 359. Suprascriptus
Dominus consultor.lib.2.vbi dicit ita esse commu.
* sententiam Doctorum, & latè Alexan.cons.185. &
cons.199. lib.2.& Curt.Seni.cons.46.nume.14. &
seq. etiam reiecta qualitate masculinitatis. Alexan.
consil.32. num.1.lib.3.& quòd pro hac parte sem-
per consuluit idem Alexan. consi.202.lib.7.& Pa-
ris.cons.31. num.19.& seq.& consil.44.num.11.&
cons.86. num.15.16. & cons.87.nume.32.lib.2. &
Rui. in consi.181.num.10.lib.2.& Goza.consi.29.
col.fin.& Soci.Iun. cons.118.num.15.lib.vbi dicit
ita esse commu.opi. & Hier.Cag. in l.1.sub nu.52.
C.de pact.& Guid. Pa.denum in q.600.ita firmat
ex concordi sententia Collegij Delphinalis, q filij
etiam masculi, positi in conditione non censeantur
vocati, ita etiam est sententia Collegij Papien.pro-
lata per Curt. Seni.in d. consil.46. adeò quòd non
sunt attēdenda consilia particularium Doctorum,
sed decisiones Collegiorum Doctorum præualere
debent: vt per Abb.in c.prudentiam.de offic.deleg.
& Ferrati. in cau.17. maximè fundatæ, & firmatæ
validioribus iuribus, & rationibus, de quibus latè
scribit Hier. Cagn.in loco supra proximè allegato,
& alias soleo allegare, sed nunc breuitatis causa, &
vt non necessarium omitto, solum addendo, quòd
14 qualitas † masculinitatis adiuncta filijs positis in
conditione negatiua præstandi fideicommissum p
grauato magis strictum, & pro honorato magis la-
tum, & faciliorem casum verificandi fideicommis-
si facit, & reddit. nam ea qualitate cessante, tam
masculus, quàm fœmina filia faceret conditionem
fideicommissi deficere. l.1.de condi.inser. & l.hæ-
redibus.§.fina. ff.ad Trebellia. diuersum est ea ad-
iuncta. vt per Barto. in l.cum auus. de conditio. &
demonstrat.cum simil. ergo inducta ad vnum effe-
ctum non debet alium operari. l. legata. inutiliter.
de adi.leg. & l.cum tale.§.si.de cond.& demon. &
15 consequenter † dicti filij Ruberti, & Francisci po-
siti in conditione ab auo, non censentur grauati
aliquo

aliquo fideicommisso, nec potuerunt grauari. per
reg.l. ab eo.C.de fideicom.tradit Alexan.cons.24.
colum.3.versic.tertiò respondeo.lib.3. & cons.55.
col.6.lib.4. Corn.cons.207.col.3.versic.nec etiam
ob.lib.2. & semper ita se tenuisse,& consuluisse di-
cit Soci.consil.104.colum.antepen.& pen. lib.3.&
Paris.d.consi.31.nume.26.& sequent.lib.2. sic esse
commu.opin.defendit Dec.consil.422.& Ias.cons.
35.col.3.lib.3. Quatenus verò diceretur, R. & F.
institutos,& grauatos sub duplici conditione. Bar.
in l.centurio. colum.antepenul. & ibi per alios,ta-
men in casu isto dicerentur grauati restituere Zun-
go, & alijs substitutis in dicto testamento d. Ioan-
nis, & non suis filijs positis in conditione Oldra.in
consil.141. circa fi. Bald.consi.216.sub nu.2.lib.1.
& consi.101.in fi.lib.4.Bened.Capr.consi.2.col.8.
Bart.consil.130. Pater dedit. vers. vel potest aliter.
Alex.consil.66.colum. pen.in princ. & consil.109.
colum.2. lib.2. Dec.consi.218. colum.3.in fi.vers.
Nec obstant illa verba. Rui.consilio 104.colum.4.
lib.2.& Paris.cons.14.num.10.16.lib.2.& alibi,ita
etiam hæc est commu.Doctorum sententia.

Quartò, & successiuè dicti filij R. & F. positi in
16 cōditione, † & inualidè grauati minus dici possunt
ad inuicem tacitè substituti,& grauati per l.fi. §.pe.
de leg.2.& tradit Petr.de Anch.consi.120.pro cla-
riori. versicu.secunda substitutio.maximè cum hęc
non concurrant, quòd sit facta substitutio in tota
hæreditate,& specialiter ab vltimo moriente,vt la-
tè per Alex. consil.11.lib.3.& cons.14.colum.pen.
& consi.55.sub num.17.lib.4.Soci.consil.113.col.
fin.lib.1.& in l.hæredes mei.§.cum ita.columna 2.
versicu. primus casus.ad Trebellia.Goza.consi.67.
num.14. Paris.consi.44. nu.29.& sequen.lib.2.vbi
latè confutat contraria. Ias.in l.quidam.in fin.& in
l. potest. colum.pen.& fi.de vulg.& pup.& in cons.
41.col.4.lib.1.& consil.143.lib.2.sequitur. & Rui.
consi.96.nume.11.& Aymo.cons.161. num.7. vbi
dicit,quòd ita per Curiam fuit iudicatum, non ob-
stante eo, quòd in alijs suis consilijs, quandoq; se-
cus tentauerit, cōsiderando coniecturas quasdam,
quæ in casu isto cessant,& non possunt concluden-
17 ter & necessariò haberi, vt esse debent † coniecturæ
ad fideicommissum inducendum,vt per Ias.d.cons.
143.colum.4.lib.2.& consi.66.colum.pen.lib.3.&
Soc. consil.62.in fin.lib.3.& respondent Docto.in
locis supra alleg. ad contraria alia.

Non potest coniectura dictos patrueles adiuuās
colligi ex verbis subsequentibus testamenti d.Ioan
nis aui,per quæ declarauit dictas substitutiones in-
telligi debere in eo sensu, in quo minus de hæredi-
tate detrahi possit, quin tota deueniat ad suprascri-
ptos hęredes institutos,& substitutos, vt supra,quia
primò verba, hæc non possunt intelligi directa ad
ipsos filios d.Ruberti,qui non sunt hęredes institu-
ti,neque substituti. vt supra patet,neq; ad eos refer-
18 ri, ob dictionem, suprascriptos, † quæ relationem
facit ad eos, quorum nomina legũtur in testamen-
to, & eorum personam non egreditur, per ea quæ
scribit Alexan. consil.173.colum.2. lib.5. & Deci.
consi.218. col.4.& cons.291. colum.4. & d.consil.
513.nu.5. Deinde quia nulla melior est interpre-
tatio, & intelligentia, quàm ea quam exprimit, &
dat ipse testator. Bald.in consil.407. in quæstione.
colum.fin.sub versicu.tangitur etiam. lib.1.& Soc.
consil.102.colum.penult. versicu. ex quibus patet.
lib.3. dictus autem testator prosequendo se ipsum
declarat, quomodo id velit intelligi, dum dicit,vi-
delicet, vt intelligatur pupillariter vulgariter, &
per fideicommissum, &c. dictione enim videlicet,
19 † ostenditur,& fit restrictio, & declaratio.Iaso.in l.
tempus.de re iud.& in l.si tibi.§.personale. de pact.
Deci.in consil.47. & consil.423. nume.15. Aymo.
consil.227.ante nu.8. & consilio 273.nume.9.par-
uæ impresio. exinde potius colligitur coniectura
contra dictos patrueles, & filios R. quos si curæ, &
cordi esset testatori intelligi vocatos in dictis sub-
stitutionibus,quemadmodum declarauit eas intel-
ligi, prout fecit, ita dixisset substituendo expressè
filios filiorum hæredum institutorum ad inuicem.
non expressit, coniectura est, quòd noluit, probat
tex.in l.de precio. de publici.cum similib.de argu-
mento si voluisset, dixisset &c. de quo per Angel.
consilio 257. Quia.colum.5.Roma.consil.503.di-
ligenter. colum.2.Ioan.de Ana.consil.22.Anchar.
consil.120. Pau.de Cast.consilio 224. lib.2. Alex.
consilio 12.sub nume.8. libro 2. Soci. consilio 69.
colum.6.libro 3.Rot.in no.in decisio.119.legatus.
& alibi sæpe, maximè modo per Tiraquel. in d.l.si
vnquam.in versicu.libertis.nume. 3. sed voluit in-
ter eos manere salua iura legitimarum successionũ
ab intestato, per notiss. glo.in l.Lucius.la secunda.
de hæred. insti. communiter probatam,& canoni-
zatam in mille locis per Docto. & per l. vel singu-
lis. cum ibi nota.de vulg.& pupilla.

Non potest quoque pro ipsis patruelibus sumi
fundamentum ex alijs verbis dicti testamenti, ibi;
Vnà vel plures de fœminis autem siue sint filię,&c.
20 Quoniam verba illa † stātibus filijs masculis, etiam
quòd comprehendant ipsos patrueles filios vnius
ex hæredibus institutis, non tamen dispositiuè vo-
cant eos: sed ponunt in conditione inducta, & de-
monstrata per ablatiuum absolutum,stantibus,&c.
l.à testatore. & ibi nota. Barto. de conditio. & de-
monstratio. ergo non sunt in dispositione vocati.
per alleg.supra in tertio fundamento. Quòd huius-
modi accessoria clausula,& adiectio nō obstet fœ-
minis, quin succedant ab intestato, alia exclusione
testamentaria non ostensa, adduco in terminis de-
cisiones celeber.Doct.Alexan.Curt.Seni. & Ioan.
de Ana. Nam Alexan.in cons.185.col.6.& seq.sub
vers. octauò non ob.lib.2.dat quatuor respōsiones
optimè casui nostro accommodatas, vt videri pos-
sunt. & Curt.Seni.in d.cons.43. col.antepe.vers. &
respondendo ad Barto. firmat similia de filijs per
ablatiuos casus expressis,non vocatis.& Io.de Ana.
in cons.68. viso statuto. circa fi. firmat idem,quòd
filij positi in conditione ad excludendum, non in-
cluduntur, faciendo differentiam de conditionali-
ter positis à lege, & positis à testatore. ex nota.in l.

vxorem.§.hæres. de leg.3.& in cap.tua. & in cap.si
hæredes.de testa.& in l.paterfam.ff.de hæred.insti.
concludendoq; imputati testatori non prouidenti
casum dubij, & non esse tutum recedere à commu.
* opin.quæ est, quòd conditionaliter positi non sunt
vocati, licet voluntas testatoris videatur, quòd isti
admittantur, vt ibi per eum.

Vlterius respondendum est in casu isto: Quòd si
ex verbis prædictis, stantibus filijs masculis, &cæt.
posset colligi inclusio, & vocatio pro masculis, ea
esset actiua ad eorum commodum tantum, & non
passiua, quòd adinuicem essent grauati fideicom-
21 misso, †quod onus dicitur.l.cohæredi.§.cum filiæ.
de vulga.&pupilla. cum similib.ne inducta ad eo-
rum fauorem, &c. l. quod fauore. C. de legi. sicut
dicitur de inclusione masculorum inducta per sta-
tutum, cuius fortior est potestas in excludendo, &
includendo ad hæreditates, quàm hominis dispo-
sitio, quòd stantibus masculis fœminæ excludan-
tur, quòd masculi semel admissi possunt de bonis
disponere, vt volunt, & ea transmittunt ad suos hæ-
redes. Soci.in consi.157. colum.7.libro 2.& Deci.
consil.331.colum.penult.namque valet argumen-
22 tum de verbis†statuti ad verba testamenti.Ias.cons.
141.columna 5. versicu.secundò pro eadem parte.
lib.2.Roma.consi.65.colum.2.versicu. cum igitur.
Deci.consi.227.colum.3. in fi.sub num.8. ita dict.
Ondedeus admissus ad bona paterna effecta sua. l.
1.§.veteres. ibi not.ff.de acquiren.pos. moriens ab
intestato ea voluit deuenire ad legitimos hæredes
proximiores, (qui sunt dicta mater,& neptis ex so-
rore,vt infra dicetur) l.cõficiuntur. de iure codicil.

Præterea dicta verba in sua clara, & directa di-
spositione cõtinent,quòd filiæ,vel neptes sint con-
tentę suis dotibus de summa flo.500.in quibus eas,
& quamlibet earum hæredẽ,reliquit,cum prohibi-
23 tione amplius non petendi,†quę importat quòd fi-
liæ non dicantur præteritæ, & aliam vim non ha-
bet,quàm vim compensationis cum eo pluri, quod
eis deberetur, vt per Bald.in l.penult.C.de hæredi.
acti. ergo cum non possint aliud importare, ex his
non inducitur fideicommissum. l.Lucius. §.filiam.
& ibi tradit Pau.de Cast.ff.ad Trebel.hoc est quod
24 dicitur, coniecturas ad † fideicommissum requiri
concludentes. Iaso.d.consil.143.colum.4.lib.2. &
Paris.consi.31. nume.11.lib.2.vt regulariter debet
esse probatio concludens.per not.in cap.in pręsen-
tia.de proba. & in l.non hoc.C.vnde legi.sic etiam
in terminis adducit Ripa.in d.l.hęredes mei.§.cum
ita. nume.34. ad Trebel. neque dictæ mulieres, vt
mater, & neptis, & sic alio iure hæc bona vti hære-
ditaria d.Ondedei, & nõ testatorum prædictorum,
prohibentur habere, & consequi, per ea quæ in si-
milib.terminis adducit,& firmat Dec.in cons.433.
colum.2. cum etiam neptis non acceptet commo-
dum dotis relictę in dicto auiro testamento, per il-
lud non potest excludi à iure aliunde sibi debito.l.
Titia cum testamento.§.qui inuita. & l.Imperator.
in prin.de leg.2.& l.planè si filium.§.fin.de leg.1.

Si quidem velint se tueri alijs vulgatis, & com-
munibus argumentis adductis quandoque à Do-
ctoribus circa voluntates testatorum interpretan-
das, potius diuinatorem, & prophetam agentibus,
quàm Iurisconsultum,& magis intentis clienti auri
præmio oblato,quàm veritati. Quòd in fideicom-
missis sola mens testatoris attẽdatur, & quòd atten
datur verisimilis responsio testatoris in casu occur-
renti, si fuisset interrogatus, &c. iure respõdendum
25 erit: Quòd testatoris † mens attendenda est, quæ
verbis exprimitur. Bal.in l.codicillis. §.insulam.de
leg.2. Alex.cons.55.nume.9.lib.3.Dec.consi.205.
num.5.Iaso.in l.neque.versicu.subdit vltimo.C.de
testa.cum concord.alleg.per Tiraq.in d.l.si vnquã.
d.vers.libertis. num.70. Non autem ea quæ ex no-
stra fantasia imaginãtur. Ripa in d.l. hæredes mei.
§.cum ita. num.34. ad Trebel. & quæ ex nostri ca-
pitis sententia diuinatur.Corn. cons.61. versicu.&
super hac. lib.2.& Aymo.cons.161. nu.12. Quæq;
enim verba substitutionis, & testamenti, de quibus
agitur à iure suam intelligentiam, & interpretatio-
nem habent, vt supra declaratum est ex communi
Doct. sententia in principalibus articulis, maximè
nostræ quæstionis, quòd filij positi in conditione,
non sunt vocati, & minus adinuicem substituti,vel
26 grauati,& interpretatio, †quam dant iura, & leges
verbis testamenti est tenenda Bald.in l.voluntatis.
colum.1.C.de fideicom. per l.si pater.ff.de hæred.
inst.& Soci.cons.23.col.7.versicu.decimoseptimò
probatur. lib.1.& iudex non potest extendere ver-
ba testamenti,sed declarare ambigua Pet.de Anch.
consil.288. prima substitutio.

Agnationis ratio ad argumẽta fideicommissi in
hac specie,quoq; non facit, Quia multifariam Do-
27 ctores ad eam respondent. Nam primò †quando
non est expressa non attenditur, maximè in perso-
nis non specificatis. Dec.cons.501.col.fin.versicu.
sed respondetur. & cons.315.col.3. versi.præterea.
& intelligitur quando eueniret casus substitutionis
expressus in testamento. Alex.cons.59.col.fi.versi.
non obstat etiam. lib.3.& Soci.cons.116.colum.4.
vers.Quæ omnino.lib.3.& procedit in personis tm̃
vocatis dispositiuè in substitutione. Soci.Iun.cons.
118.nu.18.lib.1.& Dec.cons.287.col.4.sub versic.
similiter. Quemadmodum dicitur in statutis exclu
dentibus fœminas, & eandem conseruandæ agna-
tionis rationem habentibus,permanente argumen
to statutorum ad testamenta,vt supra. quòd talis ra
tio non procedit, nisi in personis expresè vocatis,
vt per Dec.in cons.451.circa fi. & alibi, vt inferius
dicetur. Præterea aliqua extensio ad substitutionẽ
reciprocè tacitè intellectam inter filios dictorum
Ruberti, & Francisci morientes sine filijs masculis,
fieri non potest,impediente voluntate testatoris, q̃
restricta est in casu mortis dictorum filiorum Ru-
berti, & Frãcisci prædictorum morientiũ sine filijs
ad expressam substitutionem factam, & vocantes
Zongum, Antonium,Iacobum, & Bernardinum p
28 dictiones †restrictiuas repetitas,& geminatas.s.tũc
& eo casu aduenierẽte. Quæ faciunt voluntatẽ testa-
toris intelligi,& habere locũ in casu expresso,& nõ
æqui-

æquipollenti, & non posse extendi ad alios casus. vt per Bald. in consilio 57. Item institituo. versicu. secundò est considerandum. libro 2. Pet. de Anch. in consilio 356. ex serie testamenti. colum. 2. versi. tertiò hoc probatur. Socin. in consil. 259. colum. 3. versicu. confirmantur præmissa. libro 2. Dec. consi. 89. colum. 3. versicu. postremò prædicta conclusio. & consilio 273. colum. penult. versicu. & prædicta conclusio. & in consilio 287. colum. 5. num. 10. vbi in terminis tradit, non posse fieri extensionem ad alium casum, & ad alias personas, etiam ratione agnationis conseruandæ, ob restrictionem inductam per dictiones, tunc, & eo casu, idem in consil. 314. colum. 1. in fin. versicu. secundò hoc idem. & Parif. consi. 86. nume. 34. & sequen. libro secundo. & Aymo. in consilio 98. nume. 5. & sequen. vbi in specie ex prædictis authori. & alijs probat in casu quo filij sunt positi in conditione honorati, & grauati, substitutio restricta sic per dictiones restrictiuas ad certos vocatos primo loco non extenditur ad eorum liberos, etiam vocatos.

* Accedente alia communi conclusione, q mens, & voluntas testatoris non curatur, nisi transeat in
29 dispositionem, ita quòd non sufficit, † testatorem velle, nisi disponat. l. quidam cum filium. & ibi not. Bald. & Imo. ff. de hæred. insti. Alexand. in l. 3. in fi. de liber. præter. & in consil. 202. nume. 3. & 7. lib. 7. & Iaso. consil. 29. colum. penult. in fin. libro 3. Dec. consilio 63. colum. 3. & alibi, & Socin. consil. 104. colum. 5. libro 3. & Parif. consilio 31. numero 12. libro 2. & in alijs plerisque locis Docto. tradunt. pro qua etiam facit text. in l. si res obligata. §. 1. de leg. 1. & in l. fideicommissa. §. 2. de leg. 3. & in l. si alij. de vsufru. leg. & dicit Bal. in l. 1. §. si defunctus. de reb. cor. quòd nō omnis voluntas patris est eius testamentum. Si enim testator voluisset vocari ex testamento nepotes ex filijs institutis solum ponendo eos in conditione, & grauando posset dici cum text. in d. l. si alij. errore labitur, quia positi in conditione non vocantur ex testamento, & grauando pariter non honorantur, & vocantur, vt in his duobus punctis, ita sunt communes opinio. Doctorum vt supra, & alibi late probatur, & maximè de hoc secundo latè per Iaso. consil. 35. colum. 3. libro 3. à quibus in consulendo, & iudicando non est recedendum, & ex his præcipuè dicti patrueles debent succumbere.

Ex prædictis etiam consequens est responsio ad
30 illud verisimile, † si fuisset testator interrogatus &c. iuxta nota. in l. tale pactum. in fin. de pact. quia non procedit vbi verba sunt expressa, & restricta ad certos casus, vt per Dec. in dicto consil. 89. colum. pen. & vbi testator non disposuit, & voluntas colligi nō potest ex dispositis. Socin. dicto consil. 104. col. 5. sub versicu. sed prædictis. libro 3. Parif. consil. 44. numero 25. & consil. 95. nume. 25. libro 2. & Rub. Alexandri. consil. 68. nume. 2. ex verbis conditionalibus in casu isto non potest colligi, cum iure demonstratum sit non continere vocationem, & dispositionem ex testamēto, per commu. opin. Doct. quæ alias de facili, & semper elusoria redderetur, quod non est tenendum, vt dicit Deci. in consi. 131. colum. penult. versic. secundò non ob. & non pro-
31 cedit in eo, de quo disponit lex, quia † secundum legis dispositionem cēsetur testator cogitasse. ita Ias. in consilio 31. columna fina. libro 3. & cessat coniectura verisimilis mentis testatoris, quādo habuisset facilitatem prouidendi. Corn. consil. 297. col. penult. versicu. tacita est illa. libro 1. & Curt. Seni. consil. 29. columna 3. versic. ergo plus operabuntur. & versicu. sequen. vbi latè insistit respondendo huic fundamento, quòd aliàs maximè nunquam haberet locū regula de casu omisso; subiungo ego, quòd etiam aliàs nunquam haberet locum regula. l. vel figulis. de vulga. & pupill. quòd ius legitimarum hæreditatum ab intestato, inter grauatos, & positos in conditione integrum remaneat, vt ibi etiam per Docto. & per Alexan. consil. 167. colum. penulti. libro 5. Et alia possem adducere, quæ vti non necessaria omitto, & quæ cum alijs, Deo volente, aliquando in periculosa, perdifficili, & varia materia interpretationum vltimarum voluntatum, & cum tractatu ipso, non minus vtili, quàm necessariò in sylua hac nostra legali de interpretatione vltimarum voluntatum, qui adhuc penes me est nescientem de tabula manum tollere, palam edentur.

Itaque videtur firma conclusio, dictos Patrueles ex iure fideicommissi agentes debere succumbere. Primò, quia non expresse vocantur ad aliquod fideicommissum negatiua hæc probatur ex inspectione dictorum testamentorum.

Secundò, quia non tacitè etiam vocari iure possunt, vt supra clarè demonstratum est. Tertiò, quia inficiari saltem, nequaquam credendum est ex prædictis valde dubium esse de hoc prætenso eorum
32 iure fideicommissi, in dubio enim contra † fideicommissum, & illud non extare pronunciandum est: sic tradunt Soci. consi. 113. col. fi. in prin. lib. 1. & Deci. consi. 336. in fin. & consi. 384. in fin. & consi. 593. circa fi. & Aymo. in consi. 180. in fi. & in consi. 208. num. 3. Doctrina Apostoli præ oculis habenda: Non plus sapere, q̄ oportet sapere: Ad Ro. c. 12.

Super est videre de altero iure, quo prætendunt Patrueles isti experiri vigore decreti Ducalis, & statutorum prædictorum: Super quo breuiter respondendum est, eos similiter non posse obtinere: Quia in casu simili aliàs pro sororibus, & filiab. sororum contra Patruelem me patrocinante iudicatum fuit per Clarissimos Dom. Consiliarios Illustrissimi, & Excellentissimi Principis nostri, Ducis Vrbini, & Pisauri Domini, non minus graues ætate, & rerum experientia, quàm peritia iurisperitissimos, licet in casu illo non adesset mater: Tamen non referre liquido constat, ex alleg. per Soci. in consi. 28. lib. 4. & per Alber. Brun. in tract. de sta. fœmi. exclu. in 6. artic. in 3. membro. & in 3. q. ab intestato enim succedit mater, & filia sororis ex eadē matre. per auth. cessante. C. de leg. hær. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

Dom. Simonis de Prætis,

CONSILIVM XLIII.

ARGVMENTVM

Episcopus renouando inuestituram locationis ad vitam conductoris factæ vltimò per prædecessorem, non potest eandem locationem facere in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 Ius idem vnum, & certum est.
2 Facti qualibet minima mutatio, vel diuersitas totam iuris decisionem mutare facit.
3 Legum virtus est in inductione, & aptatione congrua ad casus, & de similibus ad similia.
4 Praces conueniunt propriè contractui pracarij.
5 Pactum in instrumento inuestitura appositum de renouando de quinquennio in quinquennium, proprium, & pracipuum est pracaria.
6 Successores non expressi non continentur in dispositione.
7 Contractus pracaria finitur morte recipientis.
8 Perpetuum etiam accipi potest donec viuit recipiens.
9 Locatio facta perpetuò vniuersitati, non durat vltra centum annos.
10 Res consueta liuellari, potest per episcopum dari liberè, sine distinctione personarum, sine requisitione capituli, Romano Pontifice inconsulto, & sine metu periurij.
11 Ecclesia vtilitas est, quod res sit alienata ad breuius tempus.
12 Factum vltimum pro solito accipitur, & ex vno actu tantum verificatur solitum.
13 Pralatus debet inuestire, vel infeudare rem solitam infeudari, secundum vltimum solitum.
14 Consuetudo vltima, etiam recens, in feudalibus tollit primam.
15 Status vltimus attenditur.
16 Vltima sunt attendenda, & derogant prioribus.
17 Pralatus rem solitam dare in emphyteusim temporalem non potest dare in perpetuam.
18 Pralatus non habet authoritatem disponendi in praiudicium successoris. & non potest mutare concessionem in emphyteusim vltra morem solitum.
19 Episcopus non potest retractare, qua per alium episcopum ritè tractata sunt.
20 Episcopus non potest dare, nisi quadraginta dies de indulgentia, vnde si dederit quinquaginta, non valebit etiam in quadraginta.
21 Episcopus sine solemnitatibus non potest in inuestitura addere plures res vltra contentas in prima inuestitura, nec longius tempus, quia in casu de pluri valet argumentum de re ad tempus.
22 Tempus longum apponere in contractibus ecclesia non est euidens vtilitas, sed praiudicium.

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

NON mirum, neque nouum est in iure
nostro, ac in legali professione, si quan-
doq; in eadem facti specie diuersa, vel
contraria prudentum responsa legan-
tur, non ideo id prouenit, quòd inter se ius ipsum
1 sit diuersum, vel contrarium, quia † ius idem vnum,
& certum est. l. ornamentorum. de auro, & arg. leg.
nullumq; contrarium inuenitur in iure, vt in prima
constitu. C. §. quibus. & l. 2. §. contrarium. de vet.
iu. enucle. sed vt plurimum in causa est inter nos di-
scordia facti, vel iuris. Nam quisque suo modo, &
2 sic diuersimodè factum præsupponit, vnde † qualibet
minima facti mutatio, vel diuersitas totam iu-
ris decisionem mutare facit. Specu. in titu. de aduo.
§. nunc tractemus. colum. 1. Alber. in l. si ex plagis.
§. in cliuo. ad l. Aquil. refert Deci. in l. præcibus.
colum. 2. in secundo nota. C. de impube. & al. subst.
vbi dicit se fecisse erubescere Socinum, dicendo,
quòd aliter facere non poterat, quin iudicaret in
fauorem consilij suæ excellentiæ, quia pro vtraque
parte variato tamen facto consuluerat. Circa ius
autem diuersitas est in adaptatione legum ad fa-
ctum, cui non bene conueniunt, nam virtus earum
3 est in inductione, † & aptatione congrua ad casus,
& de similibus ad similia. vt l. non solum. §. qui pri-
mipilum. & ibi Bald. notat. ff. de excusa. tuto. & Ci-
cero de inuenti. in rhetor. capitu. omnis res, inquit,
quòd non causa ad constitutionem, sed constitu-
tio ad causam accommodatur. Vnde in quæstio-
ne proposita: De inuestitura nouæ locationis ad
vitam Conductricis vltimo loco factæ per præde-
cessorem, an possit per modernum episcopum mu-
tari, renouari, vel denuo fieri eidem Conductrici
in perpetuum: Cum ego responderim, non pos-
se, At ille Excellen. Doctor contra. Quis nostrum
in vtrunque, vel alterum præmissorum inciderit,
videndum est?

Primùm namque dissentimus in facto, in eo,
quòd aduersarius præsupponit patrem Conductri-
cis fuisse inuestitum de feudo, vel emphyteusi in
perpetuum: & ego puto fuisse inuestitum ad vitam,
& non vltra ex contractu præcariæ: hæc tria in fa-
cto vera me mouent. Primum, quòd in instrumen-
to inuestituræ patris facto de anno 1524. die 11.
Nouemb. ascriptæ sunt præces Domini Condu-
ctoris de inuestitura tali sibi facienda, quæ conue-
4 niunt propriè contractui † præcarij, vt per Bald. in
cap. 1. §. aut si libellario. circa princip. qui. mo. feu.
amit. dicentem per hæc expressa verba, & dicitur
præcaria, quia consueuit fieri ad præces recipien-
tis, de quibus præcibus fit mentio in instrumen-
to, &c. refert, & sequitur Iaso. in l. 1. columna 8.
versicu. secundo quæro. C. de iure emphyteu. Se-
cundum est, quòd in eodem instrumento inuestitu-
5 ræ patris adest pactio † de renouando de quinquen-
nio in quinquennium, quod similiter proprium, &
præcipuum est præcariæ. per text. in capitu. præ-
cariæ. el secondo. decima quæstio. secunda. &
in

in cap. 1. extra de præcar. & ibi canon. & Alexand. in consil. 79. circa primum. colum. penult. versicu. præcarium. lib. 1.

Vltimum est, quòd pariter in eodem instrumento, dicitur, inuestiuit. D.L.M. præsentem, & acceptantem, nullam mentionem de filijs, vel hæredibus faciendo, vt facta reperitur in mille, & credo in omnibus alijs inuestituris feudorum, & liuellorum factis particularibus personis, vt facilè videre est ex omnibus multis libris ipsius Episcopatus, ex tali omissione filiorum, vel hæredum, concurrentibus præsertim alijs duobus præmissis, arguendo, quòd noluerunt cōtrahentes in tali inuestitura continneri filios, vel hæredes recipientis. per l. 1. §. finautem ad deficientis. C. de cad. tollen. & l. de præ-
6 cio. de publici. ita propriè ex non expressione † successorum in dispositione eos non contineri, arguit Alexand. in consil. 86. In causa datiorum. colum. fi. versicu. facit etiam. d. lib. 1. sic ergo dicta inuestitura non egrediens vitam patris fuit solum facta in sua vita tantum, & consequenter dicta inuestitura
7 continet contractum præcariæ, qui † finitur morte recipientis. per tex. & ibi glo. fina. & Docto. in cap. fina. de præca. & Alexan. in dicto consil. 79. in vers. supra alleg. De hoc non videtur dubitandum, quia in instrumento inuestituræ dictę Conductricis ipse partes fatentur rem fuisse deuolutam ad Episcopatum, præcipuè, per mortem patris ipsius Conductricis. l. penult. C. de contrahen. stipu. cum similib. non obstat, quòd in inuestitura patris dicatur, iure liuelli perpetui, quia prædictæ qualitates demonstrant contractum esse præcariæ ab effectu ipso. l. insulam. de præscript. verb. & l. si vno. in princip. ff. loc. cum similib. vt per Dec. consil. 164. nume. 3. &
8 perpetuum † accipi etiam potest donec viuit recipiens: vt l. 1. ff. pro soc. cum alijs alleg. per Alexan. in dicto consil. 86. versicu. nam verbum perpetuo. libro 1. ergo tunc quando dicta Domina Conductrix fuit de annò 1539. die 16. Augusti inuestita in vita tantum, aliter non poterat inuestiri, prout suus pater erat inuestitus re vera in vita tantum, vt supra demonstratum est, licet in hoc principale fundamentum non faciam, nec modo potest aliter mutari, & renouari sua inuestitura, nisi prout vltimo loco per prædecessorem fuit sibi facta in vita tantum, nec habet quærere alias inuestituras factas prius communitati Altæuillæ, quia conformitatem non habet persona particularis cum vniuer-
9 sitate, † cui etiam locatio facta perpetuo forsan nō duraret vltra centum annos. argumen. l. si vsusfructus. & not. ibi per Docto. de vsufr. leg. & per Alex. consil. 60. lib. 1.

Nunc ostendo inuestituram non posse mutari, nec renouari dictæ Dominę Cōductrici, nisi prout fuit à principio inuestita, in hoc dissentimus in iure Dominus ex aduerso respondens, & ego: ille enim allegat, & applicat ad casum nostrum textū. in cap. 2. de feud. & nota. per glos. & Docto. in cap. vt super. de rebus eccles. non alien. & in capitu. per tuas. de donatio. & text. in capitu. 1. de his qui feu. da. pos. solum intuendo, quòd bona, quæ non sunt de mensa episcopali, & solita sunt prius liuellari in perpetuum, possint liberè per episcopum eodem modo perpetuò infeudari, vel liuellari, præsupponendo inuestituram iam factam Dominæ Conductrici in vita tantum nihil operari, & pro non facta forsan haberi: Ego quidem puto, & ita est, si verum amamus, vt inquit text. in l. cum ita legatum. de conditio. & demonstrat. textum in cap. 2. de feud. cum alijs allega. ex aduerso, stante inuestitura prædicta facta per prædecessorem Dominæ Conductrici, non posse applicari, neque facere ad nostram quæstionem: Sed eam iure diffiniendam esse, alio modo præsupponendo facti veritatem prout est, iura, & decisiones oportunè allegando prout ego verè (ni fallor) & iure deducam. Nam cōcedo retroactis temporib. annorum vltra quinquaginta, rem (de qua agitur) iure liuelli perpetui de renouando, de nouennio in nouennium fuisse per prædecessores datam communitati Altæuillæ, & postmodum patri Dominæ Conductricis eo modo, & contractu præcariæ, vt supra probatum
10 est, quæ faciunt † quòd dicta res sit consueta liuellari, & ita per episcopum possit dari liberè, vt dicit text. in dicto cap. 2. de feu. liberè, sine distinctione personarum, exponit Signo. in consilio 210. num. 8. & fine requisitione capituli, declarat Mart. de Sili. in tracta. de feud. in rubri. quis pos. da. feu. numero 19. & Rom. Pont. inconsulto, & sine metu periurij, vt propriè sonant verba casus dicti capituli secundi. ita procedant pręmissa alleg. in contrarium.

Sed vlterius progrediendo, prædicta allegata in contrarium non dicunt, quòd prælatus de nouo alienando alijs non comprehensis in præcedentib. inuestituris non possit apponere noua pacta, & alia tempora, saltem ad maiorem vtilitatem ecclesiæ,
11 † vt est, quòd res sit alienata ad breuius tempus. Quinimò ea posse apponi, & esse seruanda. tex. est, & ibi Docto. tradunt in l. 1. C. de iure emphyteu. & consequenter concedendum est, alienationem, & inuestituram factam Dominæ Conductrici esse validam, & modis, & temporibus, prout facta, est iure seruandam esse. per d. l. 1. cum nota. in c. potuit. extra loc. Quam etiam præsuppono nouam inuestituram, quoad eius formam nō habentem aliquam dependentiam ab antiquis inuestituris factis alijs, & nō dependentem ab aliqua successione, sed prouenientem ex mera liberalitate, & concessione Domini, per ea quæ tradit Deci. consil. 390. col. 3. in fi. nume. 4. & per Oldra. consi. 178. factum tale est. & de hoc non est dubium.

Vnde pro magis dilucida declaratione. Cum modò sit facienda noua inuestitura eidem Dominæ Cōductrici, tum ob recognitionem à nouo Episcopo successore, tum quia plus quàm septies dicta res est deuoluta ad episcopatum ob pacta non seruata, per D. Conductricem. De duob. est quærendum, an D. Episcopus possit dare, & alienare, secundo, qualiter, & qua forma possit dare. Primum cōceditur

tur posse dare, in hoc operante consueto, & solito antiquo eandem rem alienandi, & liuellandi, & ita procedunt alleg. in contrarium, & quod dicitur de præscriptione consuetudinis, vt per Iaso.cons.155. colum.2.in fi. lib.2. sed dubium est in secundo, de modo, & forma dandi, an solitum in hoc debeat inspici secundum inuestituras priores alijs factas, vel secundum suam inuestituram vltimo loco sibi factam per prædecessorem. Resoluendo nostram quæstionē, & ponendo (vt dicitur) securim ad radicem, in hoc secundo propositæ quæstionis dubio non vagando extra rem, facio, & adduco duas con clusiones veris rationibus, & communib. opinionibus Doct. roboratas, & firmatas. Primam, quòd solitum debeat inspici, & attēdi secundum formam inuestituræ nouæ vltimo loco factæ per prædecessorem ipsi Do.Conductrici. Secundam, quòd Modernus Dominus Episcopus non debet, & dico, ꝙ non potest mutare, vel alterare formam dictæ inuestituræ vltimæ ad maius præiudicium ecclesiæ, quàm ipsa inuestitura contineat.

12 Prima conclusio probatur, † quòd circa solitum, vel quòd sit factum aliquid semel, vel pluries etiam diuersimodè sufficit semel factum, & vltimum factum pro solito accipitur. per text. & ibi not. Bar. in l.Mela.§.sed si alimenta.de ali.leg. ex vno actu tan tum verificari solitum, quia est nomen vniuersale, firmat idem Barto. in l.1. circa fin. Quomodo, & quando iud. & ibi Pau.de Cast. dicit, quòd hoc dictum communiter tenetur, quod est magnum verbum in practica. Iaso. in l.Gallus.§.& quid si tantū. colum.penul.versicu.tamen alibi.de lib. & posthu. & in l.1. §. sublata.colum.3. sub versicu.quartò, & vltimò.ad Trebellia.ita etiam attestatur esse cōmu. opinio.& latè defendit Roch.de Cur.in rubrica de consuetu.in 5.q.nume.43. Quæ sua repetitio super rub. & cap.fin. de consuetu. ponitur inter tracta.in primo tomo tractatuum, proprius in terminis adduco decisio.Bald.in authen.quibuscunque. versic. extra glo.quæro.C.de sacrosan.eccles. vbi de rebus feudalibus, & emphyteuticis consuetis infeudari, & emphyteuticari, dicit, quòd successor tenetur seruare cōsuetudinem immediati prædecessoris. per d.l. Mela. §. 1. & quæ vigebat tempore ingressus dicti prælati, vt ibi per eum mandantem hanc decisionem bene menti tenendam. sequitur, & comprobat Roch. de Cur.in d.c.fin.de consuetu.num.418.di-

13 cens prælatum † debere inuestire, vel infeudare rem solitam infeudari secundum vltimum solitum, adducendo ibi alia similia, idem firmat Bald. in c.1. §.fin.de his qui feu.da.pos. quòd vltima consuetu-

14 do † etiam recens in istis feudalibus tollit primam. per d.l.Mela. §. 1. sic intelligēdo de solito, facit tex. in cap.1. §.profectò. quid iu.si post ali.feu.vbi feudum pluries recuperatum censetur eo modo, & iure, quo vltimo loco fuerit recuperatum, & ibi Bald. notat, quòd posterior euentus declarat, sicut etiam

15 dicitur de beneficio, quòd vltimus † status attenditur. vt per Doct. in c.cum de beneficio.de præben.

16 in 6. & generale est vltima † derogare prioribus, & ea fore attendenda.l.diui. §.licet.de iure codicil.& l. pacta nouissima.C.de pact.cum simil.cumul.ferè in omni materia per Hip.Mars.in l.1. §.si serui. nu. 15.& seq.ff.de quæst.

Secunda conclusio, & successiuè, licet possit dici comprobata ex deductis in præcedenti, præsertim ex decisio. Bald. in auth. quibuscunque. firmata per Roch.de Cur.in loco præallegato, tamen speciali-

17 ter firma redditur, quod prælatus † rem solitam dari in emphyteusim temporalē, non potest dare in perpetuum, vt post dubitationem positam arguendo firmat Barto. in authen. qui rem. C.de sacrosanct. eccles. & sic quòd non possit mutare, nec alterare formam inuestituræ, qua solita erat dari emphyteusis. Doct. hoc communiter sequuntur, vt ibi per Ias. circa fin. Allegando Alexand. in consi. sub nu.374. antiquorum, sed hodie est consil.9. viso themate. libro 3. vbi dicit ita esse commu. opinio. vbi etiam concludit ob longitudinem temporis maiori præiudicio illato ecclesiæ rem solitam dari in emphyteusim perpetuam personis priuatis non posse dari in feudum communitati, per dictam doctrinam. idem Alexan. firmat in consil.5. si vera sunt. colum. penult. versicu. septimò. lib.5. Idem in prorogatione ad alias personas, per quam tardius feudum ad ecclesiam rediret, fieri nō posse. firmat Raph. Cum. in consil.99. quædam possessio. Idem in inuestitura extensa vltra solitum propriè. per Dominum Episcopum Vicentinum eam non valere in præiudicium successorum consuluit Rapha. Fulg. in cons. 10. Dominus Bonazonta. Idem probat Iacob. de Alua. inter consil. Brun. consil.57. in causa, & quæstione. per eandem doctrinam fundatam in §.profectò.in tit.de lege Corra. quòd bona ecclesię consueta dari in emphyteusim accipienti pro se, & successoribus masculis tantū, nō possint dari recipienti pro se, & successoribus masculis, & fœminis, vt ibi. numero 4. adducendo etiam aliam rationem,

18 quia † prælatus non habet authoritatem disponendi in præiudicium successoris, vt ibi. num.6. & non posse mutari concessionem in emphyteusim vltra morem solitum, etiam tenet Com. consil.122. col. 4. versicu. & quia. libro 2. Addo in casu isto, quòd cum prædecessor conditionem ecclesiæ meliorando deduxerit liuellum perpetuum ad liuellum temporalem, rectè fecerit, non potest id successor reuocare faciendo liuellum perpetuum, per ea quæ not. Bald. in cap.1. circa princ. Episco. vel Abb. dicens,

19 † quod Episcopus non potest retractare, quæ per alium Episcopum ritè tractata sunt. Idem comprobat Franc. de Alua. inter eadem consil. Brun. consi. 21. nume.5.6.7. Idem quoque Math. de Afflict. in decisione 107. In causa Domi. Montie. in secunda cōcessione emphyteusis in perpetuum facta ab ecclesia, nondum finito tempore primæ concessionis factæ, vsque ad secundam generationem, prout est propriè casus noster, quia nondum est finita prima concessio facta in vita tantum recipientis, concludit cum alijs Dominis secundam concessionem vti factam sine solemnitatib. à iure requisitis

non

non valere in parte addita, licet ipse, & maior pars doctorum arguerent in totum etiam nō valere, ad-
20 ducendo inter alia decis. Io. Mo. quæ est, quòd †Episcopus non potest dare, nisi quadraginta dies de indulgentia, si dederit quinquaginta, non valebit etiā in quadraginta.

21 Comprobo alia ratione, † quòd sicut certi iuris est, episcopum sine solemnitatibus, non posse in inuestitura addere plures res vltra cōtentas in prima inuestitura, pari ratione non posse addere longius tempus, quia in casu de pluri valet argumentum de re ad tempus. per text. vulg. in §. si quis agens. versi. plus autem. instit. de action. ista etiam posset esse ratio fundamentalis supradictæ communis conclusionis, à qua in consulendo, & in iudicando nullo pacto est recedendum. per vulg.

Comprobo etiam per extrauagantem const. Pauli secundi. insertam in extrauag. post Clem. in ti. de reb. eccl. non ali. generaliter sine authoritate Sum. Pont. prohibentem alienationem honorum ecclesiæ, quando facit exceptionem de rebus in emphytheusim ab antiquo concedi solitis, apponit hanc clausulam, & a dictionem, & cum ecclesiarum euidenti vtilitate. Cum apponere longius† tempus nō sit euidens vtilitas ecclesiæ. imò præiudicium. vt dicit Alexand. d. consilio 9. col. 2. sub vers. præterea vt in facto. lib. 3. & patet ad sensum, ergo exceptio nō habet locum, & res manet sub regula generalis prohibitionis.

Non obstat quòd expresè dicatur, & aliqui ex doct. prædictis alleg. uideantur dicere, quòd in isto casu nouum non petitur reduci liuellum ad tempus perpetuum, prout erat prius consuetum & solitum, quia, vt supra demonstratum est in prima cōclusione, vltimum solitum debet attendi de tempore inuestituræ, iam per prædecessorem factæ dictæ D. Conductrici, & ita aliter res non potest reduci in pristinum statum, vt arguebatur expresso defectu potestatis gerentis, qui aliter potestatem non habet reducendi, & faciendi. vt supra ostensum est, ita in terminis respondet Roch. de Cur. in d. c. fina. numme. 272. de consu.

Nec verum est, ex tali reductione non verti præiudicium ecclesiæ, quia vltra p̄iudicium longioris temporis, esset p̄iudicium in laudemio habendo pro noua inuestitura, si aliis placuerit eadem bona liuellare post mortem D. conductricis, quod ablatum esset ex perpetuitate liuellationis, quam quærunt aduersarij, non ad alium effectum, nisi vt hære des aliquo mō sic comprehendantur in inuestitura, vel quod res ponatur in dubio, &c. Si sua hæc petitio iure potuisset exaudiri, utique libenter sic respondissem facien. sed iura nimis aperta me aliter tenere impellunt, vt demonstratum est clarè, & longior fui, quàm opus esset, vt clarius veritas huiuscæ quæstionis elucesceret etiam aliis, qui forsan hucvsque secus existimarunt. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XLIIII.

ARGVMENTVM.

Ius affrancandi directum dominium cōpetens venditori liberè, & iure proprio uendenti bona liuellaria, & directo dominio postea per emptorem acquisito à Domino directo, amittitur, & cessat pro uenditore ad fauorē emptoris in bonis emptis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum alijs personis non prodest, neque nocet.*
2 *Actio personalis ex pacto oriens non datur contra singularem successorem.*
3 *Pactum pro venditore de retrouendēdo factum cum emptore non transit ad singularem successorem.*
4 *Verba, iure proprio, & in perpetuum, concedunt proprietatem, & transferunt in accipientem.*
5 *Res aliena vendi potest.*
6 *Iura quandocunque venditori acquisita prosunt, & pertinent ad emptorem.*
7 *Absurdum omnino est euitandum.*
8 *Cadens a iure suo facto suo non datur amplius regressus.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Viso eleganti consilio celeberrimi Iurisconsul. Domini Tiberij Deciani publicè docētis iura ciuilia in Gymnasio Patauino, emanato in causa vertente inter nobiles Dominum Antonium Boromeum, vti proximiorem agnatum petentem se præferri in re vendita per Dominum Alexādrum Boromeum ex vna parte agentem, & Dominum Decium, de Tridento ex altera se defendentem, & demum iudicio inter hos duos vertente, & pendente pro tertio comparendo ipso Domino Alexandro agente, & experiente contra ipsum Dominum Decium vti acquirentem iura à Domino Iacobo Zabharella directi dominij super re, de qua agitur, & nitente vigore pacti de affrancando, vt dicitur appositi in instrumento liuelli iam de eadem re confecto inter ipsius Domini Iacobi Curatores liuellantes, & ipsum Dominum Alexandrum, & fratres liuellarios. Re quidem benè intellecta, & matura consideratione præhabita, sum eiusdem opinionis cum dicto excellentissimo Domino consulente, ipsum, scilicet Dominum Antoniū nō posse obtinere petitam rē per eum. ipsum et D. Alex. nō posse, neq; debere admitti ad petitam cōtra dictum Dominum Decium affrācationem, eundemq; D. Decium fore absoluendum ab omnibus petitis ex aduerso.

Moueor equidem rationibus, & iuribus subtiliter

tet & realiter allegatis,& deductis in dicto cõsilio, & hac præcipuè noua ratione, quam in hac causa non vidi adhuc ab aliquo ponderatam, vel deductam,saltem vt ego faciam. Considero enim primò,quòd pactum de affrancando, quo nititur Dominus Alexander,fuit factum cum curatoribus Domini Iacobi, & sic cum diuersa persona à Domino
1 Decio,regula autem iuris est notissima, quòd † pactum aliis personis non prodest,neque nocet.l.si vnus. §.ante omnia. ff.de pact. l.si ita stipulatus. §. Grisogonus.in fin.de verborum obligatio. rubr. & to.ti.C.res inter alios ac.non facit,quòd Dominus Decius acquisierit iura dominij directi à Domino Iacobo,cuius cum curatoribus pactum fuit factum, & quod directum dominium intendit Dominus
2 Alexander affrancare, quia † actio personalis ex pacto oriens.l.actionum.ff.de action.& obligati.non datur contra singularem successorem. l.fi.§.fi.ff.de contrahend.emptio. & l.1. §.si hæres. ff.ad trebell.
3 & ibi docto.tradunt,ita† pactum simile pro venditore de retrouendendo factum cum emptore non transire ad singularem successorem, consulendo firmat Alexand.in consil.10.lib.1. late sequitur Cur. seni.in consi.12.latius. sequitur etiam & alios concord.alleg.Hier.Cagn.in l.2.in 30.q.nu.133.C.de pact.inter empt.& vend.

Vlterius,& secundò cõsidero (& id iudicio meo omnem scrupulum aufert) quòd ipse Dominus Alexander vendidit patri Domini Decij bona ista iu-
4 re proprio,& in perpetuum. per quæ† verba dicitur concedi proprietas,& transferri in accipientes. vt p Spec.in §.1.col.3.versicu.Item in seruitutibus.in ti. de empt.& vend.comprobat Soci.in consi.9.col.penult.versicu.quartò moueor.lib.1. etiam si proprietas,& directum dominium tunc non esset suum,po
5 terat vendi, vt res † aliena vendi potest.l.rem alienam.ff.de contrahend.emption. & in instrumento venditionis debent adesse clausulæ solitæ, cum omni iure,& pleno dominio, & cũ pactis solitis de euictione,& cum cessionibus iurium omniũ super bonis venditis, per quas idem Dominus Alexander abdicauit à se,& transtulit in emptorem,& authorẽ dicti Decij omnia iura personalia,& realia,& consequenter ius affrancandi, quod habebat pro dictis bonis venditis. per decis.alleg.ab Aym. in consilio 298.colum.4. qui loquitur de iure offerendi pro reluitione competente venditori,quod cẽseatur trãslatum, & cessum in emptorem per dictas clausulas instrumentales, eadem ratione dicendum est de iure affrancandi. Quod cum cedat ad commodum emptoris cessionarij,pro tali iure modo ipsi Domino Alexandro agenti potest indistinctè obiici,malè agis,quia cessisti. per l.in causæ.§.fina.cum l.seq. ff.de procur.tradit Bart.in l.si cum emptore.in princip.in fin.ff.de pact.Quod procedit si ageret contra alios,eo magis autem verum est, quòd malè agit contra ipsum Dominum Decium, quem teneretur ab aliis defendere, ideo improbè contra eum agit, & debet repelli. per regulam. l.vendicantem. ff. de euiction. cum concord. ibi in gloss. quam regulam non video recipere aliquam fallentiam pro dicto Alexandro.

Malè verò agit quatenus vellet affrancare à Domino Decio directum dominium,quod non potest facere, cum iam eidem censeatur alienasse, etiam
6 sibi obuenturum, eo quòd † iura quandocunq; venditori acquisita prosunt,& pertinent ad emptorem. l.dolia.§.primo.ff.de contrahend.emption.cum signi.ibi in glo.& credo quòd non posset reperiri maius absurdum,& inconueniens,quàm hoc, quòd vẽditor qui iam liberè, & cum omni iure vendiderat emptori,& vtile dominium transtulerat, & tenetur eum defendere,& directum dominium,si haberet, eidem concedere actione ex empto. l.ex empto. in princip.ff.de action.empti. & modò velit ei acquirenti directum dominium ab alio idem directum dominium auferre, sine vtili dominio habere for-
7 san commoditatem fructuum.Quod † quidem absurdum omnino est euitandum,per iura vulg. & in specie per text.not.in l.ait prætor.§.1.ff.de iur.deliberã. ibi est enim absurdum,ei, cui alienatio interdicitur,permitti actiones exercere,idque potest allegari sine alia authoritate.per cap.ex ore.de priuileg.not.Abb.in cap.iniustum.de rer.permut. refert Ias.in l.existimo. in princip. colum.2. in princip.de verborum obligatio.

Quatenus verò velit se affrancare ad effectum non consequendi directum dominium, sed liberationem à seruitute,& obligatione liuelli annui, id non potest obtinere à Domino Decio inuito vigore dicti pacti de affrancando, quod quidem non astringit ipsum Dominum Decium, vt supra probatum est,quando etiam liberaret se à dicta seruitute, tradendo alios fundos ęquiualentes,non obligaret per hoc dictum Decium ad dandum sibi directum dominium acquisitum à Domino Iacobo, & quod Dominus Alexãder si haberet, tenetur dare eidem Domino Decio vigore liberę, & plenę emptionis, iam vt supra factæ,ita ne dicta affrancatio cum ipso Domino Decio faceret contrarium effectum.

Quem ideo facere non potest.per tex. & ibi not. in l.in numerationibus.ff.de solut. Nam ob dictam liberam venditionem prius factam patri Domini Decij culpa,& facto suo Dominus Alexander cecidit ab omnibus iuribus super bonis venditis, quare
8 † ad ea ex causis maximè præcedentibus venditionem amplius non datur sibi regressus.l.quæritur. §. si venditor.ff.de ædil.edic.cum simil. & res,quatenus fuerit ius affrancandi directum dominium,amplius non est integra,& reducta est ad eum casum, à quo non potest incipere.vt est casus ferè in terminis valde similibus. in l. pro parte. in princip. ff. de seruitu.neque permanere posset penes ipsum Dominum Alexandrum,omnia hæc impedimenta, & cõtraria euenerunt culpa sua, ideo sibi imputandum est.cap.damnum.de reg.iur.in 6. cum vulg. possem hæc aliis mediis, & rationibus legalibus comprobare, sed mihi longius tempus non datur, & puto non expedire.Ita Dominus Decius contra Dominum Alexandrum potest dicere, quoad te liberas
ædes

ædes habeo.l.loci.§.competit.ff.si ser.vendi.& contra Dominum Antonium dicere potest, ego præsentans personam Domini Iacobi habentis prius directum dominium in re ista, vinco te per statutum, & ius cõe cõforme est.ut per Alb. Bal.& Ang.in l.imperator.ff.de pact.cum concor.cumul. per And.Tiraq.de retract.tit.1.§.21.gl.1.nu.3. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisconsu.Pisauren.

CONSILIVM XLV.

ARGVMENTVM.

Constitutio de agnatis,& vicinis admittendis,& vendicantibus bona agnatorum,& vicinorum vendita, habet locum in iuribus venditis, & in filio, ut agnato vendicante iura uendita à patre,& bona uigore dictorum iurium recuperata, etiam quòd in loco origi nis,& domicilij actoris adsit contraria consuetudo,& quomodo ipsa cõstitutio adaptetur facto proposito, inspicienda sunt eius uerba infra descripta.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vbi maius vertitur,cautiùs,& attentiùs est agendum,& magis consulendum.*

2 *Dispositio legis,vel statuti non conueniunt ei,cui non conueniunt verba.*

3 *Constitutio patriæ fori Iulij de agnatis vendicantibus,& redimentibus bona alienata, expenditur. & nume.4.*

5 *Venditio,& emptio sine verborum solemnitate consensu contrahitur.*

6 *Verba, vel aliquod aliud ius, quod habeat in aliqua re immobili,verificantur etiam in minimo.*

7 *Verba generalia,& vniuersalia generaliter, & vniuersaliter sunt intelligenda.*

8 *Ius in re quis dicitur habere, quando habet dominium ipsius rei,& habere ius ad rem dicitur, quando habet quasi dominium.*

9 *Verba in dubio censentur posita potius ad demonstrationem,& intelligentiam,quam ad restrictionem.*

10 *Instrumenti verba enunciatiua probant, saltem in antiquis,& vbi summariè causa debet cognosci.*

11 *Probatio semiplena sufficit in causis summarijs.*

12 *Cessio iuris redimendi licet non contineat aliquem titulum, tamen facta coniuncto testatoris valet sine titulo.*

13 *Confessio facta in respondendo positionibus probat.*

14 *Hæres potest venire contra factum defuncti,quando est inualidum lege prohibente.*

15 *Hæres potest venire contra factum defuncti,quando tendit ad fraudandum hæredem à beneficio legis.*

16 *Filius etiam hæres patris admittitur ad retractum rei alienatæ per patrem, vigore constitutionis patriæ fori Iulij.*

17 *Filius agnatus conceptus post venditionem admittitur ad vindicandum,et repetendum bona alienata per patrem,ex forma constitutionis patriæ fori Iulij.*

18 *Dictio,quandocunque,vniuersalis demonstrat vniuersalitatem temporis,etiam post venditionem.*

19 *Res venit sub iure,& actione.*

20 *Ius reale,& actio realis sequitur ipsam rem,& eius possessorem*

21 *Agnatus per constitutionem patriæ fori iulij potest reuocare à quocunque,etiam si res per plures manus translata esset.*

22 *Præscriptio etiam statutaria non currit contra filiumfamilias.*

23 *Consuetudo inducta ab vniuersitate,& vniuerso populo in alio loco non potest retorqueri contra aliquam singularem personam alterius loci.*

24 *Statuto stante, quod occidens forensem puniatur pœna pecuniaria, non potest de tali statuto fieri retortio contra singularem personam populi statuentis.*

25 *Marquardus de Susanis Iurisconsul.foro Iuliensis laudatur.*

26 *Philosophiæ legalis plenus non præsumitur aliquid imperfectum sensisse.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



On indifficilis est præsens consultatio pro D.Hieronymo de Gregorijs de terra Portus Naonis,vt agnato,ex Constitutione Patriæ Fori Iulij de Agnatis,& vicinis vendicantibus bona aliorum agnatorum, & Vicinorum vendita, vel in solutum data experiẽte, & nitente contra D.Gasparem Malacream de Santo Vito. vult.n.vẽdicare vnum Mansum terrarum situm impertinentijs Sancti Viti,comprehensum in datione, & cessione iurium certo precio xl. duc.facta a D.Iacobo q.patre ipsius D.Hieronimi D.Antonio q.patri dicti D.Gasparis, Difficilis.n. reputatur consultatio ista, tum ob duas alijs duab. diuersorum Iudicum sententijs contrarias sententias pro vtraque parte latas, adeo quòd postrema sententia hæc,quæ ferẽda superest in præsenti quinta instantia,confirmans sententias latas, vel pro actore,vel pro reo conuento,est illa, quæ totum facit, & præbet victoriam,vt exequenda sit, & faciat ne amplius possit appellari, vt rub.& l.1.C.ne licet.prouo.& cle.1.de sent.& re iudi.Ad eam igitur
1 ferendam cum maius periculum vertatur,†cautius, ac attentius est agendum, & magis consulendum, l.1.§.sed & si quis.ff.de carb.edic. & c. vbi periculum.de elect.in vj. Tum etiam quia video pro D. Hieronymo insignes & peritissimos Iurisconf.patrocinando & consulendo non minus subtiliter, q̃ fa-

ſapienter & latiſſimè ſcripſiſſe, adeo quòd vlterius pro eo dicendi locus, vel nullus, vel anguſtiſſimus relictus videatur, niſi dicta iam eadem repetantur, exinde Dec. in conſi. 114. in pr. dicebat difficile admodum videri poſt tot excellentiſſimorum Doctorum exquiſita ingenia aliquid ſcribere quod cõmendatione dignum videatur, Veruntamen exiſtimans D. Hieronimum fouere ius, & lucem ex eodem etiam igne luci additam maius & clarius reddere lumẽ, pro eo hæc pauca adhuc ſcribẽda duxi.

Quoniam vniuerſæ quæſtionis ſolutio dependet ex dicta Conſtitutione, quæ cum ſit facti, & nõ poſſit ſententiari, niſi eius verbis diligenter inſpectis, vt inquit in ſimil. Bar. in l. 1. §. ſi quis ita. in fin. de verbo. obligat. & generale ſit, cui † non conueniunt verba legis ſeu ſtatuti eius diſpoſitionem nõ conuenire. l. quod conſtitutum. & ibi Bar. ff. de mili. teſta. l. hos accuſare. §. fin. ff. de accuſ. l. Labeo. de ſuppe. leg. & c. fin. de ſta. mona. & c. ad audientiam. de deci. cum ſimil. Ideo valde expedi, eiuſdem conſtitutionis verba aliqua ſaltem ad caſum magis facientia hoc in loco inſerete & referre, vt quoddam palam proſcriptum iuxta l. ſed & ſi pupillus. §. 1. ff. de inſtit. act. & §. ſed ſi quis. ibi, cuius conſtitutionis inſeri verba iuſſimus. & c. inſt. qui. mo. teſt. in fir. continuo pateat præ oculis conſulentis, & Domini Iudicis, an quæſtioni perpetuæ per D. Hieronymum adaptari, & accommodari poſſint. Cuius igitur, & rubricæ, & nigri hæc ſunt verba.

De agnatis, & vicinis iure agnationis, & vicinitatis vendicantibus bona aliorum agnatorum, & vicinorum vendita, vel in ſolutum data.
Rubrica xcij.

3 *SI quis † de cætero uendet, aut in ſolutum dabit aliquã domũ, uel poſſeßionẽ, aut aliquã aliã rem immobilem, unam, uel plures, ſitam, uel ſitas in patria fori Iulij, Aut uendet, aut in ſolutũ dabit ius ſuum directi dominij, uel utilis, uel quaſi, uel aliquod aliud ius, quod habeat in aliqua re immobili ſita in dicta patria fori Iulij.*

Non ualeat uenditio, ſeu datio in ſolutum in præiudicium attinentium ſuorum maſculorum, ſeu fœminarum uenientium per lineam agnatorum uenditoris. Neque ualeat in præiudicium uicinorum, tunc cohærentiũ res uendita, ſeu in ſolutum data. Sed quilibet agnatus uẽditoris, ſeu quilibet uicinus cohæres, et habitãs in prædicta patria, poßit dato eodẽ prætio uẽdicare et repetere, quandocunque talem rem uenditam, ſeu in ſolutum datam à quocunque emptore, etiam ſi uenditio, ſeu datio in ſolutum eſſet cum authoritate iudicis facta, ſeu ad incantum data, uel ex ſecundo decreto confirmata. Et teneatur quilibet, qui de cætero emet, uel in ſolutum modo aliquo accipiet, uendere, dare, & tradere cuicumque ex agnatis uenditoris, ſeu uicinis cohærentibus uolenti emere rem ipſam, ſeu ius illud emptam, uel emptum, aut in ſolutum acceptam, uel acceptum eo prætio, quo ipſam, uel ipſum emit, ſeu in ſolutum accepit. Et ad hoc compelli poßit iuris remedijs ſine quæſtione, & querela, & ſuper hoc ſummariè, & breuiter cognoſcatur.

Non uendicent tamen prædicta ſibi locum, ſi incontinenti facta conuentione de certo prætio, uel poſt fuerit ad petitionem uenditoris, aut emptoris notificatum agnatis, &c. Qualiter talis agnatus, uel uicinus ſuus uendidit, &c. & ſi quis eorum uult emere, &c. debent uſque ad xxx. dies, &c. cõparere. &c. & ſi plures agnati, &c. habitarent in una domo, &c. & hoc caſu ualeat notificatio uni facta, &c. & pro facta omnibus legitimè habeatur, &c. et teneatur, & debeat quilibet agnatus, &c. comparere infra dictum terminum xxx. dierum, &c. finito uero dicto termino nullus cui, &c. amplius admittatur, &c. & inter agnatos ipſos etiam ſeruetur gradus, & ſexus prærogatiua, &c. & de certo prætio deferatur ſacramentum emptori, & uenditori, &c. Agnatus, & uicinus ſeruata prærogatiua, &c. reuocare a quocumq́; etiam ſi res per plures manus tranſlata eſſet, &c. Non uendicet ſibi locum præſens conſtitutio contra dominũ habentem ius directi dominij, &c. & appellatione agnatorum intelligantur tantum illi, qui ſunt legitimi, & naturales, &c. vendicare uolens iurare teneatur, &c.

4 Itaque præſcripta † conſtitutionis verba perlegẽdo, & diligenter inſpiciendo, pro faciliori, & commodiori eorum intelligentia, & accommodatione, ac applicatione ad caſum noſtrum, atque pro ipſius caſus clariori deciſione diuido conſtitutionem ipſam in tres partes, prout etiam principalis quæſtio noſtra poteſt conſiſtere, & diuidi in tres articulos, qui dirimuntur ex conuenientia, & applicatione ad eos, cuiuſque partis dictę conſtitutionis, vt infra demonſtrabitur. Prima ipſius conſtitutionis pars ponit dictum, ſeu caſum ſuum, vt ibi, ſi quis de cætero vendet, &c. Secunda pars ponit caſus præſuppoſiti deciſionem, vt ibi, Non valeat venditio, &c. Tertia & vltima pars ponit exceptiones certas factas ad principalem regulam, & deciſionem dictæ conſtitutionis, quæ ſibi locum vendicare non poſſit in dictis certis caſibus, & factis exceptis, vt ibi. Non vendicent tamen prædicta ſibi locum ſi incontinenti, &c.

Primam partem aggredior, ſi quis de cætero vendet, &c. Quæ quidem conuenit caſui noſtro, in primis quoad perſonam venditoris, quia ut in proceſſu primæ inſtantię. fo. 54. legitur, Dominus Iacobus de Gregoriis, de portu naonis, de anno 1527. die 19. Nouembr. prætio ducatorum quadraginta dedit, ceſſit, tranſtulit, & renunciauit Domino Antonio Malacreæ ciui Sancti Viti, licet in dicto inſtrumento deficiat verbum vendidit, tamen conuẽtum prætium duc. 40. in eo expreſſum cum verbis dedit, tranſtulit, & cum re vendita oſtendunt illum Dominum Iacobum vendidiſſe, & Dominum Antonium
5 emiſſe, quia † venditio, & emptio ſine verborum ſolemnitate conſenſu contrahitur, certo prætio, & re vendita interuenientis. ut l. 1. §. fi. & l. ſequen. ff. de contrah. empt. & l. 2. & l. empti. C. eo. & §. 1. in princip. & §. prætium. inſtit. eo. nam certum prętium vbi interuenit ibi apparet venditio, & emptio. glo. & Bal. in l.

in l.cum dotem.C.de Iure dot.cum concord. alleg. ab Andr.Tiraquel.de retract.titu.1.§.1.gloss.2.nume.1.

Conuenit etiam quoad rem venditam, quia in ipsa constitutione vltra venditionẽ domus, vel posſessionis, vel alicuius aliæ rei immobilis sitæ in patria fori Iulij, continetur etiam venditio iuris, quod quis habeat in aliqua re immobili sita in dicta patria fori Iulij, vt in terminis primo ex uerbis rubricæ, ibi, vendicantibus bona, q̃ appellatione bonorũ contineantur etiam iura, deinde ex verbis ipsius cõstitutionis, ibi, ius suum directi dominij, vel vtilis, vel quasi, vel aliquod aliud ius, quod habeat in aliqua re immobili, etiam quòd ius sit personale, dum modo competat super re stabili, latè comprobat Paris.in consi.84.Dico constitutionem.lib.3.alias alleg.in hac causa. nam uerba dictæ constitutionis, quoad ius uenditum sunt generalia, ac uniuersalia, incipiendo à iure directi dominij, ut maiori, &
6 ueniendo ad minima, scilicet per uerba † geminata, vel aliquod aliud ius, quod habeat in aliqua re immobili, quæ verba verificãtur etiam in minimo. per iura alleg.per Dec.in cap.2.nume.4. de fide instrum.& in cap.quoniam.circa princip. de testib.& Petr.de Ancb.in consil.160.uersicu.præterea ponderanda.& Corn.in consi.34.in fine.lib.4.& quòd sint vniuersalia uerba, ita quòd comprehendant & impropria in materia stricta, & odiosa, plenè adducitur per Aymo.Cra.in consi.294.verba transactionis.in col.7.sub uersicu. & inter uerba vniuersalia. paruæ impressi.& in consi.308. in franchisia. col.4. versicu.amplius dico.& plenissimè per And.Tiraq. in l.si unquam.in versicu.omnia.num.14. & sequẽ. de reuocan.don.& in specie de simili statuto prepo nente consimilem ratione consinium in re venditam, ob dictionem aliquam, quæ ubi adiicitur, facit adiectum intelligi latè, & vniuersaliter etiam cõtra eius propriam naturam, arguit Ias.in con.224. vide retur.col.2.uer.secundo.& seq.lib.2.

7 Ideo † verba prædicta generalia, & vniuersalia generaliter, & uniuersaliter sunt intelligenda.l.1.§. generaliter.de leg.præstan.& l.Iulianus. de lega.3. vt comprehendant omne, & quodcunque ius venditori competens tam in re, quàm ad rem, & sic vel sit quæsitum, uel quærendum.iuxta not. in c.fin. de
8 concess.præben.in 6.licet † quis habere ius in re dicatur, quando habet dominium ipsius rei, & habere ius ad rem dicatur, quando habet quasi dominium, tradit Ias.in §.sed istę.colnm.2.num.8.insti.de acti. vbi etiam subiungit per text.in l.2. §.in hac actione.ff.ui bon.rapt. quem dici habere ius in re, quando in ea aliquid habeat, propter quod sua intersit, illam rem à se non auferri. Tamen puto nostram constitutionem in his uerbis, vel aliquod aliud ius, qđ habeat in aliqua re immobili, non continere ministerium illud, vel differentiam illam iuris in re, vel ad rem, sed dictionem in ibi stare demonstratiuè, & exponi in, id est super.secundum Bart.& alios in l.Gallus.§.ille casus.de liber.& posthum.vt demon street locum rei immobilis, super qua habetur ius,

9 prout in dubio verba † censeri debent posita potius ad demonstrationem, & intelligentiam, quàm ad restrictionem.Bald.in consi.339.casus talis, quæ dã indulgentia. col.1. versicu. Quæ verba intelliguntur.lib.1.& Rom.in consil.343.ex proposito.col.2. in fi.Dec.in consi.324.nume.3.Aym.Cra.in consi. 214.nume.6.& sequẽ.Igitur prædicta verba, quoad ius venditum, sic generalia, & uniuersalia etiam cõueniũt casui nostro, in quo dict. Dominus Iacobus vti cessionarius, & cessionario nomine congregationis venerab.sacerdotum sancti Marci de Portunnonis vendidit, & cessit ius, & actionem, quod, & quã habebat ad retroemendum Mansum situm in pertinentiis Sancti Viti pratio 150. ducatorum, vt in d. instrumento legitur.

Quem mansum fuisse antiquorum de agnatione dicti Domini Hieronymi probatur per plura Instrumenta antiqua in processu exhibita, primò per instrumentum diuisionis inter Franciscum, Sebastianum, & Hieronymum fratres, & filios q.Ioannis Danielis de Gregoriis, factæ de anno 1461.4. Iulij.de quo in processu vltimæ instantiæ fol.23. & per quod, apparet dictum mansum positum in sancto Vito obuenisse in portione Hieronymi, & per aliud instrumẽtum anni 1480. de quo in dicto processu fol.31. apparet d. Hieronymum locasse dictũ mansum, & per instrumentum anni 1515.registrati in processu primæ instantię.fo.46.probatur dictam congregationem vti hæredem Domini Francisci, q.Hieronymi de Gregoriis dedisse in solutum secũdo marito Dominæ Leonardæ q. vxoris d.Francisci pro duc.150.dictum mansum, vt de bonis hæreditatis dicti Francisci, probatur etiam ibidem de facultate redimendi dictum mansum sic datum in solutum, donec, & vsque quo exbursauerint, &c. pro singulo Manso amontare, & prætium supradictum, & de manso in mansum, &c. Quòd dicta congregatio fuerit hæres instituta à d.Francisco.q.Hieronymi de Gregoriis, probatur per eius testamentum, de quo in processu vltimæ instantiæ. fo.21.factum de anno 1510.12.Iunij.De renunciatione, datione, & traditione per dictam congregationem facta dicto Iacobo de Gregoriis uti proximiori, & de agnatione dicti Francisci testatoris de hæreditate dicti Francisci cum omnibus suis iurib. & actionibus, & honoribus, & oneribus, & in specie cum marito secundo vxoris olim dicti Francisci faciendo eum procuratorem, vt in rem propriam, vt ipse dictus Iacobus possit agere, & experiri, &c. apparet per instrumentum anni 1518.2.Aprilis, registratum in dicto processu vltimæ instantiæ. fol.15. & ibidem fol.19. in alio instrumento subsequenti enarratur dictus Iacobus. q.Sebastiani de Gregoriis, qui Sebastianus deprehenditur frater Hieronymi, cui obuenit in portione mansus, de quo agitur & legitur in dicto instrumento anni 1461. & qui Hieronymus enarratur pater Francisci testatoris, vt in dicto testamento legitur, & à quo, seu à dicta cõgregatione hærede iura redimendi dictum mãsum deuenerunt in ipsum Iacobum venditorem, vti pro

xi-

ximiorem agnatum, vt simul saltem iunctis probāt
prænominata instruments anni 1461. anni 1510.
anni 1515. anni 1518. & anni 1527. & probant etiā
10 per verba enunciatiua. † vt per Aym. Crau. in con-
sil. 48. nume. 2. & Car. Rui. in consil. 141. nume. 13.
lib. 5. saltem in antiquis, vt per Bal. in l. cum aliquis.
C. de iure deliber. & Soci. consil. 89. colum. 2. lib. 1.
& vbi summariè, & breuiter causa debet cognosci,
vt ista, de qua agitur, debet cognosci per dictam cō
11 stitutionem, ita quòd † sufficeret semiplena proba-
tio. vt per Bar. in l. 1. col. 2. C. quor. bon. & in authē.
nisi breuiores. C. de sent. & maximè probant cōtra
interuenientes in ipsis instrumentis, & eorum suc-
cessores, etiam singulares. Aym. Crau. in consil. 29.
num. 1. Item opidum Sancti Viti, in cuius pertinen-
tiis dr̃ esse mansus, de quo agitur, esse in patria fo-
ri Iulij fatetur idem Dominus Gaspar in instrumen
to procuræ registrato in processu vltimę instantię.
12 fo. 38. & si cessio † dicti iuris redimendi non conti-
neat aliquē titulum, tamen facta dicto Iacobo con
iuncto testatoris valet sine titulo. per ea quæ tradit
And. Tiraq. de retract. tit. 1. in præfa. num. 54. & va
let de hæreditate facta, idem in d. tract. titu. 1. §. 26.
glo. 3. num. 8. ex quibus apparet de bono iure dicti
D. Iacobi venditoris in dicto manso redimendo,
quod venditum etiam continetur sub tali constitu-
tione. vt probat And. Tiraq. in d. tract. ti. 1. §. 1. gl. 7.
nume. 32. vt alias fuit dictum. Adeo quòd de tali iu
re nulla videtur dubitatio, cum eius vigore Domi-
nus Antonius emptor redemerit dictum mansum,
vt Dominus Gaspar eius filius reus conuentus fate
tur respondendo positionibus Domini Hierony-
mi, vt legitur in processu primę instantiæ. fo. 26. 27.
30. idem Dominus Gaspar fatetur etiam in suis po
sitionibus in dicto processu. fol. 112. quæ confessio
13 probat. † vt in c. 2. de confes. in 6. & ea, probatio ali
qua efficacior non habetur in mundo. Ias. in l. cū te.
in 3. not. C. de transact. atq; exitus rei bene probat,
iuxta illud carmen, exitus acta probat, &c. & l. rem
non nouam. in fi. C. de iudi. cum simil. alleg. ab Ay.
Cra. in consi. 18. nu. 4. itaq; concluditur, primā par-
tem dictæ constitutionis, & quoad venditorem, &
quoad ius venditum optimè cōuenire casui nostro,
& esse verificatam.

Secundam partem capio. Quę decidendo primū
continet decretum annullatiuum vēditionis in prę
iudicium attinentium, deinde admittit quemlibet
agnatum venditoris quandocumque ad vendican-
dum, & repetendum rem venditam, & ius venditū,
ipsum autem D. Hieronymum esse filium legitimū
& naturalem D. Iacobi venditoris clarè probatur
in dictis processibus, & consequēter dici eius agna-
tum. est tex. in l. filius patri. ff. de su. & leg. hæred. de
hoc nulla est dubitatio, Nam dictum decretum an-
nullatiuum facit, quòd agnatus, etiam hæres vendi
* toris, potest vendicare rem venditam, per vnam cō
14 munem conclusionem, quæ est, quòd hæres † po-
test uenire contra factum defuncti quando est inua
lidum lege prohibente, vt per Socin. in consi. 79. Si
essemus. col. antepen. ver. minus autem. nu. 47. libr.
4. per. reg. non præstat de reg. iu. in vj. & per Thom.
Gram. in decis. 93. nu. 8. 9. & per aliam conclusio-
15 nem, quæ est, † quòd hæres potest venire contra fa-
ctum defuncti, quando tendit ad fraudandum hæ-
redem à beneficio legis. l. 2. & ibi Bar. Bald. & alij.
C. si in frau. patro. Cur. Seni. in consil. 1. circa fin. &
Ias. in consi. 168. col. fin. ver. secundo respondetur.
lib. 4. Aymo. Cra. in consil. 200. nu. 7. licet aliàs fi-
16 lius, etiam hæres patris admittantur † ad retractum
rei alienatæ per patrem vigore huiusmodi constitu
tionis, vt alios sic tenentes allegando tradit Andr.
Tiraq. in d. tract. de retra. tit. j. §. j. glo. 9. nu. 52. non
interueniente saltem speciali obligatione patris de
euictione fienda per retractum agnatorum, vt ibi-
dem. nu. 55. Quæ etiam in hac constitutione nostra
non haberet locum ob dictum decretum annulla-
tiuum, per supra alleg.

17 Nec non filius † agnatus conceptus post vendi-
tionem admittitur ad vendicandum & repetendū,
vt in terminis firmant Boer. in decis. 12. & And. Ti
raq. in d. tract. de retrac. ti. j. d. glo. ix. nu. 97. meritò
& practica ipsa nostra constitutio intelligentiam, &
obseruantiam habuit, quòd filij ac nepotes non na
ti tempore venditionum fuerunt admissi ad benefi
cium prælationis, nullo etiam habito respectu ad
præscriptionem legalem, vt patet ex actibus publi-
cis registratis in processu primæ instantiæ. fo. 122.
accedit tex. in l. si de interpretatione. ff. de legi. ita-
que non obstarent, quæ circa hoc in contrarium ad
ducit Dec. in consi. 222. & cum sequens Socin. Iun.
in consi. 22. quia loquūtur in statuto lucensi haben-
te diuersa verba a præsenti constitutione patriæ fo-
ri Iulij. s. respicientia tempus præsens venditionis,
quæ sunt hæc, Quòd quæcunq; persona habens a-
gnatum &c. & quòd tempore venditionis agnati re
quirantur &c. vt per Dec. ibi. & diuersa sunt verba
nostræ constitutionis, quæ admittit agnatum ad vē
18 dicandum, quandocunque. † quæ dictio vniuersa-
lis demonstrat vniuersalitatem temporis etiā post
venditionem, vt ex se notissimum est, concedit quo
que notificationem posse fieri agnatis post contra-
ctum emptionis, ergo omni tempore posset fieri &
verificari in agnatis repertis in rerum natura, gene
ralitate temporis sic operante, per ea quæ adducit
Bald. in l. peculium. §. fin. de leg. 2. per tex. ibi, infe-
rens, quòd vbi non est distinctio temporis, ibi nulla
est repugnantia, addo clariorem text. in l. in vendi-
tione. §. de tempore. ff. de bon. auth. iud. pos. cum si
mil. alleg. ab Aym. in consi. 84. nu. 13.

Cum aūt, vt superius dictum est, agnatus, qui pōt
admitti ad vendicandum ius venditum competens
in re immobili, eo magis debet admitti ad vendi-
candam ipsam rem stabilem vigore iuris venditi,
& empti recuperatam ab emptore, Quia sub ipso iu
19 re & actione † uenit ipsa res. per reg. l. qui actionē.
ff. de reg. Iur. cum not. ibi per glo. & doct. & sunt cō
sequutiua hæc, & recuperatio iuris venditi, & recu-
peratio rei consequutæ vigore dicti iuris venditi.
arg. not. in l. ad rem mobilem. ff. de procura. & in l.
illud. de acq. hæred. cum simil. adductis per Nico.

euerar.

Euerar.in sua centuria,in loco 94.à concessione an
20 tecedentis.nam ius † reale, & actio realis sequitur
ipsam rem,& eius possessorem.ut in §.omnium.in-
stitu.de action.& l.officium.ff.de rei vendi.etiam si
actio sit competens ex pacto de retrouendendo,se-
cundum æquitatem à modern.approbatam. vt per
Boer.in decisio.182.& Aymo.Craue. in cons.201.
attenta maximè generali obligatione bonorum fa
cta in dicto instrumento iuris redimendi bona da-
ta in solutum.per ea quæ adducit Paul. de Castr. in
consilio 335. laudatio.in fi.quem allegat Aymo.in
dict.consilio 201.column.4.patuæ impressionis, &
attento quòd summariè, & breuiter præsens causa
debet cognosci per dictam constitutionem.ad not.
per Barto.in extr.ad reprimendum.in versicu.sum-
mariè, attento quoque,quòd per ipsam constitutio
21 nem agnatus† potest reuocare à quocumque,etiam
si res per plures manus translata esset. vt & p Boer.
in decisio.76.nume.6. quo stante cessat difficultas
docto.ob doctrin.Paul.de Castr. in l.si cum vende
ret.ff.de pign.actio. & Alexand.in consil.10. lib.1.
vt in simili statuto tradit Dec.in cons.88. colum.3.
versicu.secundo principaliter. suadetque æquitas
circuitus debere euitari.l.dominus.& ibi not.doct.
ff. de conditi.indeb.& l.fina.C.per quas person.no.
acqui.Congruenter ergo fuit per Dominum Hiero
nymum factum in iudicio depositum de ducat. 40.
quibus suus pater vendidit dictum ius redimendi,
& de ducat.150.quibus fuit recuperatus mansus de
quo agitur.

Tertia,& vltima pars dictæ constitutionis super
est explicanda, quæ ponit exceptiones, & casus in
quibus non habeat locum dicta constitutio, de qui
bus casibus exceptis contra Dominum Hierony-
mum nulla fit,neque militat oppositio,ergo pro eo
firma remanet regula, & dispositio dictæ constitu-
tionis.per l.quæsitum.§.denique. de fund.instruct.
cum vulga.& vltra exceptiones inductas per ipsam
constitutionem non debet aduersarius audiri ad al
legandas alias,saltem dissimiles, vt est præscriptio-
nis iuris communis,& municipalis, & quòd Domi
nus Hieronymus sit forensis, & de portu naonis, in
quo viget contraria consuetudo dictæ constitutio-
ni, Quia latè responderunt Domini consulentes
pro Domino Hieronymo,& exceptionem præscri-
ptionis sibi non obstare adimendo tempus suæ pu-
pillaris ætatis, & quia non apparet concludenter
probatum, quando potuerit incipere dicta præscri-
ptio à principio,maximè dicto Hieronymo existē-
te filiofamil.contra quem non potuit incipere ali-
22 qua † præscriprio,etiam statutaria. vt per Ias.in con
sil.7.colum.penult.& fina.lib.3.& Aymo.in consi-
lio 116.nume.8. stante etiam annullatione titulo-
rum aduersarij inducta per dictam cōstitutionem,
facit quod tradit Alexand.in consilio 46.sub nu.8.
lib.3.& Corset.in singu. in verbo.præscriptio. inci
pi.contra.Ita quòd vera ratione fundata est prædi-
cta intelligentia, & obseruantia ipsius constitutio-
nis, quòd filij,& nepotes etiam non nati tempore
venditionum admittātur, nullo habito respectu ad
præscriptionem legalem.Et exceptionem, q̃ sit fo-
rensis,pariter non refragari plenè respōdent,quòd
debeant attendi statuta loci,in quo est sita res pe-
tita, etiam q̃ alibi esset factus contractus.

Sed hanc exceptionem de forense penitus inanē
existimo,Quia dicta constitutio est facta pro tota
patria fori Iulij,in qua sunt plura oppida, & Sancti
Viti,vbi est res petita, & portus naonis, ex quo est
ortus Dominus Hieronymus.Oppidum enim por-
tus naonis esse in patria fori Iulij probatur ex inue-
stitura per Serenissimum Dominium Venetum, de
eo facta Illustrissimo Domino Bartholomęo Liuia
no de anno 1508. in qua dicitur oppidū, seu castrū
portus naonis esse positum in patria fori Iulij, vt in
processu vltimæ instantiæ.fo.48. Quibus verbis,cō
trario non probato,creditur.per not.in cle.1.de pro
ba.& per Ias.in l.ex his.col.j.C.de test.mil.& Aym.
Craue.in consi.276.col.j.non obstat, quòd in oppi
do portus naonis esset consuetudo contraria, quòd
ibi inter homines dicti loci non seruatur dicta con
23 stitutio, quia † talis consuetudo, vt inducta ab vni-
uerso populo, in alio loco non potest retorqueri cō
tra aliquam singularem personam de portu naonis.
* per communem conclusionem.glo.in l.j. in princi.
in versicu.noui iuris. ff.quod quisque. quam com-
muniter sequuntur ibi.& Barto.circa med. ponen-
24 do quæstionem statuti, † si forensis occidatur,quòd
occidens puniatur pœna pecuniaria, quòd de ta-
li statuto non potest fieri retortio contra singula-
rem personam populi statuentis, & ibi Alber.in 3.
col.versi.sed quæritur,si iudex.& Ang.in versicu.se
quitur.in glo.non tamen. & Alexand.in col.penul.
versicu.& inducitur hæc glo.& Ias.in col.pen. vers.
inter alia perpetuo no. & Dec.in pen. col.versic.in
glo.magna.num.24.Nam satis est,quòd in loco rei
petitæ,& rei conuenti,& cepti iudicij. si in castro Sā
cti Viti dicta constitutio non sit abrogata, & serua-
tur,ac seruari debet.per l.an in totū. C.de ędif.pri-
ua.& l.vinum.ff.si cer.pet.& per Barto.& alios in l.
cunctos populos.C.de sum.trin. & fid.cath. & latè
per alios dictum est.Cum igitur aliqua exceptio, &
modificatio de expressis à constitutione nō sit, nec
possit opponi contra Dominum Hieronymum,re-
manet firma conclusio, q̃ stare debemus dictæ con
stitutioni,& non iuri communi, circa alia opposita
per aduersarium.per doctr.Bal.in l.1.§.sed excipiū
tur.in fi.ff.de ferijs.saltem non similia expressis, vt
sequitur Alexan.in consi.130.col.2.vers.nec etiam
videtur obstare. & col.3.ver.nec prædictis refraga-
tur.lib.4.etiam similia intelliguntur reiecta, vt per
Aret.in consi.20.col.3.in fi.allegando Bal.& Saly.
in l.ita pudor.C.de adult.

Ex quibus omnibus clare liquere potest proposi
tam constitutionem in omnibus suis partibus con-
uenire & suffragari intentioni D.Hiero.q̃ iure ob-
tinere dēat confirmationem duarum sniarum pro
eo latarum,præcipuè fauorabiliter pro eo & suis iu
ribus valde præsumendo,quòd mansus petitus fuit
suorum parentum, diuisus inter suum auum pater-
num,& suos patruos magnos,vt cōstat ex dicto in-
strumento

ſtrumēto anni.1461. & ſucceſſiuè ex alijs ſupra nominatis inſtrumentis.facit.l. ſi in emptionem.ff.de minori.& l.lex quæ.§.nec domum.C.de admi.tut. cum ſimili.alleg. ab Andr.Tiraq.de retrac.titu.j.in præſa.nume.46. cum pluribus ſequen. & quòd pro eo vnam vltimam ſententiam tulit excellen.Doct.
25 D.Marguardus de ſuſannis † cuius excellentiam in iure noſtro Iuriſque peritiam oſtendunt ſua ſcripta in lucem edita,ideo pro eo præſumēdum eſt, quòd ad talem ſententiam ferēdam rite,& rectè proceſſerit.arg.c.niſi.in prin.de præben.& c.cum in iuuētute.ibi,Quis præterea de facili crederet, quòd vir prædictus ſcientia literarum.de præſump. & l.ſcire oportet.§.ſed & ſi maximè.ibi,vertices legum pru-
26 dentum.ff.de excu.tut.& † phyloſophiæ legalis plenus non præſumitur aliquid imperfectum ſenſiſſe. l.pen.C.de his qui.vt indi. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM XLVI.

ARGVMENTVM.

Dotis actio non competit marito, qui uxorem accepit, nulla ſibi dotis promiſsione facta, tractato matrimonij negocio cū alio certa bona prius promittente dari ſponſo cum certis conuentionibus initis, & nō ſeruatis, & mulieris culpa nō prodeſt marito ad lucrum dotis non traditæ, ac non promiſſæ, & alia, ut infra.

SVMMARIVM.

1 *Experiri nemo poteſt ſine actione.*
2 *Contractus cum aliquo non poteſt celebrari, niſi perſona contrahentium per ſe, vel nuntium, vel epiſtolam ad vnum concordes conueniant.*
3 *Contractus dotis, etiam ex parte viri, computatur inter contractus nominatos, & bonæfidei.*
4 *Pater mandando filiam nubere, uidetur de dote ſentire.*
5 *Filia nupta ſine dote non debet aliter dotari, maximè ad petitionem mariti.*
6 *Gerundium importat conditionem.*
7 *Textus magis credendum eſt, quam gloſa.*
8 *Capitulari ab aliquo licite & honeſte quid poteſt, vt inter alios ſequantur nuptiæ.*
9 *Dotis dandæ effectus ceſſat, ceſſante cauſa finali.*
10 *Implementum requiritur in totum & integraliter, & non in parte fieri.*
11 *Dolus mariti & mulieris, etiam matrimonio permanente, tollit actionem de dote, etiam quod mulier remaneat indotata, quia matrimonium poteſt ſtare ſine dote.*
12 *Dos & eius fructus ad maritum ſpectant, æquitate inſpecta, quando ſuſtinet onera matrimonij alendo vxorem, & pro ea expenſas faciendo. & nu.13.*
14 *Vxor ſua culpa diſcedens à uiro amittit dotem, quam a marito repetere non poteſt.*
15 *Legis uerba cui non conueniunt, nec eius diſpoſitio poteſt conuenire.*
16 *Legis præſuppoſito ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio,*
17 *Lex de quo non loquitur, nec iuriſconſultus, nec imperator poteſt facere quod ſub lege contineatur.*
18 *Obligari nemo poteſt ex alterius contractu & perſona.*
19 *Poſſeſsionis, quam quis nunquam habuit non datur reintegratio.*
20 *Poſſeſsionis nulla apparente traditione, & cauſa, poſſeſſio non acquiritur.*
21 *Patientia ueri domini, & poſſeſſoris, quod alius, maximè iunctus affinitate, quandoque accedat ad prædiū, non transfert poſſeſsionem.*
22 *Aedificium poteſt fieri in ſolo alieno, quod non ſolum domino non præiudicat in poſſeſsione, uel dominio, ſed facit cedere ædificium ſolo.*
23 *Fructuum ratio haberi non debet dotis, quæ non fuit tradita.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



HAbita cognitione facti de his, quæ conatur T.contra excell. D.P. conſequi velle, & de his, quæ ipſe Do. P.reſpondet, obiicit, & opponit cōtra, & ſi bene ſciat abſque alterius auxilio ab aduerſarij petitione ſeipſum defendere, & tueri, quidve ſuperinde ius diſponat. Tamen utens potius modeſtia eius, quod dici ſolet, in cauſa propria aduocatum quære, inquit Dec.in c.cum veniſſent.colum.penulti. in verſic.in ſecundo caſu.de iudi. quàm quòd neceſſitas vrgeret, me quoque conſulere voluit, vt ſtuderem magis pro ueritate ſuper his in controuerſia vertentibus, quàm pro amicitia, affectioneq; erga eum, veritatem iuris ipſam proferre. Puto equidem modo dictum T. ſororium non iure dotem ſuæ vxoris ab eo petere, nec poſſe obtinere bona mobilia, quæ aſſerit illata per eum in domū ſoceri quōdam patris D.P.& partim vxori tradita, & minus debere reintegrari in poſſeſſionem prædij Mōtis Birotij, vti dotalis, nec vllo pacto fructus eius cōſequi, ad ita reſpondendum plura me impellunt.

Primo iuris nota, & nimis vulgaris eſt regula,
1 † neminem poſſe ſine actione experiri.l.ſi pupilli. §.fina.ff.nego.geſt.cum ſign.ibi in glo.& actionem ex obligatione, atque obligationem ex contractu oriri.glo.& docto.in §.primo.inſtitu.de verborum oblig.& in §.primo.inſtitu.de acti.& dicit gl.in verſicu.ſecundum.in fin.inſtitut.de oblig.quòd per cō petentes actiones, & iudices fiat ſolutio, alias non valet ſententia, nec ſolutio fieri debet, quam gl.ſingularem

gularem, dicit Rom. in consil. 69. Viso. col. 2. versic.
2 Item præsupposito. contractus † autem cum aliquo non potest iniri, & celebrari, nisi per sonæ contrahentium per se, vel nuncium, vel epistolam ad vnū concordes conueniant. d. §. 1. instit. de verb. obliga. & §. 1. inst. de oblig. quæ ex consil. & l. quæcunque. ff. de actio. & obligat. & inter alios contractus no-
3 minatos, & bonæfidei † computatur etiam contractus dotis, etiam ex parte viri. Bartol. & alij in l. de diuisione. solut. matrimon. & latè Bald. nouell. in tractat. de dote. in 3. parte. per text. in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. & in §. fuerat. institut. de act. & in specie pro dote consequenda requiri promissionem dotis esse factam ipsi agenti, & non sufficere alteri esse factam, est text. in l. si pro te. C. de dot. promiss. & ibi Bald. & Salycet. & in l. qui res. in princip. ff. de soluti. & in l. penult. de iure dot. Sed in facto verum præsupponitur nullibi constare posse D. P. nec eius patrem dicto T. aliquam dotem promisisse, sine qua certi iuris est matrimonium existere posse. l. fin. post prin. C. de don. ante nupt.

Si vero contra fratrem, vti fratrem, vel hæredem patris officio iudicis, vel condictione ex statuto mandante filias exclusas ab intestato debere dotari, idem T. vellet experiri. per l. qui liberos. de ri-
4 tu nupt. eo quòd † pater mandando filiam nubere videtur de dote sentire. arg. l. Theopompus. de do. prælег. dicit Bal. in c. iurauit. col. 2. de prob. Breuiter respondendum, quod licet ipsa mulier nupta nulla dote constituta, ne sic indotata a marito sperneretur, & expelleretur e domo, posset agere contra patrem, vel eius hæredes, vt ei congruam dotem constitueret, & daret, hoc tamen minime potest petere, nec agere maritus, vt sibi dos detur pro vxore, quam nulla dotis mentione facta iam accepit, vt firmat Paul. de Castr. in l. si socer. in prin. col. fina. solut. matrimon. vbi dicit, ita procedere
* doctri. Bartol. & aliorum communiter reprobantium ibi glos. in l. obligamur. ff. de actio. & obligat.
5 & volentium † filiam nuptam sine dote non debere aliter dotari, præsertim ad petitionem mariti, secundum Paul. de Castr. qui dicit ita consuluisse, vt vnum suum consilium clarum extat de hoc loquens, & sic firmans in consil. 455. Ad primum puto. col. 1. versic. quantum autem ad dictam filiam. lib. 2. ita sequitur Alexand. in consil. 7. Visis & diligenter. colum. penult. in fin. versic. & in specie decidit. lib. 2. vbi dicit, quod imputari debet sibi maritus, quòd de dote sibi nullam cautionem exponi fecit: Sed vt in specie nostra dicitur euenisse, maritus iste pauper maximum supra omnem dotem commodum futurum putauit accipere in vxorem sororem dicti D. P. quam solam eius pater domi habebat, & ad vxorem accedere eius domum ingrediendo, & sperando omnibus bonis paternis, & fraternis suæ vxoris frui, & de eis dominum effici, si quidem id sibi perpetuò non euenit, & aliam dotem non quæsierit, sibi imputet. argum. l. hæreditas. C. de pact. conuent. & reg. damnum de regul. iur. in 6.

Secundò hæc affinitas continuò existente absente ipso D. P. per epistolas hinc inde scriptas diu fuit tractata cum Illustr. D. R. qui summo opere id ipsi T. suo famil iari profuturū esse dicēs, perfici satagebat, & cum eo nullum verbum aliud de dote habitum est, nisi quòd inter capita conuentionum principaliter prius initatum de dando per ipsum D. R. dicto Tho. tantum in bonis stabilibus in loco, quæ ascendant ad valorem 800. scutorū, & domum, adest hoc capitulum, che dandosegli la possessione nostra di Monte Baroccio &c. nō exprimit pro dote, neq; firmiter, quod hæc possessio sit dāda, sed sub conditione exponenda, cum vel si dabitur, vt exponi debent illa verba, che dandosegli, per ea, quod
6 de gerundio † scribit importare conditionē. Cor. in cons. 172. col. 3. lib. 3. proinde dicendum est quod vltra inualiditatē stipulations sine cessione actionis, de danda dote futuro marito factæ per mediatorē seu alium, secundum magis com. opi. doct. vt in terminis probat Alex. in consi. 19. In his. col. 4. & seq. lib. 4. vbi dos incerta est quantitate, re, & genere, & pacto alteri facto, obstāte tot specialitatum concursu, pro huiusmodi dote consequenda, quasi promissa sit, nulla competit actio. text. est expressus in
7 l. 1. C. de dot. promiss. cui tex. magis est † credendum quàm glos. vt dicit Oldrad. in consi. 258. Innocentius. col. 2. & Bald. in consi. 343. examinanda sunt. col. 2. in fin. lib. 1. & vbi est text. clarus, vlterius non est dubitandum. l. ancillæ. & ibi Bald. C. de furt.

Tertiò, ex abundanti etiam inspiciendum est, quòd D. P. antequam affinitas illa contraheretur, cum d. Illustr. D. R. plura particularia capitula fecit, vt fieri solent, & seruanda. per l. 1. C. de pact. conuen. & per ea, quæ scribit Capyc. in decisio. Neapol. 135. & inter alia, quòd prius dictus D. R. vellet dare, & emere ipsi T. in loco domum, & tot alia bona stabilia valoris, vt dictum est, scutorum 800. quod ab alio licitè, & honestè fieri potest,
8 † vt inter alios sequantur nuptiæ. per text. in l. Titio. §. 1. de cond. & demonst. tradunt Bart. & com-
* muniter alij in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. de verborum obligatio. & cum sit quoddam præambulum negocij matrimonij contrahendi, & respiciat commoditatem sororis dicti D. P. vt nubat T. habenti bona, & modum securādi dotem, quando ei dabitur, & exinde possit commodius, & honorabilius viuere, ne haberet redire ad patrē, vel fratrem causa quærendi victum, dicitur quidem huiusmodi negocij respicere causam finalē. eo ēt in specto, quod debebat prius expleri, de præfatione, & præambulo tex. & gl. & Bal. 2. not. in l. si. ff. de hęr. insti. & ibi alij no. ob commodū tertij, & alterius quàm eius, cui datur, & vt nubat. Bart. & cæteri in l. 2. §. fin. ff. de donat. per l. si tibi legatum. ff. de lega. 3. & quando paciscens aliàs non erat facturus per d. l. fina. de hæredi. instituend. per Bald. in l. & si post. ff. si quis cauti. & in l. cum veterani. C. de do. ante nup. Cum etiam ipse T. sciuisset, prædicta prius esse

adimplenda, & eis nõ ſeruatis fateatur ſe deceptũ,
vnà cum ſorore dicti D. P. & ipſe tamen conſenſe-
rit emptionibus fictitijs,& non veris bonorum ſta-
bilium, vt videre eſt ex huius libris D. P. ſcriptis
de anno 1551. die . . . . . . Vnde ex his duo
9 inſeruntur,primum,ꝙ ceſſante † cauſa finali prædi-
cta,ceſſare debet effectus dotis dandæ, ſi qua ſub
huiuſmodi negocio matrimonij complendo,ſenti-
retur dari,l.cum te fundum, C.de pact. inter empt.
& vendi. ſatis in ſimili eſt text. in l. 3. de don. ante
nupt. vbi ex parte mulieris ſi ceſſat integralis ſolu-
tio dotis,& in ea deceptio ſit contra maritum, ceſ-
ſat etiam pro parte mariti ſolutio ac præſtatio do-
nationis propter nuptias ad fauorem mulieris, qui
tex.in ſuo caſu in his correlatiuis ſatis etiam deci-
dit noſtram quæſtionem,& tex.in l. pen. ff. de iure
dot. vbi ceſſat beneficium, ne teneatur ſocer vltra
quàm facere poſſit,quando ſciens ſe non poſſe ſol-
uere tantam dotem, promiſit vt genero inſidiare-
tur, horũ iurium ſacilis, & de ſe patet inductio pro
D.P.& ſua ſorore contra ſororium ſic conſentien-
tem & miniſterium preſtantem inſidijs ipſorum D.
P. & ſororis ex inobſeruantia dictorum capitulo-
rum. Alterum infertur,ꝙ ob dolum in his commiſ-
ſum,vt ſupra dictum eſt, per dictum Th. ſibi agenti
ad dotem, quando etiam eſſet ſibi promiſſa, & de-
bita,& etiam ꝙ vxori non quæreretur, obſtat exce-
ptio doli, ac etiã ſi vxor remaneat indotata, vt per
text.in l.apud celſum,§.apud Iulianum.in fin.& ibi
gloſſ. ff. de dol.ma. except. vbi quoque ex perſona
mulieris doli exceptio obſtaret. Nõ obſtat,ꝙ poſt-
modum D.R.ſoluerit dicto T.ſcuta 600. quia pro-
inde in totum adimpletum capitulum non dicitur,
quod erat de ſcutis 800.& de domo, ac de alijs par
ticularibus, vt in capitulis dicitur, implementum
enim requiritur in totum, & nõ in parte fieri,ac in-
10 tegraliter. † probat Alex.in conſi.119. in fin.lib.1.
Pau.de Caſt.in conſi.176.col.1.in fi.lib.2. Abb. in
c.tua nos.circa fi.el 2. de iureiur.& Aymo in conſi.
246.nu.3.maximè quando eſt de cauſa finali,vt ibi
per Aym.& per Bal.in l.ſi creditor,C.de fideiuſ.

Non poteſt etiam ſe tueri de aliquo conſenſu ip-
ſius D. P. circa ſolutionem dictorum ſcutorũ 600.
quia contradicendo non poterat aliter impedire,
quin ipſe T.ſi voluiſſet accipere, accepiſſet dictã ſo
lutionem, inſcio etiam,& inuito D.P.exinde tacẽ-
do non habetur conſenſus,l.filiusfam. §.inuitus,ff.
de procur.cum ſign.ibi in glo.& per doct. in l. quæ
dotis.ſolu.matr.præterea aliter conſentiendo D.P.
non potuiſſet præiudicare iuribus ſuæ ſororis circa
maiorem vtilitatem, & ſecuritatem ſuæ vitæ circa
neceſſaria acquiſita ex dictis capitulis. per comm.
* opi.approbatam per Alexan.in conſi.27.num.12.
lib.3.& Soci.conſi.137.circa fin.lib.1. & conſi.91.
nu.7. lib.4. Nõ opitulatur etiam,quòd dicta inob-
ſeruantia capitulorum non poſſit tollere vires ma-
trimonij, nec eius ſequælam, quæ eſt dos, quia in
contrarium eſt veritas circa dotem, per caſum iun-
11 cta gloſſ.in d.§.apud Iulianum. vbi † dolus mariti,
& mulieris, etiam matrimonio permanente, tollit
actionem de dote,etiam quòd mulier remaneat in-
dotata,quia matrimoniũ bene poteſt ſtare ſine do-
te,vt dictum eſt.

12 Quartò, quia dos, † & eius fructus ad maritum
ſpectant æquitate inſpecta, quando ſuſtinet onera
matrimonij alendo vxorem, & pro ea expenſas fa-
ciendo,l.dotis fructus.in princi. ff.de iure dot. & l.
pro oneribus, C.eo. At dictus T.per annos 10.etiã
exul, & bannitus à patria in pœnam vitæ, non ſu-
ſtinuit, nec ſuſtinet onera matrimonij, & aliquod
diſpendium non ſentijt pro vxore, ſed cõtinuo hæc
ſua vxor fuit alita, & alimentatur à D.P.ſuo fratre,
qui maximas expenſas pro ea ſupportauit,& ſentit,
ergo pro eo æquitas viget, vt omnis prætenſa dos,
& eius fructus penes eum permaneant,& ab eo non
13 auferantur, † vt per l.in inſulam,§.vſuras. ſolu.ma-
tri.& l.cum poſt.§.in domum,ff.de iure dot.& glo.
fi.in l.2.C.de dot.prom.& glo.1. in l. de diuiſione.
ſolu.matr.

Quatenus T. velit dicere, ſe lucratum dotem ob
notorium ſuæ vxoris culpa ſua ab eo diſceſſum, Re-
ſpondendum eſt, ꝙ ſic procedendo deuenimus ad
pęnas legales,vt appellat eas Bar.in l.Titia. in prin.
col.fi.verſi.& ideò pro huius declaratione.de verb.
obliga.ideò in pœnalibus debemus propriè,& ſtri-
ctè procedere,prout de his iura loquuntur, c. odia.
de regu. iur. in 6. cum vulg.iura enim loquuntur,ꝙ
14 vxor † ſua culpa diſcedens à viro amittit dotem,
quam à marito repetere non poteſt,vt ſonant verba
tex.in c.plerunque.de don.inter vir. & vxor.& in l.
conſenſu.§.hæc niſi.C.de repud.& in §.& rurſus.in
authen. de nupt. Vbi verò pro vxore nulla eſt data
dos marito,eam vxor non poteſt amittere, cum pri
uatio præſupponat habitum, l. decem. de verbor.
obliga. nec maritus poteſt eam retinere, ſicque ab
eo dos non poteſt repeti, quia quod in dotem da-
tum non eſt, non poteſt repeti. hæc ſunt verba text.
in l.1.in fin.C.de dona. ante nupt. cum ergo verba
15 † dictorum iurium,& d.ca. plerunque. & ſimilium
non conueniant, quia nulla dos fuit data dicto T.
nec eorum diſpoſitio poteſt conuenire, l.4. §. præ-
tor.& ibi Bar.de dam.infect. l.hos accuſare, §.om-
nibus,ff.de accuſ.& l.ita autẽ.in prin. de admi. tut.
cum ſimilib. & quia dicta iura pręſupponunt do-
16 tem adeſſe datam,quo præſuppoſito ceſſante,† eo-
rum diſpoſitio quoque ceſſat.glo.in ver. aduocan-
dum.in l.mancipia, C.de ſer. fug. & ibi Saly. Fulg.
& Caſtr.hanc not.doctr. inferunt, & per Socin. in
conſi.55.colum.2.verſi.Quoniam iſta.lib.1. Deci.
in conſi.519.num.5.& latè per Feli. in c. nonnulli.
in penulti.car. de reſcript.vbi propriè loquuntur in
conſtitutionibus pœnalibus, quòd autem mari-
tus poſſit lucrari ius aliter competens vxori contra
alios pro ſe dotanda,dicta iura hoc non dicunt,ne-
que nos dicere debemus,l.penul.ff.ſi quis à par. fu.
17 manu. de quo enim lex non loquitur, † nec iuriſ-
conſul. nec imperator poteſt facere, quòd ſub lege
contineatur.dicit Barto.in l.3. ff. ad leg. Iul. repe-
tund.pro ſingulari dicto refert Socin.in conſil. 30.
col.2. verſic. Item patet lib.1. nec quælibet eſt lex
tale

tale quid di[illegible] text. in §. optimum. in authen. de non [illegible] tibus in simili per Aym. in consil. 6. nu[illegible] 9. nume. 2. & consil. 194. num. [illegible] dici, q[illegible] vxor indotat. [illegible] pun[illegible] tertia p[illegible] to. per l. iube n us. C. de [illegible] pu. & §. & [illegible] in auth. de nup. sed de hoc nihil ad D. [illegible] & non est præsentis speculationis.

Itaque ex his quatuor princip[illegible] fundamentis [illegible] sequitur.

Primo, quia [illegible] actione ag[illegible] dotis promissione i bi [illegible].

Secundo, quia ex tractatu, & [illegible] bis cũ alio prolatis etiã de dote non certa in [illegible] in genere, in quantitate, plu[illegible] ium specialium concursu obstante, sibi par[illegible] non competit actio.

Te[illegible] io, quia non seruatis ad pl[illegible] capitulis, [illegible] conclusum, & [illegible] causam [illegible] & quod pro parte D. P. [illegible] adimplendam cum etiã adiuuante exceptione doli mali Aduer[illegible].

Q[illegible], quia p[illegible] non sustinuit, nec sustinet [illegible] a matrimonio, & quando culpa vxoris [illegible] amissionis dotis, & [illegible] retentionis contra D. P. de dote eidem T. non tradita, & minus p[illegible] omissa. Tuto equidem in trepide dictum T. pro petita dote nullam de iure posse inferre molestiam dicto D. P.

Et minus pro bonis mobi[illegible] bus, vt asseritur, illatis in domũ soceri, & partim traditis vxo[illegible], quia de his penitus ignoratur, quæ, qualia, & vbi sint, & nulla obligatio potest apparere, vel ad exhibendũ. per l. 3. §. in. ff. ad exhibend. vel depositi, vel mandati, vt requiritur per l. si ego. §. in. de iure dot. vel

18 q[illegible] frater teneatur pro sorore, quia † ce tissimum est, neminem ex alterius cõtractu, & pe sona obligari. l. pen. C. ne [illegible] xor. pro mar. Atque minus pro aliqua reint[illegible] ratione possessionis prædij Montis Biro-

19 tij, quia † possessioni, quam quis nunquam habuit, non d[illegible] cinte[illegible] an [illegible] traditum. in c. [illegible] im cau am. de restitut. spol. nulla enim apparente

20 † traditione p[illegible] ssessionis, & causa, possessio non acqui[illegible] tur. per [illegible] ota. in l. traditionibus. C. de pact. &

21 [illegible] tia † vel domini, & possessoris, q[illegible] alius, [illegible] ctus [illegible] accedat ad præ[illegible] not. in simil. [illegible] pen. & Dec. in cõ[illegible] num. 11 [illegible] d facit, quòd alius sic permissus ac[illegible] d possessionem dic[illegible] tur possidere iure fami[illegible] tis. per l. qui iure. & ibi not. per doct. ff. de acq[illegible] poss. prout in simili tradit Paul. de Cas. in co[illegible] 91. in causa quæ ve[illegible] itur. col. 2. lib. 2. & Alexa[illegible] con[illegible] 142. Vi[illegible] so statuto. lib. 7. eo maxime [illegible] do bona non erã t vxoris, sed materna, in totum spectantia ad fratrem, vigore statutorum loci, non facit constructio columbari in dicto præd[illegible] o ad [illegible] quisitionem possessionis acquisitionem [illegible] vel

22 † [illegible] batio [illegible], quia † potest fic[illegible] ficium in solo alieno, quod non solum domino [illegible] p[illegible] dicat in possessione, vel dominio, sed facit cedere ædificium solo. §. & ex diuerso. inst. de rerum diui. & cõ-

23 sequen[illegible] non debet haberi ratio † fructuum dotis, quæ non fuit tradita, vt per glos. 1. in d. l. dotis fructus. in prin. ff. de iure do. & in d. l. de diuisione. solut. matr. Atque ita in om[illegible] bus pro Excel. D. P. sententia nostra iu[illegible] bus co[illegible] prob[illegible] ta est. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XLVII.

ARGVMENTVM.

Bona generaliter prohibita vendi per testatorem Quomodo possunt vendi, & præcipuè pro legitima.

SVMMARIVM.

1 Testamenti verba diligenter inspicienda sunt, quando attentantur alienari bona fideicommisso subiecta.

2 Testator inuitat ad fideicommissum eos, qui paruerint.

3 Subs[illegible] itutio de laratione re[illegible] ipit ab institutione, ad cognoscendum qui sint vocati ad fideicommissum.

4 Testatoris verisimilis præsumpta voluntas si fficit filijs masculis filiorum institutorum, ad exclusionem filiarum su[illegible] stitutarum loco vltimo.

5 Testator non intelexit de his, quos non expressit.

6 Testamenti vna pars per aliam declaratur.

7 Heredum appellatione a lege veniunt liberi.

8 Fæminæ vbi sunt substituta, appellatione filiorum positorum in conditione, tunc maximè etiam venit filia ad exclusionem substitutarum.

9 Frater senior moriturus verisimiliter prius, quam sui fratres iuniores, nihil de substitutione fideicommissaria conditionali transmittit ad suos heredes.

10 Legitima, & trebellianica capiunt dimidiam.

11 Cautela pro vendendis bonis fideicommisso subiectis.

12 Relatio fit ad proxima, quibus conuenit.

13 Dictio [illegible] alium de sui propria natura est dictio relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo mentio facta est.

14 Prohibitio non egreditur personas eorũ, quibus facta est.

15 Fil[illegible] orum, [illegible] positi in conditione non sunt vocati ad fideicommissum etiam impositum decedentibus sine heredibus, maximè in portione patru, & decedentium cum fil[illegible] s.

16 F[illegible] ranat si dec[illegible] rint sine filijs, quamprimum decedant [illegible] um filijs, expirat fideicommissum.

17 Le[illegible] time alienat o non potest prohiberi, nec super ea on[illegible] de[illegible] imponi.

18 Test[illegible] r p[illegible] ndo ne a iqd de suo alienetur, denotat se d[illegible] rebus ad [illegible] tant[illegible], & suo iure [illegible] ctatibus.

19 Le[illegible] a de iure naturæ [illegible] at ad filium.

20 Te[illegible] mittitur vel e id, quod ius disponit, & non contra ius.

21 Filius pro legitima dicitur creditor.

L 2 22 Præce-

22 *Præceptum de non alienando à testatore factum non præiudicat creditoribus.*
23 *Emptor prædy pro legitima à filio accepti, iure sui autoris pro dicta legitima potest se tueri.*
24 *Filius grauatus fideicommisso, an possit eligere in vna re legitimam, & vendere de possessionibus paternis, vsque ad valorem legitimæ.*
25 *Filius alienando in dubio potest eligere, & videtur elegisse rem alienatam, pro sua legitima.*
26 *Legitima assignatur filio iudicis arbitrio.*
27 *Filio licitum est alienando in vna re eligere quartam, & in dubio non præsumitur in eo dolus, nisi probetur.*
28 *Alienatio facta malitiosè, & causa fraudandi fideicommissum, non admittitur, neque per iudicem approbari debet, licet dolus, vel fraus non præsumatur.*
29 *Iudicis arbitrium est assignare filio quartam in vna re, quam elegerit, quando eadem res esset ei per patrem assignata in vita, idem, & si esset assignata post mortem.*
30 *Interesse magni fit ratione vicinitatis.*
31 *Patria, & regio in qua quis versatur, plurimum facit, & confert ad demonstrandum affectionem, & voluntatem disponentis quoad personas.*
32 *Prædium alienatum contra prohibitionem testatoris, fraude & dolo cessante, debet imputari in legitimam, iudicis arbitrio.*
33 *Pretium in subiectis fideicommisso succedit loco rei.*
34 *Testamentum Venetys cōditum, & more Veneto, æquiparatur testamento militis, & ex statuto Venetorum debet, prout stat executioni mandari.*
35 *Statutum, & obseruantia nō habet locum in bonis sitis, & in iudicijs fiendis extra ciuitatem, & in alieno territorio.*
36 *Statutum non porrigit effectum suum ad bona sita extra territorium statuentium.*
37 *Legitima est quota bonorum, qua filius habiturus esset ab intestato succedens patri.*
38 *Prohibitum per testatorem vendi, potest pro legitima vendi.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Onsultus quo remedio, quave cautela validè possint vendi bona fideicommisso subiecta, ac alienari prohibita per testatorem, dixi, prius fore multum, & di-
1 ligenter inspiciēda verba testamenti, † qualiter sint concepta, & qua forma in his demonstretur interdicta alienatio, prout in similibus dicunt, & tex. in §. nos igitur. in auth. de rest. fideicō. & in l. ex verbis C. de donat. inter vir. & vxor. & Bart. in l. qui liberis. §. hæc verba. ad fin. de vulgar. & pupilla. Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. in fin. solut. matr. Ias. in l. si quis stipulatus sit Stichum. in princi. col. 1. & seq. de verb. obliga. Corn. in consil. 242. col. 4. versic. tamen licet primo lib. 4. & Socin. consi. 26. in princi. lib. 4. & Tiraquel. in l. si vnquam. in versic. libertis. num. 10. de reuo. dona. & sæpius alibi doct. dicunt, Exhibito itaq; & accurate in specto, & perlecto testamento eximij art. & medi. Doct. D. V. inuenio quòd excluso nominatim Nic. filio compensatis in sua legitima expensis factis causa studij, & pro bullis beneficiorum ecclesiasticorum, reliquit suos hæredes vniuersales tres alios suos filios. T. Al. & Ast. hæc verba inter eos fideicommissum, & alienationis prohibitionem importantia, & demonstrantia apponendo sermone vulgari, Dichiarando, che morendo alcuno di loro senza heredi, la parte del manchante vada a quelli, che rimane anno.

Et che nessuno di loro possa, nè vendere, nè impegnare, nè in alcun modo alienare cosa del mio; Ma sempre vada di vno, in l'altro fin che viuono.

Et morendo alcuno di loro, senza heredi masco li, vada nelli detti miei figliuoli sopravivēti, & suoi heredi mascoli tantum.

Et morendo tutti li detti miei figliuoli senza heredi, voglio che tutte le mie faculta siano diuise in tutte quattro l'antedette mie figliuole maritate, per eguale portione.

Quibus dispositis, quamuis testator ponat (dicit ipse, facultates suas sub hoc temporal fideicommisso, tamen cum Ast. erit ætatis ann. 15. non cogit eos stare in communione, ideo cuilibet eorum assignādo portionem separatam bonorum, & introituum in ciuitate Venetiarum, & in eius dominio, assignauit, & reliquit Ast. pro sua parte prædiū de Sauolano situ in territorio [illegible], & domū veterē, & domunculas in ciuitate [illegible], & alia bona, & introitus in ciuitate Venetiarum, vbi testator exercendo artem medicam per annos 40. & vltra continuum domicilium habuit, & ex muliere veneta habuit dictos filios suos hæredes institutos, qui morantur in ciuitate Venetiarum, & ab ea vti loco eorū Originis, & domicilij non sunt discessuri.

Vnde consideratis verbis dicti testamenti, primum censeo fideicommissum reciprocum adesse inter filios tres hæredes institutos solos verificandum tum per contrauentionem alienationis, ex ratione assignata vnico contextu, & continuato sermone, q vadat de vno in alium, dum viuunt, tum per mortem cuiuslibet eorum sine hæredibus masculis, quia vltra q verba ipsa demonstrant hucusque fideicommissum esse solum in fauorem cuiuslibet trium filiorum hæredum, ostendit ratio etiam primo de fideicommisso in casu alienationis fa-
2 cto, eo quòd vadat de vno in alium, dū superstites sint, eos enim inuitat † ad fideicommissum, qui pa rucrint. l. cum pater. §. libertis. & l. peto. §. fratre. de legat. 2. & l. filiusfamil. §. penult. de legat. 1. & not. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. Deinde ex institutione vniuersali apparent illi, qui vocati sunt ad fideicōmissariam substitutionē, quæ quidē
3 declarationem recipit ab institutione ipsa, † ad cognoscendum, qui sint vocati ad fideicommissum, vt l. 1. & ibi Bar. & alij ponunt. C. de impub. & Bar. in l. fin. in fin. ff. ad Trebell. Alexand. in consil. 204. perspectis. colum. penult. versic. nec prædictæ. lib. 6. Corne. in consil. 290. col. pen. l b. 4. Ias. in consil. 143. lib. 4. Socin. in consil. 49. colum. 4. [illegible]. 1. & in consi. 14. in pr. lib. 3. Cur. Iun. in cons. 22. nu. 8. Affl. in decis.

in decis.38.nu.5.& Dec.in consi.186.col.penul. &
consil.547.nu.6.

Filię vero fœminę testatoris sunt vocatę sosimo
do in casu mortis omnium dictorũ filiorum testato
ris decedentiũ sine hęredibus, vt s.expresse apparet
dictũ in dicto testamẽto,& intelligitur de filijs de-
cedẽtibus,qui vocati sunt in institutione,& substitu
tione præcedenti.Pau.de Cast.in cõsi.111. Visis,&
ponderatis,col.1.& in consil.123.col.1.lib.1.non
autem de H.alio filio exhæredato,& præsbitero,vt
probat Rom.in cons.438.col.3.& seq. Adeo q̃ filię
fœminæ vltimo loco vocatæ ad fideicom.non ad-
mittuntur donec supersunt filij hæredes instituti,&
substituti adinuicem,vel aliquis eorum,vel de eorũ
filijs masculis superest,cum eorum filij masculi sint
etiam expresse vocati,vt veniant ordine successiuo
post eorum parentes.Bar.in l.Gallus.§.quidam re-
ctè,& ibi alij sequuntur de libe.& posthu. Dec.cõs.
4 95.num.3.4.licet † eisdem filijs masculis filiorum
institutorum ad exclusionem filiarum substitutarũ
loco vltimo,sufficeret verisimilis,& præsumpta vo-
luntas testatoris.arg.l.pen.cum.ibinot.per doc.C.
de impub.& per Bar.& alios in l.hæredes mei.§.cũ
ita.ad trebel.& si vltimus filius cum alijs collecti-
uè grauatus,si decesserit simpliciter sine hæredib.i.
liberis.per tex.in l.ex facto.§.fin.eo.ad trebel. dece
deret cum filia,etiam deficeret conditio pro filia-
bus substitutis,quia testator in superiori substitutio
ne reciproca inter filios hæredes quando voluit ex
primere de hæredibus masculis,expressit ibi, & mo
rendo alcuno di loro senza heredi mascoli,hic non
5 expressit,ergo voluit intelligi & de fœminis. † vt ar
guit Io.de Ana.in consil.22.sequitur Ias.in con.39.
col.3.& pen.li.3.& Soc.in consi.227.col.9.vers. Se
cundo loco.lib.2.vbi fortius firmat in testatore lite
rato,vt erat etiam iste noster.Idem in consi.69.col.
6.lib.3.allegando etiam Pet.de Anch.in consi.mi-
hi 120.pro clariori.Dec.in consil.599.nu.4.& 6.&
consil.163.col.4.nu.18.19.licet cõtrarium arguat,
6 eo q̃ † vna pars testamenti per aliã declaratur.Abb.
in consi. 30.Videtur primo.vers.Quinto probatur.
lib.1.Ias.sibi contrarius sequitur in consi. 137.col.
7.versic.nono ad idem.& col.fin.lib.4.Dec.in con.
425.col.3.nu.11.Paris.consi.48.col.3.nu.12.lib.2.
& Ruin.in consil.83.in fi.lib.2.& alibi in hoc doct.
adinuicem, & sibi ipsis,ne dicam,captata oportuni
tate,aduersantur, quandoq; declarabo in meo tra-
ctu.de interpretatione vltimarum volunt.

Sed in hac parte vltimæ substitutionis præsentis
testamenti puto omnino verius esse intelligi de fi-
lijs tam masculis quam fœminis,tum ob expressam
7 adiectionẽ, † sine hæredibus,quæ à lege ipsa expo-
nitur de liberis,d.l.ex facto.§.fin.de cuius vocabu-
li, liberorum,proprietate venit etiam fœmina. per
l.1.C.de condi. insert.& alia latè probat Corne.in
consi.68.lib.4.& Dec.in cons.567.vbi dictas opin.
aduersantes ita videtur concordare; vbi sit dictum,
sine liberis,& vbi ẽt filij sint positi in cõditione ad
ationẽ exonerationem grauati onere fideicõmissi,
8 tum quia † vbi fœminæ sunt substitutæ,appellatio-
ne filiorũ positorũ in cõditione,tunc maximè ẽt ve
nit filia ad exclusionẽ substitutarũ mulierũ, vt per
Dec.in cõs.370.& in cõs.568.ad fi.& Rui.in consi.
142.lib.2.& Soc.Iun.in cõs.126.col.3.& seq.lib.1.
Quæ quidẽ filię substitutæ maiores natu q̃ sint ma
sculi,& iã peruentæ ad senectutẽ vltra & circiter an
nos.50.post quos annos quinquagesimi numeri sa
tis potest timeri de morte,secundum Abb.in c.quo
niam frequenter. in princip.col.9.sub versi. Tertio
principaliter.vt lit.non contesta.& in consil.63. Vt
9 veritas.col.3.lib.2. & verisimiliter † ideo moritu-
ræ priusquam sui fratres iuniores nihil de dicta sub
stitutione fideicommissaria conditionali transmit-
terent ad suos hæredes.l.1.§.sin autem aliquid sub
conditione.C.de cad. tollend.& glos. & doct.in l.
1.C.de his qui ante ap.tab.cum simil.alleg.per Ale
xand. in consi.250.& 252.circa princip.lib.6.& ali
bi per doct.Hæc enim dicta sunt ad demonstrãdũ,
quòd fide testatoris sunt valde remotæ à bonis, de
quibus agitur,fideicommisso subiectis, adeo quòd
emptor dictorum bonorum de eis,si noluerunt cõ-
sentire emptioni,paruum habet timere, cõtra quas
etiam esset securus emptor pro legitima, & trebel-
10 lianica, † quæ capiunt dimidiam portionis assigna
tæ per patrem Asca.venditori.glo.& doct.in l.quã-
quam.C.ad l.Falcid.Alex.in consi.43.in fin. lib.2.
& in consi.32.in fin.lib.3.cum vulg. quæ dimidia,
vt audio,vix capit totum prædium Sauolanum vẽ
ditum,quod ideo pro securitate emptoris imputa-
tur in dictis legitima,& trebellianica debitis dicto
venditori non malitiosè vendenti(vt infra dicetur)
vt per Bar.& omnes scribent. in l.Marcellus. §.res
quæ.ff.ad trebell.& Alexand.in consil. 178. atten-
tis.lib.5.& in alijs locis vulg. habetur.

Vnde quoad filios institutos prohibitos aliena-
re,& substitutos vocatos & comprehensos in fidei-
commisso, vt superius dictum est, respondi ple-
nam securitatem esse emptori, si duo alij fratres
T. & Al. voluerint consentire Asc. vendenti,pro-
ut est text. in d. l. quoties ab omnibus. C. de fi-
deicom.& ibi doct.& in l.cum pater.§.libertis. de
leg.2.& Socin.in consil.43.col.pen.lib.4.ita in si-
11 mili consultus pro cautela † vendendi bona fideicõ
misso subiecta respondit Dec. in cons.323.cum sit.
dando alias cautelas de alijs promissoribus, quæ vi
debantur necessariæ in casu suo pro alijs vocatis ad
fideicommissum in pluribus gradibus subsequenti-
bus,& quæ in casu isto (vt proponitur) haberi & re
periri non possunt,& non sunt tantum necessariæ,
cum fideicommissum non sit ita amplum, & diu
duraturum hic,& restrictum in casu prohibitæ alie-
nationis adueniente inter ipsos tres filios nomina-
tos, vt demonstrant illa verba ascripta pro causa
prohibitionis. Ma sempre vada di vno in l altro,
fin che viuano. Quæ enim verba continuata ex
dicta proxima superiori prohibitione. argu.l.cum
delanionis.§. quod si ęneũ.de fun.inst. ibi,quibus-
cũq; proximis proxima copulata procedũt.& l. Me
uia.de manu.testa.ibi contextum totius scripturæ.
referũtur ad ipsos nominatos in prohibitione,quia

12 relatio † fit ad proxima, quibus cōuenit. l. 1. in prin. & ibi Bar. de leg. præstan. vt vadat de vno in alium,
13 sic enim inportat dictio, alium, quæ † de sui propria natura est dictio relatiua, & repræsentatiua eiusdē qualitatis, cuius erat ille, de quo mentio facta est. latè probat Alexand. in consi. io 204. consideratis. colum. 2. nume. 3. lib. 2. refert, & in similibus terminis comprobat Ruin. in consil. 181. colum. 1. lib. 2. ita quòd filij filiorum non sunt vocati ad fideicommissi in casu prohibitionis contrauentæ, per prædicta, & quemadmodum non sunt comprehensi in
14 ipsa prohibitione, † quæ non egreditur personas filiorum testatoris, quibus facta est, per glo. ordin. in §. nos igitur. in auth. de restit. fideicommiss. tradit Bald. in consi. 304. nobilis vir Dominus Guilielm. lib. 5. & per doct. in §. diui. l. filiusfamil. de legat. 1. & per Bartol. in l. Lucius. §. 1. in fin. de legat. 3. Ad fideicommissum etiam impositum decedentibus sine hæredibus, filij filiorum vt positi in conditio-
15 ne non sunt vocati † maximè in portione patris, & decedentium cum filijs, per glos. in l. Lucius. in fin. ff. de hæredi. instituend. communiter ibi per doct. approbatum, & in alijs locis vulga. maximè per Dec. & Cagno. in l. 1. C. de pact. Quamprimum
16 enim filij grauati † si decesserint sine filijs, decedant cum filijs, expirat fideicommissum. l. 1. C. de condi. inser. & d. l. filiusfamil. §. cum quis. cum simil. meritò hoc sciens testator ipse appellauit hoc fideicommissum per eum impositum esse temporale, prout appellant docto. huiusmodi fideicommissum conditionale, & temporale, vt per Parisi. in consil. 87. col. 4. sub nume. 19. & in consi. 92. col. 2. sub num. 15. lib. 2. Vt spes est in Asc. venditore, quòd fideicommissum tale sub conditione filiorum in portione sua deficiat, cum habeat vxorem, & filios, & iuuenis ipse & sua vxor alios sint habituri, igitur satis tutum remedium erit habere ad venditionem dicti prædij Sauolani consensum, & approbationem T. & Alex. suorum fratrum.

Veruntamen altero eorum, scilicet Alexandro nolente consentire, prout fecit T. qui formiter consensit, & approbauit venditionem, vt legitur in fine instrumenti venditionis, vt per eum venditio non deficiat, quam valde vtilem, & sibi commodam, & proficuā As. asserit. Quæritur de tutiori remedio, quo fieri posset dicta venditio. Remediū. n. satis tutū pro emptore & As. venditore fore contra As. & pariter cōtra sorores vltimo loco substitutos existimaui, quod prædium Sauolanū vēditum vix capit tertiam partem bonorū à patre relictorū ipsi Asca. ergo in totū pôt esse, & capi pro legitima As. debita iure naturæ, quæ inspecto numero quatuor filiorū masculorum succedentium patri ab intestato, exclusis filiabus per statuta, est tertia pars bonorū paternorū, iuxta auth. nouissima. C. de inof. test. cū vul.
17 & super quæ † nullū præceptū prohibitionis alienationis valet, & nullū fideicōmissi onus imponi potest. per tex. in l. qm̄ in prioribus. & l. scimus. §. cū āt C. eo. cōiter, & passim doct. tradunt alleg. a Paris. in consil. 45. col. 1. & seq. li. 1. & testator censetur noluisse in præcepto prohibitionis alienationis contineri legitimam filiorū, cū dixerit, nè alcun modo alienare cosa del mio, quia legitima est debita filio, ita quod nō pôt auferri sine causis præscriptis. §. aliud quoque capitulū. in auth. vt cum de appel. cog. & reputatur ęs alienū respectu patris testantis, & quo ad terminos nr̄os, ne possit tolli, vel diminui aliquo pcepto, vel onere legati, vel fideicōmissi, firmat Ang. in l. Papinianus. §. si quis impubes. cir. fi. ff. de inoff. test. & Ias. in cō. 181. col. 2. ver. ad ita tenendū. li. 2.
18 Quamobrem † testator præcipiendo, ne aliquid de suo alienetur, denotat se disponere de rebus ad se tiñ, & suo iure spectātibus, per l. Quintus mutius. li. 2. §. argento omni. de au. & arg. leg. & l. 2. post pr. de relig. & sump. fu. & deducto iure ad aliū spectante. l. generaliter. §. fi. & l. fi. de v suf. leg. & consequen
19 ter deducta legitima, † quæ est de iure naturæ spectāte ad filiū. l. 1. §. si quis impuberi. de coll. bon. & l. si qn̄. §. generaliter. C. de inof. tes. ita in specie cōprobat Alex. in consi. 45. habita super his. col. 5. sub ver. fortificantur prædicta. lib. 1. quod verissimū puto in proposita materia præcepti grauatiui testatoris, & legitimę immunis, & liberę ab omni grauamine. d. l. qn̄ in prioribus. quod testator dicēdo, de bonis meis, voluerit intelligere deducta legitima filiorū
20 & ęre alieno in hoc per pdicta, & cū testator † præsumatur velle id, quod ius disponit, & nō cōtra ius. Bal. in l. 2. in fi. C. de cōd. insc. & in con. 79. Casus talis est. col. 2. cir. fi. lib. 1. & in cō. 396. quidā hñs. in fi. lib. 3. & lo. de Ana. in consi. 99. Vi & ponderatis. col. fin. vbi ad proxima subiectæ materiæ satis
21 loquitur, faci. quod filius † pro legitima dicitur creditor. Ale. in d. cōl. 45. col. 5. & latius in con. 83. nu. 2. lib. 4. intantū quod habet bona patris pro rata hypothecata pro legitima, vt declarat Rubeus Alexandri. in
22 consi. 156. col. fin. sub. nu. 15. pręceptū vero † de nō alienando à testatore factum non præiudicat creditoribus, dicit . in d. l. filiusfam. §. diui. de legat. 1. Ideo ex dispositione le is, & volūtate patris cōcurrēte, As. habens legitimā suā super bonis à patre in testamēto assignatis pro dicta legitima potuit eligere, & de ea disponendo vendere dictū prædiū Sauolanū, & eius emptor † iure sui authoris pro dicta le-
23 gitima potest se tueri, vt in terminis tenet Oldra. in consi. 107. circa ius. col. fi. ver. Ad quartā qōnem. & Alb. in l. Marcellus. §. res quę. in fi. ff. ad trebel.
24 Et quamuis filius † grauatus fideicommisso, an possit eligere in vna re legitimam, & vēdere de possessionibus paternis vsq; ad valorē legitimæ, dicat istā esse quæstionē antiquā, & glos. cōiter tenere quod nō, nisi volente fideicommissario, tamē postquam alienatio est facta bona fide, potuisse filium in vna re deduxisse legitimam, & hanc opin. videri satis ęquam, & iam secundum eam esse pronunciatum tenet Bald. in consi. 218. Quæritur vtrum filius. lib. 1. dicens se ita tenere in l. potest hæres. de legat. 1 & in l. 2. C. ad l. Falcid. & Aret. in consil. 18. Visa, & discul a. colu. penul. dicit, quòd ista est cōmunis
25 sententia, quod filius † alienando in dubio potest eligere, & videtur elegisse rem alienatā pro sua legitima intelli-

intelligendo tamen, q filius alienauerit bona fide,
26 & nō malitiosè,ita q iudex cuius † arbitrio assignat filio legitima,l.non amplius,§.fi. & l. seq. de leg. 3. Bar.in l.suus quoque.in prin.in fi.ff.de hæred.insti. Gui.Pa.in q.487.est æquum,q arbitretur esse computandam in re non malitiosè alienata.per text.ibi etiam simpliciter loquentem firmat Bar.in d. §. res quæ.hac æquitate suadente,ne vexetur, si ab eo,cui alienauit,euinceretur.arg.l.fi.§.fi.de leg.2. & Imo. in l.in quartam.col.5.ver. item adde secundo. ad l.
27 falci.tenet idem, q licitū † est filio alienando in vna re eligere quartā,& in dubio nō præsumi in eo dolum,nisi probetur.idem sentit in d.§.res quæ.circa fi.& ibi Pau.de Cast.in fin.firmiter tenet, in legitima iure naturæ debita indistinctè,q debeant imputari alienata vsque ad quantitatem legitimæ,etiam inuito fideicommissario, & etiam q sciēter alienauerit,quia magis est debita legitima , quàm trebellianica,ideò magis subuenitur filio,ne teneatur emptori de euictione,dicit ipse,& ibi Alex. in col. fin. relatis remissiuè doctoribus in locis suis, dicit, q conclusio est, q sit in arbitrio iudicis, idem ibi Ias. in col.pen.sequitur idem Ias.ex illa ratione,q filius sit creditor pro legitima vsque ad eius quātitatem. filium cōtra prohibitionem posse alienare egregie firmat in d.§.diui.col.4.ver.Hinc ex hoc.tex.idem ibi Crot.tenet in 5. col.nu.15. remotis declarationibus ibi per eum adductis, vt non facientibus ad casum nostrum,& ibi Ripa in 6. col. nu.27. dicit,q ita omnes moderni ibi sequuntur. idem Ripa concludit, quādo filius bona fide vendidit,& sit etiam hæres suæ portionis vniuersalis.in d. l. in quartam. nu.98. & nu. 120. non facientibus contra nostram sententiam etiam declarationibus per eum ibi datis, & Bened. Capra in cons.78. cum viso & considerato. col.pen.tenet alienata per filium,etiam inuito fideicommissario, debere imputari in legitimam,imò ipsum iudicem ita debere arbitrari, cum filius ipse vti creditor possit eligere suam legitimā. & Dec. in consi.202.col.penul.ver.& de prædictis. tenet, quādo etiam staretur arbitrio iudicis rē alienatam debere vel ne computari in legitimam, tamen bonum iudicem debere arbitrari, q in tali re alienata constituatur legitima, cum hoc nō noceat fideicōmissario,& prosit illi, in quem facta est alienatio,idē Dec.in cons.236.col.7.ver.& specialiter. dicit bene verum esse iudicem posse & debere, æquitate suadēte,habere ratam alienationem factam ex iusta causa de bonis per filios à se ipsis electis, & alienatis pro legitima,ita alienata debere imputari
* in legitimam,vti in eis cēseatur electa legitima,simpliciter firmat Soci.in consi.36.circa prin.lib.3. ita etiam esse communem sententiam,filium alienando rem prohibitam alienari videri elegisse rē alienatam pro sua legitima, quando non extant aliæ res non prohibitæ alienari, fatetur Gram. in decis. 93.nu.5.prout aliæ res non extabāt in casu isto non prohibitæ alienari,cum generaliter testator prohibuerit posse aliquid de suo vēdi seu alienari,& non in dubio, sed in claris sumus, q Asc. venditor elegit dictam rem vēditam pro sua legitima, vt in instrumento venditionis dicitur,vt eum sic potuisse tacitè facere, ergo fortius expressè inclinat magis communis sententia doct.supra alleg.

Quatenus autē Bart.in d.§.res quæ.& aliqui so-
28 lum dissentiāt,quādo alienatio † est facta malitiosè,& causa fraudandi fideicommissarium,eam non admitti neque approbari per iudicem debere, licet dolus vel fraus non præsumatur,l.dolum, C.de dolo.& l.quotiens,ff.de prob.& l.merito.pro soc.& in specie dicit Imo.in d.l.in quartam.col.5. per l. 1.§. denique.de acqua plu. arcen. Tamē vt oīs scrupulus auferatur , vtar verbis text. in l. 3. C. de interd. matr.clarè ostendi potest,dictum Ascaniū bona fide, & iusta causa fecisse dictam venditionem causa faciendi meliorē suam cōditionem , & exinde non solum Alexandrum prætensum fideicommissarium non esse fraudatum, sed suam cōditionem in fideicōmisso futuro post mortem Ascanij sine hæredibus masculis, esse factam meliorem, vt quemlibet bonum iudicem in ciuitate Pisauri, coram quo venitet mouenda lis contra emptorem possessorem dicti prædij venditi, per iura vulg. arbitraturū censeo , Ascanium potuisse eligere dictum prædiū pro sua legitima , & pro eius rata semper approbare dictam venditionem , & pro ea emptorem esse securum ab omni molestia inferēda ab omnibus fideicommissarijs,æquitatem enim,& arbitrium iudicis semper in hanc partem inclinare,& proferri debere probatur, Primò, q testator postmodum in eodem testamento diuidendo suas facultates inter dictos tres filios, in portione As. reliquit cum alijs bonis sitis Venetijs,& assignauit ei dictum prędium Sauolanum,quod eiusdem As. effectum est,vti ei prælegatum,l.quid ergo.de lega.1.& l.cum pater, §.cuictis.& ibi Bar.in fi.de leg.2.ideò ei fundum,qui relictus est debere adiudicari vel attribui,officio iudicis continebitur.dicit tex.in l.ex facto.la 2. §. 1. ff. de hæred.insti.& l. quoties. & l.filij, C. famil. hercis.& facit quod dicit Bar.in d.§.res quæ. & Bal. in l.filium.col.5. sub ver. ex qua lectura habes, C. fa-
29 mil.hercifcū.arbitrium iudicis † esse,assignare filio quartam in vna re, quam elegerit, quando eadem res esset ei per patrem assignata in vita,& non puto referre, si esset assignata post mortem.per d.l.ex facto,§.1. vtpote in re prælegata testator magis dilexerit legatarium, quàm alios hæredes vel fideicommissarios,l.si quis eum.in fi.& ibi Bal.de cōdi. & demon.& l.pater,§.tusculanus.de leg.3.& l.fundus,ff.si v fusfr.pet.

Secūdò testator iste cōtraxit domiciliū Venetijs, & ibi ex muliere Veneta habuit dictos tres filios,& plurima bona acquisiuit, ita duobus alijs filijs totas suas portiones assignauit de bonis sitis Venetijs, & d.Asc. vltra bona sita Venetijs assignauit dictū prædiū Sauolanū situm in territorio Pisauri, vt in suo testō legitur,vnde cū Asc.& alij sui fratres habeant originem,domicilium,& sua bona in ciuitate & dominio Veneto,iusta& ab omni malitia,&,dolo alienata debet arbitrari,& dici causa per d. Asc. in instrō

venditionis aſſignata de vẽditione dicti prædij, eo
ꝙ ſit in territorio Piſauri lõginquo à ciuitate Vene
tiarũ ſuæ originis, & domicilii per milliaria cẽtũ &
quinquaginta, & cauſa emendi de prætio, & inue-
ſtiendi in tot bonis ſtabilibus ſitis in ciuitate, ſeu
dominio Venetiarũ loco ſui domicilij, & originis,
& dictorum ſuorum fratrum. Quod reſultare in
ſuum maius commodum, & intereſſe nemo ſani
30 capitis negabit, magni enim fit intereſſe † ratione
vicinitatis.l.ſi cui fundus. de legat.2. & arguendo
de rebus ad perſonas.l.ſiquis inquilinos.§.ſi ita le-
gatum. de lega.1.Bartol.in conſil.10.Viſo ſtatuto.
col.fin.verſic.præterea probatur. quemadmodum
ſua patria, & regio, in qua quis verſatur plurimum
31 facit, & confert † ad demonſtrandum affectionem,
& voluntatem diſponentis quoad perſonas.vt l.nul
li.& l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cleri.&
gloſ.in verſicul.pauperes. in c.1.de teſta.in 6.quòd
pauperes intelliguntur de domicilio teſtatoris, vt
etiam per Feder.de Sen.in conſil.33. faciunt verba
Terentij in Heatomti.circa princip.dum dicit. Ta-
men vel virtus tua me vel vicinitas. Quod ego in
propinqua parte amicitiæ puto, & faciũt tex.& quæ
ibi nota.Bart.Pau.de Caſtr.& Socin.in l. quæ con-
ditio.§.1.de cond.& dem. & in l.ſi ſeruus plurium.
§.fin.de legat.1.ibi, deinde regionis &c. & in l.qui
habebat.in princip.ibi, dulciſſimæ patriæ meæ. de
lega.3.ita confert pariter quoad oſtendendam af-
fectionem etiã vtilitatẽ maiorem rerum vicinarũ,
quod quidem maius intereſſe, & commodum re-
ſpectu bonorum emendorum de prætio dicti præ-
dij Sauolani commune reputatur inter omnes præ
dictos fratres, etiam reſpectu fideicommiſſi ſuper
bonis ſitis, & repertis in loco eorum domicilij, vt
infra quoque dicetur. ita propriè arguendo ab op-
poſitis eorum, quæ dicunt Ang.in d.l.in quartam.
col.4. Alex. in col.8.& Ripa in col.19.nu.98.quòd
dicantur re ipſa fraudati fideicommiſſarij, quando
grauatus alienauit meliora bona exiſtentia in loco
tuto fructuum tutorũ, & ſecuriorum redditũum, &
quæ non ſunt alienata, ſunt magis ſubiecta pericu-
lis, oppoſitum enim poteſt perſuaderi in ſpecie pro
32 poſita, ergo dolo, & fraude alienantis ceſſante, † de-
* bet per iudicem arbitrari prædium alienatum fore
imputandum in legitimam. ſecundum comm.ſen-
tentiam doct. in d. l. in quartam, & in d.§.res quæ.
& Soc.Iun.in conſi.136.nu.14.lib.1.

Tertiò ex conuentione inita cum emptore, & d.
Aſc.prætium dicti prædij ſaltem pro duabus tertijs
partibus, quæ omnino capiunt etiam ratam dictæ
legitimæ, debet deponi in officio Zechæ Venetiarũ
vt ſemper, & continuo reinueſtiatur in bonis ſtabi-
libus ſitis in ciuitate Venetiarum, ſeu in locis vici-
nis, vt legitur in inſtrumento emptionis, quæ quidẽ
bona emenda, ac ipſum prætium interim remanẽt,
& erunt ſubiecta fideicommiſſo, adeò quod Aſ.ven
didit diminuiſſe nõ videtur, eſt tex.in l.imperator.
in fi.de lega.2. & ibi Bart.& alij tradunt, & Bald.in
33 conſil.367.ſimplex diuiſio.lib.4.ita † & pretium in
his ſuccedit loco rei.l.ſi rem & prætium.ff.de pet.
hæred.cum ſimil.alleg.& declara.per Andr. Tiraq.
de retract.ti.1.§.32.glo.1.num.21.cum ſequen. Ex
quibus dubio procul credo, cuiuslibet boni iudicis
religionem iure perſuaſam ſemper fore, vt dictum
prædium bona fide fuerit pro legitima electum, &
in ea pro rata concurrenti venditum pro ſecuritate
emptoris, & vexationis venditoris ceſſatione im-
putandum ſit.

34 Non refragatur, † quòd dictum teſtamentũ fuit
conditum Venetijs, & more veneto, & ex ſtatuto
Venetorum debet, prout ſtat, executioni mandari,
exinde dici idem in eo, vt in teſtamento militis, vt
de tali ſtatuto meminit Bal.in l.milites.vltra med.
C.de teſt.mil.vbi dicit ꝙ Veneti reputant ſe ita ſa-
pientes, ꝙ iure communi viuere nolunt, & verè
(inquam) ſunt ſapientes, vt facilè cognoſci poteſt
ex eorum mari, terraq;, ampli Dominij acquiſitio-
ne, & eius longeua perpetuaq; conſeruatione, ita ꝙ
ob tale ſtatutum, & ſimile de obſeruandis omnia à
teſtatore diſpoſitis intelligatur ſubſtitutiones eſſe
directas, vt per Bar.in l.centurio.col.3.de vulg. &
pup.& conſequenter legitimam tolli, vt per pupilla
rem.c.1. de teſta. in 6. & ita re vera iudices in offi-
cijs, & iudicis in ciuitate Venetiarum de teſtamen-
tis factis Venetijs, & de litigijs ibi maximè ceptis
audiui obſeruare teſtamenta taliter, ꝙ ex fideicom
miſſis nec legitima, nec trebellianica, neque dotes
35 aliquæ detrahuntur, quia reſpondetur, † ꝙ tale eorũ
ſtatutum, & obſeruantia non habet locum in bonis
ſitis, & in iudicijs fiendis extra eorum ciuitatem, &
in alieno territorio, vt per doct.in l.fin.ff. de iuriſd.
om.iudic.& in l.cunctos populos.C.de ſum.trin.&
fid.cath.& in terminis de legitima, ꝙ ea poſſit, & de
beat detrahi, & haberi de bonis exiſtentibus in lo-
cis non ſuppoſitis ſtatutis excludentibus (vt puta)
36 fœminas dotatas, eo ꝙ † nõ porrigant effectum ſuũ
ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, decidit
Alex.in conſ.128.Conſideratis verbis.col.1. lib.1.
dicit Alexan.ibi ſupplementum legitimæ peti poſſe
pro rata dictorum bonorũ, quod Alb.Bru. in tract.
de ſtatu.fœmi.exclu.in 8.arti.in q.25.col.1. dicens
* hanc cõcluſionem tanquam magis communem eſ-
ſe tenendam, & in 2.col.intelligit poſſe haberi legi
timam pro rata tamen bonorum, ſcilicet computan
do etiam bona ſita in territorio loci ſtatuẽtium ad
calculum legitimæ. Quod quidem poteſt probari,
37 quia legitima † eſt quota bonorum, quæ filius habi
turus eſſet ab inteſtato ſuccedẽs patri.l. parentibus.
& ibi glo.C.de inoffi.teſta.& gl.fi.in §.fi.inſti.eod.
ſed Aſ.ita ſucceſſiſſet ab inteſtato patri in bonis ſi-
tis Venetijs, ſicut in bonis exiſtentibus alibi, ergo
omnium bonorum paternorum indifferenter pro
ſua legitima fiendus eſſet calculus, at etiam Vene-
tijs non poteſt pater ſine cauſa priuare filium ſua le
gitima, quia tale teſtamentum reſcinderetur. Præ-
terea & quinimmo ſi bona exiſtentia Venetijs, ſtan
te dicto teſtamẽto, non poſſint tangi pro legitima,
quæ aliunde & ex alijs bonis nõ poſſet haberi, vti-
que neceſſario haberi debet ex dicto prædio Sauo-
lano, idq; etiam vendi prohibitum, per teſtatorem
potuit

38 potuit pro legitima † vendi per dictum Ascanium: argumen.l.pater.in prin.de leg.3. & not.per Cum. in l.peto. §.1.versicu.nota. quòd res prohibitæ. de lega.2.in specie tradit Iaso. in d.§.diui.colum.2. & expressius Ripa.in d.l.in quartam. colum.20.versi. tertiò declaratur. num.100. Ita pro defensione iurium emptoris in dicto prędio Sauolano contra fideicommissarios resoluta remaner pręsens consultatio. Laus Deo.

Simon de Pratis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XLVIII.

ARGVMENTVM.

Laudum, seu sententia Principis inter patrem, & filios de bonis etiam emphyteuticis diuidendis, & de obseruandis declaratis, & de his non adeundo alium iudicem sine ipsius Principis licentia, sub certa pœna adueniente casu emphyteusis deuolutę vigore pacti ad superstites, non impedit hos petere rem emphyteuticam coram alio competente iudice sine licentia, & inde non dicitur commissa pœna.

SVMMARIVM.

1 *Bona amittendo, quis dicitur perdere vitam, quæ sine bonis, nisi summa cum miseria, duci non potest.*

2 *Pœna vt dicatur promissa, seu commissa, requiritur probatio luce meridiana clarior, & liquidissima probatio, seu causa.*

3 *Laudo generali non contrauenitur per petitionem certæ rei non prosequuta coram arbitro.*

4 *Pœna cessat in dubio, & in obscuris.*

5 *Verba generalia non faciunt proferentem incidere in pœnam.*

6 *Rei debitæ causa, non res, respicienda est.*

7 *Proœmium demonstrat causam finalem dispositionis.*

8 *Verba extensiua importantia ius futurum aliquando intelliguntur ex causa de præsenti, & rebus sic stantibus.*

9 *Capitulum de imposito perpetuo silentio non egreditur personas capitulantes. & dispositio ad certas personas relata semper intelligitur de re perseuerante in eodem statu.*

10 *Obligatio non specialiter facta pro euictione, etiam ex iure emphyteutico sequuta, non comprehendit euictionem contra ius ipsum emphyteuticum.*

11 *Ius emphyteuticum non venit sub diuisione bonorum, etiam emphyteuticorum, cum remissione, & annullatione iurium, hincinde facta inter diuidētes, cum quacunque verborum forma, sed remanet illæsum penes ipsos hincinde remittentes.*

12 *Renuntiatio iuris de futuro non præiudicat renuntianti, si ius renuntiatum non acquiratur ei, in cuius fauorem facta sit renuntiatio.*

13 *Scripta dicuntur illa, quæ possunt legi, non autem illa, quæ possunt intelligi.*

14 *Verba sunt relatiua ad disposita in præcedentibus, & contentis in eis.*

15 *Obliuio inducitur per lapsum decem annorum.*

16 *Facti (etiam sui) longinqui, & intricati præsumitur ignorantia.*

17 *Pœna pro contemptu infligi non debet, nisi scienter contemnenti.*

18 *Ignorantia excusat in generaliter prohibitis quodammodo, quantum ad crimen.*

19 *Ignorantia facit cessare pœnam verè in omissis, & pro facto negatiuo.*

20 *Scientem, & non ignorantem lex vult obligari.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Ertentibus discordijs maximis, & contentionibus inter patrem, & tres filios super instrumentis diuersorum contractuum inter eos factis, pro his controuersijs sedandis, & remouendis aditus fuit Princeps, cui dederunt licentiam, & potestatem cassandi, & annullandi omnia, & quæcunq; instrumenta cuiuscunque generis inter eos facta, & celebrata, & pater dedit, & concessit omnia sua bona mobilia, & stabilia, & actiones ac ipsius iura omnia pręsentia, & futura in potestatem Principis, distribuendi, dandi, & concedendi inter ipsos patrem, & filios, prout ei videbitur, & placebit: Precantes vt tandem super præmissis remissionem, & authoritatem vellet acceptare, promiserunt stare declarationi, & concessioni fiendæ per eum, sub pœna suæ indignationis, & confiscationis omnium suorum bonorum: Princeps pro concordia reducenda inter patrem, & filios, & ipsos fratres, huiusmodi discordias determinauit per suas declarationes, & capitula inter eos obseruanda sub pœna amissionis suæ gratiæ, & confiscationis bonorum, inter cætera præcipiendo, quòd nullus eorum absq; sua licentia debeat alium iudicem, vel tribunal aliud adire pro re aliqua, quæ posset euenire super declarationibus, & capitulis prædictis, vel dependentibus ab eis quomodolibet, sub eadem pœna.

Quibus quidem declarationib. & capitulis exequutis, & obseruatis per diuisiones bonorum stabilium partim propriorum, & partim emphyteuticorum à patre receptorum pro se, & filijs, & nepotibus masculis tantum, & habitorum ab ecclesia cum pacto, quòd pars præmorientium deueniat in supraiuientes vsque in eorum tertiam generationem: post annos 16. euenit vnum ex dictis fratrib.

diu

diu post mortem patris decessisse cum filia obuen-
tis in sua portione aliquibus bonis emphyteuticis
sitis extra territorium pręfati Principis, iam vendi-
tis per ipsum decedentem, duo fratres superstites
vigore pacti prædicti in inuestitura emphyteusis,
non memores aliter dictorum capitulorum Prin-
cipis, alia licentia non petita, pro dictis bonis em-
phyteuticis vendicandis, possessorem coram suo iu
dice conuenerunt: Quam ob rem contra eos pro-
ceditur ad pœnam contrauentionis dictorum ca-
pitulorum Principis.

Consultus, equidem puto contra eos iure non
posse dici commissam dictam pœnam: Quæ quip-
pe valde magna, & grauis est, indignationis Prin-
cipis, & confiscationis bonorum, dupliciter desi-
gnans amissionem vitæ. Primò ob indignationem
contemptus suorum præceptorum talem pœnam
arbitrando: vt per Bald. in consilio 271. Quæritur
vtrum hi qui. lib. 2. Deinde, quia amittendo bona
1 quis dicitur perdere vitam, † quæ sine bonis nisi
summa cum miseria duci non potest. per text. in l.
bonafides. in princ. ff. depos. glo. in versicu. Quo-
niam in paucis. in authen. de referend. tex. & glos.
in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. & in authen. de
tabel. circa med. ibi, corrumpant alienas vitas: Ideo
2 vt pœna hæc commissa dicatur, † clara, luceq; me-
ridiana clarior requiritur probatio, & liquidissima
causa. l. fina. C. de probatio. cum pluribus adduct.
per Deci. in consi. 380. ad fi. & consil. 531. in princ.
Requiritur enim, quòd capitula pœnalia, de quib.
agitur, conueniant, vel prohibeant casum petitæ rei
emphyteuticæ, de qua tractatur, vt eorum disposi-
tio locum habere possit. l. hos accusare. §. fina. ff. de
accusa. cum similib. Si quidem generaliter conue-
nirent, vel possent etiam tacitè continere, & pro-
hibere casum istũ prætensæ contrauentionis: exin-
de tamen pœna commissa non diceretur, vt pro-
bat text. iuncta gl. in versicu. pronunciauit. in prin.
in l. de rebus. ff. de arbi. vbi habetur, quòd si super
compromisso generali, omissa non malignè per par
tem petitione, de re speciali, arbiter pronuntiauit
non expresse, vel specialiter, sed tacitè, vel gene-
raliter, & pars potest talem rem petere, & non com
mittitur pœna: ergo clarè ibi deciditur quæstio
3 nostra, per petitionem certæ rei † non prosequutæ
coram arbitro non contraueniri laudo generali, &
per not. ad idem in l. si de certa. C. de transact. Po-
test in proposito nostro assignari ratio, quòd verba
generalia dictorum capitulorum ambiguitatem, &
obscuritatem inducunt, per glo. in l. quoties in sti-
pulationibus. de verborum obligatio. & l. prætor.
4 de iniur. & l. ita fidei. in princ. de iu. fis. in dubio † au
tem, & in obscuris pœnam cessare generales dictãt
iuris regulæ. l. semper in dubijs. l. ea quæ. §. fin. & l.
factum. §. fina. de regu. iur. exinde quoque dicitur,
5 verba generalia † non facere proferentem incidere
in pœnam: vt per Alexand. in consil. 33. circa prin.
lib. 1. & Aymo. consil. 38. num. 4. 5.

Veruntamen generalitas etiam dictorum capi-
tulorum nõ est tanta, & talis, quin possit iure aper-
to defendi eam non continere casum præsentem
petitionis rei emphyteuticæ etiam obuentæ in di-
uisione vni fratri ex obseruantia dictorum capitu-
6 lorum facta: Nam primò, † non res, sed rei debitæ
causa respicienda est. per tex. in l. tutor. ibi, sed de-
biti causa respicienda est. ff. de fideius. & clarius in
l. & an eadem. in princ. de except. rei iud. & ibi Bar.
& Pau. de Cast. quòd omnino diuersa causa, & di-
uersum ius super eadem re facit censeri aliam rem,
idem facit etiam diuersa conditio personarum, vt
ibi in text. dicitur, sed causa & ius emphyteuticum,
de quo est sermo, minimè potest dici deductum,
neque determinatum aliquo modo, neq; per par-
tes in remissione, neque per Principem in suis de-
clarationibus, & capitulis, in quibus solum viden-
tur deductæ, & decisæ discordiæ, & lites tunc ver-
tentes inter patrem, & filios super cassatione quo-
rumcunque instrumentorum inter eos factorum,
& assignatione cuilibet eorum fienda de bonis, iu-
ribus, & actionibus patris pro concordia inter eos
inducenda, vt ex proœmio dictæ remissionis, & ca-
7 pitulorum deprehenditur, quod † demonstrat di-
ctarum dispositionum causam finalem, vt per Bart.
& alios. in l. fina. ff. de hæredi. insti. & demonstrat,
quòd dicitur in octauo capitulo intelligi imposi-
tum perpetuum silentium inter eos: ideo eorum
personas non egredi. per ea quæ tradit Bal. in cõsi.
304. nobilis vir. libro 5. & illa verba; Anzi s'in-
tenda annullata ogn'altra ragione, che qualunque
d'essi potesse mai pretendere, tanto per via d'instro
mento fattoli da suo padre, quanto che d'altro; in-
telligitur de annullatione iuris tam ex instrumen-
to eis facto à patre, quàm ex alio simili iure, etiam
8 quòd sint verba † extensiua importantia ius futu-
rum, intelliguntur (inquam) ex causa de præsenti,
& rebus sic stantibus. secundum Barto. in l. de his.
in fi. ff. de arb. & non de iure, & causa de futuro su-
perueniente, vt in similibus terminis tradunt Petr.
de Ancharan. in consilio 291. super pluribus. col. 3.
versicu. nec obst. stipulatio. & Roma. in consi. 472.
in eod. colum. 2. versicu. & probo ratione. & Ca-
pra in consilio 9. Quidam magister. colum. 2. vers.
præterea illud. & Dec. in consilio 581. colum. fin.
numero 12. sed dictum ius emphyteuticum non
oritur ex instrumento per patrem facto filijs, sed
inter ecclesiam, & receptorem, & obuenit ex pa-
cto inito cum ecclesia ex causa superueniente, ve-
rificata postmodum per mortem vnius ex filijs de-
cedentis sine filijs masculis, & de hoc iure con-
tentio est inter alias personas: ergo clara remanet
conclusio, petitionem huiusmodi iuris non prohi-
beri, ac non contineri, sub dictis capitulis, non
9 sub capitulo de imposito perpetuo silentio, † quia
restringitur ad standum tacitus, & quietus inter
ipsos, quod eorum personas non egreditur per
tradita à Bald. in allega. conf. 304. lib. 5. & Pau. de
Cast. in l. cum quis. in prin. ff. de solut. vbi notat di-
spositionem relatam ad certas personas semper in-
telligi de re perseuerãte in eodem statu, & quietos
in hoc scilicet determinato ibi per ipsum Principẽ,
& quod

& quod idem importat, vt promiſſio de obſeruãdo
& non cõtraueniendo perpetuò, quæ tamen intel-
ligitur, rebus ſic ſtãtibus, & non mutatis per mortẽ
perſonarum nominatarum in diſpoſitione, & non
de iure ſuperuenienti ex cauſa de futuro, per ea quæ
in ſimilibus diuiſorijs materijs tradũt Bal. in l. cum
pater, §. hæreditatem. de leg. 2. Bart. in l. qui Romæ,
§. duo fratres. in q. 6. de verb. oblig. cum commu-
nibus concluſ. doct. ibi de his, vt per Deci. in conſi.
495. col. 5. & per doct. in l. quod ſeruius, ff. de cond.
cauſa da. & nõ ſub capitulo de reciproca obligatio-
ne inter eos de euictione bonorum diuiſorũ, quia
10 talis † obligatio non ſpecialiter facta pro euictio-
ne, etiam ex iure emphiteutico ſequuta, non com-
prehendit euictionem contra ius ipſum emphiteu-
ticum, vt per glo. Bar. Bal. & Saly. in l. ſi familiæ, C.
fam. hærciſ. & Alex. in conſi. 21. viſo compromiſſo.
lib. 5. qui conſuluit, & determinauit quæſtiones ſi-
miles caſui noſtro.

Secundò principaliter, & proprius, ac certius ſub
diuiſione bonorum etiam emphiteuticorũ cum re-
miſſione, & annullatione iurium hincinde facta
ćta inter diuidẽtes cum quacunque verborum for-
11 ma non venit ius emphiteuticum, † ſed remanet il-
leſum penes ipſos hincinde remittentes, vt tradit
Bar. in d. §. duo fratres. col. penul. in 10. q. quem ibi
doct. communiter ſequuntur, vt ibi Alex. in pe. col.
& Iaſ. in col. fi. & Aret. in col. pen. & fina. & Ripa in
12 col. 22. nu. 89. vbi facit generalem concluſionem, ꝙ
renunciatio † iuris de futuro nõ præiudicat renun-
cianti, ſi ius renunciatum nõ requiratur ei, in cuius
fauorem facta ſit renunciatio, idem firmat Alex. in
d. conſi. 21. col. 2. & ſeq. lib. 5. & in conſi. 107. in cau
ſa Nicolai. col. fi. lib. 4. Iaſ. in cõſi. 173. circa primũ.
col. 7. in 3. dub. lib. 4. Deci. in conſi. 411. nume. 3. &
Rui. conſ. 47. nu. 2. lib. 1. & pleniſſimè Cur. ſeni. cõſ.
50. nume. 383. verſi. ad decimum argumentum.

Ex quibus cũ liquido cõſtet ius emphiteuticũ cõ
petere fratribus vigore pacti iuris accreſcendi, ob
vnius eorum mortem ſine filijs maſculis nõ com-
prehendi ſub declarationibus, & capitulis factis per
Principem inter prædictos, Conſequens eſt fratres
ſuperſtites petendo abſque licentia Principis con-
tra poſſeſſorem coram ſuo iudice bona emphiteu-
tica vigore dicti pacti iuris accreſcẽdi, non veniſſe
contra capitula de obſeruando inuiolabiliter di-
ctas declarationes, & de non adeundo alium iudi-
cem, vel aliud tribunal ſine licẽtia ipſius Principis,
quia talia præcepta ſunt reſtricta & limitata circa
contenta in dictis declarationibus, vel dependen-
tia ex ei, vt ibi, inuiolabilmente la ſopraſcripta di-
chiaratione, & tutto quello, che in eſſa ſe contiene,
& ibi, ſopra la dichiaratione, & capitoli preceden-
ti, o parte d'eſſi, o dependenti da quelli, illa ver-
ba, a ſopraſcritta dichiaratione, reſtringuntur ad
13 declarata nominatim, quia † ſcripta dicuntur illa,
quæ poſſunt legi, non autem illa, quæ poſſunt in-
telligi, vt not. Barto. in l. qui liberis, §. hæc verba. de
vulg. & pupil. tradit Alexan. in conſi. 173. Viſa facti
narratione. col. 2. ver. tamen præmiſſis. lib. 5. & cæ-
tera eorundem capitulorum xj. & xij. verba ſunt
relatiua ad diſpoſita in præcedentibus & contentis
14 in eis † per quæ ideò reſtringuntur, per ea quæ tra-
dit Bar. in l. qui. habebat. in ver. de leg. 3. & Rui. cõ-
ſil. 188. nu. 8. lib. 2. & referuntur ad cõtenta in præ-
cedentibus circa diſpoſita principaliter, & nõ inci-
denter, & enunciatiuè, vt not. Bart. in l. fi. §. titia. de
liber. leg. & ex lectura dictorum capitulorum eui-
dẽter apparet, ea eſſe relatiua, & reſtricta ad decla-
rata, & diſpoſita in pręcedẽtibus, in quibus nõ con-
tinetur ius præſens emphiteuticum ſuperueniens,
ergo de hoc non loquũtur dicta capitula xj. & xij.
& vltra, & ceſſat eorum diſpoſitio, l. 1. §. fi. ff. de ta
bul. exhi. not. Bal. in l. ſi furioſi, C. de nup. cum ſimi.

Poſtremò, & ſi in dictis capitulis poſſet aliquo
modo dici prohita petitio præſens ex ſuperuenien-
ti iure emphiteutico, Quod ex animi mei cõſcien-
tia nunquã poſſem fateri per ſupra dicta, & alia quę
poſſem latiori folio adducere ſi forent neceſſaria,
tamen cum poſt dicta capitula emanata, ſint elapſi
16. anni, videtur quidem inducta obliuio, & igno-
15 rantia de eis vel ſaltem contentorũ in eis, quæ † in-
ducitur per lapſum, 10. annorum. not. in l. licet, C.
de acq. poſ. habetur per Soci. in conſi. 38. col. 7. lib.
16 1. cum ſimi. Nam facti etiam ſui, longinqui, † & in-
tricati præſumitur ignorantia. Bart. Ang. & Imol. in
l. ſi quis delegauerit, ff. de nouati. vnde pœna impo
ſita per ea, non poteſt committi, niſi contemnendo
ea, vti præcepta ſuperioris, vt declarat Bal. in conſi.
367. Venerabilis. col. pen. & fin. lib. 3. ſed habemus,
17 ꝙ pœna † pro contẽptu infligi non debet, niſi ſcien-
ter contẽnenti. vt not. Ant. de Butr. in c. ſi celebrat.
col. 2. per tex. ibi de cler. excom. mini. cõprobat Fel.
in c. 2. col. pen. ver. vlti. circa prædicta. de maior. &
obed. ꝙ per ignorantiam excluditur cõtemptus, ad
idem Bal. in auth. cui relictum. col. 2. ſub ver. extra
quæritur, C. de indic. uidui. tol. ubi tenet quẽ ſper-
nentem præceptum teſtatoris quoad præiudicium,
& pœnam excuſari per ignorãtiam, in his enim ge-
18 neraliter prohibitis † quodammodo, quantum ad
crimen, excuſat ignorantia. dicit tex. in l. tutor, ff. de
pigno. act. Hæc autem procedunt quoad prætenſa
commiſſa in illud capitulum de obſeruanda dicta
declaratione Principis, & magis etiã procedũt quo
ad omiſſa in alio capitulo de non adeundo aliũ iu-
19 dicem, vel aliud tribunal ſine eius licentia, quia † in
omiſſis, & pro facto negatiuo verè facit ignorantia
ceſſare pœnam. per tex. in l. fi. ff. de decr. ab ord. fa-
ci. vbi propriè eſt caſus, ꝙ agẽs extra municipiũ con
tra prohibitionẽ pœnalẽ decreto municipali factã,
ne quis agat extra municipiũ ſub pęna mille drag-
marũ, ob ignorantiã excuſat, & Bal. in l. j. col. 9. ver.
Nam vbicunque. C. qui accuſa. tradit, quòd accu-
ſans aliquem, quòd tale quid non fecit, debet dice-
20 re, quòd ſciens omiſit facere. † ſcientem enim, &
non ignorantem lex vult obligari, plura adducit
Roma. in conſil. 473. circa propoſitam. & Deci. in
conſil. 64. colum. 3. & ſequen. & conſil. 328. colum.
pen. & Ange. Aret. de malefi. in verſic. & ad quære-
lam. num. 93. & ibi in addit.

Ex qui-

Ex quibus equidem, & multifariam prædicta summatim epilogando.

Primò, quòd laudum tacitis, vel generalib. verbis comprehendens non impedit à compromitten te postea specialem rem non malignè omissam peti, exindeq; pœna non committitur, vt ante dixi per tex. iuncta glo. in versic. pronunciauit. nostram q. decidentem in l. de rebus. ff. de arb.

Secundò, dispositio de qua agitur, vtique specialiter non decidit de aliquo iure emphyteutico superueniente, & generalibus verbis composita, quoad tale ius superueniens inducit dubietatem, & obscuritatem, in dubijs vero, & in obscuris benigniora amplectenda, & pœnam cessare omnes iuris vtriusque regulæ admonent, & mandant.

Tertiò, & compromissi, & laudi Ducalis præfationes ostendunt in controuersiam, & in decisionem non venisse aliquod ius emphyteuticum superueniens.

Quartò, diuisio rerum emphyteuticarum cum remissionibus, & quietationibus facta latissimis verbis hincinde, non prohibet peti rem aliquam emphyteuticam postea obuentam vigore pacti iuris accrescendi, atque minimè obstringere generalem promissionem de euictione in specie ista. per particulares decis. supra alleg.

Quintò, dato (proba tamen conscientia negato) quòd hoc ius modò per istos fratres superstites deductum, & petitum coram alio iudice, & contra aliam personam non petita licentia esset de contentis in dicta declaratione, & laudo Ducali, ob ignorantiam tamen, & obliuionem dicti laudi, & contentorum in eo inductam, ex longinquitate temporis annorum 16. & ex ipsius facti intricatione excusationem à pœna contemptus perhibent iura.

Arbitror itaque esse non minus tutius, quàm iustius, sic de iure responderi, pronuntiari, & referri. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XLIX.

ARGVMENTVM.

Declaratio facta per maritum se emisse domum pro vxore, de pecunijs dotalibus, & domum se tenere pro dote, & eam se restituturum in omnem casum restituendæ dotis, continuò notario stipulante pro vxore, eaque postmodum ratificante emptionem. soluto matrimonio morte viri, ipsi vxori sufficit pro dicta domo obtinenda.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentis standum est.*
2 *Vxor potest in subsidium vendicare rem emptam, ex pecunia dotali.*
3 *Notary stipulatio, & acceptatio acquirit ius parti absque alia cessione, & ratihabitione.*
4 *Statutum Pisauri valet, quod possit agi pro qualibet stipulatione, promissione, emptione per alium facta pro alio.*
5 *Acquisitio pro vxore valet.*
6 *Confessio dotis facta à marito constante matrimonio, & promissio de restituenda re empta ex pecunia dotali in omnem euentum restituendæ dotis facta notario stipulanti, valet.*
7 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione valet.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Visis instrumentis expositis primo per D. Franciscum ementem domum pro certo prætio simpliciter, non expresso pro quo emeret: Deinde eadem die declarantem se emisse eandem domum pro Do. Ioanna vxore, de suis pecunijs dotalibus, subiungentem se dictam domum tenere pro dote, & eam restituere in omnem casum dotis restituendæ, ample se obligando, notario pro d. Ioanna continuò stipulante, & acceptante: & demum alio instrumento exposito quietationis totius prætij factæ per venditorem, ob cessionem nominis debitoris factam per dictũ Franciscum, approbante, & ratificante dic. Ioanna dictam cessionem pro omni suo interesse, ex quo dictus Franciscus asseruit dictam domum fuisse emptam nomine dictæ Dominæ Ioannæ suæ vxoris.

Soluto matrimonio per mortem dicti Francisci, Quæritur an dicta Ioāna ius habeat ad dictam domum? Audio lōgas allegationes esse factas contra eam de simulata nominatione mariti pro ca ementis. per not. in l. multum. C. si quis alt. vel sib. & de nullo iure sibi quæsito, etiam ex stipulatione notarij, & ex eo quòd non apparet de suo consensu, vt pecuniæ dotales perueniretur in dictam domum.

Quibus verò non obstantibus, puto Dominam Ioannam posse, & debere dictam domum pro sua dote obtinere, & non instando super mate. ia d. l. multum. sed ad magis proximas, & particulares decisiones veniendo, dicendum est: ex eo primum, quòd in instrumēto primæ declarationis dicit maritus, pecunias solutas pro emptione dictæ domus fuisse de proprijs pecunijs dotalib. dictæ suæ vxoris, & quòd residuum prætij dictæ domus intendit soluere de alijs pecunijs dotalibus ipsius Dominæ Ioannæ suæ vxoris, prout soluit postea, delegando creditum suum, & suæ vxoris, quod vt dicitur, re vera in totum erat suæ vxoris, quæ ratificauit, & approbauit talem delegationem: præsertim pro suo interesse: ex quo dicta domus erat empta pro ea, vt in

1 vt in vltimo instrumento dicitur, quibus † quidem instrumentis, quòd dictæ pecuniæ essent vxoris, & dotales, standum est. l. cum precibus. C. de probati. & l. cum propria. ibi iuncta glo. in versicu. docenti. C. si quis alt. vel si. & ibi Salyc. in fin. dicit esse bene notandum, quòd si maritus consensit in instrumento, rem emptam esse de propria pecunia vxoris, quòd statur, & creditur instrumento.

Ex quo inferuntur istæ conclusiones: Quòd aut dicamus, maritum simpliciter emisse domum ex pecunia dotali, & cum (vt fertur) sua hæreditas pa-
2 rum sit soluendo, † posset sua vxor in subsidium hanc domum vendicare. Cyn. & Barto. & Salyce. in l. si vt proponis. C. de rei vendi. Bald. & Salyc. in l. ex pecunia. C. de iure dot. per l. vxor marito. in fi. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & l. si cum dotem. §. fin. solu. matrimo. & vt declarat Soci. in consi. 224. eleganter. libro 2. Bald. Nouel. in tracta. de dot. in septima parte. in prin. 15. & in 8. par. in priui. 34. & Roni. consi. 201. pro decis. in prin.

Aut attendatur declaratio mariti, quòd emptio domus sit facta pro ea, ita ei acquireretur, per ea quæ tradit Alexan. in consi. 222. Ponderatis. lib. 6. quatenus sua absentia obstaret, quòd maritus non posset acquirere vxori, & hac ratione procedat d. l. ex pecunia. vt ibi Bald. sentit in versicu. nota hic, quòd ex contractu. cum in hac specie tamen interuenerit dictæ declarationi emptionis factæ pro d.
3 Ioanna notarius pro ea stipulans, & acceptans, † est ei acquisitum ius ad domum emptam ex dicta stipulatione absque alia cessione, & ratihabitione. ita contra Pau. de Cast. in consil. 195. libro 2. & Dec.
* cum sequent. esse commu. opinio. dicit Aymo. in consi. 252. colum. 2. & latè probat Rui. in consi. 119. nume. 7. consil. 126. nume. 10. consi. 172. num. 15. libro 1. & alibi in suis consil. & Gozad. in consi. 87. nume. 14. & hoc videtur esse extra omnem difficultatem, cum dicta Ioanna expressè approbauerit dictam emptionem domus pro se factam, vt deprehenditur ex dicto instrumento ratificationis de cessione nominis debitoris, vt consentit Deci. in l. con tractus. in quinta limita. de regu. iur. ita etiam fir-
4 matur per statutum Pisauri, quòd possit † agi pro qualibet stipulatione, promissione, emptione per alium facta pro alio, vt in secundo lib. statutorum Pisauri rub. 83. Quod statutũ valere tradunt Ang. consil. 73. Soci. consil. 6. colum. fina. libro 2. Alex. co[illegible]l. 63. colum. fin. lib. 4. & Dec. in l. certi conditio. §. si nummos. nume. 3. ff. si cer. pet.

Aut & tertiò, cum pecuniæ dotales possint permu[illegible], & conuerti in rem emptam pro vxore, ipsa vxore volente, & cedente emptione in eius vtilitatem, vt contrariò non apparente, præsumitur per
5 glos. in l. ita constante. ff. de iure dot. & valet † ac-
* quisitio pro vxore: vt glo. & Docto. omnes firmant in l. res quæ ex dotali. ff. eodem. in d. l. ex pecunia. C. eod. & Pau. de Cast. in consil. 362. Super primo. versicu. fina. libro 2. Corn. in consi io 170. Quia causa. colum. 1. libro 4. Parif. in consilio 128. potuit licite. colum. 1. libro 1. Dicitur nempe consensisse dicta Ioanna, quando vt supra approbauit emptionem dictæ domus pro ea factam per eius maritum; dicendo id esse pro suo interesse, vt legitur in dicto vltimo instrumento. facit l. Paulus. ff. rem rat. habe. & l. illud. ff. de acquirend. hæredita. cum similib.

Aut & vltimo dicatur dictam domum emptam esse habitam, & constitutam pro dote confessata
6 per maritum constante matrimonio, quæ † confessio, & promissio de restituenda ipsa domo in omnem euentum restituendæ dotis facta notario stipulanti, valet. per sup. allegata, & fauore dotis per generalem rationem. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. & per Barto. Alexand. & alios in l. stipulatio ista. §. si stipuler. de verborum obligatio. & morte mariti, & iuramento de obseruanda promissione prædicta magis conualidata est, per ea quæ tradit Bald. Nouel. in dicto tracta. de dot. in decima par. in princ. colum. 3. sub num. 7. & colum. sequen. sub num. 10. faciunt alleg. per Aymo. in consilio 40. nume. 4. & sequen. & in consilio 44. nume. fina. vnde domus ipsa restitui promissa, & non pecunia restitui debet ipsi Dominæ Ioannæ per doctr. Bald. in l. quoties. versic. sequitur tertia glo. C. de iure dot.

Meritò firma conclusio remanet, Dominam Ioannam debere, & posse iure dictam domum obtinere pro sua dote, vel eius parte. Ita arguendo à
7 sufficienti partium enumeratione, † vt l. patrimonij. de vsufru. leg. & l. 1. §. stipulationum. de pictor. stipul. & §. omnium. & ibi Iaso. nume. 20. institu. de act. cum si. Quandoquidem res dubia videretur, in ambiguo pro dotibus pronunciandum est. l. in ambiguis. ff. de iure dot. cum vulg. Laus Deo.

Simon de Pratis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM L.

ARGVMENTVM.

Tortura non debet dari reo, habita aliter veritate facti, quomodo processerit. Receptatio, & conuersatio cum bannitis non imputatur pro delicto, quando non potuit euitari.

SVMMARIVM.

1 Ius ex facto oritur.
2 Tortura ad quid à legibus inuenta sit.
3 Delictum receptationis, & conuersationis cum bannito quid sit.
4 Torqueri, vt quis possit pro receptatione bannitorum, & conuersatione cum eis vr[illegible]ntia indicia requiruntur, & quod de de[illegible] [illegible]tantia debet constare, vt possit deueniri ad torturam.

Stare

5 *Stare in loco modicum, & nullo modo stare æquiparantur.*

6 *Bannitum receptans, quando puniatur, vel non.*

7 *Culpa caret, & non præsumitur habuisse animum receptandi bannitum, qui modico internallo propalauit. Et datiarius, qui denuntiauit, præsumitur fraudem committere noluisse.*

8 *Probatio, quæ non re. nat, non est admittenda.*

9 *Indicia, & conie ura suf unt ad probandam scientiam in receptante bannitum.*

10 *Ignorantia, vt dependens ab animo, probatur iuramento.*

11 *Innocentia proueniens ex ignorantia, quandoque probatur iuramento.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Ertui Iasonem Maynum solitum dicere in explicandis occurrentium factorum responsis melius esse videre processum, quam studere digestis: est sane dictum

1 magno Iurisconsulto dignum, quoniam † ex facto ius oritur. vulg. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. & ibi concordan. allegando not. Alber. facti autem species nullibi certius potest haberi, quam ex lectione, & cognitione processus. Id quidem mihi pro Domino Iulio Cæsare etiam respondenti nunc minimè datum est, quia processus contra eum per fiscum formatus ad me non fuit transmissus: ideo non potui eum videre, & ex eo fundamenta elicere aliqua: Sed allegationes Excellent. Dominorum Aduocatorū pro eo factæ solum mihi exhibitæ fuerunt, vt eas simplici (vt aiunt) subscriptione comprobarem. Quibus perlectis, censeo id potuisse facere bona conscientia. Vt tamen huiusmodi comprobationis aliquam rationem red dam: volui saltem titulum criminis impositi cognoscere: Qui ex allegationibus prædictis quatenus potui comprehendere, talis est: Quod Dom. Iulius Cæsar fuerit contra leges municipales bannitorum fautor, & receptator, & quòd inde tanta contra eum extēt indicia, vt primus Dominus Iudex pronuntiauerit eum esse subijciendum torturæ: Quod quidem veniens in sententiam suorum Dominorum Aduocatorum existimo minimè iure posse fieri, ac pronuntiam huiusmodi per Dom. Iudicem appe lationis corrigendam.

2 Moueor, quòd tortura † à legibus inuenta est, vt delicta, quæ aliter probari non possunt, per eam ab ore proprio rei extrahantur in lucem, & de quibus talia vrgent contra reum indicia, vt propria, & sola eius confessio deesse videatur. vt est tex. in l. 1. in princ. & in l. diuus. in princ. ff. de quæst. & in l. milites. . 1. . od m. Delictum autem, de quo per tortur a quæ r habe i ve itas, deprehenditur esse i ba um, & conuersatio cum rei sub data v one equi sui, eis fa ta interposito empto , cum ei versante: Delictum vero

3 improbæ receptation , & onue t ons diffinitur propriè esse, refugium abscondendi causa (vt ita dicam) bannito præstare in suo agro, ædificiove, seu alieno, sine qua receptatione non posset diu latere: additum et , & do o malo receptatoris scientis, vt hæc iura prob t. text. in l. 1. §. 1. ff. de seruo corru. & in l. 1. in p inc. de recepta. & in l. 3. §. non tantum. de in end. ui. naufrag. & in l. 1. C. de his qui latro. occulta. & in c. 2. in p inc. de hæ ret. lib. 6. & in his locis giol. & Docto. tradu t: Si hæc n tio non conuenit io Cæs , nec bannitum conuen i, sc ect, q od fue t conue tor, & receptator ban m.l. 1. §. dolum. ff. de lo: Si

4 pariter † de qu ibus, ci cunstanti , & effectibus dicti delicti receptationis bannitoru , & conuersationis cū eis non extant vrgentia indicia contra d. Iul. Cæs. non debet quidem torque , per d. l. milites. §. 1. & d. l. 1. in princ. de quæst. hoc e , quod dicitur, de delicto subs ntia debe e con are, vt possit deueniri ad tortu a , vt per Ma n. in d. l. 1. in princ. nume. 5. & in l. si quis ne quæ io. nume. 189. ff. eod. de quæst.

Enimuero de imposito delicto à iure diffinito, sic pro delicto non solum indicia aliqua non pa rent, sed etiam app contrarium, v qu , quod demon , non tum prohibens recept. ione , & c ionem cum bannitis. Quoniam appa et, il s qu que lex armatos ex se fuisse ad us d. Iul. Cæsa. ibi ne s cum vxore, & filijs rurantis, & ab eo inuit acce pisse suum æquum, eo colore emptioris fac Guidobaldo de Rocha, quā ipsi ibi a uai æquum imperiosi dim ntes, sic he vo u t, non verò quòd d. Iul. Cæsa. vellet simula end onē facere bannito sub nomine illius de b quo æquo accepto statim discesserunt, tra sie unt, vt dicitur, ante portam terræ Mondauij: Cum clarè constet, ita factum processisse, nescio, an quid alia tortura quæratur gratis inse ri d. Iul. Cæs. vt forsan fateatur, quod sa um non releuat. Q d enim refert, vel ille Guidobaldus emerit æquum p o se, vel simulate emerit p o Ritio bannito? Cum quocunque casu d. Iul. Cæsa. fuerit coactus vendere, & aliter non poterat resistere, & facere, quin i is plu ribus armatis daret. sic etiam non refert, an igno a ret, vel sciret, illum Ritium esse bānitum: Nam primum cum modico tempo e ibi steterint, non potest exinde dici cum eis h buisse conuersa ionem cum

5 bannitis, vel receptasse, quia † modicum stare in loco, & nullo modo stare, æquiparantur: vt in terminis, per bona iura sumus ille cti inal a Gandi probat in tracta. de malesicio. in tit. de banni. pro malefi. sub versicu. Alia etiam qua stio. sub nu. 18 Deinde etiam in indiuiduo dicit Bal. a gum. il ius text. in de . . c. d recept te scie

6 bannitum, † quod aut tat spo te, & tunc punitur, aut ex eo, quod p oh bere non valet, te itus ab eo, & tunc non pun tur. idē firmat, & d cit Soc. in cons. 262. col. pe. erl. præterea, & tertio. lib. 2. q s nō t e de receptatione, si fine culpa, & eo cæte receri fe . it A n . i . 9. col. v er tò pena ce ceptatio . & Marsi. cons. 25. nu. 34. & cōs. 99. col. 2

Sin

Sinceritatem d. Iul.Cef. & eius innocentiam de hoc etiam ostendit, quàm primum potuit tale factum propalauit Domi.Vicario,& Iudici loci,vt in simili dicit Bald. in consi. 382. in quæstione 2. col. 4. sub ver.Præterea dictum statutum, ad nu. 11.
7 lib. 7. caret † culpa, & non præsumitur habuisse animum receptandi,qui modico interuallo propalauit.facit quod dicit Bart.in l.nō intelligitur,§.taceita,ff.de iure fis. ex facto palam non præsumitur fraus,& Alexan.consi.86.col.pen.ad fi.ver.accidit. libr. 4. de eo qui denunciauit datiario præsumitur fraudem committere noluisse. Cum igitur tortura, sit inuenta ad probationem, & probatio, quæ non
8 releuat † non sit admittenda,l.ad probationem vti, C.de prob.eo magis tortura cognito facto,quomodo processerit, non debet frustratoriè impingi sic periculosa, & inferens tam grauem pœnam corpori humano,l. 1.§.quæstioni,ff.de quæst.l.in seruo rum.in fi.de pœn. Prætensa mendacia, & variationes nulla indicia præstare possunt ad dictum principale delictum intētatum,quia(vt dictum est)eius veritas habetur,quomodo processerit,scilicet, di ci non potest delictum sponte,& dolo commissum, vt supra demonstratū est,deficiente maximè scientia,quæ non probatur, d.Iul.Cef.sciret,& cognosceret dictum Ritium bānitum, Ad quam proban-
9 dam † sufficiunt indicia,& coniecturæ.vt per Bald. in l.quicunque.col.1.C.de seruis fug.& Abb.in ca. sæpe.sub nu.14.de rest.spol. ideò indicia eadē non debent præstare materiam subijciendi reum torturæ,vt habeatur cōfessio de scientia, quæ ex ipsis indicijs dicitur ostēsa, quia tortura in defectum probatiotis adhibetur, sed in casu isto non præsupponitur talis præsumptio scientiæ cognitionis,& bannitis,quin potius credi possit eidem Iul. Cef.iuranti se nō cognoscere dictum Ritium,vel ignorare eum
10 bannitum, sic enim ignorantia, † vt dependens ab animo probatur iuramento.vt per Feli.in ca.2. col. pen.de const.& And.Tiraq.in l.si vnquam. in præ-
11 fa.nu.39. de reuo. don. & innocentia † prouentiens ex ignorantia quandoque probatur iuramento, vt tradit Lap.in alle.94. licet magis me moueat,quòd scientia non releuat an illi armati essent vel ne banniti, Cum aliter D. Iul. Cæs. non potuisset sine sui periculo euitare tale factum, ita nuncij festinantia cogor finem imponere, & puto tandem, reuocata pronunciatione de torquendo, hac de causa non debere d.Iul.Cæs.molestari. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.Pisauren.

CONSILIVM LI.

ARGVMENTVM.

De Blasfemia inquisitus non dicitur cōuictus per testes singulares in verbis per feminas,minores,infames, & aliquam violentiam ab inquisito se passas deponentes.

SVMMARIVM.

1 *Talem non esse,& non probari talem,paria sunt in iure,& coram iudice.*
2 *Probationes in crimine blasphemia, sicut in alijs criminibus,meridiana luce clariores requiruntur.*
3 *Testes inducti ad probandam præscriptam formam verborum,deponentes in diuersa forma non probant.*
4 *Accusans de nocte si probet de die, succumbit ex toto, quia aliud probat,& aliud intentauit.*
5 *Constitutio Marchia dispensat in criminalibus posse admitti mulieres,& minores viginti annis.*
6 *Dispensatio circa vnum defectum non se extendit ad alium.*
7 *Infamis infamia facti repellitur à testimonio.*
8 *Iuramentum non defertur nisi habenti scientiam, & notitiam facti, super quo iuratur, & ab vno teste idoneo.*
9 *Statutum additum censetur continere & habere in se repetitas omnes qualitates primi statuti, cui additum est.*
10 *Probatio extra ordinaria contra ius commune fienda per testem, requirit, quòd testes sint omni exceptione maiores.*
11 *Pœna blasphemia cum iracundia prolata debet diminui, & benignius agi cum blasphemante, maximè quando quis ex iusta causa est prouocatus ad iram.*
12 *Expellere quis potest volentem stare in suo agro contra eius voluntatem.*
13 *Tortura,& alia pœna corpus afficiens maior est quacunque pecuniaria.*
14 *Deponentibus diuersimodè & fictitijs modis nulla fides adhibenda est.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Protestor, me nolle aliquo modo defendere blasfematorē, sed Andream inquisitū de blasfemia non esse blasfematorem,cum paria sint in iure, & co-
1 ram Iudice, † non esse talem, & non probari talem l.in lege.ff.de contr.emp. Bar.in l.duo sunt Titij,ff. de testa. Nam in inquisitione contra eum formata intētatu ,dixisse blasfemādo, al co po de Dio non ci coglierete,& replicando per la p.de la n.d.non ci coglierete, & iterum possa ancho cadere Christo. Quæ verba non fuisse legitimè probata non minus plenè quàm verè,in iure, pro dicto Andrea deduxit in suis allegationibus excel. D. Aduocatus, ratione singularitatis testium, & eorum nō idoneitate,& inhabilitate.Quod cum in facto,& in iure verum comperiam,cogor in eius sententiam concurrere,scilicet nō probari,dictum Andream esse blasfematorem, & eum esse liberandum à contentis in
2 dicta inquisitione, Quoniam & in crimine † blasfemiæ, probationes,sicut in alijs criminibus, meridiana

ridiana luce clariores requiri, in specie respondit
Corn. in consilio 181. licet videatur. libro primo.
atq; testes singulares non probare. firmat Alexan.
in consil.72. inspecto.colum.penult.in prin.versic.
& per prædicta.lib.1. De testibus examinatis super
dicta inquisitione circa dicta verba ascripta ꝓ bla-
sfemia eodem loco, & tempore, vt dicitur, prolata,
solum tres mulieres conantur deponere, Dionida,
Constantia, & Candelora: & quælibet earum dans
etiam alias easdem pro contestibus, separatim de-
ponit de vno ex dictis verbis: Dionida deponit de
verbis, per la po. de la verg. M. quod est diuersum
verbum à contento in inquisitione: per la po. de la
n.d. Constantia dicit: possa ancho venire à terra
Christo. & in inquisitione continetur; possa anchora
cadere Christo. Hoc super istis testibus etiam ad-
3 uertatur, quòd inductæ † ad probationem præscri-
ptæ formæ dictorum verborum, deponentes in di-
uersa forma non probant. per doctri. Anto. de But.
& Abb. in cap. nihil. de verborum significat. & per
Alexan. in l. 1. §. fina. circa fi. de verborum obligat.
non probant quoad deductum crimen, etiam ex se,
vt vnus testis, quia loquitur de diuersis ab intenta-
tis, dicit ad propositum Bald. in l. si communem. §.
4 1. ff. quemadmo. ser. amit. quòd ille, qui † accusat de
nocte, & probat de die, succumbit ex toto, quia
aliud probat, & aliud intentauit. idem alia allegan-
do latius firmat Alexand. in consilio vlti. colum. 1.
nu. 3. versi. Secundo etiam præsupposito. lib. 2.

Candelora dicit, quòd Andreas dixit, al corpo
di Dio &c. & super illis verbis intentatis in inquisi
tione, possa ancho cadere Christo, deponit Andreã
dixisse, possa ancho cascar'il Cielo. Ecce quomo-
do mulierculæ de eisdem cõtinuatis verbis eodem
tempore, & loco intẽtatis sunt adinuicem diuersæ,
& singulares, nescio quomodo Iudex possit consciẽ
tiam suam iure firmare, nisi eis fidem aliquam non
adhibẽdo ratione diuersitatis, & singularitatis, per
ea quæ declarat Abb. consi. 42. col. fin. lib. 1. & Fel.
in c. licet. el 2. col. 3. & sequen. de testi. & Aymo. in
tracta. de antiq. tempo. in 4. par. post num. 157. quia
talis probatio magis tendit ad multiplicationem as
sertæ blasphemiæ, quàm ꝙ probet vnam blasphe-
miam, vt in simili rationem assignat Alexan. in con
sil. 100. super primo. col. pen. num. 7. & seq. vers. pro
hoc etiam dicit. lib. 1. Præterea istæ mulieres nullo
modo probant ratione earum personarum, vti pau-
peres, odiosę ipsi inquisito, vt congruenter osten-
dit D. Aduocatus, Addo cõtra illam Constantiam,
5 quòd licet constitutio † Marchiæ dispensat, in cri-
minalibus posse admitti mulieres, & minores 20.
ann. quòd tamen mulier etiã patiens defectum mi-
noris ætatis non cẽseatur dispensata circa ætatem.
per text. in l. cum propter. de legat. præstã. & ibi ex-
6 presse not. Bar. quòd dispensatio † circa vnum de-
fectum non se extendit ad alium. & Dec. consi. 610.
col. pen. nume. 5. prouisio quoque facta in vtroque
casu non comprehendit mixtum in materia stricta,
vt si est simul mulier, & minor. per l. vim passam. §.
præscriptione. ff. de adulte. tradit Alexand. in l. 2. in
princ. col. 1. & 2. sub num. 2. de verbo. obliga. & illa
Candelora turpem vitam ducens, est infamis infa-
7 mia facti, ideo repellitur † Alex. consi. 152. nu. 8. 9.
lib. 5. & etiam quòd non facit indicium ad torturã
probat Aym. in consi. 2. nu. 2. & consi. 9. nu. 3.

Nulli dubiũ est, quòd decreta super blasphemia
emanata circa probationem requirunt veritatem
haberi à duobus cum iuramento, ab accusatore, qui
debet iurare, & aliter non admitteretur ad iuramen
tum nisi diceret se audiuisse talem accusatum bla-
sphemare. l. generaliter. in pr. & ibi Bal. & in l. in bo
8 næfidei. C. de reb. cred. vbi habetur, † ꝙ iuramentũ
non defertur nisi habenti scientiam, & notitiam fa
cti, super quo iuratur. ita in simili specie tenet Alex.
in consil. 71. col. 2. sub nu. 2. vers. alia ratione. lib. 3.
& Ias. in l. 1. §. fi. in fi. ff. ne quis eum, & Bald. consil.
401. punctus. in fi. lib. 3. & ab vno teste idoneo, ita
expresse loquitur primum decretum, sic etiam de-
bet intelligi aliud subsequens, & aditionale decre-
tum simpliciter loquens de vno teste, quod iste te-
stis sit idoneus, prout requirit expresse dictum pri-
9 mum decretum, quia † statutum additum censetur
continere, & habere in se repetitas omnes qualita-
tes primi statuti, cui additum est. vt per Car. in d. c.
statutum. col. 3. vers. tertio op. de elect. Alexand. in
consi. 13. nume. 17. lib. 3. & Fel. in c. super quæstio-
num. in prin. col. 2. de offi. deleg. idq; sentit vltimũ
decretum, dum requirit dictum testis redigi in scri
10 ptis, vt accusatus, possit se defendere: & alias † pro-
batio extraordinaria contra ius commune fienda
per testes, requirit, quòd testes sint omni exceptio-
ne maiores: vt per Dec. in consil. 105. colum. 2. in
fi. versicu. tertio respondetur. allegando nota. per
Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & facit. l. si quan
do. in princ. C. de inoffic. testa. sequitur, & compro-
bat Cephal. consil. 32. num. 17. [illegible] per
examen istarum mulierculârum singularium in di-
ctis, & multifariam inhabilium ad ferendum testi-
monium, minimè potest dictus inquisitus dici con
uictus, & verum apparet, quod ante dixi, quòd non
est blasfemator.

Nec cadere debet in mentem iudicis, quòd [illegible]
tem sit indiciatus, vt torturæ subijci possit. Q[illegible]
vltra, quòd per plures rationes, id iure non po[illegible]
fieri demonstrat Dom. Aduocatus: Addo quòd [illegible]
esset conuictus, pœna, per dicta decreta esset pecu-
niaria sex scutorum, & alia arbitra[illegible] grauior pœ-
na non esset augenda, quinimò esset dim[illegible],
quia probauit de sua bona fama, & nõ es[illegible]
blasfemare, & fuisse maxima iracũdia commotum
ad proferendum verba contra illas mulierculas, vo
lentes eo inuito colligere spicas in suo agro; vt ex
earum, & aliorum testium dictis colligitur. Vnde
11 † pœna blasfemiæ cum iracundia prolatę debet [illegible]
minui, & benignius agi cum blasfemante, vt post
Gof. est dictum Arch. per plura iura probatum in c.
quid ergo. in fin. 23. q. 5. sequitur Iaso. in l. si filiam.
* supra fi. C. de inoffic. testam. & communiter rece-
ptum est per Docto. in c. 1. & 2. de maledi. & in l.
quicquid calore. de regulis iuris. vt latè per Andr.
T[illegible]aq.

Tiraq.in tract.de pœn.temper.in causa 1. nu.14.& seq maximè, quando quis ex iusta causa est promo tus ad iram, vt euenit d.inquisito, qui iustè poterat expellere dictas mulieres,ne starēt in suo agro con
12 tra eius voluntatem. †vt §.apium.vers. planè.insti. de re.diui.& per l.in re mandata.C.mand. Quamobrem vbi pœna esset pecuniaria,& benignior,pro delicto inueniendo, nō debet adhiberi tortura inferens tam periculosam, & grauem pœnam in cor-
13 pus, † quæ maior est quacunq; pecuniaria.per l. in seruorum. in fin. ff.de pœn. ne modus inueniendi delictum sit maior, & grauior propria ipsius delicti inuenti pœna,ita prudenter consulendo probat Aymo. in consilio 41.in fin.& cons.137. in fi.facit Guim.vot.2.col.2.nu.11. vers.quartò, & vlt.

Rursus considerandum est, quomodo iste viles, & pauperes mulieres tātam merentur fidem quantam canis latrans ad Lunam, quia non pro veritate, sed pro vindicta mēdaciter ex earum dictis deteguntur tulisse testimonium contra inquisitum,in eo, quòd bene nominauerit forsan nomen Dei, & Beatæ Virginis, & ipse fabricauerint in suo capite, & quælibet earum diuersimodè, ꝙ malè nominauerit nomen Dei,& Virginis: Videte in eo,ꝙ Dionida dicit,cum non malè nominasse Deum dicendo,mi disse andateui con Dio, & sub hac nominatione Candelora fabricat, quòd dixerit : al corpo di Dio non ci coglierete, & super eo ꝙ nominauit Virginem Mariam: sed Candelora dicit se non recordari quo modo, & præsumitur non malo modo. Dionida deponit,quòd dixerit, per la po.de la Verg.Ma.&c. & in eo, ꝙ Candelora dicit,cum dixisse poss'ancho cascare il cielo: Constantia imaginatur, & exprimit, quod dixerit, poss'ancho ve-
14 nire à terra Christo: ergo†nulla penitus fides danda est istis sic diuersimodè,& fictitijs modis deponentibus.l.3.§.1.&l.ob carmen.& l.qui falsa.ff.de testi.cum simili. Si qua adhuc penes Iudicem esset suspitio contra d. Andr. huius suspitionis bonam pœnam luit in molestatione suæ personæ, dum fuerit retentus, & in soluendo plures expensas circa processum, & alia dispendia patiendo, meritò existimo eum liberandum, & amplius nō esse molestandum. arg.not.per Doct.in l.eum qui. in prin. ff.de iureiur.& l.1.ibi, ne pœnis carcerum perimatur,&c. & l.2. ibi, pœnam carceris sustineat. C. de cust. reo. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc.on.Pisauren.

CONSILIVM LII.

ARGVMENTVM.

Promissio mulieris viduę facta fratri de restituendo,quandocunq; fundum habitum ęstimatum certa pecuniarū summa in partem dotis,& pro eodem pręt io,& dote nōdum habita ab hæredib. primi uiri, penes quos & dominium, & possessio dicitur esse, non ualet ad agendum cōtra secundum maritū eiusdem mulieris, qui postea habuit in partem dotis dictum fundum ab hæredibus dicti primi uiri, ita conuentus debet absolui.

SVMMARIVM.

1 Dos præsumitur data marito pro supportandis oneribus matrimonij.
2 Testamentū continens confessionem dotis factam vxori præsenti irreuocabilem dotis sic datæ probat titulū.
3 Testes probant contra inducentem, etiam in vim suæ confessionis.
4 Electione data mulieri, an velit rem, vel æstimationē, æstimatio partim facit emptionem, partim non.
5 Alternatiua vna res debita perit periculo debitoris, eo quod omnino remanet debitor in altera.
6 Res dotalis dominium ipso iure transit in mulierem soluto matrimonio.
7 Mulier vt soluto matrimonio possit alienare rem dotalem, quid requiratur:
8 Dominium rei dotalis competens mulieri soluto matrimonio, non transit ad extraneos hæredes.
9 Cessione, quæ non sunt transmissibilia ad hæredes, non transeunt.
10 Cessione quæ non transeunt,nō transeunt ēt vēditione.
11 Conditio promissoris non debet fieri deterior.
12 Possidere rem aliquam quis præsumitur eo modo, qui sibi vtilior sit.
13 Possidere præsumitur iure familiaritatis vxor habitans cum hæredibus mariti, & non ex alia causa,nisi declarauerit,& constiterit se voluisse mutare causam possessionis.
14 Inductum, quando quid est à lege cum aliqua qualitate, debet vtrunque probari, & illud, & qualitas.
15 Consequens qui vult, & antecedens ad illud requisitum velle præsumitur.
16 Probatio debet esse concludens.
17 Res aliena potest vendi, & distrahi.
18 Dominium verum non transit in legatarium,ante hæreditatem aditam, & electionem factam.
19 Alternatiua inducit ambiguitatem.
20 Dominium non ita in contractibus acquiritur per electionem, sicut in vltimis voluntatibus.
21 Dominia ex contractibus non acquiruntur, nisi tradantur res.
22 Dominij existentis peues aliquem titulo resoluto absq; traditione non transfertur dominium in alium.
23 Actio personalis competit ex promissionibus de retrodandis, vel etiam retrouendendis rebus contra promittentes, non verò realis contra alios possessores.
24 Stylus denians à iure cōmuni, debet strictè intelligi, & solum in casibus, in quibus fuit obseruatus,& non vltra, & nihil debet suppleri vltra solitā obseruantiā.
25 Rescriptum debet restringi ad narrata in precibus, quæ sunt vera.

26 *Instrumentum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

27 *Dispositionis nulla melior est declaratio, quam ea, quæ habetur ab ipso disponente.*

28 *Dos præsumitur data secundo marito, quæ data fuerat primo.*

29 *Res in dotem data, prius alij forsan debita, non debet auferri à marito, sed penes eum debet remanere, etiam soluto matrimonio, pro lucro dotis debito ex statuto.*

30 *Causis dubijs pro reo pronuntiandum est.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



AEquo animo pars ferat sentẽtiam, quam ex meo responso proferri non sibi gratam audierit, quoniam non ego: sed iura. quibus vtimur, sic proferre videntur, nempe sciat hanc scenam me non intrasse libenter, vt velim inter compatriotas, & ambos, & eorum Excellen. Do. Aduocatos, & Causidicos sæpe mecum versantes, & mihi quidem omnes beneuolos causam iudicare: Sed ab eo iussus, cui obedire par est, super processib. saculo ligatis secretò mihi traditis litem inter has partes vertentem, compellor mea sententia dirimere: Pro comperto quoq; habeat, & testor eum, qui potest, scit, & videt omnia: primùm rem mecum ipso nemini panditam omnino peractam esse, meq; in his processibus, & scripturis omnibus videndis, reuidendis, perlegendis iterum perlegendis labori non parcentem, & præ oculis habuisse, & summi Põtificis obseruasse præcepta, quæ iudicibus tradit in c. 1. de sent. & re iud. libro 6.

Video itaque, & bene percipio causam istam esse in appellatione pro Dom. Andrea Turture reo conuento interposita à sententia Dom. Potestatis, ex consilio sapientis lata ad fauorem Dom. Hieronymi de Angelis actoris, & propterea videndum, & tandem determinãdum esse, an iure hæc sententia confirmanda, vel corrigenda sit: Vtiq; inficiari non potest, casum esse satis perplexum, & difficilem, atque latè, & subtiliter discussum, & per Dominos Aduocatos in suis allegationibus, & per Dominum Consultorem in suo consilio decisiuo: Super quo quidem plurimum animaduertens, & diligenter considerans vtriusque partis iura longiori discussione, quàm his exprimi, & scribi possit, procliuior sum in sententiam pro appellante, & pro reo absoluendo.

Moueor enim primò, quòd possessio de qua agitur pro parte dotis Dom. Floralisiæ quantitatis in totum florenorum 500. æstimata pro florenis tercentum data fuit Dom. Antonio Pauli primo marito, id esse verum colligitur ex confessione Dom. Floralisiæ facta Do. Francisco de Angelis eius fratri, & patri dicti Dom. Hieronymi in instrumento, quo principaliter experitur, & agit contra Do. Andream, licet in eo dicatur, quòd D. Floralisia habuit dotem: Tamen cum dicat tempore contracti
matrimonij inter ipsam. & dictum Do. Antonium
1 ius præsumit† dotem esse datam marito pro supor-
tandis oneribus matrimonij. l. si is qui. §. 1. ff. de iu-
re dot. & l. doce. C. de rei vendi. & clarius constat
ex confessione dicti Do. Antonij in suo testamen-
to facta ipsi Dom. Floralisiæ vxori præsenti, &c.
confitentis se ab ea habuisse floren. 500. videlicet
in dicta possessione, quæ æstimata fuit florenis ter-
centum, & vltra florenos 200. vt legitur in suo te-
2 stamento: Quod † sanè continens cõfessionem do-
tis factam vxori præsenti irreuocabilem dotis sic
datæ probat titulum, vt tradit Bald. in consi. 381.
Confessio viri. lib. 5. & Alexan. in consi. 45. habita
super his. colum. 3. versicu. sed præmissis. nume. 6.
lib. 1. & Soci. in consil. 61. in præsenti consulta tio-
ne. colum. 2. versic. circa tertiam. lib. 1. & eundem
habet effectum talis confessio, acsi facta esset inter
viuos, vt in his locis Doct. dicunt, huius facti veri-
tatem coadiuuando demonstrat. q. D. Ant. primus
vir D. Floralis. dum fuit eius vir, vsq; ad eius mortẽ
possedit eandem possessionem, vt plures testes de-
ponunt: D. Syluester Pagnonus quartus testis acto
ris super interrogatorijs. Io. Ant. sextus testis acto-
ris super articulis. Dominicus q. Ioan. septimus te-
3 stis actoris super articulis, qui† testes efficacius pro-
bant contra actorem inducẽtem, etiam in vim suæ
confessionis, vt per Roma. in noto cons. 104. pater
reuerende. ad fi. & Ias. in rub. col. pe. vers. sextò no-
tabiliter. ff. de iureiur. Paris. consi. 21. nu. 1. lib. 4. &
Aym. in cons. 201. nu. 7. Soc. iun. cons. 69. num. 11.
cum seq. lib. 1. & Io. de Ami. in cons. 61. col. 2. Quã
quidem possessionem D. Ant. primum virum Do.
Floral. habuisse præsumitur ex titulo dotis, vt supra
apparente, per nota. in l. quædam mulier. ff. de rei
vend. cum concord. alleg. per Aymo. in cons. 255.
nu. 3. & cõsequenter eiusdem prædij, seu possessio-
nis, sic pro flore. 300. æstimatæ, & datæ Dom. Ant.
primo viro fuit translatum, & acquisitum ei domi-
nium, & amplius non fuit in dote fundus, sed pecu-
nia. per l. quoties. C. de iure dot. tradit Bart. in l. 2.
§. mela. ff. de do. præleg. & Afflic. in decisio. 270. &
Doct. in l. si æstimatis. & in l. seq. solu. mat.

Sed est aduertendum, q; licet d. primus vir in re-
stitutione dotis posuerit in electione vxoris, an vo
luerit flor. 300. vel dictam possessionem, & hoc est
iudicio meo, quod istius litis, & causæ magis obscu
ram, & ambiguam decisionem reddit: Tamen di-
4 cendum est, q; cum electio† data est mulieri, an vo-
luerit rem, vel æstimationem, tunc æstimatio par-
tim facit emptionem, partim non, vt declarat Pau.
de Cast. in d. l. si æstimatis. circa fi. permanet enim
emptio, donec per mulierem non fuerit electa res,
quod hac ratione probatur, quia si interim res casmate perierit, marito periret, & dos remaneret in
pecunia, qua res fuit æstimata, vt in alternatiuis
5 † vna res debita perit debitoris periculo, eo q; om-
nino remanet debitor in altera. l. stichum. in princ.
ff. de solu. & l. 3. §. 1. de eo, quod cer. lo. ita periculũ
tangens emptorem facit cognosci interim emptio-
nẽ perfectã. l. necessario. in princ. ff. de peri. & com.
rei

rei vendi. & l. 1. C. eod. In terminis loquitur text.
in l. cum dotem, C de iure dot. hanc rationem, &
theoricam propriè pro cognoscenda re non dotali
sed æstimata facit,& adducit post gloss.ibi Bald. in
l.in rebus.colum.3. versicu. nota quòd res. C. eod.
potest enim esse penes aliquem dominium tempo-
rale. l. lex vectigali, ff. de pign. declara tamen id,
vt per Paul.de Castr.in d.l.si ęstimatis. pariter ergo
dominium dicti prædij interim existens penes di-
ctum primum maritũ, eo mortuo, trãslatum est ad
suos filios,& hæredes Dom. Seraphinum & Capi-
taneum Iacobum,l.cum hæredes.in prin.ff.de acq.
possess.& l. hæredem. de reg.iur.cum vulg. ne eius-
dem prędij atque interim dominium in incerto sit,
per tex.in princ.insti.de vsucap.

At si dicatur, potest dicti fundi dominium ipso
iure translatum esse in ipsam Floralisiam soluto
6 matrimonio † per dict. l. in rebus, posset respon-
deri primò,præsupponendo, quòd facta fundi ęsti-
matione,& sic adhuc permanẽte emptione, & non
apparente de sua electione, quòd pro florenis 300.
voluerit consequi dictum fundum, is quidem fun-
dus non est dotalis,sed pecunia erat in dote,per su-
pra alleg. ideo ad fundum non habuerit vendica-
tionem, & sic dominium, sed hypothecariam, se-
cundum vnam solutionem gloss.in versicu.æstima-
tæ. in dict. l. in rebus. quam vti non diuinatiuam,
quando electio esset mulieris,ibi Salycet. sequi vi-
detur, quæ videtur in hoc limitare, l. 1. C. de fun.
dot.disponentem fundum æstimatum esse dotalem
quando electio est mulieris,tamen partim facit em
ptionem partim non, vt dictum est secundum Pau.
de Cast.in dict.l. si æstimatis. circa fin. declarando
vt supra.

Secũdò de dominio translato mulieri in re æsti-
mata, vera solutio est, & procedit vtilis vendicatio
in subsidium,& quando hæreditas mariti non esset
soluendo, vt per dict. gloss. in vlti. solu. & ibi per
aliam gloss.in versic.naturaliter.in fin. & ibi sequi-
tur,& approbat Bald.in col. 3. versi. Quarto no. &
Saly.circa fi.principij.

Tertiò d. l. in rebus. loquitur pro faciliori secu-
riori,& ampliori re medio contra quoscunque cre-
ditores mariti pro muliere,expõẽdo,& declaran-
do dominium primęuum, & concurrens mulieris
in dotem consistente in quacunque re, vt super ea
dotem suam consequatur,ita d.l. in hunc casum lo-
quens, vti exorbitans, non extenditur ad alios ca-
7 sus,vt ibi Ange. dicit, hoc ideò dominium, † solu-
to matrimonio,& non recuperata effectualiter do-
te,pro qua adhuc non sit extincta actio personalis,
non facit,ꝙ mulier possit alienare rem dotalem, vt
probat Bald.nouel.in tract.de dot.in 8.parte 6.pri-
uil.in colum.antepenulti.versicu.Quartus effectus.
hoc est,quòd Bald.in dict.l.in rebus,colum.2. ver-
sicu.ibi dominio quadruplex.dicit ibi loqui non de
dominio dispositionis, sed fruitionis, & quo, ego
addo, possit in tali re quoscunque creditores supe-
rare, vt ibi in tex.latè.

Quartò comprobando proximè dictum, sicut
8 † dominium tale, quale sit translatum in muliere,
& quodlibet aliud priuilegium competens ex d. l.
in rebus. non transit ad extraneos hæredes, vt post
Bart.firmant Alex.& Ias.in l.nesennius,§.fundum,
* ff.de re iud.ita communiter sequi doct. dicit Bald.
no.in d.tract.in 8.par.in d.6.priui.in 1. limit. num.
4.ita etiam tale dominium,& ius à muliere non so-
lum promissum vendi,sed etiam venditum, & ces-
sum non esset translatum in emptorem, per regu-
9 lam,l.ex pluribus,ff.de admi.tut.quæ est,ꝙ ea,† quę
non sunt transmissibilia ad hæredes,per cessionem,
non transeunt,vt ibi per Bart.& alios, quod maxi-
mè procedit, quando cessio non sit facta in solam
principalem vtilitatem mulieris, vt cõcludit idem
Bald.nouel.in dict.tract.in 12.part.in quæst.4.col.
10 fin.& quæ † non transeunt per cessionem,non tran-
seunt etiam per venditionem, prout econuerso di-
citur per text.in l. fi. C.de hæred.& act.vendi.quia
titulus cessionis est venditio.l.per diuersas, C.man
dati, quæ sine certa re, quæ possit transire ad em-
ptorem non valeret,l.nec emptio. ff.de contrahen.
empt.& l.1.ff.de hæred.vel act.vend.

Quinimò ea muliere viuente, non potuisset ipsa
cedere electionem,quã alternatiuè habebat, con-
sequendi vel 300.florenos, vel fundum, ne condi-
11 tio † promissoris fieret deterior.per tex. & ibi om-
nes not.in l.si stipulatus fuerim.in princ.de verbor.
obligat. inter ea,quæ non possunt cedi,colligendo
ponit Andr.Tiraquel.de retract.tit.1.§.26. gloss. 1.
nume. 73.

Rursus ad id, quod dicitur Do. Floralisiam post
mortem primi viri possedisse dictum fundum, vt
aliqui testes dicunt,& propterea in eam fuisse tran-
slatum plenum dominium, & potuisse etiam ratio-
ne solius possessionis vendere, per allega. plenè in
consi.decisiuo.

Respondetur primò, quòd cum ipsa Floralisia
esset hæres cum Seraphino,& Iacobo filijs à primo
viro instituta in vita, & dum vidualiter viueret, &
essent ei legata victum vestitum,& alimenta,& hęc
habere, ea existente vidua, esset ei vtilius, quàm
possidere ratione dotis, præsumitur possedisse, ut
hæres,& ratione legati alimentorum, potiusquam
12 alio modo. † per doctr.Barto. in l. gerit. colum. 5.
sub uersicu.ad secundum,ff.de acquirend. hæredit.
per l. 1.cum sequen.ff.de soluti.

Secundò, uxor habitans cum hæredibus mariti
præsumitur cum eis possidere iure familiaritatis,
prout faciebat cum marito,& non dicitur possidere
13 ex alia causa,nisi declarauerit, † & constiterit se vo
luisse mutare causam possessionis.ut not. tradit So-
cin.in consi.131.colum.3. lib.1. per l. qua ratione,
§.interdum,ff.de acquiren.re.dom.& l.3. §. si rem.
de acquir.possess.sequitur Deci.in consi.232. col.1.
in fin.ubi dicit esse locum casui,l.dotis actione, C.
solu.matr.quando mulier nõ declarauerit animum
suũ,quomodo possederit, ꝙ aliàs possessio bonorũ
etiam dotalium,si hęredes mariti non consentiant,
nõ potest haberi sine authoritate iudicis, ut expres-
sum est in tex.d.l.dotis actione. nimis extrauagan-

tes sunt plures allegationes cumulatæ de negatiua ad hoc probanda per D. Andream reum conuentum, quòd hæredes mariti non consenserunt, quia qualitas hæc vel de consensu hæredum, vel de authoritate competentis Iudicis requisita ad veram possessionem mulieris in bonis dotalib. est expressa in d. l. dotis actione. Quinimò actor fundans se in dicta possessione isto modo qualificata debebat probare istam qualitatem, vel de consensu hære-
14 dum, vel de authoritate iudicis, †cum enim aliquid inductum à lege cum aliqua qualitate est, debet vtrunque probari, & illud, & qualitas. vt nota. Bar. in l. 1. §. quod autem. ff. ne quid in flu. publ. & Alex. consilio 119. sub numero 5. libro 1. & consilio 3. nume. 7. & consil. fi. nu. 5. lib. 2. Dec. cons. 13. col. 4. & alibi per Docto.

Sed videndum est, an Domina Floralisia post mortem primi viri elegerit dictum fundũ pro florenis 300. & animũ suum declarauerit velle illum possidere pro parte dotis, & in hoc consistit vis aliqua præsentis hæsitationis, & iam deductum est in dicto consilio decisiuo, ex illa promissione de retrodando probari de animo mutationis possessionis, & potest argui de electione, quòd voluerit dictum fundum ex ipsa met promissione, quæ aliter nõ potuisset obseruari, nisi prius habuisset fundum
15 retrodandum fratri. †qui enim vult cõsequens &c. l. illud. ff. de acq. hæred. cum simil.

Ad hæc dicendum est primò, quòd ista tractando, vt factum ipsum expostulat, respiciunt probationem dictæ electionis, vel declarationis factæ,
16 vel ne, probatio enim debet †esse concludens. cap. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde leg. sed promittere alicui dare rem aliquam pro certo prætio non concludit promittentem habere, & possi-
17 dere illam rem, quia †& res aliena potest vendi, & distrahi. l. rem alienam. ff. de contrahend. empti. & electio debet esse purè, & certè facta. l. actus legitimi. de regulis iuris. ergo destructo consequenti &c. & antecedenti etiam destructo, &c. l. 2. §. mutui. si certum petat. cap. cum ex officij. de præscript. cum simili.

Secundò, aut dicatur electionem competere D. Floral. ex testamento, & tunc vt valeat electio debet apparere, quando fuit facta, esse aditam hæreditatem, vt pro vno requisito ad faciendam vali-
* dam electionem, tradit gl. & ibi cõmuniter Docto. sequuntur in l. serui electione. de lega. 1. ante enim
18 hæreditatem aditam, † & electionem factam, verum dominium non transit in legatarium. l. si tibi homo. §. cum seruus. & l. huiusmodi. §. stichum. de lega. 1. & l. apud. de optio. leg. Aut ex contractu, & tunc, vt præiudicet hæredibus primi viri in abdicando dominium fundi ab eis, debebat fieri cum eis, vel eis scientibus, & non cum alijs, quia sic facta cum alijs nõ præiudicat eis. per reg. l. si vnus, §. ante omnia. ff. de pact. & toto titulo. C. res inter alios ac. vt res bona fide agi dicatur, in tali electione requirebatur eorum præsentia, & notitia: argu. text. in l. creditor. C. de distrac. pigno. & l. 1. §. cum
19 dicitur lex fal. si cui plu. per leg. Falci. quia † alternatiua inducit ambiguitatem. l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. quæ per electionem redditur certa. l. qui duos. & ibi Docto. de lega. 1. ergo hæc certitudo debet fieri debitori, vt sciat, quid habeat soluere pro se liberando, & faciendo suam conditionem meliorem, & locupletiorem, soluendo creditori, vt probat text. in l. mortuo. in princ. ff. de statulibe.

Tertiò, etsi dicta electio esset facta formiter, & perfectè, nihilominus per eam non esset ablatum dictis hæredibus dominium dicti fundi, & conse-
20 quenter non acquisitum dictæ mulieri, quia † non ita in contractibus acquiritur dominium per electionem, sicut in vltimis voluntatibus. est glo. magna. in l. si quis stipulatus sit stichum. in princi. de verborum obligatio. dum respondet contrario de d. l. huiusmodi. §. stichum. de lega. 1. quam ibi nun-
21 cupatim Barto. sequitur. ratio est, quia † dominia ex contractibus non acquiruntur, nisi tradãtur res. l. traditionibus. C. de pact. ideo congrue declarat Ripa in d. l. serui electione. colum. 4. sub nume. 15. quòd in contractibus per electionem creditoris, non acquiritur dominium per d. l. traditionibus. sed etiam quòd electio non posset variari, hanc executionem trahit facta à creditore, quòd eximit reliqua ab obligatione, & constituit debitorem in
22 mora. l. stichum. in princ. ff. de soluti. facit, † quòd etiam resoluto titulo dominij existentis penes aliquem, absque traditione non transfertur dominium in alium. per glo. mag. in fi. in l. 1. C. de inof. donati. concord. allegat, & probat Rui. in cons. 76. colum. 2. num. 8. lib. 1.

Ex quibus concluditur, neque possessionem, neque dominium dicti fundi, verè, & legitimè existens penes dictam mulierem, sed penes hæredes primi viri, non venire sub dicta sua promissione retrodandi, & restituendi eundem fundum. per reg. l. nemo plus iuris. de reg. iur.

Secundò, principaliter me pro absolutione rei conuenti impellit, quòd ius est certum, & Docto-
* tum communis est opin. ex huiusmodi promissio-
23 nibus † de retrodandis, vel etiam retrouendendis rebus contra promittentes competere actionem personalem, non vero realem contra alios possessores. vt latè probat Alexan. in consilio 10. libro 1. Curt. seni. consilio 12. Aym. consilio duodecimo. columna fin. numero 7. vbi dicit non esse standum Paulo de Cast. in l. si cum venderet. ff. de pign. act. contrarium volenti, quia fuit in hoc sibi cõtrarius. in consilio 306. in fin. libro secundo. & cum concordan. allega. per Tiraquel. de retract. titulo 2. §. primo. glos. 7. numero 12. & sequenti. & Hieron. Cagn. in l. 2. in quæstio. 30. nume. 133. C. de pact. inter empt. & hæc est vera sententia, & tenenda, nisi in locis adsint aliæ consuetudines, vt Doctor. dicunt in locis allega. Exinde est in casu isto, quòd Dominus Hieronymus actor totum suum fundamentum facit in rescripto ducali, & stilo declarato per Principem, agendi vigore pacti de retrouendendo

dendo contra etiam tertium possessorem oblato
24 pretio, sed aduertatur, quòd talis stylus † deuians à iure communi debet strictè intelligi, & solum in casibus, in quibus fuit obseruatus, & non vltra, & nihil debet suppleri vltra solitam obseruantiam, concord. allegat, & probat Aymo. in consil. 30. col. fin. nume. 5. obseruantia styli, de quo agitur fuit, & est in pactis de retrouendẽdo illis, à quibus habita est res. & ista de causa Dom. Hieronym. actor narrando in suis precibus Dom. Franciscum suum patrem dedisse Dom. Flor. dictum fundum pro flor. 300. & eam postea fecisse pactum de restituendo, pro eodem pretio eidem suo patri, obtinuit rescriptum contra possessorem ad reuendendum pro eodem
25 pretio. quod † rescriptum etiam debet strictè intelligi ad narrata in precibus, quæ sint vera, l. fina. C. de diuers. rescript. cum simil. nullibi autem constat patrem actoris dedisse Dom. Flo. dotem. & instrumentum dictæ promissionis simpliciter dicit, quòd Domin. Flor. tempore contracti matrimonij cum Domi. Antonio habuit flor. 500. in pecunia 200. & in dicto fundo 300. & non dicit à dicto Domi.
26 Francisco, neque nos dicere debemus. † Alexan. in consil. 52. nume. 13. libro quarto. Deci. consil. 70. colum. prima. Afflict. decisi. penulti. nume. 5. Tiraquel. in l. si vnquam. in versicu. libertis. nume. 1 t. de reuo. don. Meritò enim ipse Dom. And. postea narrando Principi surreptionem, & obreptionem prædictum Dom. Hierony. in eo, quòd Dom. Flo. non habuit fundum à Dom. Francisco suo fratre, & patre suprascriptis, & quòd ea secundo loco nupta ipsi Do. And. qui habuit ab hęredibus primi viri pro ea ipsum fundum æstimatum, & propterea pactum, de quo agitur, non esse de retrouendendo, sed resolui in simplicem promissionem, obtinuit rescriptum, quòd cognitio huiusmodi causę reducatur ad viam iuris, quæ est, vt supra, quòd ex tali promissione non potest agi contra tertium possessorem, & bis recursum in Auditorio Principis, semper habitum est responsum, quòd si non adsit pactum de retrouendendo, iudex seruare debat, quantum ius mandat, ita habemus firmam, claramq; declarationem à Principe ipso, quòd stylus solummodo in vero pacto de retrouendendo locum habeat, & non in alijs pro-
27 missionibus de dando, vel vendendo, & nulla † melior declaratio dispositionis est, quã ea, quę habetur ab ipso disponente, l. ex facto. & ibi not. doct. de vulg. & pupil. & cap. cum venissent, & ibi gloss. de iud. & capi. inter alia. de senten. excommu. l. in ambiguis orationibus. de regu. iur. & Deci. consi. 51. in fin. cum concord. alleg. ab Aymo. consilio 135. numero 39. non sumus in pacto de retrouendendo, ergo semoto stylo, seruari debet ius commune, vt contra tertium possessorem actione personali agi nequeat, per superius alleg. & pro iure obligationis impediente alienationem dicti fundi, iuxta terminos, l. si creditor, ff. de distract. pigno. non sufficeret generalis obligatio bonorum promittentis, secundum commu. opin. attestatam per Rui. consil. 109. nume. 24. lib. 4.

Tertiò & vltimò, stante etiam dicta promissione, cum postea statim ipsa Domi. Flor. nupta fuerit
28 dicto Domin. Andreæ, huic præsumitur † data dos prius data alij marito. per l. dotem quæ prius, ff. de iure dot. & præsumptio concurrit cum veritate, quia Dom. And. existens maritus Dom. Flo. semper possedit, & possidet dictum fundum, vt omnes testes deponunt, & cõstat in instrumẽto confecto de anno 1551. 25. Februarij originaliter manu Dom. Almerici de Emilionibus exemplato in processu, cum pronuntia Do. Iudicis de fide adhibenda dicto exemplato, quòd ipse Do. And. habuit in summa dotis flor. 700. d. Dom. Flor. suæ vxoris à Do. Seraphino, filio, & hærede cum suo fratre dicti D. Antonij primi viri dictum fundum ęstimatum pro flor. 300. ergo in eodem fundo etiam habet meliora, & potiora iura, quàm possit habere actor solam prædictam promissionem habens ab ea, quæ non habebat dominium, neque legitimam possessionem, vt superius ostensum est, & ipse habuit titulum, & possessionem ab hæredibus primi mariti, penes quos dominiũ, & possessio ipsius fundi erant, vt etiam demonstratum est, igitur ab actore non debet inquietari, & molestari: per nota. in l. quoties. C. de rei vendi. & in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publici. hoc maximè verum videtur in mari-
29 to, † à quo nõ debet auferri res in dotem data, prius alijs forsan debita, sed penes eum debet remanere, etiam soluto matrimonio, pro lucro dotis debito ex statuto, vt probatur per text. & ibi glo. in l. si donaturus. in fin. ff. de condi. cau. da. & in l. Titia. ff. de iure dot. ex quibus omnibus resideo in prędicta sententia pro appellante, & consequenter pro reo conuento absoluendo: Si quidem prædicta in aliquibus non possent transire sine aliquo scrupulo: Tamen minimè inficiari potest, quin reddant valde obscuram, & dubiam causam pro actore,
30 itaque pro † reo non minus iustius, quam tutius sit pronuntiare, vt notæ iuris regulæ mandant. l. Arrianus. de act. & obligat. l. fauorabiliores. de regul. iur. per nota. in cap. fina. de transact. & c. cum sint partium iura. de regulis iur. in sexto. in quibus quidem regulis iuris cum fundamentum faciamus errare non possumus. inquit Bald. in consil. 36. nu. 1. libro 1. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LIIII.

ARGVMENTVM.

Dos non promissa ab extraneo, non debetur: Salarium quoq; pro famulatu non conuentum, non probato quanti vnus conducturus, & quanti alter locaturus esset, non debetur: Verba

 similia

ſimilia, volo tales poſt mortem meam omnium meorum bonorum eſſe dominos, obiter, & non accerſitis teſtibus prolata, & per teſtes ſingulares probata, neque vltimam voluntatem, neque contractum inter viuos inducunt.

SVMMARIVM.

1 *Actio eſt ius proſequendi in iudicio, quod alicui debetur.*

2 *Salarium quo caſu debeatur, vel non pro ſeruitijs præſtitis.*

3 *Bona relinquuntur, & donantur gratis beneuolis, & merentibus.*

4 *Bona (etiam prius data) auferuntur ingratis, & indignis.*

5 *Voluntas omnis, etiam patris, non eſt eius teſtamentum.*

6 *Voluntas alicuius vt tranſeat in diſpoſitionem validam, quæ requirantur.*

7 *Voluntatem ſuam vltimam quando quis non dicatur diſpoſitiuè exponere.*

8 *Teſtium ſingularitas in forma verborum, quando ſunt interrogati de formalitate verborum alicuius, & in his ſuis verbis conſiſtat tota quæſtionis difficultas, impedit, quod aliqua poſſit haberi illius diſpoſitio.*

9 *Verborum certa forma eſt data ad inducendum pactum, vel promiſſionem, vel contractum, vt obligo, promitto, vel conuenio dare, vel donare.*

10 *Relinquo, conuenit propriè vltimæ voluntati, & non contractus inter viuos. & num. 17.*

11 *Pactum, vel promiſſio obligatiua formatur, & contrahitur ex perſonarum paciſcentium præſentia, dantis, vel promittentis dare, & recipientis, vel debentis recipere.*

12 *Promiſſio, vel donatio etiam aptis, & congruis verbis facta alicui non præſenti, & nullo pro eo interueniente, non valet.*

13 *Inſtrumentum etiam ſi diceret, talis donauit tali, & non dicat præſenti, & recipienti, cum de præſentia non appareat, quia vt quid facti non præſumitur, non valet donatio aliqua, vt facta abſenti.*

14 *Præſentia ſine expreſſo conſenſu donatarij non ſufficit ad validandam donationem.*

15 *Obligatio, vt poſſit dici firmiter diſpoſita in perſona promittentis, poſt eius mortem dilata executione, quòd ſit per hæredem adimplenda, quæ requirantur.*

16 *Verba (volo, quod poſt mortem meam ſint domini) ſignificant hæredes.*

18 *Hæreditas, neque ſucceſſio non datur pacto.*

19 *Dolus debet ſpecialiter in iudicio deduci, & probari.*

20 *Matrimonium contrahens ſub pactionibus habendi ſui ceſſiones, eſt ſtultus.*

21 *Regula, ſi non valet actus, vt ago &c. quo caſu ceſſet.*

22 *Leges diligenter ſunt conſiderandæ.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



PAVLE Paule, cur me perſequeris, poteſt huic Paulo actori in hac cauſa dicere Andreas reus conuentus, quia contra eum agat ſine aliqua actione: Cui propriè contrarium eſt verbum perſequitur in ſuo conuenienti verbo proſequitur, deſcripto actioni;
1 Quæ ideo deſcribitur † nihil aliud eſſe, quàm ius proſequendi in iudicio, quod alicui debetur: vt in princ. inſtitu. de actio. Nam actor iſte parum ſibi conſtans modò in ſuibus precibus petit dotem à Marco Luciæ ſuæ vxori conſtitutam ſibi dari ab hærede Andrea prædicto: modò recenſet Marci hæreditatem debere Luciæ ſuæ vxori ſoluere mercedem famulatus, ei viuenti præſtiti: modò ſui teſtes vertunt intentionem Marci fuiſſe quadam ſpecie vltimæ voluntatis demonſtrata in reliquendo Paulo, & modò Luciæ ſimul omnia ſua bona, ſic eos vti filios pertractando: modò ſui Aduocati (vt fertur) atteſtata conantur defendere, vti promiſſa Paulo, & debita inter viuos.

Super his ſingulis, etſi prudenter doctè, & ad plenum iniquam perſequutionem Pauli actoris, & manifeſtam Andreæ rei conuenti defenſionem in ſuis allegationibus Excellent. Docto. Dom. Federicus Putius ætate magiſtra, iuriſq; peritia peritiſſimus, & meus honorandus demonſtrauerit, ita quòd claritati veritatis, alia neceſſaria non ſit certitudo, & poſſem ego bona conſcientia pertranſire ſimpliciter ſua dicta confirmando, meq; eiuſdem veritatis creditorem ſubſcribendo: Tamen vt alijs, hęc percepiſſe oſtendam, percunctando quæque imaginata pro actoris intentione ſuper ſingulis, eum puto laborare in tenebris, & Andream reum conuentum omnino fore abſoluendum.

Ad primam ſuam principalem intentionem deductam in precibus loco petitionis productis, de promiſſione aſſerta Marci omnium ſuarum rerum facta eidem Paulo pro dote Luciæ, ſibi per Marcum ipſum matrimonio collocatæ, & deductam ſuper capitulis probatorijs pro reo conuento, res penitus eſt expedita, quòd debet abſolui à petitis, quia de tali promiſſione dotis nulla eſt facta probatio: Quinimò aliqui teſtes deponentes ſuper dictis ſuis capitulis dicunt, Marcum, dum verba faceret, velle relinquere Paulo omnia ſua bona, nullam mentionem feciſſe de dote aliqua, ſumus ergo ſine controuerſia aliqua in caſu. vulg. l. qui accuſare. C. de eden. & in terminis contra Paulum bene ſonant verba text. in l. hæreditas. C. de pact. conuent. ſic ibi expreſſa, bona, ſcilicet, quæ dotis titulo, tibi non ſunt obligata, intelligis te nulla

nulla actione posse conuenire hæredes, seu successores eius, vt tibi restituant, quæ nullo modo debentur.

Ad secundum de mercede Luciæ pro famulatu præstito Marco, non constito de certa conuentione salarij, non debetur salarium aliquod per statutum allegatum vigens in loco; idem est de iure cõmuni, non probata conuentione salarij, & quòd vnus tanti fuisset suas operas locaturus, & alter tanti conducturus non probato, nõ debetur salarium,
2 †& videntur sufficere expensæ præstitę, vt in terminis probant. Pau. de Cast. in consil. 346. ego Paulus. libro 2. & Alexand. in consilio. 109. super eo. libro 6. vt ad Feder. de Sen. in consilio 218. domine. Satis enim fecisse dictæ Luciæ ipse Marcus videtur, & non modicum præmium ei pauperculæ contulisse, eam matrimonio collocando dicto Paulo suo nepoti merenti dotem florenorum 200. vt ipse deducit in capitulis: Qui si postmodum ita erga dictum Marcum ingratus fuit, vt testamentum, in quo eum instituit hæredem, & donationem etiã sibi factam Marcus reuocauerit auxilio Principis, (vt audio) interueniente, sibi idem Paulus imputet. per regu. damnum. de regulis iuris. in sexto.
3 Quoniam bona †relinquuntur, & donantur gratis, beneuolis, & mœrentibus. l. nec adiecit. ff. pro loci. l. amicissimos. in princ. & ibi glos. t. & Bald. not. ff. de excusat. tuto. & §. optionis. insti. de leg. ingratis
4 †verò, & indignis (vt euenit isti Paulo) auferuntur etiam quæ data fuerunt bona: vt l. fina. C. de reuo. donatio. l. 1. de ingr. liber. l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut. matrimo. l. pen. §. matre. de leg. 2. l. donationes. §. species. ff. de donatio. & tot. tit. ff. & C. de his qui. vt indig.

Ad aliud de quadam vltima voluntate attestata per testes, magis est expedita absolutio rei conuenti: Quia verba Marci attestata per testes non fuerunt tunc prolata causa disponendi, sed pollicendi, iactandi, & blandiendi ob lætitiam, & rem bene actam tunc nuptiarum inter Paulum, & Luciam se-
5 quutarum: Nam †omnis voluntas, etiam patris non est eius testamentum. nota. Bald. in l. 1. §. primo. de rebus eorum, sed quæ transit in dispositionẽ. l. quidam cum filiumsam. ff. de hæredi. institu. & ibi per Bald. & Imo. l. penult. §. fina. de bon. possess. secundum tab. ibi, nec putauit quisquam nuda voluntate constitui testamentum. & l. iubemus. C. de testa. l. si res obligata. versicu. t. de leg. 1. l. fideicommissa. §. secundo. de leg. 3. l. si sponsus. §. fina. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Alexand. & Iaso. in l. 3. de
6 liber. præter. cum simılib. Vt autem † transeat in dispositionem validam, inter alia requiritur, vt testibus accersitis deliberatè fit per defunctum emissa, & manifestata vno & eodem tempore. l. hac consultissima. in princip. C. de testa. l. fina. in fin. de codicil. cum vulga. Alias enim perfunctoriè loquendo modò cum vno, modò cum alio de voluntate sua relinquendi bona sua alicui (vt propriè euenit in casu isto, & facilè videre est ex depositione testium singulariter deponentium de diuersis, & varijs formis verborum prolatorum per dictum Marcum, non vno etiam & eodem tempore) quis non dicitur suam vltimam voluntatem dispositi-
7 uè exponere, quod saltem cognoscitur, †cum testes ad id non sint accersiti, & loquens sic non sit infirmus, & ita talis voluntas non valet per l. Pamphilo. §. propositum. de lega. 3. ibi, per infirmitatem accersitis amicis, &c. tradunt Corn. in consil. 149. Visis nonnullis. libro 2. Ripa post Alexan. & alios in l. 1. §. si quis ita. colum. 2. numero 8. & sequent. de verborum obligatio. Ruin. in consilio 15. viso themate. columna 3. versicu. sed tamen præmissis: libro 2. & Thom. Gramma. latè in consi. ciuilium 53. in causa hæreditatis. sed talis discussio videtur omnino superflua, cum si qua fuerit voluntas Marci relinquendi sua bona Paulo, vel Luciæ, ea quidem fuit reuocata per testamẽtum solemniter conditum in fauorem dicti Andreæ. §. posteriore. insti. quib. mod. test. infir. cum vulg.

Ad vltimum de pacto, & promissione Marci inter viuos, & irreuocabiliter facta, & adimplenda post mortem per hæredes, de dandis bonis Marci dicto Paulo, collecta (vt dicitur) ex examine dictorum testium quatuor examinatorum pro ipso Paulo actore, dicendum est, quòd nullum tale pactum, neque talis promissio Marci ex istis attestationib. induci, vel colligi potest, nisi non tam subtili, quàm imaginaria inductione, & comprehensione, quæ subtilitate sua frangitur, & resoluitur in nebulam: Primo enim diligenter inspiciendo dictas attestationes, clarè cognoscitur quemlibet testem esse singularem in suo dicto, & quemque eorum deponere de diuersa forma verborum dicti Marci prolatorum cum teste ipso, vnde nullã concludentem probationem faciunt, per vulga. decis.
8 & singularitas † eorum in forma verborum, cum fuerint interrogati de formalitate verborum Marci, & in his suis verbis consistat tota quęstionis difficultas, impedit, quòd aliqua possit haberi dicti Marci dispositio. per doctr. Anto. de Butri. & Abb. in cap. nihil. de verborum significatio. & in c. cum ecclesia. colum. 8. de cau. possess. & propr. sequitur Alexand. in l. 1. ff. §. fi. circa fin. de verborum obliga. Capra in consil. 75. punctus. Iacobutius. colum. 6. Corne. in consilio 2. columna penult. libro primo. & in consil. 171. columna nona. libro secundo. & consilio 77. columna tertia. libro tertio. Beltran. consilio 212. nume. 12. libro 1. & Dec. consi. 163. colum. antepenulti. facit text. in l. fina. C. de præci. imper. offer.
9 Secundò, ad inducendum †pactum, vel promissionem, vel contractum, est data certa forma verborum, vt obligo, promitto, vel conuenio dare, vel donare: vt §. primo. institu. de verborum oblig. & l. 1. ff. de pact. & l. sciendum. §. primo. de ædil. edict. de quibus quidem obligatorijs verbis nullus testis deponit prolatis per dictum Marcum, nisi de quibusdam verbis pollicitationis de suis bonis obueniendis post suam mortem Paulo, conuenientibus propriè vltimæ voluntati, & non

10 non contractui inter viuos, vt de verbo, †relinquo,
post alios tradit Socin. iuni. in l. cum filiofam. in
princip. versicu. 1. numero 11. de lega. 1. vbi dicit
quando adaptatur ad actus inter viuos, euenit ex
materia subiecta, scilicet vt cætera concurrant ad
contractum pertinentia. l. verba contraxerunt. de
verb. sig. l. si vno. in prin. ff. loc. cum simil.
11 . Tertiò, pactum †vel promissio obligatiua forma-
tur, & contrahitur ex præsentia personarum paci-
scentium, dantis, vel promittentis dare, & recipien
tis, vel debentis recipere. vt l. 1. & ibi Docto. ff. de
pact. & l. quæcunque gerimus. ff. de act. & obligat.
& Docto. in rub. C. de pact. & in rub. ff. de verbor.
obligat. quòd autem Paulus, vel Lucia fuerint præ-
sentes verbis prolatis per dictũ Marcum, nec quòd
alius pro eis saltem fuerit stipulatus, nullus testis
dicit: ex eorum dictis non potest inferri, nisi qua-
tenus dicant. Bald. in rub. col. 2. num. 5. de contra.
inuesti. & Cur. seni. in consi. 73. Magnifi. vir. col. 5.
12 nume. 19. ideo †promissio vel donatio sic eis etiam
aptis, & congruis verbis facta, non valeret, stante
eorum non præsentia, ibi, vt præsumitur, & nulla
acceptatione pro eis interueniente, vt in terminis
per glo. ibi firmat, dicens se ita ex facto respondis-
se. Pau. de Cast. in l. illud. versus fin. C. de sacro san.
13 eccle. vbi tradit, quòd †etiam si instrumentum di-
ceret: Talis donauit tali, & non dicat præsenti, &
recipienti, cum de præsentia non appareat, quia vt
quid facti non præsumitur, non valet donatio ali-
qua vti facta absenti. idem Pau. de Cast. probat. in
l. Titia. §. idem respondit. el secundo. in fin. vbi di-
cit, tene menti, quia lucraberis si adhuc recorda-
beris, refert, & sequitur Feli. in c. tenor. colum. fin.
de re iud. dando quatuor limitationes. extra casum
nostrum: idem firmat Rui. in consi. 154. Quia du-
14 bitatur. colum. 3. in fi. nume. 12. libro 5. nec †etiam
præsentia sine expresso consensu donatarij suffice-
ret, secundum Deci. in consil. 245. colum. fina. re-
latum per Rub. Alexandri. in consi. 93. in fi. & alia
plura in simili. adducit Andre. Tiraq. in l. si vnquã.
in versicu. libertis. nume. 68. de reuoca. donat. non
omitto, quòd Bald. dicit in l. 2. C. de sta. & imagi.
per aduocatos esse solitum allegari illum textum,
quòd vbi præsentia alicuius requiritur ad actum
agendum, non præsumitur præsentia nisi probe-
tur, & hoc sufficeret pro succumbentia actoris.
Vltimò, ex abundanti, & ad omnem scrupulum
penitus auferendum, etiam quòd omnia solemnia
huiusmodi pacti de dandis bonis post mortem in-
teruenirent: Tamen vigorem non haberet in casu
isto, considerando, & inspiciendo diligenter ver-
ba Marci, quæ asseruntur concipere, & exprimere
15 dictum pactum, & promissionem. Quoniam †non
sunt concepta modo, & forma conuenienti con-
tractui, & obligationi inter viuos, adimplẽdæ post
mortem promittentis per hæredem, vt do, dono,
vel promitto tibi bona mea, post mortem meam,
ita quòd possit dici dispositą firmiter obligatio in
persona promittentis, post eius mortem dilata exe-
cutione, quòd sit per hæredem adimplenda, quo

casu posset valere: vt l. 1. C. vt act. ab hęred. & con-
tra hæred. & glo. in versicu. accommodauerit. in l.
fin. & ibi Barto. & alij. C. de pact. & Oldra. in cons.
16 139. ad habendam. colum. 1. cum simili. Sed †con-
cepta sunt per modum, & formam designantem,
& importantem successionem, vel obuentionem
post mortem sic loquentis, volo, quòd post mor-
tem meam sint Domini, quod significat hæredes.
§. penult. institu. de hæred. quali. & dif. & glo. 1. in
princ. institu. de hæred. institu. hoc modo loquitur
primus testis, vel in morte mea relinquo mea tibi,
17 per verbum relinquo † quod propriè conuenit vl-
timæ voluntati, vt dictum est. hoc modo deponit
secundus testis, eisdem modis importantibus vlti-
mam voluntatem, & obuentionem bonorum post
mortem: tertius, & quartus vltimus testis depo-
nunt, quo casu dispositio in vim pacti non valet,
18 quia † est contra bonos mores. & hæreditas non
datur pacto, neque successio. l. pactum quod dota-
li. & l. licet. per locum à speciali. C. de pact. d. l. hę-
reditas. C. de pact. conuent. l. ex eo. de inutil. stipul.
hanc distinctionem adducit Bartol. in consil. 212.
promitto. sequitur Alexand. in consil. 28. colum. 3.
libro 3. Dec. in consil. 225. & consilio 236. colum.
penulti. in fi. Curt. iun. in consilio 15. columna 2.
& consilio 81. colum. 1. Alcia. in d. l. pactum quod
dotali. quamobrem vt volentes facere similia pa-
cta verbis congruis sint concepta consulant peri-
tiores, dicit Dec. in l. pactum quod dotali. colu. 2.
C. de collati. comprobat Aymo. in consilio 139.
colum. 2. & Paris. in consilio 24. num. 54. 55. lib. 2.
ita spes omnis dicti Pauli in pacto aliquo imagi-
naro dicti Marci, vana est.
Nec potest se tueri aliquo refugio, de dolo Mar-
ci contra eum, quia in iudicio isto non est speciali-
19 ter deductus aliquis dolus, neque probatus, †vt re-
quiritur clarè deduci. per tex. in l. item exigit præ-
tor. ff. de dolo, & requiritur probari ab eo, qui dicit
quid dolo factum. l. dolum. C. eodem. & l. quo-
ties. ff. de probatio. Nullibi enim constat, dictum
Marcum induxisse ipsum Paulum ad accipiendam
dictam Luciam in vxorem, sub promissione sibi fa-
cta relinquendi bona sua, vt ante demonstratum
est, ita quòd cessant ea, quæ scribit de dolo contra
promittentem, & non seruantem Decius in d. l. pa-
ctum, quod dotali. columna penult. numero 8. &
sequent. C. de pact. sed aliàs verius est, & magis te-
20 nendum, quòd stultus † est, qui contrahit matrimo-
nium sub his pactionibus habẽdi successiones, vn-
de sibi imputet dicit Bald. in l. cum Archimedo-
rum. versiculo penultimo. C. vt in possess. lega. &
in d. l. pactum quod dotali. & ibi Alexand. in fin.
sequitur, quod dicit menti tenendum, idem ibi Ias.
probat.
Non possunt quoq; trahi verba dicti Marci, per
dictos testes attestata, ad aliquam præsumptam va-
liditatem actus inter viuos. per regu. l. quoties. de
verbor. oblig. cum simil. Quia peccatum est in for-
ma, tam verborum, quàm vnius extremi requisiti
ad contractum de præsentia, & acceptatione dicti
Pauli,

Pauli, vt dictum est, ergo cessat regula, si non valet
21 † actus vt ago & c.l.1. de iure codicill. post Bald. &
Imo. Soc. tradit. in l. in testamento. la j. in fi. de condi. & demonst. & in l. quoties. de reb. dub. Barto. & Modern. in l. 1. §. si quis ita. de verbo. obligat. & ibi præcipuè Ripa. num. 23. defectus enim formæ verborum in contractibus facit, tacitum nō haberi pro expresso. post Bar. & alios tradit Dec. in l. cum quid. col. 5. num. 22. si cert. petat. Itaque sine vlteriori progressu in re tam clara, sequendo æquitatem legis, & non proprij capitis, & procedendo per viam silicatam, id est per textus legum, & considerando illas
22 diligentius, † vt admonet Bald. in consil. 101. super primo quæsito. colum. 2. vltra princ. lib. 4. remanet firma conclusio pro absolutione rei conuenti. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisconsu. Pisauren.

CONSILIVM LIIII.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis recepta per alium nomine emphyteutæ renouati per lineam finitam iuramento concedentis, penes emphyteutan possessione existente, & ratificantem tacitè renouationem, acquisita est vtili dominio, & non amissa est per diuisionem, ideo potest recuperari ab emptore quopiam, agente etiam fratre, vti coniuncta persona, postmodum etiam satisdante de rato, & curatore bonorum constituto.

SVMMARIVM.

1 *Iudicio quocunque, etiam summario, primò de personis quærendum est, quòd sint habiles, & legitima.*
2 *Cessio ob præsumptam donationem, etiam remuneratoriam, & ob amorem fraternum facta consanguineo valet, absque alia expressione tituli.*
3 *Donationis titulus quòd non præsumatur, etiam inter coniunctos, & Alex. cuius dictum improbatur.*
4 *Emphyteusis concessa ab ecclesia cum pacto, quòd non possit alienari alicui pio, vel religioso loco, quòd non transeat in monasterium ingredientis.*
5 *Religio sancti Francisci est incapax bonorum.*
6 *Religionem sancti Francisci ingressus, habetur, ac si mortuus esset.*
7 *Curator bonorum quas actiones exercere possit. & numero 8. & 9.*
10 *Curatorum bonorum plura sunt genera, & ob diuersas, & plures causas, & in diuersis casibus constituuntur.*
11 *Curatori dato bonis, non personæ, quid incumbat.*
12 *Iudex dato curatori bonis absentis potest ex causa ampliare, & limitare administrationem.*
13 *Iudex sua authoritate, vbi lex non disponit in contrarium, curatori dato bonis absentis, potest tribuere potestatem.*
14 *Curator simpliciter constitutus datur rebus, bonis, & iuribus conseruandis.*
15 *Loquutio indefinita intelligi debet vniuersaliter.*
16 *Exigere iura, & actiones, & credita, est propriè per viam iuris, & iudicij ab inuito extorquere.*
17 *Agi dicitur, quando lis est contestata.*
18 *Verba (exigas, & age) geminata debent ampliare mandatum curæ constituta.*
19 *Frater carnalis habet à lege mandatum, & potestatem agendi pro fratre.*
20 *Transitus facilior est in habentibus symbolum.*
21 *Absentia alicuius octo annorum est bona causa dandi curatorem bonis eius.*
22 *Curator bonis conceditur, quando dubitatur potius de morte, quam de vita.*
23 *Curator bonis absentis debet constitui ad petitionem proximioris in gradu, sicut ad petitionem creditorū eius.*
24 *Communio, & consortiū operatur, vt quandoque vnus sine mandato consortis possit agere, & litem ad finem perducere.*
25 *Ius superueniens ex causa de præterito existente ante initium litis debet admitti, & prodesse actori.*
26 *Citatio videtur requiri de proximioribus, quando datur curator bonis defuncti, & sic hæreditati iacenti.*
27 *Citatio cessat, vbi cessat læsio.*
28 *Ratum debet esse effectu illud, quod quis non infringit.*
29 *Curator ob non confectionem inuentarij, potest remoueri vt suspectus, valet tamen factum ab eo.*
30 *Arbitrium potest dari in procedendo vno modo, & in decidendo, alio modo.*
31 *Nomine quo quis comparuit ab initio, potest quis agere, & admitti.*
32 *Reus excipiendo dicitur agere.*
33 *Declinatoria post litem contestatam opponi non potest.*
34 *Coniuncta persona tenetur offerre satisdationem, si petatur ab aduersario, cum talis satisdatio de rato respiciat cōmodum, & fauorē aduersarij in causa agitata.*
35 *Iniuria non fit volenti.*
36 *Exceptiones declinatoriæ respicientes personam sunt cognoscendæ ante litem contestatam.*
37 *Libellus saluatur eo nomine, quo potest procedere, & nō vitiatur ex alio non conueniente.*
38 *Iudicem decet cuncta rimari.*
39 *Testes quomodo probent possessionem alicuius.*
40 *Testes probant contra inducentem eos.*
41 *Pluralitas actuum, & contractuum non præsumitur.*
42 *Fateri quis dicitur id, quod dicit in positione.*
43 *Negantis, & impugnantis quis pœnā non patitur quando non negat absolutè, vt si dicat, nego narrata, prout narrantur.*
44 *Responsio sub nube facta, & non sapiens etiam negationem, debet interpretari taliter, quod non sit contraria deductis in libello, & positionibus.*
45 *Declarationi alicuius de suo dicto standum est.*
46 *Confessio rei in sua positione attendenda est.*

47 Contra-

47 *Contractus inuestituræ, & renouationis potest iniri, & acceptari per extraneum nomine alterius.*
48 *Pactum factum pro extraneo valet.*
49 *Inuestitura potest pro alio recipi.*
50 *Præsentia partis per iuramentum suppletur ex præsentia Dei.*
51 *Consequens qui vult, & antecedens ad illud velle dicitur.*
52 *Actio sine cessione acquiritur ex stipulatione notarij.*
53 *Consuetudo ecclesiæ in dandis, & renouandis inuestituris attenditur.*
54 *Bona emphyteutica intelliguntur stipulata, renouata, & acquisita secundum eorum naturam.*
55 *Dominium transfertur, absque alia traditione ex titulo habito lege cogente, & ex dispositione legis.*
56 *Actio acquisita ex legis potestate, dicitur datiua, & ad rem competit pro vtili dominio, non requisita alia traditione.*
57 *Filijs vocatis in emphyteusi data etiam alijs pro eius, sine alia traditione, vel apprehensione possessionis datur vtilis rei vendicatio.*
58 *Iactare suum nemo præsumitur*
59 *Scientia, & perquisitio præsumitur de actis tendentibus ad acquisitionem, & conseruationem iurium alicuius.*
60 *Scientia probatur de factis à communiter accidentibus solitis deuenire ad notitiam.*
61 *Vxor præsumitur habere notitiam de bonis mariti, quæ sint emphyteutica.*
62 *Ratificatio tacita reipsa, & facto habita, & collecta sufficit.*
63 *Respicientibus acquisitionem fiendam, non improbare est approbare.*
64 *Possessionem quis præsumitur continuare ex titulo præcedenti.*
65 *Factum ratum habens dicitur author facti.*
66 *Acquisitio facta intelligitur cum oneribus, & qualitatibus adiectis in renouatione, & concessione.*
66 *Distributiua (cuiuslibet ipsorum filijs) tribuit actum in solidum filijs masculis superstitibus eius, cui concessa est inuestitura.*
68 *Matre accipiente emphyteusim pro se, & suis filijs, acquiritur emphyteusis etiam ipsis filijs.*
69 *Possessionem quis potest recipere per alium.*
70 *Filij succedunt ex inuestitura materna, quando specialiter est dictum.*
71 *Acquisitio valet pro filio quadam via successionis ex cõprehensione inuestituræ.*
72 *Substitutio potest fieri in contractibus, & absque alia traditione substituti possunt agere rei vendicatione.*
73 *Pactum valet, quod emphyteusis de vno perueniat in alium.*
74 *Vocatus in concessione vigore repetita concessionis, rem emphyteuticam alienatam potest vendicare contra emptorem.*
75 *Mortis causa captioni quod subiacet, dicitur subiacere vltimæ voluntati.*
76 *Emphyteusis per diuisionem, etiam cum clausula renunciationis, & remissionis iurium hincinde, inter diuidentes non dicitur remissa, quando est deuoluta ad superstitem vocatum in inuestitura per mortem vnius ex diuidentibus.*
77 *Clausula, ad habendum &c. posita in instrumento diuisionis, intelligitur ad specificata.*
78 *Emphyteusis per solum emphyteutam non potest alienari in extraneos sine consensu domini.*
79 *Fideicommissum potest liberè per eũ, cui debetur, scienter remitti, & renunciari.*
80 *Licentia generalis alienandi non continet prohibita alienari.*
81 *Obligatio de euictione non tenet, vel impedit petentem rem emphyteuticam ex facto eius, cum quo ipse petens diuisit, vel eius author, & ex natura rei.*
82 *Ius accrescendi an habeat locum non habenti portionẽ in emphyteusi.*
83 *Euictionis obligatio non habet locum inter diuidentes.*
84 *Agere non valenti non currit præscriptio, maximè iuris impedimento.*
85 *Liquidatio fructuum in bonis petitis quomodo fiat.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



EX Ducali Auditorio traditus est mihi sacculus scripturarum, vt litem, & causam in eis contentam meo decisiuo con silio dominus iudex sententiam prolaturus diffiniat, & expediat, sacculo hoc aperto, inueni litem ipsam in prima instantia verti inter ser Liuium Guidalottum de Mondauio suo nomine, & vt frater est, & coniunctam personam Guidi Antonij sui fratris absentis, deinde & eius bonorũ curatorem, atque vt frater est, & cessionarius Domini Roberti sui, & fratris ex vna parte agentem, & Ioannem ser Francisci ex altera reum conuentum.

Itaq; visis, & perlectis, ac diligenter consideratis omnibus dictis scripturis, pro certa ipsius facti mea informatione, & scientia deueniendo ad allegationes Dominorum Aduocatorum, & consilia pluriũ excell. Doctorum hincinde ad gratiam suæ assumptæ partis respondentium subtilibus, & fortibus argumentis, reperio causam ipsam esse adductam, & repositam non in paruo discrimine, & anfractu, at quo partem vtranque sibi ipsi non defuisse quærere præsidia plurima, quibus valeret fauorabilẽ reportare sententiam, quæ etenim prius me ancipitẽ reddiderunt, & sumendi oneris consulendi, & eligẽdæ decisionis causæ, deinde magis amica veritas, quæ sola, ab eo præsertim cui summa rei commissa est, inspici debet, me impulit pro ea, quam mihi Deus donauit, facultate, præsentem litem explicare, & dirimere: Vnde pro eius clariori resolutione tres principales dubitationes totam controuersiam cõtinere arbitratus sum.

Prima est ad processum, an ser Liuius actor vt frater, deinde vt curator bonorum Guidiantonij sui fratris absentis, & cessionarius Domini Roberti sui etiam fratris, & pro portione Io. Baptistæ alterius sui fratris ingressi religionem sancti Francisci, ad agendum, & petendum debeat audiri, & admitti?

Secunda, an sibi, & fratribus suis ius emphyteusi cum super bonis, quæ petantur, fuerit acquisitum, & actio

& actio aliqua competat?

Tertia dubitatio est, an ius istud emphyteuticum fuerit remissum, vel modo aliquo impeditum, diuisione bonorum facta inter Dominam Franciscam matrem actoris & fratrũ, & D. Baptistam & Lucretiam sorores, & alienatione per D. Lucretiam facta ipsi Ioanni reo conuento, & praescriptione 30. ann. ab eo apposita.

Prima autem dubitatio explicatur pro seruatio-
1 ne vulgaris conclusionis, quòd † in quocunque iudicio, etiam summario, primò de personis quaerendum est, quòd sint habiles, & legitimae, vt not. Bart. Sal. Fulgo. & Alexand. in l. 2. de edic. diui Adr. toll. & ibi Ias. ampliat, & Aymo. in consil. 104. in princ. inspiciendo enim prius ser Liuij actoris personam, quoad nomen cessionarium Domini Roberti, licet & hoc respiciat merita causę, bene hoc nomine agit, & stat in iudicio, quia de cessione constat per publicum instrumentum manu ser Io. Mariae Ritij de Mondauio confectũ sub die 2. Iunij. anni 1559. in iudicio productum, & causam cõtinet cessio praesumptae donationis etiã remuneratoriae, & ob amo-
2 rem fraternum, ita † absq; alia expressione tituli valet facta consanguineo, vt post Dyn. tradit Alber. in l. patrem. circa fi. ff. de his quę in fra. cred. & Bal. in l. 2. col. 2. versi. tertio praesumitur. C. ne lice. potent. & ibi Sal. in versi. Quintum propter quod. & Bald. in c. literas. col. fin. versi. item praesumitur donatio. de praesumpt. quos allegat idem comprobãs Andr. Tiraq. de retract. in praefa. num. 54. licet inaduertenter, & malè contrarium asserat Alex. in consil. 137. in causa, & lite. col. pen. circa fi. versic. & licet dictus
3 Lanzelottus. lib. 2. quòd † non praesumatur titulus donationis, etiam inter cõiunctos, quia de his quos id dicentes ibi allegat, volui omnes accuratè reuidere, & nullus id dicit, nisi Spec. in titu. de cessi. act. §. 1. col. 3. versic. sed nunquid ratione consanguinitatis. id argumentatiuè ex poena litigiosi cõtractus videtur dicere, tamen ibi in apostil. firmatur cõtra, quòd imo praesumatur donatio, quasi ex duabus praesumptionibus sumatur honestior, allegãdo Cy. in l. qui stipendia. C. de procur. qui ibi id dicit, & in l. per diuersas. & ibi Bald. ad fin. versi. 19. quaeritur. C. mand. cum simil. quę possent allegari ex praesumptione consanguinitatis, vt dicã in meo trac. de interpretatione vltimarum volũtatum lib. 1. interpr. 2. Dubitatio. 2. versi. tertio à consanguinitate. Merito Domini Consulentes pro reo conuento de hac cessione omittunt aliquam difficultatem adducere, quia re vera nõ adest difficultas, & aliàs attenditur, quòd causa cessionis sit licita, & honesta, exinde & valet cessio, vt per Imo. in consi. 72. viso quodam instrumento.

Quoad portionẽ Io. Baptistae ingressi monasterium, & si non obstante pacto de non alienando rẽ emphyteuticam alicui pio, & religioso loco, donec ingrediens viuit, monasterium posse habere cõmoditatem huiusmodi rei, velle videatur Bal. in consi.
4 426. super puncto praemisso. lib. 4. Tamen † cũ emphyteusis sit ab ecclesia cum pacto (vt est hic) quòd non possit alienari alicui pio, vel religioso loco, cõ-
* munis, & clara est sententia, quòd non transeat in monasterium ingredientis. per glo. in l. si ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig. tradit Bar. in auth. ingressi. circa fin. versi. quaero iuxta hoc. in sua lectu. C. de sacrosanct. eccl. & ibi post alios Iaso. in col. fin. versic. secundò videndum est. & post Imol. Aret. in d. §. ea lege. col. 1. in secũdo not. hoc praesertim in casu isto procedere debet, quia dictus Ioã. Baptista ingressus est monasterium religionis sancti Francisci, quae est
5 † incapax bonorum. cle. exiui. de verbo. signi. & ita praesumitur, cum aliter probatum ab excipiente minime inueniam, quamobrem huiusmodi religionis
6 ingressus eundem effectum ad hoc operatur, † ac si
* mors naturalis interuenisset. per communẽ sententiam Bar. & Bald. in l. cum pater. §. haereditatem. de de lega. 2. Alex. in consil. 13. circa primum. col. 1. & seq. lib. 3. & Soci. in consi. 92. Circa primum. col. 2. lib. 1. & Dec. in consil. 419. Viso eleganti. col. 1. ob mortem enim vnius ex comprachensis in inuestitura vigore pacti, emphyteusis videtur repetita in superstites, ergo eadem ratione dicti ingressus existẽte, idem ius esse censetur. l. à Titio. de verbo. oblig. De hoc quoque non video, per Dominos Cõsulentes fieri defensionem aliquam pro reo.

Quo autem ad id, super quo vniuersa huius dubitationis cõtrouersia existere videtur, an Actor, etiã vti frater, & coniuncta persona, & vt curator bonorum illius sui fratris absentis possit agere, videndũ est, & primò de curatore bonorũ, quoniam ad propositum nostrum, circa exercitium actionum diuersae sunt doctorum opiniones, aliqui enim volunt curatorem bonorum habere leue, & debile officiũ, posse facere ea, quae tendunt ad cõseruationem bonorum, & passiuae actiones sustinere, actiuae verò non exercere perpetuas actiones, sed temporales, &
7 tempore perituras. † vt per Spec. in tit. de cura. §. cũ ãt. co. 5. ver. curator ad litẽ. & vers. seq. & Bar. in l. pe. ff. de bo. auth. iud. possi. & Ang. in cõs. 103. datus fuit curator. in fi. & in cons. 193. mortuo debitore. col. 2. Ale. in cõs. 4. col. 3. li. 2. & Soc. in cõsi. 234. ommisso ordine. col. pe. in fi. versi. confirmatur ista conclusio. lib. 5. & Hier. Cagno. in l. 2. in q. 105. nu. 278. C. de pac. inter empt. & vendi. vbi dicit q̃ talis curator potest agere contra emptorẽ pro retrouendirione vigore pacti ĩ. bienniũ: ne actio pereat tempore, non potest verò intentare remedia perpetua. & quòd vidit per Ducalem Senatum Sabaudiae sententiam prolatam contra curatorem bonis absentis datũ intentantem remedium canonis, reintegrãda, cõtra tertiũ manutentũ in possessione, & eo curatore agente in expensis condemnato, vt ibi per eum, pro hac opinione videtur text. in d. l. penul. quae incipit, creditore. & in l. inter bonorum. ff. de administrat. tuto. ibi, sola custodia &c. & in l. sed & si is. §. aduersarius autem. de cai bon. edict. ibi, item à debitoribus, qui tempore liberantur, exigere debet, & haec fuit principalis opi. Azo. relata per glo.
8 in d. l. creditore. Aliqui vero dicunt, † talem curatorem posse etiam exercere actiones perpetuas, vt per

vt per glo. in l. ab hostibus. in prin. ff. ex qui. ca. ma:
maximè quando datus est bonis absentis, qui nemi
nem habet eum defendentem, quia tunc plenā po-
testatem habet iste curator, & intētabit. & suscipiet
actiones non perituras tempore. secundum Ang. in
l. si quis instituatur, §. si sub conditione, ff. de hæred.
instit. qui dicit istum esse verum intellectum. & ibi
latè comprobat Imo. in col. 4. sentit Odofr. in tract.
de cur. bo. dam. in rub. Quod sit off. præd. cur. in me
dio. nu. 81. & in rub. qui possint dari cur. bo. in fin.
Alia, & tertia opinio est, ꝙ curator etiam datus tan
9 tum ad bona conseruanda potest intentare † actio-
nes, quæ etiam dicerentur tēpore perire, vt eas per-
petuet, & interrumpat præsumptionem vel vsuca-
pionem, non autem litem, vt ad finem perducat, vel
exigat. ita tradit Albe. in l. 2. ver. aut datur curator.
ff. de cur. bon. dam. & Odofr. in dicto tract. & in d.
Rub. nu. 83. per l. 1. §. pen. ff. de mun. & honor. ibi,
cuius officio vsucapiones interpellātur, ne debito-
tes liberentur, & per l. 1. §. item si periculum. de ven
tre in pos. mit. ita ꝙ non debeat exigere, sed tantum
litem contestari, vt præscriptio interrumpatur, &
debitores non liberentur vt reponantur in tuto, vt
Odofr. dicit in loco alleg.

Putarem ego has opiniones sic posse concorda-
10 ri, vt enim plura † sunt genera curatorum bonorum,
& ob diuersas & plures causas, & in diuersis casibus
constituuntur, vt d. l. 1. §. pen. & fi. & ibi glos. notat.
de mun. & honor. & enumerat Odofr. in d. tract. in
rub. ex quibus causis datur curator bonis. & aliter
breuitatis causa hic nō referam particulariter, quia
ibi sigillatim possunt videri, ita ob diuersitatē cau-
sarū, ex quibus dātur curatores bonis, diuersam po
testatem modo maiorem, modo minorem, & non
vniforme officium habent, sed prout necessitas ip-
sarum causarum expostulare videtur, ideò necessa-
rium vel consultum est, in eorum constitutione pro
decreto Iudicis obtinendo exprimere causam, ex
qua dari petuntur, per ea quæ tradit Bar. in l. actor.
col. 1. ver. secundo quæro. ff. rem rat. hab. ponit Seb.
Vanti. in tract. de nulli. in rub. de nulli. ex defectu
inhabil. seu comp. nu. 147. Nam rationi conuenire
11 visum est, † ꝙ curatores dari bonis, & non personæ
per aliquod temporis modicum interuallum, quo
elapso ipsa persona Domina extans, vel futura per
se, vel legitimum administratorē poterit bonis suis
superesse, interim non plenam administrationē, sed
custodiam pro conseruatione bonorum habeant, vt
in curatore dato bonis, & vētri, per tex. in d. l. inter
bonorum. & ibi glo. de admin. tut. & in dato bonis,
dum pendet conditio institutionis hæredis, vt in d.
l. si quis instituatur, §. si sub conditione. de hæredit.
institu. & in alio curatore dato bonis, vel absentis,
vel alterius non limitatè, sed simpliciter, vt bona
conseruet, vt Alex. dicit in d. consi. 4. col. 3. nu. 13. &
ita potest intelligi supradicta tertia opinio, & pri-
ma opi. Azonis notata in d. l. creditore. vt expressè
dicit Alber. in dic. l. 2. ver. aut datur curator. de cur.
bon. dan. & Ang. in d. consi. 193. col. 2.
12 At vbi visum est iudici, † talem curatorem bonis
absentis constituenti se ampliare potestatem, & ad-
ministrationē ipsi curatori ex causa aliqua animum
suum mouente, profecto iudicem dantem, id am-
pliare, limitare, & facere posse, colligo ex eo, quod
Alber. in rub. de cur. bo. dan. vltra prin. dicit, talem
curatorē dari quandoque bonis custodiendis, quan
doque distrahendis, ita tali curatori, quādoq; plus,
quandoque minus concedi, inspecta causa, ex qua
datur, & ex eo quod Ange. in d. l. 2. in princip. vltra
med. ver. tu potes dicere. ff. eod. dicit pro sua quinta
opi. ꝙ tantum curator, & non vltra, poterit se inter-
ponere, nisi inquantū ei potestas limitata fuerit per
eum, qui dedit, & si curator bonorū simpliciter sit
datus, tunc potestatem hanc habet à lege, vt bona
custodiat, & cōseruet, & ex eo quod Raph. Cum. in
d. l. creditore. de bo. auct. iud. possi. dicit, curatorem
bonis constitutum posse actiones exercere, vel nō,
secundum causas cōstitutionis suæ, & sic in hoc in-
spicienda sit sua constitutio, ad quid, & propter q̃d
sit facta, vt ibi per eum dicentem ita sibi videri te-
13 nendum. ad idem, ꝙ iudex † sua authoritate, vbi lex
non disponit in contrariū, huiusmodi curatori po-
testatē tribuere possit, ait Fulg. in consi. 115. mulier
quædam. col. pen. versus fi. ver. sileant ergo qui al-
legant. ꝙ iudex possit limitare, & ampliare potesta-
tem Curatori bonorum absentis, & non latitantis
etiam ad plenam administrationem. sentit quoque
Bar. in d. l. 2. in eo quod dicit, iudicē ex officio posse
dare curatorem bonis absentis casu, & sine culpa,
sicut prodigo, & furioso, eadem ratione, furioso, &
prodigo datur cum plena administratione. d. l. in
ter bonorum, ergo eadem ratione potest dare ab-
senti, id lex non prohibet, ideo permissum, & possi-
bile est iudici. l. nec non. ex qui. ca. ma. io. & ca. 1. de
procur. in 6. & c. vna quæque, §. fi. 13. q. 2. & ita vi-
detur procedere dicta opin. Ange. & Imol. in d. l. si
quis instituatur, §. si sub conditione. ꝙ talis curator
possit intentare actiones non tempore perituras, &
plenam potestatē habere, quādo sit constitutus se-
cūdum eos, ex eo ꝙ nemo existit, qui absentem de
fendat. per not. in l. ab hostibus. in princ. ex qui. ma.
eò enim fortius videtur procedere, quando iudex
constituens (vt in casu isto fecit) dat curatorem bo-
nis absentis, non solum vt res, bona, & iura conser-
14 uet, quod habet facere, † vbi simpliciter constitui-
tur secundum Ange. in d. l. 2. & hoc casu non posset
agere, & exercere actiones perpetuas, secundum d.
opi. Az. & sequacium, sed etiam vt iura, & actiones,
& credita exigat agendo, & defendendo, ipsorum
bonorum iurium, & actionum concedendo admi-
nistrationem, vt sonant verba constitutionis curæ,
de qua loquimur. Quæ, vt talia verba sua non sint
superflua sine effectu operādi cōtra vulg. iura, aliud
non continet, nisi ꝙ curator ita datus habeat plenā
administrationem, etiā agendi, & excercendi quas-
cunque actiones indistinctè, & indefinitè prout lo-
quitur, adeo ꝙ non possit distingui de actionibus
temporalibus, vel perpetuis. ar. l. de pretio, ff. de pu-
15 blici. & indefinita † loquutio intelligi debeat vni-
uersaliter, l. si ex pluribus, in princip. de leg. 2. & ibi
doct.

doct.l.ſi plures. de legat,3.& l.quidam. de vi.tri.&
ol.leg.cum ſimil.cum maximè vltra verba,eſto cu-
rator bonorum,conſerues,addita fuerint verba,exi
16 gas,age,& defende. Nam † exigere iura, & actio-
nes,& credita,eſt propriè per viam iuris, & iudicij
ab inuito extorquere.l.fideicommiſſa.§.ſi tem. &
ibi glo.in ver.exegerat.de leg.3.& l.non ſolum. in
princ.ſolu.matr.& ibi Bar.in fi.verbum,exigit, ex-
ponit,id eſt peragit,vſq; ad ſententiam peruenien-
do,& l.ſoluendo.ff.de nego.geſt.& agas, verbum,
exponitur,id eſt perſequere in iudicio id, quod de-
17 betur. per text.in princi. inſt.de act.& agi † dicitur
quando lis eſt conteſtata. per gloſ. in l.ſi poſtea.ff.
de pecul.tradit Iaſ.in l.ſi priuſquam.col.5. de oper.
nou.nunc.exigere,& exercere actiones non peritu
ras,paria ſunt,dicit Alber.in d.l.2.nu.4.de cur. bo.
dan.quinimo hæc verba,exigas, & age,geminata,
18 debent ampliare mandatum curæ conſtitutæ. † vt
expreſsè dicit Bal.in l.falſus.col.3.verſic.Præterea
cum dicit C.de fur.

Cauſæ autem plures poſſunt aſſignari, ex quibus
motus eſt iudex ad conſtituendum hũc curatorem
bonis abſentis cum tali plena poteſtate,& admini-
ſtratione bonorum,& iuris exigendi, & agendi, &
quæ depræhenduntur ex petitione dictæ conſtitu-
tionis curæ,vna eſt,quia petens dixit, & probat in
hoc proceſſu abſentem eſſe ſuum fratrem carnalẽ,
19 pro quo † quidem aliàs habet à lege mandatum,&
poteſtatem agendi.l.ſed & hæ.in prin.ff.de procur.
ideo de facili à iudice debet,& poteſt fratri conſti-
tuto curatori bonorum alterius fratris abſentis da-
ri,& ampliari poteſtas exigendi, & exercendi om-
nes actiones,quia in habẽtibus ſymbolum facilior
20 † eſt tranſitus.l.in rem.§.item quæcunque.ff. de rei
vend.Alia eſt,quia propoſuit,& per duos teſtes pro
bauit iudici de longæua abſentia dicti ſui fratris vl
21 tra octo annorum, quæ eſt bona cauſa † dandi cura
torem bonis eius. gloſ.& doct. in l.3.C.de capt.&
poſtli.reuer.& Bal.in conſi.327.viſa ſerie facti. lib.
5.eo etiam, quia dixit ignorari,& dubitari potius
22 de morte eius,quàm de vita,ex quo† debet conce-
di curator bonorum.l.ſi pupillus.§.ſi tutor.ff. de tu
te.& rati.diſtra.& ibi expreſsè tradit Bar.in vlt.lec.
quod notari mandat Ange.Aret.in §.præterea.col.
33.ad fi.inſt.de excep.& q ipſe petẽs eſt proximior
23 in gradu,& ad eius petitionem,† ſicut ad petitionẽ
creditorum abſentis debet curator bonis conſtitui,
vt eſt glo.1.in d.l.2.ſicut ergo talis curator ad inſtã
tiam creditorum,vt ſecurius,& plenius ſit eis ſatiſ-
factum,cõſtituitur cum plena poteſtate exercendi
quaſcunque actiones, per text.in d.l.2.tenet Alex.
in d.conſil.4.col.3.lib.2.ita rationi conſonum eſt
cum eadem poteſtate conſtitui ad inſtantiam ſpe-
rantis ſucceſſionem bonorum eius,de cuius morte
fortior præſumptio eſt,quàm de vita,vt ſecurior ſit
recuperatio,& conſeruatio patrimonij abſentis, vt
ſentit Ang.in d.conſ.193.col.2.ſub verſi. In hoc er
go articulo. Alia cauſa eſt,quia abſens nullam pro-
uiſionem fecit de cura, & adminiſtratione ſuorum
bonorum,ex qua alioquin conſtituitur talis cura-
tor per not.in d.l.ab hoſtibus.ex quib.cau.maio. &
quia frater petens habet cũ fratre abſente commu-
nia bona,iura,& actiones liberas,& emphyteuticas
pro indiuiſis,ita quòd de his eſt inter eos quadam
incidens ſocietas.l.vt ſit pro ſocio.ff.pro ſoc.& ſoli
citudo,cura,& adminiſtratio bonorum, & exerci-
tium actionis litis,& irrogatio expenſarũ, quæ fie-
rent in litigijs,& aliter pro vno ſufficiunt pro alte-
24 ro,& talis communio, † & conſortium multũ ope-
ratur, vt quandoque vnus ſine mandato conſortis
poſſit agere,& litem ad finem perducere, per ſing.
caſum.l.2.C.de conſor.lit.meritò his cauſis inſpe-
ctis iudex bene fecit cõſtituendo talem curatorem
cum adminiſtratione,& poteſtate ampliata etiã ad
exercitium quarumcunque actionum, & exactio-
num,vt ante probatum eſt,etiam quòd talis petens
ipſam curam,ſibi dari petierit,Dec.in cõſ.575.col.
2.num.6.

Non videtur talis conſtitutio curatoris poſſe im
pugnari,& infringi,vel ex eo quòd fuerit data poſt
litem ceptam per ſer Liuium,vt fratrem, & coniun
25 ctam perſonam dicti fratris abſentis,quia † vti ius
ſuperueniens ex cauſa de præterito, exiſtente ante
initium dictæ litis,debet admitti,& prodeſſe acto-
ri.l.ſi mandauero.& ibi Bar.ff.mand.& in l.nõ po-
teſt.de iudi.maximè cum tendat ad confirmationẽ
eorum,quæ prius geſta ſunt,per ea quæ tradũt Bal.
Ang.& Iaſ.in l.Iulianus.qui ſatiſd.cog.

Vel ex eo,quòd D.Robertus alius frater, & par
in gradu cum ipſo ſer Liuio ad hanc curatoris da-
26 tionem non fuit citatus, quia † citatio videtur re-
quiri de proximioribus,quando datur curator bo-
nis defuncti,& ſic hæreditati iacenti,vt per Bart. in
l.ſi diu.ff.ex quib.cau.in poſſ.ea.Ale.in conſil.137.
col.2.in fi.nu.8.lib.2.Aret.conſi.109.col.1.non ve
ro in alio curatore dato extraiudicialiter bonis ab-
ſentis,quia per dationem talis curatoris non lędũ-
tur alij proximiores,imò eorum cõditio ſit melior,
vt bona abſentis conſeruentur,cum locus erit ſuc-
27 ceſſioni.& vbi ceſſat læſio, † conſequenter ceſſare
debet citatio.per l.nam ita diuus.ff.de adopt.& vbi
aliquid inquiritur,& fit extraiudicialiter,non cita-
tur is etiam,contra quem quid expeditur, vt tradit
Card.Zab.in cle.1.in prin.in 3.not.de offi.delegat.
quicquid in curatore in alijs caſibus dato dicat Bal.
in conſi.172. Dynus. lib.2.aſcripto etiam pro Ful-
goſij conſ. 114.Præterea huiuſmodi nullitas defe-
ctu citationis non factæ de D.Roberto alio fratre,
cum eius fauorem reſpiciat,vbi nolit ea vti ipſe D.
Rob.vtique ceſſat.hanc cõcluſionem probo ex his,
quæ tradit glo.in verſi.nulla ex parte.in l.& elegã-
ter.in prin.ff.de dolo.& glo.in l.2.C.de teſti.& Pe.
de Anch.in conſi.141.ſuper prędicto dubio.col.1.
& Rom.in conſi.316.circa propoſitam.in 2.dub.&
Rui.in conſi.35.num.31.lib.1.effectu enim ratum
28 debet eſſe,† cum non ſit,qui infringat,inquit tex.in
§.quoniam infirmas,in auth.de nupt.

Vel ex eo,quòd à principio non fuit factum in-
uentarium.quia hoc non tollit,quòd non fuerit cu
29 rator,ſed q potuerit remoueri,vt ſuſpectus, † ideo
valet

valet,& sufficit quòd postea fuit factum,vt per Bar.
in l.tutor qui repertorium.in princ.col.2.ff. de ad-
minist.tuto. Alex.consi.86.col.2.nu.3.lib.2. Abb.
& Dec.in c.ex parte.el ij.de appell. Vlterius in hac
causa,ex rescripto ducali cum procedi debeat visa
tantũ veritate,& æquitate,decisio vero litis ex eo-
dem rescripto, vt respondeam in hac parte Domi-
no Aduocato rei,est limitata prout de iure, ita in
procedendo potest dari arbitrium vno modo, & in
30 decidendo alio modo † vt per Bal.in d.l.sed & hæ.
ad fi.in 2.lectu.ff.de procur.& per id, quod in dies
videmus seruari in dando arbitris potestatem pro-
cedendi de iure, & de facto,& in sententiando de
iure tantum,Bar.in l.diem.§.stari.ff.de arb. vbi er-
go proceditur sola veritate,& æquitate inspecta,ad
ipsum processum sufficit adesse constitutionem di-
ctæ curæ cum satisdatione,& inuentario, alijs api-
cibus iuribus nõ inspectis,per tex.in l.si fideiussor.
§.quædam.& quod ibi not. Bar.ff.mand.

Deueniendo autem ad id, quòd cõparuit prius,
& continuè,vt etiam frater, & coniuncta persona
31 dicti sui fratris absentis,dicendum est, † & hoc no-
mine eum potuisse agere,& admitti.per text.in d.l.
sed & hæ.in pr.de procu.& in l.exigendi.C.eo. De
exceprionibus, quæ contra eum possunt, & solent
opponi,scilicet,quòd non est talis,qualem se facit,
& quòd non præstitit satisdationem de ratihabitio
ne absentis,vt per Spec. in titul.de coniuncta pers.
32 quia † excipiendo reus dicitur agere.l.1.& ibi Bar.
& doct.ff.de except.& modus agendi semper inspi
ci,& attendi debet.glo.1.ad fin.in c.hæc quippe.3.
q.6.Bald.in cõs.50.ista quæstio pendebat.vers.con
trarium.lib.4.& Ias.in d.l.exigẽdi.col.3.vers. sexto
fallit. & clarius Ang.in cons. 302.Visis & diligen-
ter inspectis.supra fi.dicit,quòd semper probanda,
& attendenda est agendi, & excipiendi forma, ex
quo capite actor agendo,vel reus excipiẽdo se fun-
dat,per iura ibi alleg. per eum, itaque inspiciendo
formam exceptionum dicti rei conuenti, nõ video
eum opponere, nisi quòd actor non est talis,qualẽ
se facit,& nullum habet mandatum à Guidoanto-
nio,quinimo si non habet mandatum, protestatur
se nolle admittere aliquam ratihabitionem, Actor
in processu probauit se fratrem Guidiantonij, &
hũc fuisse,& esse absentem,& quòd ipse pro eo ab-
sente possit cõparere,& agere probatur per d.l. sed
& hæ.vnde pœnitus hæc rei exceptio corruit.

De satisdatione non præstita de rato, non oppo
suit,& vt declinatoriam post litem cõtestatam am-
33 plius opponere † non potest,per text. & ibi glos.&
doct.in l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.eo.de pro
cur.licet enim coniuncta persona teneatur offerre
satisdationem,vt d.l.Pomponius.§.fi.& ibi glo. ta-
34 men hoc procedit,si petatur ab aduersario, † vt per
clara iura probat Ias.in l.vniuersa. C.de præci.imp.
off.& in l.1.col.2.ver.septimo intellige.C. de pro-
cur.& Boer.in decis.124.circa num.31. Cum talis
satisdatio de rato respiciat commodum, & fauorẽ
aduersarij in causa agitatã,vt habetur in d.l.1.& in
d.l.exigendi,qui & in hac specie contradixerit, &
protestatus fuerit se nolle admittere aliquam rati-
habitionem,deuentum est ad casum, quo aliter nõ
35 erat satisdandum,ideo † iniuria non fit volenti.l.cũ
donationis.C.de transact.& c.sciẽti,& c.damnum.
de regu.iur.in 6. non valuit tamen reus hac sua pro
testatione impedire actorem, quin prout fecit po-
stea,præstiterit dictam satisdationẽ, quæ sic postea
interueniens recipit ius pristinum,vt dicit Odof.in
alleg.tract.de cur.bon. dan. in rub. quando finitur
officium curatoris.nu.104.

Postremò quoniam prædicta sunt de exceprio-
nibus declinatorijs,respicientibus personam acto-
36 ris,quæ erant cognoscendæ † ante litem contest.l.
fi.C.de except.Bart. & alij. in l.exceptionem.C.de
prob.per processum ad vlteriora super cognitione
meritorum censentur quidem reiectæ,& sublatę,vt
per Bar.in l.à procedente.ad fi.C.de dila.& in l.2.
in fin.C.de consort.lit.Alexan.in consi.37.viso &
oportunè.col.4.versi. quarto confirmatur.lib.2. &
latè defendit Corne.in consil.85.col.3.versic.nam
quando opponitur.& vers.seq.lib.1.

Ex quibus remanet in omnibus resoluta præmis
sa principalis dubitatio in partem affirmatiuã pro
Actore: Cui duplici nomine,etiam agenti suffice-
ret eius libellũ saluari eo nomine, quo p̃t procede-
37 re,& non vitiatur ex alio non conuenierite,† vt ex-
presè not.Bal.in l.polla.circa princ.C.de his qui.
vt indi.refert,& comprobat Dec.in consil. 28. col.
fin.ad idem Bal.in consi.374.Quæritur vtrum ca-
ptura.nu.3.in fi.lib.4.Sign.de homod.in cõsi.238.
in quæstione.col.2.versi.sed prædictis.& per nota.
maximè per Ant.de But.in 6.not.in c.ad dissoluen
dum.de despon.impub.

Secundam principalem aggredior dubitationẽ,
super qua si vellẽ ad partes arguere,& referre hinc-
inde per Dominos Aduocatos, & Consulentes re-
lata,& adducta,& refutare refutanda, nimis in lon
gum forsan protraheretur scriptura, sed ea adducã
duntaxat,quæ videbuntur ipsam dubitationem dis
soluere,& claram reddere, & simul contraria re-
mouere.

Itaque super deductis probatis, & allegatis ab
vtraque parte habita matura consideratione,nõ ad
vnum respiciendo, vt plerunque fit,quum pro vna
38 parte præbetur consiliũ,sed cuncta rimando,† pro-
ut decet iudicem.c.fin.30.q.5.existimo iure meri-
tò ad bona petita dicto ser Liuio nominibus,qui-
bus agit ex emphyteutico iure acquisito,actionem
competere,moueor quidem his rationibus præser-
tim simul iunctis.

Primò,quòd ambæ partes in suis scripturis pro-
ductis præsupponunt,& fatentur ipsa bona,de qui-
bus agitur fuisse,& esse iuris emphyteutici ab Ab-
batia sancti Laurentij in campo, & fuisse prius, &
antiquitus antecessorum ex latere matris dicti ser
Liuij,& per eos, scilicet Bertum auum maternum,
Tonum auunculum,& Dom.Franciscam matrem,
& do.Lucretiam,& do.Baptistam materteras fuis-
se possessa,ex testibus examinatis pro dicto ser Li-
uio,probant. Ioannes aliàs Mazone primus testis
super

super primo capitulo de possessione dictarum dominarum Lucretiæ Baptistę, & Franciscæ filiarum Berti Toni Vici de Mondauio, Antonius Andreæ idem super primo capitulo, & super quarto interrogat. Baldus Trauaglini, 5. testis super 16. capitulo de possessione ser Toni filij Berti, sororum nominatarum Lucretiæ, Baptistæ, & Frãciscæ, Bartolus pacette 9. T. idem super 16. cap. super 16. interrogat. cognouisse Bertum patrem ser Toni, & dominarũ Franciscę, Baptistæ, & Lucretiæ articulatarum possedisse dicta bona, Pompilius 14. T. super 16. capitulo ex auditu ab alijs dicta bona antiquitus fuisse antecessarum articulatarum, Baptistæ Francisc. & Lucretiæ acquisita ab eis, Dominicus Detaleuus. 15. T. idem super 16. capitulo, & super 17. interrog.

39 Qui testes † de possessione prædictorum super dictis bonis deponentes, vt faciunt, probant. vt per Bar. & alios in l. stipulatio ista §. hæc quoq; stipulatio. de verbo. oblig. & Alex. in cõsi. 51. in fi. lib. 1. & consi. 133. circa prin. eo. lib. & Fel. in c. causam. col. pen. de præscrip.

Ex testibus examinatis pro Ioanne reo conuento, Dominicus Detaleuus 3. T. super 9. interrogatorio, se scire D. Lucretiam, Baptistam, & Franciscã possedisse dicta bona vti emphyteutica ab Abbatia S. Laurentij, dominus Io. Baptista Seta super 5. interrogatorio dicit, bona pdicta fuisse acquisita ab antecedentibus ser Toni. qui testes absque alia red ditione causę, ex tacita confessione inducta ex pro-

40 ductione, probant † contra dictum reum conuentũ inducentem. vt tradit Rom. in consi. 104. Pater reuerende. in fi. Ias. in rub. col. pen. versic. sexto. ff. de iureiur. Paris. in consi. 24. nume. 1. lib. 4. Io. de ami. in cõsil. 61. col. 2. Soci. Iun. in cõsi. 69. nu. 1 t. & seq. lib. 1. & Aymo. in cõsi. 201. nu. 7. & easdem tres mulieres pro indiuiso, & communiter possedisse dicta bona fatetur ipse Ioannes in suis positionibus, in prima confessa per actorem, etiam. Et consequēter eadem bona dicto iure emphyteutico fuisse per lineam finitam dicti Toni renouata, & concessa mediāte stipulatione, & acceptatione ser Roberti Lanciarini dictis dom. Lucretiæ, Baptistæ, & Franciscę, & eorum filijs, & nepotibus masculis distributiuè probat instrumentum renouationis factum de anno 1511. die 11. Augusti in iudicio productum cõtinens in calce pensionis, & canonis impositi pro annua recognitione solutiones plurium annorum factas pro dictis emphyteutis, quæ in facto important traditionem possessionis, & ratificationem acquisitionis inuestituræ per alium factæ, vt infra dicetur, & cõsequenter utilis dominij, & iuris emphyteutici acquisitionem pro dictis mulieribus, & alijs emphyteutis comprehensis in inuestitura (vt etiam dicetur infra) & præcipuum hoc vnum ex his comprehendo, quia aliud ius emphyteuticum in dictis bonis dictæ Lucretiæ non apparet affuisse, nec re vera fuit, nec erat, nisi ex dicta renouatione simultaneè, & distributiuè facta dictis Lucretiæ, Baptistę, & Franciscæ, & cuiuslibet earum filijs, & nepo-

41 tibus masculis, & pluralitas actuum, & † cõtractuũ non præsumitur. Fely. in c. cum Ioãnes. col. 3. cum seq. de fid. instr. Ias. in l. 2. col. 4. C. de bon. poss. secũ dum tab. & per gl. in versi. cõprobatur. in l. omniũ. C. de testa. Tale ergo ius emphyteuticum simultaneũ pro dicta Lucretia, & alijs comprehensis in dicta renouatione, & ex ea competens ipse Ioannes reus cõuentus dicto iure emphyteutico emens dicta bona ab ipsa do. Lucretia fassus est, & fatetur, cum id d. Lucretia sua authrix non poterat negare, per ea quæ probat Pau. de Cast. in cons. 247. In causa quæ vertitur? col. 2. in prin. lib. 1. intelligẽdo de confessione eorum, quæ consistũt in facto, nõ in iure, ob ea quæ adducit Aymo. in cõsi. 157. col. 2. nu. 5. & sequen.

Itē ipse Iõ. reus conuentus fatetur, ipsas mulieres habuisse scientiam, & notitiam emphyteusis, seu inuestituræ bonorũ emphyteuticorũ, quæ sunt cadē, de quibus cõtenditur, vt in sua positione 13. quod

42 enim quis dicit in positione, † dicitur fateri. Dec. in cõsi. 57. col. 3. sub nu. 3. vers. nam quis videtur. Alex. cõsi. 71. nu. 4. lib. 3. hãc confessionem nõ dicitur impugnare ser Liuius per suam respõsionem ad cã factam hoc modo. nõ credit vt ponitur, quod est idē dicere, nego narrata prout narrãtur, quod quidem nõ importat negationem absolutã, vt pœnã negan-

43 tis, & impugnãtis patiatur † per doct. Bar. in l. si du-

* bitetur. §. 1. in fi. ff. de fideiuss. cõmuniter approbatam, vt per Paris. in cõs. 100. nu. 9. lib. 3. similem locutionē nõ esse negationem, neq; cõfessionem, sed tenere medium, exindeq; nõ pati quod est inductũ in odium negantis, tradit Alex. in cõsi. 83. in causa, & lite. col. 1. versi. Nec ad hoc ob. lib. 1. fortius ipse Alex. in l. etiam. §. fi. col. fi. sub vers. secundo limita. solu. mat. dicit ꝙ talis negatio nõ refertur ad ea, ꝙ sic negãt sunt fauorabilia, fauorabile autem ser Liuio sic respõdenti esse reperitur, quòd ipsæ mulieres habuerint sciẽtiã dictæ renouationis emphyteusis, & ꝙ ita eam ratificauerint, vt expresse deducit, & proponit. in suo libello, ibi, quam renouationem exinde scientes &c. & in 3. positione suarũ positionũ, quas etiam in procemio earũ iurauit veras esse,

44 Ideo † talis responsio sub nube facta, & non sapiēs etiam negationem, debet interpretari taliter, ꝙ nõ sit cõtraria deductis in libello, & positione prædictis, vt propriè tradit Pe. de Anc. in cõs. 265. Quòd donatio. circa fi. refert Alex. in cõsi. 84. col. fi. nu. 4. lib. 7. & in conf. 102. col. 2. num. 4. lib. 5. & Corn. in consi. 91. col. 7. versi. Quia cõfessiones. lib. 4. Tantò magis debet fieri talis interpretatio, quia ita in actis sub die 4. Maij. 1565. declarauit dictam suam responsiem, quòd non negauit, sed præsuppoluit, & confessus est, ac credit, tam in libello, quàm in alijs actis dictas do. Lucretiam, Baptistã, & Francisc. habuisse sciẽtiã, & notitiã emphyteusis, & bonorũ emphyteuticorũ inuestiturę, assignãdo rationē suæ sic limitatę responsionis, cui quidem declarationi † debet stari. l. si quis intentione. & ibi Bartol. ff. de iudi. ponit Alex. in consi. 115. nu. 2. lib. 3. cum si. & talis declaratio potest fieri quandocunq;, etiam post cõclusum in causa, & fortius quàm reuocatio, quæ

quæ sic potest fieri quando non est probandum de
errore. Math. de Afflict. in decis.44.nume.2. ita q
46 attendenda est etiam confessio, † dicti Ioannis rei
conuenti in sua positione, 13.per ea quæ not. Bart.
in l.post legatum.in princi.col.fina. ff.de his qui.vt
indi.& Guid.Pap.in q.182,eo habito, ac si negatio
esset reuocata,vt ibi per Bart.hæc confessio prodest
Actori filio vnius ex dictis mulieribus, per quen-
dam transmissionis influxum,ex dispositione legis,
vt in simili probat Bal.in l.1.col.17.versic. vlterius
quæro.nu.89.C.de confes.& hæc sunt ad præmissa
pro decisione istius dubitationis.

Secundò,contractus inuestituræ, & renouatio-
nis,ex qua experitur ser Liuius,initus per ser Rober
tum Lanciarinum stipulantem, & acceptanté vice,
47 & noíe dictarũ mulierũ, † & pro cuiuslibet earum
filijs,& nepotibus masculis,valet.per gloss.in l.hu-
iusmodi.in princip.de leg.1.cum qua glos. dicit ibi
Ias.in pen.colum.q indiferenter omnes doct.tran-
seunt.& aliàs concord.gloss.idem Ias.dicens ita es-
* se commu.adducit in l.stipulario,§.alteri.col.4.sub
ver.ante gloss.Bar.de verb.oblig. & firmat Bart. in
d.l.§.si stipuler.col.2.versi.sextus modus. ita verba
contractus,& pacti inuestituræ isto modo esse aptè
48 concepta,& valere pactum pro extraneo, † propriè
tradit Bal.in c.1.colum.pen.sub versi.sciendum est
tamen.si vassal.feu.pri.cui deler.sequitur Cur. Iun.
in tract. de feu. in 2. par. rub. an in feu. appel. fili.
contineantur nepotes. in 2. dubita. columna fi-
49 na. potest enim inuestitura † pro alio recipi, per
text.in ca.1.§.pen.per quos fiat inuesti. & quia fuit
interpositum iuramentum, ex parte Domini con-
cedentis, non solum,q cõcedens potuerit compel-
li ad obseruantiam iuramenti, & requiratur cessio,
vt vnus pro reo conuento consulens inaduertenter
dicebat, sed etiam valet ad acquisitionem actionis
sine cessione, his rationibus, q per iuramentum ex
50 præsentia Dei suppletur præsentia partis, † pro qua
exponitur actus iuratus, & inducitur ius iudicij, vt
post alios probat Ias.in d.§.si stipuler. in fi. & in d.
§.alteri.col.3.in 4.limit.& Alex.in l.possessio. §.1.
col.pen.in fi.ff.de acquir.poss.cum concord. alleg.
per Dominos Aduocatos Actoris, & licet stipula-
tio notarij in eadẽ renouatione pro omnibus, quo
rum interest &c. fuerit inserta in sola promissione
Domini Concedentis de euictione &c.tamen po-
test referri ad principalem contractum renouatio-
51 nis, ex argumento, qui vult † consequens &c. l. ad
rem legatam, ff.de procur. l.illud.de acq. hæred. &
52 stipulatione notarij acquirit actio sine cessione † se-
* cũdum com.opi.attestatam per Aym.in consi.252.
col.2.& Rui.consi.119.num.7.& consi.126.nu.10.
& consi.172.nu.15.lib.1.& Gozad.cõsi.87.nu.14.
& illa generalitas, pro omnibus quorum interest,
nõ vitiat acquisitionem ob incertitudinem, vt ex-
presè tradit Pau. de Cast.in d.§. alteri. col. penul.
& ibi per alios, sic etiam nascituris potest acquiri
Aymo consi.19.nu.10.

Tertiò dicta bona antiquitus iuris emphyteutici
existentia antecessorum dictarum mulierum, & sic
etiam matris dicti ser Liuij, & per lineam finitam
Toni carsi fratris,vt continet ipsa renouatio, & per
consuetudinem dictæ ecclesię inuestiendi, & reno-
uandi fœminas, finita linea masculorum,vt proba-
tur in processu, & per consuetudinem extendendi
similes renouationes pro recipiente,& filijs, & ne-
potibus masculis,vt ex inuestituris in processu pro-
53 ductis põt cõprehendi,omnino erant debita † dari,
& renouari in emphyteusim, prout fuerunt data,&
renouata, dictis mulieribus, & eorũ liberis mascu-
lis.per doctr.Bar.in l.1.§.permittit. de aqua quot.
* & æsti.cõmuniter approb.vt per Dec.in consi.231.
& Soci.in consi.99.col.pen.lib.1.cum concord.cu-
mul.per Tiraq.de retract.in præfa. nu.41.42. ergo
dicta renouatio potuit fieri,& stipulari per aliũ no-
mine eorum, quorum eadem bona ex lege futura
erant,& datur vtilis actio in rem.argu. l.pen. C. ad
exhiben.& not.per Alex.in d.l.possessio. §.1.nu.4.
de acq.pos.& per Bar.& alios in d.§.si stipuler.post
9.fall. Natura enim talium bonorum est,vt sic den-
54 tur, & renouentur,ergo † sic renouata, & stipulata,
ac quæsita intelliguntur secũdum eorum naturam,
vt in simili per bona iura probat Rom. in l. Gaius.
col.5.ver.ego sequor.nu.18.solu.matr. ita ex titulo
habito lege cogente, & ex dispositione legis, absq;
55 alia traditione transfertur dominium, † secundum
Bar.in l.traditionibus.in fi.in 1.lect.C.de pact.quẽ
ibi doct.communiter sequuntur, ista enim actio ac-
56 quisita ita ex legis potestate, dicitur datiua, † & ad
rem competit pro vtili dominio, non requisita alia
traditione.vt per Cyn.in l.ea lege.col.1.C.de cõd.
ca.da.dum allegat.l.1.C.de don. quæ sub mo. & l.
qui mortis causa, ff.de do.ca.mor.& Bald.in l.si, vt
ꝑponis.in 3.op.C.eo.de cõd.ca.da.sequitur Corn.
in consi.37.Circa primum.col.7.lib.3.dum respon
det ad quartum argumentum faciens etiam contra
hanc partem, vbi latè adducit, his similibus filijs
57 † vocatis in emphyteusi data etiam alijs pro eis si-
ne alia traditione, vel appræhensione possessionis
dari vtilem rei vendicationem.per deci.spec.in tit.
de loca.§.nunc aliqua. versic.169. & per alia alleg.
per eum,& per Deci.in consi.239.colum.6.sub nu-
me.8.& Rui.consi.25.colum.6. nume.16.lib.1. vi-
detur tex.indistinctè loquens,per contractum con-
ductionis velle emphyteutis competere actionem
in rem aduersus concedentem Dominum, & ma-
gis aduersus quemcunque possessorem,in l.1. §. fin.
ff.si ager vecti. vel emphy. pet. quod intelligo pro-
cedere in renouatione facta ex dispositione legis,
vbi possessio non fuerit tradita, per supra alleg. vt
cessent difficultates per Alexand.in l. ex facto, §. si
quis rogatus.colum.10.sub nume.22.ff.ad Trebel.
allegatæ contra illam decis.spec.in d.versic.169. &
per Corn.in consi.173.colum.5.& sequen. lib.2.&
stante validitate dictæ renouationis per alium sti-
pulata,& acquisitione actionis sine cessione,per su-
pra alleg. Quia vt ante dixi, huius quæstionis deci-
sionem facio,& intelligo his præcipuè rationibus,
adductis,& adducendis simul iunctis.

Quartò, quia ratificatio dictarum mulierum de
dicta

dicta renouatione nomine earum,& cuiuslibet ea-
rum filiorum, & nepotum masculorũ facta, & tra-
ditio possessionis dictorum bonorum eis facta pro
bata iure dici potest,de ratificatione his coniectu-
tis colligitur probatio, mulieres saltem honestio-
rem,& ciuiliorem vitam ducentes eorum negocia
foris peragẽda omnia uiris solent communiter per
mittere, ea geri ꝑ homines sibi attinẽtes,seu fidos,
& beneuolos,qui cum appareat eos aliquid pro ip
sis mulieribus expendisse,& soluisse, præsumuntur
id dixisse,& notificas se ipsis mulieribus, vt sciant
gesta,& soluta pro eis,vt soluta restituant,eo quòd
58 nemo † præsumitur iactare suum. vul.l.cum de in-
debito.ff.de prob.& gesta ad vtilitatem alicuius in
loco solent statim innotescere ei, ad quẽ pertinent,
vbi maximè quid expeditur cum impensa, ut fuit
solutio flor.20.per illum ser Robertum obtinentẽ
dictam renouationem factã Domino concedenti
pro dictis mulieribus,& vt fuit solutio vnius paris
caponum,maximè duorum ann.1512.& 1513.im
mediatè dictam renouationem sequentiũ, pro an-
nua pensione dictorum bonorum emphyteuticorũ
facta ꝑ dictis mulieribus emphyteutis,anteq̃ dicta
bona inter se diuiderent,vt de his solutionibus ap-
paret in calce instrumenti dictę renouationis,& eo
ꝙ ista sunt actu tendentia ad acquisitionẽ,& cõser-
59 uationẽ iurium dictarũ mulierũ,ideo† de his pręsu
mitur perquisitio,& sciẽtia earũ,vt in simili not.ad
ducit Gui.Pap.in cõs.23.Viso facto.col.7.vers. Iste
contractus.nu.20.paruæ impres. vbi loquitur pro-
priè de donatione facta pro muliere absente, quæ
de ea vt facta publicæ coram notario,& pertinente
ad eam præsumitur habuisse sciẽtiam, & ꝙ interim
in præiudicium iurium talis contractus, donec ap-
probatio, aut refutatio facta fuerit, nihil fieri de-
bet,& factũ non valet,vt ibi per eũ,refert, & sequi-
tur Ripa respon.17.nu.fi.lib.1. vbi & alia adducit
de verisimili notitia data amico, & familiari, pro
quo facta sit acquisitio.sic autem de factis ab acci-
dentibus communiter solitis deuenire ad notitiam
60 probatur † scientia. Aymo in consi.40.col.2.num.
3.consi.123.colnm.1.num.5.idem in d.consi. 123.
num.3.& in consi.168.col.2.num.5.& consil. 271.
col.antepen.& pen.& maximè quomodo quis pos
61 sideat bona acquisita, immo vxor præsumitur ha-
bere notitiã de bonis mariti, † quæ sint emphyteu-
tica,vt per Corn.in consi.165.col.7.sub ver.secun-
do respondetur.lib.2.& ipsemet reus fatetur in sua
positione 13.& actor in suo libello,& in positioni-
bus allegat,& deducit de scientia dictarum mulie-
rũ de dictis bonis emphyteuticis,vt supra in prima
ratione dictum est,& de hoc penes me nulla est du-
bitatio, qua quidem scientia stante de dicta reno-
uatione emphyteutica, & continuando bona ipsa
possidere,& ea demũ inter eas diuidendo, licet nõ
expressè dictæ mulieres ratificationẽ fecerint, tñ
tacitã fecerunt ratificationẽ, † quæ re ipsa, & facto
habita,& collecta sufficit per l.Paulus.ff.rem ra.ha.
in terminis de concessione emphyteutica pro alio
accepta probat Dec.in consil.58.col.1. imò ibi sub

iungit,eo ipso,ꝙ D.Frãcisca, (quę sic appellabatur,
prout mater nostri Actoris)sciuit cõcessionẽ pro se
factam,& nomine suo, & non contradixit, dicitur
63 ratificasse,ad hoc vt sibi acquiratur,quia † in respi-
cientibus acquisitionem fiendam, non improbare
est approbare. allegando Bartol.in l. quo enim.ff.
eod. vt ibi per eum,& in l. semper qui non prohi-
bet. numero 2.de regul.iur.& in consil.367.col.2.
ad fin.& consil.486.ad fi.& consi.583.colum.2.ad
fin.& consil. 587. colum.fin. in quibus locis plura
tradit de tacita ratificatione contractus pro ipso
ratificante initi.

De traditione autẽ eisdem mulieribus facta,con
stat,quòd tempore dictæ renouationis erãt in pos-
sessione ipsorum bonorum concessorum, vt clarè
deprehenditur ex deductis supra in prima ratione,
& in eadem possessione fuerunt confirmatæ per di-
ctam renouationem, vt in ea legitur, vnde ex tali
possessione penes eas tunc existente, & sic sciente
patiente,& confirmante dictam possessionem Do-
mino Concedente, pro facta habetur traditio, ex
qua vtile dominium in eas translatum,& acquisitũ
est per text.in l.2.C.de acq.poss.& in l.quædã mu-
lier.ff.de rei vendi.quo titulo renouationis emphy
teuticæ habito, præsumitur eas continuasse posses-
64 sionem ex dicto titulo. †vt per Bart. in d.l.mulier.
cum concord.allega.per Socin.in consi.15.num.7.
lib.4.& Aymo.consil.255.nume.3.Quinimo Do-
minicus Detaleuis 3.Testis rei conuenti super no-
no interrogatorio dicit, scire dictas mulieres pos-
sedisse dicta bona vti emphyteutica ab Abbatia san
cti Laurentij,cuius,& vnius testimonium sufficeret
contra ipsum reum inducentem,vt tenet Soci. Iun.
in d.consi.69.nu.11.& seq.lib.1.

Et consequenter ex dicta ratificatione, & tradi-
tione possessionis continuatæ habita, emphyteuti-
cũ ius vtilis Dominij verè fuit acquisitum dictis d.
Franciscæ matri dicti Actoris, & d. Lucretiæ,& d.
Baptistæ eius materteris. per not.in d.l.traditioni-
bus,& Dec.d.consil.58.col.2. cum coucord. Atque
successiuè per dictam ratificationem,& acquisitio-
nem vtilis dominij dicta renouatio perinde haben
da est,ac si verè facta esset ipsis mulieribus.per tex.
in l.si pupilli.§.item quæritur.ff. de negoc.gest. ibi,
ratihabitio (inquit) fecit tuum negocium, tamm
65 enim habens factum dicitur facti author. †not.Bal.
in l. supra. §. Cassius. de aqua pluui.arcend. ita in
simili adducit Aymo.in consi.304.colum.2. versi.
Hoc ita præsupposito,pariter ratificatio ista conti-
net approbationem emphyteusis acceptæ pro filijs
masculis ipsarũ mulierũ. per ea quę firmat Paul. de
Ca.in cõs.1.ad fi.lib.1.& Bal.in cõs.10. Itẽ ꝙ si ali
quis.in fi.lib.1.exinde acquisitio facta intelligitur
66 † cũ oneribus,& qualitatibus adiectis in cõcessio-
ne, & renouatione. l.Gaius ff.de manu. Aymo.in
consil.251. col. 4. versic. non obstat renunciatio.
Quibus quidem filijs est taliter debita dicta em-
phyteusis, ꝙ si (vt in casu isto) deficit Lucretia sine
filijs masculis, tota deuoluta est ad filios masculos
Franciscę,& Baptistæ,per distributiuam,& cuiusli-

67 bet ipsarum filijs, &c. † quæ tribuit actum in soli-
dum filijs masculis superstitibus ipsarum mulierũ;
& sic dicto Actori pro dimidia, vt petit. ita in ter-
minis probat Corn. in d. consil. 165. circa primum.
colum. 1. & sequen. lib. 2. Curt. Seni. in consil. 49.
memoriæ. col. 7. versicu. tertiò confirmatur. nu. 37.

Ex quibus tria inferuntur, quæ propius tangunt,
& faciunt resolutionem istius quæstionis, & præci-
puam partem contrariorum tollunt.

68 Primum, quòd matre † accipiente emphyteusim
pro se, & suis filijs, acquiritur emphyteusis etiam
ipsis filijs. tradit Barto. in l. quod dicitur. in fin. de
verb. oblig. quoad actionem realem, quando ma-
ximè in receptione contractus emphyteutici fuit
tradita res, vt euenisse in casu isto ostenditur, ex eo
quòd dicta mater cum sororib. emphyt. in posses-
sione penes eas existente fuerunt confirmatæ per
dictam renouationem, vt dictum est. ita sentit Bar.
in l. ex facto. §. si quis rogatus. versicu. Quæro quid
in contractib. ad Trebellia. dum in contractu em-
phyteu. per patrem recepto pro filio naturali non
valeat, vti recepto per matrem, vel alium extraneũ
arguat: & ei non acquiratur actio personalis, neq;
realis, quia non fuit in possessione ipse, nec alius ꝑ
eo, quasi quando alius pro eo fuisset in possessione,
fuisset ei acquisita actio realis, nam per alium quis
69 potest recipere possessionem. † no. Bal. in c. 1. §. sed
vtrum. per quos fi. inuest. & ex inuestitura materna,
70 quando specialiter est dictum, succedunt filij, † vt
c. 1. an mari. succed. vxori, & hanc opin. sibi placere
dicit Alex. in d. §. si quis rogatus. col. 9. sub num. 22.
hac ratione, ꝙ mater videtur recipere emphyteusim
ordine successiuo, primo pro se donec viuit, deinde
pro filio, cuius autem respectu videtur stipulatio, &
receptio cõferri in tempus, quo res iam erat effecta
sua quoad vtile dominium. l. quod sponsę. C. de do
na. ante nupt. & sic quòd valeat acquisitio pro filio
71 † intelligo quadam via successionis ex compræhen
sione inuestituræ. per text. in d. c. 1. an mar. succe.
vxo. & in c. 1. de eo qui fi. vel hæred. masc. & prout
tenent Alexand. in consil. 106. col. 2. nu. 2. lib. 4. &
Corn. in consil. 100. col. 2. lib. 4. dum indistinctæ se
fundant in natura concessionis continentis vigore
clausulæ complexiuæ, vsque in tertiam generatio-
nem nepotes, quòd possint agere pro re emphyteu-
tica contra emẽtes à filijs primi inuestiti absque eo
quòd probetur ipsis nepotibus aliquam traditionẽ
fuisse factam.

Secundum, quòd dicta renouatio post receptio-
nem rei emphyteuticæ, & pro cuiuslibet earum mu
lierum filijs masculis vsq; in tertiam generationẽ,
& personã completã &c. continet clarã substitutio
nem, ita ꝙ præmorientis portio deueniat in superui
uentẽ, & præmoriente Lucretia sine filijs masculis,
sua portio deuenit in filios masculos Franciscæ, &
Baptistæ suarum sororum vigore dictę substitutio-
72 nis, ꝗ põt fieri in contractibus. † & absq; alia tradi-
tione substituti possunt agere rei vẽdicatione per l.
vt hæredibus. de leg. 2. & authoritate. Bal. & Pa. de
Cast. non solũ in donatione, sed simpliciter in con-
tractibus, & in transactione firmat Aym. in cõs. 19.
col. 3. n. 8. 9. & per Dec. in d. l. traditionibus. col. fi.
nu. 14. Id quoq; euenit voluntate cõcedentis sic rei
suæ legem imponentis, vt post mortẽ primorum re
cipiẽtium filij superstites vtili actione in rẽ possint
vendicare rẽ concessam. arg. l. quoties. C. de don. ꝗ
sub mo. per Dec. in loco proximè alleg. & Bal. & Sa
73 lyc. in l. fi. C. res inter al. act. nã valet † pactũ, ꝙ em
phyteusis de vno perueniat in aliũ, per d. l. quoties.
inquit Bal. in consi. 271. ad euidentiã. nu. 3. lib. 3. &
in c. 1. §. & quia vidimus. col. 4. de his qui feud. dar.
poss. dicit in emphyteusi esse idem, quod in feudo,
ꝙ per naturam cõtractus, & tacitam prouidentiam
contrahentium accrescat, & hæc appellatur tacita
74 substitutio, ita † vigore repetitæ conceptionis voca
tum in cõcessione rem emphyteuticam alienatam
posse vendicare contra emptorem, probat Deci. in
consi. 263. colum. fi. versic. similiter ius, quia res sic
per pactum iuris accrescendi affecta in emptorem
transit cum sua causa, & affectione, vt dicit Bald.
in consil. 465. hæredi habenti. numero 4. in fin.
lib. 5.

Vltimum, & tertium est, quòd filij Franciscæ, &
Baptistæ, moriente dicta Lucretia sine filijs mascu
lis, per dictam renouationem dicuntur res emphy
teuticas habere causa mortis capione. per l. qui prę
tio. & l. mortis causa capimus. in princip. & l. mortis
causa capitur. in princ. ff. de dona. causa mor. dicunt
Bart. & communiter alij in d. l. si mihi, & Titio. de
75 verbo. oblig. & Bald. in consi. 431. ad euidentiam.
in 2. ratione. lib. 2. vbi etiam in fi. dicit, quod † sub-
iacet mortis causa capioni, dicitur subiacere vltimę
voluntati, & in hoc cum Spec. in titu. de loc. §. nunc
aliqua. versi. 70. quæritur. allegando. l. 1. C. de don.
causa mor. arguat ad donationem causa mortis, cla
rius esse donationem causa mortis, dicit Alexan. in
consi. 107. col. 1. versi. secunda ratio. lib. 4. dicendũ
videtur in tali donatione causa mortis posse agi si-
ne alia traditione, vt l. 2. ff. de publici. vt in simili
adducit Dec. in consil. 239. colum. 6. versic. & spec.
in loco præallegat. licet superioribus magis adhę-
ream.

Quæ si rectè, & sincerè intueantur, remouent qui-
dem omnia, quæ in contrarium allegantur per ex-
cell. D. Aduocatum, & D. Consulentes pro reo con
uento, quæ per eos allegata procederent, quando
per reuocationem per illum ser Robertum receptá,
& stipulatam pro dictis mulieribus, & earum cuius
libet filijs, & nepotibus masculis actio sine cessione
non esset eisdem acquisita, prout est acquisita per
allegat. supra in 2. ratione, & quando dictæ mulie-
res non ratificassent dictam renouationem, & eis
non fuissent traditæ res emphyteuticæ. cuius con-
trarium ostensum est supra in 4. ratione. & quando
per lineam finitam masculorum ex dispositione le-
gis hæc emphyteusis non esset renouanda, & dãda
istis mulieribus, & earum liberis masculis, vt reno-
uãdam esse, & propterea hoc casu, & contractu solo
sine traditione vtile dominium posse dici trãslatũ,
demõstratum est s. in 3. ratione. Et quando isti filij
masculi

masculi forsan ex inuestitura alijs facta, & non ex
successione quadam, & substitutione iuris non de-
crescendi, & repetitæ concessionis, & pacti in rem
appositi per concedentem venirent, prout eos veni
re, & posse agere contra emptorem ad dicta bona
alienata dictum est s.allegando Alex.in cons.106.
col.2.lib.4.& Cot.in cõsil.100.col.2.lib.4.& Dec.
in consi.263.col.fi.vers.similiter ius accrescendi.&
cons.326.col.fi.ver.secundum dubium.

Tertia, & vltima superest explicanda principalis
dubitatio, quæ penes me parum est dubia, nam cõ-
* munis doctorum est sententia, per diuisionem etiã
76 cum clausula renũciationis, † & remissionis iurium
hinc inde, inter diuidentes non esse remissam em-
phyteusim deuolutã ad superstitem vocatum in in-
uestitura per mortem vnius ex diuidentibus. vt per
Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.pen. in 10.q.
de verbo.oblig. & ibi alij scribent.Bar.in consi.58.
ex themate. in fi.Alexand. in consi.21.lib.5.Ias. in
consi.173.col.7.& sequen.lib.4.Dec.cõsi.326.col.
fin.Rui.consi.1.num.11.& consil.47. num.2.lib.1.
& alibi per doct.

Clausula ad habendum &c. nõ est posita in par-
ticula instrumenti diuisionis continẽte tertiam par
tem bonorum diuisorum assignatam Lucretiæ, quę
vendidit, tamen posita nõ releuaret, quia intellige-
77 retur ad specificata, † quatenus sunt ipsi Lucretiæ
consignata, & ad eam spectant, & non ultra, vt in
specie respondit Corn.in consi.37.col.6.sub versic.
Nec huic interpretationi.lib.3.idẽ de hac clausula
sentit Bar.in cons.72.ex facto.col.pe. vers.præterea
pactis.& intelligeretur de alij rebus natura emphy
teuticis.quia puto doct.Bart.in d.§.duo fratres. in
8.quæst.loquentem de remissione fideicommissi, se
cuta alienatione, & aliorum in d.doctr. se fundan-
tium non posse, nec debere intelligi in emphyteu-
si, quia maxima est differentia circa alienationem,
& remissionẽ, inter emphyteusim, & fideicommis-
78 sum.nam † emphyteusis per solum emphyteutam
non potest alienari in extraneos sine consensu do-
mini.l.fi.& ibi doct.C.de iure emphyteu. & c.1.de
79 a .feud.& c.potuit.extra loc.fideicõmissum † verò
potest libere per eum, cui debetur scienter remitti,
& renũciari.l.1.& l.cum proponas filios.C.de pac.
ergo per generalem licentiam alienandi non venit
remissio emphyteusis, sicut fideicommissi.quoniam
80 hæc licentia † alienandi generalis nõ continet pro-
hibita alienari, per iura alleg.ab Aymo.consi.200.
num.6.& 8.maximè quando potest operari in alijs
bonis non prohibitis alienari.

Cum igitur diuisio non tollat emphyteusim eue
niente casu deuolutionis ex iure non decrescendi,
81 vel repetitæ concessionis, neque † etiam obligatio
aliqua de euictione tenet, vel impedit petentem
rem emphyteuticam ex facto eius, cum quo diuisit
ipse petens, vel eius author, & ex natura rei per l.
fundum meum.ff.de euict. tenet Barto.in d.§.duo
fratres.circa fi.etiam quòd dictæ res emphyteuticę
cum alijs bonis allodialibus in totum peruenerint
in portionem Lucretiæ, & Baptistæ, & non Fran-
ciscæ matris actoris. per glos. in l.si familiæ.C.fa-
mil.erciscun.ibi doct.tenent, tamen debentur non
impediente eo, quòd allodialia peruenerint ad pe-
tentem, vt probat text.in c.1.de natu.suc.feud.& in
c.1.de eo qui finem fecit agn. cum simil. ideo dici
non potest non habenti portionem in emphyteusi,
82 ius accrescẽdi nõ habere locum.† secundum Bal.in
l.1.col.fi.C.quando non peren.par. quia nõ discu-
tiendo de veritate huius dicti Baldi, hic non agitur
de iure accrescendi propriè, sed ex iure non decre-
scendi, & repetitæ concessionis ex tacita substitutio
ne, vt supra dictum est, & contra Bald.in loco hic al
* leg.est communiter, & verior opi.dicit Aret.in d.§.
duo fratres.col.fi. comprobat Ruin.in consi.8.col.
fi.versi.non obst.not.per Bal.lib.1.id autem, quod
d.glos.in l.si familiæ, dicit esse verum, quñ sciens
emphyteusim accepit in partẽ, potest procedere in
specie nostra, quia dictæ mulieres sciebãt dictã em
phyteusim, vt demonstratum est supra in præceden
ti dubitatione, in prima ratione, præterea aduerten
dum est, quòd distinctio scientiæ, vel ignorantiæ
fit quando res vendicatur ab extraneo, non vero
quando vendicatur ab vno ex diuidẽtibus ex facto
83 ipsorum, quia tunc nõ tenetur de euictione. † vt per
Bar.in d.§.duo fratres.in fi.quem ibi doct.sequun-
tur, maximè in 11.q.& super glo.quasi præsumptio
sit scientiæ iuris competituri cohæredi, seu socio di
uidenti. per reg.l.qui cum alio.de regu.iur.ergo in
hoc casu cessat dispositio.l.vẽdicantem.ff.de euict.
Alex.consi.21.col.3.lib.5.& Sal. in d.l.si familiæ.
in fi.clausularum præsertim pro remissione, & re-
nunciatione emphyteusis ad dictum diuisionis in-
strumentum fieri non potest alia extensio, quia ne-
que notarij rogati, neque aliorum in loco, maxi-
mè tempore dicti instrumenti, aliqua consuetudo
super dictis clausulis est probata, vt latè ostendit D.
Aduocatus actoris, ideo super hoc vti non necessa-
rio non dicam aliud.

Venditio, & alienatio facta dicto Ioanti ab An
gelo Io.Prosperi de Monterolo de vno petio terræ
ex petitis sito in fundo Roncal ïæ, nihil penitus im
pedit actorem quã ius suũ emphyteuticũ post mor
tem d.Lucretiæ deuolutum prosequatur, vt factum
alienum, quod actori nõ nocet, de alijs duobus pe-
tijs terræ emphyteuticæ alienatio facta (vt dicitur)
ab ipsa Lucretia dicto Ioanni non impedit etiam
actorem agere, vt per claras decis.s̃. probatum est,
& vt facta non à matre actoris, non debet attẽdi ad
quæstionem, quãdo per alienationem factam à pri
mo receptore intelligatur præiudicatũ filijs in em-
phyteusi, quia actor non est filius, nec hæres alie-
nantis, ergo omnino sumus extra terminos dictæ
quæst.

Præscriptione aliqua non potest quoque Ioan-
nes reus cõuentus se tueri, quoniam certi iuris est,
non fuisse ad ser Liuium actorem deuolutam dictã
emphyteusim, nec potuisse pro ea agere viuen-
te d. Lucretia, quæ prius non obijt nisi de an-
no 1564. mense Februar. vt deponunt quartus de-
cimus testis Põpilius super octauo capitulo acto-

ris, & 16. T. Aurelius super eo. capitulo licet non recordetur de mense, & 17. T. Secundus, super eo.
84 c.& de mense Febr. Ideo non valenti agere † maximè iuris impedimento, non currit præscriptio. per l.1.in fin.C.de anna. except.& l.fi.§. sin autem sub conditione.C.com.de lega.tradit in specie Pet. de Anch.in consi.44.Primo de viribus. col.fin.versic. postremo.Corn.in consil. 37. colum.6. versic. nec obstat tertium.lib.3.Bald.consi.383. Considerandum est, ad fin.lib.2.& Iaso.in consi.7.col. penult. versic.vltimo. lib.3.& cum concord.alleg.in simil. per Dec.in consi.468.ad fin.& consi.498.num. 23. ratio potest assignari, quia propter defectum prolis masculinæ d.Lucretiæ deuenit emphyteusis ad ser Liuium, & fratres, ideo ea viua, non poterat reuocari alienatio per eam facta secundum Bal. in c. 1.§.hoc quoque.col.1.ver.sed oppo.de success.feu. & quia ea viuente, non poterat dici verificata conditio supradictæ tacitæ substitutionis de filijs masculis dictarum mulierum, quare nō currit interim præscriptio. per tex.in d.§.sin autē sub conditione.

Et consequenter diffinitiua sententia proferēda est pro Actore ad bona petita cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt post mortem d.Lucretiæ.l.fructus.ff.de rei vend.liquidandis ex testificationibus factis in processu. † vt in similibus ponit
85 Matth.de Afflict. in decis.35. nu.2.3. Absoluendo victum ab expensis litis ob iustam causam litem prosequendi pro euictione conseruanda forsan cōtra suos authores, per ea quæ no.Bar.in l.at qui natura.§.cum me absente.vltra med. versic.& propter hoc nu.5.ff.de neg.gest.& ob excellentiam Doctorum pro eo Consulentiam Corne. consil.181.col. fin.lib.3. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM LV.

ARGVMENTVM.

Testamentum suggestionibus hæredis factum ab infirmo laborante in extremis, & per plures testes probato non sanę mentis, & pluribus suspitionibus plenum, non valet, & non reuocat primum testamentum iam ab eodem conditum ritè.

SVMMARIVM.

1 *Legislatores cautelas quamplurimas obseruari mandarunt, ne fraudes, & falsitates committerentur in condendis, & probandis testamentis.*
2 *Testamentum dependet à voluntate vnius.*
3 *Contradictio solius testis suspitionem inducit in testamentis, in quibus maior solemnitas requiritur.*
4 *Suspitio sola in ciuilibus facit, & sufficit ad auferendā fidem probationis.*
5 *Fraus, & dolus indicijs, & coniecturis probatur.*
6 *Mendax præsumitur quis in dolo cedente ad eius commodum.*
7 *Clausula insolita arguunt suspitionem.*
8 *Vnitas potius est, quam coniunctio inter maritum, & vxorem.*
9 *Persona magis dilecta plus debet honorari.*
10 *Testamentum factum ab infirmo ad interrogationem, & suggestionem alterius, non valet.*
11 *Memoria hominis propinqua mortis vexatione turbati non potest plures res consequi.*
12 *Testibus numero pluribus, verisimiliora, & rei proposita aptiora deponentibus magis credi debet.*
13 *Mens sincera est principale requisitum in testatore.*
14 *Testamentum debet probari per legitimum numerum testium requisitum ad probationem testamenti.*
15 *Testamentum per quot testes probetur de iure canonico.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Eram ac iustam existimo conclusionem prudenter, & opportunè firmatam per excell. D.Aduocatum Ioā. Petri, quòd primum testamentum Marci solenniter conditum, & instrumento publico probatum præualeat, in quo hæres institutus est d.Io.Pe.non verò debeat attendi eius vltimum testamentum, in quo reperitur hæres scriptus Andræas, nam eādem sententiam, & conclusionem subscribens ex allegatis partim, partimq; ex addendis, comprobo his, quæ sequuntur fundamentis.

Primò animaduertendum est, quòd legislatores ne fraudes, & falsitates cōmitterentur in condendis, & probandis, testamentis, cautelas quamplurimas multis vigilijs excogitatas, & in ampliori nu-mero testium, & in perquirenda persona testatoris
1 obseruari mandarunt † vt l.hac consultissima, & l. iubemus.C.de testa.& l.fi.de fideicom.& l.si quando.in princ.de inofficio.test.& glos.ac doct.in l.senium.in l.furiosum.& in l.discretis. Qui testa.face.
2 possunt, ratio est euidens, quia † testamentum dependet à voluntate vnius l.illa institutio.in prin.ff. de hæred.insti.glos.in l.hæreditas. C.de pact.conuen.& babet effectum, & firmitatem post mortem disponentis, & non prius l.4.de adi.lega.quo tempore amplius eius arbitrium redire non potest. l.1. C.de sacrosanct. ecclesi. & hæreditates defunctorum, & bona relicta summoperè viuentibus sunt grata, & appetibilia, iuxta carmen Martialis, vitam quæ faciunt beatiorem, iucundissime Martialis hæc sunt, res non parta labore, sed relicta, ergo in hac materia valde suspecta, & subiecta fraudibus, & falsitatibus multum cautè debemus procedere, & leuiores suspitiones, & coniecturę sufficere debent ad inducēdum nos credere fraudem, & falsitatem commissam, vt non credatur instrumento sic suspecto, ita arguit glos.in l.1.§.fina.ff.
3 quemadmo.test.aper.quòd † in testamentis, in quibus

bus maior solennitas requiritur contradictio solius testis suspitionem inducit, quam glos. ibi Bartol. & communiter doct. sequuntur, & dicetur in-
4 fra. sola autē suspicio † in ciuilibus alias sufficit ad auferendam fidē probationis. Cur. iun. consi. 132. col. fin. num. 10. Aymo. consi. 28. nume. 9. & consil. 56. col. fin. & consi. 134. col. 7. nu. 26. vbi alios concord. etiam allegando tradit, instrumentum suspectum de falso non probare, prout est suspectum instrumentum continens prætensum vltimum testamentum dicti Marci, vt j. etiam ostēdetur, ergo validum, & probatum remanet testamentum dicti Marci in quo Io. Petrus est hæres institutus.

5 Secundò, quoniam fraus † & dolus indicijs, & coniecturis probatur. l. dolum. C. de dolo. & probatur ex mendacio. l. si quis affirmauerit. ff. eo. l. rectissimè. in fi. de libe. ca. gl. fi. in fi. in l. itē si pretio. §. fi. ff. loc. cū sim. dolus aūt dicti Andreæ c... isius contra dictū Marcū, vt induceret eum ad reuocandum testamentū, in quo erat institutus hæres Io. P. & ipsum faceret hæredem, probatur ex his, quæ attestantur Petrus Antonij 5. testis, & Gregorius 9. testis super 4. capitulo examinati pro dicto Io. P. quòd ipse Andreas fassus est, & dicebat se fuisse requisitum à dicto Marco, vt accederet Vrbinum causa vocandi Ioannem Petrum, vt veniret ad eum, & loco itineris Vrbinum versus, iuit ad vocandum notarium, quo vocato, & secum accedente, præeundo retulit dicto Marco, quòd Ioannes Petrus nolebat venire, & q̄ ipse Marcus de bonis suis faceret, quod vellet, quo mendaciter relato, ipse Andræas intromisit notarium in domū dicti Marci, & iactatur se isto modo decepisse dictum Marcum, quòd fecit testamentum pro eo, ita quòd ipse Andræas habuit bona sua, & in hoc vltra allega. per D. Aduocatum de dolo dicti Andreæ, adduco in simili not. doctr. Ange. in l. non enim. quæ est. l. 4. ff. de inoffic. testamen. vbi testatore inducto simili versutia, & mendacio ad mutandum testamētum, in quo erant instituti quidam pauperes salsas suggestiones testatori proponendo, quòd illi pauperes non erant boni, & quòd non erat bona, nec acceptabilis eleemosina, eis bona relinquere, ita quòd testator mutauit testamentū, alios faciendo hæredes, deciditur, non vltimum testamentum sic suggestiuo modo conditum, sed primū, in quo sunt instituti illi pauperes, præualere, & obseruari debere, auferendo hæreditatem illis suggerentibus vltimo institutis, & dando institutis pauperibus in primo testamento. per d. l. 4. vt ibi per Angel. & in l. fin. C. si quis aliq. test. prohi. qui ibi mandat id menti tenendum, quia est casus valde quotidianus, sequitur Raph. Fulgosi. in d. l. 4. quam legit sub l. 2. col. 2. versic. In glos. delinimentis. ff. de inoffic. testamen. adducens ad hoc (secundū eum) specialiora iura ad l. Lucius. §. Sempronia. & ibi glos. & docto. de legat. 2. & §. & hoc peruenit. in auth. vt null. iud. lice. ha. & comprobat Ruin. in consil. 2. viso testamento. col. penul. versic.
6 nec habet. lib. 2. vbi rationem adducit, quia † mendax præsumitur indolo cedente ad eius cōmodū. l. & eleganter. §. fi. & l. seq. ff. de dolo.

Tertiò, ex testibus examinatis pro dicto Ioan. Petro clarè constat, Marcum tempore, quo dicitur, fecisse testamentum pro Andrea, esse grauatū maxima infirmitate, & laborare in extremis, vt fatetur etiam ser Antonius notarius, qui scripsit testamentum pro Andrea, dum super septimo capitulo examinatus pro Andrea dicit, non potuisse expectare aduentum maioris numeri testium, dubitando ne dictus Marcus moreretur sine testamento. constatque ex examine testium vtriusque partis, Andream ipsum fuisse solicitatorem, & conductorem testium, & notarij, & continuò astantem, & interrogantem Marcum, vt loqueretur, & cognosceret hunc vel illum, atq; constat ex serie ipsius testamenti (tamen varie, & multiplici dispositione conditi, & facti) non fuisse tale testamentum ordinatū, & factum ab ipso Marco semimortuo, qui solum interrogatus à notario an cognosceret Petrumantonium Francisci testem, in principio aliquantulum stetit in suspenso, tamen cognouit eum, priusquam stipularetur testamentum, deponit ipse Petrusantonius 2. testis Andreæ, videte quæso, & considerate, quo potuit tunc tam varias, & multiplices dispositiones ordinare, & proferre, prout legitur in dicto testamento, in relinquēdo suæ vxori flore. 40. pro sua dote habitos ab ea in pannis lineis, & laneis, & florenos 18. iure legati, & capras tres, & pecudes quinque, & tres agnos, & relinquendo iure legati do. Camillæ do. Iuliæ, & do. Cassandræ filiabus &c. florenum pro qualibet, soluendum quando nupserint, & nō ante, relinquendo dictam suam vxorem vsufructuariam pro dimidia parte omniū suorum bonorum, donec vixerit &c. Instituendo hæredem vniuersalem dictum Andream eius priuignum, & vsufructuarium pro altera dimidia parte suorum bonorum, cum hoc onere, quòd ipse teneatur eum alimentare de omnibus ei necessarijs in eius vita, & supradictam eius vxorem & matrē ipsius hæredis, & vestire secundum possibilitatem suæ hæreditatis, donec vixerit, cum hoc, quòd debeat manere in domo vna cum dicto hærede, & operari pro domo ipsius &c. Volui referre, & recensere hæc tam diuersa, multiplicia, inuolutaque disposita in ipso testamento, & insolita, vt manifeste cognoscatur, quòd tale testamentum veri... liter tantum potuit ordinari, & fieri tunc ab ipso Marco, qui solum ad cognoscendum testem aliquantulum stetit in suspenso, & catarro suffocabatur, & notarius dubitans ne statim moreretur, noluit expectare numerum completum septem testium, festinauit publicare cum numero quinque testium, quantum ego illud o dinaui, & feci, de quo nunquam sum imaginatus. sed bonus, subtilis, & diligens ordinator, & conditor dicti testamēti fuit ipse Andreas, qui bene cautelauit matrem de legatis sibi factis, & magis se ipsum, instituendo se hæredem vniuersalē, & vt concurreret in vsufructu cum sua matre vsufructuaria pro dimidia, fecit se vsufructuariū pro alia dimidia, colo-

rando, q deberet alimentare testatorem de omnibus ei necessarijs. in vita, hæc clausula penitus est insolita poni in testamentis, quæ non sortiuntur effectum nisi post mortem, quando alimẽta sunt nugatoria defuncto, ideo, & hoc solum reddit valde
7 suspectum dictum testamentum, † vt de clausulis insolitis per Bald. in l. cum de consuetudine, ff. de legi. & in l. si quis sub conditione. de condi. instit. & in consi. 75. nume. 2. libr. 2. Ias. in l. testamentum, C. de testa. Deci. in consi. 448. nume. 23. & alibi per doct. & omnia alia ordinata in eo magis suspectum ostendunt ipsum testamentum, quòd non fuerit conditum ab ipso Marco, qui, hoc etiam inspecto, verisimiliter plus diligebat vxorem, quàm priui-
8 gnum, quia † inter maritum & vxorem potius est vnitas, quàm coniunctio, plures authoritates sacræ scripturæ, & legum allegando tradit Oldr. in consi. 95. ex forma istius statuti. colum. 3. & Bal. in consi. 209. illa verba. in fin. lib. 3. cum pluribus alleg. per Neuiz. in syl. nup. lib. 3. nume. 11. 12. 13. & per Tiraquel. in l. si vnquam. in præfa. num. 12. & per tex. in l. vxorem. in princip. de leg. 3. & ibi Alber. Quam ob rem non est verisimile, quòd plus commodi, & vtilitatis daret priuigno, vt factum est in dicto te-
9 stamento, quàm vxori, quæ † magis dilecta plus deberet honorari ar. l. publius, §. 1. de condit. & demon. & l. 1. & auth. pręterea, C. vnde vir, & vxor. id enim, quod non est verisimile, reputatur falsitatis imago. Bal. in l. 1. col. 4. C. de ser. fug. Vnde his ap-
* plicatur vera, & communis conclusio doct. q vbi quis maxima infirmitate grauatus est, & laborat in extremis, non bene intelligens, nec loquens, manens vt semimortuus, & non constet, q voluerit facere testamentũ, si alius quærẽs institui se hæredẽ adhibeat notarium, & testes, & interroget, vel interrogari faciat, vt velit eum facere hęredem, denique aliqua suspitio adsit falsitatis, & rei non gestæ sincere, sed suggestiuè, & inopportunè, q testamen-
10 tum † isto casu factum non valet. vt per Roman. in consi. 306. proposita. col. fi. Pa. de Cas. in cons. 155. Viso puncto, & allegationibus. lib. 1. Corn. in cons. 1. col. 3. lib. 4. & consi. 319. colum. 4. lib. 1. & consi. 73. col. pen. eo. lib. & Soci. consi. 229. lib. 2. & consi. 20. col. 2. & consi. 28. col. fin. & consi. 92. col. 8. lib. 3. vbi Socin. in hoc consi. 92. præcipuè loquitur in terminis, ibi nu. 28. quando plures testes probant, q testator prius dixerat, q nolebat facere testamentũ, sed persistere in eo, quod fecit, vt per duos dies ante probatur dictum Marcum dixisse, nolle facere aliud testamentum, & nolle aliter facere hæredem dictum Andream, vnde cum appareat de volũtate contraria, & de alio testamento præcedenti, non de longinquo, non videtur in dubio ab eo velle recedere, vt ibi per eum, & ibi nu. 30. dicit, q quando is, q volebat esse hæres, adhibuit notariũ, & fecit scribi testamentum, & se hæredem scribi, testamentum exinde factum, etiam interrogãte notario, non valet, & cum alijs alleg. per Aym. in consi. 10. nume. 13. & consi. 143. sub nu. 13. & consi. 117. & Thom. Gram. in decis. 73.

Quartò, concurrentibus tot verisimilituditibus, & suspitionibus prædictis, q Marcus existens in articulo propinquæ mortis, & cum difficultate cognoscẽs vnum testem, non potuit tunc ordinare, & facere tot multiplices, & varias dispositiones con-
11 tentas in dicto testamento, quia † memoria hominis, propinquę mortis vexatione turbati, nõ potest plures res consequi, dicit tex. in l. hac consultissima, §. at cum humana, C. qui test. fa. pos. & q dictus Andreas cum maxima anxietate quæritauerit, & sategerit dictum testamentum fieri, & se hæredem instituі, promittẽdo aliquibus pecunias, si possent inducere dictum Marcum ad faciendum testamentum, & eum instituendum hæredem, vt deponunt Bartocius 2. testis, & dominus Alexander 4. testis, & rogando plures, vt persuaderent, & inducerent dictum Marcum ad faciendum eum hæredem, vt dicunt dicti testes, & Sebastianus 3. T. & Andreas, 8. T. dicti Io. Petri, qui etiam deponunt de solicita persuasione ipsius Andreæ facta ipsi Marco, vt vellet eum facere hæredem, & denique vocando testes, & notarium pro dicto testamento conficiendo, ex quibus cõtra eum, hic se ingerentem, magna vrget suspitio. vt per Aym. in d. consi. 10. nume. 13. & q dictus Marcus in die martis sancti, per duos dies ante dictum testamentum fabricatum, quãdo erat in bono intellectu, requisitus audacter, & firmiter respondit illis eum requirentibus pro Andrea, & ipsi Andreæ, q nullo modo volebat relinquere bona sua dicto Andreæ, sed quòd reliquerat dicto Io. Petro, ex quo arguitur vt à priori, de contraria voluntate præcisa dicti Marci, vt per Soci. in d. cõs. 92. nume. 28. lib. 3. & quòd nullus testis dicit vidisse dictum notarium scribere dictum testamentum, sed tantum, quòd fuit lecta scriptura per notarium, quod vt suspectum ponderat Socin. in d. consi. 20. colum. 2. ver. postremò. eo. lib. 3.

Quibus vtique stantibus, magis credendum est Bartocio 2. Testi etiam instrumentario, & Cicho. 6. Testi, & Iulio 7. Testi dicti Io. Petri, quòd tẽpore dicti facti testamenti Marcus non erat in bono intellectu, & in mente sincera, & sana, assignando causas, quia eosdem testes non cognoscebat, & non loquebatur ob catarrum superabundantem, & Hieronymo, 1. Testi, & Sebastiano 3. Testi prædicti Io. Petri, deponentibus idem de non sana mente Marci post factum testamentum modico interuallo, his enim magis credi debet, vt maiori numero testiũ, & vt verisimiliora, & rei propositæ apriora depo-
12 nentibus. † per tex. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. & ibi gloss. & doct. & Bald. in l. testium. colum. fina. C. eod. quàm credi debeat Ioanni primo Testi, & prædicto Antonio, 2. Testi prædicti Andreæ, satis frigidè contrarium deponentibus, semotis Antonio 5. Teste, vti sororio dicti Andreæ. per not. in l. parentes, C. de testi. & ser Antonio, vti notario deponenti pro suo instrumento, quod non potest facere, vt dicit Feli. in ca. cum Ioannes. col. 12. in fi. ver. Quartò declara. de fide instru. ita quòd per dictos testes Io. Petri reprobatur instrumẽtũ d. And. cõtinens

nens tale testamentum, in eo quod dicit in princi-
pio, Marcus sanus mente, sensu, & intellectu, quod
13 †est principale requisitum in testatore, vt sit mentis
sinceræ. l. senium. C. qui testam. fac. poss. cum simil.
quia testamentum diffinitur esse testationem men-
tis. §. 1. inst. de testa. & nota. in l. 1. ff. eo. adeo quòd
vbi non est mens sana, & recta, non potest esse testa
mentum. l. furiosum. C. qui testam. face. poss. Quod
quidem instrumentum solum suspectum de falsita-
te non probat. Aymo. d. cons. 134. nu. 26. eo etiam,
quòd dictus notarius non est matriculatus, vt pro-
batur ex fide Cancellarij, sic eius instrumentũ non
probat, per statutũ, quod audio extare in loco, de-
14 beret ergo probari tale testamentum† per legitimũ
numerum testium requisitum ad probationem te-
stamenti, vt per Innoc. & alios in d. c. cum Ioannes.
& ibi maximè per Fely. in col. pen. ver. Tertio intel
lige. vbi tradit numerum testium coadiuuantium
instrumentum requiri sufficientem esse, vt si esset
instrumentum continens codicillum, in quo requi
runtur quinque testes, non sufficeret ad ipsum coad
iuuandum producere duos testes, idem in probatio
ne testamenti expresſè sentit Alex. in cons. 17. col.
4. & 5. sub nu. 8. lib. 3. & probatio dicti testamenti
semotis sororio, & notario, vt dictum est per testes,
non fit nisi per duos, sic etiam nõ probatur per qua
15 tuor, vt requiritur †de iure canonico, secundũ Ale-
xan. in hoc cons. proximè alleg.

Quare vndique solida, & firma remanet conclu
sio, quòd testamentum Marci pro Io. Petro factum
præualet, & non est reuocatũ per aliud prætensum
factum pro Andrea, vti non ritè perfectum, per tex.
in l. 2. ff. de iniust. test. & in l. hac cõsultissima. §. pe.
C. de testa. & per Oldr. in cons. 119. Titius cõdidit
testm̃. circa fi. & Soc. in cons. 229. col. 2. vers. ex qui
bus infero. lib. 2. itaq; apud Deum, & mundum re-
ctam, & iustissimam puto sententiam iam latã pro
testamento Marci facto pro Io. Petro, immittendo
in possessionem bonorum hæreditariorum ipsius
Marci vigore prędicti sui testamẽti validi, & in nul
lo impugnati, atq; ita intrepidè iudicarẽ. Laus D.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM LVI.

ARGVMENTVM.

Appellatione filiorum, in dispositione testamentaria quomodo veniant nepotes, & de reciproca sustitutione fideicommissaria inter eos, vsque ad vltimum decedentem grauatum præstare totam hæreditatem monasterio substituto per fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Materia vltimarũ voluntatũ varia, & periculosa est.*
2 *Filius dicitur, qui ex viro, & vxore nascitur.*
3 *Filius vbi profertur respectu alterius certa persona, nõ continet nepotem, & quod appellatione filiorum non veniant nepotes, est verior opinio.*
4 *Filiorum nomen, & si collectiuum sit, id tamen non in diuerso, sed in eodem gradu plurium personarum verum esse intelligit Soci.*
5 *Substitutio vulgaris adita hæreditate expirat.*
6 *Filiorum nomen in onerosis non extenditur ad nepotes.*
7 *Sermo hominis verificatus primis vicibus, est attendendus, & verbum (hærede) prolatum ab homine intelligitur de primo, ex communi.*
8 *Monasterium, vel ecclesia nunquam moritur.*
9 *Filiorum appellatione venire nepotes, ex magis vera, & communi.*
10 *Interpretatio plenior fit in testamentis.*
11 *Textui magis standum, & credendum est, quam glosa.*
12 *Verba in dubio censentur magis apposita ad demonstrationem, quam ad restrictionem.*
13 *Filijs nominatis ex certa vxore, non veniunt nati ex alia vxore.*
14 *Legis interpretationi standum est.*
15 *Dispositio non vitiatur per ignorantiam disponentis, vbi tractatur de mero fauore.*
16 *Dispositio pro vno fauorabilis, & pro alio odiosa, cum fauor, & odium recipiunt separationem, reputatur odiosa.*
17 *Nomen (filios) est collectiuum, non tantum personarũ, sed etiam graduum.*
18 *Dispositio facta sub nomine collectiuo, videtur facta secundum ordinem affectionis, & ordine successiuo.*
19 *Dilectus à testatore magis dicitur, q̃ prius est vocatus.*
20 *Fideicommissis sola mens testatoris est attendenda, quæ etiam ex coniecturis habetur.*
21 *Fideicommissum censetur adesse inter vocatos ordine successiuo ex re ipsa habente tractum temporis.*
22 *Fideicommissum præstandum monasterio post mortem hæredum per nomen collectiuum in diuersis gradibus existentium, censetur ab vltimo præstandum.*
23 *Superstites dum succedunt ab intestato moriẽti, excludunt substitutũ, etiam si non sint de liberis testatoris.*
24 *Pia causa non reperitur priuilegiata contra regulas iuris.*
25 *Nomen hæredum est collectiuum existentium in pluribus gradibus.*
26 *Relatio vbi potest fieri, semper fit ad omnia.*
27 *Præiudiciale quod minus est, obseruandum est.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.


Ateriam licet meis quidem uiribus im-
parem quandoque sumpserim interpre
1 tandi vltimas voluntates, tamen† adeo
varia, & periculosa est, vt inquit Socin.
inter consi. Curt. seni. cons. 40. in princip. & consil.
249. in prin. lib. 2. & consil. 6. colum. 1. & consil. 68.
in fin. lib. 3. quòd in occurrentia facti ab alijs eam
potius doceri, q̃ alios docere vellem, ad eã aũt spe-
ciẽ pertinet voluntatis Vincẽtij testatoris quæstio,
an Tullio hærede in omnibus bonis in vita tm̃, &
post eius mortem filijs ipsius Tullij, & donnę Feræ

eius vxoris masculis legitimis,& naturalibus institutis, & quòd post mortem ipsorum hæredum dicta eius bona deueniant ad monasterium monialium corporis Christi,& mortuo Tullio superstitibus filijs Pacio,& Bartholomæo, mortuis quoque prius Pacio,pluribus filijs masculis relictis, deinde Bartholomæo, pluribus etiam existētibus filijs masculis,cesserit dies fideicommissi præstandi monasterio,in hoc facti quæstio vertitur, nunquid appellatione filiorum Tullij,& donnæ Peræ vxoris contineātur nepotes,ita quòd ad fideicommissum dandum monasterio non sufficiat mors Pacij, & Bartholomæi filiorum Tullij, sed ex nepotibus requiratur mors vltimi decedētis. Nepotes quidem contineri,& consequenter fideicommissi diem non cessisse eleganter respondit praxis,& theoricæ iuris peritissimus Iurisc.Dominus Lælius Taurellus allegādo in terminis contra religiosos decisiones Soc.in consi.17.lib.4.& Dec.in consi.391.

Me autem consultum vt huius excellentissimi Doctoris sentētiam subscriberem, prima facie hæc subsistere faciebant.

Primò,quòd testator ipse interpretatus est hoc nomen filios Tullij,exprimendo simul nomen Tullij patris,& mariti respectiuè,& nomen donnæ Peræ vxoris, proinde referendo se diffinitioni iuris,
2 quæ est,quòd filius † dicitur, qui ex viro, & vxore nascitur.l.filium.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iu.& Bald.ibi in 2.no.dicit,quòd ex hoc patet, nepotem principaliter,& propriè non dici filium, videtur.n. velle suam prouisionem factam de filiis Tullij nascituris ex certa persona non debere extendi ad filios natos ex alia persona, & sic ex nuribus, prout sunt nepotes.per tex.& not.ibi per doct.in l.filius à patre.§.si quis ex certa.de libe.& posthu. etiā vbi fi
3 lius † profertur respectu alterius certæ personæ, nō continet nepotem,vt per Bart. & alios in l.Gallus. §.instituens.eo.& Rube.Alexandr.in cons.47.in fi. & Goz.in cons.36.num.9.vbi latè insistit,quòd appellatione filiorum non veniant nepotes, ꝙ in puncto iuris ista est verior opinio, vt late etiam insisten do dicit Dec.in consi.95.col.4.in 2.dub.& in consil.545.col.pen.sub nu.10.

Secundò,ad plenum ex animo meo dubitationem non euellit responsio data per Do.Consulentem,quòd appellatione filiorum adhuc possunt cōpræhendi nepotes,vbi verba apposita designāt tractum temporis,vt in casu isto, & post eius mortem eius filios &c.quasi post mortem Tullij non sit impleta dispositio, cum in contrarium post mortem Tullij sit verificata,& effectum habuerit dispositio in personis Pacij,& Bartholomęi filiorū,ita ꝙ amplius hoc nomen,filios,non oportet continere nepotes, vt plenè allegat Cur.Sen.in consil.46.sæpe reuoluta.col.10.vers.secūdo principaliter. & Goz. d.consi.36.nu.6.& Soci.in consi.104.lib.3.& si no
4 men† filiorum sit collectiuū,id tamen nō in diuerso, sed in eodem gradu plurium personarum verū esse intelligit Soci.in consi.113.col.2.versic.sed ad hoc respondetur.lib.1.repetito in consil.238.lib.2. sentit Bal.in l.quod si nepotes.ff.de testa. tut. dum inquit nomen filiorum esse non gradus collectiuū, sed discretiuum,quia si vlterius dispositione verificata in Pacio,& Bartholomęo filijs Tullij,extendetur eadem dispositio in nepotibus, & sic in filijs dictorum Pacij,& Bartholomæi,hoc nō posset eue
5 nire via vulgaris substitutionis,quæ † adita hæreditate expirat.l.post aditam.C.de impub. sed per viā fideicommissi,quod, quia onus reputatur, nomen
6 filiorum non extenditur ad nepotes,vt arguit Dec. in d.consi.95.col.4.versi.Sed tamen in casu.& cōs. 218.col.5.versi.vltimo prædicta.& consi.287. col. 5.& con.511.col.pen.& Paris.cons.87.num. 23.& Cur.iun.consi.135.col.penult.in fi.num.8. & alibi doct. plurimum instant in substitutionibus, excludendo, vel includendo filiorum nomine nepotes non contineri,vt extant cons.& plurium doct. subscriptiones inter consi.Soci.consi.152.lib.1.& idē Soci.consil.73.col.5.lib.4.

Tertiò,sub directo verbo testator instituit Tullium vniuersalem hæredem in vita tantum,& post eius mortem eius filios &c.& postea subiungit particulam,de qua agitur,& quòd post mortem ipsorum hæredum &c.vnde verificata dispositione, ꝙ Tullius fuerit hæres directus,& Pacius,& Bartholomæus eius filij post eius mortem fuerint hęredes
7 etiam fideicommissarij, his primis vicibus † talis sermo hominis verificatus videtur attendendus. argum.l.boues.§.hoc sermone. de verb.sign.& expressè de verbo,hęrede,prolato ab homine,intelli-
* gi de primo hærede. Bal.& communiter doct. tradunt in l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.& pupill. per tex.ibi,meritò nō intelligitur de nepotibus, vt etiam Bar.firmat in l.liberorum.col.pen. sub versi. quæro quid si in aliqua dispositione. de verb. sign. & comprehenditur in hoc casu,ex relatione ob dictam adiectionem, & quòd post mortem ipsorum hæredum inducta, & restricta ad eosdē prædictos, qui primis vicibus fuerunt hæredes, & nō ad nepotes,per ea,quę in similibus terminis adducit Corn. in consi.230.col.9.sub versic. Nec possimus dicere. lib.3.& ponit Socin.iun.in consi.111.col.6.sub numer.28.lib.1.

His vero non obstantibus,puto in casu proposito sententiam Domini Consulentis veriorem,& tenendam esse per expressas in terminis ab eo allega. decisio.Socin.in d.consi.17.lib.4.& Dec.in d.cōsi. 391.vbi sub nomine filiorum in dispositione relata in futurum euentum veniunt nepotes, & excludunt ecclesiam,seu piam causam vocatam in dispositione sic relata,quod est longè maius, & fortius, quàm sit casus noster,in quo nepotes non quærunt penitus excludere monasterium,sed differre, quòd habeat post mortem eorū,quę omnino futura est.l. hæres meus.in prin.de cond.& demonst. monaste-
8 rium † autem,vel ecclesia nunquā moritur.per not. in l.fin.de sacrosanct.eccl.Ideo quod differtur non aufertur.l.deberi.& ibi glos.C.de fideicom. libert. & hoc plurimum me mouet ad tenendam istam decisionem,cui addo,quòd non viso consi.Decij.nisi vt ipse

vt ipse dicit, suo consilio absoluto super eodem fa-
cto dicto consil.391. Decij, idem plenè consulen-
do firmat Soci. iun. in consil.125.libro 1. easdem
quoq; decis. Soci.in d.cons.17. lib.4.& Decij in d.
consil.391. comprobando pluribus aliorum Illu-
strium Doctorum decisionibus refert, & sequitur
Gozad.in consil.4.colum.3.& sequen.numero 13.
cum sequen.vbi ex testimonio Alexand.Ias.& De-
cij ita dicit esse commu.opinio. idem, quòd appel-
9 latione † filiorum veniant nepotes de magis vera,
& communi opin.attestatur Rubeus Alexandri. in
consil.28.colum.penult.sub num.9. etiam in dispo
sitione facta ab extraneo, vt est in casu isto, istam
met opi.pro communi attestatam latè etiam com-
probat Iaso.in consilio 52. Ioannes Bartholomæi.
colum.3. libro 3. & tanquam veriorem de iure, &
tanquam communem etiam in verbis statuti, se-
quitur & tenet Barto. Cæpo.in consil.ciui.7. Pun-
ctus quæstionis. colum.pen.sub versicu.item quòd
ista verba. vt veram etiam sequitur Paris.in consil.
63. colum.5.nume.27.lib.2.& in alijs consil. vt de
facili defensibilem.item sequitur Rui.in cons.101.
colum.4.sub num.9.lib.2.& in alijs consil.& Cur.
iun.in consilio 111. cum tribus sequentibus: vt
communem, & sequendam repetit Socin. iun. in
consil.116.col.3. sub num.13. libro 1. licet autem
articulus iste varius, & tritus à Doctoribus reputa-
tur: Tamen sat est in eo, de quo tractamus, quando
à testatore facta est prouisio filijs simpliciter alicu-
ius personæ etiam extraneæ collata in futurum ali-
quem euentum, ex quo intentio, & voluntas testa-
toris verisimiliter colligi potest directa in filium,
& in nepotem, sicut verisimiliter in euētum illum
possunt extare, vel filij primi gradus, vel nepotes,
sat est, inquam, ita esse commu.opin. vt habetur in
locis supra alleg. a qua, vulgò scitur, in iudicando
minimè recedendum esse; Quoniam maximè fun-
data est in interpretatione facta ab ipsis legibus:
10 primum, † in testamentis plenior fit interpretatio.l.
in testamentis. de regulis iur. Deinde filij, vel filiæ
positi ad exclusionem substituti exponuntur pro li-
beris: per tex. in l.Lucius.ff.de hæred.instit. & per
Bald.consi.202.super his punctis.in fi.lib.4.ita ve-
niunt nepotes, per d.l.liberorum. vt sunt interpre-
tationes generales textuū. & in l. filij. & in l.iusta.
eo.de verborum significatio. & in l.vxorem.§.con
11 cubinæ. de leg.3. quibus text. magis † standum, &
credendum est, quàm gl. inquit Oldr.in cons.258.
Innocentius. colum.2. versicu. item non obstat. &
Bald.in consil.343. examinata sunt.colum.2.circa
fi. lib.1. tenentes contrarium magis fundantur in
glos. ergo minus bene, vbi habemus text. vt etiam
dicetur respondendo contrarijs.

Itaque corroborando, & magis dilucidādo præ-
dictam conclusionem, venio ad refutationem con
trariorum.

Primum non obstat de inductione facta ex ver-
bis testamenti de filijs certi viri, & certæ vxoris,
quia nomina istorum, scilicet Tullij, & Dom.Peræ
posita sunt potius ad demonstrationem, quàm ad
12 restrictionem, vt in dubio † censentur verba appo-
sita. Bald.in consil.339.Casus talis est.columna 1.
lib.1.per l.insula. in fi.ff.de acquir.rer.domi.Rom.
in consilio 343.colum.2.& sequent.quòd demon-
strant vocatos filios Tullij, & d.Peræ suæ vxoris,
tamen veniunt nepotes in fauorabilibus, & in his,
quæ tendunt ad commodum, vt in terminis dicit
Paris.in consil.52. colum.5.num.24.25.libro 2.&
clarius in consilio 75.colum.fina.num.65.eod.lib.
dicit in simili suo casu, sub verbis, filios Domini
Bartholomæi, & Dominæ Insengardæ venire ne-
potes. per d.l.liberorum. & d.l. iusta.maximè cum
de ipsorum commodo tractatur, & sumus in mate-
ria testamentaria, vbi, & alia adducit ad confirma-
tionem prædictæ opinio. quòd appellatione filio-
rum veniant nepotes, nominauit enim filios Tul-
13 lij ex certa vxore, † ne venirent nati ex alia vxore.
per nota.In d.l.filius à patre.§.si quis ex certo.& in
l.placet. de libe. & posthum. proinde non tollitur,
quin veniant nepotes per dicta iura: Contrarium
autem procedit, quando nomen filiorum esset ex-
pressum præmisso certo nomine, seu signo demon-
strante certam personam filij: vt per Bartol. in d.l.
Gallus.§. Instituens. & in d.l. liberorum. colum.3.
nam tunc nō fit extensio de persona ad personam.
glo.In l.si quis ita.in princ.ff.de testa.tut.& Aret.in
d.l.Gallus.§.& quid si tantum.colum.3.in versicu.
secundò adde. secus est, vbi nomen filij simpliciter
prolatum demonstratum sit, vt etiam quòd ex cer-
to hominis corpore nasciturus sit, tamen venit ne-
pos in fauorabilibus. vt per Ange. in d.l.Lucius. la
secunda.de hæredi.insti.& Bald.in l.1.versic.quæ-
ro quid si dicatur. C.de condi.inser.assignando ra-
tionem, quia in nepote est sanguinis continuatio.
Quod quidem tenendum est, postquam lex ita in-
14 terpretatur: † vt d.l.filij. & l.iusta.quia standum est
interpretationi legis.per l.si pater.ff.de hæred.inst.
dicit Bal.in l.voluntatis. colum.1. C.de fideicom.
& quatenus in casu, quo tractatur de mero fauore,
& commodo filiorum, esse in pūcto iuris veriorem
opinio.non contineri nepotes, dicant Dec.in cons.
95.& alij in contrarium allega. loquuntur contra
d.l. Lucius. & contra commu. opinio. & dicta eo-
rum possent procedere in odiosis, In casibus præ-
cisis, & restrictis, & vbi sonus verborum designare
habet scientiam disponentis, & personæ, cui fit di-
spositio, cum onere alterius, vt est in datione tuto-
ris, quæ requirit scientiam dantis, cui detur, quia
personæ datur, vt l. si quis ita.§.penult.& l.quia.ff.
de testa.tut.& §.penult.insti.qui test.tut.da.pos.qui
sunt principales tex.pro aduersa parte allegati, non
15 ita † vitiatur dispositio per ignorantiam disponen-
tis, vbi tractatur de mero fauore, vt probatur per l.
Titius. §.fi.de liber. & posthum.& §.fin. institu.de
hæred. insti. meritò in alijs fauorabilibus disposi-
tionibus testamentarijs nomine filiorum continen
tur nepotes, per supra allega.& non in datione tu-
toris, quæ etiam ex parte tutoris est onerosa, ideo
cessat interpretatio extensiua de filio ad nepotem.
per reg.odia.de regu.iur.in sexto.vt respondit Bar.
in d.

in d.l.liberorum. colum.3. Ad cuius confirmatio-
16 nem adduco, quòd diſpoſitio † pro vno fauorabi-
lis, & pro alio odioſa, cum fauor, & odium reci-
piunt ſeparationem, reputatur odioſa. per ea, quæ
allegat Andr.Tiraq. de retract.in præfa. nu.65.66.
ita hoc primum contrarium ceſſat.

Secundum, quod magis videbatur vrgere, tol-
litur diligenter conſiderando verba,& mentem te-
ſtatoris, nam verba continent duplicem tractum
temporis ſucceſſiuum, vnum poſt alterum,vt diſpo
ſitio ad plenum ſortiatur effectum: primum ſcili-
cet poſt mortem Tullij, in quo ſunt vocati, & ne-
potes comprehenſi ſub nomine filiorum, vt ſupra
probatum eſt, & vocantur ordine ſucceſſiuo,& re-
ciprocè per fideicommiſſum, vt ſtatim demonſtra-
bo, alter eſt poſt mortem ipſorum hæredum, de
quo loquimur, & ex quo monaſterium nititur, &
in iſto vltimo tractu poteſt, & debet contineri ex
quadã neceſſitate,& verificari diſpoſitio poſt mor-
tem vltimi, etiã nepotis Tullij, ad hoc allego not.
verba Bald. in d.§.inſtituens.colum.1. verſicu.ter-
tiò not.dicentis, nota.quandoque diſpoſitio, quæ
ſumpſit effectum in alia perſona facit digreſſum in
aliam perſonam,prima perſona extincta. per l. pe-
to. §.fratre.de lega.2.quòd ibi loquatur in diſpoſi-
tione ſucceſſiua propriè, prout eſt noſtra, quæ etſi
effectum habuerit in filijs Tullij: Tamen his extin-
ctis,facit digreſſum in alias perſonas nepotum, vt
poſt iſtorum mortem vltimum effectum ſortiatur
præſtandi fideicommiſſum monaſterio. Mens au-
tem teſtatoris deprehenditur continuando,& com
probando proximè dicta, quòd prius bona teſta-
toris perueniant, & permaneant penes Tullium,
dum vixerit, & poſt eius mortem penes eius filios,
& nepotes, ordine ſucceſſiuo comprehenſos ex in-
terpretatione ſub nomine filiorum, ſecũdum com.
opinio.ſuprà relatam,arguendo primum ex nomi-
17 ne, filios, †quod eſt collectiuum,non tantum per-
ſonarum, ſed etiam graduum,ex quo continet plu-
res perſonas, & diuerſos gradus, vt in indiuiduo
dicit, & probat Curt.iun.in conſilio 161.colum.2.
ſub nume.3.& in conſil.128.colum.fin.ſub nu.12.
& Soci. in d.l.Gallus. §.quidam rectè.colum.4.ad
fi. in verſicu. ex qua conſideratione: ita neceſſariò
dicendum eſt retenta dicta commu. opinio. quòd
nomine filiorum contineantur nepotes, quia filij
ſunt in primo gradu,& nepotes in ſecũdo per vulg.
18 diſpoſitio enim facta †ſub nomine collectiuo, vide
tur facta ſecundum ordinem affectionis, & ordi-
ne ſucceſſiuo. per d.l.peto. §.fratre. & l.fina. C.de
verborum ſignificatio. dicit Imol.in d.l.Gallus. §.
quidam rectè. colum. 2. & ibi per alios. Deinde
arguẽdo ex ordine ſcripturæ, quòd defunctis Tul-
lio, & eius filijs,& nepotibus ſic comprehẽſis, po-
ſtremò vocatur monaſterium: ergo Tullius,& eius
19 filij, & nepotes†prius vocati magis à teſtatore ſunt
dilecti, quàm monaſterium.l.quoties.in prin.ff.de
vſufruct.& l.hæredes mei.§.fin.ad Trebellia. Abb.
in conſi.65.ad deciſionem.colum.2. in verſicu.ve-
nio ad ſecundum. libro 2.& Alexan.conſi.1.col.4.
verſi. ſecundò probatur. lib.1.& conſil.130. col.1.
in fi. in verſic. quod autem ita. libro 2. & conſ.36.
colum.penult.in princ.lib.3.& Corn. in conſ.226.
colum. penult.in princ.libro 4.per l.Publius.§.fin.
de conditio.& demonſtratio.& Pariſ.in conſil.18.
colum.11.nume.73.libro 2.& alibi,& conſequens
eſt, quòd dum aliquis ex dictis nepotibus ſupereſt,
debet præferri dicto monaſterio, per ea,quæ Doct.
tradunt in locis modo allega.& in terminis contra
piam cauſam. per Corn.in conſil.226. colum.pen.
circa princ. lib.4.

Hanc autem prælationem procedere poſſe iu-
re,demonſtratur duobus modis. Primò poſtquam
voluntatem habemus teſtatoris, & mentem,quòd
ſua bona poſt mortem Tullij,priuſquam perueniãt
ad monaſterium, peruenire debeant ad filios ma-
ſculos ipſius Tullij, exponendo ſolum verbum,in-
ſtituit,in teſtamento appoſitum Tullio,& filijs,pro
ſubſtituit, quo ad filios. Angel.& Imo. in d.§.qui-
20 dam rectè. cum in fideicommiſſis † ſola mens te-
ſtatoris ſit attendenda, quæ etiam ex coniecturis
habetur.l. cum proponebatur.de lega.2.cum ſimil.
mens autem iſta in ſpecie propoſita colligitur ex
dicto nomine collectiuo, filios,demonſtrante plu-
res gradus, & filiorum, & nepotum Tullij, ordine
ſucceſſiuo, quòd bona inter iſtos perueniant via fi-
deicommiſſi, vt tradit Socin.in d.§.quidam rectè.
colum.fina. in quarto caſu, & ita inter iſtos ordine
ſucceſſiuo vocatos ex re ipſa habente tractum tem-
21 poris adeſſe fideicommiſſariam † per plura probat
Soci.in conſilio 12. colum.penult. libro 3. Aymo.
in conſilio 22. nume.4. & conſilio 131. colum. 3.
nume.10. & Pariſ.conſilio 11. colum.3.nume.29.
libro 3. vbi Aymo.in dicto conſil.22.colum.3. ſub
numero 7. notanter concludit ſufficere, vt in caſu
iſto, eſſe expreſſum tractum temporis poſt mortem
Tullij, & etiam in quarta colum. numero 8. addit
aliud fundamentum ſimiliter in his omnib.faciens
ad rem noſtram ad demonſtrandum fideicommiſ-
ſum inductum ex cla. codicillari appoſita formiter
etiam in noſtro teſtamento. & vt ibi per eum ple-
nè, & Soci. in d.§. quidam rectè. in fin.& Rip.in l.
Lucius. col.pe.de vulg.& pupilla.

Secundò, fideicommiſſum præſtandum mona-
22 ſterio poſt mortem ipſorum hæredum, † ſic etiam
per nomen collectiuum in diuerſis gradib.exiſten-
tium, per l.ſciendum. de verborum ſignificat.dicit
Soci.in conſi.12.colum.3.verſicu.confirmatur iſta
opin. libro 3. & in tota hæreditate, vt probant illa
verba (dicta eius bona) relata per dictionem, di-
cta, ad clauſulam præcedentem: In omnib. autem
ſuis bonis, &c. demonſtrantem totam hæredita-
tem. Soci.in conſil.77.colum.3.in verſic.nec dicat
aliquis.lib.1.& Alexand.in conſ.26.col.1.lib.7. &
Corn.in conſ.186.col.2.in fi. & col.ſeq.lib.2.cen-
ſetur ita ab vltimo præſtandum, adeo ꝙ neceſſario
intelligitur reciproca fideicommiſſaria ſubſtitutio
inter iſtos filios, & nepotes Tullij, vt tota hæredi-
tas poſſit peruenire ad ipſorum vltimum morien-
tem, qui præſtare habeat fideicommiſſum mona-
ſterio:

sterio: vt ex veriori sententia Doctor. per l. Titia
Seio. §. Seia. de lega. 2. probant Curt. Iun. in consi.
11. colum. 4. & consi. 111. colum. 9. sub nu. 14. Ias.
in cons. 33. lib. 1. qui latè in terminis loquitur, & in
consi. 108. lib. 4. & Paris. in consi. 43. nume. 25. cum
seq. lib. 2. & in cons. xj. circa fi. lib. 3. qui ibi, dicit ita
* esse com. opi. quæ opi. hic potest procedere ex men
te testatoris vocantis filios, & nepotes modo, quo
supra probatum est in tota hæreditate, priusquam
monasterium, & dum superstites succedãt ab inte-
23 stato morięti, † & sic excludunt substitutum, etiam
si non sint de liberis testatoris, vt sequens Imol. &
Barb. probat Deci. in l. pen. col. pen. in princi. C. de
impub. idem probat Corn. in consi. 159. colum. 7.
in versi. facit optimè. libr. 4. licet doct. non curant,
quòd supersit persona verisimiliter ex mẽte defun-
cti excludens substitutum quãdo substitutio est fa-
cta in omnibus bonis, vt dicit idem Corn. in consi.
226. col. 6. in fi. in ver. Quod maximè videtur. lib.
4. vbi latè defendit in simili præmissas conclusio-
nes, ẽt contra piã causam, & hic resoluo contrariũ,
quòd fideicõmissum reciprocum inter prædictos noĩe
collectiuo comprehensos per pręmoriẽtem ordine
successiuo præstandum alijs, & denique ab vltimo
morięte dandũ monasterio, quia in se habet com-
modum, & incommodum, non impedit interpreta-
tionẽ fieri nominis filiorũ ad nepotes, vt per Curt.
iun. in d. consi. 111. col. 8. nu. 12. & clarius per Paris.
in cõs. 52. nu. 37. lib. 3. itaq; dicta interpretatio con
tinuè procedit donec dispõ finalẽ sortiatur effectũ
dandi fideicõmissum monasterio faciente ipsa di-
spõne, quæ sumpsit effectũ in vna psona p digressio
nẽ, vna persona extracta, de vna in aliam, prout no.
Bal. in d. §. instituens. col. 1. in 3. no. adeo, quòd penitus
remanet eradicatũ, & solutũ dictum contrariũ per
supradicta, Quæ quidem procedunt secundum reg.
iuris communis, in quibus nõ reperitur priuilegia-
24 ta pia causa, Cui † non sauetur cõtra regulas iuris,
per plura alleg. à Paris. in cõsi. 86. colum. fi. lib. 2. &
maximè contra expressè vocatos, & prædilectos à
testatore, Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita. nu. 98.
ad Trebel. & maximè quando pia causa est limitate
vocata, vt in casu isto post mortem ipsorum hære-
dum. vt in specie respondit Deci. in d. cõsi. 391. col.
fi. & Soci. in d. consi. 125. col. fi. num. 36. in reliquis
non insistẽdo, appellatione filiorum venire nepo-
* tes, sufficit nobis in terminis nostris ita esse comm.
opi. à qua in iudicando non est discedẽdum. vt an-
te dictum est. & intellige, vt per Bal. consi. 302. non
continentur lib. 4.

Tertium & vltimũ non refragari demonstratur,
repetẽdo proximè dicta, quòd nomine collectiuo sunt
comprehensi, & vocati filij, & nepotes Tullij ordi-
ne successiuo per reciprocum fideicommissum ne-
cessario intellectum ad totam hæreditatem testa-
toris, vt ea ab vltimo moriente præstetur monaste-
25 rio, & quia nomen † hæredũ est etiam collectiuum
existentium in pluribus gradibus, vt dictum est per
Soci. d. cons. 12. col. 3. ver. cõfirmatur ista opi. lib. 3.
& continens plures hæredes, & directum, & fidei-
commissarium, l. hæredis. de verb. signi. & l. si filius.
§. 1. ff. quod cum eo, & l. postulante, §. fi. ad Trebel.
eodem clipeo tollitur, & defenditur ex dictione re-
latiua, post mortẽ ipsorum hæredum, Quales enim
contigerint hæredes testatoris, Tales requiruntur
mori, vt cedat dies fideicõmissi monasterio dandi,
26 cũ relatio † vbi põt fieri, semper fit ad omnia. Bal. in
consi. 139. per relictum. ver. satis potest probabili-
ter. lib. 4. Alex. consi. 141. num. 3. lib. 2. cum fi. & sic
accedo in sentẽtiam excellentissimi Domini Con-
sulentis, quæ æquitatẽ habet pro dictis nepotibus,
qui non quærunt tollere, & auferre penitus dicta
bona à dicto monasterio, prout ipsum auferre pe-
nitus ab eis quærit, sed differre intendunt, dum vi-
27 uunt. & † quod est minus præiudiciale, obseruandũ
est, l. 1. ff. si quis cauti. c. duo. 13. dis. & l. si procura-
tor rei. ff. excep. doli. cũ simil. ibi in glo. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LVII.

ARGVMENTVM.

Emptori conuento hypothecaria pro sunt iura mulieris venditricis, Quæ sunt, quòd fideiubendo, & obligando bona dotalia pro debito mariti, ipsa mulier absoluta à iuramento, potest opponere de nullitate obligationis, & quòd fideiussio sub conditione, si fuerit debitor coactus soluere, requirit implementum conditionis in forma specifica, requisita etiam excussione, opponenda etiam in vim peremptorię.

ARGVMENTVM.

1 *Fideiussio, quam facit mulier interueniens pro marito, est contra iura, & dicitur stricti iuris, & non est extendenda vltra quam sit in ea cautum. & nu. 6.*

2 *Fideiussio, & intercessio mulieris pro marito, iure prohibetur, & nullius est momenti, nisi adsit iuramentum.*

3 *Absolutio ad effectum agendi debet concedi ab episcopo petenti.*

4 *Mulieri intercedenti pro marito soluendo non existente, succurrendum esse iura volunt.*

5 *Casu quo, hæc particula designans fiendum quid in futurum, facit & inducit conditionem.*

7 *Fideiussio sub conditione exposita, sicut omnis alia obligatio, non operatur ad agendum, vel excipiendum, nisi adimpleta conditione.*

Conditio

8 *Conditio expleri debet in forma specifica.*
9 *Actio regulariter non oritur non impleta conditione in forma specifica.*
10 *Tunc, & eo casu, Dictio ista habet vim taxandi, & restringendi.*
11 *Verba secundum ius intelligenda sunt.*
12 *Cogeretur, aut coactus esset, ista verba de iure intelligi debent, vel manu militari, vel pœna imposita, vel captis pignoribus.*
13 *Actus originem ducens ab actu voluntario non dicitur coactus*
14 *Creditor habens plures obligatos in solidum, potest conuenire vnum, quem eligere sibi placuisset.*
15 *Solutio dicitur spontanea, qua facta est absque vlla contradictione.*
16 *Possessor tertius non potest conueniri actione hypothecaria, nisi prius constito, quòd promittens, & obligans rem petitam non sit soluendo.*
17 *Instrumentum probat contra interuenientem in eo.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.


Voniam isthæc cudetur faba in caput miserabilis viduæ Dominæ Pacificæ, quæ de euictione tenetur reficere Nardo conuento super hypothecaria prædioli, de quo agitur, omnia damna, & interesse, diligenter conspicienda sunt iura ipsius d. Pacificæ. Quæ iuuenis, & minor, vt audio, 25. an. à socero, & à marito seducta fuit ad promittēdum cum alijs restituere Angelo Hebræo pecunias, sub fœnore per maritum acceptas, & pro indemnitate soceri obligare dotem suam, continentem illud prædiolum, & domum in castro Florentiolæ: Quæ quidem sua iura, vndiq; redolent æquitatem, & fauorem, vt ei subueniatur, ne sic decepta, & indotata remaneat, & pro socero aduersario hypothecaria agente strictius procedatur, cum fideiubendo ipsi socero, pro marito interuenerit, & obligauerit sua
1 bona dotalia, namque † huiusmodi sua fideiussio, vltra quòd sit contra iura, dicitur stricti iuris, & nō extendenda vltra, quàm sit in ea cautum. Deci. in consil. 93. sub nume. 3. & consil. 107. colum. penul. & Curt. iun. consil. 36. nume. 5. Atq; iura ipsius d. Pacificæ adiuuant, & prosunt dicto Nardo singulari successori. per text. in l. emptori. C. de euict.

Ius autem dictæ Pacificæ primum extat, quòd omnis sua promissio facta, & socero fideiubendo, & alijs, vt in instrumento ab ipso socero exhibito legitur, importat fideiussionem, & intercessionem
2 pro suo marito, quæ † iure prohibetur, & nullius esset momenti, nisi adesset iuramentum. Barto. & alij in authen. si qua mulier. C. ad Velleia. per text. in c. cum contingat. de iureiur. & in cap. licet. eo. in 6. sed tale iuramentum præsupponitur remissum, & absolutum per [illegible] eueren. Dominum Vicarium Epi-
3 scopi, vt debet absolui, † per ea quæ in terminis latè [illegible] ibit Abb. in consilio 8. tria. li[illegible]. 2. etiam parte non citata. Capel. Tholo. in q. 62. & Rui. in consil. 170. num. 30. lib. 1. & Ant. Nicel. in tracta. de concordia glos. numero 257. Nam absolutione huiusmodi obtenta, potest quandocunque ante latam sententiam d. Pacifica comparere. per ea quæ scribit Aymo. in consil. 14. nume. 3. & potest in sui fauorem excipere, & probare ea, quæ sibi incumbūt. Barto. in l. cum impuberes. prope fin. versicu. aduerte ergo. C. de nego. gest. & in specie id d. Pacifica venditrix pro defensione dicti Nardi emptoris facere potest. per text. & ibi glo. Cyn. Barto. Bald. & Salycet. in l. si parentes. C. de euict. & vt per Afflic. in decisio. 235. Exceptiones autem suæ videntur summa æquitate, & iure optimo attendendæ, & amplectendæ, quæ in hoc consistunt, quòd d. Pacifica à Baldassare socero, & a marito, forsan minor 25. an. vt ex probationibus fiendis apparebit, inducta fuit ad promittendum cum alijs pluribus [illegible] debendi, & fideiubendum pro ipsis socero, & marito, & obligando dotem suam pro pecuni[illegible]s à marito acceptis ab Hebræo sub vsuris, vt prius [illegible]um
4 est: vnde † ei succurrendum censeo. per vulg[illegible] promulgata in fauorem mulierum interced[illegible], præsertim pro marito non existente soluendo, p[illegible] ea quæ propriè tradit Abb: in dicto consil. 8. [illegible]ib. 2. quod est decisiuum huius litis ad fauorem d. [illegible]ficæ, & successiuè Nardi ab ea ementis, ad quod [illegible]ciunt plura in simil. allegata per Pari[illegible] in con[illegible]5. colum. 2. & sequen. lib. 3. & per And. Tiraqu[illegible] in l. si vnquam. in præfa. nume. 172. C. de reuoc. dona. quòd maximè iuramētum in hac re totum facie[illegible]s, per notarios ex quadam eorum consuetudine sub inuolucro verborum apponitur, & accipitur a simplicibus, & incautis mulieribus verè, & [illegible]æpius nescientibus quid agant, dummodò maritis complaceant.

Concurrit item ius aliud penitus excludens dictum Baldassarem actorē, quod promi[illegible] indemnitatis, & specialis bonorum dotalium ob[illegible] facta per dictam Pacificam, est sub expre[illegible] conditione, casu quo dictus Baldassar coger[illegible], aut coactus esset soluere fideiussionem factam pe[illegible] Blaxium Rotam alium expromissorem principali debiti, vt ex lectione instrumenti istarum prom[illegible]o-
5 num liquet, nam hæc † particula, casu quo, designās fiendum quid in futurum, facit, & inducit conditionem. per l. respiciendum. & l. sequen. ff. si certum peta. dicit Corn. in consil. 14. Ci[illegible] ca pri[illegible]um. col. 1. versicu. quia illa verba. & consil. 96. v[illegible] detu[illegible]. col. 3. versicu. & in terminis. lib. 1. & ali[illegible] A[illegible]m. in consil. 268. colum. 1. Quia (vt dictu[illegible]
6 iussio est stricti iuris, † & vltra nō extenditu[illegible], quam in ea cautum est[illegible] l. fideiussores magist[illegible]tuū. §. 1. ff. de fideiusso. & §. [illegible]na. institu. cod. & [illegible]iussio sicut omnis alia obligatio, & d[illegible]positio sub conditione
7 exposita † non operatur ad agendum, vel exe[illegible]endum, nisi adimpleta conditione. l. ced[illegible] de verborum [illegible]ificatio. cap. 1. de [illegible] hæredi. §. fina. de conditio. & demo[illegible] pothecca est expressus text. in l. res h[illegible] sed, & in conditionali obligatio[illegible] gatur, nisi conditio extiterit. ff. de p[illegible]

sione tradit Dec.in consi. 107.colum.fina.versic.& ideo ista conditio.& Soci.in consil.51.colum.pen. versicu.septimò confirmatur.lib.1.& Paris.in consi. 162.colum.penul.nume.29.lib.4.est tex.in l.si cre-
8 ditor. C.de fideiuss. conditio † autem expleri debet in forma specifica. l.Meuius. & d.l. qui hæredi. de conditio.& demonstratio.aliàs habetur obligatio, ac si facta non esset. per l.pecuniam.si certum peta. ibi, perinde est, ac si nulla stipulatio interuenisset. & per l.necessario. de peri.& commo.rei vendi.respondit Iaso. in consi.48. lib.3.regulam enim esse,
9 † non impleta conditione in forma specifica non oriri actionem, dicit Alexand. in l. 1. colum.fina. versi. in ea ibi respon. C.de pact.& alla subsequens particula instrumenti,ibi. Tunc & eo casu dicta D. Pacifica obligauit, & hypothecauit, &c. est magis restrictiua, & taxatiua obligationis ad ipsam formam expressam conditionis ascriptę, casu,quo Baldassar cogeretur, vel coactus esset soluere fideiussionem factam pro Blaxio Rota, quia talis est signi
10 ficatio, & vigor huius adiectionis, † tunc,& eo casu, taxandi, & restringendi: vt per Anch.in consil. 356.ex serie testamenti. colum.2.versic. tertiò hoc probat. & Roma.in consilio 138. noua superuenit. colum.1. versicu.secunda quia testator.& Socin.in consil.259. Visis & consideratis. colum.3. versicu. confirmantur præmissa. lib.2. vbi multum ponderat ad standum in casu specifico expressę conditionis ex particula adiecta, tunc, & eo casu, ad idem Dec.in consil.89. colum.3.versic.postremò prædicta conclusio.& in consilio 273. colum.pen.versic. & prædicta conclusio. & alibi, quæ in testamentis dicta, magis restringunt in contractib. l. quicquid astringendæ. de verborum obligatio.& longè magis in fideiussione.per d.l.fideiussores magistratuũ. §.1. & Dec.in consil.93.colum.pen.versicu.secundo præmitto. dicit,quod in obligatione fideiussionis stricte, & multum limitatè proceditur.

At videndum est in casu isto, quòd forma dictæ cõditionis taliter concepta est,quòd Baldassar primo fuerit coactus soluere: Deinde, quòd soluerit pro fideiussione per eum facta Blaxio Rotæ, & neutrum istorum apparet explenum, & interuenisse: nã
11 † verba secundum ius intelligenda sunt. l.quæro.§. inter locatorem.ff.loc.l.nepos. de verborum signi. cap.causam quæ. de rescript. & c. cum dilectus. de consuetu.& cap.faciat.22.q.2. cum simil.ideo ver-
12 bum illud,cogeretur,aut coactus esset, † de iure intelligi debet, vel manu militari, vel pœna imposita, vel captis pignorib. vt l. qui restituere. ff.de rei vendi.& l.1.si quis iusdic.non obtempe.non debet attendi, quòd potuisset cogi vigore statutorum de instrumentis exequendis: ergo videtur coactus soluisse: argumen.l.nouissimè. ff. quod fal.tut. quia à principio sciebat, vel scire debebat id, vnde debebat expectare implementum dictæ conditionis, quòd cogeretur iuris remedijs, per ea quæ in simili dicunt Ange.& Pau.de Cast.in l.fideiussor.ff.de fi-
13 deiuss.nam actus † adhuc non dicitur coactus originem ducens ab actu voluntario.l.magis.§.si pupillus.ff.de rebus eorum. & ibi nota. Bald.& in consi. 20. Quid importet. lib.2.sic dicendum est,vt taxatiuum, & restrictum implementum prædictæ conditionis requirit per supra allega. Minus aliud adimpletum est pro fideiussione Blaxij Rotæ soluendo, quinimò pro sua obligatione, quã à principio eum alijs correis debendi insolidum tenebatur,ipse Baldassar præsumitur soluisse, per text.in l.4.ff.de soluti. Non absque ratione apposita est conditio, si cogeretur soluere fideiussionem præstitam pro dicto Blaxio, quia aliàs potuisset soluere pro sua principali obligatione, pro qua præsumitur soluisse, & pro qua dicta Pacifica non fideiussit hypothecando expresse sua bona dotalia,vt liquet ex inspectione totius dicti instrumẽti, potuisset etiam euenire, quòd dictus Baldassar non fuisset coactus soluere dictum debitum illi Hebræo, qui habens pro eodẽ credito alios plures reos debendi obligatos in so-
14 lidum, † poterat alium conuenire, quem eligere sibi placuisset: vt l. 1. C.de duob.reis: Quare cum nõ solum sponte voluit soluere, sed etiam dictus Hebræus creditor fecit cessionem notario stipulanti pro dicto Baldassare absente, confitendo se fuisse satisfactum ab eo, in nulla parte fuit adimpleta di-
15 cta conditio, nam spontanea dicitur solutio, † quæ facta est absque vlla contradictione, vt inquit Ruin.in consilio 147. columna penulti. nume. 16. libro primo. & sibi non expectanti se cogi ad soluendum fideiussionem pro dicto Blaxio imputet: argumen.§.sed si ab vno.instit. de fideiuss.ergo cessante dicta conditione,& alia obligatione,pro qua fuerit hypothecata dicta petia terrę dotalis,cessante, victoria dicti Nardi in hoc iudicio intentato est certa, pro qua & hoc sufficeret.

Aliud ex abundanti additur ius ipsius Nardi, quòd non potuerit vti tertius possessor conueniri
16 actione hypothecaria, † nisi prius fuerit condemnata, & excussa, quòd non sit soluendo d.Pacifica promittens, & obligans dictam rem petitam. per text.in auth. hoc si debitor.C.de pignor. quod potest opponi, etiam in vim peremptoriæ post lit. contestat. vt alios allegando dicit Aymo.in consil. 263.colum.3.vers.quarto considero.non valet excussio,quæ asseritur facta,quòd Tolomęus maritus non sit soluendo, quia non ipse, sed Pacifica vxor etiam promisit, & ipsa obligauit dictam petiam terræ dotalem, & ipsa etiam apparet ex eodẽ obligationis instrumento,quòd sit soluendo, quia habet domum in castro Florentiolæ pro eadem promissione simul obligatam,vt cõtinetur in dicto in-
17 strumento, † quod probat contra dictum Baldassarem in eo interuenientem.l.optimam.C.de contr. stip. & præsumitur esse adhuc ipsius Do. Pacificæ. per nota. maximè à Baldo, in l. siue possidetis. C. de prob. & ita cõcludo, Nardum debere victoriam reportare. Laus Deo.

Simon de Piætis Iurisc. Pisauren.

CON-

CONSILIVM LVIII.

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo factum emptioni duorum camporum consignatorum ex tenimento terræ, non censetur remissum per venditionem postea simpliciter factam emptori eidem, & alij cum eo ementi ad mensuram certam comprehendẽtem etiã illos duos campos intra confines eosdem illud tenimentum certo prætio pro mensura quantumcunque sit aucto, & maiori prætio, quàm fuerit prętium ipsorum duorum camporum, & exceptio decreti dantis modum exponendi pactum de retrouendendo non obseruati, non prodest emptori. & tale decretum laicorum præsumens cõtractum vsurarium non valet.

SVMMARIVM.

1 *Honor agitur quum Doctor propriam causam agit.*
2 *Instrumentum publicum dicitur probatio probata, & faciens rem manifestam.*
3 *Instrumenti casus habet vim diffinitionis causæ.*
4 *Paria sunt, non esse, & non apparere.*
5 *Argumentum à solito partium ipsarum valet.*
6 *Solitum potest haberi, & verificari ex vno actu, quia est nomen vniuersale.*
7 *Instrumentum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
8 *Ius acquisitum ex pacto per vltimam venditionem factam, non habita mentione de ipso, non intelligitur sublatum.*
9 *Emptio de eadem re potest stare cum secunda, quando secunda esset facta diuerso pratio, vt emptor dicatur possidere ex vtraque emptione.*
10 *Venditio agri facta ad mensuram certo pratio constituto pro singulo iugere, non certam, & præcisam quantitatem per contrahentes nominatam continet, nisi quanta apparuerit per mensuram demonstrata quantitas.*
11 *Venditio vltima facta ad mensuram, & sic facta sub conditione, non facit, ut censeatur recessum à prima purè facta.*
12 *Totum quandoque ponitur pro parte, quæ reperitur posse uenire in dispositione.*
13 *L. Quod si uno. in fine. ff. de in diem adiect. quomodo procedat.*
14 *Terrenum existens intra confines, de quo potestatem disponendi amplius non habet, non uenit in dispositione.*
15 *Arguitur ubi de uno ad aliud: illud, ex quo arguitur, debet esse certum.*
16 *Dubium quid esse, quomodo dicatur.*
17 *Interpretatio fieri debet contra producentem instrumentum.*
18 *Dominium in alium transferendum ubi perditur propter aliquod non obseruatum, tunc nemo id potest opponere, nisi ille dominus, in quem transfertur, & non extraneus.*
19 *Laicus non potest se ingerere de re pertinente ad iurisditionem ecclesiasticam.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Onor, vt video, de eo agi, cum Doctor
1 propriam causam agit: † vt Næuiza. inquit in Syl. nupt. in lib. 6. sub nume. 11. fol. 238. plusquam rei valor, coegit supradictum insignem Iurisconsultum, vt in causa ꝓpria semel, bis, ter scribendo tam latum, & amplum consilium ediderit, quòd locum nullum nec angulum quidem reliquerit alij, qui velit post eum in eadem causa scribere, nisi eadem repetat, & brassicam recoctam iterum in mensam adferat, nec tamen quemquam suarum allegationum prolixitas deterreat, quoniam vbique, & passim non minus sapienter, ac prudenter, quàm congruè & opportunè allegauit, in omnibus quidem veritas, potius quam affectio propriè causæ locum sibi vendicare videtur, vt ostendunt veræ iuris conclusiones in consilio ipso firmatæ, & magis ipsa principalis conclusio, quòd locus sit pacto de retrouendendo, amplexa, & luculenter confirmata demonstrat, ita ꝙ securè approbata extitit per tot excellent. supranominatos Doct. subscribentes.

Ego quoque subscribens eandem sententiam, & conclusionem vti non minus iustiorem, quam tutiorem confirmo, & approbo. Moueor enim hac præcipua ratione, quòd de pacto de retrouendendo Egidio venditori, & suis successoribus quandocunque per Bartholomæum reum conuentum exposito clarissimè liquet per instrumentum publicũ,
2 † quod dicitur probatio probata, & faciens rem manifestam, euidentissimam, & manifestissimam, per plura iura, & decis. probat And. Tiraq. de retracta. tit. 1. §. 2. glo. 1. num. 20. & sequen. & Rolan. à Val. consil. 85. nume. 38. & sequen. lib. 1. & consilio 96. nume. 17. & sequen. lib. 3. & non est dobitandum
3 vbi † est casus instrumenti, quod habet vim diffinitionis causæ, authoritate Baldi, inquit Aymo. in consilio 31. in fi. & consi. 317. colum. 1. & Roland. à Vall. consil. 4. nume. 24. lib. 2. & Cæphal. cons. 4. nume. 23. & sequen. A quo quidem pacto pro parte d. Egidij, nunquam intelligitur recessum, & renuntiatum: Nisi vnum ex his duobus interuenerit: Vel quòd expresè actũ dictumve fuerit, vel quòd necessariò inferatur per actum sequentem, qui sit incompatibilis cum ipso pacto. l. pacta nouissima.

C. de

C.de pact.& ibi doct. & adducit Aymo.in consil.
257.col.3.versi. nono.

Sed vniuersa huius facti controuersia pendet ex
eo, an ex his duobus alterum interuenerit, puto
æquidem neutrum interuenisse.

Primum, certum est, quòd nequaquam fuit ex-
præsè actum, vel dictum, quòd tale pactum de re-
trouendendo sit remissum, & renũciatum, est enim
4 certum, quia aliter non apparet, & † paria sunt non
esse, & non apparere.l. in lege.ff.de contrah.empt.
exinde arguitur contrahentes noluisse remittere
dictum pactum, exquo expresè non dixerunt.l.de
precio.de publici.& l.1.§.sinautem ad deficientis.
C.de cad.tollend.cum simil. per doct. huiusmodi
argumento sæpe vtentes allegari solitis, de quibus
per And.Tiraq.in l.si vnquam.in versic.libertis.nu.
3.& sequen.sicut idem contrahentes expræsserunt,
quando secunda vice de anno 1531.designando
certum locum duorum sextariorum terræ in semi-
ne pro indiuiso cũ venditore de nouo fecerunt con
tractum venditionis, & emptionis, expresè cassan-
do, & recedendo à primo contractu, & pacto de re-
trouendendo, & nouum pactum prædictum (quo
nunc experitur) exposuerunt, vt legitur in instrumẽ
tis productis in processu Actorum fol.14.& seq.ita
5 etiam valet † argumentum à solito partium ipsarũ.
l.nummis.de leg.3.per Ias.& alios in l.certi condi-
6 ctio.§.si nummos.si cert.petat.& ex vno actu † po-
test haberi, & verificari solitum, quia est nomẽ vni-
uersale.per l.Mela.§.sed si alimenta.de alimen.leg.
firmat ibi Bar.& in l.1.circa fi.C.quomodo, & qñ
iud.& ibi Pau.de Castr.dicit hoc dictum commu-
niter teneri, instrumentum vltimæ venditionis de
residuo bonorum venditoris in eodem loco vendi
torum postea de anno 1535. quo pro solo cory-
pheo suarum defensionum nititur reus conuentus,
non dicit, non loquitur de remissione, & cassatione
iuris ex pacto prædicto de retrouendendo dicta
7 duo sextaria terræ, neque nos dicere debemus, † vt
allegant Alex.in consi.52.circa.col.3.num.13. lib.
4.& Dec.in consi.70.col.1.& Andr.Tiraq. in d.l.si
vnquam.d.versi.libertis.sub num.11.

Secundum, & alterum quoq; non interuenit ne-
cessariò inferens dictam renunciationem, & remis
sionem iuris acquisiti ex dicto pacto, quia aut dica-
tur partem terræ, de qua loquitur dictum pactum,
contineri in venditione totius tenimenti terræ vlti
mo loco facta, & tunc etiam dicendum est, per di-
ctam vltimam venditionem in qua de dicto pacto
mentio nulla habita est, non esse recessum ab ipso
8 pacto, † & ex eo ius acquisitum non intelligi subla
tum, vt ex facto in specie respondit Alex. in consil.
27.attentis narratis.lib.3.aliàs, & sæpe in causa ista
allegato, & per doctores approbato, maximè per
Dec.in d.l.pacta nouissima.col.4.sub nu.10.versic.
secus dicit. A quo Alexandri consilio non habente
in hoc contradicẽtem, ob eius authoritatem hodie
in tam illustri, & excelso loco sitam, recedere, quo-
dammodo nephas videtur, ait Deci.in consil.62.
col.3.ver.& ita his duobus meminit Neuiz. in Syl.
nupt.lib.5.ante num.27.nam compatibile est, po-
testq; stare simul, pactum per emptorẽ factum ven-
ditori de retrouendendo eandem rem emptam cũ
venditione ipsa per venditorem facta semel vel bis
reiterata, vt pro firmo præsupponitur in text. & ibi
per doct.in l.2.C.de pact.inter empr. & vend. sicut
9 compatibilis est, & stare potest † prima emptio de
eadem re cum secunda emptione, eo magis quãdo
secunda facta esset diuerso precio, vt emptor dica-
tur possidere ex vtraq; emptione. secundum Bart.
in l.singularia.si cer.pet.ita declaratum ibi per Alc.
in col.5.nu.10.& Dec.in col.9. nu.20. & per alios
moder.ibi, maximè Hier.Cagn.num.121.Quasi in
precio aucto renouata venditio in cęteris remane-
re debet firma.per tex.in l.iurisgentium.§. adeo.ff.
de pact.ibi, si igitur in totum potest.facit & tex.in l.
alumnæ.§.qui filias. in fi.ibi, non à tota voluntate
recessisse &c.de adi.leg.à proximis quoq; conferũt
consulta per Alex.consi.193.num.2.& sequen. lib.
6.vt videri possunt.atque ideo huiusmodi reitera-
tio venditionis non faceret recedi à iure acquisito
ex dicto pacto. secundum alleg.deci.Alexan.

Aut dicatur dictam partem terræ sic promissam
prius retrouendi, nõ comprehendi, neque contine
ri in venditione totius tenimenti prædicta vltimo
loco facta eidem reo conuento cum alio ementi,
prout bene defendi potest non contineri, nam & si
vltima venditio contineat tantum terræ, quantum
sit capacitas quinque sextariorum in semine, ita q
videantur duo sextaria prius vendita compręhendi
cum reliquis tribus nunc non venditis, quia duo &
tria faciunt quinque, iuxta illud sophistæ. per glos.
in versi.vtrum ita.in l.si is qui ducenta.§.1. de reb.
dub.Tamen cõsiderandum est, quòd in hac nostra
specie fallacia est in quãtitate sextariorum, & prius
& postea venditorum, quia prius vendita certam
quantitatem duorum sextariorum non continent,
sed certam partem designatam, demonstratam, &
consignatam per venditorem emptori, vt dicit in-
strumentum vigens inter contrahentes, ex quo sub
sequitur pactum, de quo agitur, & postea venditum
est petium terræ non firmatum in certa quantitate
quinque sextariorum, sed quantumcunq; fuerit in.
mensura, vt dicit instrumentum, in processu Acto-
10 rum fo.35. † venditio enim agri facta ad mensurã
certo precio constituto pro singulo iugere non cer
tam, & precisam quantitatem per contrahentes no
minatam continet, nisi quanta apparuerit per men
suram demonstrata quantitas, per l.qui fundum. §.
qui agrum.ff.de contrah.empt. sed quòd debuisset
mensurari pro hac vltima venditione facta priori
emptori cum alio ementi dicta pars terræ per eum
solum prius empta forsan minori precio, credo id
11 iure non posse obtineri, quia † per vltimam vendi-
tionem ad mensuram, & sic factam sub conditione.
Bar.in l.Iulianus.§.si Titius.ff.de act.empt. nõ cen
setur recessum à prima pure facta.l.si id quod.in pr.
ff. de rescind.vend.& in ea parte iam vendita, non-
dum præsertim facta retroemptione, nil habebat
agere idem venditor, vt faceret eam mensurari in-
toiu

ulto emptore Iam possessore, & domino eiusdem
partis terræ, qui poterat prohibere, ne eam aliquis
ingrederetur. per tex. in §. planè. insti. de rerũ diuis.
ergo intelligitur eidem venditori in cęteris reman
sisse ius saluum ex dicto pacto: argumen. l. si vina.
in fi. ibi, nam quæ inuitus emptor &c. ff. de peri. &
com. rei vend. & sic quandoque totum ponitur pro
12 parte. † quæ reperitur posse venire in dispositione.
per l. Titia. ff. ad leg. Falcid. & l. Lucius. in princ. de
leg. 1. declarat Ias. in d. l. iurisgentium. §. adeo. vltra
med. versicu. item adde. & est tex. in l. qui tabernas.
ff. de contrahen. empt. & in l. serui electione. §. fi. de
13 lega. 1. quod † dicit. l. quod si vno. in fin. ff. de in di.
adiect. nos cum tota re etiam partem nostram eme
re posse: procedit propter pactum adiectionis in
diem, quod inducit resolutionem contractus, &
facit rem desinere nostram esse, vt declarat Alber.
de Ros. in l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. Ita ratio-
ne mensuræ fiendæ non potest dici iterum vendita
dicta pars iam certo, & soluto prætio vendita, non
facta saltem retraditione rei, & prætij. vt l. 2. ff. de
rescind. vendi. glos. in l. 1. C. quando lice. ab empt.
disce. & glo. & Docto. in l. pacta. ff. de contrahend.
empt. Item non potest dici comprehendi in vltima
venditione ratione confinium eorundem datorum
etiam ad dictam primam venditionem dictæ par-
14 tis, quia † etiam intra confines existens non venit
in dispositione, de quo disponens amplius potesta-
tem disponendi non habet. vt tradit Alex. in consi.
54. ponderatis verbis. in prin. lib. 3. & potius debet
attendi demonstratio mensuræ, quàm confinium.
dicit idem Alexan. in consi. 8. videtur fortasse. in fi.
lib. 4. mensura vero fieri non potest in dicta parte
prius vendita valẽte emptore prohibere ingressum
in eam, vt dictum est: Item nec ratione prætij flo.
130. constituti in dicta vltima vẽditione pro quo-
libet sextario, potest cõtineri dicta pars, quia quan
titas recepta scutorum 250. faciens quantitatẽ flo.
375. non continet prætium trium sextariorum ter-
ræ præsuppositorum pro residuo dicti tenimenti
terræ, & in promissione residui dicti prætij, si quid
est, ponitur particula dubitatiua, vt legitur in instru
mento registrato in dicto processu fo. 35. & in solu
tione scutorum 38. postea facta pro residuo prædi-
cto, adiecta est clausula, saluo tamen iure vtrique
parti faciendi inter eos bonum computum, vt præ-
supponitur in facto cõstare instrumento manu Ser
Benedicti Perusini: adeo quòd ex incertitudine hu
iusmodi prætij, saltem excedẽtis valorem dicti re-
sidui, non potest etiam deprehendi certitudo quan
15 titatis certæ terræ venditæ. quia † vbi arguitur de
vno ad aliud, illud ex quo arguitur, debet esse cer-
tum: inquit Bald. in l. data opera. colum. 4. versicu.
& vbi. C. qui accus. non pos. per l. comparationes.
de fide instrumen. & quia tam facilis erat expressio
dicere, comprehensa petia terræ prius vendita, si
voluissent cõprehendi contrahentes in vltima ven
ditione. cap. ad audientiam. de deci. cum simil.

Hac item alia iuris præsumptione addita, per
vulg. l. cum de indebito. ff. de proba. quòd ipse reus
conuentus iterum emere noluerit dictam partem
prius emptam suis pecunijs flo. 200. & eam com-
municare cum alio secum postea emente residuum
eiusdem petij terræ: per l. vt sit pro socio. ff. pro soc.
& sic suas pecunias floren. 200. iactare, cum de his
nulla sit facta mentio in dictis vltimis instrumen-
tis: Quod est maximę considerationis pro hac am-
biguitate sic declaranda. ex quibus vera conclusio
remanet, dictam partem terræ prius venditam non
esse, vel non apparere comprehensam in dicta vl-
tima venditione, & tunc alia principalis conclusio
subsequitur, Minus censeri sublatum, vel remissum
dictum pactum de retrouẽdendo vti accessorium.
per regu. accessorium. de regu. iur. in 6. cum vulg.

Aut vltimo loco dicatur esse dubium, & ambi-
guum, dictam partem terræ prius venditam com-
prehendi in dicta vltima vẽditione, vel ne, dictum
pactum esse remissum, vel ne, eo modo autem du-
16 bium est, † prout declarant, vel tradunt, quid du-
bium dici Doct. in regu. in obscuris. de reg. iu. in 6.
& in l. semper in obscuris. ff. eo. & in l. in ambiguo.
de reb. dub. & non potest inficiari, quin ita dicatur
in hac specie, & quin iste sit casus noster, & tunc di-
cendum est, ergo ipsum pactum non esse remissum,
nec sublatum, dictamq; terrę partem non esse con-
tentam in vltima venditione, vt interpretatio fiat
contra emptorem, modo volentem dictam partem
terræ comprehensam in vltima emptione, & di-
ctum pactum sublatum esse, qui potuit hæc expri-
mere, & qui modo se fundat in dicto instrumento
vltimæ venditionis, tam ambiguo circa suam ex-
ceptionem, & intentionem excludendi intentio-
nem actorum: meritò fieri debet contra eum talis
17 interpretatio. † vulga. l. veteribus. & ibi Docto. ff. de
pact. & in l. Labeo scribit. ff. de contrahend. empt.
cum pluribus concord. aliàs per Dom. Consulen-
tem alleg. Cuius sententiam enumerando, vel di-
stinguendo casus nostræ quæstionis vt supra, non
solum pro eo amico, qualis est ipse Dom. Hierony-
mus Egidius excellent. primus scribens, & Consu-
lens, sed etiam pro ignoto, vel penitus inimico be-
ne cogitans ad largum, & lõgum, per directum in-
directumq;, quo posset in hac quæstione vagari, &
fimbrias allegationum dilatari, impellor & iustè,
& tutè subscribere, & approbare, & demum con-
cludere, quòd nequaquam necessariò cogimur di-
cere, vel inferre sublatum esse ius ex dicto pacto,
compatibilitate demonstrata primi cõtractus par-
tis terræ prius emptæ, & dicti pacti cũ vltimo con-
tractu prędicto, & remotis omnib. contrarijs quæ
possent imaginari, & elici ex clausulis vltimi instru
menti dicti vltimi contractus, quæ vno verbo tol-
luntur, quòd non loquuntur de dicta parte terræ,
& minus de iure ex dicto pacto, sed de residuo di-
cti petij terræ, quod venditori supererat pro indi-
uiso, ibidem cum ipso reo conuento, & de iuribus
ad hoc pertinentibus, & competentibus, quicquid
reperiatur pro aduersa parte cõsuluisse Tob. Noni.
Perusi. suo cons. 81.

Non opitulatur reo conuento decretum Ducale,
postea

postea emanatum, de forma venditionum cum pacto de retrouendendo, vt plenè per Dominũ Consulentem, & per Dominum vltimo subscribentem responsum extitit. Addo, quòd per inobseruantiam dicti decreti etiam emptor amittit, & nihil sibi est applicandum, sed fisco Ducali, de cuius iure, ideo non potest opponere, vt in similibus terminis probat Roma. in consil.76. in causa nobilis. colum.2. in fin. versicu. tertiò principaliter. idem tenet Bart. in consil.81. Martinus Forniconis. colum. fin. vers.
18 finaliter tamen, quòd † vbi propter aliquod non obseruatum perditur dominium in alium transferendum, tunc nemo id potest opponere, nisi ille Dominus, in quem transfertur, & non extraneus, cum maximè hodie per lapsum quinquennij, & magis viginti annorum sit sublatum omne ius fisci. l. 2. C. de vecti. com. & l. quærela. C. de fals. Addo etiam, quòd quatenus ex dicto decreto ob eius inobseruantiam inducatur præsumptio contractus vsurarij, & fœnerati.ij: Talem præsumptionem, seu aliam quamcunque dispositionem super materia vsuraria, vti pertinente ad iurisditionem ecclesiasticam, non posse per decretum Principis laici in-
19 duci, vel fieri, † vt in specie respondit Dec. in cons. 170. in fin. ita in omnibus in aliorum sententiam pro actoribus accedo. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LIX.

ARGVMENTVM.

De interpretatione, seu intellectu statutorum, seu decretorum ad exclusionem sororis à successione fratris, patruo agente, ex inclusione, & vocatione collateralium masculorum, ac masculorum descendentium per lineam directam, quomodo in quæstione proposita intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Soror succedit fratri ab intestato defuncto, exclusis collateralibus, præter fratres, sorores, & eorum filios.*

2 *Statutis apparentibus adinuicem contrarijs, statutum speciale debet attendi, & obseruari, vel concordari.*

3 *Gradus probatio requiritur pro demonstranda consanguinitate, computando à communi parente.*

4 *Vocabulum prolatum à lege importans & significans plures personas, comprehendi potest, & verificari etiam in vlteriori, nedum in prima.*

5 *Fratri superextantes masculi descendentes per lineam directam, exclusa sorore succedunt.*

6 *Statutum non debet esse de indubitabili, & superuacuum, sine effectu operandi.*

7 *Statutum sic interpretari debet, vt minus iniquitatis, & exorbitantiæ contineat, & magis ad terminos iuris reducatur.*

8 *Disponentis sententia perspicua redditur inspecto cõtextu verborum totius scripturæ.*

9 *Sermo idem non diuersimodè, sed æqualiter intelligi debet.*

10 *Verba debent intelligi per prius.*

11 *Statutum excludens filiam dotatam à successione fratris, quomodo intelligatur.*

12 *Statutum excludens à successione matris, non intelligitur de collateralibus ascendentium.*

13 *Argumentum ab ordine, & contextu scripturæ valet.*

14 *Patruus non dicitur de linea paterna.*

15 *Dictio, alijs, comprehendit similes iam nominatos.*

16 *Statuti verba singula prout nominibus ipsis correspectiuis, & correlatiuis congruunt, singulis sunt adaptanda.*

17 *Exclusus ab vno excluditur à procedentibus ab eo, & econtra.*

18 *Consanguinitatis probatio quo ordine fiat.*

19 *Statuta debent intelligi secundum regulas iuris.*

20 *Pater, vel auus, per quos patruus iungitur fratri defuncto, de iure non excludunt sororem.*

21 *Remotior non debet præferri proximiori.*

22 *Decretum disponens circa aliquid, non extenditur vltra, quam loquatur.*

23 *Relatiuum, dicti, refertur ad masculos iam expressos, exinde declarando illos esse filios.*

24 *Decreti vna pars per aliam declaratur.*

25 *Interpretatio alicuius dispositionis nulla melior haberi potest ea, quæ habetur ex ipsa dispositione.*

26 *Verbum semel positum iuxta diuersa ad quæ refertur, propriè, & impropriè ponitur.*

27 *Patruus collateralis, etiam sub significatione lata non potest comprehendi sub illis verbis, masculi descendentes per directam lineam.*

28 *Principis voluntas præcisa, & enixa impedit fieri extensionem vltra proprium significatum verborum.*

29 *Illatio, vel extensio non fit ex diuersis.*

30 *Nomen transuersalis, seu collateralis, est legale, inuentum, & conceptum circa materiam successionum.*

31 *Dictio, con, significat simultaneam coniunctionem.*

32 *Vocabuli propria significatio habetur ex allusione.*

33 *Significatio propria dicitur, quæ reperitur data authoritate legis: secundum quam debet intelligi statutum.*

34 *Statutum vbi potest constare ex motiuo apparente ex sua dispositione esse conditum contemplatione certarum personarum, non in omnibus casibus, etiam ex ratione expressa non extenditur ad alias personas.*

35 *Intelligentia, & interpretatio tenenda est, quæ vsu, & obseruantia recepta est à populis.*

O DEO

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Væstio in ciuitate Forisemproniј, inter patruum, & sororem vertens circa successionem fratris ab intestato defuncti, extantib. statutis, constitutionib. seu decretis ducalib. pro inclusione masculorum, & exclusione fœminarum, valde perplexa, & dubia videtur ob diuersa, varia, & contraria responsa, seu consilia ab vtraq; parte, vt audio, & aliqua vidi, in sui gratiã habita à celeberrimis Doctorib. & Gymnasij Patauini, & Bononiensis, & Perusini, & alias super eodẽ vel conformi decreto, de quo agitur consultus scrupulosam consultationem esse exorditur. Corne. in consil. 90. scrupulosa. lib. 3. Quod totum in perniciem patrui vertitur, vt contra eum nitentem ex iure municipali, & speciali ambiguo, & obscuro pro sorore fratri succedente, ex manifesto iure, & communi, & municipali respõdendum facilius, & pronius iudicandũ sit. per reg. cum sunt. de reg. iu. in 6. cum vulg. Quod etiam facilius me mouet, vt parẽ eiusdem sororis in qõne proposita teneã, & sententiæ insignium Iurisconsultorum pro ea rñdentium, & consulentium subscribam: licet. n. post tot Excellentissimorum Doct. exquisita ingenia aliud scribere; saltem commendatione dignum, admodum difficilè reputet Dec. in cons. 114. in prin. tñ dici solet, facile est inuentis addere: Id ergo non dicam, quòd pro ea non sit latè, & plenè scriptum, vt suppletio aliqua sit necessaria, quia latissimè, & plenissimè ꝓ ea scripserunt Excellentissimi Doct. quorum consilia vidi, & perlegi: maximè celeberrimi Iurisconsul. D. Tobiæ Nonij Perusini, & nouissimè editum in lucem in suo libro Cons. consil. 10. sed dico per argumenta, & iura, ab eis sapienter, subtiliter, & copiosè adducta, & allegata faciliorem redditam esse viam ad cognitionẽ iuris, & iustitiæ ipsius sororis: · Quæ quidem ipsius sororis iustitiæ cognitio clara, & apertissima est per expressas iuris cõis decis. in auth. cessante. C. de leg. hæredi. & in corpore vnde sumitur, & iuris municipalis Forisemproniј, in statuto rub. 22. ꝙ filia dotata &c. ꝙ soror † succedit fra-

1 tri ab intestato defuncto, exclusis absq; dubio collateralib. præter fratres, sorores, & eorum filios. vt in §. reliquum. in auth. de hæred. ab intesta. & in d. auth. cessante. & si conforme sit iuri communi, tñ municipalis lex dicitur, & vt statutũ valet. ꝓ doctr. Bar. in l. 1. in prin. ff. ad l. Fal. vbi Alex. latè examinat, & per derogationem eiusdem conformis iuris communis à Principe factam non censeri derogatum ipsi statuto, de quo me remitto, vt proximè dicam. Quod statutum specialiter, & expresse vocãs, & admittens sororem ad successionem fratris non cẽseri reuocatum ꝑ generalia decreta Ducalia emanata circa exclusiones fœminarũ stantib. masculis, & maximè specialiter nõ includentia patruos, diffusè demonstratum est per Dom. Consulentes pro dicta sorore: Comprobatur ex his, q̃ tradunt Capra in cons. 104. cum viso. col. 6. versic. sed certè ad hoc rñdetur. nu. 15. & seq. & Rui. cons. 45. visis statutis. col. pe. lib. 3. & Soc. cons. 121. v[illegible] col. 2. lib. 1. con-

2 cludentes, † super huiusmodi statutis apparentibus adinuicem contrarijs, speciale statutum debere attendi, & obseruari, eo ꝙ per speciem generi derogetur, vel debere concordari, vt possunt cõcordari d. statutum, & d. decreta, quòd per d. statutum soror succedere possit fratri, dummodo non superstes sit alius frater, vel alius filius per d. decreta comprehensus sub nomine, collateralium masculorum, & eorum filiorum; Patruus verò non debet comprehendi, etiam ꝙ vltra ius cõe pro sorore non extaret dictum speciale statutum, vt modò ostendam.

Cum itaq; pro sorore sint manifestæ iuris communis, & statuti specialis loci decisiones, patruus volens eam excludere, & se admitti, fundans se in d. decretis correctorijs iuris communis, & d. statuti, & exorbitantib. & strictè ac propriè intelligendis, vt sæpius Docto. in cons. & in tractatib. de stat. fœmi. excluden. dicunt, & adducunt, necessariò tenetur probare, se, vti comprehensum in ipsis decretis, posse excludere sororẽ à successione fratris, aliàs si talis probatio non concludat, quia alias interpretationes, & intelligentias iure possunt habere verba dictorum decretorum, ꝙ inclusionem patrui ad exclusionem sororis, non contineant cõcludenter, & necessariò, solum ex hoc succumbere debet. vt in specie tradit Corn. in cons. 198. in proposita. col. 2. versic. accedat. lib. 3. idem sentit Dec. in consil. 13. colum. 4. versic. non obst. successiuè. & in cons. 524.

3 col. 1. vbi probat, † pro demonstranda consanguinitate requiri probationem gradus, computando à communi parente. ad idem plura more suo cumulat Andr. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 8. gl. 7. num. 1. & seq. dicuntur enim huiusmodi statuta exclusiua fœminarum ponere exceptionem contra ius commune. vnde pro ea demonstranda debemus sequi verborum aptitudinem, & non extensionis plenitudinem. dicit Bald. in l. iubemus. §. fina. in fin. C. ad Trebellia.

Summa igitur rei est, videre quomodo patruus iste per verba dictorum decretorum possit talem exceptionem demonstrare, quòd contra dictas iuris cõmunis, & municipalis decisiones ipse valeat excludere sororem à successione fratris: Videtur enim posse demonstrare primo per verba decreti fe. recor. Illustrissimi Ducis Federici, quo cauetur, filiam excludi à successione patris, matris, & collateralium masculorum defunctorum ab intestato, existentibus filijs masculis, & alijs collateralibus masculis, qui solum habeant succedere; ecce hic frater defunctus sorori est collateralis. vt in princ. instit. de grad. cogn. à cuius successione ipsa est exclusa, & patruus similiter est collateralis masculus superexistens eidem defuncto. per text. in d. princ. institu. de grad. ergo est in casu dicti decreti, vt ipse succedat exclusa sorore, & sub propria significatione vocabuli collateralium, tam ex parte sororis, & fratris defuncti, quàm ex parte patrui existentis, per ea quæ in simili. tradit Pau. de Cast. in consil.

4 40. præsens casus. libro 2. quia vocabulum † prolatum

tum à lege importās, & ſignificans plures perſonas
comprehēdi poteſt, & verificari etiam in vlteriori,
nedum in prima. ſecundum Bald. in l. qui liberis. §.
hæc verba. de vulg. & pup. Deinde p verba alterius
decreti poſtea emanati ab Illuſtriſ. & Excellentiſ.
moderno Duce Guido Vbaldo, exiſtētib. maſculis
excludentia fœminas ab hæreditate aui, auiæ, pr̄is,
matris, & fratris, ita cōtra fœminam ſororē eſt ex-
preſſa excluſio à ſucceſſione fratris, & ſubintrat in-
cluſio patrui comprehenſi ſub vocabulo, & particu
la, donec, & quouſq; ſuperfuerint maſculi per lineā
directam deſcendentes in infinitum, vt deſcenden
tis ab auo primo cōi parente nominato in decreto,
nec dicaẽ eum non comprehendi, vt nō maſculum
per lineam directam deſcendentē à fratre de cuius
ſucceſſione agiẽ, quia de hoc decretū non poteſt in-
telligi, vt de caſu indubitabili, prout eſſet, ſi fratri,
5 † ſuperfuiſſent maſculi deſcēdentes per lineā dire-
ctam, qui excluſa ſorore, abſq; d. decreto, & abſque
dubio ſuccederēt. per tex. in auth. in ſucceſſione. C.
6 de ſuis, & leg. hæred. & † ſtatutum non debet eſſe de
indubitabili. & ſuperuacuum ſine effectu operādl.
l. quod labeo. de carb. edic. & l. 1. in fi. & ibi glo. ad
municip. & l. ſi qñ. de leg. 1. cum ſimil. Accedente
rōne, pro cōſeruatione familiarum, & agnationis,
expreſſa in d. decretis, ob quam tacitè cautum cen-
ſetur comprehendi, & contineri caſum etiam omiſ
ſum, & venire cum expreſſo, ſaltem ſub lata ſignifi-
catione vocabuli, vt per Bal. in auth. quas actiones.
C. de ſac. ſan. eccle. Alex. in conſ. 24. col. fi. & conſ.
50. col. pe. nume. 18. lib. 2. cum ſimil. cumulatis per
Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verſ. libertis. nu. 44.
45. de reuo. don.

Verum exceptionem iſtam contra dictam iuris
cōis, & ſtatutarij expreſſam deciſionem vocantem
ſororem, non concludenter oſtenſam pro patruo
iſto, & multifariam refutatam eſſe conſtat ex rñſis,
rōnibus efficaciſſimis, & legib. plenis Excellentiſſi-
morum Doct. conſulentium pro ipſa ſorore, idem
mihi poſſe demonſtrare quodāmodo facilè vr̃, aſ-
ferendo primū, qđ dicit Corn. cōſi. 134. eleganter.
col. 1. verſic. & propterea. lib. 2. q ſemper fuit huius
7 ſentētiæ, † q verba ſtatuti excludentis fœminas, ſi
interpretationem aliquam patiaẽ ex qua reſtringe
renẽ huiuſmodi excluſiones, pro poſſe reſtringi de-
berent, & ſi verba ipſa adaptari poſſunt vt fœminæ
minus excludanẽ, decens eſt vt verbis inhęreamus,
vtq; ſtatutum minus iniquitatis, & exorbitātię con
tineat, & magis ad terminos iuris reducaẽ. hæc ver-
ba ſunt Corni ibidem. quē refert, verba eadē ap-
probans: Alber. Bru. in tract. de ſta. fœmi. excludē.
in 3. art. col. pe. & in art. 12. in q. 28. vltra med. atq;
ſequendo verba text. in l. item veniunt. §. aptanda.
ff. de peti. hæredit. quæ talia ſunt, aptanda eſt igitur
nobis ſingulis verbis Senatuſconſulti congrua in-
terpretatio, &c. etiam ſi tendat ad adimendū. vt l.
teſtamento. §. 1. de manu. teſt. & l. ſi ita ſit aſcriptū.
8 de leg. 1. quoniam perſpicua † redditur ſententia di
ſponentis, inſpecto contextu verborum totius ſcri-
pturæ, l. Mæuia. de manu. teſta. & l. nūmis. de leg. 3.

Itaque ex verbis eorundem decretorum diligenter
inſpectis oſtenditur, patruum non intelligi in eis
comprehenſum, vt excludat ſororem à ſucceſſione
fratris, procul enim dubio ſtatuētem in d. decretis,
vnum, & nnn duplicem ſenſum habuiſſe dicendum
eſt, & non licere aſſumere varietatem, ac diuiſionē
voluntatis eiuſdem ſtatuentis, primum per tex. in l.
in ambiguo. de reb. dub. alterum per text. in l. eum
qui. in fin. ff. de his qui. vt indig. Aggredior primo
verba decreti incliti Ducis Federici ſuper eis inſi-
ſtendo, eaq; declarando melius, ac dilucidius (ni
fallor) quam hactenus viderim factum fuiſſe ab
alijs ſuper eadem quæſtione ſcribentibus. conſide-
ro enim hoc decretum continere tres ſpecies per-
ſonarum ſub certis nominibus naturalibus, ſeu le-
galib. correlatiuis, & correſpectiuis earundem om-
nium adinuicem, vt eſt filia ad patrem, & matrem,
collateralis ad collateralem, & econuerſo.

Prima ſpecies eſt de perſonis excluſis. ſ. de filia-
bus fœminis, & deſcendentib. ex eis per lineam fœ
mininam: Alia eſt de perſonis à quarum ſucceſſio-
ne inducta eſt excluſio filiarum. ſ. de patre, matre,
& collateralib. maſculis, & eorum filijs, & alijs de-
ſcendentibus, tam per lineam paternam, quàm ma-
ternam ab inteſtato defunctis: Vltima, & tertia eſt
de perſonis incluſis, & vocatis ad ipſam ſucceſſio-
nem. ſ. de exiſtentibus filijs, vel nepotibus per ma-
ſculinam lineam deſcendentibus, ex eiſdem. ſ. no-
minatis in ſecunda ſpecie perſonarum, de quarum
ſucceſſione agitur, excludendo primam ſpeciē per-
ſonarum de filiabus, & includendo hanc tertiā ſpe-
ciem, de filijs, & nepotib. per lineam maſculinam,
& de alijs collateralibus maſculis, & eorum filijs,
& ſub iſto vocabulo inſerto in hac tertia ſpecie. ſ. &
de alijs collateralibus maſculis, ipſe patruus ſe prę-
tendit contineri, & contrarium demonſtratur eui-
denter: Nam ipſum vocabulum collateralium ma-
ſculorum, prima vice expreſſum in ſecunda ſpecie
perſonarum, à quarum ſucceſſione ſunt excluſæ fi-
liæ, vtique dirigitur demonſtratiuè, correlatiuè, &
relatiuè ad ipſas filias fœminas excluſas, tū ex prin
cipio ſermonis dicti decreti ibi, ad ſucceſſionem
patris, & matris, abſq; dubio ipſarum excluſarum,
tum ex contextu ſcripturæ, & eius continuatione,
collateralium, ſcilicet earundem excluſarum, vt
9 idem ſermo † non diuerſimodè, ſed æqualiter in-
telligatur. argumen. l. eum qui. de vſucap. & c. cum
in tua. de deci. & l. nam hoc iure. de vulga. & pupil.
& non poteſt intelligi de collateralibus patris, &
matris, quia non ſunt de perſonis excluſis, prout
ſunt filiæ, quarum reſpectu totus ſermo pro dicta
ſecunda ſpecie perſonarum eſt conceptus, vt oſten-
datur à quorum ſucceſſionibus excludantur: ideo
totus debet intelligi eo reſpectu, quo prolatus eſt,
vt per bona iura, & authoritates probat Deci. in
conſ. 283. col. 2. verſ. iſta enim verba. refert Aymon
in conſil. 9. col. 4. nu. 21. & conſ. 16. col. 2. nume. 3.
ex ſcilicet reſpectu ipſarum excluſarum, & quia in-
telligendo de collateralib. excluſarum, & non pa-
10 tris, & mr̃is, eſt iuri cōſona intelligētia verborū, † q

debent intelligi per prius.l. hoc legatum. de leg.3.
& ibi Bar.& Bal.in l.legatis.de leg.2.& in l.qui hæ
redi.§.cum hæreditas.de cōd.& demon. & debent
intelligi immediatè.l.3.§.de illo.ff.ꝓ soc.&ibi no.
Doct.& Bal.in l.1.nu.2.C.de cond.insert.licet au-
tem collaterales patris,& matris possent etiam dici
collaterales filiarū, tñ sunt valde diuersi,ob diuer-
sitatē principij linearum,à quib. incipiunt collate-
rales patris,& matris,& à quib. incipiunt collatera
les filiarum,& taliter,& tm̄ refert,ꝙ exinde pendēt
leges, & prophetæ totius præsentis quæstionis, vt
ostendam modò.

Huic autē intelligentiæ non obstat,quod dicunt
11 Ro.in cons.16.& eius sequaces, ꝙ†statutum exclu-
dens filiam dotatam à successione fratris possit in-
telligi, ēt de fratre patris filiæ,quia ibi loquit̄ in sta
tuto habente diuersas partes,& casus personarum à
quarū successione excludebat̄ filia, nostrū verò de-
cretum continet vnam solam contextam, & conti-
nuatam scripturam noīatarum personarum,a qua-
rum successione filia excludit̄, ita ꝙ æqualiter de-
monstrat esse patrem, matrē, & collaterales ipsius
exclusæ, à quorum successione æqualiter, & respe-
ctiuè ipsamet excluditur,& ex eo ēt ꝙ excludit suc-
12 cessione matris,†nō intelligi de collateralib.ascen-
dentium, in simili rñdet Ias.in cons.24.quia p̄sens.
col.pe.versicu.tum ēt casu.lib.1.& Paris.cons.110.
col.3. nu.16. lib.3. & in terminis Roland.à Val.in
cons.55.nu.28. cum præced.& seq. vol.1.& Petrus
Io.Anch. regiens.in q. 66. lib.2. Vlterius demon-
strat̄ intelligi de collateralib. exclusæ duntaxat de-
scendentib. à patre & matre, arguendo ab ordine,
& cōtextu scripturæ d.decreti, incipiētis excludere
à successione patris, matris, & collateralium,com-
plectentis,& concludentis in fine,nec non aliorum
descendentium tam per lineam paternā, q̄ mater-
13 nam: sic.n.valet †argm̄ ab ordine,& contextu scri-
pturæ.l.generaliter. §.quis ergo.de fideicom.liber.
Bar.& alij.In l.2.§.pe. de vulg.& pup.& l.fi.de reb.
dub.ibi,& cōiuncta scriptura ita cauerat.& Bart.in
l. nam hoc iure.præalleg.§.fi.ibi:nam ꝓꝓ vnionem
sermonis,&c. & l.cum pr̄. §.pe.de leg.2. ibi,ex or-
dine scripturæ,&c.& gl.ibidē ibi,ex sermonis con-
ceptione,&c. inter descendentes à patre, & matre
collaterales patruus non pōt esse, qui descēdit ab
auo,& dr̄ patris frater.l.fi.§.tertiò gradu.ff.de gra-
di. quod clarius indicāt illa subsequētia finalia ver
ba, tam p lineam paternam, q̄ maternam,quæ de-
clarant ꝓximè præcedentia. iura allegando ꝓbat
Corn.in cons.120.in subscriptione.col.2.vers.pos-
set etiam.lib.2.& Barb.inter cons. Alex.consil.52.
14 col.5.nu.23.lib.4.quia certi iuris est,patruum†non
dici de linea paterna. Corn.in cons.113.circa pri-
mum.col.2.lib.4.& cons.198. in proposita.col.fin.
lib.3.Alber.Bru.in d.tract.in 12.art.in q.19.col.1.
& Soc.cons.33.col.4.lib.3. ita dictum vocabulum,
collateralium,ex præcedentib.vocabulis, patris,&
matris, & sequētib.tam p lineam paternam,q̄ ma-
ternam, vti medium existēs declarāt. Pau.de Cast.
in cōs.314.super eo.col.fi.vers.secundò quia.lib.1.
& Capra in cōs.32. cum viso.col.2.nu.5.& cōs.60.
circa quod vr̄. nu.5. cum ergo à patre non descen-
dat patruus, & nō sit de linea paterna,remanet fir-
ma conclusio,cum non cōtineri sub vocabulo,col-
lateralium, expresso in dicta secunda specie perso-
narum,à quarum successione sunt exclusæ filiæ.

Et consequenter non continetur sub eodem vo-
cabulo collateralium,expresso in tertia specie per-
sonarum inclusarum , & vocatarum de filijs &c. &
15 alijs collateralib.masculis,ob dictionē, †alijs,com
prehendentem collaterales similes, cū nominatis
prius in dicta secūda specie personarū, iuxta ipsius
dictionis significatum, vt per gl.& Bal.in l.2.C.de
ser.fug. vt in nostra specie,super hoc eodem decre-
to cōsuluit Corn. in d.cons.90.scrupulosa.col.3. &
hoc dicit in versic. & aliàs videmus. lib.3. & Paris.
cons.20.nu.54.lib.3.& hac ratione aliquantulū su-
pra sum immoratus super dicta secunda specie, quę
q.dē,filiab.fœminis exclusis,necessariò respicit di-
ctam tertiam speciem personarum inclusarum, &
vocatarum,quemadmodum.n.iura cōia,pręsuppo-
sita aliqua persona defuncta ab intestato, determi-
nant respectu defunctæ personæ congruè singulos
singulis referendo, de proximis primò de descen-
dentib. deinde de ascendentib.postremò de trans-
uersalib.seu collateralibus,qui possint succedere:vt
ff.& C.de su.& leg.hæred. & inst.& in auth.de hæ-
red.ab intest.ita dict.statutum,seu decretum deter-
minando exclusionē filiarum,singulis decedentib.
singulos statuit respectiuè succedētes masculos, vt
si decedat pater, vel mater, filius , vel nepos per li-
neam masculinam,superstes succedat, & si collate-
ralis de personis. s. comprehensis in dicta secunda
specie,decedat,alius collateralis,& sic etiam fœmi
næ exclusæ masculus superstes succedit,intelligen-
do filijs masculis non existentibus,sic verba statuti
16 singula,†pront nominib.ipsis correspectiuis,& cor
relatiuis congruunt,& singulis sunt adaptanda.per
l.falsa demonstratio.§.fi.de cond.& demonst. tra-
dit Pet.de Anch. in cons.80. retento ordine.col.1.
vltra med. idē super istomet decreto ponit Corne.
in d.consil.90. col.4. in prin.lib.3. sequitur Alber.
Bru.in d.tract.in 12.artic.in q.22.& vt de tali rela-
tione singulorum singulis. per Dec. in consil.384.
col.pe.& Paris.cons.42.nu.31.lib.2.

Cum igitur collaterales comprehensi in d. de-
creto, tam decedentes,quàm succedentes sint dun-
taxat de descendentib. à patre, & matre,à quorum
successione filiæ fœminæ primitus excluduntur, vt
ex vero intellectu d. decreti hic demonstrato per
supra alleg. liquere potest, cognitio huius vocabu-
li,collateralium,positi in d.decreto super successio-
ne passiua,& actiua habetur, quòd nō contineat pa
truum, demonstrando lineam collateralium, quæ
quidem est duplex, præmittendo lineam directam
ascendentium, & descendentium, prima incipit à
superiori, quæ est ascendentium, & altera ab infe-
riori, quæ est filiorum descendentium. per text.
in l. stemmata. ff. de gradi. ergo in hoc decreto
non potest esse prima incipiens à superiori linea
ascen-

ascendentium perquos dictæ filiæ non excludun-
17 tur per d.decretum,† & minus p procedentes ex eis
possunt excludi:arg.l.si viua matre.C.de bo.mater.
& c.1.§.hoc aũt. qui feu.da.pos. & cõcor.alleg.per
Alex.in cõs.89.circa primum. col.pe.vers.secundò
cõfirmatur.lib.6.quinimò à linea ascendentium.s.
patris, & matris incipit earũ exclusio: sed ideo ne-
cessariò concludit, esse alterã incipientem ab infe-
riori filiorum masculorũ, p quos vigore d. decreti
ipsæ filiæ exclusæ sunt, in qua vtiq; patruus nõ exi-
stit, sed in prima superiori, vt expressè dicit Bal. in
cons.321. statuto cauet.lib.1. & Alber. Brun. in d.
tract.in q.19.circa fi.12.art.ideo vti non cõprehen
sus ĩ decreto sororẽ nõ excludit. Nec dicatur,ex ca
pite meo ipsi decreto hanc interpretationẽ,& hunc
intellectum dari, quia p cognitione,& probatione
babenda, qũo patruus quærens excludere sororem
vigore d.decreti contineatur sub vocabulo,collate
raliũ, ita fieri oportet,& oĩno cogimur pertransire
ad lineas transuersalium, quæ sunt,vt dictum est. p
18 d.l.stemmata. sicut † in pbatione consanguinitatis
necessarium est deueniri ad pbationem graduum
incipiendo computare à cõi parente: vt p Deci. in
d.cons.524. col.j.post gl.& cano.in c. licet ex qua-
dam.de testi.& Aym.cons.249.col.antepe.vers.se-
cundò principaliter. Nam statuta debent intelligi
19 secundum regulas iuris, † per argumenta legũ, in-
quit Bal. in l.si defunctus. vers.induco sic. C.de su.
& legit. & per Rip.in resp.3.col.3.nu.13.lib.1.
Confirmantur prædicta, q mens nõ fuerit dicti
decreti,& eius verba non cõtinent q patruus exclu
20 dat sororem,quia † pater vel auus,per quos patruus
iungitur fratri defuncto,de iure non excluderẽt ip-
sam sororem.auth.defuncto.C.ad Tertul.& minus
potest excludere ipse patruus aliter nõ expressus in
statuto, ita in simili arguit Bar.in cons.56. quia fa-
ctum tale. col.2.vers. secundò pbatur quòd mens.
in secundo vol.impressionis Venetæ.& Corn.in d.
cons.90.col.4.versicu. & pro ista sententia.lib.3.&
cons.115.in hac consultatione. col.2.in fi.versicu.
cum absurda.lib.2.& de hoc propriè facit regulam
negatiuam. Alber.Brun.in d.tract.in q.16.in tertio
casu.col.2.vers.cæterum. in hac materia. in 12.art.
Ita veram arbitror supradictam interpretationẽ
decreti, sicut eã, quæ minus correctionis iuris cõis
contineat, vt soror non excludatur,admissa etiã de
iure antiquo, quo cauebatur, etiam bona cõseruari
debere in agnatione.vt §.cæterum.inst.de leg.agn.
21 succes.& cõtinet † minus absurditatis, ne remotior
pximiori pferatur, ideo tenẽda est,vt passim Doct.
affirmant. Alber.Bru.in d.tract.in 5.art.in pr.col.1.
Cur.iun. cons.7.col.3.nu.8.& Paris.cõs.110.nu.6.
& seq.lib.3.vbi in terminis similib.plenè loquitur.
Deinde inspiciendo quoq; verba alterius decreti
Illustriss. & Excellentiss. Ducis Guidi Vbaldi,ali-
ter dici nõ põt, nisi q masculi vocati in exclusionẽ
fœminarum alij non possunt esse,nisi descendentes
p lineam directam in infinitum, inter quos nempe
non est patruus, qui est ex linea transuersali. l.1.§.
tertiò gradu. ff. de gradi. & aliã interpretationẽ d.
22 decreti, q † alij masculi veniant, qui non sint p di-
rectam lineam descendentes, facere nõ possumus,
ob geminatas, & plures expressiones,& cõtinuatas
masculorum descendentium per directam lineam
semper factas in ipso decreto: vt est gl.in vers.diœ-
celanis. in cle.1.de iure pat.& tradit Ias.in l.si con-
stante. col.14. nu.83.solu.mat.& Dec.in l.fi.nu.2.
C.qui testa.fa.pos.cũ simil. sed intelligitur de filijs
masculis, referẽdo singulis eorum,de quorũ succes
sione agendi casus euenerit,expressorũ in d.decre-
to, aui,auiæ,patris,matris,præter quam fratris,quia
ipsum decretũ intelligit de alio fratre, vt ex eo vi-
dere est,vbi filię non sint dotatę ab auo,auia,patre,
& matre, & non dicit à fratre. subiungit, Teneãtur
tñ d.filij masculi quatenus &c.& ex eo qñ sunt plu
res sorores, & vna decesserit sine filio,exclusis alijs
sororib. ibi disponit per hæc verba, & filij masculi
fratres,vel corũ filij,& descendentes pximiores in
earum successionib. admittanĩ &c. ecce, qũo clarè
ipsum decretum nobis interpretaĩ, q descendentes
masculi per lineam directam sint d.filij masculi ob
23 relatiuũ,dicti,quod referĩ † ad masculos iam expres
sos: exinde declarãdo illos esse filios.per ea q̃ scri-
bit Corn. in cons.101. licet in hac.col.3.vers.& in
materia.lib.4.& Cur.iun.cons.58. col.1. vers.præ-
missa tanto. subiungendo, q ob dotationem ẽt sic
factã à filijs ipsis masculis,filiæ fœminæ nihil vltra
petere possint ĩ bonis auitis,paternis,maternis, aut
fraternis, qui fratres in hac parte sunt de eisdẽ do-
tantib. & sequiĩ, q in successione fratris,vel sororis
sint filij masculi fratres, decretum exponit, fratres,
eo respectu, q tales sunt, qui exclusis fœminis suc-
cedunt fratri,& sorori secundũ cõtingentiam casus
24 p ipsum decretũ dispositi, ita vna † pars decreti per
aliã declaraĩ.l.qui filiab. in pr.de leg. 1.l.fi. §. fi.in
fi.& ibi Bart.de vi.trit.leg.& dicit esse regulam ge-
neralem Soci.in l.1.in prin.de reb.dub.vnde nulla
25 † melior interpretatio alicuius dispositionis haberi
potest ea, quæ hĩ ex ipsa dispositione.l.ex facto.de
vulg.& pup. Cur.seni.cons.29.nu.5.Paris.cons.91.
nu.27. & cons.97.nu.24.lib.2. ergo cessat obiectio
aduersarij, q decretum in illa parte hęreditatis fra-
tris non posset habere locum, quia superuacuũ es-
set in masculis descẽdentib.p lineam directam,qui
sine statuto succedũt, sororib.defuncti exclusis,q a
p ipsummet exponiĩ in hac parte, filij masculi.s.fra
tres supstites, quib. decretũ dat hæreditatẽ fratris,
& sororis,vt demonstratum est. sufficit ergo in hoc
sup particula illa,seu fratris, tale decretum operari
sic in aliquo: Ias.in cons.12. in prędicta. col.fi.vers.
secundò notabiliter.lib.3. Goza.cons.30. nu.13.&
sufficit, q masculos per lineam directã habeat pro
filijs, & exponat pro fratrib.dum succedunt alij fra
26 tri, vel sorori, prout aliàs, verbum † semel positum
iuxta diuersa,ad quæ refertur,propriè,& impropriè
ponitur. vt l.2. & ibi gl.ff.de off.procons. & gl.in l.
fi. C.de ser.fug. & in l.1.C.de vsu.& hab.& iterum
subauditum habet diuersos sensus. gl.in d.auth.ces
sante.C.de leg.hæred.facit Rui.cõs.53. nu.8.lib.3.
& q alios collaterales nõ complectatur,repugnan-

tibus verbis geminatis illis, masculi descẽdentes ꝑ lineam directam. & ita me patrocinante in causa primariorum ciuium Pisauren. in auditorio Ducali, fratre patruele agente pro sororib. & earum filijs in successione fratris in transuersalib. dictum decretum non habere locum, pronũciatum fuit per præclarissimos Auditores Ducales, & credo per illos, qui decretum ipsum dictarunt.

Et ex his quoad hoc decretum certi iuris vr̃ cessare corroborationem iuris patrui factam in rõne expressa conseruationis bonorum in familia, quia
27 patruus † collateralis, etiam sub significatione lata, non potest comprehendi sub illis verbis, masculi descendentes per directam lineam, ideo nõ potest habere locũ aliqua extensio in illa causa. inter alia allegaui Soci. in consi. 28. col. pe. nec prædictis obstat. lib. 4. & Paris. cons. 69. nu. 190. lib. 3. Secundò, ꝙ ex fine d. decreti generalis in toto statu apparet relatio ad statuta in locis status particulariter existentia pro latiori extensione casuum magis latorũ ad alias vlteriores personas, q̃ sit expressum in ipso decreto, quasi velit latiorẽ extensionẽ ex alijs similibus statutis fieri debere, quib. ideo non extantib. cessat d. extensio, ex mente d. decreti: arg. l. præcipimus. in fin. C. de appel. Tertiò (vt dixi) geminatio verborum illorum, descendentes per lineam directam, ostendens talem præcisam, & enixam volun-
28 tem Principis, † impedit fieri aliam extẽsionẽ vltra proprium significatũ verborũ. Goz. in cõs. 4. nu. 25. & cõs. 78. nu. 10. quia pręcisa, & stricta loquutio restringitur etiam in fauorabilib. per l. pen. C. de leg. dicit Bal. in cons. 262. secolo me. in fi. lib. 1.

Quoad decretum etiam Ducis Federici, ex rõne in eo expressa pro patruo nõ posse argui ostenditur ex his ẽt quæ supra dixi, demõstrando ꝑ inconuincibiles rõnes tale decretum intelligi, & continere actiuè, & passiuè solam lineam collateraliũ inferiorem cœptam, non tñ dependentem à patre, & matre à quorum successione principiũ habet exclusio fœminarum, & inclusio masculorum, at descensam in filios, & ab his, dependentem, & supra hoc principium non debemus plus sapere, q̃ voluerit ipsum decretum, & cum patruus sit de linea superiori collateralium, & horũ diuersæ sint lineæ, superior, & inferior ꝑ d. l. stẽmata. velle ꝙ is, qui est de superiori, sit de inferiori, non esset extendere, vel comprehendere, sed destruere, vel cõfundere, ꝙ cœlum sit terra, vel vt proprius loquar, ꝙ is, qui est ex latere patris, & matris sit ex latere filiorũ, quod ex se pa-
29 tet, quantũ diuersum sit, vulgò. n. scitur, † ex diuersis nõ fieri illationẽ, vel extensionẽ. l. Papinianus exuli. de minor. l. si domus. §. cum alicui. de leg. 1. cum
30 vulg. Nomen hoc transuersalis, † seu collateralis est legale, inuentũ, & conceptum circa materiã successionũ. vt l. 1. in prin. & l. Iuriscõsultus. in prin. ff. de gradi. & §. si vero nec fratres. in auth. de hæred. ab intest. cui lex nõ dedit largũ, & latũ significatum, sed rescissum, distinctum, & separatum in duas lineas, vnam ex superiori linea patris, & matris, alteram ex inferiori filiorum, vt dictũ est. ꝑ tex. in d. l. stẽmata. & gl. ibi. & gl. in vers. tertiò. in prin. insti. eo. de grad. & Bal. d. cõs. 321. statuto cauetur. lib. 1. licet vtraq; linea, & à superiori, & ab inferiori dependens in se latũ habeat significatũ complectens plures ꝑsonas. vt d. l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. cum seq. tñ in qõne nostra dicẽdum est, lineam transuersaliũ dependentem à latere filiorũ habere strictum, distinctum, & separatum significatum, vt non complectatur aliquos de linea dependente à latere patris, & matris, sed solũmodo eos, qui sunt ex eodem latere filiorũ, quod magis liquet ex allusione vocabuli (collateraliũ) cõpositi ex dictione,
31 con † quæ significat simultaneam coniunctionem. Lud. Bolog. in rep. §. nihil cõe. l. naturaliter. de acq. pos. in col. 4. in vers. quib. omnib. refert Paris. cons. 111. nu. 17. lib. 1. & ex dictione latere, quasi simul coniunctus ex eodẽ latere, & ꝓpria significatio vo-
32 cabuli hr̃ ex allusione. † vt l. 2. §. appellata. si cer. pe. nam iurista debet semꝑ põderare vocabula: inquit Bal. in l. si vt ꝓponis. C. de execu. rei iud. more stoicorum, qui studiosè exquirunt, vnde verba sint ducta, dicit Cicero in primo de offi. quia ẽt in minimo verbo cõsistit magnus effectus. Pau. de Cast. in l. fi. §. 1. C. de indic. vid. tol. Cum ergo in specie nr̃a collaterales sint ex latere sororum exclusarũ, & ex latere fratrũ inclusorũ ꝑ d. decretũ, & ex linea inferiori, vt demõstratum est. Collateralis patruus dependẽs ex linea superiori patris, neq; ex ꝓpria, quæ oĩno repugnat demõstrata ex allusione vocabuli, non continente personas ex diuerso latere, neq; ex impropria, & lata significatione potest venire, quia lex diuidit, & separat has lineas transuersalium, vt dictum est, & consequenter quòd existens de linea superiori non potest esse de inferiori.

Et si diceret, decretũ non facere has dr̃ias linearum: rñdetur, ex eo ꝙ decretum disponit simpliciter de collateralibus eo modo, vt ante dixi, lex dat intelligentiã, & significatũ distinguẽdo, & separando, vt in d. l. stẽmata. & in gl. supra alleg. & in d. cõs.
33 Bal. 321. ꝓpria aũt significatio † dr̃, q̃ reperitur data authoritate legis, secundũ quã debet intelligi statutũ, vt ꝓbat Bar. ĩ l. oẽs populi. in 6. q. sub vers. iuxta pręmissa. & vers. quæro vnde. nu. 59. de iust. & iu. & standum est legis interpretationi. secundum Bald. in l. voluntatis. colum. 1. C. de fideicom. Ratio vero dicti decreti posset extendi, & militare, infra in lata significatione vocabuli collateraliũ lineæ inferioris filiarum exclusarum, & filiorum inclusorũ per dictum decretum, non autem in superiori, vti de remotioribus in gradu, quia non est tanta ipsa ratio: imò minor includendi remotiorem in gradu, quàm propinquiorem, ideo statutum cessat, & ratio statuti. dicit Bald. in l. quod vero. versicu. sed pone statutum. ff. de legi. & ex hac ratione in quæstione statuti excludẽtis sororem propter fratrem, statuti rationem non extendi, vltra fratrem primi
* gradus ita esse communem opinionem attestando probat Alber. Bru. in d. tracta. in q. 16. colum. pen. & fin. in 12. artic. nam vbi potest constare statutum
34 † ex motiuo apparente ex sua dispositione esse conditum

ditum contemplatione certarum personarũ,& non in omnibus casibus,vt quando sit dotata in minori quãtitate,quàm sit legitima, etiam ex prædicta ratione expressa non extenditur ad alias personas. in terminis nostri decreti firmat Corn. in alleg.consi. 90. scrupulosa. colum.pen. versicu. nec obst. quòd ratio.lib.3. sequitur Alber. Bru.in d.tract.in 3.art. col.pen.versicu.plus voluit. & Alexandri.in consi. 94.colum.fin.& in consi.118. idem sequitur in articulo extensionum. Aymon in tract. de antiq.tẽp. in 4.par.num.50. versicu.sed puto extensionem, & Paris.consil.47.num.106. lib.3.& consi.vlt.nu.22. eod.lib.& Rolan.à Valle.consil.55. nume.31.cum sequen.lib.1.

Postremò ab annis 50. 60. & vltra quibus fuit publicatum dictum decretum, audio plusquam septies decies euenisse casus mortis hominum ab intestato superstitibus filia, vel sorore, & patruo, & tamen patruum, nunquam fuisse admissum ad successionem defuncti exclusa sorore,vel filia,& quòd solummodo decretum fuit obseruatum in successionibus matris, & patris, & fratris, quòd filij masculi, & fratres, & eorum filij successerunt exclusis filiabus fœminis, & sororibus. Vnde cum de iure communi talem habeat intelligẽtiam dictum decretum, prout supra declaratum est: Tanto magis
35 eadem intelligentia, †& interpretatio tenenda est, tanquam ab vsu, & obseruantia sic recepta à populis. p l.si de interpretatione.& l.minimè.ff. de legi. & per plura alia tradit Ioan.de Ami.de Venafro in consil.42.num.17. & Soci.iun. consi.2.num.24. & sequen.lib. 1.

Itaque penitus sublata remanet exceptio Patrui de decretis facta cõtra sororem de iure communi, & statutario succedentem fratri. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LX.

ARGVMENTVM.

De probatione diligentiæ Nautæ deferentis, & vehentis contra decretum merces Venetias,& de earum ablatione ab apparitoribus, & cuius, an nautę,vel domini mercium damno cedat.

SVMMARIVM.

1 *Testis dictum non inducti, & non citata, vel monita parte iurati, magis nullum, quam falsum, non debet attendi, neque nocere iuribus partis.*
2 *Error in dubio præsumitur.*
3 *Error probatur, vbi apparet vnum praordinatum fieri, & aliud fiat, vel praordinatum non reperiatur factum.*
4 *Error præsumitur, magis quam malitia.*
5 *Errore gesta non præiudicant.*
6 *Probatio certi, & determinati temporis qua sit.*
7 *Testis deponentis extra articulata, & sine iuramento dictum non attenditur.*
8 *Testis mendacium, vel falsitas super tempore, non tangens negotium principale, vti super circunstantijs, non vitiat eius testimonium super negotio principali, super quo sufficit probationem esse concordem in vnũ rei ipsius factum, & consonantiam.*
9 *Demonstrationes plures alicuius rei, vel facti prævalent, & attenduntur, reiecta altera non vera.*
10 *Libris à gabellarijs, & alijs officialibus confectis, maximè de pertinentibus ad eorum officium, creditur.*
11 *Literis publicis testimonialibus rectoris loci exhibitis creditur.*
12 *Veritati omnia consonant.*
13 *Arguere licet ex vicinitate temporis.*
14 *Testes inhabiles, & probationes, quæ possunt haberi etiam per coniecturas, & de identitate rei, admittuntur in ijs, quæ sunt difficilis probationis.*
15 *Damnum sibi imputet, cuius culpa euenit.*
16 *Damnum non patitur is, cuius sine culpa illud euenit.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

TRia vidẽtur esse,quæ mouerunt D.Consulentem ad proferendum consiliũ decisiuum contra Melchiorem nautam, vt petitum pãnum velleris Serici(quod villutum appellamus)restituat Do. Marco actori: Primum examinatio Persiani ex literis remissorijs facta per D.Potestatẽ Clodij, & producta in actis, & postmodum per dictum nautam conuentum renuntiata,petendo, & contendendo examinari Vincentium Strinam, ex his inferendo fraudem ipsius nautæ, quòd velit allegando, & testimonijs suspectis probando ablationem villuti, eo fraudare dominum. Secundum,quòd etiam per examen Vincentij Strinæ, vt varium in tempore, & diuersum non probetur de ablatione d.villuti. Tertium,& ex eo pręcipuè, ꝙ non ostenderit per librum loci solitum teneri, & verisimiliter tentum super huiusmodi vetitis, de proposita ablatione villuti: Ad hæc singula approbans plenissimas Do. Aduocati allegationes, & intrepidè credens nautam iniustè condemnatum, sic respondendum duxi.

Ad primum dicendum est, clarè cõstare examen illius Persiani fuisse erroneè factum,vel errore præsentãtis literas remissorias D.Potestati Clodij, vel errore citantis eũ, vel errore D.Potestatis,qui non debebat examinare nisi nominatũ in capitulis, & literis,licet is Persianus sit frater Vincen.testis nominati, & inducti, & potuerit scire ea, q̃ deposuit, maximè ex relatione Vincen.tñ non debebat examinari, & eius examen,vti testis nõ inducti,& non
1 citata,vel monita parte iurati, magis nullũ,†q̃ falsum, nõ debet attẽdi,neq; nocere iurib.d.Melchioris.p reg.c.nõ pręstat.de reg.iu.in 6.& l.quoties.ff.

qui satisd.cog. meritò cognitione habita talis exa-
minis ignoranter producti, sub literis clausi respon
salibus Dom.Potestatis Clodij, vt in actis constat,
potuit id repudiari,per ea quæ tradit Abb.in c.pręsentium. colum.4.versicu. dicta tamen testium. de
testi. lõga taciturnitas post publicationem testium
nõ potest Melchiori imputari,quia de hac primum
non constat, deinde poterat scire ius talis repudia-
tionis durare.glo.in cap. plerunq;. 2.q.7. De erro-
re autem talis examinis apparet, quòd non ipse
Persianus, sed Vincentius debebat examinari, vt
melius informatus, ita nominatus est in 7.8. 10.&
14.articulis, seu capitulis dicti Melchioris pro eo,
qui totum fecit in toto negocio accipiendo villu-
tum, vt sub olerib.in sua nauicula absconditũ con-
tra vetitum veheret Venetias, & pertranseundo in
portu Mathemauci,seu Malamochi, ibi ab appari-
toribus Prætoris loci villutum inuentum ipsi Vin-
centio fuit ablatum, bona conditio, & fama lega-
litasque dicti Vincentij, & probitas articulatur:
ergo in sensum sanum,nunquàm cadere debet,frau
de, seu malitia aliqua Persianum fuisse examinatũ
loco Vincentij, quòd fuerit vector villuti, & ab eo
fuerit ablatum,& quòd interuenerit,& fuerit,vt de
Vincẽtio fuit articulatum in dictis capitulis, & per
alios testes iam probatum de legalitate, & bonita-
te dicti Vincentij super dicto 14. articulo: Sed er-
rore contigisse Persianum esse examinatum vti in-
teruenientẽ,& facientem ea,quæ reperiuntur ascri-
pta Vincentio, qui cum esset nominatus, & indu-
ctus, & de eo articulatum, vt præfertur, & conse-
quenter examinandus, & alius loco sui fuerit exa-
2 minatus, eo ipso probatur talis error. †vt etiam in
dubio præsumitur. glos.in l.cum de indebito. ff.de
probatio.& in l. si post diuisionem.C.de iur.& fac,
igno.Barto.in l.inter quos.in princ.colum.fi.versi.
si vero cautio.de dam.insec. Alexand.in cons.188.
colum.penul.versicu.posito,quòd Philippus.lib.2,
3 sic error probatur, vbi apparet † vnum præordina-
tum fieri,& aliud fiat,vel præordinatum non repe-
riatur factum. probat text. & ibi Docto. not. in l.
quoties.§.tantundem.ff.de hæred.insti.& per Feli.
in cap.fraternitatis. colum.fin.versicu. tertiò fallit.
de hæret. & Iaso. in l. si quis in fundi vocabulo. in
princ.colum.4.in fin.nume.38.de lega.1. & magis
4 †error præsumitur,quàm malitia, per text.in l.pen.
C.de his,qui in testa. sibi ascri.ponit Dec. in consi.
175. colum. 5. versicu. secundo præmitto. errore
5 enim gesta †non præiudicant.l. de ætate. §.penult,
de interroga.actio. & l.si per errorem. de iurisdict.
om.iudic.cum simil. præsertim quia ipse Melchior
repudiauit, & discessit ab examine dicti Persiani;
pro eo facit text. in l.3. C.eod. de his qui in testa.
sibi ascrips.

Ad secundum, super examine Vincentij Strinæ,
licet pro eius defensione, & saluatione circa varia-
tionem,& diuersitatem oppositam sufficerent alle-
gationes Dom. Aduocati Melchioris: Tamen ad-
do, quòd cum in articulis, seu capitulis Melchio-
ris nihil esset dictum de anno, mense, vel tempore
quo fuit datum villutum Vincẽtio ipsi,vel quo fuit
sibi ablatum per officiales, neque de substantia hu-
iusmodi actus amissionis, veluti videtur probatio
6 certi, & determinati temporis, quæ †est, vbi prin-
cipalis intentio super actu ipso vertitur in vno, vel
alio tempore. vt cap.ex tenore. de testi.l.nõ solum.
§. sed vt probari. ff. de no.oper.nuntiatio. & l.cum
actum. ff.de nego.gest. & quocunque tempore in-
teruenerit deducta veluti amissio,releuat Melchio-
rem,& pro eo excusando idem sequeretur effectus,
vt in simili dicitur per Ruin.in consil.36. colum.3.
num.5.lib.4.& Pau.de Cast.cons.197.visis,& exa-
minatis. colum.1. lib.1. de tempore igitur iste te-
stis deponens dicitur deponere extra articulata si-
7 ne iuramento:ideo†de hoc eius dictum non atten-
ditur. Barto.& cæteri. in l.si duo.§. idem Iulianus.
ff.de iureiuran.aut necessarium non erat, quòd te-
stis de tempore deponeret. Specu.in titu. de test.§.
iam de interrogatorijs.colum.4.sub versic.item de
tempore. Feli.in cap.cum causam.colum.8.sub nu.
13.de testib. Quare mendacium, vel falsitas istius
testis super tempore, non tangens negocium prin-
cipale, vti super circunstantiis,non vitiat eius testi-
monium super negotio principali, super quo suffi-
8 cit † probationem esse concordem in vnum rei ip-
sius factum,& consonantiam,per communem Do-
ctorum conclusionem attestatam per Alexand. in
consil.88. quoniam. colum.4.versicu. secundo re-
spondeo. nume.12.13.lib.5. & consil.53. in causa.
col.fin.versi. nec obst. prædictis. nu.4.& cons.109.
visis.in fi.lib.1.Rui.d.consil.36. colum.2. nume.3.
lib.4. & Iaso.in consi.42.in præsenti.colum.3.vers.
facit optimè.nume. 5. & consi. 61.consultutus.col.
pen.lib.1.& Feli.in d.c.fraternitatis.colum.fi.vers.
quartò fallit. de hæret.

Factum autem vnum, & idem principale est in
specie proposita consistens,& apparens ex his, Pri-
mò,quòd Melchior accepit villutum Dom. Marci
vehendum Venetias, probatur ex positionib. 1.2.
& 3. Melchioris, confessis per dictum Marcum. ex
hoc incipitur haberi,& cognosci bona fides,& rea-
litas Melchioris confitentis veritatem,veluti positi
in sua naui, quod si negari perseueratum esset, per
dictum Marcum nunquam probari potuisset. Se-
cundò dictum villutum, vt magis absconditum,&
tutum ne inueniretur ab apparitoribus in loco su-
specto,naue peruẽtã posuit in cade, seu barile,pro-
batur per magistrum Marinum tertium testem di-
centem, de mense Decemb. quo d. Marcus asserit
dedisse villutum in naue Melchioris dicentis tunc
villutum esse d.Marci: & per Hieronymum quin-
tum testem, magis etiam super duodecimo inter-
rogatorio partis aduersæ affirmantem illud,et es-
se villutum dicti Marci,quia aliud villutũ tunc Ve-
netias non vehebant, quod bene poterat sciri ab
isto teste nauta, & institore tunc in naue d.Melchio
ris,vt fatetur d. Marcus in suis positionib. per text.
& ibi not.in addi.ad Bart.in l.quoties.C.de naufr.
lib.11.& isti duo testes dicunt de quatuor perijs vil
luti; Tertiò, quòd dictum villutum de nocte in hor-

tis

tis Clodi,,idem Melchior per Hieronymum in sac
co fecit asportari, & consignari dicto Vincentio
Strinæ hortolano, vicino Brondoli, vt veheret Ve-
netias absconditum sub oleribus. & de quatuor pe-
tijs villuti, probatur per dictum tertium testem, &
quintum testem, & per dictum Vincentium deci-
mumsextum testẽ in processu Melchioris. fol. 250.
qui concordatur cum depositionibus magistri Ma
rini, & Hieronymi de loco Brondoli, de tempore
noctis, de villuto delato in sacco per hominẽ Mel-
chioris, de quatuor petijs villuti, licet dicat de men
se Octobris, & in hoc dicat mendacium. sufficit ta-
men eius examen in dicto facto principali esse ve-
rum, & comprobatũ conformiter per tot alias qua-
litates, & circunstantias attestatas per dictos alios
9 testes duos, quia plures demonstrationes † alicuius
rei, vel facti præualent, & attenduntur, reiecta alte-
ra non vera. per doctr. Barto. in l. demonstratio. in
princ. colum. penult. in septima quæstio. commu-
niter per Docto. approbatam. vt per Alexand. in
consil. 118. in causa. colum. 1. In fin. nume. 3. lib. 2.
Pau. de Cast. in consil. 298. ad primum. col. 1. lib. 2.
& in l. si in nomine. C. de testa. & ibi Alexand. &
Arimineñs. in addi. ad Ang. Aret. de malefi. in vers.
Gaium Sempronij. sub nume. 6. & Rui. consi. 115.
nu. 14. lib. 5. error in tempore vr̃ excusabilis in te-
ste, ex cuius memoria de facili potest labi. Alexan.
consil. 65. colum. 1. versicu. si vero dictus Ange. &
consil. 203. num. 10. lib. 2. meritò idem testis super
quarto interrogatorio aduersarij, id animaduertẽs,
respondit per verbum credere, quòd fuerit de men
se Octobris, quare potest dici contestis cum alijs,
per ea quæ in simili scribit Aymo. in consil. 78. col.
penul. num. 9. & præcipuè hoc verum esse demon-
stratur, eundem testem loqui de villuto, de quo agi
tur, & diuersitatem temporis per eum expressi, non
inducere diuersitatem rei, neque facti à re nostra,
quia idem testis incipit narrare seriem sui exami-
nis conformem, & connexam cum facto attestato
per dictos magistrum Marinum, & Hieronymum,
& concordem in tantis circunstantijs alijs omnib.
vt dictum est: & continuat suam dispositionem, q
idem villutum fuit sibi ablatũ per officiales in por-
tu Malamochi, subiungendo, & respondendo pri-
mo interrogatorio aduersarij vltimorum interro-
gatoriorum, quòd amplius per officiales non fuit
sibi ablata aliqua res, nisi hoc villutum, quoad tem
pus mensis Decembris, anni 1563. per partes, & p
alios testes approbatum, & quoad villutum ablatũ
corroboratur, & cõfirmatur examen dicti Vincen-
tij per partitam, & fidem publicam libri Dom. Po-
testatis Malamochi, in hac causa appellationis ex-
hibitam, de qua, & de conclusione harum proba-
tionum modo loquar.

Ad tertium itaque, & vltimum de transumpto li-
bri Officialis loci, de rebus ablatis, quę in commis-
sum ceciderunt, non apparente, ecce nunc apparet
exhibitum transumptum, & exemplatum manu pu
blici notarij, cum fide publica, adeo, quòd de eo
amplius non est dubitãdum, quia huiusmodi libris
10 † à gabellarijs, & alijs Officialibus confectis maxi-
mè de his pertinentibus ad similes publicos Offi-
ciales creditur. per ea quæ latè scribit Iaso. in repet.
l. admonendi. nume. 132. & de legalitate notarij,
qui transumptum, & exemplum illud fecit, & scri-
psit, creditur quoque literis publicis testimonialib.
11 † Magnifici Rectoris loci exhibitis. Pau. de Cast. in
l. 1. in fi. C. vbi de ratioci. ag. op. Dec. in l. 2. sub nu.
52. C. de eden.

Ex quo quidem transumpto continente denun-
ciationem factam per officialem de inuentione, &
ablatione dicti villuti, vti contra vetitam, vel pro
contrabannum, verificantur examina dictorum
magistri Marini. Hieronymi de identitate rei, &
facti, in eo quòd scriptum est in eo de eodem men-
se Decemb. 1563. & de quatuor petijs villuti, cum
dicat: due pezze intiere, & due scauezzi di velluto
forastiero: & in mensura villuti narrata per dictum
Marcum, cum dicat, essere di braccia nonantasei à
misura di panno, quæ mensura facit augmentum
in quãtitate brachiorum proposita per d. Marcum,
vel circa, vt per testes probatur, ac simul examen
dicti Vincentij verificatur, cum alijs examinibus
prędictis, in eo quòd dicit villutũ inuentum in na-
ue herbarum filij Mori de pastu Brondoli, & sic ap
pellabatur pater dicti Vincentij, vt per testes clarè
probatur, & absconditum in corba, sub oleribus. in
simili probat sic Rui. cons. 65. colum. 4. in fi. nu. 10.
lib. 5. ita quòd dici potest hæc omnia vero propo-
sito per dictum Melchiorem de perditione d. villu
12 ti consonare, vt veritate † omnia consonant. Aym.
consil. 6. nu. 27. Cui veritati etiam conferunt con-
fessiones d. Marci factæ ad positiones Melchioris
11. & 12. de notitia habita, de amissione villuti, &
de impossibilitate recuperandi post diligentiam fa
ctam nomine dicti Marci, & vt per literas d. Marci
scriptas sub die 13. Decembris 1563. Pisauri Ve-
netias Dom. Ioan. Antonio Fideli suo attinenti, &
sic per dies 7. post diem annotatum in inuentione
ablationis villuti, quæ fuit 6. eiusdem mensis De-
cembris, exhibitas in processu, & recognitas per eũ
continentes eum habuisse notitiam de perditione
suorum villutorum, enixè rogando suum attinen-
tem pro recuperatione, & ex vicinitate temporis
13 † arguitur fuisse sua villuta amissa ea, de quibus de-
ponunt dicti magister Marinus, Hieronymus, &
Vincentius, & fuit facta inuentio, & annotatio in
libro regiminis Dom. Potestatis Malamochi, vt in
dicto transumpto, per ea quæ ex text. in l. si ventri.
§. fi. ff. de priui. credi. & alijs ibi not. per Bar. & tra-
dunt Alex. in consi. 53. viso. in fi. lib. 2. & cons. 146.
in fi. lib. 6. & consi. 86. nume. 2. libro 7. & latissimè
Tiraquel. de retractu. titu. 1. §. 1. glos. 7. nume. 76.
& sequen.

Quæ autem gesta per nautas circa ea, quæ secre-
tè, & occultè fiunt pro reb. illicitis vehendis contra
vetitum, satis apertè fuerunt probata per dictum
14 Melchiorem, super quib. ideo difficilis † probatio-
nis admitterentur nautæ testes aliàs inhabiles, &
probationes, quæ possunt haberi etiam per conie-
cturas,

cturas,& de Identitate rei, vt diffusè legitur in allegationibus D. Aduocati,& in centũ locis reperiuntur doct. affirmantes hanc doctr. de quibus per Marsil. in rub. de prob. nu. 315. & Ias. in l. siquis ex argẽtarijs. §. ĩi. col. pen. & fi. ff. de eden. & alibi per alios.

Villutũ esse de rebus illicitis asportari Venetias, & de vetito,& de verisimili scientia d. Marci plenè probatur per testes Melchioris,& exhibita per eũ, & de diligentia Melchioris, quæ in hac re adhiberi potuit.

Ex quibus veris, ac verisimilibus in facto, infertur primò, quòd dictus Marcus ponendo in nauim
15 Melchioris res illicitas vehendas Venetias, † fuit ipse in culpa. probatur per glo. in vers. personis. in pr. in l. si vno. in princi. ff. loc. ergo sibi damnum, & nõ alij debet imputare. per reg. c. damnum. de reg. iur. in 6. maximè quando nauta non suscepit in se periculum. l. si quis fundum. & ibi glo. in prin. ff. eo. loc. meritò, ita esse obseruantiam attestatã in facto per testes Melchioris damnum mercis ablatæ, & perditæ per contra bannum esse domini, & non naucleti, nisi suo periculo vehendam susceperit. & talis obseruantia debet attendi. l. minimè. ff. de legi. cum simil.

Secundò, non solum probatio nõ est facta, quòd villutum fuerit amissum culpa Melchioris, sed probata est sua diligentia,& talia, quæ remouerent omnem culpam, quæ posset imputari, per ea quę tradit Alexan. in consi. 64. & si celeberrimè. in fi. lib. 3. & Rui. d. consi. 65. col. 4. vers. secũdo, quia lib. 5. adeo,
16 quòd ipse Melchior non tenetur ad damnũ † quod sine culpa sua euenit. l. item quæritur. §. 1. ff. loc. cũ pluribus in simili specie alleg. per Paul. de Cast. qui ita concludit in consil. 471. Viso suprascripto puncto. lib. 1.

Vltimò, quia non potest inficiari culpa d. Marci ponẽtis in nauim merces illicitas, vt dictũ est, quando etiam interuenisset culpa Melchioris nauicularij, deterior tamen esset condirio d. Marci actoris, vt in specie firmat Bal. in consi. 417. Quidam veturalis. vers. si vero vterque fuit in culpa. lib. 1. sed nulla prorsus culpa potest imputari Melchiori, igitur firma conclusio remanet, quòd debet reuocari sententia contra eum lata,& eum absolui debere, condemnãdo aduersarium in expensis, vt temerariam litem incipientem,& prosequentẽ de re, quam pręsciebat ab officialibus ablatam pro vetito,& cõtrabanno,& etiam in æstimatione iniuriarum, per alleg. à D. Aduocato, & ita puto de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM LXI.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca quõo contineat pupillarem facta personis imparibus, & matrem excludit.

SVMMARIVM.

1 Substitutio concepta sub his verbis, si decesserit aliquis earum sine filijs deueniat in supraiuiuentem, dicitur reciproca.
2 Substitutio directa coniecturis non potest induci, & tacitè fieri, nisi verbis expressis.
3 Substitutio quando possit apparere pupillaris, quomodo intelligi debeat.
4 Testes duo sufficiunt in testamento inter liberos.
5 Coniectura inducta, habita, ac præsumpta à iure, non habent locum contra matrem.
6 Reciproca non continet substitutiones imparis numeri, nisi quando probetur de voluntate testatoris, substituentis ad inuicem duos filios, quorum alter est impubes, quòd voluit impuberi pupillariter substituere.
7 Coniectura sola æqualitatis in reciproca præponderat omnibus alijs.
8 Grauatum esse pro parte institutum sufficit quantum ad legati validitatem, & debitum.
9 Verba, usufructuariam, Dominam, et madonnam, quid importent.
10 Vxor non cogitur stare cum priuigno.
11 Inducta ad vnum effectum, non debent aliud operari.
12 Inducta ad fauorem, non debent in contrarium retorqueri.
13 Substitutio pupillaris fit etiam bonis pupilli.
14 Testatore se restringẽte ad bona sua, & nihil de bonis pupilli disponente, fideicommissariam,& non pupillarem fecisse demonstratur.
15 Verbum, Deueniat, positum in substitutione, est obliquum.
16 Mater etiã in pupillari non excluditur à legitima de æquitate in foro conscientiæ.
17 Statutum Senogalliæ Rub. 76. lib. 11. versic. si vero non extarent, declaratur.
18 Relatio fit ad proxima.
19 Statutum limitare loquens de fratre vtrinque coniuncto, non extenditur etiam ex ratione in eo expressa, pro agnatione conseruanda.
20 Voluntas testatoris, vt sustineatur, qualibet interpretatio fieri debet.
21 Reciproca facta maiori,& pupillo, vbi mixta est cũ compendiosa, etsi decesserit aliquis eorum sine filijs, deueniat in superuiuentem, si decedat prius pupillus, quòd debeat admitti substitutus ex pupillari, ex ratione vt ibi.
22 Regula. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. fallit, quando maior esse fauor in vno ex determinabilibus, quam in alio, quia tunc non determinat æqualiter.
23 Fideicommissaria propriè non est substitutio, & non facit secũdam institutionem, prout sunt,& faciunt vulgaris, & pupillaris.
24 Pupillaris dat totam hæreditatem, absque aliqua diminutione.
25 In mixtis attẽditur id, qđ plenius,& vberius operatur.
26 Reciproca facta puberi,& impuberi, quinimo posthumo, mixta cum compendiosa, an contineat pupillarem in infante.
27 Res efficitur dubia per contrarias opiniones doctorum.

Verbum

28 *Verbum, Deueniat, est commune.*

29 *Reciproca maiori, & pupillo facta, si pupillus prædecesserit, potest etiam continere pupillarem, vbi posset apparere testatorem id voluisse.*

30 *Vos inuicem substituo, est verbum commune.*

31 *Pupillaris etiam posthumo fieri potest.*

32 *Pupillaris substitutio quomodo appareat clare pro primo substituto.*

33 *Consequens qui vult, videtur velle omne antecedens ad illud.*

34 *Argumentũ cognoscendæ voluntatis testatoris frequens est, ex eo quòd voluit consequens.*

35 *Legatum certum quando post mortem pupilli à substituto factum est, & præstandum matri, id vicem taxationis obtinet ad diminuendũ ius matris, aliter quòd excluditur per pupillarem tacitam probatam coniecturaliter.*

36 *Dictiones Tantum, Dummodo, & aliàs simul iuncta limitant, & restringunt.*

37 *Dictio, Dummodo, est restrictiua, & modificatiua.*

38 *Persona substituta qualitas consideratur, ad exclusionem alterius.*

39 *Testator ex quibus coniecturetur voluisse excludere vxorem.*

40 *Verba, instituto, & substituto, sunt conuertibilia ad inuicem.*

41 *Legata ab herede præstantur. & 49.*

42 *Onus impositum heredi supplet, & infert, quando sit hæres.*

43 *Clausula, omnimodo meliori, apposita ad finem testamenti, quid operetur.*

44 *Mens testatoris respicienda est, & sua intentio, in quem directa est, & ea magis seruanda est, quam verba.*

45 *Filijs ætate existentibus imparibus, valet pupillaris substitutio separatim facta.*

46 *Testamenti vna pars declaratur per aliam.*

47 *Iudicandum est in dubio pro pupillari directa.*

48 *Coniecturas attendimus, quo ad directam substitutionem inducendam.*

50 *Effectus rei, & non expreßio verborum attendi debet.*

51 *Modus non curatur dummodo habeatur effectus.*

52 *Clausula, quæ apponi solet potius de consuetudine notariorum, quam de scientia testatoris, non attenditur, quid importare poßit, vt est clausula, in omnibus autem alijs suis bonis, &c.*

53 *Substitutio, vt sortiatur effectum in pupillari, verba, suis bonis, habentur pro non adiectis, & nihil operantur.*

54 *Specialia duo concurrere nõ possunt, quin se impediãt.*

55 *Repetitio, & subintelligentia apta vitiare, cessat.*

56 *Verbum, Deueniat, esse directum ex Romano.*

57 *Pupillaris comprahensa in reciproca, vel in compendiosa, accedente præsertim voluntate testatoris præsumpta, & demonstrata per coniecturas, penitus matrem excludit etiam a legitima.*

58 *Statutum continens expressam proœmialem rationem (pro familiarum dignitate perpetuãda, & conseruatione cippi domus, ne diuitiæ ad alienas transeant, & per masculos conseruentur) procedit etiam in matre exclusa per fratrem masculum. Et habere locum etiã in fratre consanguineo tantum, cum tractatur de bonis a patre prouentis. num. 59.*

60 *Statutum expresse excludens matrem per patruum, saltem in proprietate, fortius in totum excludit per fratrem consanguineum tantum.*

61 *Adiectio regulatur secundum naturam proximiorum.*

62 *Statuti verbis inhærere debemus, & vlterius non inuestigare rationem.*

63 *Mens, & sententia tam testatoris, quam statuentium præcipua sunt, & attendi debent.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



Iso testamento Lucæ, ac intellecta
quæstione inter Pandulphinam vxorẽ
vertente, & Io. Mariam filium ex alia
prædefuncta vxore, super substitutione
facta Io. Nicolao filio posthumo, & in infantili ęta
te defuncto, prima facie dicendum videtur, eandẽ
1 substitutionẽ † contentam sub his eiusdẽ testamen
ti verbis, & si decesserit aliquis eorum sine filijs
deueniat in superuiuentem, dici reciprocã, vt exem
plum ponit Barto. in l. Lucius. col. 1. de vulg. & pu-
pilla. & factam Io. Mariæ puberi, & pupillo posthu
mo non continere pupillarem, vti non conuenien-
tem imparibus personis, quibus facta est. per tex. ex
pressos in l. nam hoc iure. eo. & in d. l. Lucius. & in
l. quamuis. & in l. hæreditatem. C. de impube. & al.
subst. etiam si mixta intelligeretur compẽdiosa de-
signata per illa verba, si decesserit aliquis eorum si-
ne filijs, habentia tractum temporis ad futurum,
prout declarant Bar. & alij in l. centurio. de vulg. &
pup. aliàs continens pupillarem expressam genera-
libus verbis, non tamen isto casu contineret pupil-
larem, ob rationem inæqualitatis ætatum, & pube-
ris, & impuberis, vt post alios latè defendit, dicens
* ita esse commun. opinio. Ripa. in d. l. Lucius. col. 6.
sub nu. 17. allegando etiam Socin. qui hoc dicit. in
consil. 290. col. 2. vers. sed ad hanc. lib. 2. idem tenet
Capra in consi. 99. subscripsi me. & Corn. cons. 93.
licet posset. col. 2. ver. tamen ex quo. & consil. 114.
in hac consultatione. col. 2. lib. 3.

Secundò, & si diceretur ex coniecturis posse ap-
parere de voluntate testatoris, ꝙ substitutio huius-
modi pupillarem comprehendat etiam contra ma
trem, secundum glos. in vers. omnimodo. in l. preci
bus. C. de impuber. tamen dicẽdum videtur, talem
2 substitutionem † directam coniecturis nõ posse in-
duci, & tacitè fieri, nisi verbis expressis. l. iubemus.
C. de testa. Dec. in consi. 211. col. 2. nu. 3. 4. & cons.
314. col. 1. num. 2. & Soci. iun. consi. 102. col. 5. nu.
17. lib. 1. quandoquidem coniecturis posset pupilla
3 ris hæc apparere, † id aliter non potest intelligi, ni-
si quòd huiusmodi coniecturæ, vel ex testamento
ipso, vel per legitimum testium numerum ad pro-
bationem vltimarum voluntatum requisitum pro-
barentur, vt per glos. & doct. in l. cum proponeba-
tur. de leg. 2. Ias. in l. errore. in fi. C. de testa. Paul. de
Cast. in cons. 304. super primo. in fi. lib. 2. Dec. cõsi.
4 105. col. 3. & † inter liberos duos testes sufficerent.
Gui.

Gul.Pa.In q.504.etiam ad probationem pupillaris
ſubſtitutionis.per l.hac conſultiſſima.§. ex imperfe
cto.C.de teſta.tradit Pau.de Caſt.in conſil.374.Vi
ſis omnibus punctis.lib.1. hoc de ſecundo. de pri-
mo,quòd colligendæ ſint ex diſpoſitis in teſtamen
to,probatur per doctr.Bald.in l.1.C.de his,qui an
te app.tab.ſic declaratam per Soc.in l.hęredes mei.
§.cum ita.in 4.col.ad trebel.& in conſi.6.col.3.ſub
verſi.reſtat nunc reſpondere.& in conſi.116.col.1.
lib.3.& Dec.in conſi.417.circa fi.& conſ.515.col.
1.Cur.iun.conſi.16.col.3.& Pariſ.conſi.31.nu.11.
5 & alibi per doct. Quia † aliæ coniecturæ inductæ,
& habitæ, ac præſumptæ à iure,non habent locum
contra matrem.vt in l.fi.C.de inſti.& ſubſtitu.& in
d.l.precibus. hoc eſt, quod vult Bart.in d.l.Lucius.
6 col.2.ver.ſed quæro quando. ꝙ reciproca † non cō
tinet ſubſtitutiones imparis numeri,niſi quādo pro
betur devoluntate teſtatoris ſubſtituentis adinuicē
duos filios, quorum alter eſt impubes, ꝙ voluit im-
puberi pupillariter ſubſtituere, namq; aliàs in iſta
7 reciproca ſola coniectura † æqualitatis præponde-
rat omnibus alijs per conſilium Ricard.de Saly.ap
probatum per Alex.& Corn.tradit Ripa.in d.l.Lu-
cius.col.6. ſub num. 18. & in d.l.centurio.nu.121..
& alię coniecturę in ipſa reciproca mixta cum com
pendioſa non procedunt,quia ſemper eſt fideicom
miſſaria,idem Rip.in d.l.Centurio.num. 134. Sed
adhuc nō apparet per teſtes probatum de huiuſmo
di voluntate, nec per teſtamentum ipſum videtur
poſſe colligi,ex illa particula diſponente, ꝙ quan-
docunque maſculus,aut fœmina naſcituri deceſſe-
rint,vel deceſſerint ante obitum ſuæ vxoris,habeat
ſua vxor à ſuo hærede ī.inſtituto annuum legatum
grani,vini,& aliarum rerum legatarum dictæ vxo-
ri,in vita tātum ipſius,dummodo caſtè, honeſtè, &
vidualiter vixerit,quia proinde iſta particula teſta-
menti nō videtur continere,quod dictus Io. Maria
inſtitutus in teſtamento ſit particulariter,& expreſ-
sè ſubſtitutus pupillariter poſthumo,quia ex graua
mine pręſtandi legatum vxori,non videtur directè
ſubſtitutus pupillo.arg.tex.in l.hæreditas ad ſtatiū.
8 ff.de hæred.inſt.Quantum † ad legati validitatem,
& debitum ſufficit grauatum eſſe pro parte inſtitu-
tum,vt l.ſi duobus.§.1.de leg.1.

Tertiò cum dictam legati particulam teſtamen-
ti præcedat dictam vxorem eſſe factam vſufructua-
riam, donnam, & madonnam in ſimul cum dicto
9 Io.Ma.ſuo hærede,& dicto maſculo,quod † impor
tat habere præeminētiam in domo,& alimenta, vt
habebat tempore vitæ mariti per nota. in auth.hoc
locum.C.ſi ſecundo nupſ.& in l.Titia autem.§.Ti-
tia.de leg.2.mortuis, vel maſculo, vel fœmina na-
ſcituris filijs,ne dicta vxor cogatur ſtare cum priui-
10 gno, † prout ſtare non cogitur. Bal. in l.pen.ff.vbi
pup.edu.deb.in d.auth.hoc locum.col.fi. immedia
tè ſequitur dicta particula legati grani,vini,& alia-
rum rerū dandarū per hæredē,vt in ea legitur, quæ
11 ideo inducta ad vnum effectum† non debet àlium
operari.l.alimentorum.de aſſigna.liber.l. quædam
teſtamento.in prin.de leg.1.c.1.& ibi Gem.not.de
iureiur.in 6.gl.fi.in l.1.C. quando lic. ab empt.di-
12 ſce.& inducta † in fauorem non debent in contra-
rium retorqueri.l.cum pater.§.curatoris.de lega.2.
& l.in ratione.la ij.§.tam etſi.ad l.Falc.maximè, ꝙ
faciendo dictum legatum teſtator vlterius non pro
ceſſit mandando eam eſſe contentam,vt plus de bo
nis ſuis petere non poſſit,vt exemplificat Bart. in l.
2.in princ.col.pen.verſ.ſecundo poteſt apparere.de
vulg.& pupill.vt appareat volūtas teſtatoris ad ex-
cludendam matrem per tacitam pupillarem com-
præhenſam in vulgari.

Quartò,quia inſtitutio hæredum vniuerſalium,
videtur reſtricta ad bona teſtatoris per illam clau-
ſulam,in omnibus autem alijs ſuis bonis &c.repeti
tam proportionabiliter in ſubſtitutione, & declara
13 tiuo modo.per l.1.C.de impu.ſubſtitutio, † de qua
agitur non poteſt dici pupillaris,quæ fit etiā in bo-
nis pupilli.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.de vulga.
& pupilla.prout in terminis arguendo tenet Aret.
in conſi.155.col.8.ver.his præmiſſis dico. ad idē,
quòd non ſit exemplaris,firmat Dec.in conſi.372.
col.2.allegando Ancha.in conſil. 8. idem quando
14 teſtator † ſe reſtrinxit ad bona ſua,& nihil de bonis
pupilli diſpoſuit,fideicommiſſariam,& non pupil-
larem feciſſe,demonſtratur per Alex.in conſ.45.ha
bita ſuper his col.5.verſ.fortificantur prædicta lib.
1.& Corn.conſi.95.col.3.& ſeq.lib.2.cum præſer-
15 tim verbū, deueniat, † in ipſa ſubſtitutione poſitū,
ſit obliquum,ſecundum omnes,dicit Signo.de ho-
mod.in conſ.107.Quidam.col.8.verſ.præterea in-
dubitanter.ante num.26.& Barto.conſi.22.homo.
col.1.num.2.& vbi non ſit facta enumeratio ætatū
ſubſtituēdo,latè Corn.322. ardua. col.5.ſeq.lib.3.
& Pariſ. conſil. 73. lib. 2. Eſſe debet,etiam ſubſti-
tutio obliqua per not.in d.l.præcibus. & in d.l.cen
turio.ex qua detrahuntur legitima,& trebel.c. Ray
nutius.de teſta.cum vulg.quæ pertinere debent ad
matrem.Corn.in conſi.180.principalis dubitatio.
lib.1.Io.de ana.con.79.caſus ſic ſe habet.& Capra.
conſi.99.cum concor.Quando etiam eſſet pupilla-
16 ris, † mater non excluderetur à legitima de æquita
te in foro conſcientiæ, vt per Archi.in c.ſi pater.de
teſta.in 6.quod habere maximam æquitatem,dicit
Dec.in d.l.precibus.col.4.num.10.& communiter
approbari,dicit in d.conſi.211.in fi.& hāc opi.ma-
gis æquam,dicit Rubeus Alexandri. in conſil.107.
17 circa fi.Nec ſtatuto† Senogalliæ rub.76.lib.2.verſ.
Si vero non extarent. videtur excluſa ipſa mater,
quia loquitur de fratre maſculo,& eorū filijs vtrin
que coniunctis.vtrinq; coniuncti, particula hæc vi
detur referri etiam ad fratrem maſculum, cum rela
18 tio† fiat ad proxima.l.3.§.filius.de liber.& poſthu.
vnde frater conſanguineus tantum non excludit,&
19 ſtatutum † limitatè loquēs de fratre vtrinque con-
iuncto, non extēderetur,etiam ex ratione in eo ex-
preſſa,pro agnatione conſeruāda. vt per Alber. Br.
in tract.de ſtatu.fœmi,exclu.in 12.artic.in q.16.ſub
verſ.tertius caſus.

His autem non obſtantibus, exiſtimo contrariū
verius,& tenendum vti magis conueniens, & con-
ſonum

ſonum voluntati teſtatoris,& ſuperioris ſtatuentis
20 in loco, Quæ quidem teſtatoris voluntas, † vt ſu-
ſtineatur,quælibet interpretatio fieri debet, l.Titia
teſtamento,§.1.& ibi glo.& Bar.no.de leg.2.l.qui-
bus diebus,§.dominus.de condi.& demonſt.& per
Bal.in conſi.46.verba inſtitutionis.colum.2.lib.1.
Primò in quæſtione noſtra ad reciprocam, vt con-
tineat pupillarem ſubſtitutionem expreſſam gene-
ralibus verbis factam,quæ matrem excludat,valdè
confert doctri.Pau.de Caſt.in l.in teſtamento. col.
2.ver.ſed hic quæro,C.de teſt.mil.ꝙ vbi reciproca
21 † facta maiori, & pupillo,mixta eſt cum compen-
dioſa, qualis eſt iſta, & ſi deceſſerit aliquis eorum
ſine filijs deueniat in ſuperuiuētē, & decedat prius
pupillus, ꝙ debeat admitti ſubſtitutus ex pupillari,
hac ratione, ꝙ ſicut admitteretur ex fideicommiſ-
ſaria,quæ dicitur onus decedenti grauato,ſi more-
retur poſt pupillarem ętatem,magis deberet admit
ti per mortem in pupillari ætate ex ſubſtitutione
pupillari,quæ fauorabilis eſt,& prouidet pupillo.l.
ex tribus,C.de inof.teſt.& paſſim doct.concedunt.
non ſic eſt, quãdo non ſit mixta cum compendio-
ſa,quia vulgarem,& non pupillarem cõtinet, & ſic
inſpecto,ꝙ ibi gl.ſentit contrarium, in hac opinio-
ne reſidet Pau.de Caſt.in d.l.in teſtamento.in pen.
colum.quam ibi in col.4.ver.& retenta concluſio-
ne. Deci. tenet, & defendit ab impugnatione Ale-
xandri,licet Ripa in d.l.Lucius. nume.17. conetur
reſpondere rationibus Decij,eas tamen non vide-
tur penitus tollere,quin maximè fideicommiſſaria
poſſit vtrique conuenire,puberi, & impuberi, & ſi
pupillaris poſſit conuenire impuberi, & non alteri.
ratio tamen incongruitatis, & inæqualitatis nõ vi-
detur militare ob maiorem conformitatem pupil-
laris,& fideicommiſſarię,quæ poſt aditam hęredi-
tatem ſortiuntur effectum, cuius contrarium eſt in
vulgari,l.poſt aditam,C.de impub. & ob maiorem
fauorem,& prouiſionē pupillaris,quàm fideicom-
miſſariæ pro pupillo,vt omnes concedunt.quare vi
detur facere limitatio,quam probat Iaſ.in d. l.nam
22 hoc iure. in princip. col.5.ꝙ † regula d. legis fallit,
quando maior eſſet fauor in vno ex determinabi-
libus,quàm in alio,quia tunc nõ determinat æqua
23 liter, & quia † fideicommiſſaria propriè non eſt
ſubſtitutio, & non facit ſecundam inſtitutionem,
prout ſunt,& faciunt vulgaris, & pupillaris, vt per
Bald.Saly.& alios in rub.C.de impub.& ali.ſub.&
doct.in rub.ff. eod. ergo in impubere non eſſet du-
plex ſubſtitutio,quod ſolum incongruens reputant
iuriſconſulti.in l. nam hoc iure, §. 1. & in d. l. Lu-
cius.nec impedit vnitas locutionis reciprocæ con-
ſiderata in dictis legibus,quaſi oriatur exinde quæ
ſtio voluntatis teſtatoris, quia cum omnes conce-
dant ex dicta voluntate contineri fideicommiſſa-
riam conuenientem, & impuberi.Pariſ. conſil. 41.
num.36.& ſeq.lib.2.quæ onus reputatur, eo magis
ex eadem voluntate dicendum, videtur contineri
pupillarem prouidentem, & fauorabilem impube-
ri,vt in ſimili per plura iura probat Bal.in d. l. pre-
cibus.colum.10.ver.tertio hoc probatur.allegat,&
alios concord. & plura ſimilia dicta adducit Tira-
quel.in l.ſi vnquam.in præfa.num.9. de reuo. don.
& ſi detracta trebellianica,& legitima pro dimidia
voluntas ſit ad fideicommiſſariam, multo magis
24 eſſe dicitur ad pupillarem,quæ totam †dat hęredi-
tatem abſque aliqua diminutione. per argumētum
ipſum l.fi.C.de inſtitu.& ſubſtit.& l. hæredes mei,
§.cum ita, ff. ad Trebell. pro hac parte in terminis
arguit Alex.in conſi.51.in caſu præſenti. colum.2.
25 ver.tertio probatur.lib.7. & quia † in mixtis atten-
ditur, & præualet id,quod plenius, & vberius ope-
ratur,per tex.in l.hæreditatis,C.de petit.hæredi.&
facit l.quæritur.cum ibi not.de ſtat. homi. & quod
adducit Iaſ.in l.2.in princip.colum.pen.verſi.vltra
ſcribentes.de verbo.oblig. Eandem Pauli de Caſt.
opi.ſequitur Rui.in conſi.107.pro deciſione.col.2.
lib.2.accedētibus maximè coniecturis pupillarem
ipſam oſtendentibus, prout tales, & plures ſunt in
caſu noſtro,de quibus infra dicetur,meminit,& nõ
improbat Pariſ.in conſi.36. colum.8. num.36. lib.
2.& Corn. in conſi.180.repetito.col.1.in fi. verſic.
ſed licet.lib.1.dicit,ꝙ via diſputatiua iſtud proba-
biliter poſſet ſuſtentari,prout etiam dicit,ſe legen-
do dixiſſe in d.l.in teſtamento. ꝙ tamen in deciſi-
uis tenenda eſt opinio cõtraria in terminis,in qui-
bus Pau. de Caſt. loquitur, non ſecus ego quoque
in eiſdem terminis tenendum arbitror in conſulen
do,& iudicando, Niſi ꝙ inficiari non poteſt, an re-
26 ciproca †facta puberi & impuberi,quinimo poſthu
mo, mixta cum compendioſa contineat pupilla-
rem in infante, quæſtionem eſſe redditam dubiam
per opin.Pau.de Caſt.Deci.Rui.Pariſ.& Corn. di-
centi, ꝙ in via diſputatiua poſſet hæc opi. ſuſten-
tari,& eiuſdem Corne. expreſsè dicentis in conſil.
238.circa primum. col.2.ver.aliud autem. lib.2. ꝙ
inficiari non poteſt, hũc articulum eſſe dubium,&
per rationes ſup. alleg. vt per opiniones doctorum
27 contrarias res efficitur dubia, † glo.in verſi.certas.
in §.quibus.in prima conſti.C.Bar.in l.qui Romæ,
§.duo fratres.colum.3.in 6.oppo. de verb. obliga.
& Socin. in tract.de cita.in 19.art.col.6. ſub verſi.
ego conſulerem.Quam ob rem modò dicēdum ſit
opinionem Pau.de Caſt.poſſe teneri,ꝙ pupillarem
contineat etiam in caſu dubitationis prædictæ,
cum perſonæ infantis decedentis conueniat, & ver
28 bo dictæ ſubſtitutionis,deueniat, † quod eſt com-
mune.Bar.& alij. in d.l.centurio. Rom.conſi.130.
viſo teſtamento.quia communis, & generalis con-
cluſio eſt,ꝙ vbi de ſubſtitutione dubium ſit, qualis
ſit,pupillaris,& directa dicitur eſſe,per tex.in ca. ſi
pater.de teſta.in 6. firmant Oldra. in conſi.125. in
propoſito.& Alex.conſi.12.attentis verbis. col. 3.
verſi.rurſus poſito.lib.3.& in d.conſi.51. colum.2.
verſic. quarto probatur.in 7.& Bald.in conſi.423.
uerba teſtamenti. libr.1. ubi in terminis ita firmat,
interpretari pupillarem in caſu quæſtionis dubiæ
propter gloſſ.contrarias,& hoc noſtrum argumen-
tum in ſpecie comprobat, eundem Bald. referens.
ſequitur etiam in ſimilibus terminis noſtris Socin.
iun.in conſi.95. nu.27. lib.1. ad dictam hanc con-
cluſionem

clusionem plures concord. cumulat Tiraq. in d.l.si
vnquam.in ver. reuertatur. nume. 253.

Secundò prædictum fundamentum primũ cor-
29 roborando, dicendum est, reciprocam † maiori, &
pupillo factam, si pupillus prædecesserit, posse etiã
continere pupillarem, vbi posset apparere id testa-
torem voluisse.per tex.in d.l.nam hoc iure, §. fi. &
tenet Bar.in d.l.Lucius.col. 2.ver.sed quæro.& Io.
de Ana.in consi.89. visis quæ in facto. circa fin. &
Capra in consi.50.circa quod.col.pen.ver. nec ob.
ꝙ & tertio,& Alex.in d.l.in testã.col.2.in fi.ver.est
verum. vbi tenet, id verũ esse, quando probatur ex
aliquibus cõiecturis, testatorem tacitè voluisse, re-
ciprocam substitutionem comprehendere pupilla-
rem contra matrem, ꝙ in isto casu licet substitutio
30 sit facta per verbum commune, † vos inuicem sub-
stituo, tamen substitutus matrem excluderet, vt ibi
per eum, & per Deci.in d.l. precibus. in fi. & Paris.
d.consi.36.nu.35.& Rui.in d.consi.107.col.2. vbi
dicit, disparitatem personarum non impedire quo-
minus pupillaris substitutio dicatur facta pupillo,
quando apparet, testatorem ex coniecturis id vo-
luisse, idem ego respondendum censeo in casu isto,
ꝙ facta sit pupillaris substitutio Io.Nicolao posthu
31 mo in ætate infantili defuncto, vt † posthumo etiã
pupillaris fieri potest, l.2.§.1.de vulg.& pupil.& §.
quæcunque.insti.de pupil.qua Io.Maria frater cõ-
sanguineus institutus omnem portionem hæredi-
tariam dicti infantis capere potest, & in totum ma-
trem excludere, preterquam à legatis sibi in dicto
testamento, idque testatorem voluisse, probari po-
test ex pluribus coniecturis elicitis etiam ex ipso
testamento.

Prima succurrit illa, quam solam adducit Rui.in
d.c.consi.107. col.2. ꝙ testator in casu filiæ fœmi-
næ nascituræ ex ventre suæ vxoris reliquit ei pro
suis dotibus scutos tricentos pro omni portio-
ne suæ hæreditatis, & hæredes vniuersales instituit
filios masculos natũ, & posthumum, faciendo duos
gradus substitutionum, vnum inter eosdem filios
masculos, & alterum post mortem amborum filio-
rum in alias suas neptes pro medietate bonorum
suorum propriorum, & pro alia medietate in mari-
tandis tot pauperibus puellis, & de bonis emphy-
teuticis in alios nominatos in testamento, ex qua
propriè filiæ nascituræ exclusione ab vniuersali sua
successione, & ad hanc inclusione, & vocatione fi-
liorum masculorum, & permanendam penes eos
donec ambo viuerent, arguitur voluntas testatoris
de omnibus suis bonis non auferendis ab aliquo
suorum filiorum masculorum, & eis ambobus mor
tuis, deueniendis potius ipsis bonis omnibus ad
alios etiam, quàm ad dictam suam vxorem, argu-
mentum ex se ab omni parte probabile est, & con-
cludit, & probatur per rationes alleg. à Ruin. in d.
cons.107.& quoad vltimum probo in terminis per
Pau.de Cast.in d.l.in testamento.col.pen.versi.sed
quæ sunt.dicentem sic per hæc verba, sed quæ sunt
istæ coniecturæ: glo.non declarat, dic, si post dicta
verba, vos inuicem substituo, grauaret te de resti-
tuendo post mortẽ tuam hæreditatem pupilli cui-
dam alteri, videtur voluisse, ꝙ illa perueniat ad te,
alias non potuisset te grauare, ideo tunc sub illis
verbis comprehenderetur pupillaris. ar. l. Titia. §.
seia.de leg.2.in ratione sui, & ꝙ no.gl. in l. alio.de
alimen.leg.hæc Pau. de Cast. quem sequitur Alex.
in d.l.2.in princ.col.fi.de vulga. & pupil. quatenus
tamen dicat hoc dependere ex not.per Bar.in l.cen
turio.in eo, an quis præsumatur honoratus ex eo, ꝙ
est grauatus, dico id non facere ad casum nostrum,
in quo reciprocè substitutus iam manifeste apparet
honoratus in tota portione prius decedentis, quæ
cum veniat restituenda vltimo substituto, exinde
32 infertur clarius † pupillaris substitutio pro primo
substituto.ar.l.denique, §.interdum. de pec. leg. &
not.per Bar.in l.cum tale, §.fi.de condi. & demon.
qui obligatus remanet restituere vltimis substitu-
tis id etiam, quod ex dicta pupillari ad eum perue-
niret, vt per Bar.& alios in l.ita tamen, §.qui suspe-
ctum.& in l.sceuola ad Trebell.& Paul.de Castr.in
consi.239.pro declaratione.col.2.in fi.versi. tertio
principaliter.libr.2.Guid. Pap. in q. 303. circa fin.
ita plenius est interpretanda voluntas testatoris, l.
in testamentis.de reg.iu.

Secunda euidens coniectura est, & valde proba
bilis, ex legato in dicto testamento dictæ vxori fa-
cto annuo de salmis 10.grani octo vini, octo aqua
ticij, vestitus, & habitationis, & aliarum commo-
ditatũ super bonis testatoris sibi dando per dictum
Io. Mariam hæredem institutum, quandocunque
dictus posthumus moreretur ante obitum ipsius
vxoris, hoc esset impossibile matre succedente, er-
go testator voluisse censetur, ꝙ nõ succederet, quia
33 † volendo consequens, videtur voluisse omne an-
tecedens ad illud, l.illud, ff.de aequiren.hæredi. ita
quando legatum est factum, & debitum matri à
substituto, ex sententia Bar.firmat Soci. in d.l.2. in
prin.col.xj.sub nu.28.29. de vulg. ex legato enim
de dando vni aliquod, habetur voluntas testatoris
residui remanendi alijs.vt l.cum filius, §. pater. de
34 leg.2. & frequens est id † argumentum cognoscen
dæ voluntatis testatoris, ex eo quod voluit conse-
quens.vt per Deci.in consi.259.col.2.& cons.289.
col.2.& consi.584.num.8.Cur.iun. consi.112. nu-
me.2.Rui.consi.111.nu.9.lib.2. & Paris. consi.90.
num.21.& consi.seq.nu.26.lib.2.& cons.xj.nu.21.
libr.3. quod procedit etiam in materia stricti iuris.
Aymo. in consil. 174. nume. 2. & consilio 186.
sub nume. 7.

Tertia ex eodem legato prouenit coniectura,
35 quia † quando post mortem pupilli à substituto fa-
ctum est, & præstandum matri certum legatum, id
vicem taxationis obtinet ad diminuẽdum ius ma-
tris taliter, ꝙ excluditur per pupillarem tacitã pro-
batam coniecturaliter.secundum Bal. in d.l.preci-
bus.col.2.ver.item tacita probata.iuncto ver. Cir-
ca secundum quæro. in seq.col. sequitur Ripa in d.
l.2. num.55. de vulg. licet contra substitutum con-
sulat, tamen in hac specie contra matrem concedit,
& probat Deci.in consi.315.col.2. versicu. sed ista
coniectu-

coniectura. Quod euidentius hic constat. secundum Bald.in loco alleg.ver.circa secundum. quòd hæc mater post mortem filij à testatore habet ius taxatum restrictum, & diminutum in tempore, & in quantitate, ob clausulam in vita tantum ipsius, & dummodo seruet vitam honestam, & vidualem, & aliàs eidem reliquit dotem suam,& vltra, florenos quinquaginta pro seruitute habita, vt de his, secundo nubat, vel non, possit velle suo disponere,
36 Dictiones istæ, †tantum, dummodo, & alias,& fortius in eadẽ clausula dicti legati habendi post mortem filij, simul iunctæ, limitant, & restringunt ius matris, vt ab alijs bonis exclusa sit, excepto dicto legato,& pro quantitate,& tempore expressis, vt patet ad sensum, dictio, tantum, relata ad omnia præcedentia dicti legati. per no.in l.talis scriptura,§.fi. de leg.1.est quidem taxatiua,& excludit, ꝙ vltra legata in residuo nil aliud consequi possit. per ea quæ ob talem dictionem not. Bart.in l.si quidem, C.de transact.& in l.rationes.de prob.per text. in l. 3. §. pen.de adi.leg. Est quoque restrictiua,& modifica-
37 tiua dictio, dummodo. †per l.impuberibus.in prin. ff.de suspect.tut.& c. vt præteritæ.de elect. dicit Ias. in consi.104.col.4.ver. secundo principaliter. libr. 4. Ad hoc enim, ꝙ testator voluerit post mortem filij posthumi nil aliud dari suæ vxori vltra dictum legatum, restringi debet suum cogitatum, & sua voluntas, vti ad verisimile, per ea quæ tradit Alex.consi.76.col.2.lib.4.& per tex.in l.cum in testamento. de reb. dub.

Quarta est ex qualitate personæ dicti Io.Mariæ
38 substituti, quia est filius testatoris, qui †ideo non solum præbet coniecturam præsumptæ voluntatis testatoris ad excludendam matrem per pupillarem omnino tacitam comprehensam in vulgari, vt est com.doct.Bar.in d.l.2.in princ.colum.fin.de vulg. quem ibi omnes sequuntur,& Pau.de Cast.in cõsi. 18.dubium facit.col.fin.vers.patet,& tertio.libr.1.
* ita communiter teneri dicit Corne. in consil. 112. Quanquam.col.4.ver.item concurrit.lib.2. & Aymo in consi.141.col.fi.num.7.referendo Alex. dicit hoc esse sine dubio, sed etiam facilius conditio suę personæ inducit eandem coniecturam voluntatis excludendi matrem per reciprocam factam impuberibus, mixtam cum compendiosa, continentem pupillarem expressam generalibus verbis.in specie tenet Alex.in d.l.in testamento.col.3.in prin. C.de test.mil.Capra in consi. 50.circa quod.col.fi.versi. ad idem,& tertio.vbi dicit hoc esse multum notandum, sequitur Gualden.de arte testan. in titu.7. de substit. caut.7.per glo.fi.in fi. in d.l.precibus.& per Bar.in d.l.centurio.in 3.q.ver. quod intelligo. nu. 29.cõprobatur ex elegantibus verbis text.in l.pen. C.de impub.& ali.subst.ibi, cogitasse enim patrem pro filio decedente fratrẽ suum in eius portionem succedere, sufficit autem, ꝙ substitutus sit frater pupilli defuncti consanguineus, vt post Bartol.ibi sub nu.36.tenet Soci.in d.l.2.nu.32.de vulg.

Quinta colligitur, ex eo, ꝙ institutio hæredum
39 facta est de filio nato,& de posthumo, in †omnibus suis bonis &c.in qua testator voluit venire sine diminutione aliqua omnia sua bona per illud vulgatum dictum, qui omne dicit nihil excludit, l.Iulianus.in princ.de leg. 3. eadem omnia bona sine dubio veniunt in dicta substitutione sequẽte, & si de-
7 *Dos data ab auo nepti ob impossibilitatem filij, an veniat in legitimam ipsius filij imputanda. & nume. 8. & 9.*

10 *Textibus magis credendum est, & standum, quam glossis, & doctrinis doctorum.*

11 *Dos data per patrem, & profectitia extenuat legitimam.*

12 *Filij secundum iura Digestorum regulariter nihil habebant, cum patri acquirebant.*

13 *Dos data ab auo nepti habenti patrem inhabilem ad dotandum eam, censetur data contemplatione neptis, & non filij, & talis dos, vt aduentitia non imputatur filio in legitimam.*

14 *Dos in dubio intelligitur data nepti contemplatione filij.*

15 *Auus magis afficitur filio, quam nepti.*

16 *Causa naturalis in concursu præualet accidentali.*

17 *Onus dotandi neptem est auitum.*

18 *Nepotes quando stipulatione, vel consuetudine dotem datam matri habent ex successione matris, succedentes auo materno eam non imputant in legitimam, quia eam non habent ex bonis aui.*

19 *Patre viuente, non debetur legitima nepti ex bonis aui.*

20 *Donationes licet non imputentur in legitimam, tamen hoc fallit in dote.*

21 *Dos nepti data ab auo contemplatione filij, fingitur fuisse, & esse apud filium.*

22 *Lucri, & damni par non est ratio.*

23 *Pater non cogitur neque tenetur amplius soluere, vel relinquere legitimam filio semel pro ipso solutam fisco.*

24 *Pater vbi simpliciter, non expresso titulo, dat aliquid filio, id quidem in legitimam eius est imputandum.*

25 *Intellectus alicuius facti debet esse secundum subiectam materiam.*

26 *Dispositionis verba non debent esse sine effectu operandi.*

27 *Diuisio inter patrem, & filios habet vim relicti.*

28 *Data ab auo nepti debent in legitimam filij imputari.*

29 *Imputari in legitimam debent omnia vndecunque, etiam extrinsecus à patre ad filium peruenta.*

30 *Intentio qualis fuerit in actu præcedenti, ex actu subsequenti declaratur, & demonstratur.*

31 *Facto ipso voluntas, & intentio declarantur.*

32 *Declaratio efficacior fit facto, quam verbo.*

33 *Declaratio etiam facta post longum tempus, valet, maximè quando dubitatur, qua mente quis aliquid fecerit.*

34 *Voluntas qualis fuerit in actu præcedenti, declaratur ex actu sequenti.*

35 *Actus vbi diuerso modo intelligi potest, declarari debet ab eo, qui actum illum fecit, quo animo fecerit.*

36 *Declarationi eius, qui fecit actum statur in his, quæ consistunt in animo.*

37 *Fraus suspicari non non potest in gestis coram Principe, & ab eo demandatis.*

38 *Moriens tenetur relinquere legitimam, vel in eam imputare, quod viuens dederit, etiam per quemcunque modum.*

39 *Effectus, & non modus attendi debet.*

40 *Casuum similitudo sufficit esse, quo ad effectum, licet non sit quo ad omnia.*

41 *Dos soluta nepti dicitur data filio sua contemplatione inspecta.*

42 *Legatum à patre factum filia quando sit imputandum in dote promissa genero.*

43 *Dos est in dominio mariti constante matrimonio.*

44 *Pater non præsumitur inæqualitatem velle inter filios, nisi exprimat.*

45 *Assignata per patrem filio, videntur concessa in peculium profectitium.*

46 *Donatio non præsumitur.*

47 *Donatio etiam ob causam affectione naturali imputatur in legitimam.*

48 *Fiscus eodem iure vtitur, quo bannitus, in cuius locum intrat.*

49 *Nepotes, sublato filio de medio, vincunt fiscum.*

50 *Bona filijs assignata ad vsufructuandum in diuisione per patrem, possunt quandocunque, dum viuit, reuocari, & ad ipsum reduci, quemadmodum qualibet vltima voluntas potest.*

51 *Bona profectitia assignata filijs ad vsufructuandum arbitrio boni viri, etiam si essent data cum potestate donandi, & dissipandi, non veniunt in confiscatione bonorum filij.*

52 *Gesta ab animo dependentia probari possunt per testem singularem.*

53 *Filius soluens pro patra sua filia dotem potest repetere à patre actione de in rem verso.*

54 *Solutum contemplatione filij imputatur in legitimam, etiam si sit solutum sponte, saltem ob causam affectione naturali munisam.*

55 *Auus magis afficitur filio, quam nepti.*

56 *Solutum præsumitur factum, & cedere in id, quod est vtilius facienti, & minorem continet iactationem dantis.*

57 *Fiscum excludit non solum clara aduersarij defensio, sed dubia.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



SVbtiliter, & copiosè dubitationes pro fisco excitatę cõtra D. Michaelem Angelum patrem se defendentem, ne pro confiscatione bonorum filij legitimam soluat, resoluuntur, earum ordinem sequendo, non necessaria tamen ommittendo, taliter, ꝙ non minus tutius, quàm iustius sit pro eo ferre sententiam contra fiscum.

Namque

Namque ad primum fundamentum contra fi-
scum, quòd nullum extabat statutum, vel decretum
saltem tempore asserti commissi delicti cogens pa-
trem ad soluendum legitimam filij etiam in con-
tumaciam condemnati.

Prima responsio pro fisco, seu dubitatio tollitur,
1 & non procedit, quia decretum † imponens, & ad-
dens pœnam confiscationis legitimę contra filium
pro pœna homicidij, etiam condemnatum in con-
tumaciam, non dicitur continere pœnā congruen-
tiorem, quam Bar. in l. omnes populi. in 5. q. princ.
in 3. q. sub nume. 48. & ibi Crot. in colum. 19. vers.
octaua conclusio. num. 81. de iust. & iu. & Feli. in c.
fina. colum. 10. versicu. fallit octauo. nume. 14. de
constit. in hac dubitatione allegati intelligunt esse
eam, quæ sit minus rigorosa, & magis mitis, quàm
imposita per antiquum statutum, & propterea de-
2 bere † obseruari nouum statutum vigens tempo-
re sententiæ per l. pe. ff. si ex nox. ca. & maximè vbi
pro facto aliquo non est certa pœna, sed arbitraria.
vt dicit Bart. in d. l. pe. ideo hæc congruentior pœ-
na dicitur, quæ, debitis circunstantijs delicti consi-
deratis, videtur magis conuenire, tendens ad miti-
gationem, & diminutionem pœnæ, tunc ista vigēs
tempore sententiæ debet attendi, vt per Docto. in
dictis locis: & per tex. in l. 1. ff. de pœn. & ibi Bart.
in secunda colum. versic. ideo ego. dicit rationem
3 esse in promptu. quia † cum pœna est certa, sta-
tim, cum quis deliquit, est astrictus ad illam pœ-
nā. vt latè probat Gand. de malefic. in rub. de pœn.
4 reo. num. 17. ideo in pœna † imponenda attenditur
tempus commissi delicti. d. l. 1. & Barto. & Gandi.
alleg. dicunt. & Bossi. in tract. crimin. titu. de pœn.
num. 37.

Quòd dicatur dictum decretum esse declarato-
rium, vel confirmatorium prioris consuetudinis, &.
obseruantiæ, respondetur cōsuetudinem esse, quid.
facti, ideo probandam esse, & non probatam non
5 attendi. per not. in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi.
de consuetu. cum disponat super condemnatione
ad legitimam contra patrem ex condemnatione
filij, etiam facta in contumaciam non ordinatoria
processus, sed decisoria omnino respicit, per ea quę
tradit Barto. in l. ictus fustium. circa fin. de his qui
not. infam. ergo respicit futura, vt per Barto. in d. l.
omnes populi. num. 44.

Ad secundum fundamentum de ratione filio-
rum condemnati habenda, antequam bona confi-
scata incorporentur fisco, dubitationes emanatæ
cessant ex allegatis per Excellent. Docto. Perusi-
nos Consulentes pro eis, super quibus non neces-
sarijs pro defensione D. Michaelis Angeli vlterius
non insistam.

Ad tertium quoque, quatenus legitima iterum
per patrem esset soluenda pro dicta condemnatio-
ne filij, plures dubitationes adductæ, quòd ex ea
filij condemnati filij aliam legitimam pro eis de-
trahere non possent, paucis verbis soluuntur, quòd
de dicta legitima soluenda pro dicta confiscatione
eadem ratio habenda foret ad legitimam portio-
nem assignandam, & dimittendam filijs condem-
nati, prout de alijs suis confiscatis bonis haberi de-
6 beret, quia † & si illa legitima, cogente statuto, sol-
ueretur à patre, vt tacito fideiussore delinquentis,
omnino foret imputanda sibi in partem eius, vt tra
dit Bald. in auth. ex testamento. colum. fin. versicu.
quintò quæritur. C. de collatio. ideo eiusdem iuris
esse deberet, cum alijs bonis condemnati proprijs:
argumen. l. cum qui. de vsucap. & cap. cum in tua.
de deci. etiam vt reducta ad tempus assignationis
legitimæ, quod est post mortem patris. l. 1. §. si im-
puberi. ff. de collat. bono. quo tempore cessat ratio
qualitatis bonorum profectitiorum, cum auferan-
tur, vt bona propria condemnati, prout per aditio-
nem hæreditatis efficiuntur bona propria hæredis.
l. 1. §. veteres. & l. cum hæredes. ff. de acquiren. pos.
cessant ergo, & non militant rationes, & decisiones
allegatæ in ipsis dubitationibus, quia loquuntur in
diuersis terminis.

Ad quartum fundamentum, quod præcipuam
Dom. Mich. Angeli defensionem continet, de eo,
quod soluit pro dote Do. Cesoniæ neptis, & filiæ
condemnati filij in eius legitimam imputando,
quòd non debeat amplius à fisco molestari ratio-
ne dictæ legitimæ: Relatis decisionibus pro eo al-
legatis probantibus dotem ab auo datam nepti es-
se imputandam in legitimam filij, fiunt pro fisco
quatuor responsiones, postmodum refutando alia
pro Do. Mich. Angelo in hoc allegata, quas respon
siones, & refutationes contrarias, ei non obstare
clarè demonstratur.

Prima responsio fundata in officio, & onere aui,
dotandi neptem ob impossibilitatem filij, & con-
7 sequenter isto casu dos † ab auo data, non debeat
imputari in legitimam filij, itaque non obstat, quia
primum hoc simpliciter dicens Bal. in d. authen. ex
testamento. colum. fin. versicu. tertiò quæro. repro-
batur per Alexan. in l. in quartam. colum. pen. vers.
sed iuxta hoc potest dubitari. & ibi Ripa. num. 202.
allegando Ang. & Alexand. ibi. & Dec. in consi. 81.
8 in 6. dub. dicit hoc esse verius. s. talem † dotem esse
imputandam in legitimam filij, per doctr. Cyni in
l. scimus. in 5. q. C. de inoffic. testamen. & istam esse
* communem opinionem attestatur Ruin. in consil.
138. colum. penul. & fin. lib. 2. comprobat Alexan.
in consil. 31. viso testamento. colum. 1. versicu. sed
iuxta hoc. lib. 4. & in consil. 154. viso titulo. col. 2.
versicu. sed Cy. lib. 7. & Io. Ceph. in consi. 105. nu.
22. lib. 1. ergo in iudicando nullum fundamentum
facere debemus in dicto Baldi. in d. authen. ex te-
stamento. in contrarium allegato, communiter in
specie nostra reprobato per Docto. in locis modo
allegatis. Deinde quatenus alij in contrarium al-
legati teneant, dotem ab auo datam nepti esse im-
putandam in legitimam filij vbi filius esset diues,
& habilis ad dotandum filiam, non vero vbi esset
pauper, quasi tunc censeatur data dos per auū con-
templatione neptis, ne remaneat indotata ob im-
possibilitatem filij, & non data contemplatione fi-
lij, dicēdum est, hos se fundare in limitatione Alex.
in d. l.

in d.l.in quartam.elicita ex doctr. Bald.in auth.res
9 quæ.num.12.C.com.de leg.volentis †auum teneri
ad dotandam neptem, quando filius sit pauper, se-
cus autem si diues sit, vt quando filius sit pauper,
onus totum est aui dotare neptem, & tanquam æs
alienum non imputatur in partem filij, secundum
Bald.in l.fina.colum.penult.versic. sed pone, quòd
vnus.C.de dot.promis. Ad vtrunque dictum Bal-
di, primum (respõdendo) non obstat, quod dicit in
d. authen. res quæ. quin dos data ab auo nepti ha-
benti patrem pauperem, dicatur dos profectitia, et
respectu patris, vt est tex. & glo.in l. profectitia. in
princ.ff. de iure dot.quin etiam hæc sunt verba ex-
pressa text.in l.dedit dotem.ff.de collatio.bono.vt
quod pater meus propter me filiæ meę nomine de-
dit, perinde sit, atq; si ipse ego dederim, quippe of-
ficium aui circa nepotem ex officio patris erga fi-
lium pendet, & quia pater filiæ, ideo auus pro pa-
10 tre nepti dotem dare debet, &c. †quibus tex. vtiq;
magis credendum est, & standum, quàm glos. &
doctri. Doctorum, vt dicit Oldr.consil.258.Inno-
centius. colum.2.versicu. item non obstat.& Bald.
cons.343.examinanda sunt.colum.2.circa fi.lib.1.
& Aymo.consil.4. nu.21. notanda sunt iterum illa
verba, perinde sit atque si ipse ego dederim: Dos
11 † igitur data per patrem, & profectitia extenuat le-
gitimam, per d.auth.res quæ.Ceph.in d.cons.105.
nume.18. & in legitimam imputatur l.quoniã no-
uella. C.de inoffic.testamen.& inficiari non potest
d.l. profectitia. & d.l. dedit dotem. loqui etiam de
12 filijs paupetib. quia † filij secundum iura digestorũ
regulariter nihil habebant, q̃nquidē patri acquire-
bant.l.placet.ff. de acquirend.hæredit. Non obstat
quoque, quod idem Bald. dicit in d.l. fina. de dot.
promis. quia in q.nostra, quòd filius imputet in le-
gitimam dotem datam per auum nepti, in contra-
rium non bene allegat, & non facit ad propositum.
l.pater. ff.de euict.dicit Bulg. Senens. in repeti.l.1.
colum.13.versicu.ex quo ego infero. solu.matri.&
reprobat Alcia.de præsump.in reg.1.præsump.17.
vers. quid dicendum.

Deinde veniendo ad dictam limitationē Alex.
in d.l.in quartam. inspiciendum est, quòd Doctor.
eam sequentes, ideo sic inferunt, quando dos per
auum datur nepti habēti patrem inhabilem ad do-
tandum eam, censetur dare cõtemplatione neptis,
13 & non filij, cui ergo † vt aduentitia talis dos filiæ,
per not. in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquir.
hæred. non imputatur in suam legitimam. per not.
in l.vt liberis. & in l.illud. C.de collati.licet oppo-
situm dicant contra eorum intentionem. Ripa in
d.l.in quartam.nume.204.& Aymo.in consil.219.
scilicet dotem filię datam pro patre diuite esse con
templatione patris, volunt, & debent tenentes di-
ctam limitationem dicere contrarium. s.esse con-
templatione neptis: Sed hoc non posse inferri, ne-
que dici, maximè in casu nostro, demõstratur. Pri-
14 mò apertè, & liquidò debet ostendi, † dotem per
auum esse datam nepti eius contemplatione, aliàs
in dubio intelligitur data contemplatione filij, vt
per Barto. & Alber. de Rosa. in d. l.dedit dotem.
Barto.in consi.131. Ange.in consil.78. Alexand.in
d.consil.31. colum.1. lib.4. & d.consil.154. col.2.
lib.7.Rui.consil.30.nume.9.& consi.138.num.11.
lib.2. sed clarè non concluditur apparere de con-
templatione neptis ex eo, quòd filius sit inhabilis
ad dotandum, quia vt plurimum erant tales filijfa.
tempore condita: d.l.dedit dotem.ex qua Barto.&
alij not.vt modò dixi.

Secundò, ratio est, quòd liquidò, & apertè con-
stare debet, quòd auus dotem dederit nepti con-
templatione ipsius neptis, & non filij, aliàs quòd si
ita non apparet, in dubio censetur dotasse neptem
15 contemplatione filij, quia † auus ipse magis afficitur
filio, quàm nepti. vt l.fin. C.de verborum significa.
& nota.in l.cum ita.§.in fideicommisso. de lega.2.
& in l.Gallus.§.1.de libe.& posthum.nam inter li-
beros ordinem facit ipsa ordinata charitas libero-
rum. Bald.in consil.340.si pater filio.lib.5.& Pau.
de Cast.consil.159.super primo.in prin.lib.1.vnde
accidentalis hæc causa impossibilitatis filij, non tol
lit illam erga filium, quam habet auus maiorem af
16 fectionem, quàm erga neptem, quia † in concursu
causæ, & naturalis, & accidentalis, naturalis pręua-
let.l.3.in princ.& ibi Barto.ff.de tut. & l. filio quē.
de liber. & posthum.& l.penulti. C.de adopt. cum
aliàs neptis ob egestatem filij remansura nõ sit in-
dotata, quæ dotem consecutura ab auo est.l.qui li-
beros. de ritu nupt. & Docto. tradunt in l. 1. solu.
matri. Auus autem simpliciter, & indistinctè pro-
pter filium, & ex officio filij dicitur dare dotem ne
pti. per text. in d.l.dedit dotem.

Tertiò quinimò, & colliguntur ex facto conie-
cturæ, quòd d.Mich. Angel.dederit partem dotis,
quam promisit marito neptis, intuitu, & cõtempla-
tione filij, & non neptis, quia filius solus conuenit
de matrimonio, & certa dote suæ filiæ, & postmo-
dum d.Michael Ange.in loco instrumenti absente
nepte, fuit ad promittendum certam partem dotis
marito neptis, simul cum filio promittente reliquã
dotis partem pro sua filia, ex quo apparet fuisse cõ-
pletum negocium, & debiti, & honoris filij, nam
quanti cuiuscunq; intersit, satisq; quantum sit de-
bito graui patrimonij, & honoris inuenire coadiu-
torem ad negocia matrimonij, & dotationis filia-
rum, quisq; in seipsum sentire potest, & ipsa rerum
magistra experientia docet. cap.quam sit. de elect.
17 in 6. licet † onus dotandi neptem sit auitum, vt per
Docto. in d. l. 1. tamen filij habentes filiam nubi-
lem, & alios fratres, quando possunt inducere com
munem patrem, ad præstandam dotem, non modi-
cum lucrum in se collatum sentiunt, quia onera do
tandi, sunt onera nimis magna, dicit Alexan.cons.
76.colum.2.num.6. lib.4. ergo ita manifestum vi-
detur in casu isto, partem dotis esse datam nepti ab
auo contemplatione filij, vt superflua sit omnis alia
allegatio.

Quartò, id expressè apparere ex assignatione
quantitatis dictæ dotis solutæ, cum alijs pecunia-
rum quantitatibus per patrem facta filio, ex literis
ducalibus,

ducalibus, & ceſſiſſe in portionem dicti filij, dice-
tur infra reſpondendo, & ſequendo ordinem di-
ctarum dubitationum, itaque vltra Alcia. In d.reg.
1.præſumpt.17. & Io.Ceph.in d.conſi.105.nu.31.
cum ſequen. lib.1.& in ſpecie noſtra clarè demon-
ſtratum eſt, dictam limitationẽ Alexandri, & alio-
rum eum ſequentium non eſſe veram, & non pro-
cedere.

Secunda reſpõſio dictarum dubitationum item
non refragatur, quia Pau.de Caſt.in conſil.26. cir-
ca primum quæſitum.num.5.& conſi.145. libro 1.
Cuma.in conſi.10.& Alexand.in conſi.24.num.3.
& 4. lib.1. in contrarium allegati loquuntur in di-
uerſa quæſt.de qua, & latè per Dec.in l.illam.colu.
18 penult.& fin.C.de collatio.quòd nepotes † quando
ſtipulatione, vel conſuetudine dotem datam matri
habent ex ſucceſſione matris, ſuccedentes auo ma-
terno, eam non imputant in legitimam, ratio eſt,
quia eam non habeat ex bonis aui, longè diuerſa
ratio eſt in quæſt. noſtra, quia dos data per auum
nepti contemplatione filij, ab auo dicitur profici-
ſci in filium, & de cuius manu in neptem, quamobrem
imputatur in legitimam filij, ſecundum deciſi. Cy.
* in d. l. ſcimus. in 5. q. communiter approbatam, vt
apparet ex alleg.ſupra, & maximè per Rui.in conſi.
138. colum. penult. & fina.lib.2. De imputatione
in legitimam neptis modò nõ eſt tractandum, quia
19 † patre viuente, nõ debetur legitima nepti ex bonis
aui. l. ſi quis filio.in princ.l.ſi quis poſthumos. §. ſi
quis filium.ff.de iniu.rupt.teſta.& §.ſui.inſt.de hę-
red.quali.& diff.

Tertia quoque non obſtat, quia quatenus Doct.
in contrarium allegati conſiderant, datum ab auo
nepoti reſpectu filij dici aduentitium acquiſitum
nepoti, per nota. in l. qui in aliena. §.interdum.de
acquirend.hæred. & in l.quæſitum.de lega.1. ideo
hoc etiam non imputari in legitimam nepotis, &
hic (vt proximè dictum eſt) non eſt caſus noſter,
nihilominus etiam ipſi Docto. in contrarium alle-
gati conſiderationem aduentitij de rebus datis ab
auo nepoti, non procedere in dote data nepti. per
d.l.dedit dotem.expreſsè firmant. Imo.in d.l.quę-
ſitum.in princ.in fin.& Alexand.in conſi.8.num.6.
libro 3.& conſi.31.nu.5.lib.4.& Alcia.in d.reg.1.
præſumpt.17.num.3.& Iaſo.in d.§.interdum. in fi.
ſentit Corn.in conſi.246. colum.penult.lib.2.ergo
firma remanet deciſio noſtræ quæſtionis ſupra ad-
20 ducta. licet enim aliæ donationes † non imputen-
tur in legitimam, tamen hoc fallit in dote.Bald.de
Bartolinis in d.l.1. num.246. ſolut.matrimo.fallit
& in donatione affectione naturali munita. Bald.
in l.quoniam nouella. §.imputari.ad fi.C.de inof-
ficio.teſtam.

Quarta fundata in limitatione, quòd non pro-
cedat opinio Cyn.in d.l.ſcimus. in quinta quæſtio.
quando dos non ſit reuerſa ad filium, & adhuc du-
rante matrimonio ſit penes neptem, vt per Areti.in
conſilio 17. colum.fina. etiam tollitur. quia de tali
limitatione dubitando, dum reſpondet filium de-
bere imputare in legitimam, quod pater pro eo ſol-
uit ob cauſam affectione naturali munitam, & con
ſequenter dotem pro eo datam nepti, ſentit, & te-
net contra dictam limitationẽ Ripa in d.l.in quar-
tam.num.203.& contrarium tenet Rui.in d.conſil.
21 138.ad fin.lib.2.hac ratione, quòd dos † nepti data
ab auo contemplatione filij fingitur fuiſſe, & eſſe
apud filium. argumen.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.
de vulga. & pupilla. Confirmo inconuincibili ra-
tione, huiuſmodi limitationem non habere locum
in noſtra ſpecie: In qua quidẽ animaduertẽdum eſt,
valde diuerſos eſſe reſpectus, & caſus, reſpicere de-
ſcendenti ab aſcendente datum, quando in legiti-
mam deſcendenti debitam imputetur, & reſpicere
quando aſcendens aſtringitur ſoluere legitimam pro
deſcendente, pro quo iam ſoluit, vel ipſam legiti-
mam, vel quod in eam, aliquo caſu poteſt imputa-
ri. diuerſitas autem eſt euidens. quia primus reſpe-
ctus tractat de lucro captando, vel ſaltem non de
damno. vt per gloſ. & ibi Docto. in l.3.C.de iu. &
fac.igno. expreſsè Bald.in l.quoniam in prioribus.
colum.2.verſicu.ſed iuxta hoc quæro.num.6.C.de
inofficio. teſtamen. poſterior verò de damno eui-
tando, & liberatione inducenda.l.3.de dam.infec.
l.bona fides non patitur. de regu.iur.euidens quo-
22 que ſubſequitur † lucri, & damni parem rationem
non eſſe. plena glo.in l.proculus.co.de dam.infec.
& poſterior iſte eſt noſter reſpectus, & caſus.in quo
deciſionem contra huiuſmodi limitationem habe-
mus.quòd, & ſi quid ſolutum pro legitima filij non
penes ipſum filium ſit, nec vnquam reuerſurum ad
eum, vt quando pater præuenit ſoluere fiſco legiti-
mam pro condemnatione filij, quo caſu abſq; du-
bio legitima ſoluta non eſt penes filium, nec ad eũ
23 vnquam reuerſura, & tamen pater † iſto caſu nõ co-
gitur, neque tenetur amplius ſoluere, vel relinque-
re legitimam filio. vt per Bald. in l.ſi cum dotem.
§.ſi poſt ſolutum.ſolu.matrimo.& in authen.ſi ca-
ptiui.in fin.C.de epiſc.& cler. etiam ſi ſponte pater
ſoluerit. Ripa in d.l.in quartam.nume.185. Poſito
etiam, quòd eſſemus in dubio de ſoluto per patrem
pro filio, imputando in eius legitimam, vel ne. Ta-
men pater ipſe nõ debet amplius compelli ad dan-
dum ipſam legitimam, ſed pro liberato haberi, be-
ne facit text. licet vulg.in l.Arrianus. ff.de actio.&
obligat.cum alijs vulga. pro liberatione: Dubium
etenim huiuſmodi ſoluitur in partem ſoluti impu-
tandi in legitimam, vt vtiliorem danti, & conti-
nentem minorem iactationem. Aymo. conſi.106.
num.9.& 11.ergo non tenetur amplius ſoluere.per
d.l.bona fides non patitur.

Reſponſio generalis poſtea in dictis dubitatio-
nibus data ad allegata pro Dom.Mich.Ang.quòd
loquantur in diuerſis caſibus, & non affirment id,
ad cuius propoſitum allegantur, non valet, nõ red-
dita ratione diuerſitatis caſuum.& quia deciſiones
pro eo allegatæ, loquuntur in terminis propoſitæ
quæſtionis de dote, per auum data nepti, etiam in
dubio contemplatione filij, in eiuſdem filij legiti-
* mam imputanda, & ita eſſe commu. opinio. teſte
Rui.in d.conſi.138.colum.penul.& fin.lib.2.a qua
in

In iudicando non est recedendum, refutatis limi-
tationibus in contrarium adductis per vrgentissi-
mas rationes, & decis. Doct. expressas supra alleg.
Quinimò verum est pro Do. Michaelle Ange-
lo clarum, & indubitatum casum reddere, cum in
diuisione vsusfructus suorum bonorum cum filijs
facta, dictam doté pro nepte solutam, cum iocali-
bus, & alijs pecunijs decreto Illustrissimi Domini
Principis nostri, in sua portione assignasse filio, pa-
tri ipsius neptis. vt diligenter inspectis pro eo iam
allegatis, apparere potest. Quod ego iterum, &
clarius demonstrabo.
Nanq; indubitati iuris esset, si in promissione di-
ctæ dotis expresè declarasset Dom. Mich. Ange. se
velle id imputari in partem, & legitimá dicti filij,
vel etiam idem specialiter declarasset in dicta diui
sione, ita fuisset imputandum in legitimam. secun-
dum Ange. in l. si quando. §. & generaliter. col. 1.
C. de inoffic. testamen. vbi dicit sufficere, quòd pa-
ter dicat se dare filio pro parte sua. per l. peto. in
princ. & ibi Barto. in fin. de leg. 2. & Rip. in d. l. in
quartam. nume. 153. vbi etiam loquitur in dote,
quam pater cogitur dare per l. fina. de dot. promis.
tamen potest ponere onus intrinsecum, vt impute-
tur in legitimam, vel legitima in dotem, satis est in
vtroque casu, vt seruetur voluntas patris, vt ibi per
eum: Sed ostendo præcipuè in dicta diuisione per
inde haberi, ac si specialiter dixisset pater se relin-
quere, & assignare filio dictas pecunias, & pro do-
te neptis, & pro iocalibus nurus, & officio emen-
do pro nepote solutas pro parte sua, & in suam par
tem imputandas, etiam per verbū relinquo. est tex.
in l. si noxali. §. est autem. ibi, si verò eandem por-
24 tionem, &c. ff. de pecul. quoniam † vbi pater simpli-
citer, non expresso titulo, dat aliquid filio, id quidē
in legitimam eius est imputandum. per l. cum quo.
§. fi. ff. ad l. Fal. tradit Bar. in l. 1. §. si parens. si quis à
pa. fue. manu. pro singulari refert, & sequitur Imo.
in l. Titio centum. §. Titio genero. circa fi. de cond.
& demonst. & Dec. post Alexand. in l. illud. colum.
penult. versic. & hoc limitatur. C. de collati. & cla-
rius Alexand. consi. 70. colum. 4. versicu. ideo ista
opi. lib. 2. Nec dicatur hoc intelligi, quando huius-
modi rei simpliciter datæ trāslatum est dominium
in filium. quia rñdeo, in casu nostro nō posse aliter
intelligi, nec aliter operari, nisi quòd tales pecunię
solutæ tam per patrem, & sic relictæ, & assignatæ
cedant in partem dicti filij, & sic in suam legitimá
imputentur, vt exponnunt Bar. in d. l. peto. in prin.
in fin. & Ang. in d. §. & generaliter. colum. 1. & Ri-
pa in d. l. in quartam. nume. 147. hoc demonstrat
subiecta materia diuisionis, & assignationis nomi-
natim ipsi filio de his pecunijs, cum alijs rebus fa-
ctæ, vt ista scilicet imputentur in partem, & legiti-
25 mam suam. vt † intellectus dictæ assignationis sit
secundum subiectam materiam. l. si vno. in prin. ff.
loc. l. insulam. de præscript. verb. hæc est generalis,
* & in omni materia recepta sententia dicit Hieron.
Cagn. in l. semper in obscuris. nume. 19. de regulis
iuris. & in rub. nume. 22. si quis iudi. non obtempe.
sensus verborum, etiam datur, acsi diceret, pro par-
te sua. vt not. Bald. in d. l. illud. Aliàs si dictæ pecu-
niæ sic in diuisione iam assignatæ filio non impu-
tarentur in suam partem, & legitimam, delusoria,
& frustratoria fuisset huiusmodi assignatio, & sine
26 aliquo effectu operandi, quod † minimè dicendum
est. per l. si quando. in princ. de leg. 1. & cap. si papa.
de priuileg. in 6. pariter hoc habere locum in om-
ni dispositione de mundo, concord. allegando di-
cit idem Hieron. Cagn. in dicta rubrica. nume. 20.
& Felin. in cap. 1. colum. 6. in versicu. priuilegium.
de rescript. Aut etiam, quòd non intelligeretur as-
27 signatio pro parte sua, cum tamen diuisio † inter pa-
trem, & filios habeat vim relicti. l. si filia. §. si pater.
ff. famil. ercis. & l. fi. C. eo. ita enim assignata in diui
sione, absque eo, quòd dicatur, imputantur in le-
gitimam, habent vim relicti, vt per Cy. & Salyce.
in d. §. & generaliter. & Corne. consilio 62. in fin.
lib. 2. Nec obijciatur, hic expectādam esse mortem
Do. Mich. Ange. vt pecuniæ iste imputari possint in
legitimam filij, quoniam respondetur, iam istas pe-
cunias esse solutas per Dom. Micha. Ange. & extra
suum patrimonium esse, ad eūque amplius non red
dituras, & cessisse ad commodum & contemplatio
nem dicti filij, taliter quòd debent imputari in eius
28 partem, & legitimam. vt † de dote soluta nepti tra-
dunt Cyn. Alex. Angel. Dec. Ripa Fab. de giocchis.
Rui. Alci. Io. Ceph. in locis superius citatis, De Io-
calibus datis nurui. Alex. d. consi. 31. col. fi. num. 9.
lib. 4. De pecunijs assignatis filio, vt emat militiam
nepoti, & intelligitur de militia transeunte ad hæ-
redem, aliàs sibi imputet accipiēs, quia sic assignās,
vt sibi vtilius, & continens minorem iactationem.
Aymo consi. 106. nume. 9. & nu. 11. intelligit, vt im
putētur in legitimam. per tex. in d. l. omnimodo. §.
imputari. Idem dicendum de tribus sextarijs terræ
assignatis eidem filio in dicta diuisione, imputan-
29 dis in eius legitimam, in quam † imputari debent
omnia, & vndecūque etiam extrinsecus a patre ad
* filium peruenta. secūdum cōmu. opi. doctorum. Ri
pa in d. l. in quartam. nu. 187. Paris. consil. 1. nu. 89.
lib. 3. Ad quæ, vti nullam habentia dubitationem,
ex aduerso nulla fit dubitatio.
Vel adhuc, vbi fit dubitatio de solutis pro dote
neptis insistendo, dicendum est, nullo modo bona
frōte, & secura cōscientia posse inficiari dictam pa
tris assignationē filio metipsi factā de pecunijs so-
lutis pro dote neptis, filiæ ipsius recipientis, quin
saltem assignatio huiusmodi declaret, & ostendat
manifestè contemplatione ipsius filij fuisse solutas,
& quod consequens & propius est, voluntatem, &
intentionem fuisse ipsius patris, dictas pecunias im
putandi in partem, & legitimam ipsius filij, cum
dependeat ab animo, & intentione aui, cuius affe-
ctione, & contemplatione, an filij, vel neptis sol-
uerit dotem nepti, & in assignatione in partem filij
postea consenserint pater, & filius, mandante per li
teras Illustris. Principe, cuius factum reputatur fa-
ctum partis. Aymo. cons. 5. in prin. sic enim ex actu
40 † subsequēti demōstratur, & declaratur, qualis fue-
rit

rit intentio in actu præcedenti. per text.in l.sed Iu-
lianus.§.sed & si ab initio.ff.ad mace.Bal.in consi.
245.villa vel castrum.nu.2.lib.4.& Dec.in l.quan-
diu.col.fi.nume.24.in nouissi.addi.C.qui admit.&
Alci.in tract.de præsump.regu.2.præsumpti.26.nu.
31 8.& † facto ipso voluntas & intentio declarantur.
l.Paulus.ff.rem rat.hab.l.de quibus.& ibi Iaſ.no.in
col.9.de legi.& in l.reprehendenda. ver. quarto ha
bes.C.de inst.& subst.& Parisſ.cōſ.34.col.pe.n.54.
32 lib.2.& efficacior † fit declaratio facto quàm verbo.
l.si tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edi. & c.dilecti.& ibi
33 gl.de appel.& Bald.consi.8.in fi.lib.1. valet † qui-
dem declaratio facta etiam post longum tempus.
Bald.in l.voluntatis.in princip.C.de fideicommiſ.
Cur.Iun.consilio 121.numero 18.Bocr.in decisio.
172.numero 23. cum similibus. Maximè quando
dubitatur qua mente quis aliquid fecerit, etiam in
cōtractu donationis inter viuos potest haberi de-
claratio ex dispositis postea, vel in vltima volunta-
te, vel in alio actu inter viuos, per l.vxori.§.fina.de
leg.3.tradit Pau.de Cast.in consi.343. quia ex alle
gationibus.in fi.lib.1. vbi quoque subiungit ad p-
34 positum iam allegatum, ex actu sequente † declara
ri qualis fuerit voluntas in actu præcedenti, ad hoc
sunt & notab. verba text.in l.qui res.§.rem autem.
ff.de solu.hæc.ſ.Sicque & hoc ex his quæ post facta
sunt in præteritum, cuius quid fuerit declaret. Atq;
35 vbi actus † diuerso modo intelligi potest, declarari
potest ab eo qui illum actum fecit quo animo fece
rit.Bar.in l.pro hærede.in prin.ff.de acq.hæredi. &
Dec.in c.cum M.Ferrarien.num.28.de consti.quia
de his quę consistūt in animo statur declarationi e-
36 ius qui fecit actum † per glo.mag.vul.in §.aliæ.in-
stitu.de act.cum simi.Ex quibus firma conclusio re
manet de dote in hac specie nostra per auum solu-
ta nepti contemplatione filij non solum imputan-
da in eius legitimam per decis.pro hac parte alleg.
sed imputata iam in suam partem per assignationē
in diuisione ei factam vt multifariam ante demon-
stratum est. Addo, sufficere quomodocunque appa
rere de voluntate patris quod soluerit pro filio il-
lud imputandū in legitimam, vt tradit Rui.in conſ.
148.col.pen.ad fi.ver.& vbi solutum pro filio.li.3.

Nec fraus aliqua de huiusmodi assignatione su-
37 spicari debet, cum coram Illustr.Principe † præordi
nata fuerit & ab eo demandata.l.omniū.C.de test.
& Soc.in l.si mihi.§.in legatis.col.pen. in fi.nu.13.
de leg.1.& Aymo consi.5.nu.2.

Nec quoque mors D.Mich. Angel. expectanda
est, cum tempus aduenerit, quo astringitur soluere
38 legitimam filij, sicut † moriens relinquere teneretē
legitimam, vel in eam imputare quod viuens dede
rit & §.1.in auct.de hære.& falc.vt §.aliud.in auct.
vt cum de appel.cogn.etiam per quemcunque mo-
dum, ita & modo potest facere in legitimam impu-
39 tando vt probatum est: nam effectus † & non mo-
dus attendi debet.l.3.C.de instit. & substi.& l.mu-
40 lier. in prin.ff.ad trebel. similitudo.n.casuum † suffi
cit esse quoad effectum, licet non sit quoad omnia.
l.qui liberis.in prin.& ibi Bal.Ang.& Alex.de vul.
& pupil.& Bal.in l.Gallus.§. & quid si tantum.col.
1.circa fin.de liber.& posthum.& sic pater habetur
pro mortuo, in specie dicit Bal.in auth.incestas, sub
ver.pone quidam.C.de incest.nupt.ita isto casu nō
tempus mortis patris, sed tempus delicti filij inspi-
citur Bald.in l.si qua pœna.verſ. quæro cum legiti-
ma.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Et consequen-
ter cessat replicatio obiecta, quòd prędicta fieri nō
potuerint in præiudicium neptis, & ea non consen
tiente, quia iam euidenter ostensum est, non eius,
sed sui patris respectu & cōtemplatione ab auo do
tem solutam esse, qui ideo imputando & assignan-
do eam in partem filij, non aufert aliquid exinde
41 nepti, cui licet † soluta dos fuerit & irreuocabiliter,
tamen data dicitur filio sua contemplatione inspe-
cta.l.fideicommissa.§.interdum.de lega.3.& l.ser-
uo legato.§.si testator.de leg.1.& doct.in d.l.sed si
plures.§. in arrogato. & per alia quæ dicā latius in
tract.de interpretatio.vlti.volun.libr.1.interpreta-
tione.2.dub.sexto loco à contemplatione. Et suc-
cessiuè videtur extra vim illatio facta de dote pro-
missa & soluta marito neptis & nō nepti, quòd per
hoc impediatur imputatio dotis in legitimam filij,
ex traditis per Alexan.in auth.præterea. col.fi.ver.
dicit Barto.de necessitate intelligi debere.C. vnde
vir & vxor.quoniam ibi Alexan.super intellectu.l.
si pater pro filia.ff.de colla.dot. loquitur in termi-
nis longe diuersis à nostris.ſ.in dote promissa gene
42 ro, † quando in eam sit imputandum legatum à pa
tre factum filiæ, vbi secundum Barto.tenet non im
putandum, quando aliud est legatum non contem
platione dotis. Non mirum, quia & diuersitas rerū
debitarum & diuersitas personarum quibus debe-
tur impediunt compensationem, de qua ibi Alexā.
& cæteri per eum alleg.tractant, sed diuersum in re
nostra de imputando id filio in legitimam, quod
pro eo etiā hostibus solutū esset, vt de solutis fisco
43 supra probatum est, & specialiter in dote † quæ da-
tur marito & est in eius dominio durante matrimo
nio.l. doce ancillam. C.de rei vendi fit tamen im-
putatio in legitimam.l.quoniam nouella.C. de in-
officio.testamen.quia de eius natura est, quòd in ip
sam imputentur quæcunque etiam extrinsecus ad
filium perueneriit.Ripa in d.l.in quartam.num. 187.
exinde igitur nō potest dari obiecta limitatio ad
præalle.opi.Cyn.

Minime etiam valet retorquutio, Doml.Micha,
Ang.Posuit in portionem filij etiam grauati fami-
lia dotem solutam nepti, in cæteris existente æqua
litate valoris bonorum filijs in diuisione assignato
rum, vt suam maiorem gratitudinem & liberalita-
tem erga neptem & filium demonstraret, & in hoc
voluerit suam portionem excedere portiones alio-
44 rum filiorum.Quia rñdetur † si hoc tm̄ inęquale &
inuidiosum notabile inter filios voluisset, dixisset
non dixit ergo noluit.l.1.§. sin autem deficientis.C.
de cadu.tollen. & c.ad audientiam.de deci.vel ta-
cuisset non ponendo sibi in diuisione.Sed & quin-
immo hoc apparere volens & ponere sibi in suam
portionem, expresſè voluit contrarium, cum nil
aliud

alìud oſtendat illas res nominatim aſſignatas eſſe
in ſuam portionem, maximè cum expreſſione cer-
ta quantitatum pecuniarum expenſarum & ſolu-
tarum, niſi quòd prout cenſebantur prius ſimplici-
ter datæ ex cauſa legitimæ, per doctr. Bar. in d.l.1.
§.ſi parens. ſi à par. quis ſu.manu. ſpecialiter eſſent
aſſignatę in ſuam portionem, vt ex tali facto homi-
nis haberetur iuris pręſumptio & deciſio de impu-
tandis in legitimam omnibus reb. à patre ad filium
peruentis, vt ſæpius ante dictum eſt. Addo, quòd
45 hæc aſſignata per patrem filio † videntur conceſſa
in peculium profectitium per l.fina.de pec.leg.tra-
dit Barto. in l.ſi donatione. ad fin. C. de collatio.
& ex hoc ipſo, quòd in conceſſis videtur patrem fi-
lium prædilexiſſe, imputantur in legitimam, vt fir-
mant Pau. de Caſt. in colum.penul.verſicu.quid ſi
non apparet. & Alexand.colum.10. in princip.ſub
nume.24. in d.l.in quartam. atque ita præſumptio-
46 nes iſtæ ſunt vigentes & plures, quòd potius † om-
nis alia præſumptio capitur, quàm donationis. l.
verum. ff.de donatio. inter vir. & vxo. præcipuè in
tam magna quantitate ſcutorum 2140. aſſignato-
rum eidem filio, & attento numero aliorum trium
filiorum: vt per Bald. in tract.de duo. fratri. col.3.
in 5. q. & in l.filiæ. colum.penul.in 7.q. nume.16.
& ibi in apoſtil.C.fam.erciſcun. & quòd auus pro
filio obligatus. d.l.dedit dotem. cauſa dotis dede-
rit, & non donationis, cauſa enim dandi præualet
d.l.qui res.§.mihi Romæ.ff.de ſolu.& in neceſſita-
tibus nemo liberalis.l.rem legatam.de liber.leg.&
propriè donatio etiam ob cauſam affectione natu-
47 rali † imputatur in legitimam. Bald.in d.l.omnimo
do.§.imputari.ad fin.& quòd pater potius intelle-
xerit ſeruari ęqualitatem inter filios.l.vt liberis.C.
de colla.quod ſit prædictis rebus aſſignatis in por-
tionem filij, pro quo fuerunt ſoluta, fiat earum im-
putatio in eius legitimam, & præſumptio libera-
tionis patris à legitima d.l.Arrianus. ff. de actio.&
obligat. & qui tractat de damno euitando, & pro
alieno delicto aſtringitur, & fiſcus tractat de lucro
captando. Bal.in l.nec damnoſa. in ſecunda oppo.
C. de precib.imper.off.Alexand.in l. cum mulier.
ſub nume.9. ſolu.matrimo. & quemadmodum fi-
48 lius bannitus † expelleretur ſi peteret legitimam de
qua fuit ſatisfactus, ita fiſcus debet expelli, vt ex-
preſsè dicit Bald.in d.l.ſi qua pœna.verſi.ſed quæ-
ro pone. iſtæ igitur præſumptiones plures & effi-
caciores abſque dubio vincere debent ſubtiles po-
tius quàm veras pro fiſco obiectas præſumptiones.
cap.1.de treug.& pa.cum vulga. Ex quibus penitus
remanet ſublatum quartum fundamentum pro fi-
ſco obiectum, ſuper quo continente totam vim &
punctum principalem defenſionis Do. Michaelis
Angeli longior fui, vt ſua iuſta & bona defenſio
clarius oſtenderetur.

Ad quintum fundamentum reſpiciens iura fi-
liorum condemnati filij ſuper legitima, quando
iterum eſſet ſoluenda, quòd in ea potius ſucceden-
tes ipſi nepotes, ſublato filio per capitale bannum,
fiſcum vincerent, iuxta text. in d.l. ſi qua pœna.de
his qui ſunt ſui, vel alie.iu.& deciſ. Docto.ſuper eo
ſe fundantes, quoniam ſuperius dicta, ſi recto iudi-
cio, remota fiſcali affectione, vt ſpes eſt optima,
perpendantur, pro liberatione Dom. Mich.Ange.
ſatis ſuperq; ſufficiunt: Ideo de obiectionibus ad
hoc, & ad cętera factis breuibus me expediam.

Et reſpondetur eas vti generales non tollere di-
ctam iuris & Docto. ſpecialem deciſionem, quia
ſicut decretum & iura communia puniunt delicta,
et in bonis: vt l.bona fides. in princ. ff.depoſ.& to.
titu.ff.de bon.dan.& C.de bon. proſcrip. & eorum
mens pariter eſt puniendi delicta. l.ita vulneratus.
§. penulti.ad l.Aquil. & generaliter ac ſimpliciter.
contra delinquentes loquuntur, & mandant puni-
ri ob publicam vtilitatem.d.l. ita vulneratus.man-
dant pariter filiosfam. delinquentes puniri. l.3.C.
de bon.proſcript.cum ſimilib. Nihilominus admit
tunt deciſ. text.& Docto.in d.l.ſi qua pœna.vbi li-
cet Alber.ponat exemplum, quando auus iam mor
tuus eſſet, facit vt veniamus ad caſum dubitabilem
& contingibilem, quia aliàs de iure communi viuo
auo neque fiſcus, neq; nepotes legitimam filij ca-
piebant, cum tamen aduenerit ex decreto pro fiſco
ſucceſſio ad legitimam filij condemnati viuo auo,
idem eſt, ac ſi eſſet mortuus quo ad effectum ſuc-
cedēdi in legitima, vt ſuperius dictum eſt, ita quòd
49 ſublato † filio de medio nepotes vincunt fiſcum,
per alleg.deciſ.text.& Docto. in d.l.ſi qua pœna. à
qua per noſtra argumenta diſcedere non debemus
in iudicando. l.ancille. & ibi Bald.C. de fur. & vti
canonizata ſeruatur in ſtatu eccleſiaſtico Ioſeph.
Aſſiſien.in deciſ.Peruſ.11.nume.28.

Credo, quòd conſulentes pro Dom.Mich.Ang.
& nepotibus omiſerunt aliquid dicere de bonis aſ-
ſignatis ad vſufructuandum filijs, quòd portio filij
condemnati non pertineat ad fiſcum, ſtatuto aliter
non diſponente, quia habuerunt caſum pro indu-
bitato. Nam & vſusfructus & bona ipſa filijs aſſi-
gnata ad vſufructuandum in diuiſione per patrem,
poſſunt quandocunque (dum viuit) reuocari, & ad
50 ipſum reduci, † quemadmodū reuocari poteſt quæ-
libet vltima voluntas. l.4. de adim.leg. quia huiuſ-
modi bonorum diuiſio inter filios facta per patrē
non contractus, ſed vltimæ voluntatis vim habet,
vt dictum eſt per l.ſi filia.§.ſi pater.ff.fam.erciſcun.
& poteſt iſta diuiſio in ſpecie reuocari per patrem,
etiam ſi dictum eſſet, quòd perpetuo rata eſſet, vt
in terminis firmat Caccialu. in repet.l.ſi ater à fra-
tre. §.quæſitum.nu.102.in q.21.ff.de cond. indeb.
per doctr.Bald.in l.fin.ſub verſic. modo quærit hic
gl.C.pro dona. Nec impeditur reuocatio, ſeu vlti-
mæ voluntatis natura alteratur ex eo, quòd fuit fa-
cta ordine & voluntate Principis, quia voluntates
hominum audire volumus, non iubere, ne poſt ſen-
tentiam noſtram inhibitum videatur commutatio
nis arbitrium, &c. inquit Imperator in l. omnium.
51 C. de teſta. & fortius, quia † ſunt bona profectitia
aſſignata filijs ad vſufructuandum arbitrio boni vi
ri, etiam ſi eſſent data cum poteſtate donandi &
diſſipandi, ſine dubio in cōfiſcatione bonorum fi-
lij

lij non cadunt, nec veniunt, vt tenet Ange. in l. si filius. versicu. profectitium autem. de dam.infect. comprobat Alexand.in l.si finita.§. si de vectigalibus. colum.19.num.50. versicu. item adde.ff.eod. & Nel. de ban.in prima parte secundi tempo. in q. 25. Ita puto satisfactum dubitationi, quæ de his fiebat.

Prosequendo quoque breuiter responsiones ad obiectiones vltimo loco factas occasione testium quorundam pro Domino Michaele Angelo examinatorum.

Dicendum est, cum ex voluntate Dom.Michaelis Angeli dependeat, & ex animo, quòd contemplatione filij dederit dotem nepti, gesta id osten-
52 dentia, †prout sunt, per solum filium fuisse conclusum matrimonium, & per eũ à principio fuisse ꝓmissam totam dotem, probari possunt per testem singularem, per ea quæ tradit Alexand. consil.75. colum. pen.versicu. & quòd ista fuerit mens. lib.5. & Corn.consil.55. colum.3.versicu.arg.eius quod dicitur. libro 2. quippe contemplatione filij promisisse quisq; dicet, cum filius hoc totum suum negocium fecerit: argum.l. at qui natura.§. si libero. ibi. Quia, & gerendi negocij mei habuerit affectionem, &c. ff. de nego.gest. etiam mediator idoneus est testis ad accidentia contractus, Salicet.in l.nul-
53 lus. ff.de testib. Quòd filius †soluens pro patre suæ filiæ dotem possit repetere à patre de in rem verso. iuxta l.& ideo. §.fin.de in rem vers.non tollit, imò infert necessariò, quòd dos profecta fuerit ex bonis aui reficientis filio, iux.l.profectitia.in princ.de iure dot. ideo meritò imputari debeat in legitimã filij, per toties alleg.decis.Cyn. Quæ adhuc limitationem obiectam non recipit, quando etiam spontè pro filio nepti dotem dederit, quia semper verũ est, pro filio & propter filium soluisse, vt sunt indistincta, & præcisa verba text.in d.l.dedit dotem. &
54 quando etiam soluit spontè, †saltem ob causam affectione naturali munitam, solutum imputatur in legitimam, reprobata opin.Barto.in l.Stichus.col. fina.de pecu.leg.firmat Ripa in d.l.in quartam.nu. 285. pro communi opinio.ponit Viui.in suo tract. de commu.opin. versic. statutum disponens, quòd pater. colum. penult. Bald. in tracta.de duo.tra. & in l.filiæ.colum.penult. loquitur in diuersis terminis & quatenus distinguat, spontè vel necessitate soluerit, prout facit Barto. in d.l.Stichus. eandem reprobationem recipit per commu. vt modò dixi. Quòd filij contemplatione & non neptis, & in dubio, & per claras demonstrationes fuerit in isto casu soluta dos nepti cognitæ, vel incognitæ auo, latissimè supra in quarto fundamento ostensum est,
55 & quòd etiam auus†magis afficitur filio, quam nepti.l.fina.C.de verborum significatio.Crot.in rep. l.1. nume.37. solu.matrim. & Bald. in l.pro hæreditarijs. colum.fina. versicu.præterea si pater.C.de hæred. act. Et si quandoque fuerit discordia inter dominum Michaelem Angelum & filium, eam dirimit diuisio inter eos facta, & id magis ostendit patrem noluisse vti liberalitate erga filium, & sibi donare tam magnas quantitates pecuniarum pro eo solutas, sed voluisse imputare in suam partem: prout ad hunc & non ad alium effectum nominatim in diuisione sibi assignatas apparere voluit. Si filius non probatur diues: probatur tamen in sua administratione habuisse fructus dotis, & amplum patrimonium vxoris, ita quòd inops dici non potest, & non apparet eum fuisse requisitum reddere rationem administrationis, quando erit requisitus rationem reddet, quia potest dicere fructus non extare, sed esse consumptos, & ita eum aliter non teneri ad restitutionẽ, vt concludit Gui. Pa. in decis.468.

Quatenus demum gener voluerit sibi fieri promissionem solutionis dotis maioris partis ab auo, quàm à filio socero, hoc respicit cautionem eius, vt diligentius sibi cautum sit, in princ.insti.de fideius. exinde alia concludens inhabilitatis filij probatio non fit, cap. in præsentia. de proba. & is sensus est magis verus, & iuri consonus, quòd dom.Michael
56 Angelus pro filio tali qualis sit, soluerit †præsumitur factum, & cedere in id quod est vtilius facienti, & minorem continet iactationem dantis, Aym.d. consil.106.nume.9. & nume.11. Quod est pro D. Michaele Ang.vt cedat, & imputetur in legitimam filij, vt dictum & replicatum est pluries. Vnde modo si filius ipsemet veniret, & ageret pro legitima sua, exceptis & probatis tot à patre pro eo solutis, & sibi relictis signanter & assignatis in diuisione longè excedentibus legitimam, vtique succumberet mea sententia, & me Iudice. Tantundem & idẽ credo, sequeretur sententia Magnifici Dom.Iudicis dubitantis pro rectitudine & integritate sua: Quod magis & tutius tenendum est loco sui fisco
57 agente, † quem non solum clara aduersarij defensio, sed dubia excludit.l.non puto.ff.de iu.fisc. quæ lex procedit propriè in quæstionibus pœnalibus, Ripa in l.1.colum.2. in fin.solu.mat. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.Pisauren.

CONSILIVM LXVI.

ARGVMENTVM.

Inquisitus de duabus uxoribus, indicijs elisis primi matrimonij, debet absolui, uel etiam indicijs extantibus, apparente ultimo matrimonio legitimo & ualido in faciem ecclesiæ cõtracto, quòd casus iste talis sit, quòd non debeat torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Testis qui non sumpsit eucharistiam tempore ab ecclesia statuto, repellitur.*

Matri-

2 *Matrimonium clandeſtinũ non præiudicat matrimonio publicè contracto cũ alia muliere in faciem eccleſiæ.*
3 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur ad probãdum matrimonium clandeſtinum, ſtante matrimonio cum alia muliere publicè contracto.*
4 *Teſti etiam ſoli creditur de ſibi commiſſis.*
5 *Tortura regulariter inferri poteſt in omnibus criminibus, ſaltem grauibus.*
6 *Status cauſa agitur, cum quæritur an quis ſit alligatus matrimonio cum aliqua.*
7 *Quaſi, dictio deſignat ſimilitudinem & proprietatem.*
8 *Tormenta ſunt inuenta vt veritas habeatur ex confeſſione rei.*
9 *Tortura fruſtratoria adhibenda non eſt pro habenda confeſſione quæ nihil operatur.*
10 *Iuri canonico in matrimonialibus ſtandum eſt.*
11 *Imperator & eccleſia non iudicant de occultis.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Leganter adeo & copioſè, ſubtiliter & oportune dubitationes contra Bernardum de duabus vxoribus inquiſitum excitatas inſignis Iuriſconſ. maior vti frater meus honorandus dominus Cathelanus Malateſta explicauit, vt velle poſt eum in eadem cauſa allegare, nil aliud fieri, niſi eadem repetere poſſe arbitrandum ſit. Quod in ſui gratiam conſilium quærenti parum prodeſt, & legenti nauſeam afferre ſolet, tamen ea vt videar deguſtaſſe & ſciens approbaſſe. Quæ autem contra inquiſitum obijciebantur de probatione primi matrimonij cum Hieronyma contracti, ad plenam videntur ſublata. Primum de confeſſione Bernardi non cõſtat per dictum vnius teſtis multifariam oſtenſi inhabilis & non idonei in cauſa iſta graui. Deinde de ſimili confeſſione & nominatione non probari per teſtes duos ſingulares circa tempus & locum, tum ſingularitate teſtiũ, tum etiam eorum inhabilitate clarè demonſtrata.
1 Nãque † teſtis ille repellitur qui tempore ab eccle
ſia noſtra catholica ſtatuto euchariſtiæ ſanctiſſimũ
ſacramentum non accepiſſe faſſus eſt, per deciſ. à
domino Conſulente alleg. & per Bar. in tract. de
reprob. teſt. col. 2. Pariſ. conſ. 58. nu. 83. lib. 4. & Ale
xan. de Neuo in conſil. 7. nu. 4. Quatenus etiam de
confeſſione coniugis & nominatione & fama con-
ſtaret prætenſi matrimonij cum Hieronyma, cum
id eſſe non poſſit niſi clandeſtinum matrimonium,
per text. in c. fi. in prin. de cland. deſponſ. pro nullo
2 tamen habetur † & nõ præiudicat matrimonio per
dictum Bernardum publicè cõtracto cum alia mu
liere in faciẽ eccleſię, Inno. & alij in c. illud. de præ-
* ſumpt. Ioan. And. cum alijs communiter in c. 2. de
cland. deſponſ. & Alexan. in conſ. 151. repetitus.
col. 2. in fin. ver. tertio reſpondeo. lib. 5. & Alexan.
de Neuo in conſil. 1. nu. 6. & conſil. 72. num. 1. 2. &
conſi. ſeq. nu. 2. Quo quidem matrimonio ſtante
cum alia muliere publicè contracto, ad probandũ
3 matrimonium clandeſtinum † requiruntur teſtes
omni exceptione maiores, per not. in c. 1. de con-
ſangui. & affinita. & in c. in literis. de teſti. & dicunt
doct. in locis ſup. alleg. Per tales teſtes non ſolum
probatum non eſt de matrimonio cum dicta Hier.
ſed potius de non matrimonio extant & apparẽt,
indicia vrgentiſſima, ex illo præcepto facto ipſi
Bernardo, ne accederet ad domum d. Hieronymæ
quod demonſtrat euidenter non fuiſſe ſuum mari-
tum, cui non denegatur acceſſus ad vxorem, & ex
depoſitione D. Philippi dicentis mandato d. Hier.
dixiſſe ipſi Bernardo vt vellet eam deſpõſare, aliàs
ꝙ amplius non habeat conuerſationem in domo
4 ſua, cui † teſti etiam ſoli creditur de his quæ ſibi cõ
miſſerit d. Hier. Alex. conſil. 43. col. 1. ver. tamen ad
hoc. lib. 7. Itaque veris rationibus, deciſ. & auctori
tatibus Alexandri in illis 6. conſil. continuis 150.
151. 152. 153. 154. 155. & Dec. conſ. 133. & 310.
Pariſ. cõſ. 59. li. 4. & aliorum alle. vt Pa. de Ca. cõſ.
155. in cauſa lib. 2. firma remanet concluſio dicti
domini Conſulentis. ſ. nullum eſſe probatum ma-
trimonium cum d. Hier. & conſequenter dictũ Ber
nardum non habere duas vxores, neque contra eũ
remanent indicia, ſaltem valida.

Si quidem adhuc extare indicia viderentur, no-
ua quæſtio ſuccurrit. Quòd ſtante matrimonio va-
lido publicè contracto & plenè probato cum mu-
liere vxore certa, inquiſitus de alia vxore viuente
prius habita non conuictus plenis & validis proba
tionibus de matrimonio cum alia prius contracto
ex indicijs, pro ſua confeſſione habenda quęſtioni-
bus ſubijci non deberet, licet non reperiã quæſtio-
nem hanc a Doctoribus deciſam, quinimo genera-
5 lem regulam tradunt, in † omnibus criminibus ſal-
tem grauibus torturam inferri poſſe, vt per Franc.
Bru. in tract. de Indi. & tor. in q. 3. ſecundæ par. &
Grillan. in ſimili tract. §. Quintò videndum eſt. Ta
men in quæſtione propoſita mihi duæ rationes nõ
quidem paruifaciendæ in mentem ſubueniunt, ut
ad tormenta deueniri non debeat.

Prima eſt, quia quærere an aliquis ſit alligatus
matrimonio cũ aliqua, tractatur de quaſi ſtatu ho-
6 minis, † cum per hoc ſeruitus cõſtituatur in ipſo, vt
expreſſe dicit gl. 1. in c. mulieri. quã ibi doct. cõiter
* ſequuntur, de iureiur. & ibidem gl. 2. in fin. dicit, ꝙ
quando mulier petit aliquẽ, hoc facit rõne ſeruitu-
tis, quam in eo acquiſiuit per cõſenſum mutuũ de
7 præſenti, non refert ꝙ dicat, quaſi, quia † hæc dictio
deſignat ſimilitudinẽ & proprietatẽ, vt l. itẽ Mela.
§. ſi alius. & §. ſeq. ff. ad l. Aquil. cum vulg. eo ꝙ pro-
prie infert rõnẽ talẽ ibi, d. gl. in c. mulieri. cũ ꝑ hoc
ſeruitus cõſtituatur in ipſo, & in iudicijs de ſimilib.
ad ſimilia procedi, & ius dici debet, vulg. l. nõ pñt.
ff. de legi. & Cald. in cõſ. 5. quod eſt vlt. tit. de ſpõſ.
& matr. ſimpliciter dicit inter mulierẽ & virũ eſſe
contractã obligationẽ mutuæ ſeruitutis. Sed nõ op
portet, ꝑ eorũ tormenta de quorũ ſtatu quęritur, ve
ritatẽ requiri, hæc ſunt uerba tex. in l. de minore. §.
fin. ff. de quæſt. & ibi gl. in tertio caſu, quam Bar. &
alij communiter ſequũtur & in l. ſuper ſtatu. C. eo.
8 Altera eſt, quia † tormenta ſunt inuenta vt veri-
tas habeatur ex confeſſione rei l. edictnm. ff. e. cum
ſimil. ſed cũ ſtante vltimo legitimo & indubitato
matrimonio

matrimonio, contra hoc confessio vnius ex coniu-
gibus nequeat ostendere veritatem alterius matri-
monij, sed requiruntur rationabiles & fide dignæ
probationes, per tex. in c. super eo. de eo qui cogn.
consang. vxo. qui procedit quotiensćūq; venitetur
contra validū appatēs matrimonium, vt per Alex.
9 de Neuo. in cons. 73. ergo frustratoria tortura † ad-
hibenda non est pro habenda confessione, quæ ni-
hil operatur, vt expressè dicit Anto. de But. in d. c.
super eo. in col. fin. vers. si stans contra. s. φ confessio
per se pro nihilo est &c. quia fieri non debet actus
frustratorius. l. hęc stipulatio. §. 1. vt leg. seu fideicō.
ser. causa cauea. cum concor. alleg. per Aym. cons.
216. nume. 16. præsertim in tam graue periculum
personæ d. Bernardi. l. in seruorum. in fi. ff. de pœn.
& in tantum scandalum & discrimen vltimi legiti-
mi matrimonij, cui ne fieret præiudicium, de quo
tantum faciunt Doct. in d. c. super eo. & passim iura
10 canonica, † quib. in his materijs omnino standum
est. c. fi. de secun. nupt. multum cauendum esset, ne
inferetetur tortura pro detegendo priori clandesti-
no matrimonio. Vt securius occulta delicta omit-
tantur vltioni Dei; qui secretorum cognitor est &
11 iudex, imperator † autem & ecclesia non iudicat de
occultis. c. erubescant. 32. dist. & c. sicut tuis. in fin.
cum sign. ibi in glo. de simo. & Bald. cons. 283. sub
nume. 4. lib. 5. Ita opinioni dicti Do. Consulentis
assentio. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXVII.

ARGVMENTVM.

Per clausulam codicillarem non substineri testamentum ruptum natiuitate posthumi, cogitatu maximè testatoris spei destitutæ liberos procreandi apparente, probataq; eius voluntate testandi in fauorem posthumi, sed morte subitanea præuentus testator aliter non fecit testamentum, nisi fortè validum inter liberos, hic tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum præteritione posthumæ, post testamentum natæ & ignoranter præteritæ, est nullum quo ad institutionem.*
2 *Clausula codicillaris per verbum (non valeret) tendēs in futurum tempus videtur testamentum ruptum agnatione filiæ posthumæ, etiam ignoranter præteritæ conuertere in fideicommissum, ab ipsa filia retenta legitima restituendum prætenso fratri adoptiuo hæredi scripto in testamento.*
3 *Testator apponendo clausulam codicillarem conceptam verbo futuri temporis videtur cogitasse de omni ruptura testamenti, & sic implicitè, vel in genere de ea etiam futura ob natiuitatem posthumi, quod sufficit.*
4 *Clausula codicillaris concepta verbo futuri temporis non porrigitur ad testamentū ruptum natiuitate posthumi ignoranter præteriti, ex aquiori opin. Bartoli.*
5 *Instrumentum relatum est in referente.*
6 *Cogitatum credendū est secundū id quod credibile est.*
7 *Verba restringi debent ad suum cogitatum.*
8 *Generi per speciem derogatur.*
9 *Expressum facit cessare tacitum.*
10 *Codicilli non astringunt posthumum, de quo disponens non sperauit.*
11 *Testamentum qui potuit mutare, & non mutauit, præsumitur cum eo voluisse mori.*
12 *Declarationem voluntatis & mentis disponentis sufficit apparere per indicia & coniecturam probatam per unum testem in indiuiduo & directè deponentem.*
13 *Præsumptio cedit ueritati.*
14 *Fideicommissum reuocatur per solam pœnitentiam & nudam voluntatem.*
15 *Testes quo casu sufficiat esse contestes in effectu, licèt in cortice verborum esset aliqua differentia.*
16 *Testes duo sufficiunt ad probandam ademptionem fideicommissi, saltem ope exceptionis.*
17 *Voluntas patris vltima sufficit probari per quæcunque indicia, etiam per duos testes fortuitos.*
18 *Adoptiuus exhæredatus rumpit testamentum, iusta causa non probata.*
19 *Voluntas patris vltima fauore filiæ tam ab ipso dilectæ sustinetur vt codicillus ex clausula codicillari in ea comprehensa.*
20 *Portio adoptiui vel arrogati, quæ est quarta dimidiæ portionis sua contingentis ab intestato, non est aucta secundum numerum filiorum, prout est in liberis legitimis & naturalibus.*
21 *Adoptiuus excluditur à bonis emphyteuticis.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.


Onsultus vt proferā iura Constantiæ in
fantis auctrice matre tutrice bona pater
na possidentis & reæ cōuentæ à ṗtenso
fratre adoptiuo. Primùm viso ꝓcessū di
1 cam equidem testm̄ † sui patris remanere quoad in-
stitutioné ruptum, in quo ipse adoptiuus est institu
tus hæres, ṗteritione ipsius filiæ posthumæ. l. post
testm̄ p̄ris natę & ignoranter ṗteritę, auth. ex causa.
C. de lib. ṗte. l. 3. §. j. l. posthumus. ff. de iniu. & rupt.
testa. ita est certū dicit gl. in ver. agnatione. inst. qui.
mo. testa. infir. in prin. & esse sine dubio dicit Pau.
de Cast. in cons. 15. incipiēdo. in prin. lib. 2. & tex.
in §. posthumi. inst. de exhæred. liber.
Sed vniuersum dubiū cōsistit super clau. codicil.
in testamento apposita & concepta his verbis. Va-
lere voluit iure testamenti, & si eo iure nō valeret,
saltē valere voluit iure codicillorū &c. Quæ clausu
2 la † p verbū, nō valeret, tendēs in futurū tp̄s, Bar. in
l. 1. in 7. q. ff. de iure codicil. Bal. in l. fi. col. pe. vers.
deinde recipiamus. C. eod. & Corn. cons. 118. col.
penul. versic. sed dato quòd non procederet. lib. 2.

Q videtur

videtur testamentum ruptum agnatione filiæ po-
sthumæ etiam ignoranter præteritæ conuertere in
fideicommissum ab ipsa filia retenta legitima resti
tuendum prætenso fratri adoptiuo hæredi scripto
in testamento, per l. generaliter. §. ex testamento. ff.
de fideicom. liber. & l. ex testamento. & l. eam quã.
C. de fideicom. & glo. fina. in l. ex ea scriptura. ff. de
testa. tradit Pau. de Cast. in d. consi. 15. Rom. consi.
122. & Alexand. in d. auth. ex causa. col. 6. & seq. &
ibi Moder. latissimè, aliqui tenentes contra Bar. in
d. l. 1. in 6. q. de iure codicil. his maximè inspectis,
3 quòd testator † apponendo clausulam codicil. con-
ceptam verbo futuri temporis videtur cogitasse de
omni ruptura testamenti, & sic implicitè vel in ge-
nere de ea etiam futura ob natiuitatem posthumi.
quod sufficit, per l. qui iure. ff. de mil. testa. & tanto
tempore post natum posthumum testator superui-
xerit quòd potuerit mutare testamentum, & non
fecerit, videtur velle iam factum valere, & cum eo
decedere. l. athletæ. §. dat remissionẽ de excus. tut.

Quinimò verior & æquior est opinio Bart. in d.
4 l. 1. in 6. q. & in cons. 235. Lapus. comprobantis † di
ctam clausulam codicil. non porrigi ad testamentũ
ruptum natiuitate posthumi ignoranter præteriti,
quia testator in perpetuum non cogitabat habere
filios, vt propriè euenit de testatore nostro, & infra
dicetur, & hanc Bart. opin. putat æquam & esse te-
nendam Ias. in d. auth. ex causa. in pe. col. vbi alios
concord. allegat & de facto fuisse obseruatam per
duos Senatores sui Principis, veriorem æquiorem
* & communem latè defendit Rui. in cons. 2. & cons.
61. lib. 3. sequitur Cardi. in cons. 20. cum in testa-
mentis. & Ange. consi. 108. ista quæstio. in 2. & 3.
dub. vbi pulchrè declarat quando testator superui-
xit, quomodo intelligatur voluisse valere testamẽ-
tum iam factum & ruptum, idem in cons. 364. Pie-
rius. idem etiam comprobat Rub. Alexandri. cons.
112. viso testamento. dicens hanc opin. esse magis
communem & magis æquam, idem in consil. 125.
præsens casus. idem comprobat Io. Dilect. de arte
testan. titu. 3. cau. 10. incip. posthumus. plenè etiam
discutit Ripa in l. si vnquam. in 21. q. nu. 43. 44. vbi
dicit quòd hæc opin. glo. in d. auth. ex causa. & Bar.
& sequacium fundatur melioribus rationibus, ideo
præponenda est etiam in iudicãdo, vt ibi per cum.
& Ang. in d. l. qui iure. in fi. dicit quòd ita consuluit
Collegium Perusinum. hanc eãdem opi. tanquam
æquiorem & veriorem & hodie procul dubio ma-
gis communem se semper tenuisse dicit Iul. Clar.
in §. testamentum. in q. 46. In quibus locis maximè
per Ang. Rui. & Rip. ad plenum contrarijs respon-
detur, vt potest videri, aliter ego breuitatis causa
non referam.

Solum respondendo ea adducam quæ in facto
casui nostro conueniunt. Ad illud quod dicitur per
verbum futuri temporis ipsius clau. codicil. censeri
testatorẽ implicitè & generaliter cogitasse de om-
ni futura ruptura testamenti, & inualiditate etiam
per natiuitatem posthumi, vt tenentes contrarium
dicunt. Respondetur in nostra specie de omni alia
futura testamenti inualiditate & ruptura (quæ plu-
res sunt) vt ex mutatione status hæredis, vel testato
ris, & ex nõ adita hæreditate, potius testator noster
cogitauit, quàm de ista, quæ sequuta est, natiuitate
posthumæ, quinimò instituendo hæredem præten-
sum filium adoptiuum expresse cõtrarium cogita-
uit. s. se omni spe destitutum esse vnquam habendi
& procreandi filios legitimos & naturales, hoc ex-
pressit in testamento, se referendo ad instrumentũ
adoptionis, in quo verba hæc per eum expressa le-
guntur. Dixit & asseruit prædicto Do. Potestati se
iam esse in senili ætate, cum quinquagesimumse-
ptimum annum iam attigerit, sicut etiã ex aspectu
omnium iudicio iudicari potest, & prout ipse prote
status fuit & protestatur huius esse ętatis, seq; care-
re legitima sobole masculina & fœminina, destitu-
tum etiam omni spe suscipiendi liberos in futurum
ob ætatem suam &c. ob senectutem & infirmitatẽ
Do. Constantiæ suæ vxoris &c. liberos nunquam
procreauit &c. Volui ista verba recensere hic, vt
apertè cognoscatur, quomodo manifestum cogita-
tum testatoris ostendunt in futurum non procreãdi
5 liberos, sic enim instrumentum † adoptionis conti-
nens dicta verba relatum in ipso est testamento re-
ferente. l. asse toto. ff. de hæred. inst. & l. si ita scripse
ro. de cond. & demonst. & ibi not. per Doct. nempe
cogitatum hoc expressum destitutæ spei liberorum
procreandorum existens tẽpore factæ adoptionis,
& fortius trib. annis suæ & vxoris eius ætati super-
additis postea tempore conditi testamenti, idem in
testatore ipso erat & perdurabat. l. 3. & l. eum qui.
ff. de prob. & l. Lucius. la prima, in fi. de leg. 2. & se-
6 cundum † id quod credibile est cogitatum creden-
dum est, dicit tex. in l. cũ in testamẽto. de reb. dub.
7 & verba restringi debent † ad suum cogitatum, per
l. si quis ita. ff. de test. tu. dicit Bald. cons. 159. super
eo quod quæritur. col. 3. lib. 3. Vnde hoc specialiter
cogitatum testatoris destitutæ spei legitimæ & na-
turalis prolis per eum generandæ illi generali co-
gitato iuxta terminos d. l. qui iure. de ruptura testa-
menti etiã natiuitate posthumi legitimi & natura-
lis derogare dicendum est, sicut per speciẽ derogaẽ
8 † generi. l. cohæredi. §. qui patrẽ. de vulg. & pupil. c.
generi. de reg. iu. in 6. & si vnum sit ex dispositione
legis, & alterũ ex dispõne hoĩs, Bal. in l. si quis prio
9 ris. §. certũ. in fi. C. de secun. nupt. & expressum † fa-
cit cessare tacitũ. l. cũ ex filio. §. fi. & ibi Ias. de vulg.
& pup. l. doli clausula. de verb. obl. & l. si ita. de lib.
& posthu. & consequenter in casu isto cessat princi-
palis rõ aduersantium de generali cogitato futuro-
10 rum liberorũ, & codicilli † non astringunt posthu-
mũ de quo disponẽs nõ sperauit. l. qui graui. & l. is
qui. ff. de iure codicil. & Bald. in l. Titius. de lib. &
posth. & in cons. 239. quia vltimus. vers. & pp hoc.
lib. 3. & hoc qñ pbaẽ q testator nõ sperabat de fi-
lijs, sentit Corn. in oĩbus suis cõs. q̃ de hac materia
edidit, vt ĩ cõs. 195. col. pe. lib. 1. & cons. 150. col. 3.
& cõs. 226. col. pe. lib. 3. refert Aym. cõs. 34. sub n. 2.
& expresse ponit Tiraq. ĩ l. si vnq̃. ĩ pfa. sub n. 114.

Ad illud etiam quòd testator post natam filiam
super-

superuiuens potuit mutare testamentum, & non
11 mutando † præsumitur cum eo voluisse mori. l. 3. C. de inofficio. testamen. cum allega. per Parisi. in consi. 62. nu. 25. libr. 2. Respondetur non posse imputari testatori illam negligentiam quam aduersantes cõsiderant, quod tamen diu superuixerit, quia post natam filiam non vixit nisi per quinque menses, verisimiliter volebat antequam aliud pro ea disponeret, videre, si viuax & superuiuitura esset, iuxta commune votum parentum. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. ideo iustis rationibus negligentia non imputatur. per d. l. 3. C. eo. Præterea in facto constat per plures testes super 14. ca. d. Constantiæ esse probatum, testatorem valde lætatum esse de natiuitate filiæ, & manifestasse se velle hanc suam filiam esse suam hæredẽ, & habere bona sua, & filium adoptiuum satis habuisse de bonis suis, ex eo quod sibi præstitit expensas, vt vir efficeretur, intelligendo quod suis expensis effectus est doctor, & nolle quod aliud de suis bonis habeat. Hæc autem voluntas testatoris emanata post natiuitatem filiæ probatur pro eadem filia legitima & naturali contra dictum adoptiuum etiam per testes singulares in his, per quæ deuenitur ad præsumptionem ipsius voluntatis dispositiuæ scilicet, quod voluerit suam hęredẽ vniuersalem esse filiam prædictam, & sic nõ valere testamentum iam natiuitate ipsius filiæ ruptũ, in quo vniuersalis hæres institutus erat adoptiuus, per ea quæ in similibus terminis tradit Paul. de Castr. in consi. 395. in causa quæ vertitur. col. 2. & seq. lib. 2.
12 sequitur Aymo. consi. 73. nu. 33. & Alex. in consi. 75. videtur. col. pen. ver. & quod ista fuerit mens. lib. 5. dicit † sufficere pro declaratione voluntatis & mentis disponentis apparere per indicia & cõiecturam probatam per vnum testem in indiuiduo & directè deponentẽ, & Corn. consi. 56. col. 3. ver. argu. eius, quod dicitur. li. 2. dicit testes singulares probare voluntatem alicuius, & Soci. consi. 37. col. 3. ver. & pro certo. lib. 3. dicit pro certo vnũ testem fide dignum facere magnam præsumptionem voluntatis testatoris, & Franch. Perusi. in c. si quidem. §. fecus. in 3. no. de procur. in 6. dicit per coniecturas probari ea quæ cõsistunt in animo alicuius, & sic non esse necessariam plenam probationem.

Ex quibus infertur pro dicta infante posthuma. Primo ex quo testator superuiuens & vniuersaliter sciens testamẽtum ruptum natiuitate posthumi tacuit & non mutauit testũ, exinde non elicitur nisi præsumpta voluntas testatoris, quod voluerit valere testamentum iam factum per clausulam codicillarem in præiudicium posthumi, vt apparet ex allegatis per Dec. consi. 490. sed ista præsumpta uoluntas,
13 quod immo noluerit stare dicto testamento, cessat in hac specie, per contrariam eius voluntatem probatam sufficienter vt modo dictum est, & sic † præsumptio cedit ueritati. l. fin. in prin. ff. de his quæ met. cau. Bal. in consi. 466. nu. 4. lib. 5. & si non esset probata sufficienter ad tollendam priorem solennem voluntatem iuxta terminos. l. sancimus. C. de testa. & l. qui iure. de leg. 3. tamen sufficit sic probata ad tollendam illam prẹsumptam voluntatem inductam ex facultate aliter disponendi, & ex non facta alia dispositione, quia hæc tacita tollitur per illam probatam expressam d. l. cum ex filio. §. fin. de vulg. & pupil. cum concor. alleg. per Aym. consil. 92. col. 2. nu. 3.

Secundò, ex eo etiam quod per aliquos testes probatur testatorem triduo antequã moreretur dixisse se velle mutare testamentum ad fauorem filiæ natæ & contra adoptiuum, quod si non fecerit, ei non est imputandum, & non debet nocere posthumæ iam sua natiuitate reddente ruptum primum testamentum. d. §. posthumi. inst. de exhæred. liber. quia morte repentina fuit præuentus, ita in terminis est decisio Soci. in consi. 93. in fi. lib. 4.

Tertiò, vel dicamus per dictam clau. codicil. institutionem hæredis factam in dicto testamento esse conuersam in fideicommissum, & eiusdem fideicomissi propriam naturam sortitam esse, vt probare conatur Dec. in d. consi. 490. col. fin. cum enim
14 fideicommissum † reuocetur per solam pœnitentiam & nudam voluntatem, per tex. in l. fideicommissum. C. de fideicom. & in l. 3. §. fin. de adimen. leg. quæ quidem pœnitentia & voluntas probata est per dictos testes & plures contestes, & maximè per duos contestes de loco & de eadem dispositione, scilicet per Franciscum Zaugherium in processu fo. 116. & Federicum q. Marini fo. 121. cõcorditer deponentes in effectu quòd idem testator dixit velle esse hæredem vniuersalem suam filiam, vel quod bona sua sint suæ filiæ, & quod filius adoptiuus nil aliud
15 habeat de suis bonis, & sufficit † istos testes esse contestes in effectu, licet in cortice verborum esset aliqua differentia, vt per Alexan. consil. 105. col. fin. ver. septimo & vltimo. lib. 4. Dec. 105. col. 2. in 2. dub. & in col. penul. ver. non obstant allegata sup. & clarius per Corn. in consi. 172. col. 7. ver. & sunt omnes contestes. lib. 2. Idem in consi. 148. col. pen. ver. nec obstat. lib. 3. & Barb. consi. 29. col. 7. lib. 1.
16 & Parisi. consi. 13. col. 1. lib. 3. Duo enim testes † sufficiunt ad probandum ademptionem fideicommissi, saltem ope exceptionis, vt firmat Saly. in d. l. fideicommissum.

Quartò, per illos duos testes concordes non solum probatur pœnitentia & ademptio fideicommissi, vel aliquid amplius non dandi adoptiuo, sed probatur voluntas patris vltima tribuens bo-
17 na paterna filiæ, quæ sufficit † probari per quæcunque indicia, etiam per duos testes fortuitos, per glo. expressam in versicul. excepto. in l. fina. C. de codicil. quam ibi doctor. sequuntur, & in l. fin. C. famil. erciscun. & per doctor. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. de testamen. & probatur etiã clarius coniunctis testificationibus aliorum testiũ, vt tenet Alexan. in consil. 4. nũmer. 6. & num. 11. lib. 7. & pulchrè Bald. consil. 177. quoniam sapiẽs. lib. 4. Ex quibus clara & firma conclusio remanet, clausulam codicil. in isto casu nihil operari, & bona paterna filiæ propriæ non debere auferri, tum sententia gloss. Bartol. & sequacium

magis æqua & communis vt supra dictum est, tum etiam voluntate ipsius testatoris postea manifestata, vt ante probatum est.

Volens itaque hanc vltimam voluntatem in fauorem filiæ vt supra manifestatam defendere ab exhæredatione adoptiui, iusta causa non probata,
18 ne † rumpat & ipse dictam vltimam voluntatem. §. adoptiui. instit. de exhæred. liber. cum concord. alleg. per Tiraq. in rep. l. si vnquam. in vers. susceperit liberos. sub num. 20. dicerem, cum sit adoptatus ab extraneo, cum contra voluntatem adoptiui patris nullo modo venire posse. l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulum. & ibi Bald. & Salic. C. de adopt. Capra consi. 80. per Tiraq. in d. vers. nu. 8. & præcipuè
19 sustinetur † dicta vltima voluntas fauore filiæ tam dilectæ à patre vt testes dicunt, vti codicillus ex clausula codicillari in ea comprehensa. per l. fin. C. fam. ercisc. glo. in versi. valuit in l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pupil. & ibi Imo. circa fi. & Ias. col. fin. & Alex. in l. fin. col. 2. ver. no. in vers. illud. C. de codicil. Ias. in cons. 26. col. 2. vers. illud etiam. lib. 1. & Dec. cons. 242. col. fi. vers. secundò potest responderi. & Paris. cons. 62. num. 13. & 14. lib. 2. Quan-
20 do autem † adoptio seu arrogatio sustineretur, de quo me refero ad dicta per Do. Aduocatum, non posset habere nisi quartam dimidiæ portionis suæ contingentis ab intestato, quæ aliter non est aucta secundum numerum filiorum, prout est in liberis legitimis & naturalibus, per glos. in vers. quale est. §. 1. in authen. de tri. & semis. Capra in d. cons. 80. nu. 5. & cons. 115. nu. 11. etiam ita ab hac communi non esse recedẽdum dicit, quicquid aliàs tenuerit, Ias. in l. si arrogator. col. antep. ante num. 54. ff. de adopt. ita etiam Tiraq. in d. vers. susceperit liberos. nume. 5. De bonis emphyteuticis nihil debet consequi, quia pertinent ad filiam vigore stipulationis & dictæ vltimę voluntatis paternæ, & ab his
21 † adoptiuus est exclusus, vt opportunè dictum est per D. Aduocatum, & per Tiraq. in d. vers. nu. 12. 13. & vt super hoc solo articulo doctè, & subtiliter consuluit bene doctus & subtilis Iurisconsul. Hieronymus Gabri. in cons. suo in impressis nouiter cõs. 91. Bartholomæus. Et ita censeo de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXVIII.

ARGVMENTVM.

Residuum crediti diuturnitate temporis, præsumptionibus indigentiæ creditoris, opulentiæ debitoris, verisimilitudinib. alijs solutionis concurrentibus solutum probatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum genus auarissimum.*
2 *Creditor verisimiliter non cessat multo tempore creditum petere.*
3 *Solutio præsumitur ex diuturnitate tẽporis, & quare.*
4 *Præsumptio, quòd creditori sit satisfactum, inducitur, ex eo quia creditor multo tempore stetit, quo mortuo debitore non petijt.*
5 *Mulier præsumitur dotata, ex eo quòd verisimiliter non tantũ distulisset petere, quod eius hæredes petunt.*
6 *Satisfactionis coniectura sumitur ex eo quòd quis non egit in tempore quo factum erat recens, & poterat probari satisfactio.*
7 *Confessio elicita ex petitionibus attendenda est, & probat plenè & efficaciter contra petentes.*
8 *Partium assertione panduntur merita causarum.*
9 *Soluens præsumitur soluisse de proprijs pecunijs & rebus.*
10 *Alijs, dictio posita post res mobiles, demonstrat similes mobiles.*
11 *Solutio ordine iuris primò fit in pecunia, deinde in rebus mobilibus, postea in stabilibus.*
12 *Solutio non poteſt fieri in alia specie inuito creditore.*
13 *Factum non præsumitur nisi probetur.*
14 *Procurator excedens fines mandati non præiudicat domino.*
15 *Vniuersalis restringitur ex præcedentibus.*
16 *Sermo intelligi debet secundum cõem vsum loquendi.*
17 *Interpretatio fit contra dubiè loquentem.*
18 *Probandi onus incumbit ei qui asserit.*
19 *Dicendum non est quod nemo sanus probabit.*
20 *Solutio præsumitur facta vt magis soluenti vtile est.*
21 *Literas producens fatetur omnia contenta in eis.*
22 *Computo alicuius quando credi possit.*
23 *Interusuria petita sorte soluta an debeãtur, remissiuè.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Dotis D. Bartholomeæ Contessinæ duc. 1500. ꝓ bonis paternis, maternis & fraternis soluẽdæ à D. Bernardino patruo residuum de scut. 400. currentib. executiuè de anno 1536. contra hęredes D. Bernar. petitum, & modo ẽt cũ interusurijs petitũ ꝑ hr̃des d. D. Contes. q̃ viuẽs petijt de d. anno 1536. fuisse solutum, & iniustè peti demonstrari põt plurib. modis.

Primò, inspiciendo tp̃s contracti matrimonij & dotis declaratæ, quod fuit de anno 1615. Deinde qualitatẽ d. D. Bernard. qui fuit vir locuples & mercator diues, semper sua debita soluere paratus Vrbini, Pisauri, Venetijs & Romę, & vixit vsq; ad annũ 1529. Demum qualitatem mariti, & ipsius D. Contessinæ, qui eius maritus fuit Comes castri Montis Belli, viuẽs sumptuosè more Comitum verisimiliter indigens pecuniarũ semꝑ, qui vixit ꝑ annos sex. post d. matrimonium contractũ, & ipsa D. Contes. similiter lautè & honorabiliter more Comitissarũ viuens fuit accurata & diligens ad suum recupe-
1 randum & custodiendum, vt mulierum † genus auaris-

auarissimum.gl.in l.sed si ego.ff.ad senatuscōs.Vel. Et distulit petere dictum residuum per annos 21.& post mortem.d.D.Bernardini. Quib. autem inspectis & consideratis adduco quod in similibus dicit Alex.in cons.183.col.fi.vers.& hanc partem.lib.6. Quòd nō sit verisimile personam satis indigentem cautam & astutam tanto tempore distulisse petere pecuniam sibi debitam, nisi quòd mortuo debitore putat solutionem esse ignotam hæredi. Et quod idem in cons.115.col.2.lib.7.dicit.Magnam æquitatem cōcurrere & verisimilitudinem quòd credi-
2 tor † non cesset tanto tempore debitum petere. Et quod dicit Corn. cons.277. col.3.in princ.lib.4. se dere quendam esse satisfactum,quia creditor tanto tempore non stat quietus, & non solent debitores permitti stare tāto tempore sine molestia. Et quod Pau.de Cast. in cons.58.col.fin. vers. item resultat tertia præsumptio.lib.2.dicit,quòd quis per 20.annos non tacuisset, si re vera suas pecunias non habuisset, & quod Cum.cons.19.visa copia.vers.pari
3 autem & fortiori. dicit † solutionem præsumi ex diuturnitate temporis, eo quòd verisimile non sit creditorem tam diu distulisse, & cessasse à solutione, & plerumq; temporis diuturnitate probationes deficere. Item quod Soci.cons.89.col.fi.vers. item
4 adsunt præsumptiones.lib.3.dicit†præsumptionem induci ex eo quia creditor multo tēpore stetit,quo mortuo debitore non petijt. Item quod Dec. cons.
5 596.col.fina.tradit †quandam mulierem præsumi dotatam ex eo, quòd verisimiliter non tantum distulisset petere,quod nunc eius hæredes petunt. Itē quod Calca.cons.23.col.2.dicit,non esse verisimile quendam Ricardum tanto tempore tacuisse, si sibi solutum non esset. Item quod dicit Afflict. in decis.13. sub num.21. & decis.58.sub num.8.con-
6 iecturam † esse satisfactionis ex eo quòd quis non egit in tempore quo factum erat recens, & poterat probari satisfactio.Item quod(neminem ex prædictis allegans) dicit Aymo.in cons.148.in fi.præsumi contra quandam mulierem agentem, quæ tanto tempore tacuit nupta,& verisimiliter eius vir nō duxisset indotatam,& tanto tempore non tacuisset si non fuisset solutum legatum dotis. Et quod ante istos eleganter dixit Cicero in ora.pro P.Quintio. Satis est argumēti nihil esse debitum Neuio, quòd tam diu nihil petiuit.

Secundò longitudinem temporis, difficultatem probationis, ignorantiam hæredis debitoris, moram creditoris in petendo, coniecturas & probationes satisfactionis, in quibus etiam se fundant Doct. alleg. adducendo considerandoq; residuum dictæ dotis petitum scutorum 400.non esse modicum, dicendum est colligi & probari totam dictam dotem ducat.1500. esse solutam & satisfactam per D. Bernardinum antequam moreretur. Namque aduersarij & tunc de anno 1536.& modò petentes fatentur tantum fuisse solutum & satisfactum per d. D.Bernardinum de dictis duc.1500.adeo quòd non restant creditores nisi de scutis 400. absq; du-
7 bio hæc† eorum confessio elicita ex eorum petitio-nibus attendenda est, & probat plenè & efficaciter contra petentes. l. cum præcum. C. de liber. ca. & l.2.& ibi Bar.Alex.Ias.& Dec.not.de cond.insti.& in l. 2. C. de hæred.instit.vbi tradunt petendo pro residuo fateri reliquum esse solutum. Quod reliquum solutum secundum ipsos petentes erat de duc.1100. proinde residuum erat de duc.400.Verum & hoc residuum apparet satisfactum d. Dom. Contessinæ,quoniam sua dos duc.1500.fuit declarata pro bonis paternis & maternis & fraternis sibi soluendis per D.Bernardinum,ita quòd bona hæc remansura erant penes ipsum D. Bernardinum, & de anno 1524. mortuo viro, & viuente adhuc D. Bernardino ipsa D.Contes. vendidit prædium Fabriani de bonis maternis pro duc.400.per eam receptis & habitis, intantum quòd remansit satisfacta de tota quantitate suæ dotis duc.1500.

Quod autem modò auditur refricari in dubiū, hoc vnum est, & ad hoc vniuersa præsentis quæstionis difficultas reducta est,an duc.400. de bonis maternis Fabriani sint comprehensi in duc. 1100. solutis per D. Bernardinum & cōfessis per actores, licet ipsi modò asserant quòd sic, ex eo quòd in eorū petitione facta de anno 1536.dixerint.Pro omnibus solutis & satisfactis per prædictum Do. Bernardinum, quàm per alium eius nomine, &c. tam in pecunijs quàm in alijs rebus vsq; in præsentem diem, quomodocūque & qualitercunque. Tamen contrarium verius ostenditur plurib. coniect.præsumptionibus & rationibus.

8 Prima est, quia † assertione partium panduntur merita causarum. l.fin.C.si per vim. cum concord. alleg.per Anch.cons.222.in fi.& Aymo.cons.263. col.6.pro parte hæredis D. Bernardini in scriptura producta coram D. Locumtenente Vrbini die 13. Iulij. ann.1540. ex literis D. Bernardini productis per aduersarios deprehendi asserit de d. dote Do. Contessinam fuisse satisfactam computatis bonis de Fabriano, & in scriptura responsiua aduersariorum. fol. 50. continetur per D.Bernardinum fuisse solutam maximam partem d. dotis in pecunia: ergo potest comprehendi de duc.1100.absque bonis stabilibus Fabriani,quia qui dicit in pecunia,exclu dit in bonis, argu.l.maritus.cum ibi sign. in glo.fi. C.de procu.

Secunda, cum allegatum fuerit per aduersarios fuisse factam solutionem per Do. Bernardinum in pecunijs & in alijs rebus,intelligitur de pecunijs & rebus proprijs d. D.Bernardini per vulg. theori. q
9 soluens† præsumitur soluisse de proprijs pecunijs & rebus, vt per Barto.in l.2.C.pro soc.Ioan. de Ana. cons.63.Alex.cons.78.lib.2. Soc.cons.162.col.pe. consil.192.col.5.lib.2. Deci.consil.628. colum.1. & alibi per Doct. Sed bona Fabriani erant materna D. Contessinæ, & nondum d.D.Bernardini, & intelligitur in bonis mobilibus, tum significatio-
10 ne dictionis alijs, †quæ post pecunias,quæ sunt res mobiles,posita demonstrat similes mobiles,vt sunt pecuniæ, per glos. fina. in l.2. C. de serui. fugit. & capitulo secundo. & ibi Abb. in quarto notab. de

fer.& Alex.consi.204.nu.3. lib.2. tum etiam, quia
11 hic est ordo iuris, vt solutio † fiat primò in pecu-
nia, deinde in rebus mobilibus, postea in stabili-
bus, auth.hoc nisi, C.de solu.& l.à diuo Pio, §.in vē
ditione.ff.de re iud. Bona autem Fabriani sunt sta-
bilia, ergo non sunt de solutis per D.Bernardinum
& compræhensis in d. quantitate per eum soluta
ducatorum 1100.

Tertia, quia modò in petitione producta sub die
xj. Decembris 1568. in Auditorio Ducali aduer-
sarij simpliciter fatentur D. Bernardinum paruisse
laudo declaratorio. d.dotis ducat. 1500. soluendo
ducat. plusquam mille, in tantum ꝙ restaret debi-
tor scutorum 400. currentium, quod euidentius
ostendit solutionem per D.Bernardinum fuisse fa-
ctam in pecunijs, & non in rebus mobilibus.

Quarta est, quoniam per laudum declaratorium
erat debita quantitas pecuniarum, & ducat. 1500.
12 & solutio † non poterat fieri in alia specie inuito
creditore, l.2.§.1.ff.si cer.pet.& l.cum à quo, C. de
solut. & creditorem voluisse accipere solutionem
in alia specie, & sic in bonis stabilibus, est quid fa-
13 cti, quod † non præsumitur, nisi probetur, l. in bel-
lo, §.factæ.de capt.& postli.reuer.& c.si paulus 32.
q.5. & de bonis stabilibus requiritur æstimatio vel
certa assignatio pro certa quantitate in solutum, &
est quid simile emptioni & venditioni, l. si præ-
dium, C.de euic.& l.eleganter.in princi. de pigno.
actio. quod similiter est quid facti, & non præsu-
mitur nisi probetur. per d.vulg. reg.

Quinta, quòd in claris sumus, nec Dom. Bernar
dinum nec alium suo nomine in solutum dedisse
D. Contin. prædium Fabriani, sed ea per se, vt de
bonis suis maternis, illud vendidit, pro se recipien-
do pretium eius ducat. 400. vt constat instrumento
producto in Iudicio vt dictum est, confecto de an-
no 1524. Nihil facit, ꝙ procurator Do. Bernardini
consensit venditioni dicti prædij, quia mandatum
suum in dicto instrumento registratum non erat ad
consentiendum tali venditioni per alium facien-
dæ, sed generale ad vendendum bona constituen-
14 tis, vnde † vltra fines dicti mandati in aliquo non
præiudicauit Domino l. diligenter. in princip. ff.
mand. Ias.consi. 200. in princip. lib.2. non tam dici
potest per illum procuratorem Do. Bernardini ab
eo ipsam Do. Continam fuisse satisfactam de du-
cat. 400. quia factum suæ venditionis, vt de rebus
ad eam spectantibus & suis manibus immediatè
receptionis pretij, nimium repugnat huic interprę-
tationi, ꝙ possit in communem intelligentiam ho-
minum cadere per talem receptionem pretij suæ
venditionis rei suæ ad se spectantis intellexisse, &
id pretium compræhensum cum solutis, & satisfa-
ctis p. d. Domi. Bernardinum seu alium suo no-
mine in duc. 1100. etiam quòd adsit dictio vniuer-
salis, qñocunque & qualitercunque, quia restringi-
tur ad certum factum præcedens solutionis & sa-
tisfactionis factæ per ipsum Domi. Bernardinum
seu alium suo nomine, iuxta communes doctr. glo.
15 & doct. de restrictione † vniuersalis fienda ex præ-
cedentibus, vt per glo. in l.quod liquide. §. fina. de
pen.leg.& in l.cum de lanionis, §.si cui fundum.de
fun.instruc. Soci.consi.251.col.2.lib.2. Aym. cons.
86.nu.5. Dec.con.493.num.17. cum simil. intelli-
16 gi enim debet † sermo secundum cōmunem vsum
intelligendi l. Labeo.de supel. lega. l. librorum, §.
quod tamen Cassius.de leg.3.

Sexta, cum locutio aduersariorum de solutis &
satisfactis per D. Bernardinum circa res solutas sit
17 ambigua, † contra eos fienda est interpretatio, glo.
& doc. in l.veteribus.ff.de pact.& c. contra eum. &
ibi Dyn.& Franc.de regul.iur. in 6. & Cagn. in l.in
ambiguis orationibus. nu.3.ff.eo. ita quòd in solu-
tis per D. Bernardinum non intelligatur prætium
prædij Fabriani, vt contra aduersarios fiat interpræ
tatio. per d. regul. & per text. in cap.nemini. in fin.
15.q.3.

Septima, cum modò acceptata cōfessione aduer
sariorum de solutis per D. Bernardinū ducatis plus
quam mille, & de residuo scutorum 400. dicamus
id residuum esse satisfactum cum ducat. 400. prætij
d.fundi Fabriani per D. Continam recepti, & ip-
si aduersarij dicant id prætium esse compræhēsum
cum quantitatibus prius solutis per D. Bernardinū
18 onus † probandi hoc eis incumbit l. ei qui dicit ff.
de prob. & si nō potest probare debet succumbere.
l.qui accusare. C.de eden. cum vulg.

Octaua præsumptio vrgens est, quòd non fuerit
compræhensum, quia fuit per D. Continam rece-
ptum de anno 1524. & sic per nouem annos post
contractum matrimonium, & declarationem dotis
1500. & per sex annos uixit comes Antoninus eius
uir, & tanto tempore nemo sani capitis dicet fuisse
dilatam solutionem minoris dimidiæ dictæ dotis
faciendam personis grauatis familia & expensis &
à D.Bernardino locuplete & vndiq; abundante bo
19 nis & pecunijs pro soluendis debitis. Id † ergo nō
dicendum quod utique nemo sanus probabit, dicit
tex. in l.si ita quis. in fi.ff.de euict.& arguendo à so-
litis & à communiter accidentibus, ut in similibus
terminis faciunt doct. superius allegati, nam sine
duc. 400. dicti prætij fundi Fabriani de duc. 1500.
per D. Bernardinum in nouem annis non fuissent
soluti nisi duc. 700. quod minime dicendum neque
præsumendum est, sed potius de summa duc. 1100.
soluta per D. Bernardinum velle compræhendere
dationem in solutum bonorum stabilium, quę pos-
sunt seruari, ei fuisse magis damnosum per l.lex quę
C.de admi.tut. Ideo eandem solutionem fuisse fa-
ctam in pecunijs, vel rebus mobilibus præsumendū
20 est, vt † magis soluenti utile est. per l. primā & se-
cundam. ff. de solu. dicit Dec.consi.348. colum.
2.versicul. potest responderi. & Aymo consil.106.
num.9.

Decima euidens demum coniectura & proba-
tio est ea, quam demonstrat diligens & accurata in
spectio & lectio literarum D. Bernardini scriptarū
die 2. Maij anno. 1524. productarum per aduersa
rios, & per earum productionem fatētes omnia in
21 eis contenta † ut per Inno.& alios in c. cum Vene-
tabilis.

tabilis. de except. & tex. in cap. cum olim. de censi.
Boer. in decis. 352. sub num. 3. reiecta vulgata pro-
testatione productionis in parte & partib. &c. Dec.
in l. fin. in fi. C. de eden. las. in l. certi condictio. §. si
numos. colum. 7. vers. ad prædicta adde. si cer. peta.
& Aymo. consi. 201. num. 5. Demonstrat (inquam)
pretium prędij Fabriani non cõprehendi in ducat.
mille, & vltra tunc solutis, & Vrbini, & Pisauri, &
Venetijs, & quòd cum summopere D. Bernardinus
cuperet sibi per D. Contes. subueniri de pretio dic.
prædij, admonet eum ad quem scribit, vt bene ad-
uertat quantum habuerit de sua dote D. Cont. &
quando soluta non excedant mille duca. putat non
præiudicari suis posteris, cum semper habebitur
bona Fabriani cessisse in solutionem dotis ducato.
1500. sed vbi cum rebus Fabriani fuisset satisfacta
vltra debitam quantitatem, tunc credit posse præ-
iudicare sibi, iterumq; quando alienatio fiet per D.
Contessinam sic volente emptore, replicat id posse
fieri, vbi sibi vel posteris suis non præiudicet & no-
ceat, rationib. prædictis. Ex quib. literis manifestè
apparet D. Bernar. vereri ne D. Contes. cum pretio
prædij Fabriani excessiuam suæ dotis ducat. 1500.
satisfactionem habeat, & sua suspicio nõ erat absq;
causa, quia ex computo reperto nunc inter scriptu-
ras D. Bernard. apparet tunc fuisse factam solutio-
22 nem duc. 1100. & vltra, cui computo, † stantib. di-
ctis literis à parte approbatis & multis verisimilitu-
dinibus supra enarratis, credi potest, Dec. cõs. 510.
num. 5. Aymo. cons. 73. in fi. Addito & hoc verisi-
mile, quòd postea emit ipsa D. Contes. prædium à
D. Bernard. cum pacto de retrouendendo, & quan-
do emit & sibi soluit duc. 400. pro pretio, & quan-
do eo mortuo suo hęredi de anno 1551. retrouen-
didit & recepit eosdem ducat. 400. nihil tamen vn-
quam dixit de dicto suo prætenso residuo dotis &
non paruo defecit. 400. & verisimiliter debebat di-
cere & retinere prædium & pretium duca. 400. sibi
restitutum, facit ad hoc quod in similib. terminis
tradit Aymo. cons. 129. col. pen. vers. sexto isti tres.
Ex quibus omnib. inferentib. communes con-
clusiones Docto. superius allegatorum, puto non
minus iustius, quàm tutius esse D. Petrum à petitio-
23 ne aduersariorum absoluere. De internsurijs † peti-
tis sorte soluta nil aliud videtur dicendum. per l.
eos. C. de vsu. & quando opus fuerit multa addu-
centur eas non deberi pręsertim alleg. per Bar. cõs.
128. Franc. & Corn. cons. 165. col. fi. lib. 4. & Alex.
cons. 74. col. pen. & fin. lib. 5. & cons. 141. eo. Dec.
cons. 322. colum. fin. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXIX.

ARGVMENTVM.

Priuilegium exemptionis verbis com-
positum habentib. efficaciam clausulæ
derogatoriæ per sequens generale re-
scriptum reuocatorium exemptionũ,
non censetur reuocatum.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium speciale in fauorem alicuius specialiter emanatum non dicitur reuocatum per generalem reuocationem priuilegiorum.

2 Verba, De plena potestate, efficacioribus modis, perpetuo remaneant, nullo modo retractentur, inuiolabiliter obseruentur, habent vim clausula derogatoria voluntatis sequentis actus contrarij, saltem simul posita & cumulata.

3 Verba (nulloq; modo retractentur) tollunt omnẽ viam in contrarium & potentiam, omnisq; dispensatio prohibita est, & potestas aliter disponendi.

4 Priuilegium specialiter concessum non dicitur sublatũ per generalem clausulam, non obstante quocunque priuilegio.

5 Priuilegia specialia in dubio non pſumuntur reuocata.

6 Priuilegiatus an teneatur ad expẽsas ĩpositas, & quas.

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

PRiuilegia immunitatũ nobilib. de Al-
mericis descendentibus à D. Raynerio
concessa sunt ob remunerationem la-
borum & fidelitatis de plena & libera
potestate & omnib. efficacioribus modis & formis
quib. fieri possit, vt sint firma stabilia ppetuoq; re-
maneãt nulloq; modo retractentr̃, & inuiolabiliter
obseruentur, ẽt ab impositionib. & expensis impo-
nẽdis p cõitatẽ Pisauri sic cõcessa p Antecessores
Principes Pisauri & p Modernum cõfirmata sunt.
Quæritur, an censeantur reuocata per generale
rescriptum concessum d. cõitati de soluẽdis expen-
sis impositis per d. cõitatem pro fabricis ad decorẽ
ciuitatis, & contribuendis ab omnib. non obstante
quocunq; priuilegio & exemptione quæcunq; sit.
Respondendum videtur secundum ea, quæ propo-
1 nuntur, reuocatã non esse, quia † speciale priuilegiũ
in fauorem alicuius specialiter emanatum non dr̃
reuocatum p generalẽ reuocationem priuilegiorũ,
p gl. in l. decurionib. C. de silẽt. lib. 12. tradit Alex.
cons. 123. col. 5. num. 25. vers. pręterea faciat. lib. 4.
quod est cons. Barb. idẽ repetit & firmat in eo. lib.
cons. Alex. cons. vlt. col. fi. nu. 25. idẽ per gl. in vers.
expresse. ĩ c. inquisitores. de hęret. in 6. & p alia ibi
alleg. tenet ipse Alex. cons. 122. col. 4. nu. 13. 14. eo.
lib. 4. latè cõprobat Bero. cons. 146. col. 3. num. 8.
& seq. lib. 3. & ibid. nu. 43. cõprobat & sequit̃ gl. in
* d. l. decurionib. est com. opin. Rui. cõs. 80. sub nu. 9.
lib. 3. maximè quando priuilegiũ est concessum p
remuneratione laborũ. Burs. Mãt. cõs. 16. n. 56. 57.
Secundò, quia efficacia præscriptorum verborũ,
2 de plena potestate, efficacioribus modis, † perpe-
tuò remaneant, nullo modo retractentur, inuiola-
biliter obseruentur, habent vim clausulæ deroga-
toriæ voluntatis sequentis actus contrarij, saltem

 simul

simul posita & cumulata, probatur his & simul iun ctis. per Barto. & alios scribentes in l. omnes populi. in tertia quæst. versicu. circa secundum. num. 31. de iust. & iu. & in l. si quis in principio. de leg. 3. per Bart. & alios in l. humanum. C. de legi. tex. in auth. sacramenta. C. si aduer. vendi. & in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. in l. balista. ff. ad Trebel. Ex so-
3 lis verbis, † nulloq; modo retractentur, tollitur omnis via in contrarium, & potentia, omnisq; dispensatio prohibita est, & potestas aliter disponendi, vt per plura iura probat Goza. in consil. 71. colum. 2. nume. 4. Quare dicta priuilegia non dicuntur sub-
4 lata per generalem clausulam, † non obstante quocunque priuilegio, & quacunque exemptione, per ea quæ tradit Barto. in d. l. si quis in principio. & in glo. non obstan. in extra. ad reprimendum. Abb. & alij in c. nonnulli. de rescript. Rui. consi. 10. nu. 5. 6.
* lib. 2. vbi attestatur talem esse commu. opin.

Aut & tertiò inficiari non potest esse valde dubium. An per dictam generalem reuocationem reuocentur vel non, & in casu dubio potius præsu-
5 mere debemus, † quòd non sint reuocata, vt propriè dicit Calde. in cons. 11. habet ordo. vltra med. in titu. de priuileg. alleg. per Ruin. d. consil. 10. sub nume. 5. & non esse reuocanda per plura alleg. ab Aymo. consil. 21. ad fin. nume. fin. Hoc autem intelligendum est, nisi expensæ impositæ essent tales
6 † ad quas tenerentur priuilegiati etiam de iure communi, per ea quæ tradit Bero. consil. 152. num. 10. lib. 3. & Parif. consil. 40. num. 7. lib. 4. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXX.

ARGVMENTVM.

Legatum uniuersale bonorum sitorum in loco certi uocabuli, confinibus non expressis, opposita ambiguitate de eorum situ plurium uocabulorum, declaratur ex nominatione communi & testatoris, ex uniuersalitate legati & magno grauamine imposito.

SVMMARIVM.

1 *Legatum fundi ualet etiam sine expressione confinium.*
2 *Ambiguitas declaratur ex nominatione communi.*
3 *Vsus communis præualet omni constitutioni.*
4 *Testatoris vsus & nominatio sufficit pro declaratione eius voluntatis.*
5 *Omne qui dicit nihil excludit.*
6 *Nomen vniuersale adiectum agris seu prædijs facit esse quid vniuersale.*
7 *Bona ex quibus solui possit onus impositum censentur legata.*
8 *Legatum ex prædilectione latius est interpretandum.*
9 *Clausula (omni meliori modo) quid operetur in testamentis.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



PRo monte Pietatis Pisauri petente legatum omnium bonorum testatricis positorum in curte Pisauri in fundo sanctæ Columbæ absq; alia expressione confi-
1 nium (sic valet † legatum etiam, vt per Ang. in auth. de rest. fideicom. in fi.) & agente ex testamento D. Camillæ, ambiguitas, quæ opponitur ex diuersitate plurium fundorum seu vocabulorum, in quibus habebat bona posita, vt apparet ex extimo seu catasto communis, multifariam declaratur.

Primò, ex depositionib. 18. testium examinatorum pro dicto Mōte clarè constat omnia bona stabilia specialiter & nominatim articulata ipsius testatoris extra portam pontis ciuitatis Pisauri fuisse & esse, ac dici sita in fundo Sanctæ Columbæ ex nominatione communi, & ex nominatione & vsu nominandi ipsius testatricis: Ita quòd ambiguitas
2 † opposita remanet declarata ex nominatione communi, quæ sufficeret, per tex. in l. librorum. §. quod tamen. & ibi gl. & Doct. de leg. 3. & in l. quod Labeo. de supel. leg. & in l. cū de lanionis. §. Asinam. de fun. instruc. Bal. in cons. 8. oēs istæ. lib. 2. & Bart. in l. talis scriptura. in princ. circa fin. de lega. 1. dicit
3 cōem † vsum præualere omni cōstitutioni, & plura
4 per Alex. cōs. 248. nu. 4. lib. 6. Item † ex noīatione & vsu ipsius testatoris, qui ēt sufficeret, per tex. in l. Gaius. §. j. ibi. Vno quidem noīe vniuersum habuit. de leg. 2. & in l. patronus. §. libertis. ibi. Et de eo testatorem sensisse certū fit. de leg. 3. & tex. in l. Seiæ. §. Tyrannæ. de fun. instru. & gl. in l. dñs. §. testamento. de pecu. leg. & in terminis. Alex. cōs. 150. prin. lib. 7. & gl. in l. 1. de trit. vin. ol. leg. & tex. in l. hæredes palam. §. sed & si. ibi. Vel ex consuetudine patrisfam. vel regionis. ff. de testa. per Bart. & alios in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1.

Secundò, ex verbis vniuersalib. legati, ibi. Lassa al monte della Pietà di Pesaro tutta la robba d'essa
5 testatrice, &c. qui † oē dicit, &c. l. Iulianus. in princ. de leg. 3. & c. nouit. de ma. & obe. & circa quales & quantos verbū, oēs, tollit dubitationem, dicit Alb.
6 de Ros. in l. ille. §. 1. ff. eo. & nomē † vniuersale adiectū agris seu prædijs facit esse quid vniuersale. l. 1. & ibi Soci. col. 2. in 5. nota. de reb. dub. cum multis alijs simil. ex vniuersali dictione exuberantem voluntatem testatoris ostendentib. p Dec. in cons. 69. col. 2. & seq. & Rui. cons. 32. col. 2. lib. 2.

Tertiò, ex grauamine in testamento ipsi Monti imposito annuatim soluendi diuersis scuta 42. quidem non modicum onus, deprehenditur non paruam esse quantitatem bonorum relictorum: Sed oīum esse, quæ testatrix habebat in locis S. Colūbę vel circūuicinis, quæ bona oīa vix vel parum plus scutorum 42. de redditib. annuatim reddunt. Ergo
7 † bona ipsa ex quibus solui possit onus impositum censen-

censentur legata, per tex. in l. denique, §. interdum,
in fin. de pec. leg. & not. per Barto. in l. si in diem. in
prin. in fi. & in l. cum tale, §. fi. de condit. & demon.
& Ang. Aret. in tract. de test. in glo. 95. Ex prædile-
8 ctione † maximè etiam ostensa erga dictum Mon-
tem pluries vocatum post mortem pluriũ aliorum
legatariorum, latius est interpretandum dictum Le
gatum, l. Publius. de condit. & demonstr. cum con-
cord. alleg. per Aym. consi. 161. col. 2. nu. 5. quia ex
dicto generali legato omnium bonorum fundi san
ctæ Columbę, excipit testatrix quędam bona, adeo
9 in reliquis videtur magis firma generalitas lega-
ti, vt reliqua bona dicto Monti debeantur, l. quæsi-
tum, §. denique. cum sim. ibi in glo. de fun. instruc.
Bar. & Alber. in l. generali, §. vxori. de vsufruct. leg.
Cor. consi. 218. col. 2. lib. 4. Itaque omnia bona te-
statricis præter excepta fundi sanctæ Columbæ ce-
dunt legato Montis ex testamento vltimo conti-
nente etiam reuocationem præcedentis testamenti
per generalem reuocationem & specialem his ver-
bis. Volens illud vltimum testamentum præ cæte-
ris oĩbus præualere &c. vt per Deci. consi. 475. col.
9 3. num. 12. & per clausulam † omni modo meliori,
Bal. consi. 226. reperitur. in fi. lib. 1. Soci. consi. 173.
in fi. lib. 2. Deci. consi. 14. col. 4. & latè probat Rui.
consi. 11. col. pen. & fi. lib. 2. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM LXXI.

ARGVMENTVM.

Liberatio & quiètatio protutrici facta de administratione bonorum stabilium peruentorum ad eius manus, ea ratione expressa, quia liberans confessus est retrohabuisse à protutrice omnia bona eius stabilia peruenta ad eius manus, non facit quietantem censeri ratificasse alienationem certi fundi prius factam per protutricem, & eum teneri de euictione pro fundo per eum postea recuperato, & superinde sententia contra eum lata ostenditur iniusta.

SVMMARIVM.

1 *Mater tutela finita quo casu teneatur de suo proprio, & de euictione.*
2 *Tutor vnus ex pluribus quando teneatur in solidum, & quando pro sua parte tantum.*
3 *Ratihabitio tutoris non plus se extendit quàm fuerit sua administratio & obligatio.*
4 *Litem cum quis voluntariè suscipit & se obligat, ei imputandum est.*
5 *Actio & condemnatio formatur pro qualitate personarum.*
6 *Officium suum egredienti non debet succurri.*
7 *Protutor non potest recuperare ab eo cuius protutelam gessit id ex sua voluntaria obligatione quod soluerit emptori pro euictione rei euicta à domino.*
8 *Tutela datio per iudicem non valentem contra iura decernere, data non valet.*
9 *Protutor non potest etiam cum decreto alienare fundum.*
10 *Adultus potest recuperare sua bona illicite alienata.*
11 *Actio qua competat ad recuperandum fundum alienatum.*
12 *Venditio in vero tutore potest dici administratio.*
13 *Casus mixtus in contractibus non venit sub simplicibus.*
14 *Factum commune plurium non venit sub facto vnius, maximè in contractibus, qui propriè & strictè sunt intelligendi.*
15 *Instrumento qui vititur, debet probare eius qualitates & verba conuenire rebus & factis propositis, sicut dicitur de verbis & qualitatibus legis.*
16 *Res aliena & penes alium existens vendi potest.*
17 *Probatio non concludens nullius est momenti.*
18 *Quietatio ad certam rem vel causam, vltra eam non extenditur.*
19 *Pactum generale factum à creditore de non petendo à debitore soluente partem debiti, intelligitur de parte soluta.*
20 *Liberatio per aquilianam, etiam generalibus verbis concepta, non continet liberationem realis actionis, nisi specialiter exprimatur.*
21 *Liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit.*
22 *Exceptio declarat quietationem, non tamen ampliat, ut porrigatur ad causas & res ad quas primò non porrigebatur.*
23 *Ratio restringit dispositionem.*
24 *Ratio est anima cuiuscunque dispositionis.*
25 *Liberatio sine causa non valet, & eius verba generalia per eandem causam restringuntur.*
26 *Causa demonstrata per dictionem, quia, est restrictiua, & importat rationem & causam finalem.*
27 *Causa finalis dicitur, sine qua alias non esset contractus vel distractus.*
28 *Agenti ex pacto obstat exceptio litis ingressum impediens, vbi alia res est de qua dicit pactum factum, & alia res est quæ petitur.*
29 *Quietatio prætextu falsæ causæ facta nullius est momenti.*
30 *Quietatio non se extendit ad id quod quietans non habuit, quia de solutis & habitis fit finis & quietatio.*
31 *Causa falsa, siue per errorem, siue ex certa scientia, vitiat ipso iure cessionem iurium ac remissionem.*
32 *Causa falsa vltra quod vitiat contractum, inducit repetitionem.*
33 *Et sic, dictio stat illatiuè ad præcedentia.*

Et sit,

34 *Et sic, dictio stat accessorie, & non comprehendit nisi quantum præcedentia, & non alterat vim principalis dispositionis, sed confirmat nihil addendo.*
35 *Interpretatio fit contra fundantem se in duabus dispositionibus ambiguis.*
36 *Actus non operantur vltra intentionem agentium.*
37 *Actus alicuius vt fiat ratificatio, eiusdem actus, & suarum qualitatum, & facti & iuris ratificantis scientia requiritur.*
38 *Ratificatio requirit scientiam & cōsensum partis cum qua fuit factus contractus.*
39 *Legis & doctrinæ præsuppositum, & eius verba cui non conueniunt, nec eius dispositio conuenire potest.*
40 *Exceptio & retentio facilius conceditur quàm actio.*
41 *Promissio apparere debet vt quis possit condemnari de indemnitate.*
42 *Euictio non debetur ex contractu qui ordinatur ad retineri & non ad dari.*
43 *Euictionis obligationem non venire ex pacto de non petendo.*
44 *Euictio quo casu non debeatur.*
45 *Debendi seu tenendi triplex modus refertur.*
46 *Datio insolutum in bonis stabilibus pupilli vt fieri possit quæ requirantur.*
47 *Lectio instrumenti tollit præsumptionem contrariam cursu temporis inducendam.*
48 *Minor potest recuperare prædium suum in solutum datum.*
49 *Succumbens in exceptione tendente ad eundem finem cum eo quod proponitur per modum actionis, repellitur exceptione rei iudicatæ.*
50 *Priuatio præsupponit habitum.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Ententia contra Mathæum lata (mihi parcant qui eam tulerunt) non video quo iure defendi possit, quin per Do. Iudicem appellationis infirmari reuocariq; debeat. Nam primùm eius tenore inspecto, quatenus Mathæus ipse condemnatur ad conseruandum indemnes Ioannam & Io. Franciscum eius cessionarium, & ad reficiēdum illis omnia damna interesse & impensas &c. ob iudicium euictionis rei & possessionis, de qua in processu fit mentio, quoad duas partes damnorum, attenta venditione dictæ rei prius facta per Iacobam matrē dictæ Ioannæ prætensam tutricem dicti Mathæi, & Iacobum & Vincentium simul vendentes, & de proprio promittentes, & se obligātes de euictione, nulla pœnitus defensio est pro ea sententia, quia si non fuisset per matrem, d. Ioannæ facta promissio & obligatio de suo proprio, de euictione, de gestis in dicta
1 prætensa tutela, ea finita non teneretur † in aliquo,
neque de euictione bonorum venditorum, l.4.§. 1. ff. de euict. l. cum quædam, §. fi. C. de admi. tut. l. 1. C. quando ex fact. tut. l. post mortem. in princ. & §. 1. & l. pen. ff. eo. glo. in l. fin. si quis cauti. & in l. 2. ff. de admi. tut. & Boer. in decis. 80. Sed cum in dicta promissione & obligatione cum dicta prætensa tutrice interuenerint prædicti duo alij, Iacobus &
2 Vincentius, & non insolidum, ipsa † pro vna tertia
parte duntaxat obligata fuisset, per tex. in l. reos, §. cum in tabulis. & ibi Barto. & alij tradunt, ff. de du. re. glo. & doct. in l. si diuisa, C. loc. & si attendatur quietatio postea per Mathæum facta d. Ioannæ, vt hæredi suæ matris de administratis per dictam Iacobam suam matrem, ex qua totum dictæ sententię fundamentum exceptum est, quasi per dictam quietationem Mathæus ratam habuerit venditionem factam per dictam Iacobam, & de qua infra dicetur, tamen quoad ipsam Iacobam huiusmodi ratihabitio non plus se extenderet quàm fuisset sua administratio & obligatio, quæ in venditione fundi de quo agitur, cum non fuerit, nisi pro tertia par
3 te, † ita pro hac tertia parte tantum diceretur appro
bata administratio, & de ea facta quietatio, & non vltra quoad Iacobum & Vincentium simul vendentes & obligatos de euictione per l. si ita stipulatus, §. Grisogonus. in fi. de verbo. obliga. & clarius per tex. & glo. in l. si actionem, C. de pact. & not. ibi per doct. & alia alleg. per Aymo. in cōnsi. 251. col. pen. ver. rursus ecclesiæ. ergo vltra tertiam partem refectio damnorum dictæ Ioannæ hæredi suæ matris non esset debita, & si vltra velit pati damnum, sibi imputetur, per reg. damnum, de regu. iu. in 6. &
4 vltra voluntariè † susceperit litem denunciatam di-
cto Io. Francisco, & se obligauerit, ei imputandum est, per ea quæ in similibus probat Aymon in cons. 129. col. pen. nu. 10. & per l. si fideiussor. §. penul. & ibi Ias. qui satisd. cog. & successiuè vltra dictam tertiam partem damnorum euidens est iniquitas di-
5 ctæ sententiæ, pro † qualitate enim personarum &
actio formatur, & condemnatio moderatur, dicit tex. in l. Pomponius libro. in fi. de neg. gest.

In hac quoque tertia, & in totum eadem sententia reuocanda est, per eandem reg. & alia hic proximè alleg. quoniam dicta Iacoba vt tutrix vendēs de suo cum alijs vendentibus se obligans pro de-
6 fensione suum egressa fuit officium, ideo † ei non
debet succurri, l. cum post, §. respondi, ff. de admini.
7 tut. iure enim cautum non reperitur, † protutorem
(vt fuit ista Iacoba & dicetur infra) posse recuperare ab eo cuius protutelam gessit, id, ex sua voluntaria obligatione quod soluerit emptori pro euictione rei euictæ à domino. iuxta casum, l. & si is, C. de præd. mino. & tradita per Boer. in d. decis. 80. potius autem contrarium à lege sancitum deprehenditur, adducendo primū quod Iacoba mulier non mater neque auia Mathæi prohibita erat eius tutelam suscipere. per l. 1. cum sign. ibi in gloss. C. quando
8 mul. off. tu. fung. contra quæ iura non valet † datio
tutelæ eidem mulieri iam per Iudicem decreta vti non valentem contra iura decernere, l. si expressim, ff. de appel. & l. 1. §. contra, ff. quæ sententiæ si. appel. rescind. & est tex. in terminis in l. iure nostro. in princip. ff. de testa. tu. non fuit ergo vera tutrix, sed protutrix. vt l. 1. C. de eo qui protu. ideo nō potuit
9 † etiam cum decreto alienare fundum Mathæi. l.
qui neque. & ibi Albe. de Ros. de reb. eorum, & l. 2.
ff. de

ff.de eo qui protu. eadem prohibitio est in datione insolutum, vt fuit illa facta per d. Iacobum, per l. si minor. C.de pręd.minor. Quare & iure merito potuit Mathæus possessionem illius fundi recuperare, per d.l.2.de eo qui protut.cum simil. vt per rem iudicatam obtinuit, ex qua etiam elicitur validũ fundamentum contra dictam sententiam, vt modò dicetur. Si valeret promissio protutricis de suis propriis bonis pro defensione rei venditæ, vt haberet regressum contra adultum vindicantem, ipse agens expelleretur per l. vindicantẽ. ff. de euict. & essent superfluæ tot leges in tit. C. de præd.min. & in aliis
10 tit.disponentes, † adultum posse recuperare sua bona alienata illicitè, & de facili fieret fraus, promittendo per vendentes nulliter de defensione rei de suo, quod dicendum nõ est l. in fundo. ff. de rei vindi. nempe videtur esse extra omnem dubitationem à principio si non valent alienationes bonorũ minorum sine solennitatibus, minus quoque in eorũ præiudicium valere possunt accessoriæ obligationes propriæ prætensorum administratorũ alienantium, vt est glo. in d.l. & si is. de pręd.minor. quam ibi doct.communiter sequuntur. Hucusque igitur non apparet obligatio contra Matthęũ, vt debuetit condemnari ad reficiendum omnia damna & sortem principalem dictæ Ioannæ & suo cessionario ob euictionem rei & possessionis ab iplomet Matthæo factam, & iura sunt vulg. vbi non est obligatio, non est orta actio, & sine actione in iudiciis non potest experiri, & minus aliquid obtineri.

Demũ tota vis est, an quietatio per Matthæum facta Ioannæ filiæ & hæredi Iacobæ protutricis cõtineat fundum petitum & euictum per eum, vel ratihabitionem & approbationem alienationis eius, vel ius aliquod cessibile & proficiens Io. Franc.

Ad primum, an contineat fundum euictum, respondetur non continere, quia licet quietatio & liberatio sit concepta aliquibus verbis generalibus, tamen plura ex ea colliguntur, ex quibus generalitas ipsa restringi debet, vt ibi. De omni & toto, qđ ipsa tanquam hæres dictæ donnæ Iacobæ eius matris teneretur & obligata esset &c. restringitur, obli
11 gata esset.s.actione personali, & nõ reali, prout † cõpetebat ad recuperandum ipsum fundum, etiam si tunc penes eam fuisset, per tex. in l. Aurelius. §. Męuia. & ibi Bar. & in l. non solum. §. fin. de liber. leg. Alex. cons. 46. col. 2. nu. 3. lib. 1. & cons. 48. lib. 6. Ias. cons. 219. circa fi. lib. 2. Rui. cons. 25. nu. 17. lib. 1. & Ias. in l. sub prætextu specierum. col. 2. ver. secundò moueor. C. de transact. post Alc. ibi nu. 3. rationes & iura alia adducuntur in dictis locis per doct. & hanc opin. frequentissimo omnium calculo receptam dicit Did. Couuar. Hisp. in tract. Vari. resoluti. lib. 2. cap. 14. post princ. Non conuenit casui nostro limitatio ex consil. 29. Corn. lib. 1. quia in illo casu erant verba generalia & generalissima, vt venirent cognita & incognita, vt ibi per eum in 2. col. ver. indefinita, & per Bar. in l. si de certa. col. fi. nu. 5. C. de transact. Nec limitatio Alex. in consil. 47. nu. 9. lib. 1. conuenit, quia ibi erat liberatio à reliquorum solutione & restitutione, de quibus meminit Did. Couuar. in d. loco ver. sexto illud. Quæ limitationes etiam procederent quando fundus esset penes quietatum & liberatum, non verò quãdo fuisset penes aliũ, prout erat in hoc casu penes alios per annos 18. ante quietationem, ita secundũ Bal. probat Ias. in d.l. sub prætextu specierum. circa fin. & ibi est tex. in §. error autem. qui tex. licet scabrosus videatur, tamen cum in petitione præsupposita super qua fuit facta quietatio non veniebat fundus de quo agitur, vt non veniebat, quia fuit facta super administratione bonorum stabilium Mathæi assignatorum Iacobæ tempore quo suscepit suam tutelã, & fundus iste nõ apparet ei assignatus. Hoc dictum sit ad tollendum quod dicit Bart. in d.l. sub prætextu specierum. in fi. per l. illicitè. de reb. cor. & cum dominium dicti fundi semper remanserit ipsius Mathęi, per d.l.2. ff. de eo qui protu. possessioq; eiusdem fundi non fuerit penes Ioannam tempore quietationis, sed penes alium, ut dictum est, & semper fuerit, vtique qualis sit generalitas dictæ quietationis, vel errore vel ignorãtia fundus fuerit penes alium extra personam Ioannæ quietatæ & liberatę circa possessionem vel proprietatem non continet ipsum fundum, quin potuerit vindicari contra aliũ possidentem vel eius possessio recuperari ab ipso Mathæo, secundum omnes intellectus glo. & doct. in d.l. sub prætextu specierum, per l. si ita quis. §. fi. de verbor. oblig. & l. si inter patrem. C. de soluti.

Item restrictio fit ex verbis aliis instrumenti dictę quietationis, ibi. Causa & occasione administrationis factæ per dictam q. Iacobam &c. omnium bonorum stabilium ei assignatorum tempore quo sumpsit tutelam &c. vt non contineatur dictus fun-
12 dus euictus per Matthæum, quia † licet venditio in vero tutore possit dici administratio, per l. cum plures. §. 1. ff. de admi. tut. tamen non sic proprie dici potest de venditione facta à protutrice, cuius non est, sicut tutoris est, rerum pupilli administratio. dicit tex. in d. l. 2. ff. de eo qui protu. Præterea huius fundi insolutum datio facta & per d. Iacobam & Iacobum & Vincentium per se & eorũ cuiuslibet hæredes propriè & verè non potest dici de admini
13 stratione dictæ Iacobæ, quia † in contractibus sub simplicibus non venit casus mixtus, vt post alios
14 per Ias. in l. 2. in princ. col. pen. de verb. oblig. & † factum commune plurium nõ venit sub facto vnius, argu. not. per doct. in l. serui electione. §. 1. de leg. 1. maximè in cõtractibus, qui propriè & strictè sunt intelligendi, per not. in l. quicquid astringendæ. de verb. oblig. Quia etiam non apparet istum fundum fuisse assignatum d. Iacobę quando suscepit præten
15 sam tutelam, & qui nititur † ex instrumento debet probare eius qualitates & verba conuenire rebus & factis propositis, sicut dicitur de verbis & qualitatibus legis, vt per Bar. in l. 1. §. quod autem. ne quid in lo. publ. Cot. consi. 125. col. 2. lib. 4. Paris. consi. 62. nu. 38. 42. lib. 4. Aymo. consi. 313. sub nu. 1. cum concord. Ex ipsa datione in solutũ minimè probatur fundum hunc prius fuisse sibi assignatum

quando

16 quando ſuſcepit tutelã,quia † poteſt vendi res alie-
na & penes alium exiſtens,l.rem alienã, ff. de con-
17 trah. empt. & † probatio non concludens nullius
eſt momenti c.in præſentia.de prob. l. non hoc C.
vn.legi. & quoad caſſationẽ ſcripturarũ, & quoad
liberationem per Aquilianam ſtipulationem ſem-
per reſtringitur ad adminiſtrationem bonorum ſta
bilium Mathæi peruentorum ad manus d.Iacobæ,
18 Vnde † quietatio ad certam rem vel cauſam vltra
eam non extenditur,l.ſi de certa.& ibi doct. C. de
tranſanct.maximè Iaſ.in 1.no.& l.ſi ex pluribus.in
princ.ff.de ſoluti.& l.emptor.§. Lucius. de pact. &
ibi Bart.& alij reprobando gloſſ.ibidem volentem
in pactis ſtãdum eſſe generalibus verbis, niſi aliud
* appareat, ita communiter reprobari dicit, & repro
bantes allegat Iaſ.in d.l.ſi de certa.col.2.verſi.pro-
pter has difficultates, maximè quãdo verba quoad
cauſam & rem nõ ſunt ita generalia, ſed ſecus ſi ita
generalia, vt ex quacunque alia cauſa,& ex quacun
que alia re,ꝙ ratione recti ſermonis tunc non poſ-
ſet reſtringi,ſed generaliter intelligi,vt per Bart. &
Iaſ.in locis alleg.licet glo. non mereatur tãtum re-
probari,cum dicat,niſi aliud appareat,quod poteſt
apparere generalem remiſſionem,dirigẽdo ad cer-
tam rem & certam cauſam,vt factum apparet in ca
ſu propoſito,& vt latè per Vital.in tracta. clauſula-
rum in princ.& pactum generale factum à credito-
19 re † de non petendo à debitore ſolnẽte partem de-
biti,intelligitur de parte ſoluta. Rui. conſi.41. col.
20 fi.lib.5. Rurſus, liberatio † per Aquilianam etiam
generalibus verbis concepta non continet libera-
tionem realis actionis, niſi ſpecialiter exprimatur.
per l.& vno,§.1.ff. de acceptila. probat Rui. conſi.
21 25.num.19.& 22.lib.1.ne captioſa † liberalitas ſe-
quatur,quam interpretatio prudentum fregit,dicit
tex.in l.cum Aquiliana, ff.de tranſact. referũt Ale-
xand.d.conſi.46.nu.7.lib.1.& conſi.48. nume.12.
lib.6.& Iaſ.d.conſi.219.col.pen.lib.2.Nõ refraga-
tur ꝙ in dicto inſtrumento quietatio excipiatur, &
expreſsè non fiat, quinimo ſæpius reſeruat de bo-
22 nis mobilibus,quia † exceptio huiuſmodi declarat
ipſam quietationem, non tamen ampliat vt porri-
gatur ad cauſas & res, ad quas primò non porrige-
* batur,vt eſt commune dictum Bart.& aliorum in l.
Lucius,§.pluribus,ff.ad Trebell. & in l. generali.§.
vxori.de vſufr.leg.& Fel.in c.quoniam frequenter.
in princ.vt lit.non conteſt.

Poſtremò reſtringitur huiuſmodi quietatio, ꝙ
fundum iſtum non contineat,ex cauſa & ratione in
inſtrumento aſſignata,ibi. Hoc ideo fecit & feciſſe
dixit di 2. Mathæus,quia in præſentia mei not.&c.
dixit & confeſſus & contentus fuit retro habuiſſe
omnia eius bona ſtabilia peruenta ad manus dictæ
q.donnæ Iacobæ,hunc fundum non habuit à d.Ia-
coba,ergo non compræhẽditur in quietatione,quę
23 † ideo ſic ex dicta ratione aſſignata reſtringitur, l.
Aurelius,§.Sticho.& ibi Bar.& Alber.de Roſ.poſt
glo. de liber. leg. & l. cancellauerat. de his quæ in
24 teſt. delen. ratio enim eſt anima † cuiuſcunque di-
ſpoſitionis,Ripa in c.ſi quando.num.29.de reſcrip.
25 & aliàs liberatio ſine cauſa non valet, †& eius ver-
ba generalia per eandem cauſam reſtringuntur,di-
cit Bald.in l.pactum.col.pen.in q.17.C.de collati.
Quinimo & fortius dicta cauſa demonſtrata deſcri
26 ptaq; per dictionem, Quia, † eſt reſtrictiua, & im-
portat rationem & cauſam finalem. Bal.in l.1. col.
1.ver.in glo.4.ff.de fer. cum pluribus concord. al-
leg.per Tiraq.in tract.cauſa ceſ.in 1.limit.num.82.
83.in hac ſpecie id pręcipuè verum eſt,ꝙ cauſa hęc
continet confeſſionem ſatisfactionis quietantis &
liberantis,ex qua omnino procedit quietatio & li-
beratio,inſt.qui.mo.tollitur obli.in princ. ideo fi-
27 nalis dicitur,ſine qua †aliàs nõ eſſet contractus vel
diſtractus,vt per Bal.in l.fi.in primo no.C.de pact.
inter empt.& vendi. & Pau.de Caſtr. in conſi.190.
colum.2.lib.1.& Socin.conſi.159.colum.6.libr.2.
Qua quidem cauſa finali erronea exiſtente & falſa
in hoc fundo, quẽ minimè retrohabuit à dicta Ia-
coba, aut dicatur cum non fuiſſe de bonis ſtabili-
bus peruentis ad manus d.Iacobæ, & tunc non lo-
quitur de eo dicta quietatio, quæ tantum facta eſt
de bonis Mathęi perũctis ad manus d.Iacobæ. Vbi
enim alia res eſt de qua dicit pactum factũ, & alia
28 res eſt quæ petitur,agẽti † ex pacto obſtat exceptio
litis ingreſſum impediens,dicit Bar. in l. ſi vnus. §.
ante omnia.in fi.ff.de pact.tex.eſt in l. ad probatio
nem. C.de prob.& ibi not. Bald. & in l.ſi binę. de
iniu.rupt.teſt.& in c.Rodulphus.col. 2.in princi.de
reſcrip.& Pau.de Caſt.in conſi.95.in fi.libr.2. Aut
dicatur eſſe de bonis dicti M. perũctis ad manus d.
Iacobę.cum enim illum prius an.18.alienatum per
eam ipſe M. non habuerit ab ea, & tunc quietatio
iſta nullius eſt momenti prætextu talis falſæ cauſæ
29 facta, † vt in ſpecie probat Aymo.in conſ.142.col.
3.nume.9.videtur tex.in l.qui cum tutoribus, ff.de
tranſact.& quod ex eo in ſimili tradit Pau.de Caſt.
in conſ.377.ad primum.col.fi.ver.ex his patet.lib.
2.& Abb.conſi.97.col.2.ver.ſecundo. lib.2. finem
30 & quietatione †non ſe extendere ad id quod quie-
tans non habuit, quia de ſolutis & habitis fit finis
& quietatio.per l.diſſolutæ,C.de cond.ex lege.1 &
Caſt.in conſi.342.conſiderandum.col.1.in eadem
ſpecie reſpondit poſſe agi ad reliqua nõ bene & in-
tegraliter reſtituta primis actionibus quæ per quie
tationem ſublatæ non ſunt.& per Ang. in terminis
in conſi.189.viſa quietatione,cum concord. alleg.
per Tiraq.in d.tract.cauſa ceſſ.in 1.par. nume.141.
31 & Bald.in l.fin.in fi.C.de fal.ca.dicit † falſam cau-
ſam,ſiue per errorem, ſiue ex certa ſcientia viciare
ipſo iure ceſſionem iurium,ac remiſſionem, ſubiun
git & comprobat Alex.in conſi.89.col.4. ſub verſi.
& bene facit.lib.2.cum ſimil. quæ de falſa cauſa cu
mulari poſſent. Tota enim oratio falſa dicitur no-
ſtrę propoſitæ cauſæ,cum dixerit,retrohabuiſſe om
nia eius bona ſtabilia, & conſtat non habuiſſe fun-
dum iſtum,per text. in l. ſi is qui ducenta,§.vtrum.
ibi.Quia ſignificatio ſummitur ex vniuerſo,in quo
ſi aliquid falſum eſt, totam orationem falſam effi-
32 cit.de reb.dub.Vltra †autẽ ꝙ falſa cauſa viciat con-
tractũ,inducit repetitionẽ, tradit Dec.in conſ.351.
col.3.

col.3.ver.ad hoc facit.& in cons.525.col. 2.sub nu.
6. Non obstat quod in instrumento quietationis
subsequitur,ibi.Et sic vocauit se solutum,& satisfa-
ctum a d.Ioanna hærede de dicta administratione,
quia intelligitur eo modo quo principaliter supra
facta est quietatio, de peruentis ad manus d.Iaco-
bæ,& ea peruenta confessus est retrohabuisse, illati
uè sic vocat se satisfactum per dictioné, & sic,quæ
33 † stat illatiuè ad præcedentia, vt expresè probat
Rui.consi.184.col.penul.nu.6.lib.2.statq; accesso-
riè, & non comprehendit nisi quantum præceden-
34 tia, & non alterat † uim principalis dispositionis,
sed confirmat,nihil addendo,vt per Dec.con.195.
col.pen.ver.secundò principaliter, & Aym. consil.
231.col.3.sub nu.9.Non obstat quoque consimilis
quietatio econuerso facta Mathæo per dictam Ioā
nam,quia de legatis factis in testamētis facta non
uisis & cognitis verbis testamētorū nō valet per l.
de his.ff.de transact.& ibi per doct.& id non curā-
dum,quod nullum est per vulg. proinde etiam non
ampliat vt correspectiua quietatio facta p Mathęū
contineat remissionem de nō peruentis ad manus
d.Iacobæ,& confessionem receptionis omniū suo-
rum bonorum stabilium, & q causa suæ quietatio-
nis in hac parte nō sit falsa, & quin demum omnia
superius adducta procedant respectu fundi prædi-
cti,quia stat correspectiuè, prout stat altera quieta-
tio Mathæi in sua natura & in sua principali dispo-
sitione continendi quantum supra latè demonstra-
tum est,in cæteris q vna integraliter contineat quā
tum altera hoc incertum & ambiguum est, quo ca-
35 su † fit interpretatio contra fundantes in vtraque
per l.veteribus.ff.de pact.& ibi per Bar. & Alexan.
consi.183.nu.5.lib.2.Abb. in consil. 97.col.2.ver.
quarto.lib.2. & Paris.consi.138.nu.19. lib. 1.Et ex
his concludo hunc fundum non contineri sub di-
cta quietatione, & iure potuisse eius possessionem
à Mathæo recuperari.

Ad secundum de ratihabitione vel approbatio-
ne alienationis eiusdem fundi,habetur etiam reso-
lutio ex adductis superius, quia si de eo non fuerit
& non intelligatur facta quietatio, sequitur eiusdē
alienationis approbationem aliquam factam non
36 esse, quia † actus non operantur vltra intentionem
agentium.l.non omnis.& ibi not.Ias.in prin. si cer.
pet.& facti ad vnum effectum, alium non operan-
tur.l.alimentorum.ff.de assigna.liber.l.quidam te-
stamento.in prin.de leg.1.& l.cū tale.§.fi.de cond.
37 & demon.cum simil.Vt.n.alicuius † actus fiat rati-
ficatio,eiusdem actus & suarum qualitatum, & fa-
cti & iuris ratificantis scientia requiritur.Bal.cons.
322.si vidua.ver.præterea quod magis.lib.2.& latè
alijs auctoritatibus corroborat Aymo in cōsi.197.
ad fi.atque requiritur eadem solennitas, quam re-
quirit principalis contractus.l.si vt proponis. C.de
nupt.tradit Rom.consi.12. prope fi.& Luc. de pen.
in l.2.col.1.C.de iu.fis.lib.10. & Alex. consi. 129.
sub nu.2.lib.1.& sic præsentiam & consensum par-
38 tis requirit cum qua fuerit factus contractus † vt
per Aret.in consi.127.col.3.ver.venio ad tertiam.
& Dec.consi.532.nu.2.& consi.536. nu.6. Horum
autem aliqua in re proposita non interuenerunt,
igitur vana est omnis dubitatio de ratificatione ali
qua.

Ad vltimum, quod ius cessibile & proficiens Io.
Franc.contineat; Responsio patet ex deductis etiā
supra,nullum ius continere super fundo isto. Quē
si quietatio ipsa ideo non comprehendit, nullaq;
eius alienationis facta est ratificatio, consequens
est necessarium, quòd nullum ius circa hunc fundū
tribuit d.Ioannæ,non autem ius excipiendi, iuxta
casum.l.illicitè.de re.eorum. quia non venit in di-
cta quietatione, prout præsupponit venire rem pe-
nes quemcunque existentem, Bart.in d.l.sub præ-
textu specierum.in fi.& quia per instrumentum di-
ctæ quietationis in quo solum Mathęus dixit re-
trohabuisse omnia eius bona stabilia peruenta ad
manus d. Iacobæ, nec aliter constat eum habuisse
æstimationem dicti fundi, prout æstimationem rei
alienatæ solutam & restitutam adulto præsuppo-
nunt & requirunt verba tex.& glo. in d. l. illicitè.
39 cui ergo † præsuppositum legis vel doctrinę & eius
verba non conueniunt,nec eius dispositio conueni
re potest l.hos accusare.§.omnibus. ff. de accu.l.4.
§.prætor.& ibi Bar.de dam.insec.l.nominis. §. ver
bum.de verb.sign.& c.indemnitatibus. §. sed cum
eas.de elect.in 6.cum simil.Ad summum, concesso
(quod tamē minimè concedi debet)q ius excipiē-
di acquisitum esset, iuxta d. l. illicitè. nihilominus
hoc iure excipiendi fundo iam obtēto vel eius pos-
sessione per Mathæum ex re iudicata, non potuit
agere dicta Ioanna,nec eius cessionarius,& absonū
in iure videtur quòd exinde talem & tantam repor
tauerit sententiam contra Mathæum condemnato
riam indemnitatis & refectionis omnium damno-
rum impensarum & sortis principalis,quoniam ta-
lem sententiam nunquam potest producere ius ex-
cipiendi, quod solummodo valet ad excludendum
Mathæum antequam obtinuisset,non vero ad agē-
dum & experiendum in iudicio, in quo nemo sine
actione experitur, & actio ius est persequendi suū
in iudicio, & non exceptio, nisi defendendo, ut
sunt notissimi Iuris termini, nam facilius concedi-
40 tur exceptio † & retentio, quàm actio. c. intellexi-
mus.de iud.& c. cum inter.de excep. cū alijs alleg.
per Aym.consi.148.nu.2.& consi. 292. sub num. 2.
quando potuisset fundum repetere condictione in
debiti,vel alio remedio,parte audita longe diuersa
forma iudicandum esset.

Promissio aliqua indemnitatis non legitur in di
cto instrumēto quietationis, nisi adinuicem de nō
molestando, nec molestari faciendo occasionibus
contentis in eodem instrumento, in quo demon-
stratum est supra hunc fundum non contineri, de-
41 bet enim apparere † promissio ut quis possit con-
demnari de indemnitate,Paris.consi.109. col. fin.
& consi.seq.nu.63.lib.1. Quando etiam continere
tur,non esset obligatio de euictione, ex eo q fuis-
set per dictam quietationem relaxatus illi penes
quem erat,per tex.in l.si pro fundo.in fi. C.de tran
sact.

fact.& ibi Bar. in princ.dicit illam legem singula-
riorem quam sit in illo titu.& ibi Bal. in 3. no. di-
cit, quod ex contractu † q ordinatur ad retineri & non
43 ad dari, non debetur euictio, & ibidem alij sequũ-
tur, per quam legem, ex pacto † de nõ petendo non
venire euictionis obligationem tradit etiam Alex.
in d. l. si de certa .circa fi.C.eo.& concessa libera-
tione à rei vendicatione, ex qua non est quid dari
44 sed retineri, vnde non debetur euictio † dicit Bal.
in l.1.col.1.ver.quæro quid si expressè.nume.7.C.
de fal. ca. Non ommitto pulcherrimam resolutio-
nem eiusdem Bal.in consi.341.secundum ea.lib.3.
defendentis quendam ne teneretur ad aliquod in-
45 teresse, magistraliter considerando † triplicem esse
modũ tenẽdi seu debendi, s.ex cõmisso, ex ꝓmisso,
ex dispositione legali, quemq; modum discurrẽdo,
non teneri aliquem ex commisso quando nihil de-
liquit, non ex promisso, quãdo verba & sensus ver-
borũ non demonstrant contractam obligationem,
& in hoc non est eundum per ambages, non ex di-
spositione legali, vbi non apparet lex disponens,
quia erubescimus sine lege loqui, vt ibi per eum. si-
milis argumentatio fit inter consil. Feder. de Sen.
consi.218.domine. Qui quidem modi responden-
di in iure speciei nostræ propriè cõueniunt, vt Ma-
thæus iste a damnis & interesse petitis absolui &
non condemnari debuerit & debeat.

Non cadit hic discussio veritatis debiti vel ne,
pro quo per d. Iacobam cum alijs in solutum fun-
dus datus fuit illi donnæ Franciscæ, quod debitum
Mathæi prima facie non apparet verum, quia dici-
tur debitum hæredum Antonij Andreæ de Calli-
bano, ex quibus hæredibus concludenter & legiti-
mè nõ apparet ipsum Mathæum esse, qui etiã quan
46 do fuisset debitor, † perperam fuisset deuentum ad
insolutum dationem bonorum stabilium. per l. lex
quæ.C.de admi.tut.sine decreto Iudicis & præsen-
tia consensu duorum proximorum pupilli requisi-
tis & à iure cõmuni & municipali, prout non inter
uenisse apparet ex lectione instrumenti dictæ da-
47 tionis in solutum, quæ lectio † tollit præsumptio-
nem contrariam cursu temporis inducendam, vt
per Afflict.in decis.107.nu.5.& Ias.in consi.176.in
fi.lib.2.& existentibus bonis mobilibus, prout de-
monstrat reseruatio ea consequendi facta in dicta
quietatione. Præterea veritas debiti non conuali-
dat dationem prædij minoris in solutum illegiti-
48 me & perperam factã, quin possit † à minore suum
prædiũ recuperari.per text.in l.si minor.& in l.non
solum.ibi.Vel alio quoquo modo.C.de præd.min.
Infertur ex his firma conclusio, nullum ius d.Ioan-
næ cedentis & d. Io. Francisci cessionarij apparere,
nec eis competere contra dictum Mathæum pro
tot & talibus damnis & interesse recuperandis.

Censeo quoque non ommittendum, quod in iudi-
cijs motis per dictum Mathæum pro recuperanda
possessione dicti fundi fuit sibi pluries obiecta exce
ptio de euictione ob dictam quietationem, & ple-
ne exceptũ de dicta quietatione, & per dictã Ioan-
nam & per dictum Ioan.Franciscum, vt ex proces-
sibus liquere potest. Tamen huiusmodi exceptio
fuit reiecta per sententias conformes faciẽtes rem
iudicatam, vt plenè etiam demonstrat D. Consul-
tor vltimus decisor causæ in suis motiuis. Vnde
49 † succumbens in exceptione tendente ad eundem
finem cum eo quod proponitur per modum actio-
nis, repellitur exceptione rei iudicatæ, secundum
Bart. in l. 2. §.si rationem.ver.ad secundum opp.ff.
de compen.comprobat Abb.in consi.50.circa quæ
stionem.col.2. versic. præterea & secundò.lib.1.&
Rom.in consi.410.versi.vnde resultat conclusio.&
Deci.consi.96. col.1. nam exceptio de dicta quie-
tatione tendebat ad finem, ne Mathæus posset re-
cuperare suam possessionem, sed remaneret penes
conuentum, ad eundem finem dirigitur præsens
modus agendi & sententia subinda latam, quod resti-
tuat interesse cum sorte principali, quod nil aliud
importat, nisi vt restituat reo possessionẽ habitam,
50 quia hæc est sors principalis amissa, priuatio † præ-
supponit habitum.l.decem.de verbo. oblig. & non
sumus in casu. l. sed & si exceptio. ff. de euict. quia
Mathæus non vendidit, non ex natura alicuius con
tractus, non ex promissione, neque alio modo ap-
paret obligatus de euictione, vt suprà latè ostẽsum
est, ergo inuitis dentibus fatendum est dictam sen
tentiam iniustam & reuocandam esse. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurison. Pisauren.

CONSILIVM LXXII.

ARGVMENTVM.

Donatio à minore ante ingressum monasterij licentia à Principe obtenta libere donandi & iuramento interposito facta valet absque alia insinuatione, & res donata continetur in prætio pro dote donatricis dimisso per fratres eam dotare obligatos vigore statuti excludentis filias, & masculos admittentis ad successionem, etiam nuptiarum conditione adimpleta per matrimonium spirituale donatricis effectæ monialis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit donantem etiam minorem censeri maiorem, & efficaciter obligari ut contrauenire non possit.*

2 *Iuramentum confirmat contractum, etiam si in eo essent plures defectus.*

Iuramentum

3 Iuramentum habet vim insinuationis,& eius defectum supplet.

4 Donare licet vsque ad quingentos aureos legales absque insinuatione.

5 Donatio valet non sublata testamenti factione.

6 Donatio facta ante ingressum monasterij à donatore monasterium ingredi volente non impeditur.

7 Lex municipalis prohibens donationes a quinquaginta libris supra factas absque insinuatione non valere,vti respiciens non personam sed solennitatem contractus non habet locum in donatione facta extra territorium,in qua sufficit seruatam esse solennitatem loci contractus.

8 Monasterium ingredi volens potest libere suum donare cui voluerit,absque solennitate insinuationis.

9 Libere,dictio quid importet.

10 Ius consequendi dotem an sit cõditionale,& veniat sub donatione omnium bonorum.

11 Dispositio pura est intelligenda indistinctè & simpliciter prout loquitur.

12 Dos ad mensuram alimentorum & ad vitam ac durationem legitima constitui debet.

13 Dotata potest dici etiam innupta & virgo.

14 Filia dotata ex forma statuti excludentis eam ab alijs bonis plenum ius ratione successionis in tali dote consequitur.

15 Conditio (si maritabitur) verificari potest & in matrimonio seculari & in spirituali.

16 Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale.

17 Res de facili reuertitur ad naturam suam.

18 Possessionis traditio facit rem non esse integram.

19 Dominium translatum ex causa dotis,etiam conditionali,præcedente traditione ante conditionem impletam defendi potest.

20 Dotis destinatio fit, vbi obligatus dotare, vel alius, etiam fœmina non nupta exercuit, quantum in eo fuit,officium dotandi.

21 Pollicitatio dotis fieri sufficit per qualiacumque verba.

22 Datum ante nuptias,& extante conditione nuptiarum non potest repeti.

23 Debitum quod postea efficitur non potest repeti, licet ab initio fuerit indebitum.

24 Donatio ante ingressum monasterij facta de bonis & iuribus præsentibus & futuris valet.

25 Conditio in contractu donationis trahitur retro ad tempus contractus.

26 Donatio facta uxori per maritum confirmata morte mariti trahitur retro ad tempus facta donationis.

27 Conditio casualis tribuens plenam firmitatem contractus trahitur ad tempus contractus.

28 Conditionis natura est,vt vno momento adimpleta sit.

29 Faciendum de proximo habetur pro facto.

30 Lex si ego.in prin.ff.de iure dot.in quibus terminis loquatur.

31 Alienationem suarum rerum alicui non esse liberam, iniquum est.

32 Consuetudo dans longè minorem dotem moniali quàm maritata non valet, vt impediens vitam contemplatiuam.

33 Dispositio testatoris relinquentis filiæ mille si nupserit, & centum si ingrediatur monasterium, non valet, ne impediatur vita contemplatiua.

34 Mulier non debet fieri deterioris conditionis ingrediendo monasterium quàm si non ingrederetur.

35 Causa expressa restringit & declarat dispositionem.

36 Filia per statutum prohibita petere non prohibetur retinere.

37 Præiudicium non fit non habenti causam & diuerso iure vtenti ab eis qui experiuntur inter se iure communionis,etiam scienti iudicatum.

39 Sententiæ exequtionem quando & quomodo quis impedire potest.

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



DE duobus in præsenti cõsultatione quæri oportet. Primùm,an valeat donatio à Domina Lauinia facta matri. Secundum, quid & quantum hæc donatio contineat.

Primùm breuiter explicatur, donationem vale-
1 re,iuramento maximè interposito,quod facit †do-
natricem etiam minorem censeri maiorem & effi-
caciter obligari,vt contrauenire non possit,per tex.
in auth.sacramenta puberum, C. si aduer. vend. &
ibi post glo.& alios doct.Ias.in col.7. super.1. glo.
dicit hoc generaliter procedere in quocunque con
tractu minoris,siue inualido,siue valido, & quan-
do est inualidus, iuramentum operatur & inducit
validitatem, & tollit beneficiũ restitutionis in in-
tegrum,vt ibi per eum & per Deci.in consi.31.col.
2 2.versic. sed his tamen.& confirmat † contractum,
etiam si in eo essent plures defectus, auctoritates
plures allegando probat Paris.consi.69. num.127.
lib.3.& consequenter habet etiam vim insinuatio-
3 nis † & eius defectum supplet,secundum com. opi.
doct.legistarum & canonistarum, vt per Aretin. in
consi.77.col.fi.Soci.consi.77.col.fin. libr.1. Deci.
consi.488.num.6.Ias.consi.51.lib.1.conf.169. nu.
9.lib.4.Paris.consi.33.nu.35.45.lib.3.Rip. respon.
5.nume.2.libr.3. licet hic non constet bona & iura
donata excedere summam quingentorũ aureorum
4 legalium, vsque † ad quam summam donare licet
absque insinuatione.per l.pen.in fi.C.de donati.&
donare etiam matri & suis.l.data.C.eo. & donare
omnia bona & iura præsentia & futura, reseruatis
x.florenis causa testandi,vt fecit ista donatrix, & vl
tra de bonis donatricis fuerunt per donatariũ pro-
missa & soluta monasterio in quod erat ingressura
5 donatrix, scut. 250. sic † factione testamenti non
sublata valet donatio huiusmodi,Bart. in l.stipula-
tio hoc modo.nu.6.& ibi Alex.col.7. sub num. 18.
& Ias.col.6.num.16.de verbo.oblig. & Alexan. in
consi.59.post princ.lib.5.qui dicit omnes scriben-
tes ita firmare in d.l.stipulatio hoc modo.& in l.fi.
C. de pact.
6 Præsertim valet † & non impeditur talis dona-
tio facta ante ingressum monasterij à donatore
monasterium

monaſterium ingredi volēte, vt hic euenit, per tex.
in auth. de mona. §. illud. per legiſtas in auth. ſi qua
mulier. C. de ſacr. ſan. eccle. per canoniſtas in c. in
præſentia. de prob. & per Tiraq. in repet. l. ſi vnquā
in ver. ſuſceperit liberos. nu. 42. 43. 44. de reuo. do.
7 lex autem † municipalis prohibens donationes à
quinquaginta libris ſupra factas abſque inſinuatio
ne non valere, vti reſpiciens non perſonam ſed ſo-
lennitatem contractus non habet locum in dona-
tione, de qua agitur, facta extra territorium, in qua
ſufficit ſeruatam eſſe ſolennitatem loci contractus,
per l. ſi fundus. ff. de euict. tradit Bart. in l. cunctos
populos. col. 5. in prima q. & in col. x. in 6. q. de ſum
* ma trini. quem ibi communiter doct. ſequuntur, &
Aret. in conſil. 54. col. 9. & conſi. 73. col. 4. & Corn.
conſi. 241. col. 2. lib. 2.
8 Præterea poſſet attentari, verum eſſe, † volentē
ingredi monaſterium poſſe valide ſuum, cui volue-
rit, donare, abſque ſolēnitate inſinuationis, per tex.
in d. §. illud. vbi diſponitur, volentem ingredi mo-
naſterium priuſquam ingrediatur habere licētiam
ſuis vti quo voluerit modo, per quem tex. Bar. in d.
auth. ſi qua mulier. col. 3. tradit, ꝙ volens ingredi
monaſterium faciat teſtamētū, & prętereat vel ex-
hæredet filium, proinde eius teſtamentum non rū-
pitur, veluti factum à milite cœleſtis militiæ, & nō
ſubiectum ſolennitatibus iuris ciuilis, & ibi dicens
diligenter eſſe notandum & tenendum menti. ſe-
quitur Iaſ. in col. 7. num. 22. Quod præcipuè in hac
ſpecie verum credo, quia Princeps noſtræ donatri-
ci ſic pręcanti conceſſit poſſe liberè donare matri
& fratri, non obſtante aliquo in cōtrarium, per quā
9 dictionem liberè † licentia data fuit donandi abſ-
que ſolēnitate aliqua legum & iuris ciuilis, per tex.
poſt Bar. ibi vt ponderat Iaſo. in l. 1. nu. 3. C. de ſac.
ſanct. eccle. & in l. ſi quando. in prin. C. de inof. teſt.
& Ant. de Butr. in c. lator. de Homi. & Soc. in conſi.
13. in fi. lib. 1. Sic enim donauit matri dum viueret,
poſtea Io. Baptiſtæ fratri, & quidem valide per ſu-
pra alleg.
Secundum ſupereſt exponendum, quid & quan
tum hæc donatio continere poſſit, in quo licet quæ
dam ſubtilia cadant, ea tamē pro facultate mea cla
ra & aperta reddam. Cum enim pręſupponatur La.
donatricem nil aliud de ſuis bonis per ius munici-
pale ſtantibus fratribus maſculis ab hęreditate pa-
tris defuncti ab inteſtato excluſam habuiſſe niſi à
patre non dotatam ius conſequendi dotem conde-
10 centem ab ipſis fratribus. Hoc † quidem ius ſecun-
dum opin. Bar. & Pa. de Ca. in l. Titio centum. §. Ti
* tio genero. de cond. & demon. & magis communē
modernorum, ut per Albe. Bru. de ſtatu. fœmi. ex-
clu. in xj. arti. in q. 2. col. 6. etiam conditionale ve-
nit ſub dicta donatione, per tex. in l. ſpem. C. de do
nati. nihilominus bene inſpectis verbis dictæ no-
ſtræ legis municipalis, & eius mente conſiderata
ius conſequendi dotem pro fœminis poſſet dici
purum & non conditionale, ſi & quando nupſerit,
quia lex ipſa dum excludit filiam & filium admit-
tit ad integralem ſucceſſionem parentum ſimul, &
mandat filio debere dotare filiam non dotatam à
parentibus, nullam conditionem exprimit, niſi ſi &
quatenus alias non fuerit dotata à patre, ergo non
11 dotatam mandat dotari purè, prout † aliàs pura eſt
hæc diſpoſitio intelligenda indiſtinctè & ſimplici-
ter prout loquitur, per l. de precio. ff. de publici. & l.
data. verſi. fin. C. de donati. & per Iaſ. in l. quamuis.
col. 1. ff. de in ius vocan. vt eodem, tempore quo fi
lia reperitur excluſa, in recompenſationem exclu-
ſionis debeat dotari, quaſi ſuo certo patrimonio ſi-
bi conſtituto. l. 3. §. ſed vtrum. in fi. de minor. & ſic
reſpectu ipſius tunc dicitur dotata, vt pulcrè de-
clarat Signo. de Homod. in conſilio 98. columna
tertia, in princip. nume. 8. facit Paul. de Caſtr.
conſil. 43. in fin. libr. 2. ex quo poſſit alimentari,
12 quia † dos huiuſmodi ad menſuram alimentorum
& ad vitam ac durationem legitimæ conſtitui de-
bet. vt tradit Bal. Nouel. de dot. in 6. part. in priui.
13 17. col. 4. ver. & ex prædictis. ex quo † etiam inupta
& virgo poteſt dici dotata. Bal. in l. non ſine. nu. 4.
C. de bon. quæ lib. & prout clarius in terminis con
ſuluit Ang. conſi. 349. conſultatio. vbi maximè fir-
mat ius eſſe purum & non conditionale pro peten
da & conſtituenda dote, & ſic dos habeт loco legi-
timæ. Alex. conſi. 55. ad fi. num. 11. lib. 2. & hac ra-
14 tione, & quia † filia prohibetur vltra dotem aliquid
aliud petere, poſſe dotem purè & ſtatim conſequi.
tradunt Abb. in conſi. 92. col. 2. lib. 2. & Deci. c[illegible]
106. col. 2. maximè in 4. 7. & 8. fundamento, [illegible]bi
probat, ex quo ſtatutum mandat filiam dotari, &
ab omnibus alijs bonis excludi defuncti, & dote
contentam remanere debere, ꝙ velit, & manifeſtè
pateat eam in tali dote plenum ius ratione ſucceſ-
ſionis conſequi. Idem per Corn. conſi. 40. col. 6. &
ſeq. lib. 3. & ſentit Soci. conſi. 57. colum. 2. verſi. ſed
quid plura. lib. 4. & nouiſſimè latè per P. Io. Anch.
in q. 51. lib. 2.
Sed quantum hoc ius eſſe poſſit, quanta ve cen-
ſeatur ipſa dos donata, videndū eſt. Puto equidem
iure poſſe defendi in d. donatione venire prędi[illegible]m,
qđ fratres d. La. donatricis poſt diuiſionē aliorum
ſuorum bonorū in inſtrō diuiſionis pro indiuiſo
reliquerunt cū dotiū ipſius do. Lauiniæ tūc innu-
ptę extimatum mille & centū florenis. Poſito enim
ꝙ tale ius conſequendi dotem eſſet conditionale, ſi
maritabitur, vt dicit Pau. de Caſt. in d. §. Titio gene
15 ro. col. pen. cum tamen † eadem conditio verificari
poſſit & in matrimonio ſeculari, ſi viro mortali nu
bat, & in matrimonio ſpirituali, ſi ingrediatur mo-
naſterium, & Christo Deo vero immorta-
li nubat, per ea quæ tradit Bal. in auth. niſi. in prin.
C. ad Trebel. in terminis Petr. de Anch. conſi. 108.
in paucis. ſequitur Feli. in d. ca. in præſentia. col. 18.
ſub num. 38. de prob. Bald. Nouel. de dot. in 1. part.
col. 2. ver. alio modo tertio. Geor. Nat. in rep. capi.
quamuis. num. 118. de pact. in 6. Alber. Bru. de ſta.
fœmi. exclu. in 6. arti. in q. 5. quia ex communi vſu
loquendi dicunt, ita dici monialem dotatam ſicut
* mulierem nuptam, quo attento ita eſſe com. & ve-
ram opin. teſte Soci. dicit ibidem Alber. Bru. & fir-

mat

mat Ruin. consil.98. nume.4. 14. libro 2. de ma-
16 trimonio enim carnali † ad spirituale valere argu-
mentum plura adducit Marsil.in singu.215.

Et cum (premittendo secundo verba instrumen-
ti diuisionis ibi. Et hoc reliquerunt pro indiuiso
causa dotium honestę puellæ dominæ Lauiniæ so-
roris nuptæ dictorum fratrũ pro extimatione flor.
s too. &c.) existente obligatione ipsorum fratrum
de ea dotanda, conditione ex dicto statuto, possint
importare, & demonstrant primùm quòd hoc præ-
dium inter eos non diuidendo, reliquerunt & di-
miserunt eorum sorori pro sua dote, quæ postmo-
dum illud possidendo, & postea sua mater donata-
ria dicuntur habuisse, taliter quòd ipsi fratres ab
hoc recedere nõ possunt. l. si inter. C. com. vtr. iud.
& l. si diuisionem. C. famil. erciscun. vbi & si loqua
tur inter consortes, tamen & id potest procedere
in sorore, quæ parum abest à consortio bonorum,
ex quibus à fratribus debet dotari ex dispositione
statuti, & de facili potest ab eis admitti in commu-
17 nionem & partem bonorum, † vti rem de facili re-
uertentem ad suam naturam, per l. si vnus. §. quod
& in specie. ff. de pact. tradit Alber. Bru. de stat.
fœm. exclu. in to. articu. in quæst. 2. & Campeg. in
simili tracta. in quæstio. 8. & hoc magis fundatur
18 in traditione possessionis quàm in alio, quæ † facit
rem non esse integram, ita quòd non possunt fra-
tres reuocare possessionem sic traditam. Bald. in d.
l. si diuisionem. Et tamen causa diuisionis cum so-
rore non sic subsistente, sed causa dotis expressa in
dicto diuisionis instrumento, quæ ex obligatione
præcedenti ad sororem dotandam impulsit dictos
fratres ad ita disponendum, vt est diffinitio cau-
sæ secundum Barto. in l. demonstratio. §. primo. in
principio. de conditio. & demonstrat. & fauorem
præbet sorori dotatæ & donatariæ, vt ex eodem
diuisionis instrumento niti possit, vt idem Barto.
probat in consilio 123. factum sic se habet. & Bal.
Nouel. de dot. in sexta parte. in priui. 78. vt ex cau-
19 sa † ista dotis, etiam conditionali, præcedente tra-
ditione, ante conditionẽ impletã dominium tran-
slatum defendi possit, per doctri. Bart. in l. sub con-
ditione. ad fin. ff. de soluti. sequitur Socin. consilio
570. columna prima. libro secundo. Exinde ob
expressionem causæ dotium pura etiam & non con
ditionalis huiusmodi dispositio dici potest, vt per
Bald. in dicta authen. nisi rogati. columna prima.
versicu. in text. ibi, causa dotis. Deinde & possunt
dicta verba importare declarationem dotis dictæ
donatricis in dicto prædio æstimato sic ad hunc
effectum, & destinationem ac pollicitationem do-
tis, vt declaratio huiusmodi fieri potest à fratribus
obligatis dotare sororem vigore statuti, etiam so-
rore absente, cui exinde fuit acquisitum ius, non
potest resolui, sed ei fuit conseruatum, etiam ali-
cujus matrimonij conditione non adimpleta, vt
in terminis probat Deci. in consilio 35. columna
20 secunda. versicu. tertiò quòd ius. Destinatio † do-
tis fit, vbi obligatus dotare vel alius, etiam fœmi-
na non nupta, exercuit, quantum in eo fuit, offi-
cium dotandi, probat text. in dicto §. Titio gene-
ro. circa fin. ibi. Quæ doti fuerat destinata. & ibi
Barto. & in l. cum plures. in principio. ff. de admin.
tuto. & in l. non est. de ritu nupt. glos. in versicu. de-
derit. & in versicu. fecerit. in l. fina. C. de dot. prom.
quam destinationem, quia omnino tenebantur ipsi
fratres dotare sororem, non possent remouere ali-
ter disponendo, per ea quæ in simili specie tradit
Socin. in consilio 249. columna pen ultima. versic.
aliquando & secundò. libro primo. Pollicitatio
21 † quòque dotis fieri sufficit per qualiacunque ver-
ba, per text. in l. ad exactionem. de dot. prom. &
quàndo fit ex obligatione præcedenti, etiam ante
acceptationem non posse reuocari, per cap. si tibi
absenti. de præbend. in sexto. sentit Ripa in rubri.
columna septima. nume. 27. versicu. tertiò allega-
tur. de verborum obligat. Cum autem tam in de-
stinatione quàm in pollicitatione fuerit deuentum
ad traditionem possessionis, vt in casu isto euenisse
præsupponitur, scilicet donatricem possedisse, &
matrem donatariam possedisse, & possidere in prę-
senti dictum prædium, id ergo effectum est irreuo-
cabiliter ipsius donatariæ, & amplius destinantes
& pollicentes non possunt illud vindicare & pœ-
nitere. l. traditionibus. C. de pact. l. 3. §. fina. ff. de
pollici. l. 3. C. de furt. à contrario sensu, & Ripa
in dicta rubri. nume. 28. de verborum obligatio.
Quæ maximè procedunt in dote, pro qua pater, &
sic frater pariter dotare obligatus vigore statuti,
cogitur assignare filiæ aliquam partem sui patri-
monij, quare & imò assignando simpliciter fun-
dum videtur assignasse in plena proprietate, vt post
mortem filiæ duret talis assignatio, hæc sunt verba
ferè formalia Bald. Nouel. de dot. in sexta parte. in
priui. 55.

Quæ insuper & ex præmissis concludendo ac
sublato omni scrupulo procedunt, quòd adim-
pleta & extante conditione matrimonij spiritua-
lis per dictam donatricem effectam monialem,
pro quo quidem spirituali matrimonio cessit dies
dotis dandæ, etiam vigore statuti excludentis fœ-
minam, vt supra præmissum & probatum est, di-
ctum prædium effectum est pleno iure dictæ do-
natariæ vigore dictæ donationis illud possiden-
tis, hac de causa illudque ita præsumitur ei tradi-
tum per l. quædam mulier. & ibi glossa. & Barto.
ff. de rei vindi. cum concordan. allega. per Aymo.
22 consilio 255. nume. 3. quia † datum ante nuptias,
& extante conditione nuptiarum, non potest re-
peti, vt in specie decidit glos. in versicu. sub incer-
to die. in l. sub conditione. ff. de conditio. indeb.
* quæ ibi per Doctor. communiter approbatur, &
alia glos. fina. in l. quod si sub ea. ibidem sequen-
te. not. generalem conclusionem ex dictis legi-
23 bus, quòd † id quod postea efficitur debitum non
potest repeti, licet ab initio fuerit indebitum, & in
specie etiam est text. in l. si ego. §. primo. ff. de iur.
dot. vbi rei datæ causa dotis ante nuptias secutis
nuptijs dominium ipso iure ad maritum transfer-
tur. Et si hic diceretur opponendo, ergo ad mo-

R nasterium,

nasterium, & non ad monialem vel eius donatariam, statim huic difficultati, & quibusdam alijs respondebo.

Resultat igitur ex his firma conclusio, ius dotis dictæ Lauiniæ, etiam conditionale, venisse sub dicta donatione, per d.l. spem.C. de donatio. tale ius esse destinatum & declaratum in dicto prædio, vt ante demonstratum est, & per matrimonium spirituale donatricis extitisse conditionem, vt ius & prædium donatum pertineat ad donatariam.

Namque ius & prædium istud non transiuit ad
24 monasterium, sed ad donatariam, quia † ante ingressum monasterij fuit facta donatio de bonis & iuribus præsentibus & futuris donatricis & validè, vt concessum est, per text. in d. §. illud. in auth. de mon. & Docto. in d. authen. si qua mulier. & in d. cap. in præsentia. de prob. Vnde extrema & à quo
25 & ad quod fuerunt habilia, & conditio † in contractu huiusmodi donationis trahitur retro ad tempus contractus. l. necessario. §. quòd si pendente. ff. de peri. & com. rei vendi. l. si filius. in principio. & ibi glos. & Docto. de verborum obligatio. & l. antepenultima. circa fin. C. de donat. inter virum & vxorem. & per ea quæ tradit Alexand. consi. 26. sub versicu. tertiò præsuppono. libro secundo. vbi
26 † donatio facta vxori per maritū, confirmata morte mariti, trahitur retro ad tempus factæ donatio-
27 nis. Sic autem casualis † conditio tribuens plenam firmitatem contractui trahitur ad tempus contractus, Barto. in l. si vero. §. si filiofamil. ff. mand. & Alexand. consilio 232. columna fin. nume. 8. lib. 6. Præsertim quia conditio nuptiarum non est apposita contractui nostræ donationis, quę purè & simpliciter facta est de bonis & iuribus præsentibus & futuris, quæ, & si conditionalia essent, non reddunt ipsum contractum conditionalem, sed inde dicitur donata spes, & validè per d.l. spem. existente hac spe iure approbata, & suo iure certo, vt declarat Barto. in l. is potest. columna secunda. in fin. nume. 12. ff. de acquirend. hæredit. cuius spei conditio cum extiterit, sequitur effectus donationis, quòd res donata peti potest. l. cedere diem. de verborum significatio. non verò quòd retrotrahatur conditio ad tempus contractus qui est ex se purus & simplex, quod multum animaduertendum est, quia refutat multos anfractus qui ex fictionibus & translationibus retro fiendis vel ne per Barto. & alios tractantur in d. l. si filius. in principio. & in l. si is qui pro emptore. de vsucap. & in l. sub condi-
14 † Papæ præ[illegible] consi.152.c[illegible] tur R[illegible] & A[illegible] o.[illegible] v[illegible] supe[illegible] 1.[illegible] for[illegible] is fue[illegible] it a[illegible] stra, quan[illegible] pus ab antiquissi[illegible] o t[illegible]
15 res agatur d[illegible] æ Vniu[illegible] quæ[illegible] bet m[illegible] a t[illegible] fac[illegible] .d[illegible] c.§.[illegible] 1.De[illegible] .nu[illegible] .4.[illegible] .qui adini.[illegible] c[illegible] 584.nume.1.

V[illegible] imo loco ratio alia ob[illegible] a, vel q v[illegible] lius est [illegible] nu[illegible] m [illegible] b solen[illegible] on adl[illegible] tr[illegible] um [illegible]
* tu[illegible] el [illegible] be [illegible] pos[illegible] p[illegible] c[illegible] re[illegible] m[illegible] p[illegible] c [illegible] bonis [illegible] nt[illegible] immen[illegible] tempo[illegible]
16 futatu[illegible] , qui[illegible] p[illegible] u[illegible] ontrac[illegible] q[illegible] t[illegible] p[illegible] b[illegible] t[illegible] [illegible] A[illegible] c[illegible] A[illegible]
17 d[illegible] p[illegible] sump[illegible] a[illegible] t.[illegible] p[illegible] ac[illegible] d[illegible]
[illegible] r[illegible] V[illegible] a[illegible] equ[illegible] n[illegible] ge[illegible] u[illegible] d[illegible]
18 [illegible] d[illegible] p[illegible] vt[illegible] p[illegible]
19 rati[illegible] vel [illegible] iu[illegible] quod [illegible] p[illegible] Bart[illegible] nu[illegible].sub v[illegible] con[illegible] ,pe[illegible] .p[illegible] C[illegible] p[illegible] consi.97.[illegible] cl[illegible] .5. Se[illegible] do, qu[illegible] V[illegible] s non [illegible] ad a[illegible] p[illegible] re co[illegible] sum n[illegible] solenniter [illegible] rit c[illegible] ata, & superinde vniuersaliter matu[illegible] consi[illegible] um præhabuerit, & cum tractatur de pe[illegible] do, omnes fuerint concord[illegible] de Vniu[illegible] a[illegible] p[illegible] d[illegible] s [illegible] s, a[illegible] q[illegible] singul[illegible] eu[illegible] c[illegible] bu[illegible] aliqu[illegible] bus V[illegible] ue[illegible] , ipsi quidem Vn[illegible] ti nu[illegible] um po[illegible]
20 in[illegible] p[illegible] iud[illegible] um[illegible] v[illegible] i[illegible] juribu[illegible] &[illegible] us in spe[illegible] l[illegible] n d.[illegible] on[illegible] Communita[illegible] h[illegible] m[illegible] .4. & [illegible] code[illegible] su[illegible] arium [illegible] u[illegible] d[illegible] fa[illegible] q vt[illegible] & in[illegible] Vniuersitatis homines ibidem renunciauerint [illegible]
ribus

tibus Vniuersitatis, quod in casu nostro dici nõ potest. Idem Feli. nuncupatim dicit in c. cum accessissent. col. 13. sub nu. 29. & ver. tertiò limita. de consti
21 titu. † quod si singulares de populo cõtrauenirent priuilegio concesso populo, per hoc non perdit Ciuitas priuilegium, quia actus eorum non nocet vniuersis, nisi præcesserit tractatus, vt ibi per eum.

Similiter & econuerso, quod in contrarium de dictis bonis Monaci disposuerint per tempus etiam de cuius initio non extat memoria, exinde iura dictę Vniuersitatis acquisita ex dicto instrumẽto adempta non sunt, l. sicut, C. de act. & oblig. l. id quod nostrum. de reg. iur. Alex. d. consi. 27. nume. 1. 2. & Soci. consi. 137. circa fi. lib. 1. & consi. 91. nume. 7.
22 lib. 4. Cum enim credi † debeat scriptis & contentis in dicto instrumento, l. in exercendis, C. de fide instru. iam per confessionem monacorũ in eo scriptam, & contra eos probantem, per l. optimam, C. de contr. & com. stip. cõstat dictam Vniuersitatem per annos 40. & vltra pacificè & quietè possedisse castrum, terras & ędificia iuxta pacta & cõuentiones, prout in dicto instrumento legitur, per quod etiam in antiquis dici potest probari possessionem vel quasi hominũ dictę Vniuersitatis circa iura dicti instrumenti. Aymo. in consi. 54. nu. 10. Ad quæ autem iura, & eorum possessionẽ eisdem datur redintegratio, c. reintegranda, 3. q. 1. tradunt doct. maximè Soci. in l. rem quæ nobis, ff. de acq. poss. contra præscriptionem 30. ann. etiam centum an. defendi potest ipsa Vniuersitas. Primò, cum certo modo conuentionis ineundæ & contrahendæ, quod decurso tempore legitimę præscriptionis iterum & semper deberi incipiat & sortiatur effectũ conuentio, per l. sicut in annos, ff. qui mod. vsufr. amit. vt
23 pro remedio † seu cautela, quo actio non perimatur tempore, tradit Bart. in l. nemo potest, col. pen. sub nu. 22. de leg. 1. quem & concor. allegando ibi sequitur Alex. num. 30. & cum Abbas & monaci promiserint omnia & singula contenta in instrumento perpetuò habere rata & firma & in nullo
24 contrafacere &c. per † quam promissionem tentauit Ang. & Imo. sequitur in l. 1. ff. de vsucap. videri renunciatum præscriptioni, & adducit Soci. in cõs. 86. col. pen. ver. secundò probatur. & ibi in vltima subscript. lib. 1. & latè probat Hiero. Cagno. in l. 2. num. 87. cum sequen. C. de pact. inter. empt. & vẽd. maximè iuramento accedente, vt ibi per eum, efficacius tamen & verius dici potest huiusmodi cautelam remissæ præscriptionis per dictos Abbatem & monacos expositam & contentam esse in dicto instrumento vigore clausulæ, omni modo, via, iure & forma quibus magis &c. in eo ascriptæ, per
25 † quam dispositio hominis quælibet omnes continet modos & casus quibus magis efficacibus & validis, & melius potest sortiri effectũ, nullum modum viam, formam vel casum excludẽdo, qui fuerint in potestate disponentis. arg. l. Iulianus. de leg. 3. & c. solitæ. de maio. & obed. per Bar. & alios in l. 1. §. si quis ita. de verb. oblig. Feli. & Deci. in c. cum super. de offi. deleg. Aym. consi. 141. num. 3. & alibi
26 per doct. sicut enim iuramento † posse renunciari præscriptioni putat Alex. in d. l. nemo potest, col. pen. versic. putarem tamen, eadem ratione dicendum est idem de clausula (omni modo meliori) cum eiusdem effectus sit vtrunque, per text. & ibi omnes sic exponunt & æquiparant in l. cum pater, §. filius matrem. de lega. 2. His modis propositam hanc responsionem contra omnem temporis lapsum puto concludentem & validam pro dicta Vniuersitate.

Secundò aduersus dictam præscriptionem dictę
27 Communitati ex clausula generali † (si qua mihi iusta causa visa fuerit) etiã pro iure amisso nõ vtendo competit restitutio in integrum, cum maximè diu fuerit deperditum & occultatum dictum instrumentum, per l. & Attilicinus. de serui. rusti. præd. & l. si partem, §. 1. iũcta gl. 1. quẽadmo. serui. ami. firmat in specie Soci. in d. consi. 86. in fin. & in vltima subscript. in fin. cum maximè etiam completa præscriptione 30. vel 40. anno. semper durauerit quadriennium datum ad restituendũ contra læsionem inductam per præscriptionem, quod à principio
28 † est vtile & nunquam currit ignorãti, etiam si staret vltra centum annos, secundum Bal. in l. falsam, C. si ex fals. instru. & Alex. consi. 89. col. 4. in princ. num. 11. & alios concord. allegat Aymo. in d. tract. de antiq. tempo. in par. 4. nume. 187. in 23. q. & nu. 196. dicit Bald. in d. l. falsam. communiter approbari, quod etiam post centum annos possit peti restitutio, præsupposita ignorantia in præteritum, vt pręsupponitur pro dicta Vniuersitate, & præsumitur, per l. verius, ff. de prob.

Pro qua igitur non minus digna fauore & gratificatione quàm sit locuples monasterium remotis dubitationibus adductis, & habente clara iura per instrumentum quod diffinit causam sicut casus le-
29 gis † Aymo. consil. 31. in fin. & consi. 317. col. 1. & per decis. supra alleg. pronunciandum existimo pro consequendis omnibus sibi promissis in ipso instrumento. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXVI.

ARGVMENTVM.

Valet sententia in causa appellationis lata ex consilio sapientis responden tis simul tam super appellatione admittenda, eo quòd duæ sententiæ latæ essent euidenter iniquæ, & non conformes, & tam super meritis, viso puncto sic facto. Præcepit Dominus Dux punctum causæ nunc vertentis inter

inter partes decidi cōsilio sapientis, cum facultate declarandi vtrum appellatio deuoluat,& transmisso toto processu, lataq; sententia in auditorio ducali partibus præsentibus & non appellantibus.

SVMMARIVM.

1 *Consilium excedentis fines commissionis in iudicando, non valet.*
2 *Principis mens & voluntas à legibus inspecta est finem litibus imponendi.*
3 *Inspici debet id ad quod principaliter hominis actus ordinatur.*
4 *Causa, verbum intelligitur de iure principali ipsarum partium, quod merita ipsarum partium tangit.*
5 *Causa finalis & intētio in appellationis causa est, quod cognoscatur super meritis, vt possit iudex pronuntiare appellationem iustam, vel iniustam.*
6 *Cum, dictio habet vim copulæ.*
7 *Dictio (Nunc) designat tempus præsens.*
8 *Commissio causæ appellationis an sit legitima, in se continet etiam cognitionem causæ principalis.*
9 *Principis voluntas intelligitur prout iuris.*
10 *Consultor debet ita consulere & pronuntiare, vt partes à tota controuersia discedant.*
11 *Commissionis formam excedens nulliter agit.*
12 *Actus vt valeat, improprientur verba, & intelligantur largissimo modo, & omni modo meliori, etiam in his quæ sunt stricti iuris.*
13 *Iudex quid facere debeat in causa appellationis.*
14 *Sermo indefinitus æquipollet vniuersali.*
15 *Expressio eius quod tacitè inest, & alio modo non est expressum quàm inesset, nihil operatur.*
16 *Obseruantia tollit nullitatem obiectam ex aduerso.*
17 *Consensus consilio lato præsumitur adhibitis ex non appellatione, vel reclamatione intra decendium.*
18 *Laudum per arbitrum, de cuius compromisso non apparet, latum partibus præsentibus acceptantibus expressè vel tacitè valet, & adducitur ratio.*
19 *Consultor assimilatur arbitro.*
20 *Sententia lata ex consilio irrito, vti dato non seruata forma commissionis, debet rescindi per appellationem tanquam iniusta.*
21 *Sententia lata ex falsis testibus, vel ex falso instrumento contra præsentem, valet, nisi fuerit appellatum.*
22 *Iudex potest informare ex se ipso de obseruantia, interrogando practicos sui auditorij.*
23 *Inferior non potest se ingerere in actu per superiorem tractato, qui etiam inutilis fuerit.*
24 *Declaratio appellationis desertæ pertinet ad superiorem coram quo introducta fuit.*
25 *Credens consilio iurisperitis, etiam minus bene consulentis, iustam erroris causam habet.*
26 *Imputandum est ei qui non fecit quod facere potuit.*
27 *Executio primarum sententiarum committi non potest ubi non currunt fatalia.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.



DVbium excitatur contra Dominam F.
q sententia cōtra eam lata exequi pos-
sit, vti non reuocatur per aliam lectam
in auditorio Ducali ex consilio sapien-
tis. Quia Dominus Consultor habens facultatem
in puncto sibi transmisso solum declarandi an ap-
pellatio Dominæ F. deuolueret, vel sententiæ con-
tra eam latæ essent conformes, consuluit de appel-
latione admittēda, & etiam super meritis reuocan-
do sententias contra eam latas, in hoc dubium ver
1 titur, q iudicando † super meritis causæ excesserit
fines commissionis, & in his non valeat suum con-
silium, vt non eundo per generalia in termini est
decisio Bar. in l. lecta. col. 3. ver. aliquis fuit captus.
* si cer. pe. quem ibi Bal. & alij communiter sequun-
tur, q consultor inualidè & nulliter consulit extra
articulum seu punctum commissionis, & q super
eo, quod validè consuluit de appellatione ad it-
tenda, appellatio hæc modo nō subsistat, quia non
fuit prosecuta neque commissa, & per lapsum plu
rium annorum effecta est deserta, idque cognosci
posse per primum Iudicem exequēdo suam senten-
tiam, vt post alios per Marant. in specu. aduo. in
tima par. in 2. act. nu. 189.

Censeo equidem dubium hoc solui & iure de-
fendi posse pluribus modis, sententiāq; ipsam in au
ditorio Ducali lectam prolatam & publicatam ex
consilio sapientis decisiuo etiam super meritis va-
lere & obseruari debere.

Primò animaduertendum est, q non partes ne-
que Iudex inferior commiserunt vel transmiserunt
causam hanc consilio sapientis decidendā, sed Prin
2 ceps noster Superior fuit, cuius † mens & voluntas
à legibus inspecta est finem litibus imponendi, c. fi.
de do. & contu. cum ibi sign. in prima glo. & not. in
l. fratris, C. de transact. & coram quo causa introdu
cta erat per appellationem pro parte D. F. inposi-
tam, ea ergo per Dominum Principem commi
decidi consilio sapientis præsumitur, & super pro-
cessu ad vlteriora per appellationem bene factam,
& per meritis commissa, ex quo maximè in facto
nil aliud releuans erat probandum, vt taliter deci-
deretur q finis liti imponeretur, iuxta legale votum
Principis, per tex. in d. c. finem. cum simil. vt in spe-
cie dicit Imol. in l. iudex. col. 5. in versi. sed aduerte
quia, ff. de re iud.

Secundò, & id voluisse & disposuisse Principem
apparet ex suo præcepto, quo præcepit punctū cau-
sæ nunc vertentem inter dictas partes decidi con-
silio sapientis, cum facultate declarandi, vt
appellatio interposita à Domina Francisca deuol
uat, vel sententiæ sint conformes, declaratio mit-
tatur ad suam excellentiam sub sigillo. Namque vt
in simili exponit Iuriscon. in l. Celsus ait, ff. de arb.
ex hoc duo sunt Principis præcepta, vnum, q pun-
ctus causæ & factum principale decidatur, alterū,
an appellatio sit admittenda, ordo scripturæ nihil
facit, dum præcedere debet intellectus prius de ap-
pellatione

pellatione admittenda, l. nec enim, ff. de soluti. hæc huiusmodi præcepta duo probantur, per copulam vel dictionem, cum, vim copulæ habentem inter positam, dum enim præcipitur punctum causæ decidi, quod est vnum, inest & facultas decidẽdi concessa, cũ sine ea non posset sequi decisio, vt per text. in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & intelligitur de puncto
3 principali causæ, quia † id inspici debet ad quod principaliter hominis actus ordinatur, dicit Alex. consi. 8. col. 4. ver. præterea. nu. 10. lib. 3. principalis autem quæstio dicitur quæ continet finalem intentionem & finalem causam, & quæ principaliter disputaꝰ propter se, nõ indirectè propter aliud, hæc sunt verba Bal. in l. non ignorat. col. 3. ver. quæstio vero. sub num. 9. C. qui accus. & per Bar. in l. ambitiosa. col. 5. & seq. ff. de decr. ab ordi. fa. & Ias. in l. si quis nec causam. col. 4. si cer. pet. & verbum, causa,
4 intelligitur de iure principali ipsarũ partium, † qđ merita principalis causæ tangit, per l. propetãdum. in princ. C. de iudi. & l. 1. cum glo. solu. matr. & per Cast. & Alex. in l. postquam liti. col. 1. C. de pact. in specie tradit Ias. consi. 200. post princ. lib. 2. nam
5 finalis † causa & intentio in appellationis causa est, ꝙ cognoscatur super meritis, vt possit iudex pronunciare appellationem iustam vel iniustam. vt l. eos. in princip. C. de appel. Indirectè verò propter aliud fit, & incidẽs est quæstio, vbi quæritur an appellatio sit admittenda. Hinc est ꝙ pronūciatio seu sententia super ea prolata dicitur interlocutoria. c. sua nobis. de appell. & glo. in clem. fi. eo. vnde illud alterum præceptum sub quo subijcitur. cum facultate declarandi &c. ꝙ hoc sit copulatiuè & accessoriè expressum, & augmentatiuè, & non limitatiuè, seu restrictiuè, probatur ex significatione easdem qualita-
6 tes continente dictionis, cum, quæ † habet vim copulæ, l. si quis inquilinos, §. pen. de lega. 1. & l. 3. de pec. leg. & accessoriè, vt per Bar. in l. Seiæ, §. Gaio. sub versi. secundo casu. de fun. instruct. & Bald. in l. Titiæ, §. nihil differt. de leg. 1. & ponitur augumẽtatiuè & non taxatiuè, l. si cui serui. in princ. de leg. 1. & ibi Bar. Albe. & Imo. ergo commissio facta D. Consultori continet facultatẽ decidendi punctum principalẽ causæ appellationis, & super meritis, & facultatem declarandi super appellatione admittẽda, per supra alleg. Non obstat ꝙ dicat punctum
7 causæ nunc vertentem, quia dictio, † nunc, designat tempus præsens, l. Gallus, §. nunc de lege. de liber. & posthu. & l. si seruitus. in princ. de serui. vrb. præd. & verum est tempore commissionis huius pũctum causę vertere & principaliter super meritis, per d. doctr. Bald. in d. l. non ignorat. colum. 3. iuncta d. l. eos. in princi. cum penderet tunc appellatio Do. F. Quę omnia optimè comprobantur ex his quę tradit Deci. in c. vt debitus. col. pen. num. 22. cum seq.
8 de appell. ꝙ commissio † causę appellationis, an sit legitima, in se continet etiam cognitionem causę, principalis, & ab hac communi opin. non esse recedendum ibidem dicit.

Tertiò, dictum Principis pręceptum punctũ causæ expediendi consilio sapientis, continet prout
9 iuris & quid iuris fuerit, quia † talis est voluntas Principis, Bal. & Ias. not. in l. ex facto. de vulg. & pupil. cum taciti & expressi idem sit iudicium, l. cum quid. si cet. pet. perinde est ergo ac si expressum esset, decidi consilio sapientis punctũ, quid iuris fuerit, quo casu Consultor debet decidere omnẽ quęstionem ex facto descendentem tam super appendicijs q̃ super principali, & circa iustitiam & circa iuris ordinem, per plura iura similia verba continentia, in terminis tradunt Ange. & Ias. in l. eius. si cert. pet. Imo. & Alexand. in l. qui quadringenta. in princ. ad leg. Falci. Quòd ita D. Consultor facere deberet, effectu ipso demonstratur, ꝙ quales esset punctus & super quo facti vel iuris articulo verteretur nullibi fuit specialiter & nominatim expressum, nisi ꝙ ad eum fuit transmissus processus cum petitionibus & responsionibus partium cum testo D. T. cum sententijs latis contra Domi. F. & cum sua appellatione, vt ex ipso processu Do. Consultor posset comprehendere & colligere punctum quęstionis vertentis inter partes, hoc est quod dicit Deci. in c. intimasti. col. 2. in fi. de appell. vt tollatur difficultas formandi certum punctum, consilium est vt transmittatur processus, & petatur simpliciter quid iuris, quia tunc Consultor tenetur respondere super meritis causę, & super processu, vt
10 ibi per eum, & taliter pronunciare † & cõsulere debet, vt partes à tota controuersia discedant, l. dicere autem. in princ. ff. de arbi. prout fecit in specie proposita, & credo benè, & quilibet consulere requisitus forsan non aliter fecisset.

Quartò, minimè dici potest clarè constare fuisse factam certam commissionem illi Consultori, vt solummodo pronunciaret super deuolutione appellationis, & nõ super meritis, vt firmiter dici pos
11 sit eum excessisse formam cõmissionis, † & sic nulliter, secundum Bald. Alex. & alios in d. l. lecta. ad hoc adduco tex. in l. si quis pro eo. ff. mand. Quinimò habens facultatem decidẽdi punctũ principalem, vt supra probatum est in secundo fundamẽto, adiectio illa, cũ facultate declarãdi vtrum appellatio &c. stat augumentatiuè, & non taxatiuè, per tex. in d. l. si cui serui. in prin. de leg. 1. quod vniuersum dubiũ soluere videtur. Aut aliàs minimè inficiari potest obscurum & dubium esse valde, si D. Consultor excesserit fines cõmissionis etiam consulendo super meritis causæ, quo casu tenenda est pars, ꝙ non excesserit pro validitate sui consilij, per generalem regulam. l. quoties. de reb. dub. cum vulg.
12 nam vt actus † valeat impropriantur verba & intelliguntur largissimo modo & omni modo meliori, etiam in his quæ sunt stricti iuris, ad hæc plura allegat Aymo. consi. 222. nu. 7. & sequent. & consil. 278. col. 5. & consi. 52.

Quintò suadetur, & forti ac concludenti ratione defenditur dictum consilium validum etiam super meritis causæ emanatum. Quoniam posito ꝙ simpliciter præceptum Principis contineret punctum causæ nunc vertentem inter partes litigantes debere expediri consilio sapiẽtis absque expressione illa,

ne illa, cũ facultate declarandi vtrũ, appellatio &c.
transmisso processu ad consultorem, qui videns ta-
le præceptum & processum esse completum, super
quo iam erant latæ duæ sententiæ, & nihil in facto
pro cognitione iustitiæ vel iniustitiæ sententiarum
fore probandum, vidensque appellationem D. Frã
ciscæ, & oppositiones aduersariorũ de appellatio-
ne probibita contra duas conformes sñias, vtiq; po
terat & debebat cõsulere quid iuris sibi videretur,
tam super processu de appellatione admittenda vel
ne, q̃ si nõ fuisset admittẽda, res fuisset expedita sup
13 meritis. Primùm enim iudex † in causa appellatio-
nis inspicere debet si appellatio subsistat. Old. cons.
304. infrascriptæ allegationes. in prin. quæ cum te-
neat, tempè venire debet etiam ad merita, & pro-
nunciare iuxta terminos. d. l. eos. in prin. C. de ap-
pel. quia sermo iste. præcepit punctum causæ nunc
14 vertentem &c. est indefinitus, † & æquipollet vni-
uersali. l. si pluribus. in princ. de leg. 2. l. si plures. de
leg. 3. & l. quidam. de vi. tri. lega. cum simil. & benè
accommodatur tex. in l. qui peculij. ff. de pecul. er-
go expressio illa, cum facultate declarandi, quæ ta-
15 citè inerat, † & alio modo non est expressa q̃ ines-
set, nihil operatur. l. 3. & ibi Bar. & alij. de leg. 1. cũ
simil. Sic autem verisimile est Principem voluisse fi
nem imponi liti per alleg. suprà in primo fundamẽ
to, & non transmitti dictam causam expediendam
consilio sapientis extra Statum contra sua decreta
pro habenda sola decisione super appellatione ad-
mittenda, & ꝙ postmodum pro decisione super me
ritis esset eundum ad alium Consultorem similiter
extra Statum, quoniam omnes iudices & doctores
de Statu erant suspecti D. F. quia vnus de suis aduer
sariis erat gener tunc vnius Auditoris Ducalis, qui
in toto Statu potens erat opere & sermone, vt noto
rium est: ideo hoc verisimile attento, tantumq; in
iure nostro attendendo per plura cumul. & allega.
per Tiraq. in l. si vnquam. in præfa. num. 37. cum se-
quent. de reuo. don. & vt circuitus euitentur. l. do-
minus. de cond. indeb. dicendum est commissionẽ
continere cognitionem etiam super meritis, & con
sequenter validum esse consilium superinde ema-
natum, prout postea ratum sic etiam super iniustitia
sententiarum datum per ipsum Principem habitũ
est, dum ad preces D. Franciscæ narrantes tale con-
silium sic latum, mandat per Locumtenentem eam
reponendam in possessione bonorum, & ita fuit ob
16 seruatum, adeo ꝙ † ex ista obseruantia tolleretur
eius prætensa nullitas obiecta ex aduerso. l. quædã
mulier. ff. famil. ercis. cum simil. allega. per Aymo.
consi. 101. nu. 4. & consi. 137. nu. 9.

Sextò, & si dicta commissio non contineret co-
gnitionem meritorum, quod nequaquam conce-
dendum est per superius alleg. Cùm tamen Cõsul-
tor credens habere cognitionem meritorum præ-
mittat commissionem sibi factam continere plura
quæsita, etiam de meritis, dum incipit. Ideo pro co
gnitione quæsitorum, & sic incipit tractare de me-
ritis, & suum consilium fuerit lectum partibus præ-
sentibus & non appellantibus vel reclamantibus
17 intra decendium, † per quod videntur consensisse.
Bar. in l. 1. in vlt. not. C. de relati. & Felin. in c. cũ in
iure. col. 4. ver. fallit in sententiis. de off. dele. proin
18 de † sicut laudum per arbitrũ, de cuius cõpromisso
non apparet, latũ partibus præsentibus acceptanti-
bus expressè vel tacitè valet, quia ex huiusmodi p̃-
sentia & acceptatione tunc oritur cõpromissum, &
auctoritas arbitri. vt est dictũ Ang. in l. sciendũ. de
* verb. oblig. cõiter approbatum, vt per Alex. consil.
84. nu. 3. lib. 5. Corn. consi. 245. lib. 2. Soci. consil.
204. nu. 4. lib. 4. & Rui. consi. 135. nu. 8. lib. 5. Ita di
cendum est de consilio Consultoris emanato in ali
quibus extra commissum punctum, & lecto & pu-
blicato partibus præsentibus & consentientibus, ex
eo saltem ꝙ non appellarunt intra decem dies, ꝙ
sit validum, quia eo tunc potuerunt approbare to-
tum punctum super quo factum est consilium, &
19 quia † Consultor assimilatur arbitro, dicit Bal. con
sil. 481. vertente quæstione. ad fin. lib. 1. sequitur
Soci. Iun. consi. 63. nume. 1. lib. 1. Vbi & Bal. aliud
in fine tenet valde animaduertendum in casu no-
20 stro, ꝙ sententia † lata ex consilio irrito, vti dato
nõ seruata forma commissionis, debet rescindi per
appellationem, tanquam iniusta, per not. in l. 1. C.
de appella. comprobatur, & sicut est de sententia
21 † ex falsis testibus vel ex falso instrumento lata con
tra præsentem, qui ideo debet appellare, quia sen-
tentia tenet. per no. in l. 1. & in l. falsam. C. si ex fals.
instru. probat Papien. in pract. in for. sent. diffi. in
prima glo. nu. 37. non fuit appellatum à sententia
lata ex dicto consilio, ergo transitum fecit in rem
iudicatam, saltem ex lege municipali.

Et modò absurditatem & irreuerentiam quan-
dam ac iniustitiã sapit, velle exequi sententiam re-
uocatam per sententiam latam ex dicto cõsilio va-
lido, & transactam in rem iudicatam, vt ante mul-
tifariam ostensum est. Nec dicatur posse dici perpe
tuò de nullitate huius vltimæ sententiæ defectu iu-
risdictionis Consultoris consulendo extra com-
missionem, quia non excessit commissionem, vt su-
pra probatũ est, & quia Consultor non habet iuris-
dictionem aliquam in partes, non fert sententiam,
nec illum actum iudiciariũ facit, ita in terminis di-
cit Cuma. consi. 144. videtur. circa med. Sed senten
tia hæc nostra publicata lata & lecta in Auditorio
Ducali, & non per Dominos Auditores, nec per
alium Iudicem cui fuerit cõmissa causa, dicitur lata
sub auctoritate, nomine & iurisdictione Illustrissi-
mi & Excellentissimi domini Ducis, hoc demon-
strat locus Auditorij Ducalis in quo fiunt deter-
minationes sub nomine S. excell. vt sic esse audi-
torium exponunt doct. in d. l. lecta. & tex. in l. mi-
nor autem. in princip. de minor. & sic fuisse & es-
22 se communem stilum & obseruãtiam, de qua † Do
minus Iudex potest se informare ex se ipso inter-
rogando practicos dicti Auditorij. Barto. in l. le-
ge iulia. ff. de testi. Alexand. consil. 82. colum. 2.
lib. 3. Aymo. in consil. 104. nume. 9. & alibi. & su-
per causa ipsa in qua se intromisit Princeps & Su-
perior transmittendo eam ad consilium sapientis,

lataque

lataque sententia in suo Auditorio, ea quodammodo spreta, aliquis inferior Iudex non potest se intromittere exequendo vel aliud faciendo contra ipsam sententiam, per allega. ab Aymo. consil. 148. columna secunda. sub nume. 3. & consil. 296.
23 columna secunda. vbi etiam meminit † inferiorem non posse se ingerere in actu per Superiorem tractato, qui etiam inutilis fuerit, per text. in cap. vt nostrum. de appellatio. & per nota. ab Innocen. & alijs in cap. inter dilectos. de excessio. prælat. allegando Ancharan. Roma. & Dec. vt ibidem per Aymo. Quod facit etiam si dicta sententia lata in Auditorio Ducali esset nulla super meritis, vti de his Consultor non habuisset commissionem consulendi, quòd de hac tamen aliquis inferior Iudex sine speciali commissione cognoscere non potest, sed ipse Superior adeundus est, per alleg. decis.

Eadem ratione non potest declarare appellationem per Dom. F. interpositam in dicto Auditorio declaratam per Consultorem deuolutam esse desertam per negligentiam Dom. Franciscæ non fa-
24 cientis eam committi, & cum † ad Superiorem pertineat declaratio appellationis desertæ coram eo introductæ. Franch. in cap. ex ratione. columna 16. in septimo membro. versic. si verò causa. de appel. & Marant. in loco supra allega. in dubijs. Et quilibet in se ipso probet, si haberet sententiam super meritis iam pro se latam, eam refutaret, & procuraret causam committi, subijciendo se tot litium expensis & anfractibus & periculo succumbentiæ pro alia sententia ferenda, vtique nullus reperiretur, qui id faceret, pro his adduco text. in l. non quemadmodum. ibi. Nam & neminem puto dubitaturum. ff. de iud. & text. in l. si ita quis. ibi. Quod vtique nemo sanus probabit. ff. de euictio. & text. in l. item si res. ibi. Hæc enim verecunda cogitatio eius qui lites execratur non est vituperanda. ff. de ali. iud. mut. & in l. 1. ff. eodem. ibi. Et cum intelligeret iudiciorum exitum interdum nobis duriorem constitui, & text. in l. quod debitor. de pecu. & text. in l. si pignore. §. fina. ibi. Vt paterfam. diligens id gessit. ff. de pign. act. Quare & hoc non debet imputari dominæ Franciscæ, quæ etiam non omisisset prosecutionem dictæ suæ appellationis pronunciatæ deuolutæ, quam habebat, credens non habere, ob sententiam super meritis iam pro se simul latam, cui elegerit stare & quam credit pro se habere, vt probatur per text. in l. mater. ibi. Nec enim quæ ex testamento &c. iuncta glos. in versicu. competere. ff. de inoffic. testamen. & credens con-
25 silio Iurisperiti † etiam minus bene consulentis, iustam erroris causam habet, Alexand. consil. 184. ad fin. libro secundo. Et cum ignorauerit sententiam illam super meritis nullam, nihil est quod ei imputetur, vt l. si fideiussor. in principio. ff. manda. & ignorans non dicitur negligere. cap. 2. & cap. quia. de concessio. præbend. Quia donec non fuerit declaratum, & non constiterit eandem sententiam non valere, interim impedit & suum habet effectum vt valida, probatur per tex. in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæstio. potuerunt autem & aduersarij appellati præuenire pro commissione causæ prætensæ appellationis, & pro eius expeditione instare, vt l. fin. §. in his autem. C. de temp. appel. & cap. oblatæ. de appellatio. Quod si non fecerint, ma-
26 gis ergo eis imputandum est, † per not. in reg. damnum. de regulis iuris, in sexto. & in l. cum par delictum. ff. eodem. Si autem hodie pronunciaretur nulla, ex nunc inciperent currere fatalia, quæ ex causis prædictis eidem Dom. F. non cessanti, cur-
27 rere non potuerunt. Et consequenter † non potest committi executio primarum sententiarum, vt per l. contra maiores. C. de Inoffic. testamen. in simili specie tradit Pau. de Cast. in consil. 231. visis actis. ad fin. libro primo. pro quo facit text. in authen. de appel. ibi. Neque ratam esse Iudicis sententiam semel appellatione data, & vbi taciturnitas eius non est culpanda qui læsus sit, quia his quæ gesta sunt de electione iudicis credidit. & eo magis in casu nostro si credidit his quæ gesta sunt de sententia diffinitiua prolata in suum fauorem. Hæc succurrunt mihi dicenda super hoc vltimo nouo articulo, quæ vera puto, sed non credo necessaria, quia valida ostenditur sententia lata super meritis, vt supra latè dictum est. Vnde firma conclusio remanet, non posse neque debere exequi primam sententiam suspensam aut extinctam, & per appellationem admissam dictæ Dom. F. & reuocatam per vltimam sententiam sub auctoritate & principali iurisdictione Principis latam ex sæpe dicto Consilio Sapientis. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurison. Pisauren.

CONSILIVM LXXVII.

ARGVMENTVM.

Plura de quietatione, quòd sit specialis, terminos restrictiuos & causam restrictiuam habens, quomodo causa & occasione administrationis facta non se extendat ad bona non habita in administratione & perperam alienata per se & suos heredes, cum promissione de euictione de proprio, & non contineat reales actiones.

SVMMARIVM.

1 Dubia & obiectiones excitare est de more veterum.
2 Iudicis est in causis semper verum sequi, quia etiam ex se ipso potens dubitare facile soluat.
3 Quietatio generalis non se extendit ad bona existentia penes alium.

4 *Verba propriè & strictè intelliguntur in contractibus.*
5 *Manus expressio significat & importat potestatem.*
6 *Tempus limitatum aliud tempus excludit.*
7 *Fructus possunt dici de bonis mobilibus.*
8 *Ampliatio intelligitur secundum qualitatem exceptionis.*
9 *Regula verba vbi repugnant, nullo pacto ampliatur regula, sed potius inepta exceptio iudicatur.*
10 *Expositum quod tacitè inerat, sed potius insertum causa dubitationis tollenda, nihil aliud operatur.*
11 *Occasio denotat causam remotissimam.*
12 *Instrumentum totum debet legi prout continuatur cum principio & fine.*
13 *Argumentum à contrario sensu valet etiam in contractibus.*
14 *Priuatio præsupponit habitum, & satisfactio debitum.*
15 *Administratoris officium egressus non obligat eum, pro quo administrat.*
16 *Tutrix non vera & non legitima alienans bona pupilli tenetur de suo.*
17 *Actiones negotiorum gestorum vt hincinde oriantur, quæ requirantur.*
18 *Occasione administrationis, ista verba quid importent.*
19 *Occasio non attenditur quæ venit mediante alia causa.*
20 *Quietatio generalis facta prætenso tutori de administratis, & causa & occasione administrationis, non comprahendit quin possit alienari fundus per tutorem nulliter alienatus.*
21 *Quietatio quòd sit de administratione quæ fit etiam alienando per quemcunque habentem administrationem.*
22 *Alienatio fraudulenta & illicita non venit sub generali concessione administrationis.*
23 *Quietatio continet confessionem satisfactionis.*
24 *Causa erronea vitiat contractum.*
25 *Quietatio etiam generalis non continet nisi ea restricta in sua causa de bonis retrohabitis confessis & peruentis propriè ad manus quietati.*
26 *Acceptilatio non continet veram & actualem solutionem, sed fictam.*
27 *Acceptilatio non liberat ab actione reali, nisi specialiter dicatur.*
28 *Liberatio per acceptilationem dicitur ficta & imaginaria.*
29 *Liberatio vt fauorabilis latè debet interpretari.*
30 *Liberatio relicta in vltima voluntate, & facta inter viuos multum differunt.*
31 *Liberationis inter viuos stricta fit interpretatio, ne extendatur ad non cogitata, & ne sit captiosa.*
32 *Euictio habet locum etiam pro fundo dimisso.*
33 *Possessionem qui vult habere ex clausula constituti, debet probare constituentem possedisse tempore constituti.*
34 *Remissionem actionis realis non contineri in liberatione.*
35 *Hæres tenetur pro actionibus personalibus, non autem pro realibus, quæ non transeunt ad hæredes.*
36 *Hæres administratoris quo ad reales non tenetur nisi de peruentis ad eum.*
37 *Ignorantia facti alieni præsumitur, etiam de gestu per verum procuratorem.*
38 *Tutor promittendo de suo proprio pro euictione, egreditur officium suum.*
39 *Promittens pro se, nulla alia obligatione præcedente, non dicitur fideiussor, sed principaliter obligatus.*
40 *Tutor contrahendo pro se, & obligationem in se suscipiendo, tenetur.*
41 *Officij sui terminos quis excedere dicitur obligando se & suos hæredes.*
42 *Iudex egrediens debitum officium facit litem propriam.*
43 *Exceptio rei iudicatæ superueniens auctori non prodest singulari successori.*
44 *Exceptio superueniens auctori indistinctè transit ad successorem.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

MOS Iudiciorum excitandi per iudices dubia & obiectiones alicubi vsitatus de more veterum esse deprehenditur,
1 † vt l. Offidius. de lega. 3. ibi. Imperator interrogauit partem, legatarij quærendi causa, & l. penulti. §. sententia. ibi. Antoninus Cæsar dixit, videtur tibi voluisse testamentum valere &c. ff. de his quæ in testa. delent. Valet quidem ad inquirendam inueniendamq; veritatem, dicente Philosopho 3. Metaphysicæ text. 1. Veritatis inquisitionem esse dubitationum solutionem, & per text. in l. fina. §. mixta. ibi. Et notando & disputando bene, optima ratione decreuit. ff. de muner. & honor. licet quandoque quid periculi afferre solet, cum aliqui reperiantur partem in dubitationem refricatam etiam minus veram adeo animis suis impressisse, vt veriorem partem nullo pacto conspicere queant, hoc est quod Alexand. in versicu. ponderanda. in apostil. ad Barto. in l. 1. columna prima. ff. de iur. codicil. dicit propter capita indicum qui quàmprimum vnum capiunt non potest ab eis euelli. Quod tamen nedum formidandum, sed etiam minimè suspicandum est de Magnifico Domino Iudice subtiliter & ingeniosè dubitationes promouente contra rationes pro Matthæo appellante allegatas, quin pro bonitate sua veritatem ipsam iudicando sequatur, vt talis est ad Iudicem Ciceronis in primo de offic. admonitio. Iu-
2 dicis † est in causis semper verum sequi. Quin etiam ex se ipso potens dubitare facilè soluat, Bald. in l. si tutores. C. de compens.

Sicut ego quoque puto facilè posse solui dubitationem primo loco factam contra rationem pro Matthæo iam allegatam, restrictionis suæ quietationis & remissionis factæ Ioãnæ de bonis stabilib. ipsius Matthęi solũ puentis ad manus Iacobę ipsius Ioãnę matris, ꝙ imò dubitatio sit, posse intelligi de bonis

bonis ab ipsa Iacoba peruentis ad alium, scilicet cum cui Iacoba insolutum dedit fundum Matthæi, ex significatione verbi, peruenire, pex text. in l. peruenisse ad te.ff. de verborum significatio. Et sic corruat pro Matthæo fundamentum adductum ex text. glo. & Docto.in l.sub prætextu specierum.C.
3 de transactio.quòd quietatio †generalis non se extendat ad bona existentia penes alium, quia à Iacoba peruenit ad alium, per d.l. peruenisse ad te. Quoniam respondetur, quietationem propriè intelligi factam de bonis peruentis ad manus Iacobę facto hominis, non autem ipso iure, vt sic acquirantur alij, vt loquitur ista lex secundum Alber. de Rosa. ibi, quæ etiam in terminis suis loquitur impropriè, sic ad te peruenisse dici bona, quæ per te ad alium peruenerunt. secundum glos. in versicul. sicut peruenisse. in l.aliud est capere.ff.eo. de verb. signific.vbi est tex. id peruenisse propriè dici, quod
4 penes aliquem remanserit, in contractibus † autem (vt est species nostra) verba propriè & strictè intelliguntur. l. quicquid astringendæ. de verborum obligatio.& cap.cum dilecti. de donati. hanc proprietatem hic ostendit illa adiectio. peruentis ad manus dictæ Iacobæ, sæpius in instrumento ipsius quietationis repetita, quæ designat bona Matthæi existentia sub potestate dictæ Iacobæ, vt potesta-
5 tem ipsam significat & importat manus †expressio, vt S.primo. insti.de liberti.& l.manumissiones. de iust.& iu.& glos.in versicu.sua manu.in S.pręterea. insti.quib.mod.patr.po.sol. & per text. & ibi Deci. in cap. ex parte. M.de appellat. non vero de bonis quę non apparent peruenisse propriè in potestatem dictæ Iacobæ, nisi quòd simpliciter & perperam fuerunt per eam in alium alienata, nam vltra quòd debeat apparere esse de bonis propriè & naturaliter peruentis ad manus dictæ Iacobæ, requiritur quòd sit de bonis ei assignatis tempore quo sumpsit tutelam ipsius Matthæi, vt nuncupatim scriptũ legitur in principio dicti instrumenti, de his bonis expressam esse quietationem, vnde ex vi temporis
6 †limitati excluduntur bona alio tempore peruenta ad dictam Iacobam, per doctr.Bald.in l.obseruare. S.proficisci. columna secunda. versicu. respondeo ad contrarium.ff.de offic.procons.& leg.Alexand. consil.68. columna secunda. sub versicu. prætereа statutum. libro quarto. Iaso.consilio 42. columnæ secunda. versic.quintò facit. libro tertio. cum alijs concordan.allega.per Tiraquel.de retract.titulo 2. S.primo. glos.2. nume.47. & sequent. igitur cessat hic text. in d. l. peruenisse. & procedunt adducta per d.l. sub prætextu specierum.

Secunda etiam soluitur dubitatio, quia non est verum mobilia non comprehendi in liberatione, quæ etiam facta est de fructib. omnibus bonorum
7 peruentorum ad manus dictæ Iacobæ, † qui possunt dici de bonis mobilibus, per not. in l.mouentium.de verborum significatio. ideo reseruatio seu exceptio de bonis mobilib.à liberatione quæ continebat quoque mobilia sub vocabulo fructuum, declarat regulam in bonis mobilib.; exceptis à fructibus, & non ampliat eam vt comprehendat saltem bona stabilia, quæ non apparent assignata dictæ Iacobæ tempore limitato susceptæ tutelæ dicti Matthæi, & quæ Matthæus non retrohabuit, & quę tempore quietationis erant penes alium, & quan-
8 do etiam ampliaret † id esset secundum qualitatem ipsius exceptionis, vt dicit Tiraquel.in loco in contrarium allega.in tract.retract.titu. 1.in fi.num.
9 95. Præterea † vbi verba regulæ repugnant, prout in casu isto, quando esset liberatio sola de bonis stabilibus quæ omnimodo excludit mobilia, nullo pacto ampliatur regula, sed potius inepta exceptio iudicatur, vt signanter declarat Deci. in cap. cum dilecta. columna secunda. circa fin. versicu. secus videtur. de confir. vtili.vel inutil. per doctri.
10 Pau. de Cast. in l.in his. ff.de legi. facit † quòd vbi aliquid exprimitur quod tacitè inerat, seu potius insertum causa dubitationis tollendæ, nihil aliud operatur, Alexand. consilio 33. columna secunda. versicu. nec ad hoc obstat. libro primo. cum pluribus alijs decis.ad propositum nostrum facientibus. allega.per Aymo.consilio 70. columna fin.satis est quòd specialiter expressa minorem habent dubitationem, & sunt efficaciora. cap.si aduersus.de hęret. & l. sed & si quis. S.quæsitum. ff.si quis cauti.

Tertio loco obiecta, de verbis quietationis istis, causa & occasione administrationis factæ per di-
11 ctam q. Iacobam, quòd occasio † denotet causam remotissimam, Corne. consil. 153. libro tertio. & sic veniat datio in solutum facta per dictam Iacobam, quæ si non administrasset, eam non fecisset, proinde tollatur fundamentum iam adductum pro Matthæo, quòd & quietatio non comprehendat voluntariam obligationem de euictione rei datæ in solutum factam per dictam Iacobam de suo proprio, egrediendo officium administrationis, per text. in l.cum post. S.respondi.ff.de administratio. tut.non obstant. Quia non pars dictæ quietationis, non pauca eius verba inspicienda sunt, sed ea tota inspecta iudicandum est.l.in ciuile.ff.de legi. & ibi
12 Bald. nota. quòd † totum instrumentum debet legi prout cõtinuatur cum principio & fine, & Spec. in titu. de instru.editi. S.instrumentum. in princ.& Deci.consilio 440.in fin. namque continuantur in instrumẽto dictę quietationis hæc alia verba. Cum his occasione administrationis factæ per dictam q. dominam Iacobam matrem ipsius dominæ Ioannæ omnium bonorum stabilium ipsius Matthæi ei assignatorum tempore quo assumpsit tutelam ipsius Matthæi. fundus per eam datus in solutum nõ apparet ei assignatus tempore limitato quo assumpsit tutelam Matthęi, ergo nec causa nec occasio administrationis hunc fundum cõplectitur, à con-
13 trario † sensu arguendo, etiam in contractibus, iuxta commune dictum Doct. vt per Dec.in l.1. num. 48. de off.eius. meritò hic cadit dictum Barto.in l. si vnus. S.ante omnia.ff.de pact.quia alia res est de qua dicit pactum factum esse, & alia res est quæ petitur. Præterea vt dubitatio super dictis verbis (occasione administrationis) penitus auferatur

& firmum remaneat fundamentum pro Matthæo ex dicto §. respondi. Considerari potest in hoc casu triplex causa, vna proxima ex ipsa administratione, alia remota propter administrationem, & alia extranea præter & extra administrationem, duæ primæ possunt contineri sub liberatione & quietatione, quia suum sortiuntur effectum, in eo quod quietata debet quietanti ex administratione vel propter administrationem, effectus est ipsa liberatio ex satisfactione eius quod debetur, vt priuatio præsupponit habitum, & satisfactio
14 † debitum. l. decem. de verborum obligatio. & in princ. insti. qui. mo. tol. oblig. licet non possit intelligi nisi de debito ex actione personali, non vero reali, vt aliàs dictum est, & infra dicetur. Alia autem causa extranea est & vltra administrationem, quæ ostendit dictam Iacobam vel eius hæredem in nullo teneri Matthæo, sed alij, nec eum teneri ipsi Iacobæ, at alium teneri ipsi Matthæo, hæc sunt, quòd Iacoba dans in solutum fundum Matthæi illi prætenso creditori, & de suo proprio obligans se de euictione, id fecit extra administrationem, offi-
15 cium suum administratoris egressa, sic † Matthæus non tenetur sibi, per tex. in d. l. cum post. §. respondi. ff. de administra. tuto. & facit text. in l. debet. in princ. ff. nau. cau. stab. ibi. Cæterum si extra nauim (licet à nautis) non præstabit, & ipsa ex sua promissione tenetur alij, scilicet cui de suo promisit de euictione, & cui non vera & legitima tutrix volunta-
16 riè alienauit bona pupilli †. l. curatorem. C. de neg. gest. ob quod etiam esset obligata eidem, cui illegitimè alienauit, de euictione, Alber. de Rosa. in l. illicitè. de reb. eorum. & illum alium illicitè occupantem fundum Matthæi teneri ei actione reali, vt probatur primum per text. & glo. in l. & si is. C. de præd. mino. & secundum per text. in l. 2. ff. de eo qui pro tut. & in l. officium. de rei vendic. & ipsam alienationem non dici de administratione bonorum Matthæi, nisi is scienter eam ratam habuerit,
17 vt fictoriantur hincinde actiones negociorum gestorum. l. 2. & l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. & per generalem quietationem administrationis non inductam ratificationem dictæ alienationis,
18 aliàs latè demonstratum est. Ideo adiectio illa † occasione administrationis, intelligitur, dummodo per hanc occasionem non fiat prouisio contra alia quàm gesta in officio administrationis, per ea quæ in specie declarat Ange. in consilio 63. nobilis miles. columna penultima. versicu. nec obst. si dicatur. Intelligitur vbi etiam causa remota, & sic datio in solutu͂ induceret aliam causam, scilicet promissionem de euictione, sed non inducit, seu includit effectum eius, scilicet quòd de suo teneatur promissor & pro administratione approbata, vnde effectus iste huius secundæ causæ attenditur, quòd non veniat ex prima causa illa remota, vt quæsitum ex causa pacis, non dicatur ex causa belli, vt declarat Areti. consilio 14. viso & diligenter. columna sexta. versicu. cum igitur prima vice. idem consil.
19 163. verum est. columna fina. quòd occasio † non attendatur quæ venit mediante alia causa. Intelligitur quoq; taliter quòd trahi non potest ad actionem realem quæsitam Matthæo contra possessorem sui fundi, per quam nihil petijt à Ioanna quietata, tanquam non remanentem de reliquis apud eam, seu dictam Iacobam eius matrem ex dicta administratione, seu occasione administrationis, & consequenter non offenduntur verba dictæ quietationis, ita in terminis probat Corne. consil. 263. constat dicta credita. columna tertia. sub versicu. his tamen non obst. libro quarto. Adde clarius in
20 terminis quòd quietatio † generalis facta prætenso tutori de administratis, & causa & occasione administrationis non comprehendit quin possit recuperari fundus per tutorem nulliter alienatus, consuluit Barto. consilio 162. in quæstione prædicta.

Quarta item soluitur dubitatio, quòd quietatio
21 † sit de administratione quæ fit etiam alienando per quemcunq; habentem administrationem, per l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & alienatio non appareat nisi de hoc fundo, ergo quietatio administrationis intelligatur de eo per l. fundus qui locatus. de fun. instruc. & l. 2. de liber. & posthu. Quoniam respondetur quietationem non esse factam de administratis simpliciter, sed de eo quod Ioanna tanquam hæres suæ matris teneretur & obligata esset ex causa administrationis factæ per suam matrem de bonis stabilibus Matthæi ei assignatis, iste fundus non apparet ei assignatus, actio realis non venit sub liberatione & quietatione administrationis, & eius etiam quæ fuisset fraudulenter & dolosè facta, alienando bona stabilia pupilli non seruatis traditis à iure communi & municipali, vt aliàs pro Matthæo latè responsum est, & frau-
22 dulenta † alienatio & illicita non venit sub generali concessione administrationis, per text. in d. §. Lucius. neque etiam mixta administrata cum alijs, vt alias dictum est.

Quinta quoque refutatur, quia non generalis dicenda est ratio dictæ quietationis, sed specialis, & restricta, eo quia Matthæus dixit & confessus est retrohabuisse omnia eius bona stabilia peruenta ad manus dictæ Iacobæ, non habuit hunc fundum, ergo erronea est confessio, & pariter quietatio in hac ratione fundata; vt etiam aliàs claris decisio-
23 nibus iuris demonstratum est, etsi quietatio † contineat confessionem satisfactionis, vt per Angel. consilio 189. anno ab eius incarnatione. columna fina. sub versicu. contrarium tamen credo. tamen vbi sit erronea, non præiudicat. l. non fatetur. & ibi per Docto. ff. de confes. & l. cum falsa. & l. error. C.
24 de iu. & fac. igno. & causa † erronea vitiat contractum. Roma. consilio 517. columna sexta. & nihil tam contrarium consensui, quàm error. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. Nõ dicitur ergo verè facta solutio per confessionem Matthæi vocantis se satisfactum cessante suo consensu in fundo demonstrato per eum non habito tempore quietationis,
25 † quæ, etiã gñalis, non cõtinet nisi ea restricta in sua causa de bonis retrohabitis sic confessis & peruentis

tis propriè ad manus dictæ Iacobæ, Bald. in d. l. sub prætextu specierum. colum. fin. versicu. aduertatis. & non trahitur ad ignorata. Corne. consilio 241. colum. penult. libro 2. cum alijs alleg. in cons. pro Matthęo. Subinde nihil operatur acceptilatio, quia
26 † licet non veram & actualem solutionem, sed fictam contineat, Barto. in l. 1. ff. de his quæ in fra. cred. & in l. si ex pluribus. in princ. de soluti. Tamen in re nostra, cum restrictam liberationem faciat administrationis bonorum peruentorum ad manus quietatæ, non se extendit ad fundum hunc (vt sæpius est dictum) non apparentem peruenisse propriè ad manus liberatæ, per tex. & ibi Barto. in l. plurib. ff. de acceptila. tum quia causa dictæ quietationis fundata in eo, quia quietans dixit se retrohabuisse omnia bona &c. restringit acceptilationem & omnia præcedentia in bonis retrohabitis. Barto. in l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & in l. Aurelius. §. Sticho. de libe. leg. ideo reddit ipsam acceptilationem repugnantem & nullam, vt per Ang. in d. cons. 189. in fin. tum etiam, quia accepti-
27 Latio † non liberat ab actione reali nisi specialiter dicatur, vt aliàs dictum est, per text. in l. & vno. §. primo. de acceptila. & Rui. consil. 25. nume. 19. & 22. libro primo. & per nota. in l. vt responsum. C. de transact. & maximè vbi liberatus non possidens non teneretur actione reali. l. officium. ff. de rei vind. qui ideo sicut verè non potest liberari, ita
28 † & minus fictè & imaginariè, vt fit per acceptilationem. §. item. insti. quib. mo. toll. oblig. quia vbi veritas non potest habere locum, nec fictio. l. adoptio. ff. de adopt. l. certè. in princip. de præca. cum similib.
29 Vltima, quòd liberatio † vt fauorabilis latè debeat interpretari, Deci. consil. 178. colum. penult. non refragatur. quia hoc dictum posset esse verum in liberatione relicta in vltima voluntate, non au-
30 tem inter viuos, inter quas † est diuersitas & magna differentia, vt per Barto. in l. Aurelio. §. Gaius. de liber. lega. quinimò in liberatione inter viuos
31 stricta fit interpretatio, † ne extendatur ad non cogitata, & ne sit captiosa, per text. in l. cum Aquiliana. ff. de transact. & dicit Areti. in d. consil. 163. verum est. columna penult. quòd liberationes istæ sunt restringendæ, quia in amissione iuris sui strictius limitatur voluntas amittendi, quàm econtra voluntas acquirendi in acquisitione, vt ibi per eū.

Non obstant quoq; responsiones quæ dari prætenduntur ad allega. pro Matthæo. quia verius est apparere ex dictis alleg. pro eo, fundum istum non comprehendi in dicta quietatione, tum ex actione reali ad eum, tum eo & eius possessione existente tempore quietationis penes alium, tum etiam ex restrictione administrationis bonorum assignatorum & peruentorum ad manus matris Ioannæ quietatæ, tum etiam ex ratione erronea dictæ quietationis quoad fundum istum.

Non potest inficiari condemnationem factam contra Matthæum non dici de euictione ipsius fundi cum expressè cōdemnationem damnorum, expensarum, interesse & sortis principalis inferat ob iudicium euictionis rei & possessionis de qua in processu, & in claris non est opus coniecturis, est ideo contra tradita in d. l. si pro fundo. C. de tran-
32 sactio. quòd † etiam pro fundo dimisso teneatur de euictione. Et quatenus in quietatione promiserit non molestare dictam Ioannam sub refectione damnorum petendo & obtinendo d. fundum alio suo iure, quam remisso in quietatione, & contra alium, non dicitur venisse contra verba ipsius quietationis, vt signanter dicit Corne. in dicto consil. 263. colum. 3. libro quarto. & si Ioanna quietata de eo quod teneretur ratione administrationis factæ per dictam Iacobam suam matrem, patiatur damnū pro euictione dicti fundi, id euenit ex promissione de euictione per dictam Iacobam de suo proprio facta extra officium tutricis seu administratricis, quod sibi & non alij debet imputare, per aliàs latè alleg. pro Matthæo.

Ad illud, quòd à communiter accidentibus non alienantur bona aliena, vt inferatur fundum alienarum per dictam Iacobam esse de bonis ei assignatis. Respondetur in his quæ sunt facti transferendi in alium existentis saltem certo & limitato tempore, vt est hic de bonis assignatis tempore quo assumpsit tutelam &c. probatio à communiter acciden-
33 tibus non sufficit, sed requiritur probari de certo & limitato tempore. Sicut † dicitur de eo qui velit habere possessionem ex clausula constituti, quòd probare debeat constituentem possedisse tempore constituti, Alexand. in l. quod meo. in princ. col. 5. nume. 22. de acquiren. possess. Quod magis facit in specie nostra restrictio temporis quo assumpsit tutelam, &c. per doctri. Bald. in d. l. obseruare. §. proficisci. columna secunda. cum allega. supra ad primam dubitationem, id esse probatum ex confessione Matthæi in capitulis, dum posuerit se possedisse dictum fundum mediantibus eius administratoribus, minimè concludit esse de bonis assignatis dictæ Iacobæ tempore quo assumpsit tutelam &c. maximè, quia particula hæc (mediantibus eius administratoribus) potest intelligi & verificari de alijs suis administratoribus & tutoribus, qui fuerunt Sebastianus Chere, & Iacobus q. Tadei Bertucioli, vt apparet ex processibus factis in causa, & non de illa Iacoba quæ est prohibita administrare. toti. titu. C. quando mul. off. tu.

Minimè etiam hæsitandum est, & nihil valet responsio, quòd ex generalitate verborum liberationis comprehēdatur & remissio actionis realis. quia per decis. claras & communes & plurimas rationes restrictionum verborū d. quietationis iam adduct. & per Bal. in l. pactum quod dotali. col. pen. in 17. q. in fin. C. de collati. & in cons. 60. generalitas. in prin. lib. 4. & Ias. consi. 171. col. 3. lib. 2. liquidò con-
34 stat contrarium esse verius, † actionis realis remissionem, & præcipuè istius fundi, non contineri in dicta liberatione. Quinimò noua consideratione dico non posse nos hac in re aliter dicere. Quoniā quietatio fuit facta d. Ioan. filię & hæredi d. Iacobę

de omni & toto quòd ipsa tanquam hæres supradictæ D. Iacobæ eius matris teneretur & obligata esset causa administrationis factæ per dictam q. D.
35 Iacobam, certi enim iuris est † hæredem teneri pro actionibus personalibus. l. fin. C. de actio. & oblig. & tot. tit. de hæred. acti. non vero pro realibus, quę non träseunt ad hæredem. l. 1. §. si hæres. & ibi not. ff. ad Trebellia. & non eisdem realibus tenetur, nisi
36 possessor. l. 1. C. de ali. iud. mut. ca. & hæredem † administratoris quoad reales non teneri, nisi de peruentis ad eum. l. fina. in princi. C. de hæred. tut. pro dicto fundo penes alium existente tempore quietationis, & per dictam Iacobam non veram tutricem illegitimè alienato; vtique dicta Ioanna etiam filia & hæres dictæ Iacobæ in nihilo tenebatur dicto Matthæo, vt l. fina. in princ. ff. de fideiuſ. & hæred. tut. ergo nec fundus ipse, nec actio ad eum, compræhendi vel venire potest in dicta quietatione.

Illationes in contrarium adductæ de scientia Matthæi circa dictum fundum alienatum, eo quòd esset suus & suorum antecessorum, nullatenus procedunt, nec in facto, nec in iure, nam in fundi ipsius alienatione nullum Matthęi factum proprium interuenit, sed Iacobæ prætensæ tutricis, & aliorum simul vendentium solum factum interuenit,
37 cuius alieni facti † ignorantia Matthæi præsumitur etiam de gestis per verum procuratorem, per l. vetius. ff. de proba. glo. in versicu. si nesciat. in l. si res obligata. de lega. 1. maximè de gestis tempore pupillaris ætatis, per l. 1. & ibi nota. C. de fal. mone. & de hoc fundo, cum habuerit ex successione parentum, per l. qui in alterius. de regu. iur.

Non valet responsio item contraria ad tollendum quòd in omnem casum ratificatæ alienationis fundi per Matthæum non teneretur nisi pro tertia parte promissionis dictę Iacobæ vendentis cum duob. alijs ipsum fundum, eo quòd tale negocium venditionis in totum pertineret ad ipsam Iacobam tutricem. Quoniam cum ea non esset vera tutrix Matthæi, non sui filij, sed illegitima, & data contra ius, vt l. 1. cum ibi sign. in glos. C. quando mul. off.
38 tu. & † officium etiam tutelæ egressa fuerit promittendo de suo proprio pro euictione dicti fundi, per d. l. cum post. §. respondi. & d. l. etsi is. huiusmodi negocium nō plus ad eam quàm ad alios secum alienantes & obligantes pertinebat, quia omnes se immiscuerunt in negocio pertinente ad alium, scilicet dominum vel legitimum administratorem, & omnes promittentes de proprio fecerunt eorum negocium proprium circa obligationem eorū nominib. & spontè factam, & per se & eorum hæredes dando & alienando, vt in terminis adducit Goza.
39 consilio 78. num. 9. ita, † quem promittentem pro se, nulla alia obligatione præcedente, non fideiussorem dici, sed principaliter obligatū probat Dec. consilio septimo. columna tertia. in fin. & colum.
40 sequent. Duo enim sunt † propter quæ tutor tenetur, vnum quando egrediendo officium suum, contraxit. Alterum quando in se obligationem susce-
pit, dicit Bald. in l. etiam. circa princip. C. de fidei-
41 commiſ. excedere † autem notissimos terminos sui officij quis dicitur obligando se & suos hæredes. idem Bald. in l. ci qui. vltra med. versic. quæro quid si procurator. C. quod cum eo. sicut dicitur de lu-
42 dice † egresso suum debitum officium, quòd faciat litem propriam, per iura vulga.

Non procedit quoque responsio ad tollendam præsumptionem doli dictæ Iacobę alienantis ideo cum duobus propinquis cum præsentia Iudicis & pro vero debito Matthæi. Quia non apparet neq; dicitur in instrumento dationis in solutum quòd illi duo essent proximiores Matthæi, & quòd ille esset Iudex in cuius præsentia dicitur facta datio in solutum, cuius præsentia non sufficeret, sed debet adhibere causæ cognitionem, & decretum interponere, vt per statutum & per iura communia vulga. & non apparet tunc illud esse verum debitum Matthæi pro quo fuit datio in solutum facta, imò esse alienum, vt constat ex instrumento nominato in dicto instrumento dationis in solutum, scilicet pro debito hæredum Antonij Andreę de Callibano. Verum si pro vero debito etiam esset datio in solutum fundi pupilli sine decreto facta non impedit quin potuerit vindicari ab ipso domino, vt alias dictum est per l. nō solum. & l. si minor. C. de pręd. minor.

Vltimo loco responsio adducta contra rem iudicatam super hac eadem quietatione reiecta in alijs processibus, eo quòd non fuerit opposita à dicta Ioanna, & quando fuisset opposita, exceptio
43 † ex ea superueniens auctori non prodesset singulari successori, per glos. magnam ad fin. in l. etiam. §. item si quis. de pet. hęred. non tollit allegata pro Matthæo in hac parte. Quia replicatur de hac ipsa quietatione per dictam Ioannam & per ementes dictum fundum fuisse oppositum contra Matthæum ne obtineret possessionem dicti fundi, vt in processib. apparere potest, & tamen ea reiecta obtinuit. Quòd modò ex eadem habeat restituere obtenta, nihil sibi profuisset victoria contra eam, quod minimè dicendum est. Cum ex eadem causa de eadem re, inter easdem personas effectu ipso, & ad eundem effectum agatur, quibus fuit prius oppositum, ita quòd obstat exceptio rei iudic. per alias allega. ad hoc pro ipso Matthæo & quia in-
44 distinctè, exceptio † superueniens auctori transit ad successorem, secundum Barto. in dicto §. item si quis. & fuit reiecta, ergo &c. Licèt ex abundanti id pro eo fuerit adductum. Quia cætera quæque fundamenta supra & in consil. allegata pro eo sufficerent ad victoriam contra sententiam latam modò contra eum, & sic contrariæ dubitationes remanent solutæ. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM

CONSILIVM LXXVIII.

ARGVMENTVM.

Bannitus tempore promiſsionis de non offendendo factæ per ſuum attinentem, per ſe & ſuos attinentes, in promiſsione ipſa non incluſus neque comprehenſus, per Principem poſtea reſtitutus & gratiatus, proinde non includitur in dicta promiſsione, & fortius intelligitur excluſus ſi iterum delinquat & de proximo banniendus offendat.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus dicitur hoſtis publicus & extraneus in loco prolati banni, & habetur pro mortuo.*
2 *Bannitos & odioſos ſub generalibus verbis non contineri.*
3 *Odioſos ſub generali diſpoſitione non comprehendi.*
4 *Bannitus eſt extra obedientiam publici, & in numero hoſtium poſitus.*
5 *Promittens per ſe & ſuos attinentes non offendere aliquem, intelligitur promittere & teneri pro eis quos poteſt prohibere ne offendant, & qui non contemnunt Dominum & ſuos.*
6 *Promiſſio & obligatio de non offendendis bannitis non valet.*
7 *Bannito reſtituto iura cognationis reſtituta videntur.*
8 *Subditi & adhærentes futuri veniunt ſub pace inter plures facta pro ſe & ſuis ſubditis.*
9 *Bannitus prohibitus aſſumi in officium priorum, tempore electionis & imbuſſolationis ſi exiſtat bannitus, tempore verò executionis & extractionis officij à banno liberatus, non tamen poterit admitti ad tale officium.*
10 *Actus viuentium vno momento & vno contextu debent concludi.*
11 *Obligari quis non dicitur ex delicto alieno, & ex his quæ prouidere non potuit.*
12 *Reſtitutio vni conceſſa non diminuit ius alterius, quinimò ius integrum alij reſeruat.*
13 *Reſtitutionem à principe damnatis conceſſam in præiudicium alterius nihil operari.*
14 *Iura cognationis reſtituta, & effectus banni ceſſans proſunt reſtituto & gratiato, non autem præiudicant alij ad augendam obligationem, ſeu ad aliud præiudicium.*
15 *Cautio præſtita à bannito de ſe præſentando ſub pœna, quem effectum pariat.*
16 *Factum ſuperioris reſtituentis non poſſe prævideri vti caſum fortuitum, nec conſiderari.*
17 *Adhærentes futuri non veniunt in odioſis.*
18 *Banniendus de proximo habetur pro bannito.*
19 *Promiſſio pro attinentibus intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & dummodo non ſuperuenerit quòd attinentes fuerint ante commiſſam offenſionem effecti delinquentes & inobedientes.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



COnſultus ego quoq; vt ſubſcribam ſententiam prudenter & copioſè iam firmatam, ne Dom. Baldus Vanettus teneatur ad pœnam promiſſionis per eũ & ſuos attinentes & conſanguineos vſque in tertium gradum pręſtitæ de non offendendo Ser Valerium, ſecuta in hunc offenſione illata per Comparinum eius attinentem. Et ſi quæq; rationes pro eo allegatæ iurium & Docto. deciſionibus validè fulcitę ſint. Tamen aliquantulum inſtabo ſuper vltima, quæ pro victoria d. Baldi ſola ſufficeret, & quæ eſt, quòd Comparinus offendens tempore factæ dictæ promiſſionis capitaliter pro homicidio bannitus in eadem promiſſione aliquo modo non
1 comprehendebatur, quia bannitus † dicitur hoſtis publicus & extraneus in loco prolati banni, & habetur pro mortuo, Barto. Bald. & alij in l. amiſſione. §. qui deficiunt. & in l. tutelas. ff. de cap. dimi. & in l. 1. C. de hæred. inſtit. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. ergo ſub verbis dictæ promiſſionis. per ſe & ſuos filios affines atrinentes &c. intelligi & venire non poteſt dictus Comparinus, vt perſona odioſa. l. Lucius. §. penultimo. de leg. 2. vbi
2 propriè Bald. bannitos † & odioſos tradit ſub generalibus verbis non contineri, & in l. teſtamenta. ff. de teſtam. mil. dicit priuilegium non pertinere ad bannitos, quia ſunt odioſi, in pleriſq; locis,
3 odioſos † ſub generali diſpoſitione non comprehendi habetur, vt per Alexand. conſilio 87. circa fin. libro tertio. Iaſo. conſil. 124. columna tertia. vltra med. libro quarto. & Socin. in l. vtrum. §. cum quidam. ſub nume. 10. de reb. dub. & in conſilio 37.
4 numero 7. libro tertio. Ratio eſt, quia † bannitus eſt extra obedientiam Publici, & in numero hoſtium poſitus. d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. eo fortius & conſequens eſt eum eſſe extra obedientiam in loco banni cuiuſlibet priuati ſui attinentis qui non valeat eum prohibere quin offendat, & quic-
5 quid mali velit, faciat. Vnde † per ſe & ſuos attinentes promittens non offendere alium, intelligitur promittere & teneri pro eis quos poteſt prohibere ne offendant, & qui non contemnunt Dominum & ſuos, pro hoc validum argumentum præſtant, text. in l. in delictis. in principio. ff. de noxalib. & in l. ſæpe. §. cur autem. de re iudicat. & in l. fluminum. §. quanquam. de damn. infect. quem tex. in dicto §. quanquam. allegando facere, quòd quis pro ſe & filijs, familiarijs & ſibi ſubiectis promittere debet, de non contumacibus, & non

bannitis in ſpecie ſentit Saly. in l. denunciamus.in
fin. C. de his qui ad eccleſ.confug.in tantum enim
verum eſt, promittentem per ſe & attinentes non
offendere, non teneri pro attinentibus banni-
6 tis, quòd † etiam ſi promittat non offendere ipſos
bannitos, ſua non valet promiſſio & obligatio, vt
concludit Barto. in vulga. quæſt.1. incip. Lucanæ
ciuitatis. & in l. qui ſeruum. & ibi cæteri Doctor.
ſequuntur.de verborum obligatio.& Corn.conſil.
104. columna ſecunda. & conſilio 217. columna
fina. libro primo. Idq; nullam videtur habere dif-
ficultatem.

Sed quod facit dubiam in ſpecie noſtra quæſtio-
nem: ſola eſt gratia & remiſſio Domini loci facta
poſtea dicto bannito ad patriam, famam & hono-
res plenariè reſtituendo, dimiſſis tamen bonis,per
7 quam †& iura cognationis reſtituta videntur.l.fin.
ff.de ſent.paſ.& reſti. Et ceſſante cauſa banni vide-
tur eius effectus ceſſare, nuncupatim ponit Tiraq.
in tracta. cauſa ceſ. in prima parte. num.41. verſic.
banni. vt dictus Comparinus etiam de futuro re-
diens in attinentiam & obedientiam Domini loci
8 & ſuorum veniat ſub dicta promiſſione, ſicut † fu-
turi ſubditi & adhęrentes veniunt ſub pace inter
plures facta pro ſe & ſuis ſubditis, per l. ſi ſeruitus.
de ſeruitute vrbano.prædio.& l.ſi quis filiabus. de
teſta.tut. & cap. quia circa. & cap.cum capella. de
priui. tradit Ioan. Andr. ad Specu.in rubri.titu.de
treug. & pa. ſequuntur Pau.de Caſt. in d.l.ſi ſerui-
tus. quam legit. ſub l. qui ædificium. Iaſo.in l.ſi ſti-
pulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. numero 8. de
verborum obligatio. & in conſilio 170. in fi.lib.2.
& Ripa in l. conuentio generalis. num.3.ff.de pig.
Quod & facilius dicendum videtur in reſtituto ad
priſtinum ſtatum ſuorum: argum.l.ſi vnus.§.quod
ſi. ff. de pact.

Verùtamen iſta non refragantur ſententiæ præ-
miſſæ pro D.Baldo firmatæ. Quoniam ſufficit tem
pore dictæ promiſſionis ſub ea illum bannitum nō
intelligi comprehęnſum, quæ (vt in actibus homi-
num receptum eſt) in ſua ordinatione pendentiam
ſeu ſuſpenſionem de futuro habere non poteſt, vt
per l.fina.in fin. com.præd. tradit in nota. q. Bald.
in rubri. in fin.C.de cond.ob turp.ca.quòd banni-
9 tus†prohibitus aſſumi in officium priorum tempo-
re electionis & imboſſolationis bannitus exiſtens,
tempore verò extractionis & executionis officij à
banno liberatus non poterit tamen admitti ad tale
10 officium, hac ratione, quòd actus †viuentium vno
momento & vno contextu debent concludi,à qui-
bus autem ſufficit momento quem eſſe excluſum,
comprobat Marſil. in l.quæſtionis. numero 44. de
quæſtio. idem Bald. in l. in quibus. ſub verſicu. in
contrarium facit. C. de ſecund. nupt.& in his quæ
ſunt grauis prębiudicij,vt eſt caſus noſter,quòd pro-
mittens teneatur pro delicto alieno, & ad pœnam,
11 & quæ † non poterant per eum prouideri, quid fu-
turum, magis grauans & augēs promiſſionis obli-
gationem non venit. l. damni. §. ſi is qui. de dam.
infect. & ibi Barto. & alij & in l. ſi ita. de auro &
argento legato. Zabarel.& Imo. in clemen.fina.de
reſcript. Ange. conſilio 261. columna ſecunda. &
ſequen. & Dec.conſilio 502. colum.3. verſicu.ve-
nio ad ſecundam.

Reſtitutio autem Domini,& remiſſio dicti ban-
niti ad patriam non intelligitur facere eum ſubin-
trare in dicta promiſſione in damnum Do. Baldi,
eo maximè non conſentiente & iam non obligato
pro dicto bannito. l. quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.
12 de minor. vbi, reſtitutio † vni conceſſa non dimi-
nuit ius alterius, quinimò ius integrum alij reſer-
uat, & l. fina. ff.de pact. vbi ius liberationis alicui
ſemel acquiſitum ab eo inuito extorqueri non po-
teſt,& facit.l.ſi cum Hermes.C.loc.quòd pro tem-
pore poſt bannum remiſſum non teneatur pro eo
reuerſo niſi conſenſum præſtet. & text.in l.cum te.
ibi. Si non noua voluntas interceſſit. C. de remiſ.
pign. & in l.2. ibi. Sine voluntate tua &c.ius tuum
non læſit. C. de cri. ſtel. & facit.l. nec auus. C.de
emancip. liber. quòd dicta gratia non debet verti
ad alterius damnum & iniuriam. & l. 2. §.merito.
ne quid in lo. publ. & propriè Bald.in l.fina.col.3.
13 verſicu.tertiò opp. C.de ſent.paſ.dicit †huiuſmodi
reſtitutionem à Principe damnatis conceſſam in
præiudicium alterius nihil operari. idem & poſt
Barto. & alios in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de
liber. & poſthum. & Pariſ. conſilio 157. columna
penultima. nume.46. & ſequen. libro quarto. Iura
14 verò cognationis reſtituta, † & effectus banni ceſ-
ſans proſunt ipſi reſtituto & gratiato, non autem
præiudicant alij ad augendam obligationem, ſeu
ad aliud præiudicium, per iura modò alleg. & rub.
& toto titu. C.res inter ali. & non trahuntur retro,
vt per Pau.de Caſt.in l.non dubium.in fi. C.de iu-
re deliber.

Quoad intereſſe aliorum reſpectu ſecuritatis ab
offenſionibus per bannitum remiſſum inferendis,
& alijs delictis committendis, ſatis prouiſum vi-
detur, quòd Superior reſtituens mādauit eum ido-
neam præſtare cautionem de ſe præſentando ſub
pœna centum ducatorum coram Vicario loci, in
15 forma quod † nil aliud infert, niſi quemlibet in lo-
co ſecurū fieri ne offendatur ab ipſo reſtituto me-
tu pœnæ impoſitæ de ſe præſentando officiali,
argumen.nota.in l.congruit.de offic.præſid.& in l.
æquiſſimum. in princip. de vſufr. Ad doctri.Ioan.
Andre. in additio. rubri.Specu.de treug.& pace.&
aliorum eam referentium, & eius quæ eſt contra-
ria Bald. in cap. inquiſitioni.ad fin. de appel.rela-
ta per Iaſo. in d.§. cum ſtipulamur. nulla concor-
dia ſeu reſponſione data.Reſpondendum eſt in ca-
ſu iſto rem non conſiſtere propriè in futuris atti-
nentibus, ſed in attinente à promiſſione excluſo
per capitale bannum, & per Superiorem reſtituto,
& propterea non incluſo in dicta promiſſione in
damnum & præiudicium promittentis, & eo non
conſentiente. Id autem, quatenus reſpiceret futu-
ram prouiſionem,non poterat à principio per pro-
miſſorem prouideri,ne,ſi, vel qñ bannum remitte-
retur per Superiorē,vt ſibi impoſſibile factū.l.apud
Iulia-

Iulianum.de leg.1.& l.4.§.1.ff. de fideicom. liber. vbi est not.tex.in nostra specie, q non consideratur id quod iure speciali posset euenire, quod etiã eueniens non remouet effectum prius semel secutum, vt ibi in seq.§.quid ergo.per quę iura,factum Supe-
16 rioris † restituentis non posse præuideri vti casum fortuitum, nec considerari, expresse dicit Parif. d. consi.157.col.pen.num.45.lib.4.& facit, l.Lucius, ff.de euict. Vnde opportunè cadit hic respõsio quã Bar.in d.l.damni,§.si is qui.sub num.2.de dam.infec.adducit ad d.l.si seruitus.de serui.vrb.præd.per quam & simil.se fundat Io.Andr.in d.rub. spec. de treu.& pac.q d.l. procedit ad futura,quia potuit ab initio sic prouideri,q causæ erant futuræ, sed futura non veniunt quando non potest prouideri quòd causæ erant futuræ,vt ibi per eum,quem in hoc di-
* cto ibi doct.communiter sequuntur.

Præterea doctr.Io.And.locum habet in pace, & sic in actibus fauorabilibus & extendendis,vt actiue & passiuè plures comprehendantur in pace, secus dicendum est in odiosis, vt est nostra materia promissionis pœnalis pro alio præstitæ coactè, & retentione personali. ita respondet Nel. de Banni in 1.part.2. temp. in q.58.huc quoque tendit quod
17 dicit Bald.in d.c.inquisitioni. in fi.q † non veniūt futuri adhærentes quando quis se obligat pro alio, & sic in odiosis, secus si esset in actu fauorabili, vt ibi per eũ,& sic possunt hæc dicta concordari.Quæ tamen sunt extra rem nostram. De attinēte in promissione non incluso per bannum capitale, & non reincluso per gratiam & restitutionem superioris in augumentum obligationis & præiudicium promittentis,& eo non consentiente, vt ante demonstratum est.

Et si quidem dictus restitutus subintrasset in dicta promissione per alium præstita(Quod non possem concedere rationibus prædictis) Tamen ab ea exclusus iterum fuisset ob homicidiũ per eum cum quodam Antonio Leonato ante offensam illatam ser Valerio cõmissum in eodem loco in personam Arcangeli Montis veteris, vt per testes apparet pro batum super 9.& 10.interrog.D.Bal.per quod homicidium fuit iterum bannitus in pœnam capitis, qua veritate attenta,poterat haberi etiam tempore
18 offensionis illatæ ser Valerio † pro bannito, vt de proximo banniendo,per l.pen.& ibi not. ff.de test. mil.vt per Pau.de Cast.& alios in l.2.§.si seruus.de acq.poss.sequitur Las.in l.quamuis.col.2.ver. limita ergo.C.de inoffi.testa.& Petr. Duen. in suis reg. est reg.68.in vet.bannitus.num.9. maximè quoad hoc q tunc commisso dicto homicidio positus est extra obedientiam Superioris,& fortius extra obe dientiam priuatorum attinentium, qui ideo tunc nõ possunt dici stare in promissione pro eo de non offendendo alium,per rationem d. l. fluminum, §. quamq̃ & d.l.in delictis.in princi.q pro eo teneatur.quia potuit prohibere,& per Bart.in l.de pupil-lo,§.si quis ipsi.col.4.in 10. q. de no. ope. nunt. &
19 quia † dicta promissio pro attinentibus intelligitur rebus sic stantibus, & dummodo non superuenerit q attinētes fuerint ante commissam offensionem effecti delinquentes & inobedientes Deo & mundo, prout effectus fuit iste pessimus compatinus. hæc conclusio probatur per l.cũ quis. in prin. & l.si cum Cornelius,ff.de solut.& l.quod Seruius, ff. de condi. ca. da. l. filiusfa.§.procuratorem.cum sequen.de procur.cum pluribus concotd.alleg. per Tiraq.in l.si vnquam.in præfa.num.167.& sequen. de reuocand.don. & Parif. qui loquitur in pace, in consi.165.col.penul.nu. 28. lib. 4. Ex quibus non minus tutius quàm iustius & æquius esse puto Do. Baldum ad dictam pœnam non teneri, talemque sententiam pro eo ita subscribo. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXIX.

ARGVMENTVM.

Solennitas extrinseca progressu longissimi temporis præsumitur in contractu venditionis factæ ab Vniuersitate,& negatiua eiusdem solennitatis nõ probatur ex inspectione instrumenti.Petitio restitutionis in integrum à non speciali procuratore facta, non probata læsione, & lapsu quadriennij obstante ex præsumpta scientia petentis,reijcitur,vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Productis creditur contra producentem.*
2 *Testes inducti probant contra inducentem, ex quadam tacita confessione ex eorum productione inducta.*
3 *Testes de auditu transferunt onus probandi in contrarium.*
4 *Præsumptio cedit veritati.*
5 *Præsumptio.l.merito.ff.pro socio. non operatur in præiudicium tertij.*
6 *Solemnia omnia requisita præsumuntur interueuisse ex longissimi temporis cursu annorum 44.*
7 *Mandatum non præsumitur.*
8 *Mandatum non præsumi etiam vsque ad mille annos, quomodo intelligatur.*
9 *Obligatio non potest tempore induci,nec tolli.*
10 *Baldi dictum in l. 1.de reb. alien.non alie. declaratur.*
11 *Possessor malafidei emens contra iura non præscribit.*
12 *Solemnitas principaliter, & in damnum alterius ex quibus præsumatur.*
13 *Patientia habetur loco mandati.*
14 *Ratificatio fit verbis & facto.*
15 *Ratificatio licet non expressè inducta, præsumitur ex longissimo tempore.*

16 Manda-

16 Mandatum & ratificatio in contractibus ex indicijs et consecturis sumptis ex qualitate personarum & gestorum & rerum & cursus longissimi temporis facilius præsumitur.

17 Temporis ex longissimo cursu de sufficienti & legitimo numero hominum & consiliariorum legitimè vocatorum & interuenientium specialiter præsumitur.

18 Solemnitas subhastationis ad præiudicandum actori, vt perdat dominium rei suæ quanto temporis spatio inducatur & præsumatur.

19 Decretum & auctoritas præsumitur interuenisse ex cursu annorum triginta & vltra.

20 Verbum generale quibusdam specialiter enumeratis aliquando subijcitur quo specialia complectuntur.

21 Solemnia omnia ad validitatem actus requisita ex longo tempore præsumuntur interuenisse.

22 Omne dicens nihil excludit.

23 Possessio vbi concurrit cum diuturnitate temporis, præsumitur solemnitas extrinseca interuenisse.

24 Decretum posse interponi ante seu post contractum, ex Alex.

25 Scriptura requiritur in actibus iudicialibus.

26 Solemnitas cognitionis causæ, etiamsi in instrumento nihil esset dictum, præsumitur ex lapsu longissimi temporis annorum triginta.

27 Instrumentum licet nihil dicat de consensu capituli requisito, tamen ex obseruantia dispositorum in instrumento, & ex longo tempore præsumitur solemnitas extrinseca.

28 Probatio concludens non est ex inspectione scripturæ de negatiua, quando aliunde potest probari de affirmatiua.

29 Decisiones doctorum in terminis multum valent in practica.

30 Emptor habens titulum concessionis validum est securus, non indigens præscriptionis auxilio.

31 Pactum de retrouendendo potest in alio instrumento exponi.

32 Contractus emptionis & venditionis quomodo perficiatur ab vniuersitate cum particulari.

33 Vulgares & idiotæ instrumentum appellant contractum.

34 Vniuersitatis ius potest residere & stare in paucis.

35 Contractus omnes hodie tenentur & sustinentur de consuetudine.

36 Consuetudo etiam notoria dicitur probari ex inspectione plurium instrumentorum.

37 Solemnia iuris tolluntur consuetudine.

38 Consuetudini vniuersitatis standum est in eius contractibus.

39 Facti qualibet minima mutatio totam iuris decisionem mutare facit.

40 Communitas excluditur à propositione nullitatis præscriptione triginta & quadraginta annorum.

41 Res vendita non potest vindicari.

42 Procurator non potest sine speciali mandato intentare remedium restitutionis in integrum.

43 Procurator in quocunque iudicio etiam summarissimo habere debet legitimum mandatum, & persona plenè legitimari.

44 Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.

45 Collecta non possunt imponi singularibus personis pro soluendis debitis communitatis, nisi quando ipsa communitas nihil habet in communi.

46 Læsio non probatur ex perceptione plurium fructuum ante contractum.

47 Iudex ex officio supplere potest ne agens lucrum faciat cum iactura alterius.

48 Iudex potest moueri ad iudicandum etiam ex his quæ sunt extra acta.

49 Restitutio in integrum quæ præcipuè respiciat.

50 Quadriennium incipit currere a die læsionis completa.

51 Quadriennium vt currat, debet interuenire scientia de contractu & læsione.

52 Allegatione non indigent ea quæ patent ad sensum.

53 Consiliarij præsumuntur habere scientiam iurium suæ vniuersitatis.

54 Notitiam sufficit probare ex coniecturis & præsumptionibus.

55 Restitutio ex clausula (si qua mihi iusta causa) conceditur communitatibus.

56 Illatio non fit ex diuersis.

57 Diuersitas personarum, seu corporum inducitur ex diuersitate nominum.

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



QVamuis allegata pro Baldassino reo cõuento hucusque & deducta diligenter inspecta sufficere possent ad repellenda ea, quæ pro Vniuersitate Scapezani actrice longo apparatu adducta exhibentur. His tamen dubitationũ loco traditis sigillatim respondendo, iura exceptionum & defensionum ipsius rei conuenti clariora & magis in lucem splendentia sic effici possunt. Nam quodcunque ius Vniuersitatis vel remedium & petitorij & possessorij, vel rescissorium intentatum sublatum demonstratur exceptione empti & venditi, & longissimi temporis cursu, ac defectu probationum, maximè quoad remedium rescissorium restitutionis in integrum.

Exceptio autem empti molendini per Baldassi-
num, & vẽditi ab Vniuersitate (vt alias dictum est)
probatur per libros Vniuersitatis in iudicio man-
dato Iudicis editos cum quodam instrumento ip-
sius emptionis, continente causam modum & tẽ-
1 pus emptionis. Quibus enim libris † & instrumen-
to contra ipsam Vniuersitatem credi debet, per no.
in l. Publia. §. fi. ff. de pos. & in l. census. de prob. &
in c. ad audientiam. de præscrip. & auth. ad hæc, C.
de fi. instru. & probatur per testes ab vtraque parte,
examinatos, & præcipuè pro parte Vniuersitatis
qui contra eam inducentem etiam nullam scientiæ
causam reddentes, ex quadam sua confessione eo-
rum quæ simpliciter dicunt, inducta ex productio-
2 ne eorum attestationum probant, † vt tradit Rom.
consi. 104. in fi. sequitur Ias. in rub. col. pen. ver. sextò notabiliter, ff. de iure iur. & Aym. consi. 201. nu. 7. Io. de Ami. consi. 61. col. 2. Paris. consi. 23. nu. 1. lib. 4. & Socin. Iun. consi. 69. nume. 11. libr. 1. vbi fi

dictum

dictum vnius teſtis faciēs pro aduerſario etiā pro-
duceretur, plenè probat contra producentem, vt
propria confeſſio probat, per no. in l. cum precum,
3 C. de libe. ca. Atque etiam teſtes † de auditu depo-
nentes de dicta molendini emptione in tantū pro-
bant, ꝙ exinde transfertur in ipſam Vniuerſitatem
onus probandi contrarium, Ro. in ſingu. 341. teſti-
monium. Felin. in c. tam literis. nume. 3. de teſti. &
Dec. in l. 1. ad fi. nu. 18. in 2. lectu. ſi cer. pe. maximè
quando depoſuerint audiuiſſe dici ante litem mo-
tam, vt ibi per Deci. & euenit in caſu noſtro, & me-
ritò, cum de hoc eodem molendino & eius cauſa
conſulens Bartholomæum Baldaſſinū cauſam ha-
buiſſe & emiſſe ab hominibus Scapezani ſæpe me
minit Rui. in conſi. 97. lib. 4. qui obijt iam ſunt an-
ni 40. elapſi, itaque minimè ambigendum arbitror
multiſariam conſtare D. Baldaſſinum emiſſe mo-
lendinum hoc ab Vniuerſitate Scapezani, etiam ꝙ
de certo prætio non probaretur, cum modo de hoc
principaliter non diſputatur, vt per Alex. in l. ſcien-
dum. col. 3. ſub ver. quartò limita. de verb. oblig. &
& ibi Moder. ſequuntur. & Feli. in c. ſicut. col. fi. de
re iudic.

Non tollit has probationes emptionis factæ per
Baldaſſinum præſumptio obiecta de mandato in
libro Vniuerſitatis conſcripto de an. 1525. de ven-
dendo dictum molendinum, quaſi prius nō fuiſſet
venditum Baldaſſino, ne dicatur eadem res vendi
duobus, excludendo delictum, per l. merito, ff. pro
ſoc. Quia prȩſumptio huiuſmodi cedit veritati paſ-
ſim demonſtratæ & probatȩ de dicta emptione fa-
4 cta per Baldaſſinum, vt notum eſt † præſumptio-
nem cedere veritati. l. ſi chirographum. ff. de prob.
cum ſimil. alleg. per Bal. conſi. 466. num. 4. lib. 5. &
Deci. conſi. 400. col. 4. nume. 8. & Aym. conſi. 258.
5 ſub nume. 13. & quia † præſumptio d. l. merito. non
operatur in præiudicium tertij, vt per Feli. in c. fin.
col. 4. nume. 13. verſic. fallit ſecundò. de præſumpt.
Deci. conſi. 528. num. 3. Aym. conſi. 57. nume. 6. &
conſil. 224. ſub nume. 2. & quia etiam in eodem
libro conſiliorum Vniuerſitatis apparet aliud man
datum de eodem anno 1525. per quatuor dies po-
ſtea factum Thomæ Zampini & ipſi Bartholomæo
Baldaſſino, in quo enunciatur molendinum dictæ
Communitatis & dicti Bartholomæi condonan-
dum pro tertia parte Illuſtriſſimæ Duciſſæ, & po-
ſtea mandatum concluditur factum dicto Thomæ
alienandi molendinum Communitatis dicto B. ex
quo demonſtratur ab Vniuerſitate dominium to-
tius molendini prædicti eſſe tranſlatum in ipſum
B. l. indicia. C. de rei vind.

Videntes propterea Domini allegantes pro Vni
uerſitate debile vel nullum fundamentū ſuper de-
fectu probationis de emptione molēdini facta per
B. confugiunt ad mare magnum allegationum de
nullitate dictæ emptionis factæ de re immobili
Vniuerſitatis à perſonis carentibus mandato, non
ſeruatis ſolennitatibus requiſitis in alienationibus
rerum ſtabilium Vniuerſitatis, recenſendo primum
defectum numeri conſiliariorū non legitimè con-
uocatorum, rei ſtabilis non alienandæ, cum aliun-
de per impoſitionem collectarum potuiſſent ſolui
debita Vniuerſitatis, ſubhaſtationis non factæ, &
decreti Iudicis non interpoſiti, & aliarum ſolenni-
tatum requiſitarum, quarū ſpecialis replicatio bre-
uitatis gratia ommittitur, & ꝙ huiuſmodi nullita-
tis allegatio maximè procedit etiam in longiſſimo
tempore, quia ex lectura inſtrumēti dictæ emptio-
nis apparet præmiſſas requiſitas ſolennitates non
interueniſſe.

Ad hæc autem omnia breuiter reſpondetur, ꝙ
verum eſt ꝙ requiruntur illæ ſolennitates, attamen
interceſſiſſe præſumuntur, hæc in ſimili ſpecie ſunt
verba Alexan. in conſi. 79. circa primum. col. 3. ſub
nu. 14. lib. 1. Præſumuntur enim interueniſſe, & in
caſu noſtro ſpecialiter aliquas earum & principa-
liores enumerando, & generaliter concludendo,
6 † prȩſumi omnia ipſa ſolemnia requiſita ex lon-
giſſimi temporis curſu annorum 44.

Primò de ſolennitate mandati facti illis ſindicis
7 qui vendiderunt, † licet non prȩſumi ex vulg. di-
ctis Bald. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtru. & in l. 1. de reb.
ali. non alienā. multa dicantur poſt alios per Hier.
Cagn. in l. velle. nume. 18. cum ſequen. de reg. iur.
& Soci. Iun. in conſi. 56. lib. 1. & Vanti. in tract. de
nulli. in ti. qui. mo. ſent. nul. reper. nu. 92. & ſeq. &
Aym. in tract. de antiq. temp. in 2. part. nume. 33.
Tamen ſi bene inſpiciantur hȩc dicta Baldi princi-
palia in materia, vnum in d. l. 2. ſi ex falſ. inſtr. expri
8 mens † etiam vſque ad mille annos non prȩſumi de
mandato, loquitur in actibus iudiciorum, in qui-
bus contendentes & inuitȩ partes interueniunt, l.
inter ſtipulantem, §. ſi Stichum. de verb. oblig. ideo
ſilentium (dicit Bald. ibi) nihil eſt, vt quocunque
temporis curſu poſſit prȩſumi mandatum partis
9 alicuius, cum † tempore induci neque tolli poteſt
obligatio. l. obligationum ferè. §. 1. de act. & oblig.
& quia etiam in his actibus Iudicialibus non vnico
actu (prout expediuntur contractus) expediendis,
ſed aliquandiu duraturis frequētius quàm in con-
tractibus quis mandato carens & habere ſperans
cum ratificatione geſtorum, vt procurator pro alio
comparere conſueuit, quare difficilior eſt prȩſum-
ptio mandati, & in his verſantur & loquuntur do-
cto. ſequentes Bald. dicentem non prȩſumi man-
datum etiam vſque ad mille annos de quibus per
10 Vanti. in d. loco num. 91. & † alterum Baldi dictum
in dict. l. 1. de reb. ali. non ali. loquens in contra-
ctu facto cum aliquo vti officiale ſeu nomine alie-
no non dicit primitus non prȩſumi mandatum ad
tempus aliquod, ſed quòd poteſt probari ex con-
iecturis illum vēdentem fideliter habitum ab em-
ptore potuiſſe vendere, per l. fina. ff. pro empt.
Bald. ibidem in dict. l. 1. dicit emptorem ſe fi-
deliter crediediſſe venditorem eſſe executorem vel
& ſupple ſindicum probari ex coniecturis, puta
quia dici audiuit à pluribus honeſtis perſonis,
hoc autem propriè, & efficacius euenit in caſu
noſtro, quia non ſolùm à pluribus honeſtis viris,
ſed ab omnibus conſiliarijs caſtri Scapezani, qui
veriſi-

verisimiliter sunt honestiores homines qui sint in
loco, ipse B. Baldassinus audiuit dici & dari illis
Bernardino & Laurētio Sindicis potestatem & au
ctoritatem contrahendi & vendendi dicto B. dictū
molendinum, vt legitur & probatur per instrumen
tum registratū in dicto libro Vniuersitatis scriptū
die decimoquinto Martij. 1523. Hoc quoque suffi
ciens est ad probandam bonam fidem Baldassini,
vt iustè potuerit præscribere contra dictam Vniuer
sitatem, maximè spacio ann. quadraginta, cōtra id
de quo præcipuum adducunt fundamentum alle-
gantes pro Vniuersitate cōtra B. vti malæ fidei pos
11 sessorem ementem contra iura. † Quod dici nō po
test in specie proposita per d. doctr. Bal. in d. l. 1. de
reb. ali. non ali. & per d. l. fi. ff. pro empt. probat Ale
xand. in consi. 191. col. fin. num. 5. lib. 6. & Balb. de
præscript. in 2. par. 3. par. in 1. q. sub num. 5. sequens
Ang. & Imo. in l. cum vir. de vsucap. & quia non cō
tra iura emit, sed solennibus omnibus præsumptis
interuenientibus, vt modo dicemus. Et hoc sufficiat
ad refutanda plura alleg. per aduersantes de mala
fide Baldassini.

Præterea aliæ coniecturę sunt præsumendi man
datum Sindicorum & Consiliariorum à tota dicta
Vniuersitate vendendi molendinum dicto B. Quæ
colliguntur ex scientia hominum dictæ Vniuersita
tis, vt inferius ostendetur, & patientia & continua
possessione dicti B. in ipso molendino longissimo
12 cursu ann. 30. & 40. quæ † sufficiunt ad præsumen-
dam solennitatem principaliter & in damnum alte
rius, loquens de mādato Sindicorum firmat Alex.
in consi. 1. col. pen. ver. non obstat. sub num. 19. lib.
4. quod aliàs pro firmo clipeo eorum allegant ad-
uersarij cum consi. 90. Rolan. à Val. lib. 1. ita specia
liter declarat Aymo. in d. tract. de antiq. temp. in 2.
par. ad fin. ver. sextò. patientia enim Vniuersitatis
13 † habetur loco mandati, dicit Bal. in l. sicut. §. 1. ad
fi. quod cuiusque vniuers. & quę colliguntur ex ver
bis instrumenti emptionis enunciatiuis dicti man-
dati cum dicto longissimo temporis cursu, & ꝙ ve-
risimiliter illi duo nomine Vniuersitatis sine man-
dato non vendidissent, ideo pro mandato inducta
est præsumptio, in terminis firmat Dec. in consil.
36. col. 4. nu. 8. sequitur Boer. in decis. 281. sub nu.
17. Aymo. in d. trac. & par. 2. nu. 35. & Cassad. in
decis. 3. de procur. & Hiero. Cagn. in d. l. velle. col.
pen. Goz. consi. 11. nu. 13. & 14. & consi. 73. nu. 29.
* pro com. opin. ponit & approbat Viuius in tracta.
com. opi. in litera M. lib. 1. & ita limitat Iaco. Phil.
porti. Imo. in tracta. de com. conclu. lib. 4. conclu.
29. in prima 3. 5. limit. & pro cōm. ponit Emanuel
Soarez in suo tracta. recept. sent. in ver. Magister.
nume. 33.

Postremo, ratificatio venditionis molendini fa
ctæ Bartho. Baldassino expressa demōstratur facta
ab ipsa Vniuersitate, dum in publico & generali cō
silio facto de anno 1540. die 14. Septembris enar-
rando venditionem esse factam dicto B. cōclusum
est partem molendini esse reemendam à dicto B.
& de parte alia ipse B. disponat ad libitum suum,
14 ita † verbis & facto fit ratificatio. l. Paulus. ff. rem
rat. ha. nec verisimile est ꝙ Communitas tādiu ta-
cuisset, nec talia dispoluisset, si illi qui vendiderunt
non fuissent veri sindici, & non habuissent manda-
tū ab Vniuersitate, vt in similibus terminis firmat
Alci. de præsumpt. in reg. 2. in 13. præsump. in fi. se-
quitur Iaco. Phil. Por. Imo. in d. conclu. 29. in fin.
15 lib. 4. Quæ † quidem ratificatio non sic etiam ex-
pressè inducta pręsumeretur ex longissimo tempo-
re gestorū cum B. super dicto molendino ante ocu
los omnium deuento & possesso per eum, licet mā
datum non præsumeretur. Soci. cons. 46. col. 2. ver.
præterea in casu. nu. 4. lib. 3. Goza. d. consil. 11. nu.
16. sequitur Aymo. in d. 2. par. nu. 37. de anti. temp.
16 Ita † in cōtractibus ex indicijs & coniecturis sum-
ptis ex qualitate personarum & gestorum & rerum
& cursus longissimi temporis præsumitur facilius
mandatum & ratificatio, per suprà dicta & secun-
dùm Bal. in d. l. 1. de reb. ali. non ali.
17 Secundò, ex longissimo cursu temporis † de suf
ficienti & legitimo numero hominum & consilia-
riorum legitimè vocatorum & interuenientiū spe-
cialiter præsumi, per tex. & glo. in c. ea noscitur. de
his quæ fi. à præla. si con. cap. tradit Rom. in consi.
252. pro decisione. ver. quoad tertium. & Corn. cō
sil. 181. col. 7. ver. & est aduertendum. lib. 2. ac etiā
de vniuersitate legitimè congregata firmat Dec. in
consi. 199. col. fin. sequitur Aymo. de antiq. tempo.
in 3. par. in vlt. char. ver. pen.
18 Tertiò † ad inducendam & præsumendam solē-
nitatem subhastationis, ad præiudicandum actori
vt perdat dñium rei suæ requiri & sufficere lapsum
30. ann. in specie probat Alexan. consi. 179. col. fin.
lib. septimo.
19 Quartò † ex eodem cursu an. 30. & vltra præsu-
mitur interuenisse decretū & auctoritas, tenet An-
char. consi. 136. ex consiliis. ver. præterea dictū mo
nasterium. sequitur Alex. consi. 92. col. 2. num. 8. &
consi. 219. col. 3. nu. 15. lib. 6. & Feli. in c. quoniam
contra. sub nu. 37. de proba. & in c. Albericus. col.
2. sub nu. 4. de testib. & in c. licet Heli. col. 4. nu. 10.
de simo. & Dec. in l. 1. col. 4. nu. 8. q. admi. Bellon.
in consi. 46. sub num. 6. & clarè defendit Capyc. in
decis. 4. col. fi. vbi maximè ponderat, cum negociū
(vt in casu nostro) fuit pertractatum & expeditum
congregata Vniuersitate, ꝙ ex hoc præsumitur sciē
tia officialis, & consequenter decretum.

Quintò, concesso comertio de molendino com
munis, per glo. in l. sed Celsus. in prin. ff. de contr.
emp. ponit Alex. consi. 43. col. 3. sub nu. 11. lib. 4. &
vrgentibus debitis communitatis tunc (vt ex pro-
cessu constat) & non ex collectis sic in prōptu exsol
uendis, rei immobilis cum solennitatibus concessa
venditione. per l. ob æs. C. de præd. minor. & sic di-
cti molendini parati destructioni & litigiis cum cō
munitate Mondulpli pro habenda aqua ex flumi-
ne, & iam communitas Scapezani reportauit sentē
tiam contrariam, attestatur Rui. in d. cons. 97. lib. 4.
merito de molendino vendendo procedit doctri.
Ang. in l. non solum. ff. de pet. hæred. cum relat. per
Tiraq.

Tiraq.de retract.tit.j.§.j.glo.7.sub num.92. Atque
etiam ex tempore longissimo inducta præsumptio-
ne pretij facti & certi secundum Afflict. in decis.
368. His autem solennitatibus præsumptis specia-
20 liter enumeratis.quoniam †non est nouum,vt qui-
busdam specialiter enumeratis subijciatur genera-
le verbum quo specialia complectãtur,vt dicit tex.
in l.si seruus, §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. generalis
itaque doctrina est sumpta ex.l.si filius, C.de petit.
hæred.& l.qui in aliena.§.sed & si. ff.de acqui.hæ-
21 redi.& c.peruenit.de empt.& vend.ꝙ † ex longo,&
efficacius ex longissimo tempore præsumũtur om-
nia solennia interuenisse,quæ ad validitatem actus
requiruntur.vt per doct.in his locis & Alex.in cõs.
13.num.5.& consi.79.nume.10.lib.1. & consi.45.
in fi.lib.3.Soci.consi.270.col.pen.lib.2.Deci.cõsi.
436.in fi.Rui.consi.111.sub nume.10.libr.4.sic est
* com.opin.attestata per Alex. in l. sciendum. col.4.
sub num.19.& ibi per Ias.col.6.num.16.& per Al-
bei.Bru.de forma in tit. de prob. & præsumpt. for.
col.x.ver.quartò limitatur.& per Aymo.in d.tract.
de Antiq.tem.in 3.par.sub nume.8.&versi.sed ista
22 opinio. & † qui omne dicit nihil excludit. l. Iulia-
nus.de leg.3.quia vbi est quęstio de solennibus,aut
omnia præsumi debent,aut nihil, cũ si pars tantum
præsumeretur , perinde est ac si nihil præsumptum
sit,per l.cum fillanianum,C.de his qui. vt indi. di-
cit Aymo.in d.3.par.sub num.26.ver.præterea. Er-
go omnibus ad validitatem venditionis requisitis
solemnitatibus præsumptis, remanet nunc valida
dicta venditio molendini.

Non obstant quæ adhuc de decreto non præsu-
mendo tradit Bal.in l.2.C.de legi.hęred.quoniam
ex auctoritatibus aliorum & pluribus rationibus
latè contrarium defendit Ias.in d.l.qui in aliena.in
princ.col.pen.nume.36.& seq.& ad alia contraria
de solemnitate non pręsumenda,quando nõ enun-
ciatur in instrumento, & quando à parte aduersa
negatur, vt per Abb.in c.ea noscitur. de his quæ fi.
à præla.& Alex.cons.9.col.fi.lib,3. Respõdendum
est vt per Aret.in d.l.qui in aliena.§.sed & si.col.2.
ver.vt tamen saluemus. qui dicit indistinctè saluan
* dam esse com.sententiam,ꝙ vbi possessio †concur-
23 rit cum diuturnitate temporis, præsumitur solem-
nitas extrinseca interuenisse,quia non est verisimi-
le,ꝙ si contractus fuisset nullus,ꝙ non fuisset tanto
tempore mota lis vel controuersia, & per Feli.in d.
ca.Albericus.ad fi.qui dicit , si in instrumento non
sunt enũciatæ solennitates, & factum sit antiquum
se credere contra Car.& Abb.com.opin. esse verã,
ꝙ præsumeretur solemnitas interuenisse, & se intel
ligere de lõgo tempore x.an.& xxx. ad graue præ-
iudicium alterius,& per Aym.in d.3.par. sub nu.9.
ver. sed valde. qui dicit,dum docto.dicunt solem-
nitatem extrinsecam præsumi ob temporis antiqui
tatem , eos præsupponere defectum talis solemni-
tatis fuisse allegatum & oppositum,& ꝙ talis nega-
tio non impedit,quia solemnitas extrinseca præsu-
mitur etiam contra tertium,qui defectum talis so-
lemnitatis opponere non potest , nisi probet nega-
tiuam,& sic de hac limitatione valde miratur,& vt
per Corn.d.consi.181.col.8.libr.2.

Id demum non obstat in quo aduersantes tan-
tum se fundant ad effugiendã præsumptionem om
nium solemnium requisitorum ob longi & longis-
simi temporis progressum, & præsumptio hæc tol-
latur ex inspectione instrumentorum & mãdati per
consiliarios facti de vẽditione molendini , & ven-
ditionis ipsius factę per illos duos sindicos , in eo
maximè ꝙ non seruarunt mandatum de vendendo
dimidiam partem molendini, cum pacto de retro-
uendendo,exinde nullitate inducta, per not. in ca.
cum dilecta.de rescript. & apparet solemnitates &
citationis consiliariorum , saltem duarum partium
& possidentium,& eorum iuramẽtorum, & subha-
stationis,& decreti non interuenisse, vt per Pau. de
Cast.in consi. 48. in causa quæ vertitur inter reue-
rendum.aliàs consi.81.lib.2. & eum sequent. rela-
tes per Aym.consi.290.sub num.6.

Quia stãdo in dictis aliorum, & magis commu-
niter approbatis,pręmittens, ꝙ solemnitates & ci-
tationis , conuocationis hominum Vniuersitatis,
eorum iuramentorũ, subhastationis & decreti pos-
sent aliunde per testes & per alias scripturas in his
extraiudicialibus probari,& separatim interuenire
24 à contractu emptionis, vt in specie decretum † (de
quo magis videbatur dubitandum)posse interponi
ante,seu post contractum, probat Alex.in d.l.scien
dum.col.6.ad fi.sub num.27. 28.& Soci.consi.15.
col.xj.ver.sed posito. libr. 1. vbi & de alijs latè di-
scutit,& per Afflict.in decis.378.sub num.5.

Respondendo adduco quod dicit Crot. in d. l.
sciendum.col.6.sub versi.vltimò fallit.contra Pau.
de Cast.in d.consi.81.& Alex.consi. 1.col. fi. libr.
4.sentire indistinctè doc.Ang.Imo.& ipsum Alex.
& Aret.in locis ibi alleg. per eum. qui tamen con-
cordando opin.dicit opin.Pau.de Castr.procedere
25 in actibus iudicialibus,in quibus ipse loquitur, † &
requiritur scriptura, per.c.quoniam cõtra.de prob.
vbi producto processu & ex eius inspectione si po-
test apparere defectus citationis, de ea merito non
pręsumitur ex lapsu longi temporis, sed quãdo so-
lennitas non requirit scripturam publicam, & pos-
sibile sit ꝙ fuerit adhibita , & posset probari per te-
stes, pręsumitur talis solemnitas extrinseca & pro-
ducto instrumento contractus , in quo de ipsa non
fit mentio.

Et quòd Corn.in d.consi.181.col.8.ver.Item si
in instrumento.lib.2. dicit, si in instrumento nõ fit
mentio de consensu capituli , tamen sit talis actus
super quo cadit possessio vel quasi, pręsumitur so-
lemnitas talis consensus, licet extrinseca , maximè
quando reus eam allegat. Et quod Alexand. in
consi.219.col.4.sub num.20.lib.6.dicit, possessio-
nem etiam contra ius, coadiuuatum tamen aliquo
titulo , licet de modo & qualitate tituli non con-
stet , facere pręsumi pro titulo , & incumbere onus
probandi negatiuam aduersario , & talis negatiua
non probatur ex inspectione instrumenti facti de
concessione talis tituli , cũ cõsensus requisitus cum
omni

oi sua solẽnitate ex postfacto potuerit interuenire.
Et quod Deci.consi.558.col.pen. ver. secundò re-
spõderi potest.dicit,ꝙ licet illa decisio Pau. de Ca.
faciat præsumptionem,non tamen tollit contrariã
præsumptionem quæ insurgit ratione antiquitatis.
& consi.409.num.12. Et quod Alci.de præsum-
26 ptio.in reg.3.in præsumpt.10. nu.5.6.7.dicit, † so-
lemnitatem cognitionis causæ etiam si in instru-
mento nihil esset dictum,præsumi ex lapsu longissi
mi tẽporis an.xxx. Et quod Ias.in d.l.sciendum.
col.6.sub num.16.versi.contrarium in hoc vltimo.
dicit se tenere primam opinionem, ꝙ ex diuturni-
tate temporis solemnitas extrinseca præsumatur,
quamuis notarius nullam de ea mentionem faciat.
Et quod Fell.in d.c.Albericus.col.2.sub nu. 4. di-
cit, ꝙ si reperitur instrumentum continens aliena-
tionem rei ecclesiasticæ, & sit lapsum longum tem
pus presumitur decretum superioris interuenisse, li-
cet in instrumento non dicatur de solẽnitate adhi-
bita,quæ dicit diligenter notanda. Et quod idem
Felin.in c.sicut.col.17.versi.septimò & vltimò. de
re iud.vbi relata d.opin. Pau.de Cast.& Alex.con-
27 traria, dicit se putare lubstentabilius, † ꝙ licet in-
strumentum nihil dicat de cõsensu capituli requi-
sito, tamen ex obseruantia dispositorum in instru-
mento, & ex longo tempore præsumitur solemni-
tas extrinseca. Et quod Soci. d.consi.15. col.pe.
lib.1.dicit esse quid singulare, ꝙ propter temporis
diuturnitatem, licet appareat scriptura in qua so-
lemnitas extrinseca non apparet descripta, tamen
plus etiam presumendum videtur, quàm scriptum
sit,ratione diuturnitatis. Et quod Ruin. d.consi.
91.col.vlti. nume.9.10. lib.4. dicit ex inspectione
instrumenti venditionis non probari defectum so-
lemnitatum, quæ potuerunt præcedere vel sequi
contractum. Et quod Aymo.in d.3.part.sub nu.
15.& ver.sed aduerti. dicit malè locutum esse Pau.
de Castr. si dixisset ex sola instrumenti contractus
productione in quo non appareret de eius solem-
nitate probari ipsius contractus nullitatem & so-
lemnitatis omissionem, cum aliũde potuerit adhi-
beri, & de ea apparere per aliam scripturam. Et
hęc dicta sequitur Rot. per Cassad. in decis. 3. ad
num.7. in tit. procur. maximè quando solemnita-
tes non apparent in instramento expresse inepto
28 modo, quia † probatio concludens non est ex in-
spectione scripturę de negatiua quando aliunde
potest probari de affirmatiua.Rui.consi.35. nu.19.
lib.1. ita in solemnitatibus, quę ante & post actum
possunt interuenire,pulchrè recẽlendo excellentis-
simus Iurisconsul.Io.Cephal.comprobat consi.47.
nume. 6.7. & seq. licet in consi.illo sua excellentia
responderit in facto principali contrariũ eius quod
ego in eodem facto respondi supra consi.30.& cõs.
35.tamen admirationem qualem qualem hanc tol
lunt contraria in eadem specie responsa & prisco-
rum Iuriscon.scripta in l. pen. ff. de testa. tut.

Volui hęc dicta doctorum in terminis nostris
29 recensere,sciens quantum in practica † valeant de-
cisiones doct.in terminis, vt dicit Gom. super reg.
de non tollen. iu. quęsi. in q.16. in fin. & ꝙ ex his
* colligitur verè com.opin. doct. ita esse à qua pari-
ter in iudicando non est discedendum,per vulg.
Non refert contra quem progressus temporis lon-
gi vel longissimi procedat ad inducendam pręsum
tionem solemnium,vel contra ecclesiam, vel con-
tra vniuersitatem. Quia non tractatur de iure præ-
scribendi rem emptam,sed pręsumendi titulũ con-
30 cessionis validum,quo † securus est emptor non in-
digens præscriptionis auxilio,vt tradit Aymo in d.
3.part.nume.2. ver. sed iterum. & ante eum Corn.
in dict.consi.181.colum.7. versic. & est aduerten-
dum. lib.2.

Nec dici potest contractum venditionis factum
per illos duos deputatos ab Vniuersitate apparere
nullum ex instrumento venditionis non cõtinente
pactum de retrouẽdendo medietatem molendini
iuxta promissionem factam & fidem datam B. per
cõsiliarios,& auctoritatem datam illis duobus cõ-
trahẽdi cum dicto B. & sic nullitatem esse ob fines
mandati non seruatos d.c.cum dilecta. Quoniã re-
spondetur proinde non apparere concludenter de
dicta mandati inobseruantia, quia extra instrumen
tum venditionis, & ex interuallo, & per aliud in-
strumentum potuit exponi pactum de retrouenden
31 do, † vt posse fieri deducit Aymo.consi.156.nu.3.
& Hier. Cagn.in l.2.nu.228. C.de pact.inter emp.
& vend.quod negatum non videtur per B. in scri-
ptura facta sub die 6.Ianuarij 1536. porrecta in cõ
silio Scapezani,& apparet in apocha solutionis pre
tij molendini in libro dictæ Communitatis, & in
hoc similiter procedunt suprà alleg.licet posset ha-
beri contractus venditionis & emptionis cum di-
cto pacto prius initus cum consiliarijs congrega-
tis & dicto B. per illa verba. Et sic omnes supradi-
cti consiliarij fecerunt & concluserunt & dederunt
dicto Bartholomæo fidem & manum,vt legitur in
instrumento parlamenti seu consilij facti die 15.
32 Martij.1523. sic † contractus emptionis & vendi-
tionis perficitur. l.empti. C. de contra. empt. & in
princ.insti.eo.illis vero duobus fuit solùm data po
testas exponẽdi instrumentum,vt verba illa(facien
33 di contractum)continent,cum vulgares † & idiotę
instrumentum appellant cõtractum, vt notum est,
& per Corn.consi.2.col.3.lib.1.& Tiraq.de retrac.
ti.1.§.2.glo.1.nu.1.& seq.

Postremò vltra communes cõclusiones iuris su-
prà firmatas in casu nostro procedentes & militan
tes, pro validitate contractus dictæ Vniuersitatis
cum dicto B. animaduertendum est in facto propo
sito, ꝙ ex libris consiliorum Vniuersitatis in iudi-
cio exhibitis apparet numerum hominum cõsilia-
riorum esse reductum ad 20.homines infra,qui er-
go debent repræsentare totum populum,Bar.in l.2.
34 ad fi.C.de decur.lib.10.quia † ius omnium & no-
men Vniuersitatis potest recidere & stare in pau-
cis.per tex.in l.sicut.in fi. ff.quod cuiusque vniuer.
qui possunt idem quod potest totus populus. Ang.
in l.nulli.in princ. col.1.ff.eo. & hos homines 20.
infra seu maiorem partem eorum facere generale
consilium

consilium hominum d.Castri,& nomine Commu
nitatis. facere contractus, & dispositiones omnes
fieri contingentes indistinctè alijs solemnitaribus
nõ adhibitis solo eotum Vicario Iudice & Officiali
in loco interueniente pro cancellario & scribente
ad modum rogiti instrumẽti. Ex quibus apparet ita
esse dictæ Vniuersitatis consuetudinem, ex qua re-
putandi sunt validi contractus omnes super rebus
dictæ Communitatis facti in dicto generali consi-
lio per dictos homines xx. infra congregatos, seu
maiorem partẽ eorũ, vt est plenum respõsum Cor-
nei, etiam in concessionibus molendini Commu-
nitatis contra l.fina. C. de vend. reb.ciui.lib.x.sci-
licet in consi. 293. circa supradictam. libr. 1. quia
35 †hodiernis temporibus omnes contractus tenen-
tur & sustinentur de consuetudine, dicit Alexan. in
consi.79.col.4.sub nume.18.versi. præterea etiam.
lib.1.& per l.1.C.quę sit longa consu.& l.item eo-
rum.quod cuiusque vniuer.quæ quidem consuetu-
36 do † etiam notoria dicitur probari ex inspectione
plurium instrumentotum.Bal.in l.1.circa fin.C.ad
Vel.Deci.consi.xj.sub num.9.& consi.449. nu.25.
37 Aym.consi.134.num.9.& solemnia † iuris tollun-
tur consuetudine, l.manumissio.ff. de manu. vind.
38 Boer.in decis.1.num. 20. & in similibus † contra-
ctibus Vniuersitatis esse standum suæ consuetudi-
ni firmat Roland.à Val.in consi.90. num.18. lib.j.
de quo consi.aduersantes tanti faciunt.

Sed & id Rolan.consi.90.& illud Alexan.cons.
1.lib.4.iuribus Baldassini non refragãtur, quia lo-
quũtur in diuersis terminis, in quibus pręsumptio
solemnitatum non erat inducta progressu an. xxx.
xl.& vltra, prout est in specie nostra, vt ante latè de
monstratũ est, & nõ erat facta descriptio persona-
rum consiliariorum in instrumentis, vt est facta in
casu isto, & per ipsos consiliarios non erat data fi-
des & firmatus cõtractus, vt hic euenit, & ex inspe-
ctione libri cõsiliotum Communitatis non appa-
rebat de consuetudine Vniuersitatis in suis contra-
ctibus non seruandi alia solemnia iuris, & aliæ ibi-
dem diuersitates aderant, ita ꝙ non tãtæ facti mu-
tationes & diuersitates quãtæ sunt inter casum no-
strum & casus consiliorum Alex.& Roland.præal-
39 leg.in contrarium, sed quælibet †minima facti mu-
tatio totam dictotum consi.decisionẽ mutare facit
vt nequaquam in casu isto decisio ipsa locum ha-
beat.Spec.in tit.de aduo. §.nunc tractamus. col.1.
Alber.in l.si ex plagis.§.in cliuo.ad l. Aquil. Deci.
consi.599. nu. 6. Ex quibus omnibus remanet fir-
ma defensio validitatis emptionis molẽdini con-
tra nullitates ex aduerso oppositas. A quibus etiam
40 proponendis † dicta Communitas exclusa est prę-
scriptione xxx.vel xl.an.Soci.Iun.consi.22.col.pe.
num.22.lib.1.vt aliàs dictum est.

Et consequitur, valido existente titulo emptio-
nis molendini, cessant remedia petitorij & posses-
sorij contra B. reum conuentum pro recuperando
41 molendino, quia † res vendita non potest vindica-
ri, l.inciuile, C.de rei vind. & minus eius possessio,
à qua facto legitimo quis ceciderit.not. doct. in c.
sępe.de resti. spol. Cessat quoq; remedium restitu-
tionis in integrum cumulatum aduersus ipsum cõ-
tractum emptionis. Quia primò, vt aliàs dictũ est,
42 procurator † sine speciali mandato non potest tale
remedium intentare, l.illud, §.1. & ibi docto. ff. de
minor.& Ias.in l.si quis mihi bona.§.sed vtrum. de
acqui.hæredi.& in mandato specialiter per dictam
Cõmunitatem in hac causa facto nullum verbum
de petitione restõnis in integrũ legitur. Nõ facit ꝙ
hæc causa cognoscẽda sit ex rescripto Ducali sum-
43 mariè & sola veritate inspecta, quia † in quocunq;
iudicio etiã summarijssimo procurator habere de-
bet legitimum mandatum, & persona plenè legiti-
mari. Bar.in l.2.in fi. C.de edict.diui Adr.tol. cum
pluribus alleg.per Aym.consi.104.in princ.

Secundò, siquidẽ vera esset proposita læsio ven-
ditionis molendini per actores (quæ tamen infi-
ciatur) esset vltra dimidiam, pro qua traditum est
ordinarium remedium ex l.2.C.de rescind. vendi.
44 quo stante † non procederet extraordinarium re-
medium intentatum petitionis in integrum resti-
tutionis, vt in terminis firmant Corn. in consi.72.
col.4.versi.omnes enim concordant.lib.3. Aymo.
consi.7.col.1.& Rolan.à Val.consi.59.in prin.li.1.
& est gl.in ver.redire.in c.1.extra.de rest.in integr.
& nõ posset obtinere vigore dicti ordinarij reme-
dij ex d.l.2.per clausulas, petẽs ius & iustitiam &c.
& omni modo mel. &c. cum nullibi narratũ fuerit
de facultate danda reo conuento supplendi pre-
tium, vt in terminis istis respondit Aymo. consil.
151.col.2.nume.4.

Tertiò, aliàs dictum est non esse probatam læ-
sionem dictæ Vniuersitatis, & ex eo maximè quòd
poterat aliũde satisfacere suis creditoribus per im-
positionem collectarum, priusquàm vendere mo-
lendinum. quia hoc non tam celeriter, prout insta-
bant creditores, vt testes deponunt, & hoc fieri etiã
45 iure non poterat, cum pro † soluẽdis debitis Com-
munitatis non possint imponi collectæ singulari-
bus personis, nisi quando ipsa Communitas nihil
habet in commune. vt per glo. Bar.& docto. in l.1.
§.fin.ff.quod cuiusque vniuer.& in l.4.§. actor. de
re iudic. & per tex. in l.ciuitates.eo.quod cuiusque
vni.& per Feli.in c.cum dilecta.col.pen.ver.singu.
de rescrip. Nec probatur per testes lęsio, ex eo quòd
aliqui testes dicant molendinũ valuisse scutis 600.
quia non sunt contestes in hoc, & rationem cõclu-
dentem de communi ęstimatione non reddunt, vt
per Bar.& alios in d.l.2.de rescin.vend.& in l. pre-
tia reium.ad l. Falci.& Rolan.à Val.in d.consi.59.
col.fi. Nec ex eo ꝙ aliàs dictum molẽdinum fuerit
46 locatum pro 35. vel 40.salmis grani, quia † læsio
non probatur ex perceptione plurium fructuum an
te contractum, vt in specie tradit Rui.consi.35. an-
te nume.36.lib.1. Nec ita ex hoc (vt aduersantes di
cunt) facillimè cognoscitur læsio alienationis prò
salmis 88. grani, molendini reddentis annuas 45.
salmas grani. Quia etiam ex aduerso inspiciatur, ꝙ
pretio duc.250.de anno 1523.pro dicto molendi-
no emendo per B.expenso tũc in emptionem prę-
diorum

diorum ad rationem duc.8.9.10. vel 12.pro salma
terræ, prout ex pluribus instrumentis emptionum
productis apparet tunc vendi prædia, idem B.emis
set pro salmis 20.terræ & vltra, quarum medietas
annuatim pro parte domini reddidisset salmas 35.
in 40.grani, sine tantis expensis continuis & peri-
culis destructionum & conseruationum, in quibus
molendina continuò versantur, vt notum est, hæc
quoque etiam in processu non sigillatim probata
debent animaduerti & rimari.argu.c.fin.30.q.5.&
not.per Bal.in l.filiusfam.§.veterani. vltra med.ff.
de procura. vbi inter alia iudex supplere potest in-
47 terrogando,& ne † agens improbum lucrum faciat
cum iactura alterius cum pluribus aliis simil. alleg.
per Barb.in cons.36.ad fi.lib.1.& Tiraq.de retrac.
48 tit.1.in fi.nu.52.& iudex † potest moueri ad iudi-
candum etiam ex his quæ sunt extra acta, per plura
probat Aymo in cõsi.198. in fi. ideo & idẽ Aymo
in simili specie excludendi petentem restitutionẽ
in integrum aduersus venditionem rei minori pre
cio, in consi.271.col.6.ver.tertio respondeo. consi
derat ementem tempore belli domum eodem tẽ-
pore potuisse eodem pretio emere prædia egregiæ
quantitatis & longè maioris reditus. Nam restitu-
49 tio † in integrũ hæc præcipua respicit, vt vnusquis-
que ius suum integrum habeat, non lucri faciendi
cum alterius damno, succurrendo personis ne ca-
piantur & ne capiant.tex.in l.quod si minor.§.resti
tutio.de minor.& in l.sciendum.& in l.item ait prę
tor.in princ.ex qui. cau. maio. Quod benè stat ex-
pellendo dictam Communitatem à tali petitione
contentionibus & litigiis plena ratione expensarũ
& melioramẽtorum per dictum B. factis postea in
dicto molendino, quæ benè & concludenter sunt
probata, vt aliàs demonstratum est, & ita vtraque
pars stabit in iure suo absque damno alterius. Atq;
hæc multum me impellunt ad ita respondendum,
deberent quoque summopere mouere dominum
Iudicem ad ita iudicandum,& maximè accedenti-
bus aliis huiusce partis rationibus.

Quartò, aliàs quoque ostensum est dictam Vni-
uersitatem exclusam esse quadriennio, quod inci-
50 pit † currere à die læsionis completæ.vt cle.1. de re
sti.in integ.et si Cõitas persona ficta semper igno-
rans nunquam cœpisset scire, vt adducit Paul. de
Cast. in consil. 225. ego Paulus. ad fin.lib. 2. & in
l.respublica. in fin. C.quib.ex cau.maior. licet etiã
51 deberet † interuenire scientia de contractu & læ-
sione,vt currat quadriennium, secundum Alexan.
in d.consi.j.col.4.lib.4. Cum tamen Communita-
ti competat beneficium restitutionis in integrum,
non iure reipublicæ, sed ex iusta causa ignorantiæ
vel impedimenti, ex generali clusula, si qua iusta
causa &c. vt sic esse magis communem opin. tenet
Soci.in consi.194.col.3.ad fi.ver.sed secundo. lib.
2. & vt propriè fuit expressum in precibus dictæ
Cõmunitatis productis loco petitionis, iusta igno-
rantiæ causa non fuit in hominibus dictæ Commu
nitatis, maximè de cõtractu venditionis molendi-
ni palam & prę oculis omnium existentis & conti-
nuò frequentati ab omnibus pro conficienda fari-
na,& deuenti ad manus dicti B. quia verisimile est
id à principio ab omnibus fuisse perscrutatũ & sci-
tum de contractu de pretio & de læsione si fuisset,
& de causis & modis quibus ipsum molendinum
ad manus d.B.peruenit, per ea quæ in terminis ad-
ducit Corn.in d.consi.293.circa fin.lib.j. & latissi-
mè Aymo.in d.consi.271.col.7. sub versi. septimo
respondeo.per totum,& Paris.consi.cxj.nu.55. li.j.
& præcipuè de prætensa læsione verisimilius po-
tuit sciri,& melius tempore dicti contractus,& quo
cepit esse dictum molendinũ penes dictũ B. quam
52 nunc post an.44.sciri possit, hæc nimis patentia † ad
sensum nostrum pro eorum cõfirmatione alia non
indigent allegatione,& propriè gloss. in versi. non
eandem.in l.3.§.duæ autem, ff. de carb. edic. dicit
non esse verisimilem recordationem facti de tam
longo tempore sicut de recenti.& alia glo. in c.j.§.
de feu.guard.& castal.& ibi not.Bald.in fin.ꝙ ma-
gis pręsumitur error in factis antiquis quàm in fa-
ctis recentibus. Quinimò & de contractu vẽditio-
nis,& de quantitate pretij continuata scientia con
siliariorum dictæ Communitatis probatur per in-
strumentũ de anno 1540.die 14. Septembris con-
fectum de ipsorum consiliariorum ordinatione &
decreto super molendino dictum B. de medietate
retrouendenda Communitati pro centum duca-
tis,& de alia medietate disponenda ad libitum di-
cti B. & manifestius probatur de scientia ipsorum
Consiliariorũ & aliorum de Scapezano circa asser
tam lęsionem enormem vltra dimidiam, per libel-
lum ante annum 1554. productum super dicta læ-
sione habitum ex libris consiliorum dictæ Com-
53 munitatis, de quo † verisimilis scientia consiliario-
rum fuisse deprehenditur, per l.non est ferendus. &
ibi Bald.& Cast.ff.de transact.& Bal. & Feli. in ca.
constitutus.de testi.& Pau.de Cast.in consi.j.ad fi.
lib.j. Ex quibus dici potest bene probata sciẽtia po
puli Scapezani, & sufficit illorum qui regunt & re-
præsentant totam Communitatem circa notitiam
54 dicti contractus & prætensæ læsionis, & † probari
sufficit ex cõiecturis & pręsumptionibus, hæc om-
nia firmant Corn.cõs.268.col.3.& seq.lib.3. & Pa
ris.d.consi.cxj.num.55.lib.1.& per l.municipes, ff.
ad municip.& per Deci.consi.303.col.1.nu.4. & à
tempore dictæ scientiæ sic probatæ & præsumptæ
ante præsentem litem motã sunt elapsa plura qua-
driennia, quę cœperunt currere postquàm munici-
pes loci potuerunt decernere de petenda dicta re-
stitutione, per tex.in l.j.in fin.ff.de libert. vniuersi.
ideo reijciẽda est petitio huiusmodi resti.in integr.
per tex.in c.2.de resti.in integr. lib.6. Ias. in consi.
37.in fi.lib.j.Afflict. in decis.176. cum simil. Tan-
to magis vbi veniret concedenda ex generali clau-
sula, si qua mihi iusta causa &c. vt conceditur istis
Communitatibus, vt supra dixi, quando † abest iu-
55 sta causa ignorantiæ, & adest scientia præsumpta,
petitio talis repellitur, ita per plura cõcludit Anch.
in consi.170.principaliter.col.2.& Deci. cõsi.267.
col.fi.& consi.267.in fin.& Socin.in terminis, in d.
consi.

consilio 194. colum. 3. versic. sed secundo. libro 2. & Bello. consi. 46. nume. 15. 16.

Non obstat aliud quod ex consilio d. 1. Alexan. colum. 4. libro 4. & ex glo. in cap. 1. de restitutione in integrum. eodem libro 6. inferunt aduersantes, quadriennium non esse decursum durantibus in consilio illis consiliarijs qui prætensam alienationem fecerunt. Quoniam debilis est argumentatio de prælatis, quam d. glos. & Alexand. faciunt, quia valde dissimilis est ratio potestatis & conditionis prælatorum vendentium bona ecclesiæ, qui pro se dum viuunt sentiunt commoditatem contractuum & fructuum bonorum ecclesiæ, vt per glo. 2. in cap. fina. de pecu. cleri. consiliarij autem Communitatis pro se ipsis particulariter de bonis Communitatis nullum commodum sentiunt. §. vniuersitatis.
56 institu. de rer. diuisio. ex diuersis tergo non fit illatio. l. Papinianus exuli. de minor. In negocijs autem vniuersitatum nihil refert, vtrum ijdem decuriones maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint, dicit text. in l. sicut. §. fin. quod cu. vniuersi. & diu est quòd illi vendentes dicto B. desierunt esse Consiliarij dictæ Communitatis, vt appareret ex descriptione nominum diuersorum ipsorum Consiliariorum, ex libris dictæ Communitatis, præsertim in consilio congregato de anno 1540.
57 14. Septembris, ex qua quidem nominum diuersitate inducta est personarum seu corporum diuersitas, argum. §. si de alia. institu. de actio. dicit Bal. in prima constitu. C. colum. 2. & per l. ad recognoscendos. C. de inge. & manu. dicit Roma. cons. 179. suprà fin. Itaque effectualiter sublatis fundamentis aduersantium circa intentatam nullitatem contractus emptionis molendini, & circa petitam restitutionem in integrum, remanet clara conclusio pro victoria dicti Baldassini rei conuenti, quòd absolui debet ab omnibus petitis à parte altera, vt temerè litigante in expensis condemnanda, per vulga. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM LXXX.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum pupilli facta à testamentario tutore ante confectum inuentarium & decretam administrationem à Iudice nullius est valoris, etiam quòd postea fuerit decreta administratio & confecerit inuentarium, & nulla obstat præscriptio iuris communis vel statutorum nõ decursa durante pupil. ætate, & de restitutione in integrum etiam concedenda ex generali clau. si qua mihi iusta causa &c.

SVMMARIVM.

1 *Tutores quando dicuntur perperam se ingerere administrationi bonorum alicuius.*
2 *Inuentarium est de solemnitate tutelæ, sicut satisdatio.*
3 *Venditio rei pupillaris vt non valeat, sufficit quòd non sit concessa rerum eius administratio.*
4 *Tutor qui inuentarium non fecit non præstat auctoritatem.*
5 *Tutor testamentarius cui non fuit decreta administratio per Iudicem non potest præiudicare pupillo, & gesta per eum non valent.*
6 *Tutor dicitur ante confectum inuentarium, & solum potest remoueri vt suspectus.*
7 *Solemnitates extrinsecæ concessæ administrationis, & facti inuentarij, præsumuntur progressu longissimi temporis triginta annorum. & num. seq.*
8 *Præscriptio longissimi temporis triginta annorum non currit contra pupillum.*
9 *Scriptura requiritur de inuentario & cura decreto concessa.*
10 *Scriptura vbi requiritur pro actus solemnitatis probatione, eiusdem solemnitatis præsumptio non inducitur temporis diuturnitate.*
11 *Præsumptio solemnitatis cessat, si probari posset negatiua, scilicet, solemnitatem non interuenisse.*
12 *Pluralitas factorum non præsumitur.*
13 *Præsumptiones & coniectura cessant in claris.*
14 *Tutori incumbit onus probãdi se confecisse inuentariũ.*
15 *Inuentarium conualidari & tenere per superuenientem satisdationem.*
16 *Ordinis præposteratio vitiat.*
17 *Transactio super alimentis facta per patrem non præiudicat filijs postea natis, & adducitur ratio.*
18 *Habilitatem superuenientem non validare actum à principio nullum.*
19 *Actus vbi non est in pendenti, quia ante factum ad validitatem aliquid requirit, cuius defectu actus non valet, licèt id postea superueniat, nihil tamen operatur.*
20 *Principium in contractibus attenditur quoad validitatem.*
21 *Venditio sine administratione concessa tutori ad rem venditam nulla est.*
22 *Satisdatio superueniens valet ad iudicium conualidandum.*
23 *Inducta in fauorem non debent operari odium.*
24 *Actus primum fundamentum debet consistere in persona agentis.*
25 *Ius commune mandat plurima seruari in alienationibus rerum minorum.*
26 *Statutum Forosempronij circa alienationes rerum minorum expenditur.*
27 *Verba statuti. & aliter factus contractus &c. formam ostendunt esse inductam.*
28 *Forma à statuto data censetur substantialis, & ad essentiam actus.*
29 *Forma tradita à statuto debet seruari ad vnguem pro vt iacet, & loquitur statutum.*

30 *Causam alienationis rerum minoris exprimere, & eam non probare, est contra ius commune.*

31 *Expreßio causa alienationis dicenda requisita per statutum, debet fieri singulariter.*

32 *Lex vbicunque in aliquo actu pro forma requirit aliquid expressum verbis, non sufficit illud implere verbis generalibus.*

33 *Confeßio sacramentalis qualiter sit facienda sacerdoti.*

34 *Hæres intra tempus ad deliberandum non potest à creditoribus & à legatarijs molestari.*

35 *Solutione facta non vero legatario non liberatur hæres.*

36 *Maritus sine solemni satisdatione & promißione de defendendo non potest agere.*

37 *Emptores in aliquo non sunt securi qui non procurarunt pretium in veros legatarios & creditores pervenire.*

38 *Si, dictio importat conditionem, & consequenter formam.*

39 *Tunc, dictio temporis extremitatem significat.*

40 *Notariatus qualiter debeat probari.*

41 *Scriptura priuata nihil probat.*

42 *Notariatus an & qualiter probetur fama.*

43 *Testamenti scriptura vt probet, quæ requirantur.*

44 *Testium rogitus requiritur ad probationem testamenti.*

45 *Scriptura extensa ab eo qui non probatur notarius vti facta à persona priuata non probat.*

46 *Scriptura presbyteri qui non sit notarius non probat etiam ad pias causas.*

47 *Testamentum quo casu non præiudicet.*

48 *Conditionem alterius quilibet sine mandato potest facere meliorem.*

49 *Venditio vt nulla declaretur, & ad obtinendam restitutionem poßeßionis quo remedio quis poßit experiri.*

50 *Nullitas incidenter proponi & de ea cognosci potest.*

51 *Præscriptio iuris communis decem vel viginti annorum non currit contra minorem.*

52 *Emptores bonorum minorum tenentur perquirere de personis tutorum.*

53 *Emens contra iura est in mala fide.*

54 *Lex fina. C. si maior fac. perpenditur in suis terminis.*

55 *Nullum quod est de iure communi tractu temporis non reconualescit.*

56 *Statutum vnum interpretatur & intelligitur secundum aliud statutum, prout lex communis secundum aliam interpretatur, ne sint ad inuicem contraria.*

57 *Statutum suppletur per aliud statutum.*

58 *Nullum, est dictio vniuersalis negatiua.*

59 *Statutum inducens præscriptionem quindecim annorum sine bona fide non valet.*

60 *Minori datur restitutio in integrum contra præscriptionem statutariam.*

61 *Præscriptio statutaria quindecim annorum subrogatur loco præscriptionis triginta annorum.*

62 *Minori competit restitutio ad sua bona recuperanda, cum fructibus.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



AD quæstionem propositam, an venditio bonorum stabilium Dom. Mathiæ tunc infantis à prætensis tutoribus testamentarijs facta valeat, eidemq; bona alienata vindicanti aliqua præscriptionis temporis obstet exceptio? Respondi non valere, ac nullam præscriptionis temporis exceptionem obstare. Motus sum primò breuitatis causa, simul & confirmando meam sententiam, & refutando contraria, quòd tutores isti perperam se ingesserunt,
1 primùm † vendendo bona stabilia puellæ infantis, non decreta eis administratione per Iudicem & non confecto inuentario, vt per text. in l. tutor qui repertorium. in principio. ff. de administratio. tuto. & in l. fina. C. arbi. tute. tutores qui administrandi potestatem nō habent, nihil omnino ex bonis pupilli posse alienare, probant text. simul iuncti in l. in dubium. & in l. fina. C. de tut. & curat. qui non satisd. qui text. licèt loquantur in tutoribus qui non satisdederunt, tamen idem dicendum est in
2 eis qui non fecerunt inuentarium, quia † inuentarium est de solemnitate, sicut satisdatio, dicit Bald.
3 in d. l. fina. ad hoc vt non valeat venditio, † sufficit quòd non sit concessa rerum pupilli administratio, ista est ratio text. in l. apud Celsum. §. si quis non tutor. ff. de exceptio. doli. & Spec. in titu. de tuto. §. generaliter. columna tertia. versic. quid si pupillus. firmat venditionem factam etiam à pupillo cum decreto Iudicis & auctoritate tutoris qui inuentarium non confecit, non valere, quia pro non tutore est qui inuentarium non fecit, & non valet Iudicis decretum qui credebat illum esse legitimum tutorem & non erat, vt ibi per eum.
4 & tutor † qui inuentarium non fecit non præstat auctoritatem, Barto. in consilio quadragesimosexto. viso quodam libro. in fin. & gesta ab eo in te-spicientibus damnum pupilli sunt nullius momenti, Corn. in consil. 164. videtur. libro quarto. idem
5 in tutore testamentario, † cui non fuit decreta administratio per Iudicem, non posse præiudicare pupillo, & gesta per eum non valere probat Paul. de Cast. in consil. 355. postquam. col. 2. nume. 4. lib. 1. Idem in tutore vendente bona pupillę infantis, qui non compleuerat inuentarium, venditionem non valere comprobat Corne. in consilio 207. videtur. col. 2. versicu. item peccat dicta venditio. & per tot. libro 3. quod cum alijs hic alleg. videre libeat pro decisione in terminis præsentis quęstionis. Et quā-
6 uis † ante confectum inuentarium dicatur tutor, proinde solum poßit remoueri vt suspectus, Bar. in d. l. tutor qui repertorium. colum. 2. Tamen dicitur tutor solum isto effectu circa administrationem, vt poßit administrare ea quæ sunt peritura, & non patiuntur dilationem, & non poßunt aliquo modo nocere pupillo, sed prodesse tantum, ita declarat Alexand. in consilio 163. columna fina. libro quinto. & per Deci. in cap. ex parte. el secundo. de appellatio. alioquin nihil gerere potest legitimè

nisi

nisi prius faciat inuentarium, per d.l. fina. arb. tut.
quæ imponit necessitatem dicit propriè idem Bar.
in d.l.tutor qui repertorium.in principio.columna
penultima. versic. item aduerte. & cum alijs decis.
suprà in specie alleg.

Ad id autem quod posset opponi, solemnitates
7 istas extrinsecas † & concessæ administrationis &
facti inuentarij præsumi progressu longissimi tem-
poris 30.an. per nota.in c. peruenit. de emptio. &
venditio. & in l.sciendum.de verborum obligatio.
8 etiam † quòd talis temporis præscriptio non cur-
rat contra pupillum, tamen procedit pro validita-
te tituli talis præsumptio, vt per Aymo. in tracta.
de antiqui.temp. in tertia parte. sub num.2. versic.
sed iterum. & Corn.consil.181.columna septima.
versicu. & est. libro secundo. Respondetur duo-
9 bus modis. Primò, quia † de inuentario & cura
decreto concessa fiunt & requiruntur acta, & sic
scriptura, vt per text. & glos. in versicu. persona-
rum. in l.tutores. C.de administratio.tuto. & in d.
l. fina. arbit.tute. & ibi glos. in versicu. facto. quæ
subiungit, quo scribuntur inuenta, & probant iu-
ra allega. ibi per dictam gl. & alia glos.2. in d.l.tu-
tor qui repertorium. dicit, inuentarium dici, quia
inuenta in bonis pupilli ibi describuntur. vbi verò
10 † scriptura requiritur pro actus solemnitatis pro-
batione, eiusdem solemnitatis præsumptio non
inducitur temporis diuturnitate, vt per Innocen.
in cap.innotuit. de eo qui fur.ordi.susceper.& Rui.
qui alios concord. allegat in consilio 49. columna
quarta. ad fin.nume.9. libro quarto. Secundò, si
11 † probari posset negatiua, scilicet solemnitatem nō
interuenisse, cessat huiusmodi præsumptio, vt latè
probat concordan. allegando Aymo.in dic.tracta.
in secunda parte. nume.3.& in 3.nume.15. proba-
tur autem negatiua & cessat pręsumptio in casu isto
solemnitatum decretæ administrationis & confe-
cti inuentarij per tutores tempore venditionis, quę
fuit de anno 1529. & apparet per alia instrumenta
quòd eis postea de anno 1533. fuit per Iudicem
decreta administratio, & fecerunt de eodem anno
inuentarium bonorum pupillæ infantis, ergo hæc
dici non possunt gesta prius tempore dictæ vendi-
12 tionis, quia † pluralitas factorum non præsumi-
tur, per glo. in l.omnium.C.de testa. Felin.in cap.
cum Ioannes. columna tertia. de fide instrumen.&
13 in † claris cessant præsumptiones & coniecturæ. l.
continuus. §. cum ita. de verborum obligat. Qua-
re indistinctè onus probandi se confecisse inuen-
14 tarium † incumbere tutori, tradit Alexand. in l. in
illa. la prima. columna tertia. nume.11. de verbo.
obligatio.

Subinde & istud non refragatur nostræ senten-
tiæ, quòd ius superueniens administrationis con-
cessæ & facti inuentarij videtur conualidare di-
ctam venditionem, sicut iudicium cœptum per tu-
torem (qui non satisdedit) & sic non habentem
administrationem.d.l.in dubium.C.de tut.& cura.
qui non satisd. per superuenientem satisdationem
15 † conualidari & tenere, firmat Alber.de Ros.in d.l.
in dubium. Quoniam id non procedere in inuen-
tario postea, facto, & in administratione similiter
postea concessa probatur ex verbis d. l.fina. arbit.
tute. ibi. nisi prius inuentario publicè confecto,
quæ demonstrant ordinem rei in esse inducendæ,
& necessarium, vt ponit Barto. in d.l.tutor qui re-
pertorium. columna penultima. versicu. item ad-
uerte. & est magni præiudicij, tum respectu pupil-
li, tum etiam respectu tutoris, vt probatur per d. l.
16 fina. & per d. l. tutor qui repertorium. ideo † præ-
posteratio huiusmodi ordinis vitiat, per doctri.
Barto. in l.2. §.prius. in primo casu. numero 5. de
vulga. & pupilla. quem ibi Docto. communiter
sequuntur. pro quo & ad rem nostram adduco ca-
sum satis similem decisum per Alexand. in consil.
17 171. columna fina. libro secundo. vbi † transactio
super alimentis facta per patrem non præiudicat
filijs postea natis, eo quia istorum filiorum postea
natorum pater non erat legitimus administrator
tempore transactionis, quæ ideo non reconuale-
scit, quoniam oportet quòd agens actum tempo-
re actus habeat legitimam personam, nec sufficit
quòd postea superueniat legitimus, dicit ibi Alex.
per l. eius qui. in principio. & l.si filiusfamil. ff. de
testa. & l. si minor. de ser. expor. & cap.1. de de-
18 spons. impube. idem probat † habilitatem super-
uenientem non validare actum à principio nul-
lum, Marsil.in l.quæstionis. nume. 39.de quæstio.
per l.obligari. §.tutor.ff.de auctor.tuto. & §.tutor.
institu. eodem. eandem conclusionem firmat Soc.
in cap.2. columna quadragesima.ante numero 61.
versicu. A. B. & aduerte. de libel. obla. quòd vbi
19 actus † non est in pendenti, quia ante factum ad
validitatem aliquid requirit cuius defectu actus
non valet, licèt id postea superueniat, nihil tamen
operatur, per cap. dudum. de electio. & cap. si eo
tempore. de rescript. libro sexto. hoc maximè ve-
20 rum est in contractibus, in quibus † quoad validi-
tatem attenditur principium. l. continuus. §. cum
quis. & l. si filiusfamil. in principio. & l. si rem. &
ibi Docto. de verborum obligatio. & verius fir-
mandum est in inuentario per tutorem facto post
venditionem rei pupilli, quæ nusquam in inuen-
tario descripta est, ideo super ea nunquam etiam
tutori collata est administratio, secundum Bald.in
d.l.fina. ad fin.arb.tute.sequitur Capra in consilio
161. columna penultima. versicu. ad idem etiam
21 facit. nume.19. & sine † administratione concessa
tutori ad rem venditam semper eiusdem rei ven-
ditio nulla est in præiudicium pupilli, per text. ex-
pressum in d.l. apud Celsum.§.si quis non tutor.ff.
22 de except. doli. Quòd autem valeat † satisdatio su-
perueniens ad iudicium conualidandum, secun-
dum Alber. in d. l. in dubium. id admittitur de æ-
quitate & fauore minoris, cuius interest valere iu-
dicium & non perire, secundum ipsum Alber. lon-
gè diuersum est in contractibus conualidandis bo-
norum pupilli alienatorū, cuius interest contractus
non valere, & eum posse recuperare bona sua, quia
23 inducta † in fauorem &c.l.quod fauore.C.de legi.

Secundò principaliter, quanquam prædicta sufficerent ad ostendendam nulliratem dictæ venditionis defectu personarum tutorum vendentium, carentium administratione & auctoritate per supra allegata, cum primum fundamentum actus
24 † in persona agentis debet consistere, per l. quidam referunt. de iure codicil. & l. liber. C. de petitione hæredita. inqnit Bald. in l. secunda. circa finem. C. de bonorum possess. contra tabu. & per l. si quæramus. ff. de testamen. Tamen ex hoc etiam inualida dicta venditio demonstratur, quia non fuit seruata forma in rebus stabilibus pupillorum alienandis requisita, tam ex dispositione iuris communis,
25 quàm statuti loci. Ius enim commune † mandat plurima seruari in talibus alienationibus, de quibus latissimè per Paris. in consilio 98. & consil. sequent. libro primo. & Roland. à Valle in consilio 33. lib. j. quæ hic non fuerunt seruata, de his remissio fiat ad Paris. & Roland. in dictis consilijs quia plenissimè
26 loquuntur. Statuti † loci Forosempronien. quoque forma non fuit seruata, super qua morabor aliquantulum & breuiter. Nam ambiguum non est circa contractus super rebus minorum ipsum statutum continere & præbere formam, vt verba eius rubricæ designant. Quæ forma sit seruanda in alienationibus & contractibus minorum. Felin. in cap. cum dilecta. columna 8. versicu. decimum & vlti-
27 mum. de rescriptis, & alia verba in nigro, ibi † & aliter facta, vel factus contractus per minorem, &c; ipso iure sit nullius momenti, &c. formam ostendunt esse indnctam, idem Feli. ibidem. versi. Quintum signum. Deci. consil. 10. columna prima. nu. 2.
28 Quæ forma † in dubio censetur substantialis, & ad essentiam actus. Bald. in l. comparationes. in 3. opposi. C. de fide instrumen. sequitur Dec. in d. consilio decimo. sub numero 2. & non potest mutari in aliquo. Bald. in cap. primo. columna prima. nu. 2.
29 de mil. vas. qui fu. contu. ac † seruari debet ad vnguem prout iacet & loquitur statutum. Bald. & alij in l. 1. de liber. & posthum. Iaso. consilio 97. columna penultima, libro quarto. Socin. consilio 24. columna septima. & consilio 55. columna secunda. versicu. quoniam ista. libro primo. Dec. consil. 455. colum. penul. vt notum est.

Quòd autem non fuerit seruata in dicta venditione, cognoscitur ex inspectione dicti statuti & instrumenti eiusdem venditionis. In statuto primùm continetur, qnòd tutor & consanguinei existentes coram Rectore expresè dicere debeant eidem Rectori causam alienationis vel contractus
30 huiusmodi, quia non exprimere † causam alienationis rerum minoris & eam nõ probate esset contra ius commune, vt l. magis. §. non passim. de reb. eorum. & l. lex quæ. post princ. C. de administrat. tuto. expressio causæ alienationis dicendæ requisi-
31 ta † per statutum debet fieri singulariter, secundum doctri. Ang. in §. si verò expressim. columna prima in authen. de hæred. & Falci. sequitur Iaso. in l. prætor ait. in principio. columna secunda. de no. oper. nunciatio. vbi plenè tractat de expressis, & in proposito in columna tertia. versicu. ex qua diligenter
32 no. nume. 10. dicit quòd † vbicunque lex in aliquo actu pro forma requirit aliquid expressum verbis, quòd non sufficit illud implere verbis generalibus, idem Iaso. in l. quod in rerum. §. fina. in primo not. de lega. 1. dicit communem conclusionẽ esse, quòd sufficit aliquid esse expressum in specie distincta à genere, & præcipuè in proposita materia maioris tuitionis, securationis & conseruationis bonorum pupilli quid expresè dictum, requiritur clarè & singulariter expressum, per text. in l. fin. §. omnem. C. de administratio. tuto. & ibi Barto. & in l. legitimos. ff. de legi. tuto. idq; innuunt verba dicti statuti ibi. Qui si eam causam dictus Rector viderit esse iustam & admittendam fore decreuerit. Quomodo enim posset Rector videre si causa alienationis sibi dicta per tutorem esset iusta, & decernere eam esse admittendam, si ei non diceretur clarè, specificè & singulariter ipsa causa cum omnibus suis circunstantijs, sicut communiter conclu-
33 ditur per sacros Theologos, confessionem † sacramentalem esse faciendam sacerdoti clarè, specificè cum suis circunstantijs omnibus, vt possit per sacerdotem iustè decerni de absolntione, vt sancitum est per Sacrosanctum Concilium Tridentinum in 14. Sesio. cap. 5. Sed ex instrumento dictæ venditionis apparet nullã causam alienationis esse prius expresè per tutores dictam Domino Prætori, nisi quòd pro causa eorum iuramenti præstiti de contractu cedente in vtilitatem pupillæ infantis, adducunt in genere & ambiguè, quia pater pupillæ in suo testamento fecit plura legata, & quòd hæreditas est implicita multorum debitorum oneribus, allegando sed non ostendendo testamentum Dom. Prætori, vrgentibus creditoribus, & alia dicendo de quibus eis non creditur, vt in terminis, ideo nullum esse decretum Iudicis & nullam alienationem rerum minoris plenè firmat Paris. dicto consilio 98. lib. 1. quod iterum legatur.

Tacuerunt etiam exprimere Do. Prætori, quòd tempore venditionis vix erant elapsi qninq; menses post mortem patris infantis, ita quòd non aderat vrgentia tanta vendendi bona stabilia infantis pro tam magna summa floren. 290. pro soluendis legatis, cum, si hæreditas fuisset tunc implicita multis debitis, vt asseruerunt in dicto instrumen-
34 to, habebant tempus ad deliberandum, quo † interim à legatarijs & à creditoribus non potuissent molestari. l. fina. §. donec. cum sequent. & ibi Doct. C. de iu. deliber. namque illi emptores non erant creditores pupillæ pro ducat. 160. quos compensauerunt in prætio dictorum bonorum venditorum, sed creditrix fuisset Catherina, cui (vt asseritur) fuerunt relicti in testamento patris pupillæ, quare ea, & non maritus potuisset petere & habere, vt est casus in l. seruo legato. §. non solum. de
35 lega. 1. & † per solutionem non factam veræ legatariæ non fuisset liberata ipsa pupilla. per nota. in
36 §. 1. institu. quib. mod. tol. obliga. & maritus † sine solemni satisdatione & promissione de defendẽdo

non

non potuit agere. vt l.maritus. C. de procurator. &
& sic dicta venditio fuit in damnum infantis, &
obreptum Prętori. vnde salua manet actio dictę Ma
thiæ. per text. in dicta l.magis. §.penultimo. de re-
37 bus eorum. & † emptores in aliquo non sunt se-
curi, qui non procurarunt pretium in creditores &
in veros legatarios peruenire, secundum Bald.in l.
fina.§. & si præfatam. colum.fina.versicu.procuret
ergo.C.de iu.deliber. Cum autem forma dicti sta-
tuti talis sit, quòd causa alienationis expresse di-
cta Rectori, qui si viderit eam esse iustam, dicit sta-
38 tutum per dictionem, si, quæ importat † conditio-
nem & consequenter formam, Felin.in d.cap.cum
dilecta. colum.6. versicu.secundum signum.& Pa-
ris.consil.95. colum.3.nume.20.& sequen.libro 1.
Afflict.decis.355.num.5.Tiraquel.de retract.tit.1.
§.primo.glos.21.nume.13. Quæ forma erat & est,
quòd prius ex ordine literæ dicti statuti debet prę-
cedere expressio causæ alienationis factę per tuto-
rem Rectori, deinde decretum Iudicis super causa
venditionis iusta & admissa, postea sequi inconti-
nenti iuramentum tutoris confirmatorium cõtra-
ctus cedentis ad vtilitatem minoris, vt ostendit di-
39 ctio, tunc † teneatur & debeat tutor &c. quæ tem-
poris extremitatem significat.l.4.§.1. de conditio.
& demonstratio. Et postea contractui sequitur in-
terpositio decreti & auctoritatis Iudicis, & quæ
quidem forma apparens ex inspectione instrumen-
ti non formiter & ad vnguem seruata reddit dictã
venditionem nullius valoris, vt in specie concor.
allegando tradit Paris.d.consil.99.col.4.nume.25.
& seq. lib.1. cum alijs simil.

Postremò, ad totalem destructionem potestatis
prætensorum tutorum testamentariorum & tot le-
gatorum factorum in asserto testamento patris pu-
pillæ, pro quibus soluendis prætenditur facta dicta
venditio, aduertendum est, quòd de tali testamen-
to apparet ineptissima scriptura in quodam libercu
lo, qui dicitur fuisse cuiusdam præsbyteri, qui se no
tarium faciebat, tamen nõ apparet q̃ esset notarius
saltem tẽpore apposito in dicta scriptura an.1528.
40 6. Septembris, & nemo nascitur notarius, sed † debet
probari vel per instrumentum tabellionatus, vel per
formam, vt Spec.tradit in tit.de instru.edit.§.restat.
col.antepenul.versi.ex præmissis.de instrumento ta
bellionatus dicti presbyteri apparet quædam co-
pia continens tempus anni 1529. & sic post dictam
41 scripturam, quæ † ideo facta à persona priuata nihil
probat.l.instrumenta. C.de prob. per famam etiam
42 non probatur de notariatu, † nisi fama probaretur
de tempore dictæ scripturæ, vt de ea concludar, per
ea quæ tradit Barto.in l.de minore. §.plurimum. ff.
de quæst.& c.in præsentia.de proba. etiam si confe-
43 cta † esset à notario non probaret testamentũ, quod
in ea non apparet fuisse publicatum & lectum testi-
bus. Barto.& Bald.in l.ex ea scriptura. ff.de testam.
Ange.Aret.in tract.de testam.in glo.106. incip.fa-
ctum lectum. & in §.fi.inst.eo.& Ang.cons.402.te-
stator.column.penult.versicu.primo quia notarius-
cum simil. quæ nota sunt, & non apparet, quòd te-
44 stes fuerint rogati, † vt requiritur ad probationem
testamenti. l.hæredes palam.§.in testamentis. ff.de
testamen. sed separatim sunt descripta nomina quo-
rundam hominum, & non sunt nominati etiam pro
testibus. non continet etiam, quòd sit tutor factus,
nisi vnus ex dictis prætensis tutoribus, scilicet Si-
mon Hispanus, non continet certum locum in quo
fuerit factum, caret subscriptione, & alios habet
defectus, vt non probet dictum testamentum, vt
in similibus tradit Corne. consil.308.lib.3.& con-
silio 70.& consil. 118.& cons.216.libro quarto.

Non obstat quòd postmodum de anno 1533.ad-
huc dicta domina Mathia existente infante in iu-
dicio pro recuperandis quibusdam bonis paternis
infantis iidem tutores produxerunt idem testamen
tum plene cum clausulis extensum manu dicti pre-
sbyteri vti notarij, quia eodem defectu probatio-
nis notariatus eiusdem presbyteri tempore dicti te
45 stamenti facti, & hæc scriptura † extensa vti facta à
persona priuata non probat. d.l.instrumenta. C.de
proba.& in specie Bald.in consilio 266. ista est scri-
ptura.libro quarto. & Corne.consilio 99. colum.1.
libro primo.& Ioã. Anton. Alexandri.consil.107.in
46 princip. etiam in scriptura † presbyteri non notarij,
quòd non probet etiam ad pias causas, tenent Ca-
pra consil.57.& Dec. consil.120.column.2.versicu.
secundò principaliter, & consi. 612. nu. 5. & quia
hæc scriptura extẽsa multũ est diuersa, & plura cõti
net ẽt importãtia in facto, q̃ cõtineat illa scriptura
liberculi, maximè in particula constitutionis tuto-
rum & executorum cum ampla potestate etiam alie
nandi bona, quamobrem nulli scripturæ ex prædi-
ctis debet credi, vt per Curt.Iun.in consil.166. co-
lumna quarta.nume.9. Si quidem in aliquibus di-
ctum testamentum per prætensos tutores, seu alios
fuisset approbatum, hoc non præiudicaret dictæ Ma
thiæ. per regu.l.sæpe.de re iudi.& tot.titu. C.res in-
ter alios acta.& l.soluendo.ff.de neg.gest. cum vul-
ga.& tutor potuisset approbare in his solum quę tẽ-
dunt ad vtilitatem & non damnum pupillæ. vt.l.tu
tor ad vtilitatem.& l.tutor qui tutelam. ff.de admi-
nistratio.tuto. in cæteris etiam non approbatis tale
47 † testamentum non præiudicaret, per not.per gloss.
& docto.in l.non dubium. C.de testamen. & Curt.
Iun.consil.166.colum.penult. nume.11.& sequent.
48 Nam conditionem alterius † quilibet sine manda-
to aliquo meliorem facere potest & non deteriorẽ,
per tex.in d.l.soluendo.cum ibi sign.in gloss. maxi-
mè vtilia gesta pro minore possunt acceptari, & con
traria separata repudiari.l.non eo minus. C.de pro-
cura.gloss.in l.si tutor.in qui.casi.in integrum resti-
tu.non est necess.& per Aym.consil.278.column.4.
Hæc autem multum coadiuuant principalem no-
stram conclusionem de inualiditate dictæ venditio
nis, quæ simul iuncta cum præcedentibus, de caren
tia administrationis tutorum tempore venditionis,
& de forma iuris communis & statuti non serua-
ta in alienatione bonorum stabilium minoris,
magis nos impellunt ad tenendum intrepidè di-
ctam venditionem non valuisse, nec valere.

Et ſucceſſiuè dicta venditione nulla exiſtente poſ
ſunt bona alienata conſequi per Do. Mathiam, per
d.l.magis. §.penultimo.& l.2. ff. de eo qui pro tut.
49 Quamuis † rei vindicatione vel officio Iudicis ad
declarandam venditionem nullam & obtinendam
reſtitutionem poſſeſſionis poſſet experiri, vt in ſi-
mili reſpondent Pau.de Caſt.conſil.105.ſi non in-
tereſſet.nume.2.lib.2. Roma.conſ.321.vltra med.
& Ange.conſil.50.in fin.& Fulg.conſ.80.Cum ta-
men nunquam Dom. Mathia fuerit adepta poſſeſ-
ſionem dictorum bonorum, putarem ſibi commo-
dius eſſe, quòd intentet remedium poſſeſſorium
adipiſcendæ, quorum bonorum, & ſi aduerſarij ex-
cipient de dicta venditione, & de præſcriptione.
Ipſa replicabit de nullitate ex cauſis ſupra addu-
ctis, petendo incidenter pronunciari ſuper dicta
50 nullitate † prout de ea incidenter cognoſci poteſt,
ſecundum Barto.in conſil.91. in quæſtione.verſic.
tertiò eſt videndum.& Vanti.de nullit.in tit.qui.&
quot mod.null.prop.poſ.nume.17.cum ſequen. Et
contra præſcriptionem replicabit de mala fide ad-
uerſariorum, & quòd præſcriptio non potuit inci-
pere contra eam infantem & pupillam currere, &
quatenus eſſet decurſa, petatur aduerſus eam ipſam
Do.Mathiam reſtitui in integrum ratione minoris
ætatis, & ex generali cla. ſi qua mihi iuſta cauſa &c.
ratione probabilis & iuſtæ ignorantiæ. Prout te-
neo contra eam non eſſe decurſam pręſcriptionem
51 iuris communis 10.vel 20. an.quæ non currit † con
tra minorem. l.fina. C.in quib.ca. in integ.reſtitu.
nō eſt neceſ.& l.ſicut.de pręſcript.triginta vel qua-
draginta annorum. Namq; ea nata de anno 1529.
poſtquam effecta eſſet pubes, anni triginta cœpti
non eſſent modò decurſi. De mala fide aduerſa-
riorum liquet maximè ex eo quòd emerunt ab illis
tutoribus non habentibus adminiſtrationem, &
non ſeruata forma iuris communis nec ſtatuti, vt
52 † tenebantur perquirere de perſonis tutorum, per
l. is qui cum alio. de regulis iuris. & per Barto.in l.
qui fundum. §.fi.ff.pro empt. & ſeruare iura. Aliàs
53 eſt in mala fide † emens contra iura.l.quemadmo-
dum. in fin. C.de agrico. & cenſi.lib.11.& cap.qui
contra iura. de regulis iuris. in ſexto. & gloſ. ordi-
naria. in verſicu.mala fide.in l.1.C.de fid.inſtrum.
& iu. haſtę fiſ. lib.10. & Tiraquel.de retract.titu.1.
in fin. num.42.

Lapſus quinquennij, per l.fi.C.ſi maior fa.lib.5.
54 ſibi non obſtat, † quia per d.l.fina.conſideratur ſo-
lummodo defectus decreti, vt ibi. Minimè poſſit
retractari occaſione prætermiſſionis decreti. Si ve-
rò alius defectus interuenerit, quòd venditio ſit
facta per perſonam non legitimam, iſta lex non ha
bet locum, vt Cyn. ibi vult poſt Iacob. de Aret.re-
fert & ſequitur Corne. dicto conſil.207. columna
penultima. verſic. quicquid autem ſit. libro tertio.
non procedit etiam quando venditio facta eſt à tu
tore ſine pupillo, & eo ignorante, vt hic fuit, pu-
pilla infante, pariter firmat idem Corne. d.conſil.
columna fina. quod præcipuum ſit pro deciſione
huius cauſæ. Nec ſtatutaria præſcriptio ſex ann.
cum titulo & bo.fi. vel 15.an.ſine titulo & ſine bo-
na fide excludit Do. Mathiam. Quia primùm hoc
ſtatutum debet intelligi non habere locum in bo-
nis minorum non ſeruata forma alterius ſtatuti in
alienationibus rerum minorum diſponentis, alie-
nationem eſſe nullius momenti ipſo iure, & quòd
55 ex ea nullum ius quæratur alicui. Vnde ſicut † quod
nullum eſt de iure communi tractu temporis non
reconualeſcit. cap.non firmatur. de regulis iu.in 6.
ita de iure municipali, ius nullum tractu temporis
ab eodem iure municipali inductum reconuale-
56 ſcere non debet, quoniam † vnum ſtatutum intelli-
gitur & interpretatur ſecundum aliud ſtatutū pro-
ut lex communis ſecundum aliam interpretatur, &
nę ſint adinuicem contrariæ, per l. ſed & poſterio-
57 res, & ibi Docto.de legi. nam † ſtatutum ſuppletur
per aliud ſtatutum, Socin. conſil. 147. columna 5.
libro primo. & recipit declarationem ab alio ſta-
tuto, Dec.conſil.65. columna ſecunda. numero 4.
Et ad inuicem ſunt concordanda ſtatuta. Bald. in
l.1. columna prima.verſic.quarto quid ſi ſtatutum.
C.qui bo.ced.poſ.& conſi.10.in fin.lib.1. & Alex.
conſi.48.num.6.lib.3. & Dec.conſi.283. ſub nu.4.
cum ſimil. Ergo remanet, quòd nullum ius eſt ac-
quiſitum aduerſarijs dictæ Mathię ex dicta aliena-
tione, etiam præſcribendi per aliud ſtatutum, quia
58 dictio † nullum, eſt vniuerſalis negatiua, dicit Dec.
conſil.365. colum.4. ad fin. quare tollit omne ius
ex dicto alio ſtatuto ad præſcribendum. l.ſi is qui
ducenta. §. vtrum. cum ibi not.de reb.dub.
59 Præterea ſtatutum inducens † præſcriptionem
15.ann. ſine bona fide non valet, vt tradit Pau. de
Caſt.conſi.258. viſo puncto. colum.1.lib.2.& ple-
nè examinat Balb.de præſcrip.in 2.par. 3.par.prin.
in q.14. Comprobat Corn.conſi.275.col.3.verſic.
ad propoſitum. lib.3. & Pariſ.conſil.66. nume.99.
60 libro 3. Quandoquidem decurſa † eſſet contra mi-
norem pręſcriptio ſtatutaria 15.an.contra eam da-
retur reſtitutio in integrum, vt per Balb. in d.tract.
in prima par. 6.par.principa.in 23.caſu.nu.42.licèt
confusè & parum conſtanter more ſuo loquatur.
61 Tamen cum talis † ſtatutaria pręſcriptio ſurrogatur
loco præſcriptionis 30. ann. vt omnes allegati per
eum conſentiunt, & Pariſ.d.conſ.66. nu.102.con-
tra ipſam ex iuſta & probabili ignorantia daretur
reſtitutio ratione ſurrogationis, ſicut datur con-
tra iſtam an.30. vt eſt commu.opin.Doct. atteſtata
per Afflict.in deciſ.37.num.2.& deciſ.329.nu.7. &
Aym.de antiq.temp.in 4.par.nume.190.verſic.ſe-
cundò conſidero.& Pariſ.eo.conſ.66.nu.115.116.
cum ſimil. Itaque in omnibus defenduntur iura D.
Mathiæ vt conſequatur dicta ſua bona, etiam pre-
ſcripta cum remedio reſtitutionis in integrum, ſe-
cundum glo.in verſ. perſequenti. in d.l. apud Cel-
62 ſum.§.ſi quis non tutor.de excep.doli ma. † & cum
fructibus, iuxta tradita per Soci. in conſil. 22.col.
fi.lib.1. & Corn.conſil.275.in fin.lib.3. Et hæc ad
confirmationem rñſi huius ſufficiant. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CON-

CONSILIVM LXXXI.

ARGVMENTVM.

Receptans bannitum publicè & securè versantem in loco & tolleratum per Superiorem etiam receptatoris, ac etiam ignoranter fama de bannito non probata, imò elisa per contrariam famam, & solitariam vitam receptatoris, aliqua pœna non punitur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Superioris in loco prohibens receptare bannitum (sicut alia lex municipalis) recipit intellectum à iure communi.*
2 *Bannitum receptare de iure communi quando quis dicatur.*
3 *Diffinitio cui non conuenit, nec diffinitum.*
4 *Receptator banniti quo casu non teneatur.*
5 *Bannitus tolleratus in loco à Superiore non potest impunè offendi.*
6 *Receptans delinquentem liberatur à pœna, si eum offerat vel exhibeat iudici.*
7 *Culpa tractantis de lucro (in pœnalibus) præponderat culpa tractantis de damno.*
8 *Tollerantia banniti quid operetur.*
9 *Pœna vt contra receptatorem banniti infligi possit, necessaria est scientia receptatoris de qualitate personæ receptari prohibita.*
10 *Receptator malefactoris vt quis intelligatur, opus est, quod sciat tunc temporis cum recipit.*
11 *Ignorantia excusat quantum pertinet ad crimen in his quæ sunt de genere permissorum.*
12 *Scientia non potest dici probata per famam.*
13 *Testes prouidi & honesti viri & qui sint omni exceptione maiores requiruntur ad probationem famæ.*
14 *Meretrix publica & infamis repellitur à testimonio ferendo, & magis in causa criminali.*
15 *Pauper & vilis non est admodum habilis ad testimonium ferendum.*
16 *Vitam suam periculo exponenti non est in testimonio credendum.*
17 *Testi odioso non creditur.*
18 *Testimonium inimici in aliquo non præiudicat.*
19 *Testes vt famam probent quomodo debeant deponere.*
20 *Famam probari per testem dicentem publicè dici audiuisse.*
21 *Probatio apertissima & magis exacta requiritur in causa criminali.*
22 *Fama à maleuolo & odioso orta non valet ad præsumptionem aliquam.*
23 *Fama negatiua præualet contraria affirmatiuæ.*
24 *Dispositionis ratione cessante, cessat ipsa dispositio.*
25 *Scientia præsumpta in eo de quo est publica fama in ciuitate, intelligitur de sano & de præsente, & non de infirmo & de absente.*
26 *Præsumptio inducitur secundum accidentiam factorum.*
27 *Iudicis arbitrio quæ remittantur.*
28 *Bossij locus in tract. criminali declaratur.*
29 *Scientia ob vicinitatem præsumi non debet.*
30 *Scientiam ob vicinitatem induci de his quæ à communiter accidentibus sunt nota vicinis.*
31 *Ignorantia præsumitur.*
32 *Ignorantia facti iuramento purgari & probari potest.*
33 *Receptator banniti vt condemnetur, requiritur quòd sciat bannitum, non quòd suspicetur.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



VEris in facto existentib. & probatis quę excepta & proposita fuerunt pro defensione Do. Iulij inquisiti pro asserta receptatione banniti, ex pluribus infra adducendis existimo eum penitus absoluēdum ab omnibus super hac re intentatis.

1 Primò, decretum Superioris † in loco prohibens
receptare bannitum, sicut alia lex municipalis, re-
cipit intellectum à iure communi. l. 2. & ibi Bald. &
Saly. C. de noxal. act. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Fal-
cid. & ibi Barto. & alij & cap. cum dilectus. de con-
suetu. Sicut enim de iure communi quis propriè
2 dicitur bannitum receptare † cum latenter recipit
celat & ei refugium abscondendi causa in suo ædi-
ficio præstat, vt conseruatus manus iudicis effugiat
debitamque punitionem euadat, per tex. in l. 1. §.
quod autem. ff. de ser. corrupt. & in l. 1. de recepta. in
l. congruit. de offi. præsi. & in l. 1. C. de his qui latr.
occul. tradunt Archid. Anchar. & Gemin. in cap. 2.
in versicu. receptatores. de hæret. in 6. Luc. de Pen.
in l. 2. columna secunda. C. de desertor. libro 2. &
Math. de Afflict. in consti. patarenorum. colum. 3.
versicu. quartò quæro. lib. 1. consti. regni Neapo.
Ita debet intelligi dictum decretum. quem recepta
re bannitum cum latenter recipit &c. Quod qui-
dem nequaquam conuenit Dom. Iulio, quia dum
ille M. versatus est in domo sua, & in alijs locis op-
pidi publicè & palam coram officialibus & toto
3 populo versabatur & stabat. Cui † ergo non con-
uenit diffinitio, nec diffinitum. l. 1. §. dolum. ff. de
dolo. & cui non conueniunt verba dispositionis,
nec dispositio conuenit. l. hos accusare. §. omnibus.
ff. de accusa. cum vulga.

Secundò & consequenter, dum ille M. versabatur in domo Domini Iulij, quia & publicè ac palam in plateis, in palatio Domini Potestatis, & in alijs locis publicis versabatur inermis, & stabat cum alijs hominibus dicti loci confidenter & liberè, ita quòd de facili potuisset capi & tradi curiæ puniendus, si erat delinquens & bannitus, qui ideo cum tolleratus tamdiu fuerit publicè versari

in loco per Dominum Potestatem Superiorem &
4 officialem in loco, † receptatorem proinde non te-
neri ad pœnam in specie firmant Carer. in practic.
cri. de homicidio. §. post vero homicidium. nu. 35.
& clarius Petr. Foller. in sua pract. crimi. in secunda
parte. in versic. banniantur. num. 14. qui putat hoc
procedere, siue fuerit tolleratus à Superiore qui
banniuit, siue à Superiore ipsius receptatoris, mo-
uentur per dicti. Salyc. in l. nullus. C. de iud. quòd
5 † tollerantia banniti in loco à Superiore tribuit ei
securitatem, quòd non potest impunè offendi, se-
quitur Alexand. consil. 1. in fin. & consi. 107. circa
fin. lib. 2. & Mars. in pract. cri. §. agredior. num. 28.
& Iaso. in l. vbi pactum. columna 5. versic. aduerte
etiam. nume. 17. C. de transactio. & Petr. Duen. in
suis regu. in regu. 68. in versic. bannitus. nume. 4. &
Ioseph. in Perusi. decis. 31. ad fin. si huiusmodi tol-
lerantia tribuit bânito securitatem, ergo potest im-
punè receptari, argumen. auct. multò magis. C. de
sac. sanct. eccle. Comprobatur alia ratione, quia re-
6 ceptans delinquentem liberatur à poena † si eum of-
ferat vel exhibeat Iudici, per text. in l. 2. C. de his
qui latr. occult. & magis spectat ad Iudicem cape-
re delinquentem, & prouinciam delinquentib. ex-
purgatam tenere, quàm ad priuatum, vt malefacto-
rem exhibeat Iudici, probatur per d. l. congruit. de
offi. præsi. vnde si prætensus bannitus palam & pu-
blicè se ipsum exhibuerit, ita quòd pluries potuerit
7 capi ab officiale, eiusdem culpa † officialis non ca-
pientis in pœnalibus de lucro tractando prapon-
derat, & remouet omnem prætensam culpam Do.
Iulij receptantis & non exhibentis, & de dãno cui-
tando tractantis, per not. à Bart. & ab alijs in l. vi-
ro. & in l. cum mulier. solu. matrim. & quia isto ca-
su cessat delictum receptantis, quod cõsistit in hoc,
quòd latenter recipit & celat, vt conseruatus ma-
nus Iudicis euadat, per superius allega. ergo debet
cessare poena. l. ossa. §. si in locũ. ff. de relig. & sump.
fun. Bald. consil. 15. ad euidentiam. ad fin. lib. 1. &
consil. 463. statuto communis Papiæ. ad fin. lib. 3.
& Aym. consi. 319. in additi. Non obstat quòd tol-
lerantia forsan interuenerit, postquam ille M. cœpit
conuersari in domo Dom. Iulij, quia etiam postea
secuta declarat intentionem Superioris volentis
eum tollerare, etiam à principio sui aduentus ad lo-
8 cum illum, per ea quæ de † tollerantia ipsa scribit
Paris. consil. 64. nume. 48. lib. 1. Quæ operans ces-
sationem pœnæ ipsi Dom. Iulio etiam modo illo
M. capto non impedit contra eum effectum iusti-
tiæ. Aymo consilio 96. nume. 7. consil. 116. nu. 3.
& consil. 314. columna penultima. versicu. secun-
do respondeo.

Tertiò, Quoniam iura sunt aperta, & Doct. pas-
9 sim tradunt, vt † pœna contra receptatorem infli-
gi possit, necessaria est scientia receptatoris de qua-
litate personæ receptari prohibitæ, vt l. Metrodo-
rum. ff. de poen. l. 1. C. de deserto. libro 12. & l. om-
nes. C. de agrico. & censi. vbi Barto. concludit re-
ceptantem bannitum ignoranter non puniri, etiam
si penitus sit ignotus tali receptanti, sequitur Nell.
in tract. de banni. in tertia parte. 2. tempo. in q. 20.
glo. & Barto. in l. 1. de recepta. Bald. in l. si quis. §. si
quisquam. ad Syllania. dicit, vbicunque quis accu-
satur de receptatione, debet probari scientia, &
Gandi. de malefic. in rubr. de ban. pro malefic. sub
nume. 18. versicu. præterea receptator. & in rubri.
10 de fur. & latro. sub nume. 13. dicit, vt † quis intelli-
gatur receptator malefactoris, opus est quòd sciat
tunc temporis cum recipit, & Roma. consilio 473.
circa propositam. & alibi Docto. firmant pro indu
bitato vbicunq; de receptatore puniendo loquun-
11 tur. Ratio est, quia † in his quæ sunt de genere per-
missorum ignorantia excusat quantum pertinet ad
crimen. l. tutor. §. 1. ff. de pigno. cum simil. alleg. per
Roma. in d. consilio 473. & Tiraquel. in tracta. de
pœn. tempo. in decimatertia causa. Quamobrem
Dom. Iulius ignorans illum M. fuisse bannitum de
aliquo loco verisimiliter per regu. ignorantia. de
regulis iur. in 6. & l. verius. ff. de prob. debet vtique
excusari & liberari ab omni pœna imposita contra
receptantes bannitum, per iura & Doctor. in locis
hic allega.

12 Non potest dici probata eius scientia † per præ-
tensam famam, iuxta glo. in l. penult. C. de pericu.
tut. cum concordan. per Ioan. de Ana. consil. 70. ad
fin. & Tiraquel. in l. si vnquam. versicu. donatione.
nu. 158. de reuocand. don. Quia dicta fama non est
probata per testes idoneos, & non formiter, & non
valeret habens originem à persona maleuola, & re
iecta esset per famam contrariã probatam per plu-
res testes & omni exceptione maiores, & non af-
ficeret Dom. Iulium continuò domi ab omni con-
sortio & hominum conuersatione alienum & soli-
tarium manentem.

13 Quoad testes, † requiruntur enim ad probatio-
nem famæ prouidi & honesti viri, & qui omni sint
exceptione maiores, per cap. qualiter & quando. de
accusat. probat & tenet Gandi. de malefic. in rubri.
qui ad famæ probationem. in principio. Sed ne-
quaquam tales sunt qui de asserta fama deponunt.
Quia illa Leonora aliàs la Trotta est mulier, & pu-
14 blica meretrix, & infamis, ideo † repellitur à testi-
monio ferendo, & magis in causa criminali firmat
Alexand. in consil. 11. in princ. lib. 1.

Et Iulius Cichi Blanci est pauper vilissimam ar-
tem tricolariæ exercens vendendo oleum & sal, gl.
15 & Barto. in l. ne quis. C. de digni. lib. 12. ideo † pau-
per & vilis non est admodum habilis ad ferendum
testimonium. l. 3. in prin. & ibi glos. & Docto. ff. de
testi. Aymo. consil. 9. colum. 3. num. 14.

Et magister Alexander Damiani est murator,
exponens vitam periculo pro pecunia dum ascen-
16 dit alta ædificia suam artem exercendo, ideo † ei in
testimonio non est credendum, Alber. de Rosa. in
l. 1. §. item Senatusconsulto. sub num. 4. versic. ipse.
& Andre. ff. de postul. & est inimicus Dom. Iulij ex
eo quòd fuit expulsus ne fabricaret cum alio mu-
17 rario in ædificio quodam Dom. Iulij, ita † odioso
testi non creditur, Alexand. consil. 99. ibi, maximè
nume. 3. 4. lib. 1.

Et

Et Franciscus Ceruasi Mei cum prædictis depo-
nens de fama prætensa fuit & est inimicus capita-
18 lis D. Iulij, † cui ideo suum testimonium in aliquo
non præiudicat, Alex.d.consi.99.Grã. consi.cri.45.
nume.18.& consil.46.col.2. Indubia ergo conclu-
sio est, istos quatuor testes solùm de fama istã depo
nentes nõ omni exceptione maiores eam minimè
probare..

Et non formiter famam probarent, quando etiã
testes idonei essent, quia dicunt simpliciter, q audi-
uerunt publicè & a diuersis personis dici, q ille M.
erat bannitus, publicè potuisset dici ab vno, vel à
tribus, & sic non concluderet probatio famæ, quòd
esset apud omnes vel maiorem partem hominum,
19 prout concludere debent formiter deponendo † te
stes, quòd audiuerint dici à maiori parte hominum
loci, secundùm Barto.in l.de minore.§.plurimum.
colum.5.nume.21.ff.de quæstio. cum concord. al-
leg.per Alexand.consil.2. col.pen.nu.16.lib.7. vbi
& in plerisque aliis consi.teste Imo.dicit, q ita cõi-
ter tenetur, & per Socin.consi.54.col.fin. nume.27.
lib.4.vbi dicit, quòd ita est com.opin.& Aym.con-
si.41.nu.5. Gram. consi.cri.26.nu.14.Paris.consil.
153.nume.13.consi.clxix.num.46.& seq.libr.4. &
Cur.Iun.consi.cxxij.colum.4.sub num.9. vbi dicit
ita communiter doct. tenere, & à commu.opin. in
iudicando non est recedendum, per vulg.licet ali-
qui secus velint, per Bald. in capit. præterea. co-
20 lum. fina. de testi. sufficere † probari famam per
testem dicentem audiuisse publicè dici. Deci. con-
sil. 272. sub nume.4. & Cassad. in decisi. 3. in titu.
de proba. Tamen in specie nostra puto tenendam
primam opi.Bar.tum quia est cõmunis, tum etiam
subiecta materia sic requirit probationẽ famæ con
cludere nõ per dictum publicè simpliciter, sed per
expressam rationem auditus à maiori parte homi-
num, vt per eam probetur scientia particularis per-
sonæ.ar.not.in cap.in præsentia.de prob. tum quia
21 etiam sumus in causa criminali, in qua † apertissima
& magis exacta probatio requiritur, l.fi. C.de pro-
ba.dicit Nel.a S.Gem.in tract.de testi.nu.113.

Et nõ valeret etiam formiter probata, vt ei cre-
dendum non esset, quia ex depositionibus eorun-
demmet testium apparet eam habuisse originẽ ab
illo mercatore, qui quærebat illum M.capi & carce
rari facere, & sic dici non potest nisi eius maleuolus
22 & odiosus, quare † talis fama ab eo orta non valet
ad præsumptionem aliquam. Gandi. de malefic.in
rub. à quo vel à quibus fa.pos.incip.sub nume.9.&
Paris.d.consi.153.nume.12.& d.consi.169.nu.46.
& sequen.lib.4.& Aymo.d.consi.41.in princip.

Et penitus sublata fuisset per contrariam famam
ortam in loco ex probabilibus causis, eo q ille M.
præseferens pacificum & quietum publicè & noto-
riè inermis per plateas, ecclesias & alia loca securè
conuersabatur, & probatã per plures testes & omni
exceptione maiores, q ille M. antequam caperetur
non erat diffamatus pro bannito, & talis fama non
23 erat, quæ † quidem præualere debet alteri famæ cõ
trariæ affirmatiuæ. Alex.consi.184. in fi.lib.7. & p

eam cessat omnis culpa & negligentia in perquirẽ
do & receptando, per ea quæ scribit idem Alex. in
consi.65.col.3.in fi.ver. & licet ipse.lib.3. & Ang.
& Pau.Cast.in l.si duo. ff.de acq.hære. vbi tradunt
quem per conuersationem publicè & notoriè in lo
co haberi pro non bannito, & pro tali communiter
reputari, prout in casu isto plenè probatũ refertur,
ergo omnis pœna contra D. Iulium cessare debet,
vt per Ang.Cast.& Alex.in dictis locis.

Postremò, siquidem prædicta non militarent,
quod minimè dici potest. Quoniam ratio d.gl.in l.
pen.de pericu.tut.& aliorum alleg.per Alex.in con
sil. 165.colum.1.nume.3.lib.6.& per Ias.consi.83.
col.1.& seq.lib.1.q per famã alicuius facti in loco
probatur eiusdem facti scientia hominis habitãtis
ibidem, fundata est in cõuersatione quam publicè
& palam cũ hominibus aliis cõtinuò habuerit ho-
mo iste in eodẽ loco, qua ratione publicę conuersa
tionis cessante, necesse est cessare & ipsam scien-
tiam & eius præsumptionem, sicut generale est, per
24 † cessationem rationis alicuius dispositionis cessa-
re ipsam dispositionem.l.adigere. §.quamuis.ff. de
iure patr. cap.cum cessante.de appel.cum simil.ad-
duct.per Tiraq.in discursu primæ par.in libello suo
Ces.ca.Sed D.Iulius aduersæ valitudinis causa per
plures annos nunquàm conuersatus est in loco il-
lo, at continuò domi, nunquàm exiens moratus
est solitarius, neminem alloquens nisi raro de suis
negocijs, quæ oĩa gerit & administrat sua vxor, vt
publicum & notorium probatum est, ergo eorum
quę fuissent nota publicè in loco instã habuit igno
rantiam, & excusatur ignorantia tali.facit tex.in c.
fi.qui matr.accus.pos.ibi.seu alia causa legitima fue
rit impeditus.& Bar.in l.is potest.col.4.num.17.ff.
25 de acqui.hęredi. vbi declarat † illud, quem pręsu-
mere scire id de quo est publica fama in ciuitate,
intelligi de sano & non de infirmo, & de pręsente
& non de absente, quem ibi Alex. & communiter
doct. sequuntur. nam conuersatione publica cum
alijs hominibus remota, remouentur circunstantię
& accidentię factorum sine quibus non potest esse
26 pręsumptio sciẽtię ipsorum factorum † cum secun-
dum accidẽtiam factorum inducatur pręsumptio.
Gandi.de malefic.in rubr.de pręsumpt. & Spec.in
tit.de pręsumpt.Arch.in c.oues.6.q.1.Bart. in l. fi.
in fi.prin.ff.quod met.ca.Abb.post glo.in c. is qui.
in fi.de sponsal.Alex.consi.89.col.2.versi.similiter
27 est certum.lib.3.Quę circa probationem, quia † re-
missa sunt arbitrio Iudicis, Ant.de Butr.in ca.ex li-
teris.in 6.not.de prob.Castr.in l. admonendi. col.
pen.de iure iur.Deci.consi.463.in fi. ideo arbitrari
debet, eius qui non versatur publicè ignorantiam
eorum quę sciri possunt per publicam conuersatio-
nem, vt patet ad sensum, faciunt not. per Bald. &
Ang.in l.Titius, §.Lucius.de lib.& posth.& Bal. in
l.planè.de excus. tuto. & de carcerato ponit Felin.
in ca.2.col.pen.in fi.nume.19.de pręsumpt.

Non obstat de scientia pręsumpta ex vicinitate
28 locorum banniti, & D. Iulij intra duas dietas, † vt
videtur arguere Bossi.in tract.cri.caus.in ti.de rapi.
nu.

num. 27. quia Boſſi. loquitur in queſtione certI fa-
cti circa ciuitatem Metropolitanam & inferiorem
vt ibi ſub nu. 22. & 28. licet vſquequaque ibi con-
fuſè & incōſtanter loquatur, tamen fideliter (mihi
parcat) non recitat opin. gl. in verſ. vicinorum. in c.
fœlicis. de pœn. in 6. quia arguendo tenet vicinita-
tē locorum dici intra duas dietas, ſed firmando in
princ. & in fi. probat id eſſe arbitrariū iudici, quam
ibi Arch. Ancb. Gem. & Philip. Frāc. in hoc ſequun
tur, & in hoc in ſpecie noſtra debet Iudex arbitrari
locū D. Iulij & illius M. nō vicinos reſpectu ſcien-
tiæ preſumendę, quia ſunt diuerſorum ſuperiorum,
& latè per teſtes à communiter accidentibus pro-
batum eſt, facta, maximè delicta particulariū per-
ſonarū & bāna in loco d. M. veriſimiliter eſſe igno-
29 ta perſonis loci D. Iulij, quamobrem ſcientia † ob
vicinitatem preſumi non debet, vt in terminis pro-
* bat Alex. in d. l. Titius, §. 1. num. 5. de lib. & poſthu.
& communis concluſio eſt, ſcientiam ob vicinita-
30 tem induci † de his quæ à communiter accidenti-
bus ſunt nota vicinis, vt per Bar. & alios in l. j. ſi cer.
pet. Bald. & alios. in l. quoniam ſororem, C. de iure
delib. Alex. conſi. 80. num. 5. lib. 2. Feli. in ca. literis.
de preſumpt. Iaſ. in l. ſi auia. C. de iure deliber.

Quatenus remaneret in animo Do. Iudicis ali-
qua ſuſpicio q̃ gener D. Iulij dixerit ei de illo M. q̃
eſſet delinquens vel bannitus, hoc non eſt præſu-
31 mendum. Primò, quòd gener ſcierit, quia † præſu-
mitur ignorantia, d. l. verius, ff. de prob. deinde ne-
mo ſua nec aliena delicta ſic de facili prodit, quin-
imò occultat. Proinde ad tollēdas has leues ſuſpi-
ciones probat D. Iulius ignorātiam de illo M. ban-
nito per ſuum iuramentum in ſuo examine & in
32 actis preſtitum, vt † probati poteſt ſtantibus maxi-
mè probatis pro D. Iulio. Abb. in c. vidua. nu. 5. de
regular. Feli. & Deci. in d. c. 2. de conſt. Tiraq. in l. ſi
vnquam. in prefa. num. 39. & in terminis Carer. in
tit. de homicid. §. 2. num. 42.

Verum ad condemnandum receptatorem ban-
33 niti requiritur † q̃ ſciat bannitum, non q̃ ſuſpice-
tur. dicit Bal. per tex. ibi in l. 2. C. de adult. ſequitur
Arimi. in add. Ang. de malefi. in glo. dicto malefi-
cio ſemper &c. ſub nu. 23. ita multifariam demon-
ſtratum eſt D. Iulium omnino abſoluendum eſſe, vt
ſupra præmiſſum & probatum eſt. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM LXXXII.

ARGVMENTVM.

Scribens ſui crediti de frumento mutua-
to bono & expurgato Chirogra-
phum, & probatum ſit frumentum
mediocre, vel etiam peſſimum, bene
tamen notum debitori, non punitur
pœna falſi, nec etiam vendens cario
ri pretio ad tempus, ſaltem incerto
tempore ſolutionis an eſſet carius, vt
vſurarius puniri debet.

SVMMARIVM.

1 *Conſulendum non eſt contra conſcientiam.*
2 *Falſi crimen quæ requirat.*
3 *Netto, hoc verbum intelligi debet ſecundum intentio-
nem proferentis, & maximè ad euitandam pœnam
falſi.*
4 *Falſi crimine, in dubio, interpretatio fit vt euitetur fal
ſum.*
5 *Falſum non reputatur, quod primordio veritatis ad-
iunatur.*
6 *Falſi crimen punibile circa aliquam qualitatem quo-
modo ceſſet.*
7 *Tritici boni expreſſio magis certam qualitatem tritici
in bonitate non continet & demonſtrat, quin etiam
poſſit comprahendi & verificari in tritico peſſimo.*
8 *Granum miſcens corruptum cum incorrupto non facit
peccatum, & non committit falſum. & aliud datur
exemplum de aromatario miſcente ceram corruptam
cum non corrupta.*
9 *Falſi pœna ceſſat ceſſante leſione partis.*
10 *Falſitas non committitur ſine dolo.*
11 *Delictum falſi ſeu alterius criminoſi facti vbi ceſſat,
aliqua pœna infligenda non eſt.*
12 *Offenſa vbi non eſt, & læſio principaliter in perſona,
non datur perſecutio pœna.*
13 *Contractus venditionis grani cārioris pretio ad tempus,
ex ſua forma non apparet vſurarius.*
14 *Duby ratione quis excuſatur in foro iudiciali.*
15 *Interpretatio in foro iudiciali fit in benigniorem par-
tem.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Vemadmodum contra conſcientiā non
1 eſt conſulendum, † & ab hoc cauēdum
dicit Ang. in l. 1. vltra med. C. de fal. ca-
minus eſt iudicandum contra conſcien
tiam, nec cōtra iuſtitiam in grauamen alicuius. tex.
in c. 1. de ſent. in 6. At credo (parcat mihi quiſque
contrarium ſenſerit) non bona conſcientia, ſaltem
iure & legibus probata, potuiſſe vel poſſe Do. Ia-
cobum condemnari pœnis nec falſi nec vſurariæ
prauitatis. Quoniam vterque horum criminum ti-
tulus contra D. Iacobum omnino ceſſare videtur.

Primum de falſo, ſic abeſſe clarè demonſtratur.
Certi enim iuris eſt hæc duo ad crimen falſi requi-
2 ri, † & ſine his tale crimen eſſe & puniri non poteſt
vnum præcipuum eſt, q̃ ſcripto vel dicto ſit facta
mutatio veritatis, l. quid ſit falſum, ff. de falſ. & in
princ. auth. de inſtrumen. cau. & fide. ſed Do. Iaco-
bum in Chirographo grani mutuati ſcribentem &
dicentem (grano buono & netto) oſtenditur non
ſcripſiſſe

ſci ipſiſſe nec dixiſſe falſum, ex eo ꝙ pro parte fiſci
conatur probari granū D. Iacobi fuiſſe mediocre,
mixtim habens grana corroſa vel bibita à tineis,
& triſte dici, quia dicēdo (grano netto) intelligitur
verum dixiſſe, ex eo ꝙ fecerat ſuum granum cribra
ri ad duo cribra, vt teſtes probant, & ſi remanſe-
rint mixta grana bibita tineis, tamen erat expurga-
tum, & vt vulgo dicitur, cōcio & netto, ſic verbum
3 hoc, † netto, intelligi debet ſecundum intētionem
proferentis, & maximè ad euitandam pęnam falſi.
l. ſi quis intentione, ff. de iudi. & l. merito. pro ſoc.
4 & ſi poſſet importare falſum & non falſum, † inter-
pretari debet taliter ꝙ falſum euitetur. glo. fi. & ibi
Bald. & Ang. in l. iuriſgentium, §. quod fere, ff. de
pact. firmat Rui. conſi. 14. col. 2. nu. 3. libr. 5. Gram.
conſi. 41. col. pen. num. 10. in cri. & vot. 26. nu. 12.
& vot. 36. num. 5. 6. ſufficit enim ad euitandum fal-
ſum ꝙ granum cribratum poteſt dici, netto, quia
5 † falſum nō reputat quod primordio veritatis ad-
iuuatur, l. cū filius, §. hæres meus. de leg. 2. & ꝙ pro
grano expurgato vel netto fuerit habitum à D. Ia-
cobo ſic etiam ſcribente in Chirographo intelle-
cto à debitoribus palam & bene vidētibus dictum
6 granū quale eſſet vt apparet in proceſſu, ideo † hac
ratione ſcientiæ & conſenſus debitorū, ceſſat etiam
crimen falſi punibile circa dictam qualitatem, net-
to. ar. tex. in l. ipſe. ibi. velut falſum cui ſemel aquie
uiſti. C. de falſ. & in l. 3. & l. fi. à contrario ſenſu, C.
de cri. ſtelli. & in l. ea quæ. in prin. ff. de contr. emp.
& not. in l. quod venditor. ff. de dol. & in l. j. §. ſi
intelligatur. & in l. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict.
Eadem ratione ceſſat falſum in qualitate grani il-
la, bono, etiam ꝙ viliſſimum, peſſimum, vel triſtiſ-
7 ſimum granum fuiſſet, quia † expreſſio tritici boni
magis certam qualitatem tritici in bonitate non
continet & demōſtrat quin etiam poſſit comprehē-
di & verificari in tritico peſſimo, ſunt iura aperta,
vt l. fideiuſſor ſi ſine. ff. mād. & l. vbi autem. in prin.
& ibi Bart. & alij ſub. l. ſtipulationum quædam. de
verbo. oblig. exinde verò debitores non magis etiā
læduntur, quia non tenentur reſtituere triticū mu-
tuatum, niſi æquè bonum, prout habuerunt. l. cum
8 quid. ſi cer. pet. Namque † aliàs miſcens granū cor-
ruptum cum incorrupto non facit peccatum, & nō
committit falſum. Bar. not. per illum text. in l. 1. C.
de condi. in publ. hor. lib. 10. & ibi Ange. in addit.
infert arromatarium miſcentem ceram corruptam
cum non corrupta vt velamento non corrupte cor
rupta vendatur, non dici ceram falſare, credo ꝙ ſit
ratio, quia hæc ſunt videnda & inſpicienda ab em-
ptoribus, qui ideo volentes emere exinde non læ-
dūtur. l. 1. ad fi. ff. de act. empt. cum ſimil. Hoc quo-
9 que aliud infertur, ꝙ † ceſſante læſione partis ceſ-
ſat pœna falſi. gl. & Bart. in l. damus. C. de falſ. Ale-
xan. conſil. 70. col. fi. ver. præterea ad omnia. lib. 1.
Gram. d. vot. 26. nu. 4. Itaque ceſſante mutatione
veritatis ipſis accipientibus granum notæ, ceſſat
falſi crimen.

Alterum & conſequenter requiſitum in crimine
10 falſi, de dolo, ſine quo falſitas † non committitur. l.
nec exemplum. & ibi Bart. & alij not. C. de falſ. cū
concord. alleg. per Rui. conſi. 83. col. 2. nu. 4. lib. 4.
Pariſ. conſi. 169. colum. pen. nu. 56. lib. 4. & Burſat.
Mant. conſi. 111. nu. 14. & alibi per doct. paſſim tra
ctantes de falſi crimine, ceſſat in caſu noſtro, quia
D. Iacobus non vidit granum ſuum mutuatum, niſi
ꝙ ſciebat illud benè cribratū, ſed benè inſpexerunt
qui illud mutuò acceperunt, & eius qualitas circa
bonitatem eis fuit clarè nota, vt patet in proceſſu,
quare illud granum tale quale erat accipientibus
& ſcientibus dolus nō committitur. per l. domum.
§. ſimili. ff. de contra. empt. & l. cum donationis. C.
de tranſact. & l. nemo videtur fraudare. de reg. iur.
& reg. ſcienti. eo. in 6. tradit Aymo conſ. 6. nu. 104.
& Pariſ. conſi. 52. nu. 29. lib. 4. Indubia ergo rema-
11 net concluſio, ꝙ † vbi falſi ſeu alterius criminoſi fa
cti ceſſat delictum, aliqua pœna infligenda nō eſt.
Bal. in l. fi. de leg. 1. & conſi. 363. col. fi. lib. 3. Aym.
conſi. 319. in addi. nam cum iniuria non fit volen-
ti. d. l. cum donationis. cū aliis alleg. non poteſt et
deſcendere in rempublicam iniuria & offenſio, &
12 † vbi non eſt offenſa & læſio principaliter in perſo
na, nulla datur perſecutio pœnæ ſecundùm Bal. in
l. 1. col. 2. in 2. not. ff. ne quis eum.

Secūdus item titulus criminis vſuræ ceſſat in ca
ſu propoſito. Cùm enim pœna quæratur infligi ex
decreto ducali edito cōtra vſurarios facientes con
tractus fœneraticios, videndum eſt ſi D. Iacobus ta
lem fecerit fœneraticium contractum, & non ap-
paret niſi ꝙ vendidit granum de menſe Aprilis vel
Maij, 22. groſſis pro quarto, cum dilatione ad ſol-
uendum precium de menſe Auguſti: & videtur pro
bari tempore dictæ venditionis præſenti pecunia
per alios granum fuiſſe venditum groſſis 20. pro
quarto, & ſic cariori precio venditum fuiſſe per D.
Iacobum propter dilationem temporis. Quo caſu
tamē non ſunt verificata verba dicti decreti, vt per
hanc venditionem D. Iacobus dicatur cōuictus de
13 contractu vſurario, quia † contractus venditionis
grani cariori precio ad tempus ex ſui forma nō ap
paret vſurarius, ſunt verba clara tex. in c. in ciuita-
te. & in c. fi. de vſu. vnde Abb. in d. c. in ciuitate. col.
pen. ver. not. ex fi. nu. 5. dicit, ꝙ in foro contentio-
ſo non poſſet venditor ex forma huius contractus
conuinci de vſura, niſi confiteatur, ꝙ aliàs erat ven
diturus tempore contractus pro iuſto precio, vel
certum ſit, quòd plus non valeret tempore ſolutio-
nis pretij. Idem in d. c. fin. col. 2. ver. Item not. di-
14 cit † quòd in foro iudiciali quis excuſatur ratione
dubij, vnde certi iuris videtur quando quis aliàs
non erat venditurus, prout non apparet tunc D. Ia-
cobum aliàs eſſe venditurum granum minori pre-
cio præſente pecunia, vel dubium erat quòd tem-
pore ſolutionis granum valeret plus vel minus, &
in caſu iſto euenit quòd longè plus valuit tempo-
re ſolutionis quàm fuit venditum per D. Iaco. Ideo
talis venditio non cenſetur vſuraria. per text. in d.
c. in ciuitate. & in d. cap. fin. & ibi gloſſ. & canon.
15 & Dec. in conſil. 111. colum. 3. ver. quartò. ita † fit
interpretatio in benigniorem partem in foro con-
tentioſo,

tentioſo, vt in caſibus licitis cenſeatur contractus non vſurarius, not. Abb. in d. cap. fin. colum. 2. ver. in ea. gloſſ. nume. 9. & Ayino conſil. 145. nume. 2. Ex quibus igitur apparet non iuſtè D. Iacob. fuiſſe condemnatum in pœnis falſi & vſuræ. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Fratres minores ſancti Franciſ. ſindicum conſtituere non poſſunt per literas eorum Generalis, maximè ad exigendum, nec obtinere legata facta per patrem filio monacho eorum ordinis ſi non permanſerit in conuentu, & ſic non amore Dei & cauſa pia, ſed affectione paterna, vt filius habeat vnde viuat.

SVMMARIVM.

1 Iudicium conſiſtit ex iudice, actore & Reo.
2 Iudices locorum non habent iuriſdictionem niſi quatenus per ſtatuta eis tribuitur.
3 Scriptura requiritur ad probationem commiſſionis.
4 Commiſſiones ſunt intelligendæ in ſtricto ſignificatu.
5 Commiſſiones, vt facti, non ſunt præſumendæ, nec extendendæ.
6 Procurator poteſt conſtitui per epiſtolam.
7 Mandati ad ſolutionem recipiendam requiritur probatio per inſtrumentum publicum.
8 Fratres minores & eorum miniſtri non poſſunt agere, petere vel aliquid attentare contra aliquem in iudicio.
9 Hæredis vel executoris bis moniti mora præcedere debet, vt iudex poſſit ex officio procedere.
10 Item. eſt dictio repetitiua, vbi eſt identitas perſonæ & diuerſitas rei. & nu. 15.
11 Repetitio fit ex coniectura mentis teſtatoris.
12 Repetitio fit per identitatem rationis.
13 Vt ſupra. eſt dictio relatiua & repetitiua omnium præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus.
14 Media declaratur per præcedentia & ſequentia.
16 Scriptura dubia declaratur per notarium qui eam ſcripſit.
17 Teſtatoris mens & voluntas præſumitur nota notario.
18 Declarationem mentis teſtatoris circa qualitatem alicuius diſpoſitionis ſufficit probari per teſtes ſingulares.
19 Minorita non viuendo in obedientia & ſine proprio facit contra regulam.
20 Dictio, per omnem modum, quid operetur.
21 Conditio turpis & impoſſibilis de iure debet reijci & non vitiat.
22 Relicta facta fratribus minorum etiam exiſtentibus in religione & in monaſterio ſunt inualida, & habentur pro non ſcriptis.
23 Legatum factum perſonæ incapaci nulli quæritur, & eſt pro non ſcripto.
24 Verba, aliquo modo, & aliquid, ſicut vniuerſalia negatiua, omnia excludunt & negant.
25 Fratres minores prohibentur valorem relictorum recipere.
26 Textui magis quàm gloſſæ & Doct. ſtandum & credendum eſt.
27 Monaſterium non debet aliquid habere contra voluntatem teſtatoris.
28 Neceſſitas dicitur eſſe vbi non habet aliter vnde ſubueniat.
29 Neceſſitate ſtatutum & diſpenſandum, ceſſante neceſſitate ceſſat.
30 Fundans ſe in lege ſeu diſpoſitione aliqua continente aliquam qualitatem debet probare qualitatem ipſius diſpoſitionis, aliàs ille agens ſuccumbit.
31 Legatum à propinquo factum perſonæ eccleſiaſticæ videtur factum contemplatione perſonæ, non autem cauſa animæ.
32 Datum filio monacho non dicitur ad piam cauſam, ſed potius relictum contemplatione ſanguinis.
33 Præſumptionem ex conſanguinitate inductam præferri alijs præſumptionibus. ex Paulo Caſtren.
34 Legatum conſanguineo etiam pauperi factum potius propter conſanguinitatem, quam intuitu pietatis.
35 Affectio ſanguinis quando mouet ad legandum dicitur cauſa finalis.
36 Relictum regularibus, qui non poſſunt habere proprium an dicatur acquiſitum eccleſiæ, vel fiat caducum.
37 Teſtatoris voluntas declaratur per actum etiam nullum.
38 Fratri ordinis Minorum nullo pacto conuenit manere in domo, & eſſe tutorem.
39 Teſtatoris diſpoſitio ſecundum eius opinionem interpretanda eſt.
40 Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos re & & verbis.

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

PAtent vndiq; & cœpti iudicij & deducti iuris defectus. Quibus prætenſus Sindicus fratrum minorum mendicantium ſancti Franciſci actor ſuccumbere & D.G. reus conuentus abſolui debet. Euidens enim
1 iudicij defectus eſt, quia notum eſt † iudicium conſiſtere ex tribus perſonis, Iudice, Actore & Reo, vt in l. inter litigatores. ff. de iudi. & in c. forus. de verbo. ſigni. hic autem primùm deficit Iudex, cum D. Locumtenens coram quo agitur & examinati ſunt teſtes per ſtatuta & decreta ducalia in prima inſtantia in

tia in causis maioris summæ 10.flor.etiam de con-
sensu partium non potest esse Iudex, nam Iudices
2 † locorum iurisdictionem non habent nisi quate-
tenus per statuta eis tribuitur, Bal. in auth. sed no-
uo, C.de ser.fug.Deci.in rub.colum.4. num.29.C.
qui admitti.in nouis addi.& in prima lectu. nu.7.
vbi allegat etiam Bal.in au.cassa. col.1. C. de sacr.
sanct.eccle. De commissione causæ istius aliqua fa-
cta ipsi D. Locumtenenti per Principem nõ appa-
3 ret, & † eius probatio fieri requiritur per scripturã.
vt l.j.C.de mand.princip. & commissiones omnes
& delegationes sunt stricti iuris.Bal. in l. non sine.
versus si.in ver. sed in contrarium, C. de bon. quę
4 liber.ideo † in stricto significatu sunt intelligendę
per l.constitutionib.ad munici. & l.qcquid astrin-
gendæ.de verb.oblig.Calca.consi.20.ista quæstio.
5 col.4.nu.10.& non sunt pręsumendæ † vt facti, ne-
que extendendæ, vt in c.cum in iure.de offi. deleg.
& c.cum dilecta.de rescrip.Nec de iure vel de con-
suetudine istum D. Locumtenentem esse talem li-
quet, vt compræhendatur in cap.exijt.§.ad hæc. de
verb.signi. in 6. sub illis verbis. & etiam prælati &
seculares quibus de iure vel consuetudine prouisio
ista cõpeteret, cum oportuerit se ex officio suo &c.
quinimò contrarium apparet per dicta statuta &
decreta D.Locumtenentem in primis causis maio-
ris summæ x.flo.nihil posse prouidere.

Deinde personam actoris seu petitoris deficere
demonstratur, tum defectu probationis, tum etiam
defectu potestatis illius prætensi generalis Ministri
cõstituentis generalem Sindicum istum, qui modo
interuenit in hoc iudicio, quia mandati facti dicto
Sindico legitima probatio nõ potest dici facta per
literas dicti Ministri datas Neapoli calend.Martij.
6 1567. licet enim constitutio † procuratoris possit
fieri per epistolam constituentis, l.j. §.j. ff. de pro-
cur. Debet tamen constare literas esse scriptas per
illum constituentem, l.si.in princ.ff.de de prob.ibi,
si de fide earum constiterit &c.& l.fi.in princip. de
leg.2.ibi, si fides epistolæ relictæ consteret, & text.
in terminis in l.si procuratorem, ff. de procura.ibi,
hoc enim casu literis eius approbatis, & ibi per
Bar.& alios, & Imo.in cle.1.col.5.eo.maximè vo-
lentem non adminiculari etiam appositionem pu-
blici sigilli, quando essemus in arduis & præiudi-
7 cialibus, vt sunt exactiones creditorũ, nãq; † man-
dati ad solutionem recipiendam requiritur proba-
tio per instrumentum publicum. secundum Bal. in
l.falsus. col. pen. C. de furt.approbatum per alios,
vt refert & sequitur Boer. in decis.281. nume.2. &
maximè stante de hoc speciali lege municipali di-
sponente aliquem procuratorem vel sindicum non
esse admittendum in iudicio coram quocũque Iu-
dice nisi prius producto instrumento sui mandati,
& dimisso penes acta, etiam si ab aduersa parte non
fuerit petitum.

Nam & deficit potestas Ministri generalis, cum
aliàs sępius & pluries legatur in d.c. exijt. de verb.
8 signi.& in cle.exiui.eo. fratres † minores & eorum
Ministros nõ posse agere, petere, vel aliquid atten-
tare contra aliquem in iudicio, & prout intelligit
Bar.in libel.minor.in lib.2.in 7.dis.ca.3. incip. per
quos.minus possunt ad litigia constituere sindicos,
vnde verba sindicatus quando porriguntur ad li-
tes & causas omnino reprobat Bart.in d.libel. mi-
nor.in lib.2.in 4.dis.c.8.incip.in multis locis.versi.
item verba. eo magis debet reprobari ius & forma
sindicatus contenti in literis dicti Ministri de qui-
bus agitur, quia in eis dicitur, nomine vice, & au-
ctoritate Sanctæ Ro.Eccl. iuxta priuilegium Mar-
tini Papę iiij. Datum in Vrbe veteri.15.cal. Febrũa-
rij.anno 2.& hoc priuilegium non esse in obseruan-
tia attestatum est, & reprobatur per Io. 22. vt latè
in extra.incip.ad conditorem.in ti.de verb. signifi.
ad fi.expresè prohibendo imposterum Ministros
& custodes dictorum fratrum pro consequẽdis bo-
nis oblatis vel collatis eisdem fratribus posse no-
mine Romanæ Ecclesiæ nominare vel constituere
aliquem procuratorẽ in iudicio vel extra ad agen-
dum, supplicandum vel aliud exercendum nomine
dictæ ecclesiæ, nisi de Sedis Apostolicæ licẽtia spe-
ciali, vt de reprobatione etiam meminit Bart. in d.
lib.minor.in 2.lib.in 8.dis.ca.3. De alia speciali li-
centia Sedis Apostolicæ requisita per d. extrauag.
non apparet, ergo sumus in edicto prohibitorio.
Quare verum est adesse præmissum defectum Iudi-
cij intẽtati, & si posset esse in hoc casu processus si-
ne petitore, secundum Bal.in auth.ingressi. col. pe.
ver.venio ad relicta, C.de sacr.san.eccle.tamẽ non
potest esse sine Iudice, cuius officio expeditur talis
processus, vt per Bal. ibidẽ, & de hac causa nõ pos-
se Iudicem esse D.Locumtenentẽ superius demon-
9 stratum est. vt † Iudex etiam possit ex officio proce-
dere debet præcedere mora hæredis vel executo-
ris, q bis fuerit monitus, per tex.in §. si quis autem,
in auth.de eccle.tit.dicit Bar.in eo.lib.2.in 4. dis.c.
3.incip.quis ergo. Quæ mora hic non præcessit.

Manifestè quoque (vt pœnitus auferatur omnis
scrupulus) apparet de præmisso defectu iuris dicto-
rum fratrum deducti & petiti ex testamento magi-
stri Petri Ioannis pro consequendo pretio bono-
rum relictorum fratri Christoforo suo filio ordinis
dictorum fratrum, & pluribus modis huiusmodi
defectus ostenditur.

Primò, testator legando fratri Christo. filio &
Io. Dominico altero suo filio domum cum apo-
theca, & aliam apothecam, & quasdam terras, appo-
suit conditionem, q si steterit in monasterio nihil
habeat de bonis legatis, sed voluit ipsum fra.Chri-
stoforum habere suam medietatem bonorum le-
gatarum si noluerit vel non potuerit ex aliqua cau-
sa manere in conuentu & viuere cum alijs fratri-
bus, hæc eadẽ conditio in alio legato facto de pos-
sessione sancti Sixti censetur apposita & repetita,
10 tum ex dictione.. Item † quæ est repetitiua, vbi est
identitas personæ & diuersitas rei, l.Seiæ, §. Gaio.
de fun.instr.& l.in repetendis.de lega.3.tum etiam
ex pręsumpta & vera mente testatoris, ob quam fit
repetitio præcedentis conditionis præcedentibus
rebus legatis appositæ etiam alij lęgato cum par-
ticula.

ticula. Item continente orationem perfectam, vt probat Alexand.consi.47.col.2.versic.sed istis.lib. 5.& Rubeus Alexandr.consi.68.ad fi. ex coniectu-
11 ra enim mentis testatoris † facimus repetitionem, dicit Oldr.consi.141.Thema tale est, Dominus G. col.fi.circa princ.& Capra consi.60.num.8. & latè comprobat nouiter Petrus Io.Anch.Regiens.in q. 53.lib.2.mens autem testatoris coniecturatur ex eo quòd apposuit dictam conditionem primis legatis,putans fr.Christophorum stantem in monasterio non indigere rebus legatis, cum ibidem cum alijs fratribus posset semper habere victum & vestitum,quem non ita posset habere exeundo, & non stando cum fratribus,ideo ei isto casu prouidit de rebus legatis cum dicta conditione expressa, quæ censetur repetita in legato possessionis sancti Sixti immediatè sequente,quia eadem ratio dispositionis præcedentis dictorum legatorum militat & in hoc legato possessionis,ergo per identitatem ratio
12 nis sic sit repetitio † per l.nihil.ff.de coniung. cum enim lib. firmat Bald. in l.Titius.in fin.C.de bon. liber.& ex eo quòd dicta conditio ascripta primis rebus legatis fratri Christophoro repetita est in generali hæredũ institutione postea facta fratri Chri
13 stophoro per expressionem, vt supra, † quæ relatiua & repetitiua est omnium præcedentium cũ omnibus suis qualitatibus,Dec.consi.227.col.2. nu.3. & Rui.con.18.col.3.num.12. lib. 2. & consequenter eadem conditio demonstratur inesse dicto lega
14 to possessionis posito in medio,quia † per præcedẽtia & sequentia declarantur media. Paul. de Castr. consi.314.super eo.colum.fin.versic. secundò quia lib.1.& propriè mentem testatoris apparere conditionis eiusdem repetitæ in diuersa oratione,ex quo posita est in princ.& in fi.per not.in l. talis scriptura.de leg.1.& in c.secundò requiris.de appell. tradit Capra.d.consi.60.sub num.8. & vera testatoris mens repetendi,& præcipuè apponendi in legato dictæ possessionis conditionem prædictam clarè probatur per notarium qui testamentum scripsit,& per Vincentium alium testem. Qui notarius in examinando mentem testatoris deponit per testatorẽ fuisse appositam expressè dicto fratri Christophoro dictam conditionem etiam in legato possessionis sancti Sixti hac ratione per testatorem assignata in examine dicti notarij,ibi.Et diceua, che stando nella religione, non occorreua, che gli lasciasse niente, perche non gli mancaua da viuere, &c. & sic notarius declarat se intellexisse dictam conditionem positam & repetitam in legato etiam pos-
15 sessionis sancti Sixti sub illa dictione.† Item,incontinenti sequente in principio huius legati, quæ dictio ex quo est repetitiua,vt per omnes in d.l. in repetendis.de lega.3.& quatenus aliquam de repetitione ista contineret ambiguitatem, potest declara-
16 ri per notarium qui eam scripsit † & suæ declarationi stari debet,Hier.Cagn.in l.si librarius. num. 63.de reg.iur.Alexand.consi.190.plura.col.2.ver. ex quibus etiam infertur.lib.6.Calca.consil.48.nu.
17 30.& consi.70.præsumitur enim mẽs † & voluntas testatoris nota notario.Guid.Pap.in q.129.& Soc. Iun.consil.101.num.11.lib.1.

Quatenus etiam errore omissa esset dicta conditio scribi in particula legati possessionis,de errore huiusmodi creditur notario cum dicto Vincentio alio teste clarè attestante de dicta conditione apposita per testatorem in legato dictæ possessionis, vt
18 per Alex.consi.105.num.5. lib.2. sufficit † quoque declarationem mentis testatoris circa qualitatem alicuius dispositionis probari per testes singulares, Alex.consil.75.videtur.col.pen.versic.& quòd ista fuerit mens.lib.5.Paris.consi.94.num.45.46.lib.2. Aym.consi.73.num.33.& vt in terminis per Paul. de Castr.consil. 122.viso puncto.sub num.1.lib.2. itaque extra omnem dubitationem dicendum est dictam conditionem esse impositam etiam legato dictæ possessionis. Ex quibus concludendum est,talem modum seu conditionem consequendi res legatas nolendo stare in religione,sed ex aliqua causa exeundo & non stando legatario cum alijs fratribus esse illicitum dicto fratri Christophoro, q recipiat legata stando extra religionem & nolendo manere in conuentu,& viuere cum alijs fratribus,quod est contra regulam non viuendo in obe-
19 dientia † & sine proprio, vt exprimitur in d.c.exijt. §.nos obscuritatem.& in cle.exiui.§.regula & vita. & §.licet verò.Ideo talis modus seu cõditio vitiat dicta legata,quòd à rebus legatis & earũ receptione fratres per omnem modum abstinere debẽt per tex.in d.c.exijt.§.adhæc quia fratribus.de verb.sig.
20 in 6.& dicendo, per omnem modum † apparet q etiam æstimationem recipere non debent. secundum Bart. in d.lib.minor. in 2.lib.dist.2.c.1.incip. aliquando.& Bal.in d.auth.ingressi.colum. penult. ver. si interdum legatur.dicit, quòd vitiatur isto casu vtrunque tam legatum quam vsus legati. Nõ ob
21 stat quòd hæc † conditio prædicta vt turpis & impossibilis de iure debet reijci,& non vitiat. per l.reprahendenda.C.de inst.& substi.cũ simil. quia sub his verbis concepta, nolens manere in dicto conuentu,existens contra substantiam regulæ,quòd viuat in obedientia, vitiat actum & legatum, arg.c. fin.de cond.appo.vt sentit Bar.in d.c. 1. ad fi. Nec debet reijci vt abstrahens à religione,quia tempore testamenti iam erat ingressus religionem, vt ex eo deprehenditur,ideo cessat obiectio, vt in specie respondit Pau.de Castr. consil.336.colum.1.lib.1. & Paris. consi.22.num.7.lib.3.ex quo etiam testatoris intentio non est ad hoc ordinata, per ea quæ in similibus terminis scribit Ruin.consi.98.sub nu. 21.lib.2.& Ang. consil.394.viso testamento. vltra
22 medium, versi.nec ob.quòd dolus. & quia † talia relicta facta fratribus minoribus etiam existentibus in religione & in monasterio sunt inualida, & habentur pro non scriptis,Bald.in d.auth. ingressi. Anch.consi.199.Primum dubium. ad fi.

Secundò principaliter ius non competere dictis fratribus seu monasterio ad petita legata apparet, quia expressè testator prohibuit fratrem Christophorum stantem in conuentu cum alijs fratribus

posse

posse aliquo modo petere aliquid de bonis relictis. vnde conuentus seu fratres modò dicta relicta petentes certè repellendi sunt, extante tali conditione fauore fratris Christofori, ne conuentui & alijs fratribus quæratur.vt per tex. in l. si vsufr. aut decem,§.si ita quis.ff.quando di.leg.ced.in simil.terminis & fortioribus, quibus præsupponitur monasterium capax firmat Barto.in q.12.incip.Quidam reliquit.sub ver.solutio.idem prouidendo filio monacho ordinis fratrum minorum pro suis necessitatibus in legato sic facto filio vt id solus absq; alijs fratribus habeat, quia legato repugnat tam status religionis vnius singularis fratris, quàm vniuersa-
23 lium fratrum, ideo † tale legatum nulli quæri & esse pro non scripto probat Bal. in l. 1. col.8. in 7. q. sub num.44. C. de his quæ pœ. no. & est text. in d. cle.exiui.§. quia igitur. Neque ipsorum relictorum extimatio peti potest, ex quo testator dixit & iussit q non possit aliquo modo petere aliquid de bonis
24 relictis, per vniuersalem negatiuam, † aliquo modo, & aliquid, quæ verba sunt vniuersalia negatiua, omnia excludunt & negant. Aymo consi.308.col. 4.& latissimè Tiraq.ab alijs(vt aiūt)ad plures quotas & auctoritates cumulandas suffragatus, in l. si vnquam.versi.omnia.num.14.& seq.& num.37.& sequen.C.de reuo.don.prout ex his verbis. per omnem modum fratres abstineant, non posse etiā extimationem consequi,dictum est firmare Bar.in d. lib.minor.in 2.lib.dif.2.c.1.incip.aliquando. quoniam & aliàs simpliciter dicti fratres prohibentur
25 † valorem relictorum recipere,per tex.in d.cle.exi-
26 ui.§.nec licet eis. cui textui † magis quàm glos. seu doct.credere & stare debemus.Aym.consi.4. num. 21.& consi.xj. num. 6. ita rei immobilis legatæ his fratribus extimationem eos non posse etiam habere contra opi.Bar.p plures rationes cōprobando tenet Saly.in l.1.col.3.in 6.q. C. de sacr.sanct.eccle. Nam vbicunq; potest apparere,prout in specie nostra clarè depræhenditur, testatorem nolle aliquid de bonis relictis queri conuentui & alijs fratribus, sed solummodo suo filio cui legauit, si noluerit, & non potuerit stare & viuere in conuentu cum alijs
27 fratribus, tunc monasterium excluditur, † & aliquid non debet habere contra voluntatem testatoris.vt per Alex.consi.35.col.penul.libr.3.& Rui.d. consi.98.nume.20. lib.2. & clarius per Deci.consi. 426.nume.2.

Tertiò, quando etiā simpliciter sine aliquo modo seu conditione & indeterminatè esset dictis fratribus factum legatum, in hoc Pontifex in d. capit. exiji, §. adhęc quia. ibi, in versicu. si vero fratribus ipsis, mandat obseruari formaliter omnia quæ superius disposuerat obseruari. circa eleemosinas & pecunias eisdem fratribus oblatas & missas, q sub modo licito intelligatur relictum, & supra in eodem c.exiit.§.cæterum.cum sequent. sæpius exprimitur eleemosinas & pecunias oblatas dispēsandas,& modum licitum esse pro necessitatibus præteritis,aut ingruenti & imminenti necessitate ipsorum fratrū,quibus liceat ipsas necessitates insinuare, specificare & exponere, vt ibidem disponitur. Quæ quidem necessitates aliquæ fratrum pro quibus agitur, non solùm specificatæ non apparent. Quinimò contrarium constare videtur ex depositionibus testiū examinatorum pro necessitatibus fabricæ ecclesiæ & conuentus, & victus & vestitus fratrum adesse subuentiones & eleemosinas, quæ præstātur ab Illustrissimo Principe & à ciuibus.ne-
28 cessitas enim dicitur esse † vbi non habet aliter vnde subueniat.c.quanto.de consuetudin. Abb.consil.17.ad fi.lib.1. Quamobrem non imminēte vel vrgente necessitate dictorum fratrum cessant dispo sita per canon.q debeant admitti vel audiri ad pe-
29 tita pro eis circa res legatas,quia † quòd pro necessitate statutum & dispensandum est, cessante necessitate & dispensatio cessare debet, text. & glo.in c. quod pro necessitate.1.q.1.cum plur.concord.cumul.per Tiraq.in trac. cess.ca.in prima par.in ver.
30 necessitatis causa.nu.179. & † fundās se in lege seu dispositione aliqua continente aliquam qualitatē, sicut plures continet qualitates & circūstantias canon in d.c.exijt,§.insuper.& §.sequen.circa res dispensandas pro necessitate fratrum tantum imminente,non sub colore prouidentię in futurum, nihil faciendo quod derroget paupertati, debet probare qualitatem ipsius dispositionis, aliàs ille agēs succumbit, per plura iura probat Alex.consi.3.col. 2.num.7.lib.2.& consi.fi.nu.5.eo. lib. Soci. consi. 164.col.2.ver.confirmantur etiam.lib.2. & Tiraq. de retract.tit.1.§.8.glo.7.nu.12.

Quartò diligenter inspiciendum & considerandum est, q tunc demum bona relicta modo licito expresso vel præsumpto fratribus minoribus sunt disponenda & cōuertenda pro necessitatibus ipsorum fratrum, quando sunt relicta amore Dei, pro eleemosina, pro anima, intuitu pię causæ, & misericordię, vt ostendunt verba tex.in d.c.exijt,§.ad hęc quia fratribus ibi. ad pias voluntates deficientium adimplendas, & ibi. ne pia defunctorum destituatur intentio, & ibi. ita q legans merito &c. & in literis Martini Papæ iiij.registratis per Bar. in d.lib. 2.8.dif.c.2.incip.Deinde Martinus.ibi.atq; in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto, vel fratribus aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur,sed in specie proposita relicta cēsentur facta fratri Christoforo affectione sanguinis & filiationis, & pro validitate testamenti, & non intuitu religionis seu alicuius piæ causæ,per ea quę habentur in tex.& gl.in c.requisisti.de test. & ibi Canon. & præcipue Ant.de Bu.in col.2.ver.venio ad ver.si
31 vero.num.10.dicit † legatum à propinquo factum personę ecclesiasticę videri contemplatione personę, & q causa propinquitatis est potior in sumendo,quàm causa animæ, & Bar.Castr.& Soci.in l.2. de reb.dub.Saly.& Cast.in l.non plures,C.de sacr. sanct.eccles. & clarius dicit Bald.in auth. similiter. ver.quæro quid si donatur.num.5.C. ad l. Falci. q
32 † datum filio monacho non dicitur ad piam causam, sed potius relictum contemplatione sanguinis,per l.tutor petitus,§.quę tutoribus, ff. de excus. tu.per

tut.per quam.l.& d.c.requisisti. præsumptionem ex
33 consanguinitate inductam præferri † alijs præ-
sumptionibus dicit Pau.de Cast.consi.371.præmit
tendum est.col.fi.ver.postremò.lib.j.& Dec.consi.
34 120.col.fi.vbi latè insistit †& probat legatum con-
sanguineo etiã pauperi factum potius propter con-
sanguinitatem quàm intuitu pietatis. Ratio enim
35 & affectio sanguinis †quando mouet ad legandum
illa dicitur causa finalis,per l.si pater,C.de hæredi.
instit.adducit Soci.in l.si ita legatum.col.1.ad fin.
de condi.& demon.& Gram.in.decis.73.num.15.
hoc magis in casu nostro tenendum est, quia testa-
tor expressè mãdauit filium nullo modo posse ha-
bere aliquid de bonis relictis stãdo in monasterio,
sed extra conuentum,vt ante dictum est,quod ma-
nifeste ostendit voluntatem testatoris esse,nihil es-
se datum alijs fratribus pia intentione,sed soli filio
vitam agenti extra monasterium,hac intentione,vt
habeat vnde viuat,quæ in hoc est attendẽda,q non
religionis cõtemplatione, & sic piæ causæ, sed per-
sonæ filij affectione sunt facta legata.vt in d. capit.
requisisti. versicu. & hoc verum est. & per alia mo-
do allega.
36 Non refragatur quod Bar.in d.l.2.in fi.dicit†re-
lictum regularibus qui nõ possunt habere propriũ,
indistinctè intelligi acquisitũ ecclesiæ, per d. auth.
ingressi. quia intelligitur de ecclesijs & regularibus
capacibus ad acquirendum, non verò de ecclesijs
fratrum Minorum,qui in particulari neque in vni-
uersali sunt capaces acquisitionum, d. cle. exiui. §.
quia igitur.vt supra dictum est,Sat est per hanc di-
spositionem inualidorum relictorum etiã filio fra-
tri ordinis Minorum Bal.& Imo.in l.si alienum, §.
1.ff.de hæred.insti. & sic nullam & inualidam de-
clarari & haberi voluntatem testatoris, quòd nihil
relictorum sit acquisitũ conuentui & fratribus Mi-
noribus, ex quo in conuentu & cum alijs fratribus
stando testator ipse mandauit suum filium nil reli-
37 ctorum posse petere, ita † per actum etiam nullum
declaratur voluntas testatoris.vt l.fi. & ibi Bart. de
de reb.eorum.cũ concord.alleg.per Ias. consi.222.
col.4.versi.quartò ex testamento.lib.4.& Rip.in l.
1.nu.164.de vulg.& pup. Mars.in rub. de prob. nu.
305.Pro validitate testamenti etiam potest sic pre-
sumi dispositũ per testatorẽ patrem legãdo & insti-
tuendo fra. Christophorũ si non staret in conuentu
cum aliis fratribus, eo q putaret eum non profes-
sum posse exire monasterium,& sic fore necessariũ
eum cum aliis filiis hæredem instituere,prout fecit
pro validitate testamenti.per l.inter cætera.de lib.
& posthu. apparet enim patrem testatorem putasse
fr. Christophorum non esse professum posse exire
religionem, stare in seculo,ex eo q in ipso testamẽ
to disposuit, q si filij maiores sui ex prima vxore
simul stabunt in domo dicti testatoris sint tutores
& curatores aliorum suorum filiorum pupillorum
ex secunda vxore natorum, cum ex prima vxore
non habuerit nisi fratrẽ Christophorum & Io. Do
minicum: ergo de fratre Christophoro sensit q
maneret simul cum alio fratre in domo, & simul
essent tutores aliorum fratrum pupillorum, quia
de alio non potest verificari talis sermo pluralis.
per not. in l.fin.ff.ad trebellia.& in l. qui filiabus.
38 in princip. de legat.1. Cùm manere † in domo &
esse tutorem nullo pacto conueniat fratri ordinis
Minorum,vt certum est per d.cap.exiit. & d.clem.
exiui. & quod testator facit credat de iure valere.
Bald.in l.Titia.§.qui inuita.in 4.notab.& Paul.de
Castr. in l.Meuius.in princip.de leg.secundo.ergo
opinio testatoris in hoc debet attendi, quòd pos-
sit habere frater Christophorus stans extra conuen
tum fratrum legata sibi facta & non veritas,quòd
talia legata sint acquisita conuentui fratrum quan
do fuisset capax, quia secundùm opinionem testa-
toris, & non secundùm veritatem, quando etiam
39 ita esset, eius dispositio † interpretanda est. per l.
quo loco.§.1.ibi Ang.& Imo.ff.de hæred.instit.&
Soci.consi.124.col.fin.sub ver. Secundò. & Aym.
consi.88.num.15.sed veritas iuris quinimò atten-
denda est,q portio relictorũ fra. Christophoro in-
capaci & habito pro mortuo, & quæ pro non scri-
pta habetur,accreuit Io. Dominico coniuncto re
40 & verbis in dictis legatis † per tex.in d.l.quo loco,
§.1.& in l.1.§.in primo.de cad.tollen.& is Io. Do
minicus donauit D.G.reo conuento, ergo potiora
iura habet quàm ipsi fratres. Qui quidem ex sum-
ma conclusionis huius nostri responsi non haben-
tes voluntatem testatoris ex aliqua sua pia inten-
tione in eos directa, neque propter Deum, neque
pro aliqua pia causa erga eos, non sunt compræ-
hensi in d.c.exijt,§.ad hæc quia fratribus.neque in
literis Martini Pa. iiij. Quibus ideo verba istarum
constitutionum cum nequaquam conueniant, ne-
que earum dispositio aliqua conuenire potest,
per vulga.

Itaque puto intrepidè & in omnibus ipsum Do.
G. ab omni prætensi eorum sindici requisitione &
petitione absoluendum esse. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Collectarum certa distributio per Ciuitatem assignata antiquitus Comitatui valet, & debet seruari, etiam aliquibus Castris per Principem ex comitatu postea separatis.

SVMMARIVM.

1 *Collectari debent æqualiter pauper & diues secundum patrimonij quantitatem.*

2 *Districtuales non posse cogi ad contribuendum duas tertias partes impensarum, soluendo vnam tertiam parte m*

partem per Ciues, quando collecta venit imponenda pro modo patrimonij per es & libram.

3 *Villicos prae ceteris Ciuium molestari est contra iura & naturalem aequitatem.*

4 *Pisaurum est ciuitas antiquissima, & locus prae caeteris agri gallici locus magis notus.*

5 *Pisaurum antiquitus habet auctoritatem leges municipales condendi.*

6 *Ciuitas & uniuersitas qualibet pro necessitate sibi incumbente potest imponere collectas.*

7 *Statutum & consuetudo super collectis ex causa necessitatis imponendis valet.*

8 *Comitatenses de iure communi teneri ad maiora onera quàm ciues.*

9 *Collecta imposita personis pro rebus est munus mixtum ratione personalis & realis obligationis simul iuncta.*

10 *Rustici in collectis quandoque magis grauantur quàm ciues.*

11 *Portio in collectis potest esse ad magis & ad minus, prout iuris ratio vnicuique distribuit.*

12 *Collecta soluitur prout & eo modo quo distributa est.*

13 *Euentus posterior formatur à principio causae seu tituli.*

14 *Consuetudo in soluendis collectis seruari debet, & non potest transgredi.*

15 *Commoda maiora habens onera maiora sustinere debet.*

16 *Collecta pro rebus etiam posita potius respicit ad quantitatem fructuum quàm ad valorem rerum.*

17 *Placitum semel partibus ex aequitate naturali seruari debet.*

18 *Lex 1.C. vt nul. ex vic. pro al.vic.deb.tene.lib.10. in quibus terminis loquatur.*

19 *Pacto potest quis teneri ad soluendum debita aliena, & pro alio.*

20 *Statutum valet, seu valet consequentia, quod pacto potest statui de eodem valet statutum.*

21 *Statutum, quòd quis teneatur pro debito alieno pecuniariter, valet.*

22 *Consuetudo potest induci in eo de quo potest fieri statutum.*

23 *Obligationes nascuntur etiam ex consensu tacito.*

24 *Querela reijcitur & excluditur per lapsum anni.*

25 *Principis factum non praeiudicat iuribus ciuium in eo quod debent ad commodum ciuium soluere comitatus.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Omitatiui & homines comitatus Pisauri conqueruntur se soluere duas tertias partes impensarum per consilium Ciuitatis impositarum, & quòd Ciues solum tertiam partem soluant, exinde grauatos se asserunt, quia collectę imponuntur per libram aestimi, & ipsi minorem vel aequalem allibratum, quàm Ciues habeant, se habere proponunt, diminuto comitatus allibratu ex separatione ab ipso comitatu, largiendo alijs, facta per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Principem de tribus Castris Montis Birotij, Montis Abbatis & Ligabiciarum. ne potentiores enim releuentur, & soli minores

1 grauentur, aequaliter † pauperes & diuites debent secundum patrimonij quantitatem pati collectas, nota.glo.in versicu.inopes. in l.1. C.de apoc.publ. libro decimo. & quando inaequaliter & plus vnus quàm alter grauaretur, reclamatio datur, vt l.1. & l.qui grauatos.C.de censi.& censitor.libro 11. Deficientibus quoque bonis fit diminutio allibratus, & alleuiatio in tributis, glos.in l.omne.C.eodem.

2 Atque in specie † districtuales non posse cogi ad contribuendum duas tertias partes impensarum, soluendo vnam tertiam partem per Ciues, quando collecta venit imponenda pro modo patrimonij per es & libram, tradit Ruin.consilio 116. libro 4. inferendo maximè contra iura & naturalem aequi-

3 tatem esse † villicos pro oneribus Ciuium molestari, per rubr.& l.1.C.vt nul.vica.libro 11.& propterea consuetudinem contrariam non valere, etiã per tantum tempus de cuius initio non sit memoria, vt ibi per eum. num.9. 11.13. & rebus non stantibus sed mutatis, pro dicta diminutione portionis collectarum, consuluit Deci. consilio 335.

Sed hanc comitatiuorum querelam iniustam & reijciendam esse Pisauri Ciues clarè demonstrant. Primùm namque scitur, propositam facti speciem etiam non digrediendo, simul breuitatis causa iura Ciuium confirmando, contraria refutando. Pisau-

4 rum † esse ciuitatem antiquissimam, & locum prae caeteris agri gallici locis magis notum, omissis alijs antiquis auctoribus de eo mentionem facientibus, à Cicerone auctore antiquo & celeberrimo prolatum in oratione pro P. Sestio, his verbis. Et inde M. Aulanum trib.mil. Antonij Capua praecipitem eiecit hominem perditum & non obscurè Pisauri, & in alijs agri gallici partibus in illa coniuratione

5 versatum, haec ille. Et antiquitus, † cuius initij non sit hominum memoria, habuisse & habere auctoritatem leges municipales condendi, iuxta l. omnes populi. de iu. & in. approbationibus pro more secutis Superiorum pro tempore, vt in antiquis & modernis voluminibus suarum legum municipalium legitur. Praecipua autem, & rei nostrae proxima lex municipalis seu statutum legitur in 2. lib. statutorum rub.99. quòd omnes habentes praedia seu possessiones in Ciuitate, comitatu vel districtu Pisauri, Ciues, comitatiui seu alij collectas praestent communi Pisauri. Et totum cõmune Pisauri repraesentans adfuisse antiquitus & adesse consilium certorum hominum electorum totam rursus repraesentans Vniuersitatem, ad hoc concord. allegar Aymo.consil.195.columna 3. nume.8. & consilium tale antiquitus per annos cẽtum & vltra pro necessitatibus & omnibus impensis occurrentibus dicto Communi imposuisse collectas persoluẽdas per Ciues & comitatiuos iuxta solitum, vt legitur in libris antiquis & modernis partitorum d. consi-

6 lij, vt quaeque † Ciuitas & Vniuersitas pro necessitate sibi incumbente imponere potest, secundum Barto. in consilio 180. si aliqua possessio. circa

princip. & per doctor. in l. 4. in princip. de re iud.
& Alexand. consi.52. visis his. colum. 1. sub nu.2.
libro 5. & eam quam Ciuitas imponit sic pro ne-
cessitatibus vrgentibus collectam comitatus & ca-
stra & villæ comitatus tenentur contribuendo se-
qui ius Ciuitatis, per glo.in versicu. persoluat.in §.
si quis igitur ex qualibet. in authen.quib.mod.nat.
effic.sui, nadit Tho.Parpa.in repet.l.placet.colum.
12. versicu.dicatis etiam. C.de sac.san.eccl. Quod
in casu isto minimè refricatur in dubium, & refu-
tat decisionem contrariam, Ruin.in dicto consilio
116.quia loquitur in casu diuerso, quoniam Impe-
rator imponit collectam Cinitati pro necessitate
belli ad publicam vtilitatem forsan totius imperij,
quo casu non potest imponi nisi ab Imperatore, vel
de eius licentia, & pro viribus patrimonij cuiuscun
que subditi, secus est quando imponit Vniuersitas
7 pro necessitatibus suis (vt est casus noster) quia † va-
let statutum & consuetudo super collecta huiusmo
di imponenda, vt concedit idem Ruin. ibidem sub
nume.13. quòd minor Ciuibus, & maior incolis
imponatur per Communitatem, sequendo Bald.
ponit Tho.Parpa.in d.l.placet.columna 19. versic.
Item videatis. expressè sentit Bart.in l.1. colum.2.
sub nume.4.versicu.ad declarationem.ff.ad muni-
8 cip.dum inquit, comitatensem † teneri de iure com
muni ad maiora onera, & pro his imponi eis posse
collectam, pro quibus non posse Ciuibus imponi,
& hoc etiam facere statuta Ciuitatum, vt videtis,
dicit ibidem Barto. & consuetudo est inducta ex
communi concordia Ciuium & comitatiuorum
per tantum tempus de cuius initio non est memo-
ria in contrarium vt modò dicetur.

Verum itaque dubitatio extat aliqua. nunquid
possint Comitatiui in collectis grauari pro duabus
tertijs partibus & Ciues pro vna tertia, breuiter
9 respondetur, posse, quia † collecta imposita perso-
nis pro rebus est munus mixtum ratione persona-
lis & realis obligationis simul iunctæ, Bald.consil.
408. ad euidentiam. vltra med. libro quinto. Bart.
in l. honorem. ff. de mun. & honor. & post tracta.
Vbal. de collect. in consi.1. nume.6. ratione cuius
personalis obligationis in comitatensibus dicen-
dum est eos teneri ad maiora onera, quàm Ciues
teneantur, vt dixi tenere Barto. in d. l.1. colum.2.
sub nume.4. & idem in l.fina. §.fina. versicu.quæ-
ro quid de comitatense. eo. ad municip. sequitur
Soci. consil.288. columna 5. versicu. confirmatur
quia comitatiui. libro secundo. idem tenet Bald.in
consil.294.ista causa. circa med. libro quarto.& in
l.1.§. quod si nemo. columna 2. in prima quæst. in
10 fi.ff. quod cuiusq; vniuer.quòd in collectis † quan-
doq; rustici magis grauantur quàm ciues, per not.
in l.1. C.de agrico.& censi.lib.11. concord.plures
allegat Felin. in cap. Rodulphus. columna octaua.
nume.12. de rescript.idem probat Nat.consil.105.
nume.5. & consil.160. nume.13. huc etiam tendit
quod Corn.consilio 155.columna secunda.versic.
adeo quòd. libro primo. dicit, in subeundis one-
ribus ciues non debere tractari vt comitatiui, por-
11 tio enim in † collectis potest esse ad magis & ad
minus prout iuris ratio vnicuique distribuit, vt con
cludit Bald.in authen. defuncto.colum.penult.sub
versicu. modo quæro dictat statutum. C. ad Ter-
tullia. hoc ideo magis quoad comitatiuos, & mi-
nus quoad Ciues visum est consilio communis
Pisauri declarare, & congruè antiquitus distribue-
re collectarum impensas tangentes pro vna tertia
parte Ciues & pro duabus tertijs comitatiuos, &
de communi concordia inter Ciues & comitatiuos
id transactum apparet, & probatur ex narratione
puncti per olim Dominum Pisauri transmissi ad
Pau.de Ca.vt ipse dicit in consil. 427. Viso & dili-
genter examinato. lib. 2. Cuius narrationi & rela-
tioni veluti huiusmodi distributionis concorditer
* factæ historiã continenti credi & stari debet, per ea
quæ communiter concludunt doct.in l. 1. ff.si cer.
12 pet.Ita.n. oportet † solui collectam prout & eo mo
do quo distributa est.argu.l.quoties. & l. nonnun-
quam.ff.ad Trebel.firmat Bald. in d. l. 1. §.quod si
nemo.col.2.in prima q.adducendo etiam.9 à prin
13 cipio † causæ seu tituli posterior formatur euentus.
per l. 1.C.de impo.lucr.ca.descr.lib.x.Ex quo titu-
lo primæuo sic probato in specie nostra per annos
ducentos elapsos quibus fuit in humanis Paul. de
Cast. & per tantum tempus de cuius initio non est
memoria in contrarium, inducta est consuetudo,
14 quæ † etiam in soluendis collectis seruari debet, &
non potest transgredi. Bald.consi.433.sicut hacte-
nus. lib.1.Alex.consi.124.col.1. & seq.lib.4. Soci.
Iun.consil.49.num.23. lib. 1. & Bello. consil. 12.
num.13.

Etenim ex iustis causis dicta concordia & con-
suetudo inducta demonstrari potest. Ciues & co-
mitatiui quodammodo societatem quandam inter
se & ad inuicem contraxerunt commoditatum &
impensarum occurrentium ex locis, domicilijs &
bonis sitis in ipsis Ciuitate & comitatu, ut vo-
cabuli, comitatiuus, vel comitatus, allusio desi-
gnat, vt habetur in vulg. Dictionarijs legal. & gram
maticalibus & per not.in l.2.§.appellata.si cer. pet.
& per Nic.Euer.in sua Centu.in loco ab etymo.vo
cab. cum diuisio impẽsarum inter istos tales socios
facienda esset in vniuersali, iustè credendum est
pro diuisione huiusmodi rectè & ęqualiter deter-
minanda deuentum esse ad cognitionem commo-
dorum & impendiorum tam in vniuersum quàm
per singula ipsorum sociorum. Primum experi-
mento ipso compertum est, quòd pro aureo vno
quem in vestitu & victu omni expendit paterfam.
ex plebe rusticana, quatuor, sex vel x. aureos
expendit paterfamil. ex plebe vrbana, & ex foro
quod bis in hebdomada fit in ciuitate Pisauri,
maius commodum sentiunt comitatiui quam Ci-
ues, vendendo fruges eorum, & alia comestibilia,
pecunias ex manibus Ciuiũ extrahunt, deinde fru-
ctus oẽs ex eorũ possessionibus & ex possessionib.
Ciuium eas cultiuãdo fructuũ maiorẽ partem per-
cipiunt. itaque facti hæc conclusio vera & notoria
est, ꝙ ex Ciuitate, pręsertim ex foro & ex comitatu

toto

toto Pisauri lõgè maius commodum sentiunt Comitatiui quàm ciues. Meritò illis imposita est maior pars collectarum & impensarum pro duabus
15 tertijs, vt † qui maiora commoda habeant, & maiora onera sustineant, per nota. in l. secundum naturam. de regulis iuris. fructuum enim onus, & sic commodorum perceptorum, est contributio pro bonis, Bald.in l.ad instructionem. C. de sacr.sanc. eccle.& Bello.dicto consilio duodecimo. nume.6.
16 & collecta † pro rebus etiam posita potius respicit ad quantitatem fructuum, quàm ad valorem rerum, Imo.in l.si seruus.§.hæres.de lega.1. sic enim lucrum cum damno in collectis imponendis compensatur: argumen. §. & adeo.institu.de societa.in specie tradit glos. in versicu. compensentur. in d.l. omne. C. de censi. & censitor. libro vndecimo. & qui plus fructus colligit, plus soluit, per l.pro locis. dicit ibi Bart.C.de an.& trib.libro decimo.& quia ista qualitas comitatensis est quædam adiectio per quam denotatur nexus ad maiora onera, sunt hæc verba Barto. in d.l.fina.§.fina.versicu.quæro quid de comitatense, ad municipa. vt ante dictum est. Igitur rationabilis est dicta consuetudo, & partitio de soluendis duabus tertijs impensarum per comitatiuos, accedente maximè communi concordia attestata per librum consiliorum Pau.de Castr. supra allega. per quam inducta est æquitas naturalis
17 † vt seruari debeat quod semel partibus placitum est, per text. in l.1. ff. de pact. Sic remouentur & cessant contraria ex allega. consi.Ruin. quòd talis consuetudo non sit rationabilis, eo quòd sit contra leges & naturalem æquitatem, quòd quis soluat onera pro alio, per text. in l.1. C. vt nullus ex vican.pro ali. vica.deb.tene. libro decimo.allega-
18 tum per Rui. quia † text.iste loquitur vbi comitatiuus cogeretur soluere onera & debita aliena & pro alio obligato, non verò vbi suum debitum soluit taxatum ad certam quantitatem cum alio simul obligato & soluente suam certam partem taxatam per longissimam obseruantiam & consuetudinem de cuius initio non est memoria, & concurrente communi concordia, vt talem esse casum nostrum supra ostensum est, licèt aliàs corruant fundamen-
19 ta Ruin. in d. consi.116. cum † alius possit teneri ad soluendum debita aliena & pro alio ex pacto, vt to.
20 titu.ff.& C.de fideius.& valet consequentia, † quod pacto potest statui, de eodem valet statutum, per vulga.glo.in rubri.C.de decr.decur.libro decimo. Oldra.consi.135.Alexand.consilio 59.colum.1.in fin. nume.4. libro quarto. ita valet statutum quòd
21 quis teneatur pro debito alieno pecuniariter † vt latè probat Iaso. in l.de quibus. colum.15. nu. 50. ff.de legi.vbi concludit, quòd quis pro alio tenea-
22 tur valet etiam consuetudo, quę † quidem potest induci in eo de quo potest fieri statutum, Alexand. consil.52. nume.7. libro quinto. ex consensu enim
23 tacito etiam nascuntur obligationes, † dicit Archi. in cap.seruitium. colum.2. versic.in ea glo. ibi.18. quæstio. fina. quia consuetudo dat iurisdictionem merã, mixtam, imperiosam, altam & bassam prout disponit, propriè in cõsuetudine, quòd bona vnius capiantur pro debito alterius, inquit Bald. in d.l. etiam. colum.pen.versicu.modò restat quęrendum. C. de execu. rei iudi. Circa hæc autem contrarium loquens Ruin.in dicto consilio 116. parcat sua auctoritas, dormitat, vel sciens iniustè fauet consulenti, licèt de prædicta obseruantia & consuetudine parum dubitatur, & concedant eam comitatiui.

Verumtamen ea vniuersa dubitatio est, & difficultas consistit circa ea quę in contrarium supra adducunt comitatiui, de eorum grauamine soluendi duas tertias partes expensarum, cum habeant allibratum æqualem allibratui Ciuitatis, & fuerint separata tria castra prædicta ex comitatu.

De his quoque vltra superius allegata respectu qualitatis comitatensium maioribus oneribus obnoxiorum, & prætextu plurium commodorum & fructuum eis obuenientium ex foro Ciuitatis & toto comitatu, quæ nunc & in præsenti firma remanent, dicendum est & modo non constare quòd tempore initij vel initæ concordiæ de soluendis duabus tertijs expensarum comitatiui haberēt maiorem vel minorem allibratum, quàm haberent Ciues, ergo in hoc (qualis & quantus sit allibratus nunc vtriusque partis) nequeunt comitatiui fundamentum facere, argumen. nota. in l. qui accusare. C.de eden. Quoniam ab illo tempore factæ taxationis portionum expensarum soluendarum per Ciues & comitatiuos & translationibus bonorum in dies per singulares personas factis & fiendis modò ad Ciuitatem modò ad comitatum potuerunt & possunt fieri augumenta & diminutiones bonorum, & allibratus ad vtranq; partem repectiuè, ideo hæc qualitercunque eueniant, vel ad lucrum, vel ad damnum alterius partis, non possunt infringere vel alterare dictam consuetudinem communi concordia partium firmatam, per tex.& ibi not.per doct.in l.de fideicommisso.C.de transact.hoc argumento in similibus, terminis vtitur Ruin.in consil. 126.colum.fin.lib.3. Ita ex his claris in iure & validis rationibus & fundamentis, & quia non apparet de præsenti statu comitatiuorum circa bona, commoditates & fructus variato & mutato ab illo qui fuerit primis & præteritis annis quibus soluerunt dictas duas tertias, & quia vtrique parti potuerunt & possunt accidere augumenta vel diminutiones bonorum & allibratus, respondetur, & tolluntur realiter fundamenta habita ex regula, rebus sic stantibus, per Deci.in dicto consilio 335.

Præterea discussio decisionis cum istismet partibus facta per Pau. de Castr. in dicto consil. 427. libro secundo. tendit ad hoc, quòd æqualem partem commodorum & lucrorum ex datijs habeant comitatiui cum Ciuibus, nihilominus remanet firma concordia de soluendis duabus partibus expensarum per comitatiuos.

Qui & ex alia ratione non debent nunc audiri. Quia nec dum est annus & aplius, sed 30.quibus fuerunt alienata & separata dicta tria castra, & centum

& vltra quibus fuit facta dicta concordia, & an-
nuatim fuit imposita & notificata ipsis comitatiuis
solutio expensarum fienda per eos pro dictis dua-
bus partibus, & per dictos tantos annos tacuerunt
24 & soluerunt, vnde † per lapsum anni reijcitur mo-
dò & excluditur eorum querela, per text. in l. qui
grauatos. C. de censi. & censitor. libro 11. quem
text. iam contra ipsos ciues allegauit Pau. de Cast.
in dicto consilio 427. columna fina. Prout eadem
eorum querela per Auditorium Ducale aliàs fuit
exclusa de anno 1558. vt constat ex libris publicis
dictæ Communitatis, & semel exclusa querela &
denegata non debet iterum audiri. l. 1. & fina. C. si
sep. in integ. restitu.

Separatio trium castrorum etiam damnum intu-
lit & infert Communitati & consilio Ciuitatis cir-
ca salaria & emolumenta officiorum Capitaneatus
quolibet anno solitorum concedi Ciuibus per sor-
tem bussoli, & circa alia quæ dant Castra dicti co-
mitatus, vt hac ratione fuit aliàs exclusa dicta eo-
rum querela. Namque si placuit Illustrissimo &
Excellentissimo Domino Principi ea castra dona-
re alijs & separare à comitatu, tamen contribuunt
ad expensas murorum Ciuitatis, & hoc Principis
25 factum aliter non præiudicat † iuribus Ciuium in
eo quod debent ad commodum Ciuium soluere
comitatiui, per text. in l. Lucius. in principio. ff. de
euict. Sufficit autem quòd maior pars reliquorum
castrorum remanserit in ipso comitatu, etiam ali-
quibus adeptis durat dicta prior dispositio & obli-
gatio in reliquis prædictis, per l. sicut. §. fina. & ibi
glo. ff. quod cuiusque vniuer. & cap. fina. 65. distin.
tradit Alber. Bru. in tractatello de muta. & trans-
for. in 2. mem. in 10. conclu. & per doctri. Bart. in
l. ab omnibus. in princ. de leg. 1. Ita de iure in fauo-
rem Ciuium respondendum arbitror. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXXV.

ARGVMENTVM.

Testes super testamento nuncupatiuo examinati & publicati per Iudicem ordinarium probant, idemque testamentum potest validum pronunciari per Arbitros à parte bene electos, & tenentes locum Iudicis ordinarij, extante statuto cogente ad compromittendum, & mulier extra territorium ligatur statuto, vt non possit iura cedere forensi.

SVMMARIVM.

1 *Testes quot requirantur de iure ciuili & canonico inter liberos.*
2 *Exceptionem obstare, & altiorem indaginem abesse vbi ex parte opponentis exceptionē nihil est probandū.*
3 *Exceptio impediens executionem sententiæ dicitur incontinenti probata, quæ apparere potest ex inspectione processus vel actorum.*
4 *Reo magis fauendum est in principio litis.*
5 *Iudicandum est in dubio pro causa testati.*
6 *Testes an probent ad iudicem spectat.*
7 *Testamentum quando dicatur perfectum.*
8 *Præsumitur quem voluisse quod dixit, nisi aliud appareat.*
9 *Lectio & publicatio scripturæ non fit ad essentiam & probationem testamenti nuncupatiui, sed ad probationem.*
10 *Probationi fienda per testes nō præsumitur renuntiatū.*
11 *Testamentum quod per scripturam imperfectam probari non potest, per testes qui interfuerunt probari potest.*
12 *Solemnitatis ratio in testamento nuncupatiuo quæ dicatur.*
13 *Testamenti publicatio coram quo fieri debeat.*
14 *Scripturam producens dicitur fateri contenta in ipsa.*
15 *Publicatio testamenti facta coram iudice succedit loco publici instrumenti.*
16 *Statutum excludens matrem superstite alio filio ab hæreditate filiorum defunctorum ab intestato, an comprehendat hæreditates pupillorum.*
17 *Opiniones variæ vbi sunt in quæstione, potest compromitti qualitercunque.*
18 *Opinionum varietas in aliquo articulo reddit rem dubiam & ambiguam.*
19 *Mater an excludatur à successione filiorum decedentium in ætate pupillari.*
20 *Compendiosa continens pupillarem excludit matrem.*
21 *Pupillaris reputatur fauorabilis pupillo.*
22 *Testes super probatione & viribus testamenti examinantur & publicantur ante litem contestatam.*
23 *Compromittentium personæ sunt separabiles.*
24 *Compromissum super validitate testamenti valet.*
25 *Compromissum factum vigore statuti videtur factum pro obseruantia ipsius statuti.*
26 *Necessitas seu obligatio ad aliquid faciendum facit illud factum dici necessarium pro eo ad quod faciens tenetur, & non voluntarium.*
27 *Pater pro filia potest interuenire ad faciendum compromissum necessarium vigore statuti.*
28 *Pater potest transigere & compromittere de iuribus filij quæ sunt ambigua.*
29 *Arbitri electi statuto cogente succedunt loco iudicis ordinarij.*
30 *Sententia arbitrorum electorum vigore statuti dicitur propriè sententia, & facit rem iudicatam.*
31 *Incompetentia iudicii nunquam dicitur sublata etiam per statuta prohibentia nullitates.*
32 *Mulier nupta forensi quoad forum & domicilium efficitur ciuis loci mariti.*

Statutum

33 *Statutum Pisauri de actione nulli forensi vendenda, continet etiam fœminam cedentem, cum cedere sit indifferens & conueniens tam masculo quàm fœmina.*
34 *De, dictio quid importet. & num. 57.*
35 *Statutum prohibens sub vocabulo masculino, nullus, alienari in forensem, comprahendit mulierem alibi nuptam etiam haredem instituendo non posse alienare in virum forensem.*
36 *Statutum recipit potius declarationem ab alio statuto quàm à iure communi.*
37 *Statuti prohibentis alienationem in forenses ratio est, vt bona remaneant in patria.*
38 *Forensis actor potest per reum expelli vigore statuti prohibentis alienationem in forenses, à limine iudicij, & excipi quòd non habet ius petendi.*
39 *Instrumento statur de nominatione in eo facta de aliquo.*
40 *Pater in bonis aduentitijs habet vsumfructum.*
41 *Casum statuti vbi habemus, vlterius non disputandum.*
42 *Statutum Arimini habilitans filiumfamilias posse contrahere & stare in iudicio sine consensu patris, non extenditur ad bona sita extra territorium Arimini. & num. 72.*
43 *Statutum tribuens vsumfructum rerum vxorum marito non habet locum in rebus sitis extra territorium, nec quando vsusfructus pertineret ad patrem vxoris.*
44 *Excipi potest de non iure agentis per viam nullitatis actus in quo ipse agens se fundat.*
45 *Iura & actiones competentia & competentes non circumscribuntur certo loco, & certis finibus non terminantur.*
46 *Statutum prohibens vendentes rem an habeat locum in vendentibus rem ad quam habent actionem.*
47 *Reipublica interest habere ciues locupletes.*
48 *Alienans contra formam statuti prohibentis alienationem in forenses potest contrauenire pro recuperatione male sic forensibus alienatorum.*
49 *Alienatio contra formam statuti non firmatur iuramento.*
50 *Statutum aliàs odiosum dicitur fauorabile cum agitur de publico interesse.*
51 *Lex quadam puella. in prin. de iurisd. om. indi. declaratur.*
52 *Potestas legis facit, quod facit sententia iudicis.*
53 *Statuta habent vim diffinitiua sententia.*
54 *Mulier nupta sequitur domicilium & forum mariti. Declaratur nume. 55.*
56 *Bonorum appellatione veniunt iura & actiones.*
58 *Statutum in casu non expresso intelligitur secundum ius commune.*
59 *Mulier maritata in his qua non detrahunt eam ab obsequijs maritalibus remanet subiecta statuto loci sua originis.*
60 *Statuta loci originis possunt disponere circa mulierem alibi nuptam.*
61 *Possessionum appellatione veniunt mobilia, iura & actiones.*
62 *Responsionem verisimilem statuentium pro statuto habendam & obseruandam.*
63 *Similitudo sufficit adesse in identitate rationis pro bono publico.*
64 *Cessiones ratione allegata impotentia factas iura abhorrent & infringunt.*
65 *Venditione prohibita, censetur & prohibita donatio. Declara vt num. 67.*
66 *Lex pœnalis & odiosa, ad fauorem tamen reipublica tendens, extra proprium significatum ita debet extendi sicut lex fauorabilis.*
68 *Titulus donationis sicut venditionis potest & debet apponi actus verbi cedere.*
69 *Verbis legis est deseruiendum.*
70 *Nigrum magis generale continens verbum cedere, cui applicatur titulus donationis, magis debet attendi.*
71 *Filia etiam nupta non potest cedere iura aduentitia inuito patre.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



SCIO aliàs pro iustititia (ni fallor) patrocinando, & iudicando respondisse testamẽtum Francisci perfectum & validum testium concordium in verbis & magis in substantia facti testamenti numero sufficienti attestationibus probatum, & dominam Floram esse exclusam à successione filiorum suorum & ipsius Francisci defunctorum in ætate pupillari ob contentam in eodem testamento pupillarem substitutionem, vt in allegationibus editis & laudo prolato legitur. Post annos 22. elapsos quendam forensem vti iurium D. Floræ cessionarium nunc venientem & agentem à limine iudicij & ingressu litis quoque expellendum arbitror, exceptionibus oppositis & causæ testati & rei iudicatæ, & inualidi tituli quo aduersarius nititur experiri.

Dubitationes verò pro more iudiciorum contra exceptiones has subtiliter indagandæ veritatis gratia excitatas non refragari etiam iure demon-
1 stratur. Nam ex quo testes † in numero sufficienti & 7. de iure ciuili. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testa. & quatuor de iure canonico secundum commu. opinio. Deci. consilio 284. columna quarta. & duorum etiam fortuitorum speciali iure inter liberos, glos. in l. fina. §. fina. in versi. excepto. C. de codicil. sunt examinati & publicati super probatione dicti testamenti. Alia superinde altior indago non requiritur, cum in facto aliud non sit probandum, & incontinenti ex sola lectione scripturæ attestationum ipsorum testium li-
2 quere potest de dicto testamento. vbi enim sic † ex parte opponentis exceptionem nihil est probandum, obstare exceptionem, & altiorem indaginem abesse, tradit Barto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. quem ibi omnes sequuntur, & præcipuè Alexand. ibi in columna fina. versicu. postremò. & Iaso. ibi in columna penult. versicu. successiuè quærit. nume. 30. & Ripa in columna 2. versicu.
3 amplia. secundum Barto. nume. 11. vbi communis

Doctorum habetur conclusio, exceptionem aliquam impedientem executionem sententiæ dici
3 incontinenti probatam † quæ apparere potest ex inspectione processus, vel actorum. eadem ratione dicendum est ad excludendam causam intestati posse incontinenti apparere de causa testati ex inspectione & lectura depositionum testium examinatorum & publicatorum iam per Iudicem ordi-
4 narium. & fortiori ratione, sicut † in principio litis magis reo fauendum est, vulga. l. fauorabiliores. de
5 regulis iuris. & in dubio † etiam pro causa testati iudicandum est. l. si pars. ff. de inofficio. testamen. cum simil. Nam & aliàs scriptura depositionum testium examinatorum per Iudicem competentem & eius mandato per examinatorem electum sic disponente statuto in secundo libro. rubr. 48. (vt euenit in casu isto) & scripta per Ser Dominicum publicum notarium meretur executionem pro obtinenda possessione bonorum hæreditariorum, vt per glos. & Docto. in l. fina. de edic. di. Adr. tol.

Quatenus verò intelligatur altiorem indaginem requiri in eo, an dicti testes probent testamentum Francisci perfectum & validum, dicendum est super hoc cum ad partes nil aliud pertineat facere vel probare, sed ad Iudicem spectat cognoscere an te-
6 stes probent, † vt l. 3. ff. de testi. Quod quidem per eum semper absq; vlteriori ingressu litis potest cognosci & debet pronunciari, per l. quamdiu potest ex testamento. ff. de acquirend. hæredita. & per nota. per Barto. in l. 1. ad fin. & ibi per alios. C. de ord. iudi. Et perlectis depositionibus dictorum testium, & his quæ super eis alllegaui aliàs, credo facilem & claram probationem dicti testamenti apparere, idq; esse perfectum & cõpletum, postquàm depręhendi non potest testatorem voluisse vlterius disponere, & per eum & quoad se aliud superesse ad agendum in futurum pro sui testamenti complemento, per text. in l. si is qui. ibi. si constaret voluisse &c. ff. de testa. & ibi Barto. in prima colum.
7 versicu. quæro quando. dicit † testamentum esse perfectum quando tota voluntas fuit declarata, & testator habuit totam voluntatem suam pro declarata, & ibi Imo. in princ. notat, actum etiam cœptum in dubio alio non secuto præsumi perfectum, nisi aliud probetur, & aliquem non præsumi ha-
8 buisse aliud in mente quàm dixerit ore † nisi aliud appareat, idem prius ibidem nota. Bald. in tertio nota. & Ioan. de Ana. in consilio 57. visis & consideratis. vltra med. dicit, testatorem qui declarauit simpliciter voluntatem suam habuisse eam pro perfecta & completa, quia non mandauit aliud fieri. Quod securius in casu nostro tenendum est, quia ex depositionibus plurium testium prædictorum constat ipsum Franciscum testatorem postea vsque ad mortem secutam in die sequenti dixisse pluries se contentum, quia fecerat testamentum, & sic testamentum hoc quod fecerat habuisse pro perfecto & completo, cui sic dicenti in hoc credi & stari debet, vt demonstraui in alijs allegationibus, ad vlt. car. & hoc refutat omne contrarium quod circa hanc prætensam imperfectionem testamenti in mille annis allegare possent aduersantes.

Non reddit imperfectum dictum testamentum eo quòd scriptura de eodem testamento tunc cursim per notarium scripta non fuerit lecta & publi-
9 cata, quia huiusmodi lectio † & publicatio scripturæ non fit ad essentiam & perfectionem testamenti nuncupatiui, sed ad probationem, Bart. & Bald. & alij tradunt in l. ex ea. ff. de testa. & Ange. Aret. in tracta. de testa. in glos. 106. incipien. factum lectum. & in §. fina. institu. eodem. Et ex eo quòd testator mandat suum testamentum scribi per notarium qui scripserit & non legerit suam scripturam coram testibus, non videtur elegisse hãc viam probandi per scripturam suum testamentum, adhibendo notarium, quin etiam possit probari per testes qui à principio vsque ad finem fuerunt præsentes
10 & totam voluntatem testatoris audierunt: quia † &. huic probationi fiendæ per testes non videtur renunciasse per l. miles qui destinauerat. ff. de testam. mili. in terminis concludit Pau. de Cast. in consilio 307. ad primum quæsitum. in fin. libro primo. te-
11 stamentum enim quod † per scripturam imperfectam probari non potest, probari quidem potest per testes qui interfuerunt, dicit Bald. in l. Lucius. ff. eodem. cum alijs per me allega. in dictis allegationibus in tertia car. Quibus addo ea quæ in terminis etiam adducit Rui. in consilio primo. colum. penult. & fina. libro secundo. vbi etiam vxor testatoris suis infestationibus fuit in causa, ne scripturam testamenti notarius publicaret, vt euenit in casu isto, vt plures testes probant, attamen concludit testamentum posse probari per testes, & sic perfectum ratione voluntatis & solemnitatis debere
12 obseruari, solemnitatis † ratio in testamento nuncupatiuo dicitur, vbi voluntas testatoris testibus numero sufficienti secundum diuersa iura, vt supra præmissum est, simul præsentibus manifestata fuerit, vt l. in testamentis. C. de testa. cum similib. Ergo extante testameoto valido & perfecto, defensa est & militat exceptio excludens causam intestati.

Dubitatio alia etiam facta contra oppositam exceptionem rei iudicatæ super validitate dicti testamenti bene soluitur. Quia etsi glo. in l. publicati. per l. testamenta omnia. C. de testa. dicat publi-
13 cationem † testamenti debere fieri coram Iudice ordinario. Tamen etiam in casu nostro idem dicendum est esse seruatum, quia depositiones testium citata Do. Flora & super suis interrogatorijs fuerunt factæ coram domino Potestate Iudice ordinario Ciuitatis & comitatus mediante examinatore electo, vt fieri debet in ciuilibus causis per statuta, & fuerunt publicatæ per ipsum dominum Potestatem seu Vicepotestatem, & in scriptis redactæ manu Ser Dominici Herculani notarij publi-
14 ci, vt talis publicatio † partibus præsentibus facta apparet nunc producta per Actorem aduersarium sub die 12. Ianuarij 1569. sic fatentem illum Ser Dominicum notarium publicum, & dictam publica-

publicationem eſſe factam, per not. in cap. cum venerabilis. de except. & in l. 2. C. de inſtitu. & ſubſti. per Bar. & alios. & clarius per Bal. in l. ſi quis teſtib. columna 1. ſub verſicu. iſta faciunt. C. de teſti. & talis publicatio hodie fieri poteſt coram Poteſtatibus terrarum, dicit Cyn. in d. l. publicati. & coram Magiſtratibus municipalibus, ibidem dicit Salyc. & coram Iudice delegato, ibidem per plura probat Iaſo. in colum. 2. & firmius Anto. de Butr. in cap. Albericus. columna 3. verſicu. ad vltimum coram quibus. & Abb. in cap. ſignificauit. in fin. de teſti. & idem ibi in prima colum. ſub verſicu. prima dif-
15 ferentia. dicit, quòd talis † publicatio ſuccedit loco publici inſtrumenti, & Bald. in d. l. publicati. ſub verſicu. quintò quæro. dicit, quòd abſque alia expreſſione Iudicis mandantis ipſas atteſtationes in publicam formam redigi ad perpetuam rei memoriam, eo ipſo quòd publicatę ſunt atteſtationes, perpetuò valent, & in quolibet iudicio eis ſtandum eſt, alioquin fruſtra eſſent receptæ, idem in auth. ſi quis in aliquo. colum. penult. verſicu. ſed hic quęro. nume. 13. C. de eden. idem Barto. in l. 2. col. 2. ſub verſicu. videamus primo. ff. iud. ſol. dicit, teſtibus ſic publicatis credi debere inter eaſdem perſonas, vel ab eis cauſam habentes in omni inſtantia. Ergo primum quoad hoc, quòd publicatio teſtium non ſit facta per Iudicem competentem, & quòd eis credi non debeat, corruit & ceſſat obiectio.

Deinde ſuper validitate dicti teſtamenti ſuccedit res iudicata ex laudo per arbitros tunc lato, etiam Iudices cōpetentes in cauſa. Sic enim oſtenditur. Tunc autem examinatis & publicatis teſtibus per dominum Iudicem, vt dictum eſt, d. Flora prętendens conſequi portiones hæreditatum duorum filiorum defunctorum in ætate pupillari, etiā
16 † quòd ſtatutum excludat matrem ſuperſtite alio filio ab hæreditate filiorum defunctorum ab inteſtato, tamen valde dubium eſt, an comprȩhendat hæreditates pupillorum, dicebat Bald. conſil. 47. ſi
* tenemus. libro quarto. eſſe commu. opinio. Docto. Bononiæ tale ſtatutum non continere hæreditatem pupillorum, idem & latius conſi. 12. caſus talis eſt ſtatuto. libro tertio. & Alexand. conſilio 79. libro ſexto. & conſilio 291. lib. 7. Socin. conſi. 35. libro tertio. & Dec. conſilio 466. vbi latè de varietate opinionum in hoc articulo, meritò ſuper hoc
17 poterat fieri compromiſſum, & † vbi in quæſtione ſunt opiniones variæ, bene poteſt compromitti qualitercunque, ſecundum Bald. in l. cum proponas. verſicu. ſed non ne. C. de rebus cred. varietas
18 enim opinionum in aliquo articulo † reddit rem dubiam & ambiguam, Barto. in l. qui Romæ. §. fina. in ſextà oppoſi. refert. Alexand. conſilio 35. colum. 2. verſicu. vltimò pro hoc. libro tertio. prætendens etiam cōſequi vſumfructum dimiſſum per dictum ſtatutum erat in cauſa & in caſu faciendi compromiſſum cum Petrofranciſco pupillo alio filio ſuperſtite. Pro quo etiam ſunt opiniones, quòd ma-
19 ter † ſit excluſa à ſucceſſione filiorum decedentium in ætate pupillari, Corn. conſilio 336. columna 3. verſicu. nec etiam obſtat. libro 1. & Pariſ. conſi. 22. nume. 23. & ſequent. libro 2. aderat quoque ſubſtitutio de filijs decedentibus reciproca, & vltimò proximioribus de caſata compendioſè facta in dicto teſtamento continens pupillarem, per not. in l. centurio. & in l. Lucius. de vulga. & pupilla. & ex-
20 cludens matrem † per nota. etiam in l. 2. ff. eodem. & in l. prȩcibus. C. de impube. & al. ſubſt. Ideo eiuſdem pupilli etiam intererat dictum teſtamentum validum pronunciari, vt haberet tutores teſtamentarios, & fortius excluderet matrem à ſucceſſione
21 fratrum per pupillarem, quæ † & aliàs reputatur fauorabilis pupillo, Bald. conſil. 35. pater filio. libro ſecundo. Alexand. in d. l. Centurio. columna 20. verſicu. tertiò probatur. & Iaſo. in l. ſi à ſubſtituto. in princip. de lega. 1. proficuum ergo & vtile etiam fuit pro ipſo pupillo compromiſſum fieri ea forma qua factum fuit. Debebat fieri quoque pro parte Domini Ioā. Baptiſtæ comprȩhenſi in vltima ſubſtitutione facta pro proximioribus de caſata & pro parte Catherinæ pro dote ſibi legata, vt obtinerent declarationem validitatis dicti teſtamenti. Quibus non obſtabat publicatio teſtium, quin eſſent in caſu ſtatuti cogentis fieri compromiſſum, etiam inter extraneos ante litem conteſtatā. Quia
22 † teſtes huiuſmodi ſuper probatione & iuribus teſtamenti examinantur & publicantur ante litem conteſtatam, vt dicunt Barto. & alij in authen. ſed & ſi quis ab aliquo. C. de teſtib. & Canon. in cap. ſignificauit. & in cap. Albericus. extra eod. erant igitur dictæ tres partes, dom. Flora pro vna, filius & eius tutor pro alia, & do. Ioan. Baptiſta & Catherina pro alia parte, de eorum cauſis & litibus in caſu neceſſitatis per ſtatutum fiendi compromiſſum ante litem conteſtatam. ſufficeret autem pro validitate compromiſſi quòd duæ partes, ſcilicet dom. Flora & filius vel ſuus tutor eſſent in dicto caſu neceſſarij compromiſſi fiendi per ſtatutum,
23 quia † perſonæ compromittentium ſine dubio ſunt ſeparabiles, vt in ſpecie ſingulariter probat Ioan. Baptiſt. in tracta. de arbit. cap. 17. ſecundi libri.

Cùm itaque cauſæ inter prædictos eſſent compromittibiles per ſupradicta, etiam ſuper validitate teſtamenti, dubio vertente in facto, an ſit ple-
24 nè & perfectè probatum, prout † valet compromiſſum ſuper validitate iuramenti, per gloſ. & Bal. in dicta l. cum proponas. C. de rebus cred. & compromiſſum fuerit inter ipſas partes factum etiam ſpontè & earum voluntate, abſque eo quòd fuerint coactæ & aſtrictę per Iudicem ad compromittendum, nihilominus dicitur tale compromiſſum neceſſarium, imminente ſemper neceſſitate dicti ſtatuti cogentis eas ad compromittendum, vt relata opinio. Salycet. & aliorum ſequacium contraria plenè examinando, probat & tenet hanc opi-
* nio. pro veriori & magis communi, & ſeruata in practica in foro Patauino Marc. Blanc. in tracta. de compromiſ. in prima parte. nu. 18. & verſi. quilibet Iudex. cū maximè habita ſit relatio ſecundū formā ſtatutorum in compromiſſo ipſo, vt facta legitur in

noſtro compromiſſo, in procedendo de iure & de
facto, & in ſententiando de iure tantum, ſicut talis
eſt forma compromiſſi à ſtatuto tradita quando
25 cogit ad compromiſſum, ita † factum compromiſ-
ſum videtur pro obſeruantia dicti ſtatuti, argumen.
text. in l. ergo. §. illud dicendum. ff. de fideicom.
liber. & neceſſitate eius ſic compellentis, argum. l.
nouiſſimè. ibi. Quid enim ſi cōpulſus aut metu ne
compelleretur &c. & ibi nota. per Bald. ff. quod fal.
tut. & in terminis in conſilio 351. Ioannes & Fe-
dericus. columna tertia. verſicu. circa ſecundum.
libro 5. ſequitur Deci. conſilio 22. columna 2. in
princip. verſicu. vnde cum Iudex. præcedens enim
26 neceſſitas † ſeu obligatio ad aliquod faciendum fa-
cit illud factum dici neceſſarium pro eo ad quod
faciens tenetur, & non voluntarium, iuxta nota. in
l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſolu. matrim. & in auth.
præterea. C. vnde vir & vxo. ad hoc optimè facit
text. in l. vnum ex familia. §. ſi de familia. de lega. 2.
ibi. Non enim facultas neceſſariæ electionis &c.

Ex quibus duo inferuntur. Primum, quòd pater
dictæ Floræ interueniens pro ea ad faciendũ com-
27 promiſſum, bene interuenerit † pro ea vti pater &
legitimus adminiſtrator ad faciendum compro-
miſſum neceſſarium vigẽte ſtatuto, ſecundum Bal.
in l. de re filiorum. ff. de tranſact. comprobat Mar.
Blanc. in dicto tracta. de comprom. in 3. par. num.
28 51. verſic. pater. vt aliàs generale eſt, † patrem poſ-
ſe tranſigere & compromittere de iuribus filij quæ
* ſunt ambigua, per gloſ. in d. l. de re. communiter
approbatam teſte Ioan. Bapt. Caccialu. in tracta. de
tranſactio. verſicu. ſeptimò. nume. 4. & Bald. in l. 1.
de bon. mater. & Ioan. Bapt. in tract. de arb. in c. 15.
29 ſecundi libri. Alterum, quòd † arbitri electi ſic ſta-
tuto cogente ſuccedunt loco Iudicis ordinarij, Bal.
in l. ſi iudex. in fin. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. &
in l. poſt rem. in prima lect. ff. de tranſactio. Iaſo. in
l. 1. nume. 6. de re iud. & latiſſimè Mar. Blanc. in d.
tracta. de comprom. in 6. quęſt. principa. & in nona
30 quæſtio. principa. nume. 91. & horum † propriè di-
citur ſententia, & facit rem iudicatam, vt in his lo-
cis habetur, & per Pariſ. conſil. 46. nume. 8. libro 1.
Tum ergo quia dicti teſtes fuerunt publicati per
Iudicem ordinarium. Tum etiam quia ſententia
Arbitrorum tenentium locum Iudicis ordinarij &
faciente rem iudicatam fuit pronunciatum dictum
teſtamentum validum, ideo reſoluta remanent &
31 ceſſant dubia de incompetentia Iudicis † nunquam
ſublata etiam per ſtatuta prohibentia nullitates,
per vulga. glo. in clemen. 1. de ſeq. poſ. & fruct. Eo
maximè quòd d. Flora appellauit & dixit de nulli-
tate contra Laudum, & ea non proſequente nulli-
tatem id remanſit firmum omni audientia & exce-
ptione contraria denegata per ſtatutum. libro 2.
rubric. 8.

Licèt dicta Flora paterna origine de comitatu
32 vel diſtrictu Piſauri nupta forenſi † quoad forum
& domicilium effecta fuerit ciuis loci mariti, per
glo. mag. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. cum ſimil.
tamen originaria remanſit de dicto comitatu vel
diſtrictu Piſauri, probat text. in l. 1. ibi. Non apud
originem ſuam. C. de muli. & in quo lo. libro 10.
& in omnibus quæ eam non remouerent à ſerui-
tijs mariti, vt tradunt Barto. in l. origine. C. de mu-
nuci. & orig. lib. eo. & in l. fina. §. fina. ſub verſicu. &
hoc inducebam. ff. ad municip. & Pau. de Caſt. in l.
rei iudicatæ. §. ſocero. circa med. ſolu. matrimo. &
Alexand. in l. cum quędam. columna prima. verſic.
& attende. de iuriſdictione omnium iudicum. &
ibi Deci. columna ſecunda. nume. 6. & Curt. Iun.
conſilio 5. columna penultima. verſicu. ſecundò
reſpondetur. & Deci. conſil. 223. columna penult.
verſicu. tertiò non obſtat. ideo compræhenditur
ſub ſtatuto. lib. 3. rub. 83. de actione nulli forenſi
33 vendẽda, in eo quòd dicit. † Nullus de ciuitate vel
eius diſtrictu alicui forenſi aliquod ius audeat ce-
dere, continet etiam fœminam cedentem, cum ce-
dere ſit indifferens & conueniens tam maſculo
quàm fœminæ, per ea quæ in ſimilibus terminis
probat Iaſo. in l. ſi quis maior. columna prima. in
fin. & ſequen. C. de tranſact. & Deci. in l. fœminæ.
nume. 94. de regulis iuris. & Socin. Iun. conſilio 3.
nume. 19. libro primo. & deſignat ac continet ce-
dentem origine, etiam non habentem domicilium
34 in dicto diſtrictu, vt ſignificat dictio, De, † ſecun-
dum Barto. & Alexand. in l. prouinciales. in fin. de
verborum ſignificatio. & Alexand. conſilio 150.
columna prima. verſic. de prato. lib. 2. & conſi. 116.
nume. 9. libro 6. & Deci. conſilio 550. nume. 6. 7.
ita argumentum neceſſariò concludit, quòd dicta
Flora remanens origine de diſtrictu Piſauri, etiam
alibi nupta & ſortita forum & domicilium per di-
ctum ſtatutum prohibita eſt cedere iura forẽſibus,
eò maximè quòd per talem prohibitionem non
diſtrahitur ab obſequijs viri, vnde etiam quoad in-
commodum in cęteris debet ſubiacere ſtatuto do-
micilij ſui originarij, vt firmat Ruin. conſilio 49.
colum. penul. num. 9. 10. lib. 3. & Aymo conſ. 271.
colum. 4. paruæ impreſsio. ſub verſic. quartò dico.
alioquin conſulens pro parte mulieris nuptę, dicit
hæc formalia verba, ſed tamen firmare non audeo
quòd filia alibi nupta non ligetur ſtatutis loci ori-
ginis ex quibus nõ retrahitur à viri obſequijs, ma-
ximè pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium &
35 † in terminis ſtatuti prohibentis ſub vocabulo ma-
ſculino, nullus alienare in forenſem, &c. mulierem
alibi nuptam, etiam hæredem inſtituendo, non
poſſe alienare in virum forenſem firmat Capra
conſi. 21. punctus. fuit quædam domina Angelica.
colum. 3. verſicu. quod & perſuaderi poteſt. & col.
ſeq. namque aliàs per eadem ſtatuta Piſauri. lib. 2.
rub. 92. prohibentur maritus forenſis accipiẽs vxo-
rem mulierem de ciuitate comitatu vel diſtrictu
Piſauri alibi habitans, & ipſa vxor poſſe cogi alie-
nare poſſeſſionem ipſius vxoris, per quod ſtatutum
magis declaratur dictum aliud ſtatutum. libro 3.
rub. 83. mandans nullum de ciuitate vel diſtrictu
poſſe cedere forenſi aliquod ius vel actionem, ſub
ſe comprehendere etiam mulierem de ciuitate vel
36 diſtrictu alibi nuptam, quoniam † ſtatutum recipit
decla-

declarationem potius ab alio ſtatuto, q̄ à iure cõi,
Deci.conſi.65.num.4.Concurrit & aliud ſtatutum
in additi.ſo.109.rub.ꝙ forẽſes &c. ſpecialiter pro-
hibens forenſem aliquo titulo poſſe acquirere bo-
na ſtabilia in comitatu Piſauri,& præcedit ſtatutũ.
lib.2. rub.102. annullans aquiſitionem.Ratio hu-
iuſmodi ſtatutorum eſt, vt bona remaneant in pa-
37 tria † Iaſ.in l.eius qui.§.ꝙ ſi ſtipulatus. col.5. nu.9.
ſub ver.ſed ego declaro.ſi cer. pet. & ad vtilitatem
reipub. cuius intereſt ſubditos habere locupletes,
& propter onera,ad quæ forenſes non poſſunt com
pelli,vt in ſpecie tradit Calca.conſi.126.col.j.ideò
talia ſtatuta ſunt fauorabilia.Alex. conſi.116. col.
pen.nu.7.8.lib.6.Barb.conſi.43. col.1 t. & ſeq.lib.
1.& conſi.48.col.2.lib.2.& Corn. conſi.78. col.2.
38 lib.1.& Cur.Iun.conſi.129.col.ſi.num.10. Ita † fo-
renſis actor poteſt per reum expelli vigore dicto-
rum ſtatutorum à limine Iudicij, & excipi ꝙ non
habet ius petendi.Bar.in l.his conſequenter. §.j. ff.
famil. erciſ. Præterea ratione alia euidenti oſten-
ditur inualida dicta iuriſi ceſſio. Quoniam d. Flo-
ra quando eam fecit erat filiafam.& in poteſtate pa
39 tris,vt in inſtrumento ceſſionis dicitur filia Gaſpa-
ris &c. † cui ſtatur.l.optimam.C.de contr. & com.
ſtip.maximè contra actorem producentem.Innoc.
& alij in d. c. cum venerabilis. de except. ac etiam
nupta remanſit in poteſtate patris.l.filiæ. C.de col.
& l.ſi vxor.& ibi glo.de condi.inſert. prout præſu-
mitur patria poteſtas.Alex.iõ circa iura prætẽſarũ.
conſi.3.ſub nu.4. lib.3. ſucceſſionum filiorum quæ
40 dicuntur bona aduẽtitia † in quibus pater erat ha-
biturus vſumfructum.l.cum oportet.in princ.C.de
bo.quæ liber.etiam ſi filia ſit nupta.Bal.in l.ſi inui-
ta. C. de nupt. ſine conſenſu patris non potuit ea-
dem iura cedere,per l.fin.§.filijs autem.C.eo. Bal.
conſi.295.non accedente. lib.4. in terminis firmãt
Iaco.de Are.in tract.de ceſſi.acti.rub.quis ced.poſ.
num.32.& Io.de Graſ.in ſimili tract. §.2. nume.7.
& Ange.in l.& hæredi.§.filiafam.ff. de pact. & ex-
preſsè ſtatutum d.rub.83.lib.3.annullat ipſam ceſ-
ſionem iuris factam in forenſem,& ex ea non poſſe
agi mandat, ad hoc Iaſ.conſ.7.num.3.lib.1.Quare
vbi caſum ſtatuti habemus vlterius non eſt diſpu-
41 tandum, † ſed firmiter tenendum ipſum actorem
forenſem à litis ingreſſu repellendum fore.l.ancil-
læ.C.de furt.& l.quod conſtitutum.& ibi Bar.ff.de
teſta.mil.cum ſimil.alleg.per Iaſ.conſi.46.col.4. in
fi.lib.3.& Deci.conſi.333.col.3. & cum vt temerè
vexantem condemnandum in expenſis per vulga.

Non obſtat ſtatutum Arimini habilitãs filium-
famil.poſſe contrahere & ſtare in iudicio ſine con-
42 ſenſu patris,quia † contractus à filiofam.ſic habili-
tato factus non extenditur ad bona ſita extra ter-
ritoriũ Arimin.per l.pupillo. de tuto.& cur. da. ab
his.& l.non ſolum.§.qui in teſtamento.de exc. tut.
& c.per venerabilem.qui fil.ſint leg.tradit Bart. in
l.cunctos populos.ſub 4.q.col.13. ver.ſed inſurgit.
C.de ſum.tri.& fi. ca. latè comprobat Aym. conſi.
30.& conſi.277.col.2.& Cur.Iun.conſi.108.col.9.
nume.31.& Soci.conſi.131.num.2.lib.4.item non
habet locum ꝙ filiusfam.poſſit donare, idem Soci.
conſil.235. col.2.ver.ſecundò iſta opi.lib.2.eadem
43 ratione † tollitur aliud ſtatutũ tribuens vſumfru-
ctum rerum vxorum marito, ꝙ non habet locum
in rebus ſitis extra territorium, & quando vſuſ-
fructus pertineret ad patrẽ vxoris, vt ex bonis ad-
uentitijs pertinet,quia verba ſtatuti non conueniũt
ergo &c. atque ita de non iure agentis poteſt exci-
44 pi † per viã nullitatis actus in quo ſe fundat agens.
Bald.conſi.150.caſus talis Vagnolus. in fi.libr.1.&
Alex.cõſ.38.in fi. lib.2. eo inſpecto ꝙ exceptiones
huiuſmodi in ſpecie ſunt factæ ad impediendum
proceſſum,iuxta practicam Bar. in l.cum quærreba
tur.ad fi.princ.ff.iud.ſol.& no.per doct.in l.fratris.
C.de tranſact.& per Blanch.de compro.in q.4.nu.
33.91.92.93.94.97.

Iterum repetendo & inſtando ꝙ d. Flora origi-
ne de diſtrictu Piſauri ſeu comitatu etiam alibi nu
pta compræhenſa fuerit in ſtatuto rub.83.de actio
ne nulli forenſi vendenda.lib.3. ſtatutorum Piſau-
ri. Primùm enim inſpiciendũ & præmittẽdum eſt,
ꝙ per ſtatutum.rub.102. libr. 2. renouatum & am-
pliatum in 6.lib. rub. ꝙ forenſes acquirentes ſtabi-
lia &c.fo.109.ſancitum eſt. nullum de ciuitate vel
comitatu poſſe aliquo modo alienare alicui forenſi
aliqua bona ſtabilia ſitu in Ciuitate, vel comitatu
45 Piſauri.quia † iura & actiones competentia & com
petentes non circumſcribuntur certo loco, & certis
finibus non terminantur.l.quã Tuberonis.§.in pe-
culio. ff. de pecu. & l. bene à Zenone. de qua.præ-
ſcrip. & l.à diuo Pio. §. in venditione. de re iudic.
ideo non continebantur ſub dicto ſtatuto prohi-
bente alienari bona ſtabilia,vt tradit Deci.in l. qui
actionem.verſi.pen.de regu. iur. adducendo doct.
46 concord.volentes † ſtatutum prohibens vendentes
rem non habere locum in vendentibus rẽ ad quam
habent actionem.ſequitur ibi Hier.Cagno. nume.
8.9. ergo eadem ratione vt bona ſtabilia penes il-
los de Piſauro vel comitatu remanere deberẽt, mo
ti fuerunt ſtatuentes, ampliando huiuſmodi proui-
ſiones,ad faciendum aliud ſtatutum circa venditio
nem & ceſſionem iurium & actionum, prohiben-
do talem venditionem & ceſſionem fieri alicui fo-
renſi, vt ſcilicet & iura & actiones ẽt non transfe-
rantur ad forenſes,ſed remaneant penes eos de Pi-
ſauro vel comitatu, & plenior ſit & magis vniuer-
ſaliter comprẹhendẽs huiuſmodi prouiſio ſtatuen-
tium retinendi pro ipſis de ciuitate vel diſtrictu
omnia ſua bona ſtabilia,nec non iura & actiones.

Prẹmittendum eſt ſecundò, & cõſiderandum in
reſolutione præſentis quẹſtionis,ꝙ talia ſtatuta, &
illud allegatum ſub rub.83.lib.3. ſunt fauorabilia,
pro bono publico edita,& pro commodis ciuium,
eorum principali ratione inſpecta, vt bona ſtabilia
& eorum iura & actiones ad forenſes non tranſlata
47 reddant ipſos ciues magis locupletes,quos † ſic ha-
bere intereſt reipublicẹ. §.cogitatio.in auth.vt iud.
ſine quoq.ſuffr.& magis potentes ad ſuſtinendum
onera, & ne depauperentur alienando forenſibus,
vt dixi tenere Alex.conſi.116.col.pen.nu.7.8. li.6.
& conſi.

& consi.41.col.pen.ver.sed prohibitio.lib.6.Barb.
consi.43.col.xj.& seq.lib.j.& cons.48.col.2.li.2.&
Corn.consi.78.col.2.& fi.lib.1.& Calca.cōsi.126.
48 col.1.in fin.adeo ꝙ ipse alienans † posset contra-
uenire pro recuperatione malè sic forensibus alie-
natorum, vt ibi per eum, idem tenet ex mēte alio-
rum & dicit Cur.Iun.consi.129.col.4. nume.10.ꝙ
talia statuta pruhibentia bona per ciues alienari
forensibus non continent odium particulariū per-
sonarum, sed differentiam faciunt inter forenses &
originarios, cum causa satis honesta, vt ciuium pa-
trimonia pinguius cōseruentur, idem firmat Ripa
in l.filiustam.§.diui.col.16.nume.80.de leg.1.vbi
49 dicit, quòd hac † ratione etiam iuramento non fir
matur talis alienatio, quatenus allegat Barb.d.cō-
sil.43.lib.1.tenere tale statutum esse odiosum, ma-
lè allegat, quia Barb.ibi in col.11.& seq.dicit op-
positum, scilicet tale statutum valere vti fundatum
in bono publico & ciuium, ne depauperentur, ita
quòd alienatio facta forensibus contra dictā prohi
bitionem, etiam coniunctis personis, & cum iura-
mento & rescripto Principis, non potest confirma
ri, vt ibi per eum & per Corn.d.consi.78.colum.2.
Quatenus ēt aliqui velint tale statutum dici odio-
50 sum † ea ratione, quòd impediat quem vti libera
administratione suorum bonorum, nihilominus
cum principalis eiusdem statuti intentio & ratio re
spiciat publicam vtilitatem, quæ est minus soluen-
di reipu. per forensem quàm per ciuem, quod ad
rem pecuniariam attinet, per tex.in l.2.§.1. in fin.
ff.ad municipal.dicitur quidem fauorabile hac ra-
tione publicæ vtilitatis magis inspecta & magis p̄-
ualente, per l.qui exceptionē.in princ.& ibi Barto.
Bald.Castr.& Ias.ff.de condi.indeb.& Bald.in l.1.
in fin.C.de secun.nupt.cum concord.alleg. ab Al-
ber.Brun.in tract.de tract.de sta.fœmi.exclu. in 4.
arti. col.pen. & ab Andr.Tiraq.de retrac. titu.1.§.
30. glo.2.nu.5.& ab Aym.consil.118.nu.9. & per
speciales decis.doct.supra alleg.intrepidè tenendū
est dictum statutum dici fauorabile.

His ergo præmissis, pro firmanda conclusione
prædicta, quòd d.Flora sit compræhensa in dicto
statuto rub.83. lib.3. de actione nulli forensi ven-
denda. Quoniam doctores de muliere nupta va-
ria dicunt de mutatione fori, domicilij, originis,
sui status, ex varijs auctorum scripturis sententias
eorum probātes, vt maximè & alioquin more suo
facit Tiraq.in tract.de legi.conub.in 1.leg.num.1.
cum sequent. ego vero de meritis iustitiæ & in le-
gali materia loquens, putarem diligenter inspiciē-
da verba & sententias ipsarum legum, quomodo
loquantur & ad quid tendant. Videamus itaque l.
51 quædam puella † in prin.ff.de iurisd.om.iud.cuius
verba & sententia sunt.quòd sententia lata per Iu-
dicem sui originarij domicilij contra mulierē nu-
ptam postea viro alterius iurisdictioni subiecto, vel
prius cepto iudicio etiā post huiusmodi matrimo-
nium contractum lata sententia ligat & astringit
ipsam mulierem. ex cuius legis verbis & sententia
nouiter arguo, quòd statutum promulgatum ante
contractū matrimonium cum forense in loco ori-
ginis mulieris (prout est id de quo loquimur) ligat
& complectitur ipsam mulierem etiā alibi postea
52 nuptam, quia † quod facit sentētia Iudicis, facit po-
testas legis.per tex.& glo.in l.cū quasi.§.hi aut.p̄.
ff.de fideicommiss. liber. & sentit generalis illa [illegible]
tex. in dict.l.cum quædam.ibi.quod generaliter in
omnibus &c. & à fortiori arguendo comprobat
Rom.consi.39.ver.quartò,quia. & Alex. consi.41.
53 col.2.in fi.ver.Item quia.num.8.libr.5. & † statuta
habent cum diffinitiuæ sentētiæ Bal.in l. program-
ma.in prin.C.com.vel epist.

Secundò quoad forum, ne alibi conuenia-
tur, vel pro dote conueniat, quoue ad munera
54 personalia, sigillatim iura disponunt † mulierem
nuptam sequi forum & domicilium mariti, vt not.
in dict. l. cum quædam. & l. exigere. ff. de iu-
dic. & l. ea quæ desponsata, à contrario sensu, &
l. fina. §.item rescripserunt.ff.ad municip.& l.fina.
C.de incol.lib.x.l.j.C.de muli.eo. lib. ergo quoad
alia remanet originaria domicilij sui & suorum pa
rentum, ad hoc aliàs fuerunt ponderata verba text.
in d.l.j.C.de muli.ibi.non apud originem suam.&
in d.§.item rescripserūt.ibi. vnde originem trahit,
& tex.in l.mulier.C.de agri.& censi.ibi. quæ fuisse
originaria docebitur.lib.xj.& Soci.in d.l.cum quæ
dam.in prin.col.j.in fi.sub versi.secundò limita.di-
cit ex sententia Francisci Tigr.de Pis.& aliorum, ꝙ
nullus tex.probat ꝙ originem perdat.& dicit Bald.
in consi.351.in bonis feudalibus.colum.fin. versi.
Item dicitur, ꝙ domina Agnes.nu.8.lib.j.& repeti-
to sub consi.310. ad euidentiam. lib.3. quòd alle-
gatio, ex not.in l.origine.C.de municip.& origi. ꝙ
55 mulier † forensi maritata mutat originem, non
est vera, nisi & solummodo quoad forum iudicio-
rum, non quoad bona, cum ratione bonorum reti-
neat domicilium originale. Cum ergo d.Flora ali-
bi nupta suum retinuerit originē in districtu Pisau-
56 uri quoad bona, & † appellatione bonorum veniūt
iura, & actiones.l.bonorum.ff.de verb.sign.ligatur
dicto statuto in prohibitione cōtinente magis per-
sonam originariam quàm habentem domicilium
quòd non potuerit cedere forensi sua iura, cū non
dixerit nullus ciuis vel districtualis, sed dixit. nul-
57 lus de ciuitate vel districtu, per dictionē De † quæ
significat originem & nō domicilium, vel quę po-
tius ad originem q̄ ad domicilium refertur, vt di-
cūt Bar.& Alci.in l.prouinciales.in fi. cū concord.
aliàs alleg.de ver.sign.cū idē statutū voluerit desi-
gnare simpliciter habentem domicilium exprȩssit.
ibi. & nullus ciuis vel districtualis Pisauri talem fo
rensem &c. qui verè dicitur habens domicilium.
vt l.ciues.C.de incol.lib.10.& l.2.C.vbi Senat.vel
clari.Is autem intellectus secundum ius commune
58 † ad statuta Pisauri seruari debet, ipsis statutis sic di
sponentibus in additionibus rubri. 19. de ambi-
guitate statutorum, & per Salyce. in l. si nondum.
C. de furt.

Tertiò quoad alia, & sic contenta in d. statuto,
maximè (vt præmissum est) fauorabile, quę nō de-
trahebant

59 trahebant d.Floram ab obsequijs maritalibus; † ea
quidem remansit originaria & subiecta dicto sta-
tuto,per sententiam.Bar.in d.l.fi.§.item rescripse-
runt.& in l.originē.C.pē municip.& orig.lib.x.ap-
probatam per Pau.de Cast.Alexan.Capr.Cur.Iun.
Dec.Aym.Rui.in locis aliàs alleg.in qua etiam re-
sidet Andr.Tiraq.de legi. conub.in j.l.glo.1.part.j.
num.37.allegando & Bald.Castr.Card. Flo. Abb.
Alex.Capr.Io.Plat.Ang.Aret.Corn. Io. Campeg.
Cur.Iun.& Io.de Ami.in locis per eū citatis. Idem
Feli.in c.super eo.col.j.sub num.2.de testi.refert &
sequitur eandem declarationem Bar. ꝙ filia nupta
retinet domiciliū patris seu originis in his per quæ
non subtrahitur à seruitijs viri.Idem quoque (reie-
cta opin.Card.& Signor.cōtraria)comprobat So-
ci.in d.l.cum quædam.col.j.sub ver. secundò limi-
* ta.& ibi Hier.Cagn.num.13. dicit ita communem
resolutionem doctorum esse,per quam Corn.rē.ve
ra in consi.202.col.j.ver quod & secundo,& col.5.
ver.nec supradictis obstant.lib.2. dicit aperto ore,
60 ꝙ statuta † loci originis possunt disponere circa mu
lierem alibi nuptam, & eam ligant in his quæ non
retrahunt eam ab obsequijs viri.Idem expressis ver
bis firmat Saly.in d.l.cunctos populos. col. penul.
versicu. Item attende. nume. 15. de summ. trini.
& fide. ca.
Ex quibus iure concludendum censeo, dictam
Floram dicto statuto ligatam & prohibitā pro bo-
no publico & suo ne depauperetur,inualidè fecisse
dictam iurium cessionem,maximè ad bona existen
tia in territorio Pisauri, vt facti series demonstrat,
& conuentio Ioannis rei de Pisauro in hoc foro, &
eo maximè, ꝙ video per aliud statutū Pisauri rubr.
92. lib. 2. specialem curam habitam esse, mulieres
Pisaurenses forensibus nuptæ ne suis bonis desti-
tuantur,prohibendo maritos forēses alibi habitan-
tes posse alienare earum possessiones, & eas posse
cogi ad alienandum. appellatione enim possessio-
61 num † veniunt mobilia & iura & actiones.vt clarè
probat Bal.consi.438.viso præfato puncto. col.pe.
in fi.num.6.lib.2.& Bar.in l.magis.§.item prætor.
in 2.lect. ff.de re. eorum. Ita ratione dispositionis
huius statuti & aliorum præalleg. proposita inter-
rogati statuentes verisimiliter respōdissent, mulie-
rem terrigenam forensi & alibi nuptam se velle &
intellexisse prohibitam alienare & cedere iura sua
forēsibus,& hanc verisimilem statuentium respon-
62 sionem † pro statuto habendam & obseruandam
tradūt glo.& doct.in l.tale pactum.§.fi. ff. de pact.
cum pluribus ad hoc alleg.per Marsil.in l.sed scien
dum.ff.de parrici.& Andr.Tiraq.in l.si vnquàm. in
præfati.num.56.Aut enim casus noster cessionis iu
rium nulliter factæ forensibus habēdus est pro ex-
presso in d.statuto rub.83.libr.3.statutū ipsum hoc
vbique debet seruari.Aut similis est casibus expres-
sis in dictis alijs statutis, similitudo sufficit adesse
63 in identitate rationis † pro bono publico Pisauren
siū, & ne originarij vel originariæ mulieres etiam
forensibus nuptæ suis bonis careant,per ea quæ tra
dit Alex.in l.Gallus.§.& quid si tantum.de libe.&
posth.& Dec.in c.translato.col.2.& seq.in j.lect.de
constit. & tantundem seruari debet ipsis statutis sic
mandātibus in dictis additi. rub. 22. ꝙ statuta ob-
seruentur.Quod quidem fieri dicitur per interpre-
tationem extensiuam.secūdum Bal.in l.qua actio-
ne.§.proinde. ff.ad l.Aquil.
Ad hanc autem sententiam tenēdam pro inua-
liditate dictæ cessionis prope modum iura quoque
communia assentiunt,quia ista cessio non simplicis
& meræ donationis causa fuit facta, sed prætextu
impotentiæ cedentis,asserentis non valere dicta iu
ra & bona recuperare ex manibus Ioannis posses-
soris; & eo ꝙ cessionarij potentiores erāt ad talem
recuperationem,vt in instrumēto cessionis dicitur.
64 quantum † ergo huiusmodi cessiones abhorreant
iura & infringant, facilè percipere est ex. l.2. C.ne.
lice.potenti,& l.pen.& fi.C. mand.
Casus enim cessionis nostræ titulo donationis
factæ diuersus non apparet à casu prouiso per d.sta
tutum.quinimò idem est,ex ratione & sententia &
ex verbis,ex rōne & sentētia, quia venditio iurium
probibita est fieri forensibus,vt iura & bona rema-
neāt apud originarios pro bono publico Pisauren-
sium, vt ante probatum est,cum ita dicantur ad fo-
renses transferri ex contractu donationis, sicut ex
65 contractu venditionis.vtique prohibita † venditio
ne, cēsetur & prohibita donatio, vt est expressa de-
cisio glo.in ver.vendi.in princ.in l. quemadmodū.
C.de agri.& censi.lib.xj.quam ibi Bart. approbat,
66 dicens ex boc patere, † legem pœnalem & odio-
sam,tamen ad fauorē reipub.tendētem, extra pro-
prium significatum ita debere extendi sicut legem
fauorabilē,alia glo.est in l.2.C.de vsuca.pro empt.
per tex.in l.statuliberi à cæteris.§.fin. ff. de statuli-
ber.ibi.quoniam lex duodecim tabularum emptio
nis verba omnem alienationem complecti videa-
tur, & modo fiat exteris,donatio est.tex.in l.volun
tas. C.de fideicom.& ibi not.Bar.& ibi Bal.col.fi.
sequitur,dum causa prohibitionis, non contractus
speciem,sed ipsam rem cōcernat & fauorem, & ibi
67 post alios Ias. not. secundum omnes, ꝙ prohibitus
vēdere,intelligitur etiam prohibitus donare,dum-
modo eadem ratio militet in donatione, sicut in
venditione,prout in nostro casu militat. talem esse
* magis com. conclusionem tradit Paris. consi. 82.
col.1.num.9. lib.3. quare in terminis nostri statuti
prohibentis vendi forensibus,censeri etiam prohi-
bitam omnis alienationis speciem, firmat Ripa in
l.filiusfam.§.diui.col.21.num.102.de leg.1.per d.
glo.in d.l.quemadmodum.adde not.per Bal.in ca.
1.in fi.de contr.inter do.& empt.feu.& in c.1.in fi.
de aliena. feu. & in terminis. per Corn. consil. 88.
col.fin.lib.j. ex verbis quoque dicti statuti apparet
prohibita donatio,dum post verbum vendere,sub-
68 iungit verbum, cedere vel mandare, quia † titulus
donationis,sicut venditionis, potest & debet appo
ni actui verbi, cedere,per text.in d.l.pen.& fina.C.
mand. Ideo quicunque vel venditionis, vel dona-
tionis titulus apponatur verbo,cedere, non altera-
tur, sed verificatur ipsum verbum cedere, & con-
tractus

tractus cessionis,vt sic esse veram & communem iu
ris conclusionem in specie probat Paris.in d.consi.
82.col.4.num. 29.ad ostendendum cessionem pos-
se transire in emptionem, & ego infero per eadem
iura posse trãsire in donationem, & q eodem mo-
do verificatur prohibitiuè verbum cedere, & effe-
ctus ipsius verbi ad transferendum iura & actiones
forensibus, vt latior & pinguior sit prouisio statuti
prohibentis forensibus transferri iura originario-
rũ,& in eo quod statuentes voluerunt.l.benignius.
& l.in ambigua.& l.contra legem. ff.de legi.cum si
69 mil. ita etiam † verbis legis est deseruiendum. l.1.
§.si is qui nauem. ff. de exerci.acti. & ab hoc credo
abesse omne dubium. Non refert q rub.dicti statu-
ti strictè loquitur de actione nulli forensi venden-
da,& non dicit credenda,vel donanda,quia per ius
extenditur ad donationem, vt modo dictum est, &
70 quia † nigrum magis generale continens verbum,
cedere, cui & applicatur titulus donationis, magis
debet attendi,vt per docto.in l.1.si cert. peta.& ibi
præsertim Ripa in col.2.nu.15.

Ex quibus & aliis iam alleg.duæ cõclusiones re-
petuntur & inferuntur,quibus,seu altera earum di-
cti forenses actores euadere non possunt, quin ex-
pellantur ab ingressu litis cum Ioanne reo conuen
to has exceptiones opponente in suis scripturis.

71 Prima est, q D.Flora etiam nupta † ex prætensis
successionibus filiorum præter operam quam tene-
batur præstare viro, iura vti aduentitia acquirẽs pa
tri, secundùm Bal.in l.si inuita. C.de nupt.non po
tuit eius patre non cõsentiente cedere aliis. secun-
dum Iaco.de Are.& Io. de Gras. in locis iam alleg.
72 habilitatio † per statutum Arimini concessa filiofa.
contrahendi sine consensu patris non se extẽdit ad
bona & actiones quæ ad illum locum pertinere di-
cuntur vbi debẽt exerceri.l.quæro. ff.de solu.& nõ
porrigiẽ extra districtum Arimini,p iam alleg.neq;
ad contractum donationis. Soci.consil.235.col.2.
ver.secundò ista opi.lib.2. & ex tali contractu nul-
lo apparente penitus iure nullo & inualido actorũ,
possunt ipsi expelli,per alleg.decis. Bal.consil.150.
in fi.lib.1,& Alex.consi.38. in fi.lib.2. facit Bar.in
l.vir vxori.ff.de don.inter vir.& vxo.

Altera est, q D.Flora existens originaria quoad
sua bona & iura districtus Pisauri, obediendo di-
cto statuto Pisauri in non cedendo iura sua forensi
bus,non impedita obsequiales operas præstare vi-
ro,qui immò eam ad alienandum bona sua cogere
specialiter prohibitus est, per aliud allega.statutum
Pisauri rub.92. lib.2. cedere etiam titulo donatio-
nis non potuit iura forensibus cuiuscunque condi-
tionis seu status sint,cõtra dictũ statutum per quod
ex cessione annullata forẽses cessionarij impediun-
tur agere,ergo litis ingressus nedum ad merita cau
sæ omnimodo eis interdictus est per dictum statu-
tum,& alia alleg.Ita existimo de iure pronuncian-
dum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Legatum ecclesiæ factum vt conficiantur organa, dicitur ad pias causas & publicam vtilitatem, & summa censetur legata quæ ei rei sufficiat ab hærede præstanda, & pro hoc opere conficiendo modo meliori & honorabili ante alia legata.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas imperitia & errore scriptoris perire vel circumueniri non debet.*
2 *Notarij mala latinitas non habet vltima voluntatis dispositionem vitiare, sed debet assumi illud significatum quod ex verbis verisimilibus colligi potest.*
3 *Legatum ecclesia sancti Francisci, non expresso de quo loco, intelligitur factum ecclesia loci in quo testator habebat domicilium.*
4 *Testatoris voluntas verificatur in ea re qua reperitur.*
5 *Relictum ecclesia dicitur factum ad pias causas.*
6 *Legatum vt fiant pictura sanctorum, dicitur ad pias causas.*
7 *Relictum factum ecclesia vel pio loco dicitur factum pro anima.*
8 *Relicti incertitudo circa quantitatem, illud non vitiat, sed valet legatum huiusmodi sic incertum factum ad piam causam, vel ob publicam vtilitatem.*
9 *Scriptura imperfecta vti comprahendi & intelligi potest quid voluerit sentire testator, id quidem seruandum, vt plus dictum quàm scriptum.*
10 *Suppletio multiplex refertur.*
11 *Legatum ad pias causas, fauore pia causa, præstari debet in excellenti & meliori essentia.*
12 *Legatum ad piam causam ante catera legata, vti æs alienum, prius deduci & præstari debet.*
13 *Legatarius non potest sentire nisi commodum & vtile.*
14 *Hæres semper censetur grauatus.*
15 *Legatum dicitur donatio à defuncto relicta, ab hærede præstanda.*
16 *Argumentum à diffinitione valet.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

POstquàm Tabellio, qui Dominæ Floris
dianæ testamentum scripsit, satis ob-
scurè & imperfectè scripsit illud, & ver
bis ineptis. Necesse est venire ad eius
declarationem quoad propositam speciem legati
in eo facti ecclesiæ sancti Francisci, vt confician-
1 tur organa, vt in hoc etiam testatoris † voluntas im
peritia vel errore scriptoris non pereat neque cir-
cumuenia-

cõueniat,l.errore.l.ambiguitates.C.de test. l. si cui legatũ.de condi.& demon.& Pau. de Cast. in cõsi.
2 308.super isto facto. libr. 1. dicit † malam latinitatem notarij non habere vltimæ voluntatis dispositionem vitiare, sed debere assumi illud significatum,quod ex verbis vel similibus colligi potest,ad idem.l.Imperator. la 1. & ibi Bald. de sta. hom. & gloss.& doct.in c.ad audientiam.el 1. de rescript.

Primùm est id declarandum quod dicit. Reliquit Ecclesiæ sancti Francisci prædictæ, & supra nominando ecclesiam sancti Frãcisci, non dixit de quo loco, sanè intelligendum de ecclesia sancti Francisci de terra Pergulæ, loco incolatus & domicilij
3 ipsius testatricis † per tex.in l.quæ conditio.§.fina. de condi.& demon.& ibi Bar.& alij,& in §. si quis autem.in auth.de eccle.tit.Anch. consi.214. Franciscus.col.pen.versi.octaua ratio. Sed de hoc paruum dubium est cum supra testatrix dixerit se velle sepelliri in ecclesia sancti Frãcisci vtiq; sensit de ea ecclesia sancti Frãcisci quæ reperitur in terra Per-
4 gulæ, quia testatoris † voluntas verificatur in ea re quæ reperitur.l.si domus.in princ.de leg.1.l.si quis seruum.§.si quis ita.de leg.2.l.vinum.& l.fin.de vi. tri.ol. leg.

Parum quoque dubitandum est,q̃ huiusmodi re
5 lictum ecclesiæ factum dicitur † ad pias causas.Bal. in auth.similiter.num.3.C.ad l.Falci. ponit Tiraq. in tract.de priui.piæ ca.in præfa.in prin.sicut enim
6 legatum † vt fiant picturę sanctorum dicitur ad pias causas,Bar.in l.linea.§.si.ff.ad l.Falc.Ang.Areti.in tract.de testa.in glo.10.ad fin. ita legatum vt fiant in ecclesia organa dici debet factum ad piam causam, quia hæc sonare & pulsari ad laudem Dei videmus.dicit Stepha.Costa in tracta.de Ludo. in 2. art.prin.§.succedit.col.2.num.8.& habetur in psal. 150. Laudate eum in cordis & organo. nunquàm
7 dubitatum est, quin † relictum factum ecclesiæ vel pio loco dicatur factum pro anima, dicit Io. Andr. in c.1.col.2.ver.circa secundum.de sepul.& consequenter dici & esse factum ad piam causam.glo. & doct.in l.si quis Titio.in princip.de lega.2. Ex alio etiam tale relictum pro conficiendis organis tendens ad ornandam & decorandam ecclesiam dici potest pertinere ad publicam vtilitatem Ciuitatis, per ea quæ not. Bar.& alij in l.ciuitatibus.in princi. de lega.1.

8 Ex his autem infertur vera & communis conclusio,quòd † incertitudo dicti relicti circa quantitatem id non vitiat, sed valet legatum huiusmodi sic incertum factum ad piam causam vel publicam vtilitatem.l.quidam in testamento. & ibi Bal. Alber. & Cum. & Imo.not.de leg.2.& Rom. in d.auth.similiter.nu.85.ver.vigesimaseptima. cum concord., more suo ad plenum cumul.per Tiraq.in d.tract.de priui.pi.ca.in 55.priui.Ita scriptura dicti testamenti his verbis concepta. Item reliquit ecclesiæ prædictæ sancti Francisci,vt conficiantur organa, & non organos,vt dicit,sic non grammaticaliter scripta,& non officit vt dictum est, quodammodo imperfecta suppleri debet, vt tanta summa legata videatur quãta ei rei sufficeret, vt sunt verba expressa & aperta text.In d.l.quidam in testamento.de leg.2.quem pro decis.præsentis quæstionis adduco, nam ex scri
9 ptura † sic imperfecta vti comprehendi & intelligi potest quid voluerit sentire testator,id quidem seruãdum vt plus dictum quàm scriptum,per l. vnum. §.pen.l.cum pater.§.cum imperfecta. de leg.2. d.l. errore.& in l.verbum volo. C.de fideicom. multi-
10 plicem enim esse suppletionem † ex natura rei vel actus, ex natura orationis quę ad perfectũ sensum consonat,ex natura relationis,ex natura breuilocutionis,ex natura cõsuetudinis, magistraliter declarat Bald.in d.l.errore. & in d. l. verbum volo. & in consi.235.quod dicta clausula.lib.5. Steph. de Feder.in tracta.de interpr. iu. in vlti.part.nume. 102. Barb.consi.5.lib. 1.Alex.consi.36.col.3.ver. præterea videmus.lib.4.Petr. Gerar. in singu. 41. Corn. consi.28.lib.1.

Tanta ergo summa legata censenda est, quanta sufficiat ad confectionem organorum,& maiori ornatu & excellentia,quo fieri possit pro modo facultatum testatricis, etiam quòd omnes ipsas facultates capiat huiusmodi organorum constructio, per ea quæ dicit Bal.in d.l.quidam in testamẽto. prout
11 † legatum ad pias causas fauore piæ causæ præstari debet in excellenti & meliori essentia.per text.in l. Titia.§.Seia.de aur.& arg.leg.& ibi Bar.& Abb.in c.indicante.col.penul.ver.vnum tamen.de testa.ita esse com.conclus.latè tradit Hier.Cagno. in l.semper in obscuris.nu.10.de reg.iur.Intantum etiã piæ
12 causæ fauendum est, vt † legatum ad piam causam ante cætera legata, vti æs alienum,prius deduci & præstari debet,sentit Bar.in l.si quis seruum.§.si.ad fi.& ibi clarius Pau.de Cast.de leg.2. & Gram.con sil.ciui.57.in fin.

Quamuis dicti relicti verba sint directa in ecclesiam,quasi quòd ipsa conficiat organa. Tamen con
13 siderandum est, quòd ipsa ecclesia est legataria,† & exinde non potest sentire,nisi commodum & vtile. l.si hæreditatem.ff.mand.& l.& si quis.§.sed si adita. ff. de relig. & sumpt.fu. ita debet interpretari vt legatum sit vtile,Dec.consi.324.col.pen. ver.quartò. Sed onus dicti relicti & conficiendi organa spectat ad hæredem in eodem testamẽto scriptum, vel impersonaliter,vel ad quæcunque sint directa ver-
14 ba dicti legati,quia † hæres semper censetur grauatus, vt l.si seruus legatus. §.pen.& ibi docto.de leg. 1.glo.in ver.ad onus.in l. Marcellus. in princ.ff.ad trebel.Bald.in l.eam quam.col.5. ver. quæro nunquid.nu.21.de fideicom.dicit, quando testator loquitur, semper ad hæredem videtur loqui, ad idem Alexan.consi.55.colum.6.nume.15.lib.4. & Abb. in c.3.nume.4.de testa. Ita enim sonat diffinitio le
15 gati, † quod dicitur donatio à defuncto facta ab hærede præstanda. Legatum. iuncta glo. de leg.2.
16 & † argumentum à definitione valet.l.1. §.dolum. ff.de dolo.

Ex quibus breuiter remanet firma & vera conclusio, quòd hæres d.testatricis tenetur ad cõficiendum organa in dicta ecclesia, subministrando expensas

pensas necessarias peritis, qui modo instant & parati sunt in loco ad hæc organa construenda, quæ & conficienda sunt forma & bonitate decenti & honorabili. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM LXXXVII.

ARGVMENTVM.

In subsidium potest agi contra detentorem bonorum debitoris decocti, etiam in alio loco, probando creditum ex pluribus scripturis, & esse ex cambio, pro eo etiam qui ex mandato literas cambij soluerit, & curatorem bonorum potestatem non habere ab bona existētia extra territorium Iudicis constituentis, & mandantem solui cambium posse conueniri in loco fiendæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mercantia in loco mercium validum est.*
2 *Decoctor seu fallitus dicitur foro cedere.*
3 *Actio personalis, in subsidium, sequitur bona & successorem, etiam ex causa onerosa.*
4 *Creditor pecunia, debitore existente non soluendo, ad eam recuperandam habet vtilem actionem in rem aliam, & in subsidium contra alium ad quem deuenerūt bona debitoris potest peti etiam id quod non est in obligatione.*
5 *Mercator debitor vbi habet res in diuersis locis, pro debito contracto non respiciente mercantiam in loco vbi habet apothecam, & ibi non sit soluendo, in subsidium potest creditor ire ad alium locum, vbi sunt res debitoris, & ibi facere sibi solui.*
6 *Bonorum fallitι detentor potest conueniri à creditoribus ex aquitate.*
7 *Aequitas sequi & amplecti debet in foro mercatorum, & ex eorum iure municipali.*
8 *Citatio eius contra quem non dirigitur petitio non est necessaria.*
9 *Pecuniam mutuò accipiens, & expensam faciens in sui & suorum vtilitatem, præsumitur fecisse de pecunia mutuata, ita creditor mutuans potest petere deduci & extrahi suam pecuniam ex eo in quo præsumitur impensa.*
10 *Declaratio gestorum scribentis optimè habetur & probatur ex eius libris.*
11 *Commodum sentiens ex re mea in subsidium mihi tenetur.*
12 *Litera, computa, & libri probant contra scribentem, dum sint approbati & cogniti.*
13 *Testes maiori numero magis probant ad inuicem adiuuantes.*
14 *Sigillis ignotis, si sint quinque, creditur.*
15 *Disputatio de apicibus iuris est omittenda in foro mercatorum.*
16 *Crediti origo & causa principaliter intuenda est.*
17 *Litera alicui scripta vt soluat continent mandatum.*
18 *Obligatio vltro citroque oritur ex mandato.*
19 *Litera cambij continent multiplicem obligationem.*
20 *Obligatio vna non debet esse magis priuilegiata quàm alia, ne diuerso iure censeantur.*
21 *Instrumenta habentia executionem à statutis prius liquidari possunt, postea exequi, & tamen instrumenta ipsa sunt qua dicuntur exequi.*
22 *Appellatio denegatur vbi non est grauamen.*
23 *Consuetudo de vsuris præstandis non valet.*
24 *Tertius non potest opponere declinatoriam post appellationem, & post sententiam latam.*
25 *Constitutio curatoris & decretum non se extendit vltra territorium constituentis & decretantis.*
26 *Curator qui datur principaliter bonis quòd non possit dari bonis extra territorium iudicis dantis sitis.*
27 *Scribens & mandans potest conuenlri in loco destinata solutionis.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



VAlet & iusta est sententia per Vicarium & Consules mercantiæ lata in fauorem D.Pauli & lit. consortiū de Anna, contra Do. Ioannem de Mer. vti detentorem bonorum mobilium & mercium olim Ioannis Giacoth mercatoris Flandrēsis, & præpositum seu socium mensæ vel traffici per eundem Giacoth habiti in Italia & in hac ciuitate. Nam primum & præcipuum præsuppositum verum est, & omnes in processu interuenientes fatentur & consentiunt, q dictus Ioā. Giacoth in Flandria mortuus est decoctor seu fallitus, & eius hæreditas à filiis repudiata est, vt damnosa, non soluendo, & fallita. Vnde benè visum est istis de Anna creditoribus Italis inuenire mensam mercium quam in hac ciuitate habebat d.Giacoth administratam per d.Io. de Mer, detentorem bonorum, iurium & mercium longè valentium, & benè soluendo, & vltra creditum ipsorum de Anna, & contra hunc detentorem mouere iudicium pro eorum credito in hac ciuitate. Quod validè factum iure probatur.

Primò ex negocijs & debitis inter mercatores etiam contractis extra territorium, pro mercantijs quas debitor haberet in hac Ciuitate potest hic coram Vicario & Consulibus conueniri, vt cauetur
1 statuto mercantiæ, c. 31. de cuius † validitate, ratione mercium hic existentium minimè dubitandum est, per ea quæ not. Bald. in l. pen. C. de constit. pec. & doct. in l. cunctos populos. de sum. tri. & in l. fin. C. de iurisdict. omn. jud. & per Socin. in c. sanè. colum. 4.

lum.4. in 8.decla.versic.nam licet principaliter. de
to. compet.
2 Secundò, decoctor † seu fallitus dicitur foro ce-
dere. l.fina.ff.de cur.bon.dan.i.loco iudicij cedere
bonis, vt ibi glo.exponit, & l.si hominem.§. pen.ff.
depos.& demum non esse soluendo in loco iudicij
& sui domicilij, quo fit vt meritò quæri possint de-
tentores eius bonorum in alijs locis, & isti conueni
3 ri possint actione etiam personali, † quæ in subsi-
dium sequitur bona & successoré, & ex causa one-
rosa.vt not.Imo.in l.planè.la 2.in princip. de leg.j.
& glo.in versi. respondeas.in l.ij.C.de hæredi. vel
act.vend.& ibi Bal.& Salyc.& facit Bar.in l.j.ad fi.
4 ff.de distr.pign.facit, ꝙ † creditor pecuniæ debitore
existente non soluendo, ad eam recuperandam ha-
bet vtilem actionem in rem alium. vt per Spec. in
tit.de succes.ab inte.§.j. ad fi. & in subsidium con-
tra alium, ad quem deuenerunt bona debitoris, po
test peti etiam id quod non est in obligatione, tra-
dit idem Spec.in tit.de oblig.& solu.§.j. col. ante-
pen.versi.pone, mihi obligauit.idem Pau.de Castr.
sub.l.si seruus meus.§.potest autem.ad fin.ff.de pe-
5 cu.dicit, ꝙ † vbi mercator debitor habet res in di-
uersis locis, pro debito contracto non respiciente
mercantiam in loco vbi habet apothecam, & ibi
non sit soluendo, in subsidium potest creditor ire
ad alium locum vbi sunt res debitoris, & ibi facere
sibi solui, idem firmat in consi.390.licet.lib. 2.
6 Tertiò, Io.de Mer detẽtor bonorum † falliti po-
test cõueniri à dictis de Anna creditoribus ex ęqui
tate.l.si me & Titium.& ibi not.per Ias.ff.si cer.pet.
& ex æquitate alia, vt circuitus euitentur aliorum
litigiorum contra fallitum seu curatores & postea
exequendorum contra ipsum bonorum detento-
rem, per tradita in l.à diuo Pio.§.j.& seq.de re iud.
vt in simili adducit Anch. consi.23. verba stipula-
tionis.ad fi.& Aym.consi.210.in fin. Quæ quidem
7 † æquitas sequi & amplecti omnino debet in foro
mercatorum, & ex iure eorum municipali cap.7. &
ex iure communi, vt not.doct. in l.quintus. & in l.
si fideiussor. §.quædam. ff. mand. & Ias. in l. lecta.
col.8.ver. quartus casus. si cert. pet. & Paris. consi.
88.col.1.lib.j.& cæteri allegati per Tiraqu.de pęn.
temp.ca.51. num. 141. Præterea & curator bono-
rum seu hæreditatis iacentis falliti in ipsa sententia
etiam fuit condemnatus habita plena cognitione
propositorum à partibus, ita ꝙ omissio citationis di
cti curatoris aliter non debet annullare ipsam sen-
tentiam, Vanti.de nulli.in tit.vlti.num.107.& quia
8 citatio de eo non erat necessaria † cum petitio isto-
rum de A.non esset contra eum directa. Bald. in l.
si suspecta.in princ.in fin.ff.de inoffi.test. quæ qui-
dem citatio fieri debet de eo contra quem dirigi-
tur petitio, tradit idem Bal.in c.1.col.4.ver.secun-
dò quæro.num.10.de mil.vasal.qui fu. contu.

Quartò, ex copijs seu exemplis libri dicti Gia-
coth liquet omnes partitas crediti istorum de An-
na esse positas ad computum ex parte & ad debi-
tum Io. de Mer rationis tentæ in hac ciuitate. ex
quo infertur, ꝙ ex bonis istius mensæ seu rationis
quæ est soluendo, prius debet satisfieri ipsis de An-
na, per ea quæ tradunt Ang.& Castr.in l. procura-
toris.§.si plures.ff.de tribu.& Benue.Strac.de mer-
catu.in 2.par.vlti.par.in tit.qui poti.in bon.decoct.
hab.num.20. Infertur etiam id & propius, ꝙ pecu-
niæ istorum de Anna per literas cambij à Giacoth
tractæ expensæ & implicatæ fuerint in hac mensa
seu negociatione Pisauri administrata per dictum
Io.de Mer, & propterea ipso Giacoth vel eius hære
ditate existente non soluendo in Flandria, hæc ne-
gociatio Pisauri, & ipse de Mer eam administrans
potest conueniri Pisauri actione in factum, & tene-
tur satisfacere ipsis de Anna creditoribus, pro hoc
possunt adduci & text. in l. ei qui. ad fi. ibi. vel in
rem eius pecunia processit. C. quod cum eo. & qđ
9 Bar.dicit in l.si ventri.§.fi.ff. de priui. cred. † acci-
pientem pecuniam mutuo & expensam facientem
in sui vel suorum vtilitatem, præsumi fecisse de pe-
cunia mutuata.ita creditor mutuans potest petere
deduci & extrahi suam pecuniam ex eo, in quo præ
sumitur impensa, vt etiam sequitur & tradit Pau.de
Cast.in l.fi.§.in computatione.colum.2.ver.sed po
ne notabiliter.C.de iure deliber.& quod Bar. Bal.
Ang.& Saly.in l.fi.C.ad Maced.& Bal. consi.440.
præmissis verbis.post princi.lib.4.dicunt, mercato-
rem vel artificem accipientem pecuniam præsumi
accipere & conuertere in mercaturam quam facit.
& in specie nostra pro indubitato hoc habendum
10 est, ex eo ꝙ d.Giacoth declarauit in suis libris, † ex
quibus declaratio gestorum scribentis optimè ha-
betur & probatur, vt l.Lucius.in princip.de leg.2.l.
prædijs.§.Titio.l.seruis vrbanis.in princi.l.qui con
cubinam.§.cum ita legatum.de lega.3.l. prædia.in
princip.& ibi glo.de fun.instr.l.j. & ibi Soci. nu.7.
de reb.dub.ita ratione huius conuersionis hæc ne-
gociatio Pisauri existens soluendo, & d. Mer eam
exercens & detentor mercium eiusdem negocia-
tionis, ex conuersione ipsa & sentiens commodum
in augumento dictæ negociationis pro quantitate
ducat. 14000. quãtæ sunt pecuniæ datæ ad eius de-
bitum pertinentes ad ipsos de Anna, debet & tene
tur eis soluere, per ea quæ tradunt Bart. Ange. Pau.
de Cast.& Ias.in l.his solis.de cond.indeb.& Cre-
men.in sing.36.& Ias.in l. si eum seruum.in 1.no.si
11 cert.pet.dantes generalem doctr. ꝙ † sentiens com-
modum ex re mea in subsidium mihi tenetur.

Quintò Io. de Mer conuentus hic in iudicio vt
detentor prædictus nullam exceptionem oppo-
suit, sed ipse gener d. Giacoth, & bene sciens veri-
tatem crediti ipsorum de A.obtulit se liti & parere
quantum fuerit per Iudices determinatum, ex qua
oblatione etiam eum condemnando validè iudi-
cium processit, per l. is qui se obtulit. & l.si autem.
in princip. ff. de rei vindi. Prædicta superius tam
ad plenum sufficiunt ad ostendendum iudicium va
lidè fuisse intentatum, & sententiam validè prola-
tam contra d. de Mer.

Iusta quoque probatur dicta sententia his duo-
bus inspectis. Primò, quòd dictus I.de Mer (vt an-
te multifariam ostensum est) tenetur & potest con-
ueniri,

uenire, eo etiam addito, ꝙ simul condemnatus & curator dictæ hæreditatis apparet. Secundò, ꝙ isti de A. actores Iudices de eorum credito instruxerũt pleniſſimè multiſque modis per literas cambij iſtis de A. ſcriptas manu dicti Giacoth, ſaltem ſubſcriptas & recognitas per d. de Mer, & ſolutas vt liquet ex partitis publici banci Venetijs, & per computa ipſius Giacoth, tranſmiſſa iſtis de A. & per partitas exemplatas ex libris dicti Gia. in Flandria, cum ſub ſcriptionibus & ſigillis publicis, omnia in vnum & conſonantem vnam veritatem probationis de eo-
12 rũ credito correſpondent & concurrunt, ita † literę, computa & libri contra ſcribentem probant, dum ſint approbati & cogniti. Alex. conſi. 191. col. 1. lib. 2. Rom. conſi. 373. ver. ſecunda dubitatio. & Alex. conſi. 245. lib. 6. & conſi. 147. lib. 2. vbi loquitur de ſcriptura computorum, doct. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. & in l. admonendi. de iu. iur. & Boer. in deciſ. 282. nu. 6. Efficacius enim & clarius probãt cum ſint plures ſcripturæ ad idem con-
13 cordes, ſicut dicitur de maiori numero teſtium † ꝙ magis probant adinuicem adiuuantes. vt per Alex. in conſi. 131. num. 5. lib. 6. Iaſ. in l. prætor. §. cogen-
14 tur. col. 2. de eden. & de ſigillis ignotis, † ꝙ vbi ſint quinque, creditur eis, per glo. in ca. quod ſuper his. de fi. inſtr. pro hoc facit tex. in §. in his vero. in authen. de inſtru. cau. ibi. vt ex plurimis &c. vna quædam colligatur vndique & efficiatur fides, & tex. in l. qui ſententiam. C. de pœn. ibi. in vnum conſpirantes concordantesq́; rei finem, & tex. in l. qui in prouincia. §. 1. ff. de rit. nupt. ibi. iccirco cum hæc omnia in vnum cõcurrant. Sola ergo probatio hæc de-
15 biti videtur attẽdenda in foro mercatorũ, vbi † alia dicitur de apicibus iuris diſputatio omittenda, per d. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. proinde iuſta eſt ſententia, vt iſti de A. ſuum creditum conſequantur, per iura vulg.

Creditum autem eorum eſſe ex literis & ex cau-
16 ſa cambij minimè ambigendum eſt, quoniam † eius origo & cauſa principaliter intuenda, per l. qui id quod. in princ. ff. de donat. & l. tutor. de fideiuſ. & l. ſi procuratorem. in princi. ff. mand. eſt ex pluribus literis cambij d. Giacoth miſſis iſtis de A. & per eos
17 ſolutis, quæ † ipſius Gia. mandatum continent factum iſtis de A. quibus fuerunt ſcriptæ, Soci. conſi. 64. col. 3. ſub ver. circa ſecundum. libr. 3. Curt. Iun. conſ. 132. col. pen. num. 6. Vnde iſti de A. qui acceptarunt literas & ſoluerũt (vt cõſtat ex partitis banci) habent ipſum Giacoth ſcribentem & mandantem obligatum pro pecunijs tractis vigore dictarum literarũ cambij, per tex. in l. ſi literas. C. mand.
18 & ibi doct. quia † ex mandato oritur vltro citroq; obligatio. l. ſeruus. ff. eo. ſic enim literæ cambij con
19 tinent multiplicem obligationem, † vnam contra ipſum ſcribentem & accipientem cambio, ſi literæ non fuerint acceptatæ & ſolutæ per eum cui ſcribuntur. l. ſi literarum. & ibi Bald. C. de ſolut. & Sali. in l. ſi filiusfam. ff. ad Maced. Alia, ſi fuerint acceptatæ contra ipſum acceptantem. Parif. conſil. 91. nume. 2. lib. 1. & aliam contra ſcribentem pro eo qui ſoluere acceptauit, cum ſoluerit, per d. l. ſi literas. & Soci. d. conſi. 64. col. 2. ver. ſexto & vltimò. lib. 3. comprobat Burſat. Mant. conſi. 39. nu. 1. cum ſequent. harum autem obligationum quælibet cauſa apparet ex ipſis literis & receptionis pecuniarũ. Boer. deciſ. 282. col. fin. & mandati d. l. ſi literas. &
20 † vna obligatio non poteſt eſſe magis priuilegiata quàm alia, ne diuerſo iure cenſeãtur. l. eũ qui ædes. de vſucap. c. cum iu tua. de deci. & in vnaquaq; earum vigere debet eadem bonafides mercatoria. Pariter vbi deueniendum eſſet ad executionem dictarum literarum, in vnaquaque ex dictis obligationibus & ad earum priuilegia (prout eis concedũt ſtatuta mercatorum) facta ſunt liquidanda prius cõ uenientia vnicuique ipſarum obligationum contra ſcribentem, primò per proteſtationem, quando reuertuntur literæ ipſæ non acceptatæ, vel per acceptationem, quando acceptans diſtulit ſoluere, & cõtra ipſum acceptantem, vel iterum contra ſcribentem per ſolutionem, quando per acceptantem fue-
21 rint ſolutæ, prout † inſtrumenta habentia executionem à ſtatutis prius liquidari poſſunt, & poſtea exequi, & tamen inſtrumenta ipſa ſunt quæ dicuntur exequi, vt per Rom. conſi. 211. ad fin. Alex. conſil. 25. col. 3. nu. 8. & conſi. 288. col. 1. lib. 2. & conſ. 90. col. penul. ad fin. ver. iſtis ergo. lib. 3. & Soci. conſil. 89. col. 1. lib. 3. & prout ex ſcriptura aliqua quid eſſe & contineri dicitur, & ſicut ſcripturam ipſam exequi poſſe, quod ex ea ex diſpoſitione legis, per conſequentiam & virtualiter ſubintelligitur & comprehenditur. per ea quæ tradunt Bar. in l. 1. in prin. in fi. ff. de his quæ in teſt. delen. & ibi in apoſtil. & Alex. conſil. 126. lib. 6. & Dec. in l. certi condictio. in prin. nume. 9. ſi cert. peta. & Negu. de pignor. in 2. par. in 4. membro. in fi. ita literæ prædictæ in ſpecie propoſita liquidatæ per ſolutiones contra ſcribentem habere debent priuilegia executiua, hypothecas & prælationes, quę eis à ſtatutis cõceduñ.

Contra quam ſententiam non deberi audiri appellationes Io. de Mer. nec Io. Attauorr aſſerti procuratoris aliorum prætenſorum creditorum, quia Io. de Mer in nullo eſt grauatus, vt facilè cognoſce-
22 re eſt ex tenore dictæ ſententiæ, & vbi † non eſt grauamen denegatur appellatio. c. qui ſcit. §. fi. & c. ſolent. in princi. 2. q. 6. Nec dicti Attauor, quia ſuum prætenſum mãdatum modo eſt reuocatũ per aliud mandatum, poſtea per eoſdem ſuos principales factum illi Mediolanen. l. ſi quis. §. fin. ff. de procur. & ſua prætenſa credita ſunt ſuſpecta, nõ legitimè probata & vſuraria, quæ etiam conſuetudine non va-
23 lent † de vſuris præſtandis. Bald. in l. eos. §. 1. in 4. no. C. de vſu. ita quòd nullum præſtant impedimentum bonis iuribus & potioribus iſtorum de A. vt ex ſe abſque alio vlteriori progreſſu clarum eſt.

Minimè quoque impedit nec admittẽda eſt petitio illius prætenſi procuratoris aſſertorum curatorum, vt dicitur in Flandria datorum dictæ hæreditati, ꝙ partes hic litigantes cum bonis hic repertis remittantur in Flandriam ad locum domicilij
24 dicti q. Giacoth, quoniam poſt † appellationem & poſt

post sententiam latam non potest modo iste tertius opponere hanc declinatoriam. l. ita demum. & ibi doct. C. de procur. Afflict. in decis. 235. nume. 6. vltra q causa istorum de A. debet agitari & expediri
25 in hac ciuitate, per superius alleg. constitutio† assertorum curatorum & decretum illius superioris in Flandria non se extendit vltra eius territorium. l. fin. ff. de iurisd. om. iu. l. 2. §. si plures. ff. de cur. bon. dan. vbi curator datus in vna regione non potest
26 accedere ad res alterius regionis, curator † qui datur principaliter bonis q non possit dari bonis extra territorium Iudicis dantis sitis, sensit Bart. in l. legitimos. in princi. versi. & ex hoc concludo. ff. de leg. tut. dum allegat l. cum vnus. §. pe. de bon. auct. iud. pos. & videtur text. in l. iurisperitos. §. cũ oriundus. ff. de excu. tut. & in d. l. 2. in princi. de cur. bon. dan. & Bald. consi. 439. super primo. col. pen. versi. sed ad istud. lib. 4. & est glo. in l. non solum. §. & qui in testamento. co. q datio administrationis rebus alterius prouinciæ quàm vnde est iudex vel præses ipso iure est nulla, per hanc glo. dicit Oldr. in consi. 59. vertitur in dubium. circa fi. quòd curatorem ad bona dat Iudex illius loci vbi sunt bona, & non alius. ergo clara remanet conclusio, quòd si illi curatores dati in Flandria nihil habeant agere super rebus in hac ciuitate existentibus, minus habet in his agere eorum procurator, per reg. l. nemo plus iuris. de reg. iur. cum vulg.

Preterea cũ in dictis literis cambij mandata fiũt
27 vt soluãtur Venetijs, & ibidem fuerint solutę, † potest scribens & mandans ibidem conueniri, per l. hæres absens. §. fina. ff. de iudi. & l. contraxisse. de act. & obliga. quare valida est etiam illa sententia prouisionalis lata per Iudices Venetijs pro istis de A. Cuius executionis ratio quoque haberida est super rebus hic repertis, Serenissimo Dominio sic per literas requirente, ad l. à diuo Pio. §. 1. de re iu. & Cum. cons. 140. & Gui. Pa. in q. 574. Et ita in fauoré istorum Dominorum de Anna puto respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ab ecclesia concessa & renouata alicui recipienti pro se, filijs & nepotibus masculis legitimis, per directam lineam ex eo descendentibus vsque in eius tertiam generationem tantum, non continet pronepotem.

SVMMARIVM.

1 *Generationis computatio à quo incipiat in emphyteusi ecclesiastica.*
2 *Emphyteusis ecclesiastica potest etiam concedi pronepoti vltra nepotem.*
3 *Generat nemo seipsum. & num. 20.*
4 *In tertiam generationem, ista verba quomodo intelligantur.*
5 *Glosa & Doct. intelliguntur secundum legem quam allegant.*
6 *Pater ad filios, auus ad nepotes ad inuicem & e conuerso sunt nomina correlatiua.*
7 *Gradus & generatio pro eodem significato ponuntur.*
8 *Vnum non est numerus, sed principium numeri, & includitur in numero.*
9 *Actus hominum stare nequeunt in suspenso.*
10 *Ordo successiuus datur in emphyteusi. & nu. 11.*
12 *Principium est potissima pars cuiusque rei.*
13 *Principium propriè in emphyteusi esse spectandum, & primum emphyteutam vti eius radicem & originem.*
14 *Linea dicitur collectio personarum ab eodem stipite descendentium.*
15 *Ex, Dictio designat causam proximam.*
16 *Per, Dictio totalitatem designat.*
17 *Successio ex prima inuestitura, & successio legalis differunt.*
18 *Generatio prima in fideicommissis incipit à filio hærede.*
19 *Substitutione, vnicum verbum relatum ad filium facit primum gradum, & relatum ad nepotem facit secundum gradum.*
21 *Expressio eius quod tacitè inest nihil operatur.*
22 *Expressio eius quod subintelligitur fit causa maioris certitudinis.*
23 *Verba potius apposita censentur ad demonstrationem, quàm ad dispositionem.*
24 *Generatio est nomen verbale habens significationem actiuam & passiuam.*
25 *Clausula accessoria posita ad firmandum & conualidandum principalem dispositionem, latius etiam loquens, non amplias neque alterat principalem ipsam dispositionem, sed tantum præcedentia comprahendit.*
26 *Ius accrescendi regulariter cessat in emphyteusi, nisi adsit clausula, vsque in eius tertiam generationem.*
27 *Inducta ad vnum effectum non debent alium operari.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO
viam veritatis & iustitiæ.

Semper verum putaui, iudicatum vidi, sæpius consultus parti respondi, iudicantique consului, pronepotem primi receptoris non contineri in emphyteusi ecclesiastica his infrascriptis verbis concessa. F. rector vel commendatarius Abbatiæ, dedit renouauit

renouauit L. præſenti ſtipulanti & recipienti pro
ſe, filiis & nepotibus maſculis legitimis per di-
rectam lineam ex eo deſcendentibus vſque in eius
tertiam generationem tantum. Dubium facit,
1 † quòd patet primus receptor non computatur in
prima generatione, quam dicitur facere filius, &
nepos ſecundam. capitulo ſtatutum. el ſecundo. de
hæret. in ſexto. l. Iuriſconſul. §. primo gradu. & §.
ſecundò. ff. de gradi. Alexand. in l. quod dicitur.
la ſecunda. columna decimanona. & ſequent. ſub
numero 23. de verbotum obligationib. & conſilio
centeſimouigeſimoſexto. columna tertia. numero
10. libro quinto. Capra conſilio quinto. vltra med.
Deci. conſilio 624. in principio. quia enumeratio
generationum ſeu graduum fit adempto ſtipite,
2 quare pronepos eſt in tertia generatione, † cui etiã
vltra nepotem poteſt concedi emphyteuſis eccle-
ſiaſtica, per text. in §. licentiam. in authen. de ali.
& emphyte. & hoc fortius procedit vbi dictum ſit,
per pronomen, ſuam, vel eius, vel ipſius tertiam
generationem, quòd demonſtretur generatio re-
3 ceptoris, & non ipſe receptor, quia † nemo ſeip-
ſum generat, ex conſil. Bart. refert Bald. in authen.
ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alexand.
conſilio centeſimodecimo. columna penultima.
numero 15. libro tertio. Gozad. conſilio vigeſimo-
quinto. num. 17. & Ruin. conſilio 166. ſub num. 6.
libro primo.

At ego cenſeo iure verius, primum receptorem computari in prima generatione, filium in ſecunda, nepotem in tertia, & ſic pronepotem eſſe extra conceſſionem emphyteuſis, licèt in bac ſpecie latiſſimè à proximis & à remotis exornando conſilium pro hac parte à clariſſimo Iuriſconſ. alio fuerit ſcriptum & reſponſum, ego tamen à proximioribus huius rei non digrediens, breuiter ipſam (ni fallor) veritatem oſtendam, prout etiam ab alio primo Conſulente explicata eſt.

Primò, veritas hæc euidens eſt ex lectura gloſſ. & Doctor. tam antiquiorum quàm modernorum paſſim & communiter allegantium & intelligentium, emphyteuſim conceſſam in tertiam generationem cenſeri, per §. emphyteuſim. hunc ſolum. §. emphyteuſim. allegando & citando in authen. de non alienand. aut permutand. vbi hæc clauſula (in tertiam generationem) manifeſtatur & explicatur in ipſo textu. dicti §. emphyteuſim. quòd emphyteuſis ipſa fiat in perſona accipientis, & in perſonis filiorum & nepotum, & conſequenter manifeſta eſt prima generatio in primo accipiente, ſecunda in filio & tertia in nepote, allegatio hæc habetur per Azo. in ſumma. dictę authent. de non alienand. aut permutand. verſicu. ſecunda exceptio. ibi. vſque in tertiam generationem &c. & ibi. fit ergo hæc emphyteuſis in perſona accipientis & duorum ſuorum hæredum tantum &cęt. & per gloſſ. in verſicu. & in perpetuum. in fin. in
§. alienationis. in dicta authen. de non alienan. aut
4 permutan. & ibi expreſſè Barto. in fin. notat † hæc
verba (in tertiam generationem) appellari, quando quis accipit emphyteuſim pro ſe & ſuis filijs & nepotibus, patere dicit ex eo quòd allegat. §. emphyteuſim. vſque ad tertiam generationem, quòd intelligatur vſque ad nepotes, ita quòd nepotes ſint tertia generatio, & in eorum perſonis finitur, hæc ibi Barto. & per gloſſa. in verb. auferre. in §. adeò. inſtitu. de loca. & per Anto. de Butri. dum allega. dicto §. emphyteuſim. in capitulo in præſentia. ſub numero 13. & ibi per Abb. numero 28. per Feli. columna duodecima. ſub numero 27. de probat. & per gloſſ. prima. in capitulo ea enim. §. perpetua. decima quæſtio. ſecunda. & per Paul. de Caſtr. numero 3. in l. etiam. in principio. ſoluto matrimonio. & per Calder. in conſilio vltimo. in titulo de verborum ſignificationib. & per Bald. in authent. defuncto. in nota. C. ad Tertullia. dicentem hanc interpretationem huius clauſ. in tertiam generationem, in emphyteuſi eccleſiaſtica, vt contineat ſolum recipientem, filium & nepotem, eſſe interpretationem legis, per dictũ §. emphyteuſim. & per eundem Bald. in l. ſecunda. numero 6. C. de iure emphyteu. dicentem pactum vſque in tertiam generationem incipere à prima, à qua de neceſſitate incipit, & ſic computata prima perſona ſunt tres generationes, allegando dicto §. emphyteuſim. & ibi per Salycet. columna octaua. nume. 30. & per Iaſo. numero 166. quando non ſit dictio ipſius, & per Socin. conſilio vigeſimoquinto. columna tertia. libro primo. & per Dida. Conar. libro ſecundo. capitulo decimoſeptimo. nume. 5. vari. reſolu. vbi ſæpe ad iſtam clauſulam (vſque in tertiam generationem) allegat dict. §. emphyteuſim. Qui text. ideo cum exprimat tres perſonas quibus dari poſſit emphyteuſis patrem recipientem, filium & nepotem, ſic ergo tres generationes intelligi debent, cum recipiente & filio & ne-
5 pote, intelligendo † gloſſ. & Doctor. ſecundum
legem quam allegant. Barto. in l. non ſolum. §. liberationis. de liber. lega. Grama. vot. 11. columna penult. nume. 11.

Secundò hanc prædictam concluſionem corroborando, inſpiciendum eſt, quòd iſte primus recipiens pro ſe filijs & nepotibus, non abſolutè ponitur, ſed relatiuè, & duplici relatione, vna ad filios,
6 vt pater, altera, vt auus ad nepotes, prout † hæc no-
mina pater ad filios, auus ad nepotes adinuicem & econuerſo ſunt correlatiua, vt per l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & not. in authen. defuncto. C. ad Tertullia. declarat Salycet. in d. l. 2. in quæſtio. 21. nume. 32. C. de iure emphyteu. ergo ſic perſona non abſolutè ſed relatiuè poſita facit gradum, vt ex dicto Iacob. Butri. notat & probat Bald. in cap. 1. verſicu. item nota. de nat. ſucceſ. feu. & conſequenter dictus primus recipiens facit primum gradum & primam generationem, cum pro
7 † eodẽ ſignificato gradum & generationem Doct.
ponant in l. quod dicitur. de verb. oblig. & Bald. in d. auth. ſi quas. nu. 3. & in tex. in c. ad ſedem. & in c. parentelæ. 35. q. 5. ita cõuenit propoſitæ materiæ ꝙ gradus accipiatur includẽdo recipientẽ, ſeu primã perſonam

8 personam in numero graduum, sicut † vnum non
est numerus, sed principium numeri & includitur
in numero. Barto.in l.non ideo.C.de hæredi.insti.
& allegando dictum §. emphyteusim. in terminis
probat idem Bald. in capitulo primo. §.& quia vi-
dimus. ad fin. de his qui feud. da. pos. Nam aliàs
ex veritate ipsa Euangelij Matth. capitulo primo.
habetur, quòd primus generans ponitur in pri-
ma generatione, vt ibi enumerando quatuorde-
cim generationes ab Abraam vsque ad Dauid,
Abraam sanè primus generans ponitur in prima
generatione, Isaach in secunda, idem gradatim de
singulis ibi nominatis & generatis vsque ad Dauid
existentẽ in decimaquarta generatione. facit quòd
per tales notas adiectas distinguitur genitor ab eo
qui genitus sit, dicit tex.in l.in suis. versic.1.de lib.
& posthum.

Tertiò, emphyteusis renouata & concessa alicui
recipienti pro se, filijs & nepotibus vsque in eius
tertiam generationem tantum, sic data statim in-
telligitur vt continuò permaneat in prima, secun-
da & tertia generatione recipientis, donec sic du-
rant, argumen.l.peto.§.fratre. de lega.2.& per tex.
in dicto §.emphyteusim.ne autem interim dum vi-
uit primus recipiens emphyteusis ipsa stet extra ge-
nerationes prescriptas in suspenso, vt actus homi-
9 num † stare nequeunt. l.fin.in fin.ff.com.præd.ne-
cesse est dicere quòd viuente patre receptore stet
emphyteusis penes eum, vt in prima generatione
plurium emphyteutarum vnius post alterum con-
stitutorum & vocatorum, sicut dicitur de pluribus
gradibus hæredum institutorum & substitutorum,
per l. si pluribus. de lega.3. necessarium esse hære-
ditatem aditam esse penes ipsos hæredes, & pri-
mos, & secundos, & cæteros gradatim, prout di-
spositum est per testatorem, vt l.1. de vulga. & pu-
pilla. & l.1.§. finautem aliquid sub conditione. de
caduc.tollend.cum simil.vt qui primo loco sit scri-
10 ptus † & vocatus dicatur primo gradu scriptus, per
text.in l.2.§.primo autem gradu. ff. de bon.posses.
11 secundum tabu. quia † ordine successiuo dicuntur
habere emphyteusim, primò pater recipiens, dein-
de filij, postremò nepotes, vt probat Salyce.in d.l.
2.in decimaseptima quæstio.nume.26.& ibi sequi-
tur Iaso. nume.186. Pro quo adduco text. in l. li-
berorum.§.primo. ff.de verborum significatio.vbi
quoties noluerit quis præstari aliquid omnibus
post se venientibus, necessaria est tunc expressio
singularium qui sunt vocati & nominati, vt pro
se filijs & nepotibus, ergo non veniunt pronepotes
per d.text.

Quartò, deducẽdo rem extra difficultates Doct.
tenentium contrarium, & ad diuersam speciem,
probatur in casu isto necessaria & inconuincibili
ratione, patrem primum recipientem facere pri-
mam generationem, & esse in computatione ad
tertiam generationem ascriptam emphyteusi re-
nouatæ. Quoniam adest clausula, per directam
lineam ex eo descendentibus. Oportet ergo inci-
pere à principio lineæ vt deueniatur ad eius finem
facientem dictam tertiam generationem pro ip-
12 sius emphyteusis fine, † nam cuiusque rei potissi-
ma pars est principium.l.1. de origine iuris. prin-
cipium autem & origo semper debet inspici & at-
tendi.l. qui id quod. ff. de dona. l.tutor.ff.de fide-
iusso.& l.si procuratorem. in princip.ff.mand.pro-
13 priè † in emphyteusi principium esse spectandum,
& primum emphyteutam vti entis radicem & ori-
ginem, comprobat Iaso. consilio trigesimonono.
columna quarta. versicu.quartò. libro tertio. Pri-
mus enim emphyteuta hic est pater recipiens, &
descensiuè ad filios & nepotes ad eius tertiam ge-
nerationem progrediendum est per eius lineam,
14 quæ † dicitur collectio personarum ab eodem sti-
pite descendentium, Ioan. Andre. in arb.consang.
& affini. inserta in decre.libro sexto. Bald.consilio
trecentesimotrigesimoquarto.in quæstione.colum
na penultima. versicu. secundò principaliter. libro
tertio. vbi subiungit quòd est gradus continens &
numeros distinguens, in eodem facto idem dicit
Salycet. inter consil. Ancharan.consilio nonagesi-
moquinto. in quæstione. columna penultima.ver-
sicu. ad primum. stipes à quo linea hæc incipit est
ipse pater recipiens, ostenditur ex eo quod dici-
15 tur, ex eo descendentibus, ob dictionem, ex, † quæ
designat causam proximam.l.1.C.si ser.exte.l.non
dubium. C. de legi. nota. in capitulo secundo. de
verborum significatio. cum simil. & eo quòd pa-
ter est caput lineæ. Bald. consilio trecentesimotri-
gesimonono. quæritur. libro tertio. & per l.fami-
liæ. ff. de verborum significatio. vbi in istis colle-
ctiuis appellatione eorum continetur principium
& caput, vt ibi post alios per Alci. & denotatur
continuatio quædam ab ipso disponente. Paris.
consilio vigesimosecundo.columna sexta.num.45.
libro tertio. Vnde cum descensus primæ, secundæ
& tertiæ generationis fieri debeat per directam li-
neam patris primi receptoris, cuius ipse caput &
principium est, ne caput dicatur abscisum ab ea,
consequens est & necessariò concludendum ip-
sum computari in dictis generationibus, ea etiam
necessitate demonstrata, quòd per totam suam li-
neam fieri debeat progressus & enumeratio ascri-
16 ptarum generationum, ob dictionem, per † quæ
totalitatem designat. l.vrbana familia.in fin.ff.eo-
dem. ita igitur pater primus recipiens facit pri-
mam generationem, filij secundam, nepotes ter-
tiam faciunt, extra quam proculdubio est prone-
pos, qui est in quarta generatione, prout esse de-
bet incipiendo generationem à proauo, per text.in
dicto capitulo cum ad sedem.vltra med.ibi. Quòd
si fratres numerantur in prima & cæt. & per text.
Euangel. Matth. cap.1. vbi in numeratione qua-
tuordecim generationum ab Abraam vsque ad Da
uid. Iudas pronepos Abraæ facit quartam genera-
tionem, vt sic primus non absolutè sed relatiuè po-
situs facit primum gradum, secundum Bald. iam
alleg. in capitulo primo. de nat.succes.feu.

Itaque cessant allegata in contrarium, quia lo-
17 quuntur in successionibus legalibus, † vt videre

est ex l.iurisconsi.in princi.ff.de gradi.nos sumus in
successione ex prima inuestitura quæ diuersa est à
successione legali,ut cap.1. in princip. de successio.
sra. & capitulo primo. in principio. de consu. rec.
feud. in vsu. feud. & in ea primus recipiens poni-
tur in prima generatione. dicto §. emphiteusim.
cum superius alleg. & nos sumus in casu vbi enu-
meratio generationum fieri debet per directam
lineam primi receptoris cuius ipse est caput,& con
sequenter faciens primam generationem, per pro-
xime allega. cuius expresio debet operari.l. non-
nunquam. de condition. & demonstrat. l. si quan-
do. de leg.1.cum simil.& Angel.in auth. de rest. fi-
deicom. non bene summit arg. ex illo tex. qui lo-
18 quitur in fideicõmissis † in quibus generatio prima
incipit a filio hærede, quia primò ipse est vocatus,
& non incipit a patre testatore, quia ipse absolutè
ponitur,ideo non facit gradum,secus si relatiuè.se-
cundum Bald. in dicto cap.1. de natu. success. feu.
& prout firmat Bello.in consil.lxxx.sub num.7.pro
quo adduco quod dicit Bald.in l. Gallus.§.1.in 6.
19 not. de liber. & posth. ꝙ in substitutione † vnicum
verbum relatum ad filium facit primum gradum,
& relatum ad nepotem facit secundum gradum. &
tex. in cap. statutum. el secundo, de hæretic. in 6.
in casu speciali loquitur, ideo non trahitur ad alia
&c.vt in terminis respondit Paul.de Cast.in consi.
cccxvj.colum.fin. libro 2. facit quod dicit Bald. in
l.ij.ad fi.versic. item quia illa. C. de success. edi.ꝙ
computatio graduum de iure canonico, in casu spe
ciali scilicet matrimonij inducta est, vnde in alijs
generali reg.& generali iuri standum est.l.cum præ
tor.ff. de iudi.

Item fragilis & vana est (pace tantorum doct.)
illa ratio,ꝙ vbi sit pronomen,in suam, vel eius, vel
ipsius tertiam generationem,pronepos est in tertia
generatione, & primus recipiens non potest esse in
prima, quia nemo generat se ipsum, huius rationis
20 vanitas ex se ipsa patet, † quia stat in tractu calami
notarij addere vel scribere illud pronomen, suam,
vel eius,vel ipsius,vel non scribere,& sic ita ex leui
includere vel non includere pronepotem.vnde idẽ
dicendum est eo pronomine non apposito,ꝙ intel-
ligitur de tertia generatione sua vel ipsius primi re
cipientis & non alterius,vt in alia q. dicit Salyc. in
l.ij.colum. fin.versic. aliqui dicunt aut concedens,
21 de iure emph. ergo † expresio eius quod tacitè in-
est nihil operatur.l.iij. & ibi doct. de leg.1. cum si-
mil. Quando autem appositum reperitur à nota-
rio, id factum dicitur potius ad demonstrationem
quàm ad ampliationem, maximè sine dictione,&,
ita ꝙ etiam non includitur pronepos,vt in terminis
probat Pau.de Cast.in consi.338.ad primum quæ-
situm.lib.2.pro quo facit quod dicit Saly. in d.l.2.
colum.8.in 19.quæst. num.28. ꝙ quando notarius
apponit, talis accepit emphiteusim pro se & filijs
suis,non facit ad differentiam faciendam inter exi-
stentes in potestate vel non, sed vt demonstret de
cuius filijs dicit,& ꝙ ita se habet communis vsus lo
quendi, vt ibi per eum, & qnando id exprimitur,
22 † quod subintelligitur, fit causa maioris certitudi-
nis,dicit Card.in clem.1.§.1.in 1.not.de pæn.pro-
23 ut † verba censentur apposita potius ad demonstra
tionem quàm ad aliam dispositionem, post Bar.tra
dit Ias. in l.centurio. columna 26. de vulga.& pu-
pil. Fel.in. cap.super literis. columna tertia de re-
script. Aym.consil.214.nu.6. & seq.& alibi.

Et si nemo se ipsum generat. Tamen in his ter-
minis emphiteuticis primus stipulans vsque in ter-
tiam generationem non egredientem nepotem,
per alleg. supra in primo fundamento, ponitur in
24 prima generatione, quia verbum, † generatio, est
nomen verbale habens significationem actiuam &
pasiuam,Paul. de Cast. in consilio 316. suprascri-
ptus Dominus. sub num.2.libro secundo. vt cæte-
ra verbalia nomina, adducit glos. fin. in principio
in l.2.ff. de duo. re. & clarius explicat Corn. con-
silio 219.columna tertia. versicu.nec obst.siquis, li
bro secundo,prouenit ex eo, quia ponitur relatiuè
ad sequentes,vt per Bald. in præalleg. capitulo pri
mo.de natu.success. feud.vt etiam in pręalleg.euan
gel. Math. Abraam primus generans facit primam
generationem relatiuè positus ad sequentes gene-
ratos vsque ad Dauid, omnes itaque generationes
ab Abraam vsque ad Dauid,generationes quatuor
decim,verba propria hæc sunt ipsius Euãgelij.Quæ
vtique cum vera sint ipsius veritatis spiritu nempè
prolata, ita in specie proposita stipulantem vsque
in eius tertiam generationem facere primam gene
rationem, filios secundam,& nepotes tertiam. pu-
to hanc sententiam veram sicut euangelium,& pro
pterea ab ea in consulendo, & iudicando non esse
discedendum.

Pręterea considerandum est, quòd originaria,&
prima distinctio de pronomine, in suã,vel eius ter-
tiam generationem,vt contineatur pronepos, & ꝙ
sine tali pronomine non continetur,facta per Bart.
relata per Bald. in d. auth. si quas ruinas. & quam
putat veriorem Alexan.in dicta l.quod dicitur.co-
lumna vigesima, loquitur simpliciter quando em-
phiteusis conceditur alicui in eius tertiam genera-
tionem per clausulam principalem, quæ alio non
expresso posset pati talem distinctionem. Secus di-
cendum est quando principaliter quis recipit pro
se, filijs & nepotibus, quia sumus certi pro quibus
recepta sit emphiteusis. vnde tũc clausula, vsque in
eius tertiam generationem, subiungitur accessoriè
eo modo, vt dicit text.in l. si seruus.§.inquit lex.ff.
ad l.Aqui.quòd non est nouum,vt quibusdam spe-
cialiter enumeratis generale verbum subijciatur
quo specialia complectantur, quæ sententia vera
est,inquit ille text.Ideo hæc clausula accessoriè sub
iecta & posita non complectitur nisi tres enumera-
tos, recipientem, filios & nepotes, & sic quòd ne-
potes vltimò enumerati faciant tertiam generatio
nem,per generalem doctr. sumptam ex dicto text.
in dict.§. inquit lex. & in clem.1.in fin. de preben.
approb. in locis pluribus relatis per Felin. in cap.
25 licet. col.pe. nu.7. de off.ordi.ꝙ clausula † accesso-
ria posita ad firmandum & conualidandũ principa
lem

lem dispositionem latius etiam loquens non ampliat, neque alterat principalem ipsam dispositionem, sed tantum præcedentia compræhendit, & per plures auctor. probat Dec. consilio 195. colum. penult. versicu. secundò diligenter, & consilio 305. ad fin. & consilio 500. colum. 3. nume. 9. & Aymo consilio 25. nume. 3. & consi. 231. sub nume. 9. & alibi per Docto. & facit text. in l. cum de lanionis. §. si cui fundum. de fund. instrum.

Etenim vltra compræhensionem præcedentium hæc clausula (vsque in eius tertiam generationem) habet alium mirabilem effectum, & importantem,
26 quoniam † sine ea regulariter in emphyteusi cessat ius accrescendi, vt per Barto. & alios in l. si mihi & Titio. de verborum obligatio. & Deci. consi. 326. sub nume. 1. sed ea apposita importat quòd statim emphyteusis in persona vnius finita videatur renouata in persona alterius, Barto. in d. l. si mihi & Titio. columna fina. versicu. præterea ista verba, & ibi probat Aret. in colum. 3. & sequen. sub versicu. tertiò adde. & Salyc. in d. l. 2. sub 23, quæstio. versic. attende, ista ratio. & Bart. consilio 58. ex themate. sub nume. 3. & Ruin. consil. 169. nume. 2. & sequen.
27 libro primo. ergo † inducta ad hunc effectum non debet alium operari. l. alimentorum. ff. de assign. liber. l. cum qui. de vsucap. cap. 1. & ibi Gem. not. de iureiuran. in 6. & glo. fina. in l. fina. C. quando lice. ab empt. disce. cum simi. & non est sine effectu operandi, vt tenentes contrarium dicunt. Et donec supersunt nepotes penes eos debet permanere res emphyteutica excluso pronepote, vt etiam probat primus dominus Consulens. Cuius sententiæ in hac specie libentissimè subscribo. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Dolus non probatur ex solo mendacio alicuius, dicentis quem esse dominum equi & idoneum vt possit vendere, mendacio detecto, non tamen proficuo mentienti.

SVMMARIVM.

1 *Edictum prætoris de dolo quæ requirat.*
2 *Dolus non præsumitur ex solo mendacio, nisi mendacium redundet in lucrum mentientis.*
3 *Affirmari quid potest non verum sine dolo.*
4 *Dolum adesse posse vltra spem lucri in affirmante aliquid falso.*
5 *Affirmans aliquem esse idoneum habetur loco fideiussoris.*
6 *Actore non probante Reus debet absolui.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Perlectis scripturis ad me transmissis pro meo responso habendo, qualis esse debeat sententia Dominorum Iudicum iustè proferenda ad dirimendam litem motam per Paulum emptorem equi alieni sibi iure ablati à domino agentem de dolo contra Ioan. Bernardinum vel consulentem emptori ipsi & affirmantem venditorem equi esse dominum & idoneum domi suæ, quòd potest facere talem venditionem.

Secundum ea quæ proposita in dictis scripturis & probata fuere, puto equidem iustam esse sententiam hanc, quòd Ioan. Bernardinus absoluatur à petitione Pauli actoris. Quoniam hic adesse non perspiciuntur duo præcipuè inspecta in edicto præ-
1 toris † de dolo, Vnum, quod est lucrum committentis dolum. Alterum quod est damnum passi dolum, vt videre est ex text. in l. 1. in princ. ibi. Ne vel illi malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa, & in l. quod si cum scires. ibi. tui lucri gratia, & in l. cum quis persuaserit. ibi. si quid damni mihi accesserit, & in l. itaque. §. primo. ibi. quia non debet lucrari ex alio dāno. ff. de dolo. Nullum enim commodum Ioan. Bernardini apparet ex tali negociatione equi per alium vēditi habitum & consecutum. ideo quatenus mendacium protulerit, in eo quòd dixerit equum esse illius venditoris, & hunc esse idoneum domi suæ, vt possit facere venditionem, attēdendo examen vltimi testis hęc deponentis in conformitate examinis primi testis, cui soli plura alia dicenti credi nō debet per iura vulg.
2 non tenetur de dolo, quia † ex solo mendacio non præsumitur dolus nisi mendacium redundet in lucrum mentientis, per text. in l. & eleganter. §. fina. cum l. sequen. ff. eodem. & ibi firmat Bart. & Alex. in l. dolum. nume. 3. C. eodem. & Ruin. consil. 42. nume. 18. libro secundo. & Felin. in cap. si autem. columna prima. ad fin. versicu. & affirmans. de rescript. etiam in affirmante pro certo tenet non pręsumi dolum quando ei non apparet tale mendacium esse proficuum, potest enim quid † affirmari
3 non verum sine dolo, per glo. in versicu. indicationem. in l. Iulianus. in princ. in fin. ff. de actio. emp. quam ibi Barto. & communiter omnes sequi attestantur. Alexand. & Felin. in locis modo alleg. vltra alleg. per Excellent. Do. Consulentem pro reo conuento. allegantem & ad idem Benue. Ancon. de Mercatu. in rubr. de decoctor. in 2. par. num. 34. ibidem id dicentem, per text. expres. in d. l. & eleganter. §. fina. & in l. sequent. Hæc autem remouent responsionem Excellent. D. Consulentis pro Actore, dicentis quòd in actione de dolo non desideratur affectus lucri, sed sufficit apparere de dolo & animo decipiendi. Quia per leges supra alleg. apparet dolum esse qui affert lucrum committenti

& maximè mendaci, qui ex solo mendacio nō con
uincitur de dolo sibi non proficuo, quare aliàs glo.
in d.l. quod si cum scires. dicit benè in actione de
dolo non semper affectum lucri desiderari, sed in
casu mendacij de aliquo idoneo qui non sit appa-
ret dolus ex gratia lucri per l. seruus tuus. ff. eod. ꝗ
tamen vterque interuenit, & dolus, & animus lucri,
dicit ibi glo. quasi hæc in mēdace ostendant ipsum
dolum. Vnde alij text. alleg. in d.l. seruus tuus. §.
1. & in l. si quis vxori. §. seruus qui se liberum. & in
l. falsus. §. si quis. ff. de furt. & in l. quicunque. §. sed,
& cum fullo. ff. de insti. loquuntur in specie commo
4 di & facti proprij asserētis. Verum est † in affirman
te aliquid falsò dolùm posse adesse vltra spem lu-
cri, vt probat text. in l. si quis affirmauerit. §. 1. ibi. si
callidè hoc fecerit. ff. de dolo, vt ponderat Felin. in
d.c. si autem. in princ. col. 2. in princ. Sed dolus iste
probari debet ex perspicuis indiciis. l. dolum. & ibi
glo. & doct. C. de dolo, & l. quoties. ff. de probatio,
Quem quidem vltra dictam asseuerationem etiam
mendacem Io. Bernardini non video contra eum
probatum ex aliquibus astutiis, versutiis & malitiis
inductis ad decipiendum ipsum Paulum, quæ ideo
aliquæ probatæ non sunt in processu. In quo potius
apparet interuētu & opera D. Federici fuisse cōclu
sum cōtractū venditionis equi factæ eidē Paulo. cō
prehensu autem difficile atque incredibile est, Pau
lū in foro publico sui domicilij ementem equum à
persona suspecta fuisse secutum solam affirmatio-
nem & approbationem Io. Ber. vestitu & visu cum
baculo bubulci se villicum ostendentis etiam frigi
dè affirmantis, credendo examini vltimi testis, &
non primi plura dicentis, de quibus ei soli iura vul.
credi prohibent. Cùm & eiusdem Io. Ber. nomen
esset ignotum tunc in loco ipso, vt ex examine te-
5 stium colligitur. De affirmante † aliquem esse ido-
neum habendo loco fideiussoris per l. cum osten-
dimus. §. fin. ff. de fideius. & hæred. tut. non facit ad
rem nostram. quia illud procedit quando interue-
nit scriptura per quā stipulatio requisita ad fideius-
soriam obligationem per l. blanditus. C. de fideius.
& alia præsumuntur soleniniter acta, ita intelligit
Bal. in l. 2. §. voluntatem. circa med. ver. & prædicta
faciunt. solut. matr. intelliginr etiam in deputatis
& electis ad approbandos fideiussores secundùm
Fulg. Alexan. & Ias. in l. si vero. §. 1. circa princ. qui
satisd. cog. & fauore pupilli secundùm Rom. in con
silio 311. colnm. 2. ver. istud autem. & hæc suffi-
cerent pro ostendenda iustitia dictæ sententiæ ab-
solutoriæ.

Cæterùm deest & alterum præmissum in actio-
ne de dolo: quia non probatur de aliquo damno
Pauli exinde secuto, licet sibi fuerit allatus equus,
non tamen amisit pretium, quod certum & in par-
te aliqua ex dictis scripturis probatoriis per eum
non apparet fuisse solutum, neque de damnis vel
interesse saltem excedentibus quantitatem duo-
rum aureorum, vt requiritur pro danda actione de
dolo per l. si oleum. §. fina. & l. sequen. ff. de do-
lo. In summa omissis aliis tactis in consil. excellen-
tiss. dominorum Consulentium vtriusque partis vel
6 non necessariis, sumus in regula. actore † non pro-
bante ea quæ in sua petitione asseuerauit & propo-
suit reus debet absolui. vulg. l. qui accusare. C. de
eden. & l. actor. C. de prob. Bal. in cons. 340. statu-
to. in fi. lib. 1. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XC.

ARGVMENTVM.

Conditio substitutioni ascripta (si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus) deficit mortuo grauato cum filia, & vt supra consi. xxxj.

SVMMARIVM.

1. *Testatoris voluntas censetur eadem, & se conformare cum dispositione iuris municipalis & communis.*
2. *Neptes, quibus ab auo nihil est relictum, succedunt in hæreditate patris etiam habita ab auo, in qua magis prædilecta sunt quàm cohæredes patris & substituti.*
3. *Fideicommissarius non principaliter sed per obliquum, & per successionem filij grauati succedit testatori, & non habet eandem vim qualem haberet si directè succederet.*
4. *Filius positus in conditione, siue filia, præfertur substituto in portione grauati.*
5. *Persona quæ successura sit ab intestato excludit substitutum, de qua persona intelligatur.*
6. *Proximitas attenditur respectu grauati.*
7. *Extensio de persona ad personam non fit, etiam ex verisimili mente testatoris.*
8. *Extensio nunquam fit de persona ad personam in dispositionibus factis per nomina propria.*
9. *Conditionem indifferenter cessare faciunt tam masculus quàm fœmina.*
10. *Conditio importat prælationem personarum secundū ordinem charitatis naturalis, non sic est dispositio, vbi non cadit comparatio personarum.*
11. *Filiorum appellatione à testatore facta contineri omnes liberos, ex Bar.*
12. *Parentum commune votum est relinquere bona filijs.*
13. *Liberorum appellatione continentur etiam fœminæ.*
14. *Expressum vbi sequitur tacitum videtur expressum.*
15. *Fideicommissi onere liberatus potest facere de bonis sibi relictis quicquid vult.*
16. *Conditionem (si decesserit sine filijs) esse appositam fauore tam filiorum quàm patris grauati, vt eis sit magis prouisum.*

27 *Testatoris voluntas multum attenditur & viget in conditione.*

28 *Conditio filiorum positorum in conditione de iure intelligitur de masculis & fœminis.*

29 *Testator id velle præsumitur quod ius disponit.*

20 *Filiorum vocabulo iuris interpretatione continentur masculi & fœmina.*

21 *Expreßio testatoris in dispositione de masculis solis facit cessare in conditione expositionem de masculis tantum, ita quòd intelligi poßit & debeat de masculis & fœminis.*

22 *Expressum facit cessare tacitum & præsumptum in eo quod testator expreßit, in alio omisso remanet in dispositione & declaratione iuris.*

23 *Testator si in parte testamenti fecerit mentionem de filijs masculis, & in alia de filijs simpliciter, an in hac intelligatur etiam de masculis. & nume. 24.*

25 *Verbi (liberis) amplitudo, non capit solam restrictionem verbi, masculis.*

26 *Masculinitatis qualitas adiecta excludit fœminas.*

27 *Testator quod non dixit, noluit.*

28 *Testator quid senserit facilè est apparere ex verborum contextu.*

29 *Agnationis conseruandæ ratio coniecturata per testatorem tam excludendo, quàm includendo, solum militat in casibus & personis expreßis in testamento.*

30 *Fideicommissum vt inducatur, coniectura debent esse probabiles, necessaria & concludentes, & non ex capite nostro imaginata.*

31 *Filiabus non dotatis à patre, ipso mortuo, eius bona debent aßignari pro earum dote.*

32 *Interpretatio fit in dubio contra fideicommissum.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

MEmini pluries respondisse in proposito iuris articulo substitutionis factæ filijs masculis vniuersalibus à patre hæredibus institutis & substitutis hoc modo. Si quis dictorũ filiorum decesserit sine filijs legitimis & naturalibus.&c. per mortẽ alicuius eorũ cũ filia conditionem huiusmodi substitutionis ad eius portionem hæreditariam defecisse. Et quia in hac causa cum pluribus alijs insignium Iuriscon. similibus consilijs meum etiam exhibetur consilium in simili specie redditum, pro iuribus, rationibus & auctoritatibus habendis, quibus motus sum & nũc moueor ad ita tenendum, ne cantilenã videar eandem canere, me ad consilium hoc remitto. Veruntamen adhuc excogitãs pro eiusdem sententiæ confirmatione duxi pauca hæc addenda esse. Primò in hanc partem contra substitutum pro nepte magis inclinãt allegationes adductæ nouissimè per Port. Imo. in tract. com. opin. cõclu. 4. lib. 2. & per Gabri. Rom. (qui contendit istas esse suas alleg.) lib. 4. tit. de substitu. conclu. 2. & per Marzar. Vicen. in tract. materiæ fideicommis. in 2. par. versic. vigesimoprimò. eo maximè ꝙ in casu de quo agitur nulla municipalis lex præsupponitur extare, quæ patruos, vt
sunt substituti, vocando, filiam excludat ab hęreditate patris, & exclusio ab vniuersali successione per testatorem facta est de filiabus certis nominatis, & institutio hæredum vniuersalis, & substitutio fideicommissaria non se extendit vltra certos filios no-
1 minatos & eorum filios masculos. Vnde † voluntas
testatoris censetur eadem & se cõformare cum dispositione iuris & municipalis & communis. Barto. & alij tradunt in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebellia. & Corne. consil. 298. colum. 3. versic. testator enim, lib. 4. vbi in specie tradit testatorẽ substituendo post mortem plurium censeri inter ipsos reseruare ius succedendi ab intestato, & se conformare cum dispositione iuris communis vel municipalis prout viget. Idem consi. 124. col. 5. ver. quia censetur. lib. 2. & Barb. consi. 10. col. 1. lib. 1. & Ias. consi. 84. col. 1. & seq. lib. 1. & consi. 215. col. pen. &
2 fin. lib. 2. ex quo fit, quòd † neptes quibus ab auo
nihil est relictum succedunt in hæreditare patris & habita ab auo, in qua magis prædilectæ sunt quàm cohæredes patris & substituti. per l. cum auus. & ibi latè Soci. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. & ibi Bal. de fideicom. plenè probat Corn. cons. 202. & consi. 230. lib. 3. & si per fideicommissum dicatur succedi testatori. l. cohæredes. §. cum filiæ. de vulg. & pupi. Alex. consi. 15. lib. 4. cui forsan ex decreto ducali succedunt ab intestato patrui exclusis nepribus patre prædefuncto. Tamen de hoc decreto publicato de anno 1548. nõ potuit sentire & cogitare testator iste suum condens testamentũ prius de anno 1542. vt in specie respondit Corn. consil.
3 83. lib. 1. & quia † fideicommissarius non principa
liter, sed per obliquum & per successionem filij grauati succedit testatori, ideo non habet eandem vim qualem haberet si directò succederet. arg. text. in l. fi. in prin. de leg. 3. facit quod tradit Bart. in l. pen. ad fi. C. de impub. & largè loquendo dicitur succedi grauato. Corn. consil. 101. colum fin. lib. 4. & facit. l. qui Titij. ff. de his quib. vt indign. & quia filius
4 † positus in conditione præfertur substituto in por-
tione grauati, siue filius siue filia, per text. in l. Lucius. ff. de hęred. inst. sentit expressè Corn. cons. 22. col. 6. ver. dilectio enim debet. libr. 2. & clarius per Soci. consi. 55. lib. 3. & Rui. consi. 144. col. 6. nu. 15. lib. 2. & consi. 141. col. 3. nu. 8. libr. 3. nam persona,
5 quæ successura sit ab intestato † excludit substitutũ,
consideratur, nõ quæ successura ab intestato ipsi testatori, sed illi cui facta est substitutio, vt per Corn. consi. 159. col. 7. sub versi. facit optimè. lib. 4. & per Ias. loquentem de filia succedente ab intestato patri. in cons. 41. col. 7. lib. 1. & consi. 143. col. 3. lib. 2. & Soci. consil. 73. colum. 4. lib. 4. & Paris. consil. 44. col. pen. nu. 39. libr. 2. & Cur. Iun. consi. 125. vbi in fi. dicit quia fideicommissarius dicitur succedere te
6 statori mediatè, ideo proximitas † attenditur re-
spectu grauati, & Aymo consilio 109. colum. 2. nume. 3. & plenè in terminis Rui. consi. 124. col. 2. & sequen. & consilio 133. colum. 3. libro 3. cum alijs allega. suprà & Bero. consilio 119. nume. 12. & præceden. libro secundo, vbi latè in terminis.

Vnde & exclusin nominatim facta per testatorem de filiabus dotatis & infstitutis in certis quantitatibus ab vniuersali successione in institutione & substitutione cōcessa filijs masculis nominatim & eorum filijs masculis non debet extendi ad neptes vt excludantur à successione obuenta eatum patri, expressè ex sententia Baldi, si excludatur filia non ex cluditur neptis dicit Socin. consilio 30. columna 7. ad prin. libro 1. idē Bald. dicit in l. 2. ad fin. C. de in ius vocan. quòd si excludatur filia, neptis ex filiò non excluditur, quia repręsentat personam patris qui succedit, & ibi Iaso. colum. 3. Sequitur, quando prius auus decessit, & postea filius appræhensa hæ-
7 reditate paterna, etiam † ex verisimili mente testatoris nō fit talis extensio de persona ad personam, Deci. consilio 211. colum. 3. nume. 5. & latius cons. 287. colum. 4. & consilio 451. num. 8. & consi. 461. nume. 2. consilio 569. nume. 1. & alibi Anto. Rub. Alexan. consilio 94. in fin. & consil. 31. nume. 5. & in simili specie latè Ias. consi. 220. colum. 3. versic. imprimis ergo. & consilio 228. col. 2. lib. 2. Aymo. consilio 98. colum. penult. nume. 13. Tiraquel. in l. si vnquam. versicu. libertis. nume. 28. & sequentib. Marsil. singu. 499. quibus addo Barto. in l. omnes populi. colum. antepenult. sub versicu. item quæro.
8 nume. 63. de iusti. & iu. dicentem in omnibus † dispositionibus factis per nomina propria nunquam fieri extensionem ad alias personas, & Bald. in l. si quis. §. certum. ad fin. in secunda lect. C. de secund. nupt. quod maximè verum est in dispositione hominis dicit Aret. in l. si quis hæres. §. si exclusus. ff. de acquirend. hæredita. Cessante igitur extensione exclusionis nominatarū filiarum exclusarum, etiā eadem ratione ex verisimili mente testatoris ad exclusionem neptum nihil videtur esse impedimenti quin compræhensæ in conditione patri ascripta, si decesserit sine filijs, per commu. opi. Doct. relatam à Dec. consilio 570. dictam conditionem deficere faciant per l. filiusfam. §. cum quis. de lega. 1. & l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellia. & l. 1. C. de condi. inser. & suo patri succedere debeant per not. in d. l. cum acutissimi. cum vulga. quia facere con-
9 ditionem deficere † est materia indifferens masculo & fœminæ, de masculo est text. in l. pater Seuerinam. §. 1. de conditio. & demonstrat. dum loquitur de filio in numero singulari qui non continet nisi masculum. l. Herennius. de verborum significa. & de fœmina est text. in l. hæredibus. in fi. ad Trebellia. & prout ad l. si viua matre. de bo. mater. adducit plures limitationes Porti. Imo. de com. cōclu. libro 3. conclu. 40.

Secundò probatur hanc adiectionem, sine filijs, intelligendam esse tam de masculis quàm de fœminis, vt in ampliorem & latiorem interpretationem fauorabilem ipsis filijs & grauato decedenti, hoc est, quia positi sunt in conditione etiam sub nomine filiorum, exponitur per Iurisconsul. sine liberis, ex larga significatione vocabuli, & ex prudenti consilio defuncti & mente vt præferantur substitutis, per text. in d. l. Lucius. la secunda. ita

10 conditio † importat prælationem personarum secundum ordinem charitatis naturalis, non sic est dispositio vbi non cadit comparatio personarum, vt in specie probat Bald. consi. 13. punctus talis est. libro 3. nam per d. l. Lucius. appellatione filiorum
11 † à testatore facta contineri omnes liberos dicit Bart. in l. liberorum. colum. 3. de verborum oblig. & Bald. consil. 303. ad euidentiam. libro 2. & cons. 413. viso testamento. libro quarto. vbi dicit idem esse dicere, sine filijs & sine liberis, & Phi. Franc. in cap. 1. colum. 28. versicu. quintò. de testa. in 6. & hoc maximè verum est quādo mentio filiorum per testatorem fit conditionaliter & non dispositiuè,
* secundum Bal. Ang. Imo. & communiter Moder. in l. Gallus. §. instituens. de liber. & posthum. refert Soci. consil. 73. colum. 6. versicu. quartò loco. lib. 4. vt latior sit fauor filiorum positorum in conditione sub vocabulo latiori liberorum, filiorum enim causa dicitur apposita conditio vt habeant, dicit glos. in versicu. extiterint. in d. l. filiusfam. §. cum quis. & satis dicitur eorum fauor, quia potest eis pater grauatus relinquere bona, si vult, vt verisimi-
12 le est † secundum communem votum parentum, vt per Capr. consilio 2. columna 8. versic. nec obstat si dicatur. & Corn. consilio 180. colum. 5. versicu. nec obstat quòd conditio. libro 4. & Imo. in d. §. cum quis. cognosciturque relaxatio quędam fauorabilis ex text. in d. l. pater Seuerinam. §. 1. de conditio. & demonstratio. ibi. Conditio deficit ex voluntate vel vno filio superstite, & ex text. in d. l. hæredibus. §. fina. ff. ad Trebellia. vbi etiam filia, qualem potuit habere grauatus, etiam de facto conditionem facit deficere. Quamobrē expositio hæc latior, sine filijs, id est sine liberis, demonstrat etiā per filias defectam esse dictam conditionem, quia
13 appellatione † liberorum continentur etiam fœminæ. l. cognoscere. §. liberorum. de verborum signif. in specie tradit Deci. consilio 567. nume. 3. & seq. & dum latiori vocabulo dictum sit, si decesserit sine filijs quibuscunque, intelligi etiam de fœminis probat idem Deci. consilio 599. & tale latum vocabulum liberorum in conditione positum, siue sit expressum, siue tacitum, & exponendum sit (vt modo dictum est) idem iuris est, & idem iudicium, maximè in vltimis voluntatib. per l. inter vestem. de auro & argento legato. & l. in conditionibus. de conditio. & demonstratio. firmat Barto. in l. cum quid. columna secunda. nume. 9. si certum petatur. & in l. quicquid astringendæ. in princip. colum. 11 de verborum obligatio. & Curt. Iun. consilio 73. columna quinta. nume. 15. Bald. in l. testamento.
14 ff. de testa. tu. & vbi † expressum sequitur tacitum videtur expressum, idem Bald. in l. fina. columna secunda. in decima oppo. numero 10. C. de hæred. institu. Sed & magis euidens fauor est filij hæredis grauati, vt conditio, si sine filijs, apposita grauamini largius deficiat liberis masculini & fœmini-
15 ni sexus superstitibus, eo quòd liberatus † onere fideicommissi possit facere de bonis sibi relictis quicquid velit, Bald. consilio 316. verba testamenti.

stamenti.sub nume.2.lib.2.Bart.in l.si cum dotem. in princ.nume.10.solu.matr.& consi.130.nume.1. Alex.consi.66.col.pen.in princ.sub nume.8.lib.2.
16 conditionem enim si decesserit sine filijs, † esse appositam fauore tam filiorum quàm patris grauati, vt eis sit magis prouisum, clarè probanur per tex.in l.generaliter.C.de instit.& substi. ibi.tam patribus quàm liberis gratia,& ibi. humanitatis intuitu hoc & latius & pinguius interpretãdum &c.appositam in fauorem liberorum vt excludãt substitutos, expresse etiam dicit Pau.de Castr.consi.410. viso facto.ad fi.libr.1. Cuius quidem præmissæ plenioris prouisionis omnibus liberis factæ ratione & vigore sub vocabulo filiorum continentur masculi & fœminæ, per tex.in l.Herennius.& ibi Alci.de verbo.signi. qui loquitur de filijs positis in dispositione, eo magis idem est dicendum de filijs positis in conditione per supra proximè alleg. ex interpretatione habita à d.l.Lucius, per Bart. in d.l.liberorũ. col.3.& Bald.in d.consi.13.lib.3.& d.consi.414.&
17 in d.§.instituens.In conditione enim multum † attenditur & viget voluntas testatoris. l.in conditionibus.& l.pater Seuerinam.§.1.ibi.ex voluntate, de condi.& demon.& de ea interpretationi factæ, per d.l. Lucius. cum alijs alleg. stari debet, per ea quæ tradit.Bald.in l.voluntatis.col.1.sub ver.vel latius. C.de fideicom.& in l.Meuius.in princip. in 2.not. de leg.2.& in l.pen.col.penul.versic.sed quomodo possumus.C.de impuber.& Socin. consi.23.col.7. versi.decimoseptimò.lib.1.& ista est cõcludens ratio hoc modo per aliquẽ(ꝙ viderim) amplius non adducta in hac frequenti materia.

Tertiò principali fundamento ostenditur fore standũ interpretationi iuris de filijs positis in con
18 ditione, † intelligi de masculis & fœminis.Deci.d. consi.570. cum alleg. supra,& qualis est hæc interpretatio legalis, talis præsumitur voluntas testato
19 ris, qui † id velle præsumitur quod ius disponit. l.si duo.ff.de acq.hæred.& ibi Bald.& in l.2.in fin. C. de condi.inser.& præcisa videtur hęc testatoris voluntas, ex eo ꝙ in casu proposito reiteratis vicibus expressit, si aliquis dictorum eius filiorum & cohęredũ decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, vel eorum filij sine filijs legitimis & naturalibus,& non expressit, masculis, volens stare interpretationi
20 iuris communis † intelligentis de masculis & fœminis.l.iusta.de verb. signi. cum simil. prout tenet Cur.Sen.consi.64.col.xj. ver. tertiò respondemus, & col.16.num.52. vbi & alias bonas responsiones in terminis nostris adducit,& Deci.consi.599.col. 2. nume.5. refert Porti.Imo.in tract.de com. opin. conclu.5.col.fi.lib.1.ex tali reiteratione, quæ quidem omnem aliam interpretationẽ excludit, Goz. consi.30.colum.1.nume.3.& Deci.in l.si.in nouis. add. C.qui test.fa.pos.

Quartò inspiciatur quæso quomodo ex ipso testamento ad oculum apparet in eadẽ oratione substitutionis, ex qua contra neptes ex fratre nituntur patrui, in cõditione bis dictum est, sine filijs legitimis & naturalibus, omittẽdo dicere masculis, vt remaneret in dispositione iuris communis interpretãtis de masculis & fœminis vt supra probatum est, & in dispositione ipsius substitutionis expressit testator, vel præmortuorũ filios masculos legitimos
21 & naturales. Quę quidem expressio † in dispositione de masculis solis facit cessare in conditione expositionem de masculis tantum, ita ꝙ intelligi possit & debeat de masculis & fœminis, sic enim ex
22 pressum † facit cessare tacitum & præsumptum in eo quod expressit.l.cum prætor.in princ.ff.de iudi. l.maritus.C.de procu.cum simil.in alio autẽ omisso remanet in dispositione & declaratione iuris. l. commodissimè.de liber.& posth.l.si ita quis. §. fin. de leg.2.cum simil.ita esse in substitutionibus & regulariter in omnibus dispositionibus dicit Petr. de Ancha.consi.120. pro clariori. & consi.245.Duo. col.fin.ver. contrarium sentio. & consi.356. ex serie.col.2.versi.secundò hoc probat. vbi maximè in d.consi.120.ad fi.dicit verba testatoris esse referenda ad intellectum iuris communis, & ex eo ꝙ vbi expressit de filijs masculis,& de filijs simpliciter, in nõ expressis de masculis, quasi intellexerit testator de masculis & fœminis iuxta intellectum iuris & secundum naturam pariter diligẽdis, vt ibi per eum, & per Alex.consi.38.col.2.versi.præterea indistinctè.lib.6.& Io.de Ana.consi.22.ver.est etiam multum.comprobat istam opinionem Ias.consi.39.colum.3.versi.secundò principaliter.& col.pen.versi. non ob.secundum.lib.3.vbi dicit opin. Abb. contrariam non esse veram,& ꝙ potius standum sit pluribus per eum ibi alleg. in specie oppositum tenentibus, idem probat Soci.consi.227.col.9.ver.secundò lib.2.& consi.69.col.5.ver. addo tamen. libr.3. & latè defendit Deci.consi.567.col.1.& per totum. & consi.581.col.3.& consi.599.num.6. Paris.cõsi. 38.col.5.num.27.lib.2.& Rui.consi.93.col.5. ver. non obstat etiam.& consi.140.col.4.& seq.& cõsi. 144.col.pen.& consi.152.col.5.lib.2.& Curt. Iun.
* consi.163.col.4.num.18.ita esse magis com. opin. dicit Soci.Iun.consi.100.col.7.num.20.lib.1. idq; communiter probari dicit Calca. Corrigi. in subscrip.ad Soci. Iun.consi.128.nu.233.eo.lib. & pro hac opi.prout pro alia vltimo loco cõcord. allegat Porti.Imo.in d.tract.de com. opin.conclu.5.lib.2. idem tenet Alci.per illum tex.in d.l.Herennius. de
23 verbo.signifi.licet de hoc, si testator † in parte testamenti mẽtionem fecerit de filiis masculis,& in alia de filiis simpliciter, in hac etiam intelligi de filiis masculis. per reg. l. qui filiabus. in princip. de leg. 1.sint opin.doct.vt per Porti.Imo. in d.concl.5. in prin.& Anch.in suis quæst. famil.in q.37. nume.5. lib.2.Tamen cõtraria opinio, quòd in parte, in qua non expressit de masculis, noluisse intelligi de masculis tantùm, sed de masculis & fœminis, est ma
* gis communis, ideo tenenda, vt dicit Soci.Iun.d.cõ sil.100.nume.20.lib.2.& vt patet ex allega. per Ias. d.consi.39.col.3.& penul.lib.3.quæ & ideo in specie proposita tenenda est, quia ante expressionẽ de filiis masculis reiterata facta est mẽtio de filiis simpliciter, vt aliam declarationem non recipiat, nisi

prout

prout est de iure communi, vt dictum est suprà in
præcedenti fundamẽto, & quia talis declaratio nõ
fit de filiis masculis vbi mentio de filiis facta esset
diuersatum personatum, vt in casu isto de filiis sim
pliciter decedentis, & de filiis masculis alterius co
hæredis prædefuncti vocatis in substitutione, vt ꝑ
Ruin.consil.134.col.8. ver.quinimò.& consi.140.
col.5.nu.6.lib.2.& consi.124. colum.fin. & consil.
168.col.5.num.13.14. lib.3. & Ant.Rub.Alexan-
dri.consi.81.col.2.sub nu.6.& consi.31.col.fi.
Itẽ quia vbi est diuersa ratio particulæ testamen
ti continentis filios masculos ab alia particula con
24 tinente filios simpliciter † in hac vltima non fit ex-
positio de masculis tantum, tradit Ruin.consil.93.
col.5.ad fi.lib.2.& Soci.Iun.consi.135.nu.6. lib.1.
ratio autẽ diuersa in proposita specie clarè depræ-
henditur, quòd mentio filiorum simpliciter facta
& reiterata est in conditione, in qua quidem non
sunt vocati ex testamento ipsi filij positi in condi-
tione.per glo. communiter approbatam in d.l.Lu-
cius. & in aliis locis vulg. & in qua fit latior inter-
pretatio nominis filiorum pro liberis, & fauore ip-
sorum filiorum, & patris grauati, vt diffusè osten-
sum est suprà in secundo fundamento, mentio verò
filiorum masculorum facta apparet in ipsa disposi-
tione, in qua non cadit comparatio personarum, vt
de tali differentia & positorum in cõditione & po-
sitorum in dispositione propriè docet nos Bald. in
præalleg.consi.13. lib.3. omnino reuidendo, nam
locutio in conditione eadem est & eiusdem exposi
tionis, sine filiis simpliciter, & sine liberis, secũdùm
eundem Bald.in alleg.consi.413.lib.4.& amplitu-
25 do † verbi liberis non capit solam restrictionẽ ver-
bi masculis. Dec.d.consi.567. nu.3.& in fin. ponit
Porti. Imo.in alleg. conclu.5. Ita propriè ad oculũ
(vt dixi) apparere videtur ex eodem contextu ver-
borum ponendo & reiterando in conditione sim-
pliciter sine filiis legitimis & naturalibus, & vocan
do in dispositione cohæredes nominatos, vel præ-
defunctorum filios masculos legitimos & natura-
les, testatorem ipsum noluisse in conditione intel-
ligi de masculis tantum, sed etiam de fœminis, vt
ipsę forsan solæ superstites possent succedere earũ
patri, & in dispositione voluisse solos filios mascu-
los prædefunctorum venire ad capiendum portio-
nem decedentium sine filiis, quòd isto casu sint ex-
clusæ filiæ fœminæ à substitutione per adiectã qua
26 litatem masculinitatis † excludentẽ fœminas. Bar.
in d. l.cum auus.& non à successione partis morien
tis patris deficiente per eas conditione.per tex.in l.
generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi. nam
si voluisset ea, non posse facere deficere conditio-
nẽm, nulla erat difficultas dicere, sine filiis mascu-
lis, prout statim subiunxit in dispositione vocando
vel prædefunctorum filios masculos, non dixit, er-
27 go noluit † iuxta tex.in vulg.l.1.§.sin autem ad de-
ficientis.de cad.tollen.& c.ad audientiam.de deci.
& l.de pretio.de publici. Ancha.d.consi.120.& Io.
de Ana.d.consi.22.cum aliis alleg.per Tiraq. in l.si
vnquam.ver.libertis.nu.3.prout his accedit respon
sio illorum quàm plurimorum notæ prudentiæ pa
trum sam.facta Alci.per eum scripta in l. inter stu-
prum.§.fi.in fi.de verb. signi. ita censeo hanc opin.
verissimam, vbi simul in eadem oratione cõtinua-
to sermone eodem verisimili intellectu testatoris
vigente ad oĩa verba recenter expressa sustinen-
do in conditione dictum sit, sine filijs simpliciter,
& in dispositione exprimat filios masculos, assentit
28 Cur.Iun.consi.114.ad fin. Nam ex verborũ, † con-
textu facilè est apparere quid senserit testator. l.
nummis. de leg.3.& l.Meuia.ff. de manu. test. & l.
fin.de reb. dub. & aliàs multum interest & proce-
ditur latius in conditione quàm in dispositione, cũ
persona nugatoriè posita in conditione nõ viciat,
posita verò in dispositione reddit totam dispositio
nem nugatoriam & viciat. secundum Bald.in l. fin.
col.4.ver.13.num.33.C.de hæred.insti. Posito au-
tem ꝙ omnes dicti filij hæredes instituti & substi-
tuti decessissent filiabus eorum superstitibus, isti
quidem succederent earum patri, & nullus eas ex-
cluderet per dictum testamentum, neque per statu-
tum aliquod etiam patruis existentibus, ergo eis so
lis superstitibus non debet obesse quando decesse-
rit earum pater, quin semper ei succedere valeant,
per iura vulg. & magis succedunt ex testamẽto ex-
cludendo substitutos prætensos, vt tradit Ruin. d.
consi.124.col.6.num.15.lib.2.
Ex quibus & allegatis in dictis alijs cõsilijs exhi
bitis plurium excell. Doct. omnia cõtraria cessant.
Quæ sanè non procedunt vbi compræhendi potest
ex voluntate testatoris filios positos in conditione
masculos & fœminas facere conditionẽ fideicom-
missi deficere, & vbi non euenit conditio, quia ta-
29 cita ratio agnationis † conseruandæ coniectura-
ta per testatorem tam excludendo quàm inclu-
dendo solum militat in casibus & personis expres-
sis in testamento Ias.consi.41.col.7.ver.non obstat
successiuè.lib.1.& Soci.consi.62.col.pen. ad fi. lib.
3.& Deci.d.consilio 211.nume.5. Alexand. consi.
120.col.fin.& Paris.consi.72.nume.36. lib.3. cum
alleg. suprà in primo fundamento.& quia defectus
conditionis magis valet ad excludendum substitu-
tum & ad transmittendum ad filios vel filias par-
tem morientis ex optimo intellectu sic excludente
omnem aliam imaginariam rationem, legatur tex.
in d.l.generaliter.vltra med. C. de instit. & substit.
30 Contra id autem, & vt fideicommissum † induca-
tur, coniecturæ debẽt esse probabiles, necessariæ &
concludentes, & non ex capite nostro imaginatæ.
Ripa in l.hæredes mei. §.cum ita.col.9.num.34.ad
Trebel.Corn.consi.61. colum.2. libr.2. Ias. consi.
143. colum.4.in princip.libr.2.& consi.66.colum.
penul.ad princi. libr.3.& Soci.d.consi.62. in fi.lib.
3.prout hęc imaginata videtur.exclusit proprias fi-
lias, vocauit in institutione filios masculos & in
substitutione filios & nepotes masculos, quia non
concludit necessariò, ꝙ sub nomine filiorum sim-
pliciter positorum in conditione testator noluerit
neptes facere conditionem deficere ad suum & pa
tris grauati fauorem cum verba id necessariò non
conclu-

cōcludant & pro neptibus sint decisiones iuris expressę supra allega. & maximè dict.l.generaliter. & d.l.Lucius.

Quatenus verò locus fideicommisso esset in casu proposito (quod minimè concedendum puto) cum tamē bona subiecta fideicommisso (vt audio) non sint tanti valoris qui sufficiat ad congruè & cōpetenter dotandas has tres filias grauati filij nobiliores & primarias in ciuitate requirentes (vt dignè nubere possint, magnas & excessiuas dotes, vt passim his temporibus datur etiam plebeis mulieribus vltra quantitatem mille, duorum & triū millium scutorum, & à patre grauato nō fuerint dotatæ, eis hæc omnia bona à Iudice loco patris dotante
31 assignari debent, † vt firmat Bar.in d. l. cū auus. de condi.& demon.& ibi Socin.col.32. sub nu.76. Bar. in l.à filia. ad Treb.& docto. alij ibidem & in auth.res quæ.com.de leg. & Areti.consi.37.col.3. ver sicu.venio ad tertium.& si constitutio dotis vel obligatio euenerit post onus fideicommissi. secundum com.opin.vt per Deci.consi.519.col.2.

Hoc autem magis tenendum esset in casu dubio, vbi fit interpretatio pro reis contra fideicom-
32 missum † vt cesset.Corn.consi.71.col.pen. ad fi.& consi.304.col.10.vltra med.lib.3.Soci. consi.113. col.fi.lib.1.Deci.consi.336.in fi.& consi.384.in fi. & consilio 593.ad fin.& Aym. consi.180. in fin. & consilio 208.num.3.Sic censeo de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XCI.

ARGVMENTVM.

In materia possessorij reintegrandæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium reintegrandæ duo extrema requirit pro victoria, vnum, de possessione antiquiore actoris, Alterum, de possessione præsente rei conuenti, quæ probari debent ab eo qui petit restitutionem, scelicet, possedisse, & spoliatum fuisse.*

2 *Spoliatum quis se probat, eo ipso quòd habeat antiquiorem possessionem, & eam modo aduersarius tenet.*

3 *Reintegrandæ remedium non datur ei qui culpa & facto suo à possessione cecidit.*

4 *Deponenti de facto suo absque aliquo suo interesse credi debet ad plenam probationem.*

5 *Testis se aliquid scire dicens propter conuersationem in loco, sufficientem dicitur reddere rationem sui dicti.*

6 *Possessio probatur ex concessione fundi ad laborerium, & ex perceptione fructuum.*

7 *Probatione affirmatiua dicitur probata contraria negatiua.*

8 *Testis vnus suffragatur alteri, & alter alteri super aliqua adminiculatiua probanda.*

9 *Bellum inter Leon. X. & Ducem Vrbini quo tempore fuerit.*

10 *Testes tenentur dicere veritatem pro vtraque parte.*

11 *Testes probant contra inducentem illos.*

12 *Testes de auditu in tantum probant & præsumptionem inducunt, vt transferatur in aduersarium onus probandi contrarium.*

13 *Testis valide probat de tempore, videri suo.*

14 *Probationis negatiuæ ratio ex quibus inducatur.*

15 *Possessio melius probatur per conuicinos quàm per alios.*

16 *Testi mendaci in vno, vario & sibi contrario non est credendum in aliquo.*

17 *Vel circa, dictio ista reddit dictum testis dubium & obscurum.*

18 *Possessio potest verificari in vna die.*

19 *Heri quod fuit & non ante, dicitur fuisse à quinquaginta annis citra.*

20 *Probationibus plurium testium verisimilioribus & rei aptioribus magis credendum est.*

21 *Testis non visus simpliciter dicere veritatem, & verisimilia non respondens, suspectus est, & non meretur fidem.*

22 *Testis ob parentelam cum inducente suspectus est, & non integer.*

23 *Anni de possessione intelliguntur elapsi à die redditi testimonij.*

24 *Probatio in tempore non certa & non concludens. nulla est.*

25 *Testis varia & falsa dicens non probat in aliquo.*

26 *Ratio dat robur & omnem valorem dicto testis, quæ si est falsa, eius dictum etiam falsum reputatur. 27.*

28 *Testi consanguineo in nullo est credendum. & est communis opinio.*

29 *Testis vicinus & possidens ad confines melius probat possessionem, & præferendus est alijs.*

30 *Testes dicentes, quia viderunt possidere, & per laboratores recipi fructus, dicuntur rectam rationem & concludentem reddere.*

31 *Possessio pro indiuiso dicitur insolidum communis probata.*

32 *Paupertas non impedit quin valide aliquis attestari possit, cum aliàs non sit minus honesta vita.*

33 *Testium numerus supplet omnem defectum.*

34 *Testes vbi omnino inhabiles non sunt, & plures sunt quàm duo, tunc numerus supplet defectum. ex communi.*

35 *Testes de auditu deponentes supplent aliorum defectum, & tollunt suspicionem.*

36 *Testes deponentes de antiquiori possessione præferuntur alijs deponentibus de iuniori.*

37 *Possessio antiquior in remedio reintegrandæ probata parit victoriam.*

38 *Donationes & cessiones factæ etiam absentibus stipulante & acceptante notario valent, exinde transit vtilis actio sine cessione, & transfertur dominium. ex communi opinione, maximè accedente acceptatione donatarij, & non requiri ēt ratihabitionem. nu.39.*

Remedium

40 *Remedium recuperandi potest in alium transferri & cedi.*
41 *Exceptionem quis de iure tertij opponere non potest.*
42 *Scientia & patientia non operatur traditionem, & legitimam acquisitionem possessionis aduersario possidenti, nisi patiens ex præcedenti contractu perfecto & adimpleto per ipsum aduersarium teneretur & obligatus esset tradere rem, & ad patientiam.*
43 *Possessio aduersario illegitimè acquisita potest recuperari.*
44 *Possidendi ius non oritur, ex eo quòd consentio alicui vt rem meam sine vllo titulo possideat.*
45 *Socini dictum circa amissionem possessionis irrecuperabiliter declaratur confutando.*
46 *Possessio, licet sit perdita, potest recuperari.*
47 *Negligentia sola non facit aliquem perdere ius suum, nisi vbi reperitur expressum in iure.*
48 *Possessionem vt quis recuperare nequeat, attenditur an amiserit eam ex iusta causa; & non ex iniusta & inualida.*
49 *Possessio potest condici & recuperari quando retinetur, sine causa, aut ex iniusta causa.*
50 *Remedio reintegranda quanto tempore præscribatur.*
51 *Præscriptio reputatur præsidium iniquum & odiosum.*
52 *Præscriptio tractat de lucro captando cum iniuria alterius.*
53 *Præscriptionis probatio requiritur fieri de certo & limitato tempore.*
54 *Probatio vbi fienda est de tempore, semper est probandum principium, aliàs eo ignorato, ignoratur & totus progressus.*
55 *Testibus pluribus numero, & proximiora vero deponentibus magis credendum est.*
56 *Præscriptio durante pupillari ætate non incipit currere contra pupillum.*
57 *Præscriptio triginta annorum currit odio negligentis non petere.*
58 *Citatio non facit vt quis dicatur petere, sed velle petere.*
59 *Tutor vel curator nomine alieno pro pupillo & adulto possidet.*
60 *Ratio eadem & æquitas vbi est, idem ius est.*
61 *Fauor competens minori circa præscriptionem non cœptam, competit etiam maiori pro indiuiso cum eo possidenti.*
62 *Remedio reintegrandæ vt præscribatur spatio triginta annorum, requiritur bona fides.*
63 *Mala fides ex indicijs & coniecturis probari potest.*
64 *Possessio pro suo & tanquam suum non sufficit ad titulum inducentem præscriptionem.*
65 *Titulus non allegatus à parte non præsumitur.*
66 *Confessio dotis habita probat contra hæredes confitentis.*
67 *Habitum quid non fuisse pro vxore, deprehenditur ex eo quòd non expressit maritus in testamento.*
68 *Mala fides præsumitur in possidente sine titulo.*
69 *Bona fides potest etiam probari mala ex coniecturis.*
70 *Præscriptionis tempus probari debet certum & limitatum.*
71 *Bona fides debet aliter probari, quàm probando quid quis probatus sit vir bonus & bona fama.*
72 *Præscriptionem à suo auctore ceptam an quis possit continuare.*
73 *Mala fides auctoris defuncti nocet habenti causam ab ipso.*
74 *Testi soli non creditur in probanda possessione.*
75 *Præscribere tentans ex sua persona nihil facit, nisi probet quando cœperit ipse possidere.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.



Vre optimo defendi posse arbitror Do. Giraldum nominibus quibus agit, debere contra Dom. Hyppolitam & suum virum obtinere possessionem fundi pe-
1 titam intentato iudicio reintegrandæ. In quo † quidem cum duo extrema requiri pro victoria passim doct. tradát, vnum scilicet de possessione antiquiore auctoris. Alterũ de possessione præsente rei conuenti, quæ probari debẽt ab eo qui petit restitutionem, scilicet possedisse, & spoliatũ fuisse, vt per glo. in ver. possessionem. & ibi doct. in c. consultationibus. de offi. deleg. & in c. sæpe. de testi. spol. & in l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. xj. spoliatum se pro-
2 bat, † eo ipso q habebat antiquiorẽ possessionem, & eam modo aduersarius tenet. vt per Bal. in l. pen. col. fin. num. 20. C. si non à comp. iud. Afflic. in decis. 327. num. 2. & Corn. consi. 247. col. 10. lib. 2. & Soci. in l. rem quæ nobis. in 7. q. de acqu. poss.
Tertium & aliud requisitum pro victoria potest-
3 addi, scilicet & dummodo † petẽs reintegrationem culpa & facto suo nõ ceciderit à possessione, vt per Innó. & alios in d. c. sæpe. Alex. consi. 6. col. 2. ad fi. & col. 3. supra fi. ver. secundò respondeo. lib. 3. adducit Soci. in d. l. rem quæ nobis. in 7. q. & Deci. in consi. 56. col. fin. licet hoc requiratur probari à reo conuento, vt in alleg. locis habetur.
Primùm namque de antiquiore possessione actoris & suorum auctorum probatur per illos duos testes examinatos ad perpetuam rei memoriam de anno 1560. cum citatione & interrogatorijs partis aduersæ Franciscum de Ritijs, & Petrum magistri Gabrielis Furlani, concorditer deponentes, q tunc elapsis 30. vel 40. annis tẽpore quo fel. recor. Dux Franciscus Maria reuersus est in Statum D. Giraldus cum Do. Philippo suo fratre & Do. Benedicto & Dom. Annibale suis patruis omnibus de familia de Giraldis in communione habitantibus pro suo & tanquam suum possiderunt articulatum petium terræ, domina Blonda matre dicti D. Giraldi administrãte domum in absentia prædictorũ ad bellum, rationem suorum dictorum reddẽtes, q dictus Franciscus fuit laborator etiam in dicto petio terræ, recognoscendo pro dominis supra nominatos, & eis reddendo & portando suam ratam fructuum temporibus debitis, prout sic deponit dictus Fran-
4 ciscus, cui † etiã soli de facto suo absque aliquo suo interesse deponenti credi debet ad plenam probationem.

tionem.in terminis firmat Deci.in d.cõs.56.col.2.
ver.& hoc maximè.concurrentibus alijs coniectu-
ris, ita esse com. doctr. opin. q vni testi de facto
proprio plenè credatur, ponunt Blanc. de Cõpro.
in 8.col.fi.& Port.Imo.de com.concl.lib.1.cõcl.5.
in 2.limi.vbi maximè infert hoc verum esse in cau-
sis & iudicijs possessorijs, per Mathes. in 2. not. &
sic concurrit depositio dicti Petri conformis & di-
centis se scire, quia continuò cõuersabatur cum di-
cto Francisco laboratore & suo patre suis compa-
triotis & habebat cõtinuam deambulationem per
totam possessionem, & dictum articulatum petium
5 terræ sibi bene notum. testis enim se aliquid † scire
dicens propter conuersationem in loco sufficien-
tem dicitur reddere rationem sui dicti, Alex.consi.
187. col.fina.ver.& insuper.lib.2. Dec.consil.583.
col.2.nume.4. & ijdem testes deponunt postea di-
ctum petium terræ fuisse datum ad laboreriũ cuidã
Petro & Georgio, & hos reddidisse suam partem
fructuũ matri D. Giraldi & aliis prænominatis de
6 Giraldis. ex † concessione fundi ad laborerium &
receptione fructuũ probatur possessio, vt per doct.
in l.qui vniuersas.§.quod per colonum.& in l.quã-
uis.§.si conductor.ff.de acqui.pos.& in l.litibus.C.
7 de agri.& censi.lib.11.Vnde † per probationẽ pos-
sessionis dictorum de Giraldis affirmatiuam tunc
probatur negatiua, quòd D.Hyppolita & sui aucto
res non possidebant. Alex.consi.167. in fi.lib.6. &
Corn.d.cons.247.col.10.ver.& si constat, quòd cõ
munitas. lib. 2. & consequenter probatur de anti-
quiori possessione D.Giraldi & suorum. Horũ qui-
dem testium dicta verificantur per examen Hyppo
liti 5.testis modo examinati per actorem super pri
mo interrogatorio partis aduersæ, dicentis se scire
Cæsarem de Riciis de Massa fuisse à dicto D.Bene-
dicto missum pro laboratore, qui ex laborerio di-
cti terreni granum recollectum portauit & recon-
didit in fouea dictorum de Giraldis, attestando lo
cum foueæ, sic vero omnia consonant, Bald. consi.
8 400.ante fi.lib.5.& vnus testis suffragatur alteri † &
alter alteri super aliqua adminiculatiua probanda,
dicit idem Bald.in c.1.§.si instrumentum. nu.3. de
not. feud. Cùm enim hæc per istos testes attestata
euenerint, dum dicti D.Benedictus & D.Annibal
viuebant, & militantes ibant & redibant è bello, &
inseruirent dicto fe. recor. Domino Duci Frãcisco
Mariæ, vt dicunt testes d.Hyppolitæ reæ conuentæ
super 4.capitulo, cumq; de anno 1517.cępisset bel-
lum per summum Pontificem Leonem Decimum
motum contra dictum Dominum Ducem Francis.
9 Mariã † vulgò (detta la guerra grande) vt deponũt
Augustinus Mobilis cart.82. Natalis de Sogliano
car.83. Bellutius Peli car. 88. & D. Biordus Ricar-
dus car.104.testes super primo capitulo actoris ex
vltimis capitulis reprobatorijs in vltimo processu,
& cum de anno 1527.dicti Do.Benedictus & Do.
Annibal decesserint, vt ser Bartolus 3.testis car.40.
D.Io.Bartolomæus 6.testis car.64.& D.Hiero.10.
testis.reæ conuentę super 7. interrog. deponunt in
10 medio processus, qui † tenentur dicere veritatem
pro vtraque parte.auth.sed index.& ibi glo.fi.C.de
epis.& cler.& Ca.non sanè 14.q.5.& contra indu-
centem magis probant, vt infra dicetur.

Vnde necessariò concluditur possessionem Do.
Giraldi & suorum patruorum in dicto petio terræ
attestatam per illos duos testes Frãciscum de Ri-
cijs & Petrum prænominatos fuisse & interuenisse
in hoc certo tẽpore intermedio à dicto ann. 1517.
vsque ad dictum annum 1527. & sic antiquiorem
esse etiam possessione prætensa Baldassaris aui pa-
terni dictæ reæ conuentæ. Quam enim probatio-
nem antiquioris possessionis illorum de Giraldis
coadiuuat & confirmat attestatio ser Bartoli 3. te-
stis reæ conuentæ in medio processus car.40. super
tertio interrogatorio.ibi (che ha inteso dire che det
to terreno era di quelli de' Giraldi, quale lo posse-
deuano insieme) & super xj.interrogat.ibi (& la lor
possessione è piu giouane di quella de' Giraldi) &
Bartholomæi Prætini 5.testis conuentæ car.53. su-
per secundo capitulo dici audientis, dictum cam-
pus de furno ante bellum fuisse illorum de Giral-
dis, & post bellum per annos x. in circa peruenisse
ad manus dicti Baldassaris, & Do.Io.Bartholomæi
6.testis d.conuentæ car.64.super 3.interrogat. ibi.
(ma ha inteso, che anticamente detto terreno era
11 de la casa de Giraldi) quia dicta † istorum testium
qualia sint etiam sine concludenti redditione ra-
tionis per solam productionem inducentem con-
fessionem reæ conuentæ contra eam probant. Ro-
ma.consi.104. in fin.pro valde not. sequitur Ias. in
rub.col.penul.ver.sextò.ff.de iureiur.etiam si esset
vnus testis deponens contra inducentem, tenet So
ci.Iun.consi.69.nu.11. & seq.lib.1. & Paris.consil.
83.nu.30.lib.1.& Bero. consil.96. nume.11.lib.3.
12 Alioquin testes † de auditu in tantum probant &
præsumptionem inducunt vt transferatur in aduer
sarium onus probandi contrarium. Rom.in singu.
341.testimonium. Feli.in c.tam literis. col.penul.
nume.3.de testi.& Dec.consil.272. col.2.nume.3.
Idem de auditu deponit D.Baptista 4.testis actoris
car.11.in medio processus super primo capitulo, di
cens Franciscum filium Baldassatis ei dixisse ha-
buisse dictum terrenũ à domo de Giraldis, & Hyp-
politus 5. testis actoris car.17.dicit, videri suo de
anno 1523. illi de Giraldis possidebant dictũ ter-
13 renum, validè enim testis probat † de tempore vi-
deri suo. Alex.consi.54.colum.pen.supra num.4. &
Augustinus Mobilis dicit, q nõ potest esse q d.Bal-
dassar possideret dictum terrenum de anno 1523.
vt super 4.interrog.reæ conuentæ car.22. sic infer-
14 rendo rationem probationis † negatiuæ, vt per
gl.in ver.& vidisse.in fi.in §. si verò absunt. in auth.
de hæred. & falci. & Barto.in l.2.§.hoc interdicto.
col.1.ver.vlterius quæro. ff. de iten. act. priua. &
Alex.consi. 108.colum.3.versi. & licet dicat.lib. 2.
& Deci. consi. 534. nume.10. huic enim testi pos-
sidenti ad fines dicti campi magis credendum est
15 quàm alijs testibus reæ conuentæ, quia † per cõui-
cinos melius probatur possessio.not.Bal.in c.1.§.fi
tres.de pace tenen. Adminiculatur & examen Do.
Augustini

Augustini Bochauechiæ 7.testis actoris car.24. su-
per primo capitulo, ꝗ de anno 1525.vel 26.si bene
recordatur mater D. Giraldi faciendo per suos la-
boratores seminare in dicto petio terræ concessit ꝗ
in eo mater testis seminaret coppam lini,& ei dona
uit portionem lini recollecti obueniẽtem patrono.

Ex quibus confunditur & omnino tollitur pro-
batio, quã conata est in medium afferre dicta rea
conuenta de sua antiquiori possessione mediante
persona d.Baldasseris sui aui paterni, vt etiam cla-
rius demonstratur recensendo dicta omnium suo-
rũ testium. Nam primus testis Gaspar Merlini exa-
minatus de anno 1570.super secundo capitulo di-
cit, ab annis 35. citra d. Baldasserem possedisse, &
sic non concludit incepisse possidere nisi ab anno
1535.& prius possidebant D. Giraldus & sui, vt di-
ctum est.

Idem dicitur de 2. teste Angelo Francisci Mer-
lini, qui deponit possessionem Baldassaris ab annis
30.citra, hæc dicta etiam non cõcludunt de aliquo
initio possessionis, quia intra dictum tempus anno
rũ 30.vel 35.potuit possedisse vna die, & essent ea-
dem dicta verificata, secũdum Bar.in l.Celsus. col.
pen.ver.sed circa.num.23.ff.de vsucap.

Tertius testis ser Bartolus, dicẽs d. Baldassarem
possedisse per 40. annos, quoad numerũ annorum
asserit manifestum mendacium, quia dicit præcisè
nescire si de anno 1517.possederit,& non recorda-
ri si Do.Benedictus & Do.Annibal viuebant tem-
pore quo possidebat d.Baldassar,& tamen super se-
ptimo interrog.dicit ipsos D.Ben.& Do.Anni.de-
cessisse de anno 1527. & d. Baldassar defunctus est
de anno 1539. vt probant testes actoris super vlti-
mis capitulis reprobatorijs. ecce ergo expressum
mendacium circa tempus certum an.40.expressum
dictæ possessionis Baldassaris. deregit etiam men-
daciũ in eo quod super secundo capitulo dicit Bal-
dassarem possedisse videntibus, patientibus & non
contradicentibus Domi.Giraldo.Dom. Ioanna &
Do.Annibale, & postea super tertio capitulo & su-
per 8.interrogat. dicit non recordari si Do. Anni-
bal tunc viuebat, quando Baldassar possidebat, qua
16 re † testi mendaci in vno & vario & sibi contrario
non est credendum in aliquo. Alex.consi.134. co-
lum.penul.nume.6.libr.2.& l. qui falsa. ff. de testi.
& l. eos. de fals.

Quartus testis magister Petrus Faber etiam nihil
de certo tempore possessionis cõcludenter probat,
cum super secundo capitulo dicat scire à tempore
belli bo.me.Ducis Francisci Mariæ citra,& possunt
esse anni 50.vel circa, dictum Baldassarem posse-
disse dictum petium terræ, tempus est incertum, ob
17 dictionem, (vel circa) † reddentem dictum testis
dubium & obscurum. Ant.de But.in ca.fin.ad fi. de
despon.impub.Alex.consi.149.col.fi.sub num. 11.
lib.5.& Corn. cõs.197.col.4.in fi.lib.2.& nõ dicat
semper vel continuò possedisse, potest verificari ta-
18 lis possessio in vna die, † vt per Bart.in d. l. Celsus.
nume.23.cum concord.alleg.per Deci.in cap.licet
causam.sub nume.9.versi.duodecimò.de proba.ita
ꝗ iste testis & alij sic deponentes non solũ non pro
bant possessionem 50.annorum, sed nec etiã vnius
19 anni, quia † illud quod fuit heri & non ante dicitur
fuisse à 50.annis citra.firmat Alex.consi.45. col.2.
ver.sed illa verba.num.8.& consi.108.col.2. in fin.
ver.secundus testis.lib. 2.Non ob.ꝗ iste testis dicat
super tertio capitulo & super 7.interrog. ꝗ Baldas-
sar possidebat viuentibus dictis Do. Benedicto &
Dom.Annibale, quia contra eum sunt plures & ef-
ficaciores probationes pro parte actoris superius
adductæ, ꝗ possessio dicti petij terræ erat penes il-
los de Giraldis illius antiquiores dominos & pos-
20 sessores, quibus probationibus † vti pluriũ testium
verisimilioribus & rei aptioribus magis credẽdum
est l.ob carmen.§.fi.& l.3.§.1.& ibi glo. & doct.ff.
de testi.& cap. licet causam.ver. ex præmissis.& ibi
etiam glo.& doct.de prob. & Alex. consi.177. col.
fi.num.14.lib.6.& maximè testimonio reddito per
dictum Frãciscum de Ricijs vti laboratorem trium
annorũ in dicto petio terrę pro dictis de Giraldis,
& eis reddentem fructum,& de facto proprio depo
nentem, qui solus etiam plenè probaret per suprà
alleg.cũ alijs testimonijs redditis per testes vtrius-
que partis vt supra recẽsitis & collectis de antiquio
ri possessione prædictorũ de Giraldis. Quibus stan-
tibus etiam uerisimile non est dictum istius quarti
testis, dum super xj.interroga.cart.50.dicit (perche
non sa che li Giraldi habbino mai posseduto detto
terreno) potest ei dici.tu solus peregrinus in Hieru
21 salem &c.qui ergo † non uisus simpliciter dicere ue
ritatem & verisimilia non respondens suspectus est
& non meretur fidem, per tex.in d.l.3.§.1.ff. de te-
sti.& per Aym.consi.9.colum.2. num.9. ob paren-
22 telam etiam cum inducente, † vt fatetur respon-
dendo vltimo interrog.suspectus est & non integer
testis.Alex.d.consi.108.colum.2.num.10. lib. 2. &
consi.111.col.pen.num.9.lib.3. Item 5. & 6. testes
nihil deponũt de tempore possessionis Baldassaris
7.testis Hieronimus Belletri super secundo capitu.
dicit Baldassarem possedisse per annos 40. & plus,
non dicens quando finierint dicti anni 40. com-
prehenditur intelligere de dictis annis finitis, quan
do de anno 1570.fuit examinatus, ex eo super quin
to interrogatorio. car.71. dicit (& è piu di 40. che
lo possiede) sic enim intelliguntur de possessione
23 † anni elapsi à die redditi testimonij.secũdùm Bar.
in d.l.Celsus.colum.fin.nume.27. & sequen.& cla
rius tradit Luc.de Pen.in l.j.colum.fin.ver.& nota.
quòd si testis.C.de iure fi.lib.10.& Alexan. consil.
88.in fin. lib.5. possent cadere intra annum 1530.
& 1570.& sic non excluditur antiquior possessio il
lorum de Giraldis, vt supra attestata, & quasi im-
possibile est, quòd intelligat de possessione Baldas-
saris an.40. decursorum in sua vita, cùm decesserit
24 de an. 1539. hæc igitur sua probatio † in tempore
nõ certa & non concludens nulla est. c. in præsen-
tia.de proba.cum vulg. & est varius, in eo maximè
quòd super tertio capitulo dicit (che ha visto Bal-
dessera possedere detto terreno al tẽpo che M. Be-
nedetto & M. Annibale erano viui) & super septi-
mo in-

mo interrogatorio ſpecialiter interrogatus de ra-
tione ſui dicti & cauſa ſcientiæ dixit(che non ſa al-
tra ragione che detto Baldeſſera poſſedeſſe detto
terreno in vita de meſſer Benedetto & de meſſer
Annibale, ſe non che loro eſſendo viui ha inteſo
detto Baldaſſera hauere il frutto di detto terreno
& quello poſſedere &c.) ſi neſcit aliam rationem
ſui dicti, niſi ꝙ audiuit, ergo dixit ſalſum in 3. ca. ꝙ
25 vidit, ideo † varia & falſa dicens non probat in ali-
quo, d.l. qui falſa. & d.l. eos. cum ſimil. & præcipuè
26 in ratione dicti, quæ † robur & omnem valorem
reddit dicto teſtis, per l. ſolam. & ibi glo. & doct. C.
27 de teſti. & ſi eſt falſa, † eius dictum etiam falſum
reputatur. Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſco. &
cler. cum alijs refert Ripa in c. ſi quando. nume. 29.
de reſcript. ſiue prius dixerit verum & poſtea fal-
ſum, ſiue falſum prius dixerit & poſtea verum, nihil
probat, dicit Bal. in l. fi. col. 4. verſi. Tamen in teſte.
num. 18. de edic. diui Adri. tol. Cęteraq; ſupra con-
tra quartum teſtem magiſtrum Petrum Fabrum di
cta militant etiam contra iſtum teſtem. Item 8. te-
ſtis Andreas de Fabris nihil probat concludenter
de antiquiori poſſeſſione Baldaſſaris illa poſſeſſio-
ne illorum de Giraldis, cum ſuper 3. cap. & ſuper 7.
interrog. dicat neſcire & non recordari dictum Bal
daſſarem poſſediſſe tempore vitæ Dom. Benedicti
& Domi. Annibalis, exinde depræhenditur etiam
eum dixiſſe falſum in ſecundo capitulo in eo quod
dicit Baldaſſarem poſſediſſe ſcientibus patientibus
& non contradicentibus Do. Giraldo Do. Ioanna
& eorum anteceſſoribus, cum eorum anteceſſores
fuerint dicti Do. Benedictus patruus, & Dom. An-
28 nibal pater dictæ Dom. Ioannæ, ita † ei in nullo eſt
* credendum. ſecundum com. opin. doct. relatam per
Alex. conſi. 53. col. 3. num. 12. lib. 7. Cumque ſuper
ſecundo capitulo dicat Baldaſſarem & ſuos hære-
des poſſediſſe ab annis 40. citra vel 50. ambiguè &
obſcurè deponit, & poteſt verificari ſua depoſitio
in poſſeſſione vnius anni, vt dicit Alex. d. conſi. 45.
num. 8. lib. 2. & ob dictionem, vel, incertã per vulg.
9. teſtis Philippus Mobilis dicit non recordari Bal
daſſarem poſſediſſe in vita ſua. 10. teſtis & vltimus
Dom. Hieronymus Balducius pariter nullam con-
cludentem probationem facit de poſſeſſione Bal-
daſſaris, ꝙ fuerit antiquior poſſeſſione illorum de
Giraldis, cum dicat eum & ſuos deſcendentes poſ-
ſediſſe ab an. 40. citra, & ſic non poteſt verificari in
poſſeſſione etiam vnius anni. Alex. d. conſi. 45. nu.
8. hic etiam commemorentur dicta ſuprà contra
quartum teſtem & contra ſeptimum teſtem. Et ali-
qua dicentur infra dum præſcriptionis exceptio
refutabitur.

Et ſucceſſiuè antiquiorem poſſeſſionem conti-
nuando prædictis Dom. Benedicto & Dom. Anni-
bale defunctis, idem Domi. Giraldus actor probat
ſe pro indiuiſo & Dom. Ioannam filiam Dom. An-
nibalis poſſediſſe dictum met petium terrę per ſuos
teſtes in cauſa examinatos ſcilicet per primum te-
ſtem Cichum Ioanagnoli, & ſecundum teſtem Na-
talem de Sogliano qui etiã fuit vocatus & pro te-
ſte deſcriptus in teſtamento d. Baldaſſaris, & per
tertium teſtem Marcum Auguſtini, in ſpecie de-
ponẽtes dictum Baldaſſarem vti curatorem & ad-
miniſtratorem bonorum dominæ Ioannæ poſſe-
diſſe pro ea, & poſtea cepiſſe poſſidere pro ſe, & per
quartum teſtem Dom. Baptiſtam Mobilem de au-
ditu, & per quintum teſtem Hyppolitum Vulpis, &
per ſextum teſtem Auguſtinum Mobilis vicinum
29 & poſſidentem ad confines dicti petij terræ † &
melius probantem poſſeſſionem & præferendum
alijs, vt dixi ſecundum Bald. in capitu. primo §.
ſi tres, de pace tenen. ſequitur Felin. in cap. in no-
ſtra. col. fi. num. 12. de teſti. & Afflic. de iure protho
miſ. in rub. ſub num. 12. & per 7. teſtem D. Auguſti-
num Bochauechiam deponentem de actu poſſeſſo
rio per matrem D. Giraldi, & de auditu, ꝙ tempo-
re quo ipſe Baldaſſar erat curator domine Ioannæ,
dictum terrenum peruenit ad eius manus, & ſuper
quarto interrogatorio dicentẽ Baldaſſarem & ſuos
deſcendẽtes poſſediſſe dictum petium terræ ab an.
1540. citra, & ſaluando & ſupplendo eius dictum,
& à tempore quo ipſe Baldaſſar erat curator dictæ
domine Ioannæ, ſic rectam rationem & concludẽ-
30 tem ipſos teſtes reddentes, quia † viderunt poſſide-
re, & per laboratores recipi fructus, vt per glo. Bart.
& alios in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq; ſtipulatio.
de verb. oblig. & in l. Titia. ff. de ſolu. & in l. 2. C. de
acq. poſſ. & Alex. conſil. 51. col. fi. & conſi. 133. col.
1. lib. 1. & Feli. in c. cauſam. colum. pen. de præſcrip.
Sufficit enim D. Giraldum maiorem poſſediſſe pro
indiuiſo, etiã domina Ioanna infante & pupilla
31 exiſtente, vt † inſolidum dicatur hæc eorum poſſeſ-
ſio communis probata, vt per illum tex. tradit Soci.
in l. ſi quis cum totum. in prin. col. 1. ff. de excep. rei
iud. Sequitur deciſ. Bononien. 33. in fi. per Pet. Be-
ninten. Addo & per illũ tex. magis in ſpecie tenen-
tem idem Pau. de Caſtr. in l. cõis ſeruus. in princ. ff.
de acq. poſſ. Et eorum aliquorum teſtium pauper-
32 tas non impedit quin validè atteſtari poſſint † cum
aliàs non ſint minus honeſtę vitæ. per gloſ. ſin. iun-
cto tex. in c. ſi quis teſtium. de teſti. & ibi poſt alios
Feli. col. pe nu. 8. & Alex. conſi. 149. col. pen. num.
6. libr. 5. & Dec. conſ. 163. colum. 4. ver. ſed ad iſta.
33 Ipſorumq; † numerus ſuppleret omnem defectum.
gloſ. in ver. numerus. in l. 3. §. 1. ff. de teſti. & Socin.
conſi. 244. in fin. lib. 2. vbi dicit ꝙ numerus quatuor
teſtium clarè deponẽtium debet ex animo iudicis
omnem ſuſpicionem remouere, & in caſu iſto ſunt
quinque teſtes clarè deponentes de poſſeſſione do-
mini Giraldi pro indiuiſo cum domina Ioanna ſu
pra nominati. Idem per Dec. d. conſil. 163. col. pen.
verſic. ſecundò principaliter, & in cauſa poſſeſſorij
idem ob numerum teſtium firmat Io. de Ami. cõſ.
61. col. pen. num. 20. & Corn. conſi. 333. col. 7. ver.
* item ſunt multi. lib. 1. quod communiter per doct.
34 receptum eſt. vbi † teſtes omnino inhabiles nõ ſint,
& plures ſunt q̃ duo, tunc numerum ſupplere defe-
ctum, alios allegãdo ponit Aym. in tract. de antiq.
temp. in 1. part. num. 258. ſupplent etiam defectum
35 † & tollũt ſuſpicionẽ teſtes alij de auditu deponen-
tes

tes, firmat Pau. de Castr. consi. 126. non sequendo
in fin. lib. 2. prout sunt alij plures in hac causa testes
examinati ab vtraque parte deponentes de auditu,
ꝙ dictum petium terræ prius erat illorum de Giral-
dis, vt supra discutiendo examina testium deductũ
36 & probatum est. Nãque testes deponentes de † an-
tiquiori possessione præferũtur alijs deponentibus
de iuniori, probat Alex. consi. 80. col. fin. nume. 14.
lib. 2. & consi. 177. col. fi. num. 14. lib. 6.

Ex præmissis itaq; remanet firma conclusio, pe-
nitus sublatum esse vnum principale fundamẽtum
reæ conuentę, ꝙ dictum petium terræ esset suorum
antecessorũ, & per eos antiquitus possessum, & cla-
rè probatum esse in eo antiquiorem possessionem
domini Giraldi actoris & suorum antecessorum,
vt plures testes supra nominati expresse deponunt,
37 vt † sic pro victoria in remedio reintegrandæ addu
cit Alex. consi. 92. col. 2. sub versi. hoc presupposito.
lib. 5. & consequenter pro actore esse probatũ præ-
missum primum extremum pro victoria & pro ra-
tis petitis, stantibus donationibus & cessionibus le-
gitimè & validè factis per dictam Ioannam alte-
ri D. Ioannę filiæ D. Giraldi, & per hanc alteram
dominam Ioannam suis fratribus & filijs dicti do-
mini Giraldi, de quibus in instrumentis exempla-
tis in principio processus specialiter & expresse de
iuribus recuperandi possessionem dicti petij terrę.
38 Valent enim dictę † donationes & cessiones factæ
et absentibus stipulante & acceptante notario, exin
de transit vtilis actio sine cessione, & transfertur do
* miniũ secundũ com. opi. attestatã per Dec. in l. quo
tutela. §. fin. de reg. iur. maximè accedente accepta
tione D. Ioannę donatariæ, vt per Dec. consil. 432.
in fi. & Hier. Cagn. in l. fi. nu. 272. C. de pact. etiam
39 † non requiri ratihabitionem & acceptationem, la-
tè defendit Ruin. cons. 119. colum. 3. nu. 7. & consi.
126. col. 4. num. 10. & cons. 172. col. 3. num. 15. lib.
j. & Couar. in tract. uari. resolut. c. 14. num. 2. libr. j.
40 Potest quoq; † & valet remediũ recuperãdi in aliũ
transferri & cedi, probãt Soci. in l. rem quæ nobis.
in 2. q. de acq. poss. Rui. consi. 45. col. 6. & in fi. libr.
4. & Ripa in d. c. sæpe. col. 7. num. 25. de rest. spol. &
Tiraq. de retract. titu. j. §. 26. gloss. 3. num. 18. & seq.
Item impertinens est & inualida exceptio vel pro-
batio pro parte reę conuentę facta, ꝙ duo filij do-
mini Giraldi ingressi fuerint religionem canonico
41 rum regularium, quia † est de iure tertij, & non po-
test per eam opponi, vt per Bart. in l. 2. ff. de excep.
rei iud. & posset experiri ipse dominus Giraldus ra
tione vsusfructus sibi spectantis de rebus donatis
filijs. per l. cum oportet. in pr. de bon. quę liber.

Secundum & alterum extremum præmissum pro
victoria in possessorio recuperandæ. s. de præsenti
possessione existente penes D. Hyppolitã ream con
uentam probatum est per testes & actoris super ter-
tio capitulo, & reæ conuentę super suo decimo ca-
pitulo, & de hoc nulla est difficultas, nisi ꝙ ipsa D.
Hyppolita conata est demonstrare dictum petium
terrę dici & esse de diuerso fundo (detto il campo
del forno) à fundo castri Bisciari, sed hoc etiã pro-
batum nihil releuat, quia possessio dictorum de Gi
raldis antiquior propriè probata est in dicto petio
terræ (detto il campo del forno) & de identitate
nulla quoq; est dubitatio, vt liquidò constat ex de-
ductis & probatis ab vtraq; parte.

Tertium præmissum aliud negatiuũ requisitum
interuenit. Quoniam rea conuenta non probauit
actorem vel suos auctores cecidisse ab eorum pos-
sessione culpa vel facto eorum. Nã primò dici non
potest ream conuẽtam & suos antecessores habuis-
se traditionem dictæ possessionis facto & consensu
dicti domini Giraldi & suorum auctorum, ex eo ꝙ
testes pro ea examinati dicant eos possedisse viden
tibus patientibus & non contradicentibus domino
42 Giraldo, domina Ioanna, † quia huiusmodi scientia
& patientia non operatur traditionem & legitimã
acquisitionem possessionis aduersario possidẽti, ni-
si patiens ex præcedenti cõtractu perfecto & adim-
pleto per ipsum aduersariũ teneretur & obligatus
esset tradere rem, & ad patientiam, vt respondendo
ad contrarium l. qui eas. §. vetare. ff. de furt. tenent
Cyn. Barto. Alber. Saly. & Pau. de Cast. in l. 2. C. de
acq. pos. sed hic non apparet præcedere aliquẽ con-
tractum, qui etiam requireretur esse adimpletus
43 pro parte aduersarij; † ex quo D. Giraldus vel sui
auctores essent obligati tradere possessionem quæ
ideo non fuit legitimè acquisita aduersario, & po-
test recuperari, ita in terminis respondit Alex. cõsi.
90. col. 2. versi. non obstat si dicatur. lib. 5. repetito
consi. 33. lib. 6. Idem inter consil. Curt. Seni. consil.
22. circa medium, & cõprobat idem Alex. con. 86.
nu. 3. & seq. lib. 6. pro quo adduco not. dictum Bal.
in l. si constante. §. si vxor. solu. matri. dicentis quòd
44 si consentio † tibi vt rem meam sine vllo titulo
possideas, ex tali consensu non oritur ius possiden-
di per l. Lucius. ff. de dona. vbi talis consensus sem-
per potest reuocari. Preterea & secũdò, non obstat
45 ꝙ dicatur actorem amisisse sua negligentia † saltem
decem annorum possessionem, vt non possit recupe
rare secundũ Soci. in d. l. rem quę nobis. in 2. q. ver.
quintò dubitatur. & seq. quoniã respondetur, dictũ
Socini non esse verum, & nõ procedere in amittẽ-
te possessionem negligendo, & per culpam in omit-
46 tendo, & sic non sequitur, † possessio est perdita, er-
go non potest recuperari. ita in terminis probant
Rui. consi. 37. col. 4. ver. & insuper non obst. sub nu.
8. & 9. libr. 4. & Aym. consil. 235. col. 2. sub ver. & si
dicatur. allegãdo Capel. Tolo. in decis. 487. & Petr.
Benintend. in decis. Bonon. 10. ad fi. & facit ad præ
cedentem conclusionem, ꝙ patientia sola non præ-
iudicat vbi non præcedit vera obligatio, & ad hanc
47 ꝙ sola † negligentia non facit aliquem perdere ius
suũ nisi vbi reperitur expressum in iure. secundum
Bart. in l. solent. §. 1. col. fi. ff. de off. procon. solũ. n.
48 attenditur, vt quis † nequeat recuperare possessio-
nẽ, an amiserit eam ex iusta causa, & non ex iniusta
& ex inualida causa per c. reintegranda. 3. q. j. Alex.
consi. j. col. fina. sub ver. circa tertium. lib. 4. latè fir-
mat Aym. consilio 248. colum. fin. & similiter po-
49 test † condici & recuperari quando retinetur sine
causa,

causa,aut ex iniusta causa.per l.quia quod.ff.de do.
inter vi.& vx. alias diceretur remedium reintegran
dæ amitti spacio 10.annorum,quod non est dicen-
50 dum, † cum valde dubium sit, & vix ꝙ non præ-
scribitur spacio 30.anno. vt per Cassad. in 6. decis.
in tit.de rest.spol.& Dec.consi.56. in fin. & Luc.de
Pen.in l.si coloni.col.9.in 20.q.C.de agri. & censi.
lib.11.& clarius sic esse communem tenet Viui. de
com.opi.ver.spoliatus quandocunque,quod intro-
ductum est etiam negligentia oon petentis. Bar. in
l.sicut.C.de præscrip.30.an.

Consequenter & tertiò animaduertendũ est, an
præscriptione 30.aun.sit exclusus actor,in qua tan-
dẽ facit ipsa rea conuenta suum præcipuum funda-
51 mentum, † & quidem odiosum & iniquum præsi-
dium reputatur,per ea quæ allegat Balb.in tract.de
præscript.in 1.par.in 5.q.col.2.& seq. ideo cum eo
agendum est proprio rigore & strictè omni æquita
52 te remota: quia in præscriptione † tractatur de lu-
cro captando cũ iniuria alterius, dicit Bar.in l.pen.
ff.de du.re.& absque dubio eidem excipienti incũ-
bit onus probãdi præscriptionem ipsam oppositã.
Aymo consi.132.sub nu.12. & Balb.in d.l.Celsus.
in 4. part. in 2.q.in princip. An autem probet,reui-
denda sunt iterum examina suorum testium. Quæ
vtique bene perspecta non probant allegatam pre-
scriptiooem, vltra mendacia, variatiooes & con-
tradictiones,quas dixerunt,& ob quas nullam me-
rentur fidem, vt superius singula eorum examina
53 discutiendo demonstratum est. Quoniam † proba-
tio præscriptionis requiritur fieri de certo & limi-
tato tempore,tradit Bar.in d.l.Celsus. ad fin. & ibi
Balb.in sua repet.in d.4.par.in 2.q.col.5.in 6.con-
clu.nu.18.allegando Bal.in l.fi.in 15.oppo. de edi.
54 diui Adri.tol.Et vbi † de tempore præcipuè fienda
est probatio, semper est probandum principium,
aliàs eo ignorato ignoratur & totus progressus, di-
cit Bal.in l.de diuisione.in prin.solu.matri.& in l.si
minorem.num.4.C.de in integr.restitu.& in l.1.§.
editiooes.in fi.ff.de eden.Saly.in l.2.in princi.in fi.
C.de temp.appel.& Ias.in l.talis scriptura. col.3. in
3.no.de leg.j.De principio autem temporis posses-
sionis Baldassaris aui paterni. reæ conuentę pro
præscriptione allegata per eam, ex decem testibus
pro ea examinatis, & supra nominatis ꝙ esset tem-
pore vitæ Do. Benedicti & Do. Annibalis, nullus
deponit nisi magister Petrus Faber quartus testis,&
Hieronymus Belletti septimus testis, sed hos nõ ꝓ
bare validis rationibus superius ostensum est addu-
ctis contra ipsum quartum testem & ipsum septi-
mum testem, quæ hic repetantur & reuideantur,
eoque maximè, quòd tempore vitæ dictorum do-
min. Benedicti & dom. Annibalis,eosdem de Gi-
raldis post bellum magnum & post reditum Illu-
strissimi Ducis in Statum possedisse dictummet pe-
tium terræ probatur per Franciscum de Ricijs &
Petrum magistri Gabrielis Furlani & Cichũ Ioan-
agnoli super primo interrogatorio primum testem
de examinatis modo pro actore & Marcum Au-
gustini tertium testem dicentem dictum Baldassa-
rem vt curatorem do.Ioannæ do. Annibalis posse-
disse d.petiũ terræ, & exinde ad certos annos eum
possedisse d.terrenum.& per Hippolytũ secũdũ te-
stem sup.1.interroga.& per Augustinũ Mobilis su-
per 4.interrog.dicẽtem non posse esse,ꝙ d. Baldas-
sar possideret de anno 1523. & sic quãdo viuebant
d.D.B.& D.Anni.hæc negatiua,ꝓbatur rõne,quia
in ca.additionali dixerat scire dictũ terrenum per-
uenisse ad manus dict.Baldassaris,quoniam erat cu
rator Do.Ioannæ,pro hoc scribit Feli.in ca. in no-
stra.col.pen.ver.est tamen verum.nume.8. de testi.
& per D. August. Bochanechiam 7.testẽ super 1. c.
& de auditu super c.additionali,quãdo d.terrenum
peruenit ad manus d. Baldassaris ipse erat curator
D.Ioan.Quibus quidem testibus vt pluribus nume
ro & proximiora vero deponentibus (quia verũ est
d.petium terræ prius esse illorũ de Giraldis,vt plu-
res testes reæ conuentæ supra notati deponũt) ma-
55 gis † credendum est,& præualent dictis duobus te-
stibus reæ cõuentæ d.l.ob carmen. §.1.& ibi Doct.
& Alex.d.consi.177.col.fi.nu.14.lib.6. & Doct.in
d.c.licet causam.de prob.& in d.c.in nostra.

Remotis ergo dictis istorũ duorũ testiũ,necesse
est dicti possessionẽ dici possessionẽ dicti Baldassa
ris requisitã ꝓ præscriptione, c.3.de reg.iu. in 6. at
testatã per testes ipsius aduersariæ interuenisse post
annum 1527. quo decesserunt dicti D. B. & D.
A. Verum quia post hunc annum & post dictorum
mortem,& D.An.sui patris, D.Io.nata de an.1524.
mense Septeb.vt probant testes examinati pro acto
re super capitulis reprobatorijs in vltimo proces-
56 sus,erat ipsa pupilla,ideo † contra eam durante pu-
pillari ætate incipere non potuit prætensa ann.30.
præscrip.vt l.sicut.§.pen.& l.cum notissimi. in prin.
C.de præscri.30.an.& ibi glo.& doct.& in l. fin. in
qui.cau.io integr.rest.non est neces.& ab an.1536.
postquam effecta fuit pubes,incepta ẽt d.an.30.prę
scriptio,maximè cũ mala fide d.Baldassa.(vt modo
dicetur) fuisset interrupta per citationẽ & petitio-
nem d.D.Giraldi factam in iudicio de recuperatio
ne possessionis d.petij terræ de an.1560.& secutam
responsionem dictæ reæ conuentæ fatentis dictam
petitionem reintegrationis, & opponentis dictam
præscriptionem 30.an. & facientis capitula pro di-
cta præscriptione probanda, vt excludat petitio-
oem compromissi factam per ipsum D.Giraldũ se-
cundum formam statutorum, vt apparet in vltimo
processu à car.46. vsq; ad car.78. & sic deficiẽtibus
sex annis fuissent solum decursi anni 24. & absque
dubio per talem petitionem fuisset interrupta talis
57 præscriptio 30.annor. quę currit † odio negligentis
non petere,vt per Bar. & omnes in d.l.sicut. & pro-
pterea interrũpitur per solam citationem.d.l. sicut.
ẽt d.l.cũ notissimi.in prin.& vtrobiq; per glo. Bart.
& alios,& in l.fi. C.de anna.excep.per glo.& doct.
in ca.illud.de præscript. & Balb. in d.tract. de præ-
script.in 3.part.sextæ part. post 4.q.sub versicu. ve-
58 nio nunc ad secundam.num.9.& sequent. quia † &
per solam citationem quis oon dicitur petere, sed.
velle petere,per l.amplius non peti.ff.rem rat.hab.

dicit Feli.in d.c.illud.colum.2.num.3.versi. limita
tamen, & sufficit quomodocunque in iudicio quis
rumpat silentium, & amplius nolit esse negligens
ad certum ius suum ipsum consequendum, vt pro-
bat tex.in d.l.fi.ad fi.de an.except.

Præterea cum testes vtriusque partis, & actoris
super capitulo additionali & super secundo interro
gatorio, & reæ conuentæ super quarto interrogato
rio deponant ipsum Baldassarem fuisse curatorem
dictæ dominæ Ioannæ, non potuit incipere præ-
scribere dictum petium terræ pro parte suum ipsius
59 domi.Ioannæ, quia † tutor vel curator nomine alie
no pro pupillo & adulto possidet.l.j.§.per procura-
torē.ff.de acqui.poss.ideo bona minoris intercipe-
re & vsucapere non potest.l.tutor.ff.de furt.& l.pi-
gnori.de vsucap.in ratione, & idem in capit. si dili-
genti.de præscrip. & si non esset verus tutor vel cu-
rator tamen pro administratione & detentione di-
cti petij terræ tenetur pro tutore & curatore, vt per
tot.titu.ff.de eo qui pro tut.scilicet, vt non potuerit
incipere præscribere deficiente possessione, per ra-
tionem d.l.pignori.in princip.& stante mala fide.l.
pupillus.§.sed si mala. ff. de administ. tuto. In hoc
60 simile & fauorabile ipsi minori vbi est eadem † ra-
tio & æquitas idem ius est, secundum Bald.in l.fin.
C.de interdic.matr.& iste fauor † cōpetens d.D.Io.
minori circa præscriptionē non ceptam & nō secu-
tam prodest etiam D.Giraldo possidēti cum ea pro
indiuiso, per tex.in l.si cōem.ff.quemadm. ser.ami.
cum pluribus decisionibus concord. adductis per
Felin.in cap.1.col.3.& seq.de præscript.ob indiui-
duitatem saltem malęfidei dicti B.partem minoris
tenentis pro indiuiso cum ipso domin. Giraldo, vt
nunc dicetur, impedictis omnem pręscriptionem.

Postremò & fortius dicendum est, & si reme-
dium reintegrandæ præscribatur spatio xxx. an. vt
per Paul. de Castr.consi.105.in fin.libr.1.& Deci.
consi.252.colum.2.& consi.302. colum. fina. Ta-
62 men † hoc procedit in possessore bonæfidei &
cum bona fide, vt intelligit Socin. in d. l. rem quæ
nobis. in 8.quæstio.in fi.& Balb.in d.tract. de præ-
script.in 4.par.quartæ par.princi.in q.24. sub nu.5.
& Roland. à Val.consi.6.num.41. lib.3.vt genera-
le est in quacunque præscriptione de iure canoni-
co, per ca.fin.de præscript.& ca. 2.de regu. iur. in 6.
cum plenè alleg.per Alex.consi.99.colum.1.num.
5.lib.4.& Aym.consi.146.num.2.& Tiraq.de præ-
script.§.1.gloss.2.in princip.Mala fides autem dicti
63 Baldassaris, † quæ ex indicijs & coniecturis pro-
bari potest.Alexand.consi.46.col.pen.ver. de ma-
la fide.lib.3.Abb.consi.19.ad fin. libr.2. probatur
ex eo q apparet ex de positionibus testium vtriusq;
partis vt supra annotatis dictum petium terrę prius
fuisse istorum de Giraldis, & per eos possessum be-
nè & verisimiliter notum & scitum per dictū Bal-
dassarem eorum sororium & postea curatorem di-
ctæ domi. Ioannæ, & non apparet aliquis titulus d.
Baldassaris non solum non probatus, sed nec etiam
allegatus, nisi q possedit pro suo, & tanquam suum,
64 quod † non sufficit ad titulum inducentem præscri-
ptionem.secundum Barto. in l.1. in fin.ff. pro suo.
Alex.cōsi.98.ver.nec prædictis obstat.lib.2.& cōs.
137.col.2.ver.nec prædictis.co.neque aliquis titu-
lus pro soluto, neque pro dote potest imaginari,
65 † quia non fuit allegatus à parte.ar.l.si adulterium,
§.idem Pollioni.in fi.de adult. & non probatur de
traditione pro soluto, neq; de credito dotis seu al-
terius causæ, imò per confessionem dicti Baldassa-
ris factam in suo testamento probatur eum habuis-
se flo.300. tempore contracti matrimonij pro dote
D. Antoniæ, & alias pecunias ab illis de Giraldis,
66 quæ confessio † probat contra suos hæredes. l. j. &
ibi Bal.col.pen.nume.19.C.de fal.ca.& si ex dictis
causis habuisset dictum fundum ab illis de Giral-
dis hunc reliquisset Do. Antoniæ, quemadmodum
reliquit pecunias pro ea habitas ab istismet de Gi-
67 raldis. sic enim aliquid † non fuisse habitum pro
vxore depræhēditur ex eo, quod non expressit ma-
ritus in testamento, in specie adducit Corn. in
68 consi.120.in fi. lib.4. ita † in possidente sine titulo
præsumitur mala fides, per tex.ibi, tradit Bart. in l.
fin.supra fin.in versic.sed contra prædicta. C.vnde
vi, & in d.l. Celsus.colum.penul.sub num.17.versi.
sed contra hoc, & ibi per Balb.in 3.par.col.3.num.
10.in quarta conclu.& Aymo consi.258. sub num.
* 12.versi.item isti canonici, ita esse com.opin.à qua
in iudicando non esse recedendum alios allegan-
do dicit Paris.consi.104.num.127.lib.1.quod ma-
ximè procedit in dicto Baldassare in vita sua non
possidente per xxx.an.secundum Bar.in d.l.fin.vo-
lentem vltra possessionem alicuius sine titulo an-
norum xxx. completorum præsumi bonam fidem,
69 quæ † tamen potest probari mala etiam ex conie-
cturis, & vltra terminos d.l.fi. non procedit in hoc
d.doctr.Bar.vt per Aym.d.consi.146.ad fin.Sed in
hoc aliter non est instādum, cum nullo modo con-
stet dictum Baldassarem in vita sua possedisse di-
ctum petium terræ per an.xxx.completos, quinimò
neque per x. neque per xx. vt colligitur ex annota-
tionibus factis in margine examinum testium reæ
conuentæ. Qui etiam concorditer de certis annis
decursis vnius certi & limitati temporis non pro-
70 bant † vt requiritur in præscriptione, & prout tradit
Bar.in d.l.Celsus.nu.23.& seq.Bald.in d.l.fi.in 15.
oppo. de edict.diui Adri.tollen. Alex. consi.51. in
fi.lib.1.Corn.consi.247.col.5. & colum. 12. lib.2.
71 & consi.46.col.pen. in fi. lib.3. Non facit † nihilq;
refert q Baldassar probatus sit vir bonus & bonæ
famæ &c. Quia hoc non sufficit in bona fide, quæ
aliter debet probari, vt in specie tradit Abb. in c. si
diligenti.col.3.nu.16.de pręscript.

Exinde sequitur & firma fit conclusio, q mala fi-
des d. Baldassaris nocet eius hęredibus, Francisco
filio & Do.Hyppolitę nepti modò superstiti. Quę
siue velit vti accessione temporis dicti Baldassaris
auctoris, & continuare pręscriptionem per eum ce-
72 ptam, † & hoc quidem facere nō potest, per tex. in
l.cum hęres.ff.de diuer.pręscri.& ibi per Alexan.in
apostil.ad Bar.& in consi.89.col.3.num.8.lib.2. &
consi.63.colum.3.nu.10.lib.4.& idem Alex. & alij
in l.

in l.Pomponius.§.ʃ.& §.fi.ff.de acq.pos.& Canon. in c.si diligenti.de præscrip.& hoc indistinctè procedere & non habere dubium dicit Balb.in d. trac. de præscript.in 2.par.3.par.princi.in 12.quæst.colum.4.nume.10.& de hoc nemo dubitat,dicit Soci.Iun.consi.144.col.pen.nume.53.lib.1.Siue autem velit inchoare præscriptionem ex se ipsa, & ex
73 persona sua,hoc etiam facere prohibetur † ob malam fidem auctoris defuncti,vt est com.opin.doct. attestata per Balb.in d.par.& q.d.t 2.colum.penul. & quòd ab ista opin. contra Dyn. in iudicando & consulendo non sit recedendum,idem de communi attestatur Ruin.consi.170.ad fin. lib.1. & Aym. dict. consi.146. in fin.& Soci.Iun. dict.consi.144. colum.penul.nume.53.& Porti.Imo. in tractat. de com.conclu. in 4. libr. conclu.1. vbi ampliat hanc opin. procedere in omni hærede immediato vel mediato, & sic etiam quòd d. Hyppolita sit hæres Baldassaris aui mediante persona Francisci patris, nõ potuit præscribere, licet ipsa in articulis seu capitulis deducat singulas separatas præscriptiones, x.x x. & x x x. anno. & in vita Baldassaris aui & in vita Francisci patris, & in sua completas, tamen has completas saltem x x x. anno. in vita cuiuslibet eorum & singulatim sui testes minimè probant, nisi quòd Baldassar & sui descendentes possederunt ab ann. x x x. x x x v. x l. & solus magi-
74 ster Petrus quartus testis dicit de ann. 50. cui † soli etiam non debet credi. l. iurisiurandi. C. de testi.
75 Nam ex sua persona tentans † præscribere nihil facit nisi probet quando cœperit ipse possidere, vt latè insistit Pau. de Castr. in consilio 258.columna fina.lib.2.verum etiam sequendo opin.Dyn. in ca. secundo, de regu. iur. in 6.communiter reprobatam, Socin.Iun.dict.consi.144.colum.penul.num. 53. præscriptio incohata post mortem dicti Baldassaris secutam de anno 1539. de mense Decembris vt constare potest per suum testamentum & per vltimos testes examinatos pro actore,maximè x x x. annorum fuit pluries interrupta, & de anno 1560. vt dictum est supra, & de anno 1565. quando fuerunt productæ preces actoris loco petitionis cum rescripto Principis,& de ann.1569. mens. Martij,Aprilis & Maij quando fuit datus terminus ad probandum in causa,vt per text. gloss.& docto. in d.l.sicut.& in dict.capitu. illud. de præscript. ita quòd & omni casu sumus in claris dictam præscriptionem triginta anno. actori non obstare. in terminis simili. sic discurrit & determinat Alexan. consilio 213.colum.3.libro 2. etiam in dubio reijciendam esse per plura probat Aymo consilio 29. in fin. Quare iuribus actoris sic bene dilucidatis & redditis claris ad plenum, eum puto debere obtinere petitam reintegrationem possessionis cum fructibus, vt concludit Alexand. consil.70. ad fin. libro 6. & Socin.in dict.l.rem quæ nobis.in penul. quæst. & Deci. in consi. 57. in fin. & consilio 252. nume.1. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XCII.

ARGVMENTVM.

Aliqua in fraudem creditorum ostensa hoc in loco adducuntur, & de suspicione falsitatis in causa ciuili,& de statutis diuersis circa distributionem bonorum decocti.

SVMMARIVM.

1 *Fraus indicijs & coniecturis probatur.*
2 *Fraus arguitur ex clandestinis & insolitis actibus.*
3 *Fraus fit de nomine ad nomen.*
4 *Fraudis præsumptio est de modis contrahendi insolitis.*
5 *Falsitatis suspicio in materia ciuili habetur pro falsitate, ex communi.*
6 *Libri priuati creditorum non probant.*
7 *Iudices appellationis non possunt se intromittere in alio nisi in causa introducta per appellationem inter appellantem & appellatum.*
8 *Distributio bonorum falliti quando causatur non ex contractibus secundum ipsorum contractuum naturam,sed ex alio extrinseco accidenti, scilicet ex decoctione seu fallimento debitoris, debent attendi statuta loci iudicij.*
9 *Statuta loci iudicij disponentia respectu bonorum quæ sunt in potestate statuentium valent & debent seruari ratione rerum ipsarum.*
10 *Locus vbi fit executio rerum inspicitur.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.

1 Quoniam fraus † indicijs & coniecturis probatur, Dec.consi.338.in fi.maximè in dictis & gestis per fallitos,qui dicuntur deceptores & fraudatores.Bal.cõsi. 382.ad fi.lib.5. Indicia plurima & coniecturæ colliguntur,in scriptura de his confecta seriatim ex processu. Hoc vnum in summa ostendunt literæ cambij de 14.ducat.confectæ vt dicitur,Io.Iacotto triduo antequam moreretur, & morienti fallito, opera & cura filiorum eius apparuerunt,exhibentur,& exequi perquiruntur, vt pecuniæ in eis descriptæ & contentę inter eos clandestinę distribuantur & extrahãtur ex ratione mercium,quam hic Pisauri per Io.de Mer fallitus exercebat & tenebat,vt creditores fraudarentur,& non possent satisfieri super dic. ratione.Ex factis enim & gestis comprehensis in d. scriptura coniecturarum oriuntur & applicãtur istę conclusiones fraudem ipsam iure probantes, quòd
2 † ex clandestinis & insolitis actibus fraus arguitur. Curt. Iunior. consilio 145. columna fina. & ex insolita diligentia, Deci. consilio 448. nume. 25. & ex eo quod fit per interpositam personam. Barto.in l.pupillus. §. fina. nume.3. ff. de auct.tut. Aym.consi.122.nume.10. & ex gestis inter coniunctas personas.Pau.de Cast.consi.337.col.3. versic. secundò præsumitur.lib.1.Deci.consi.525.num.9. & ex eo quòd quærunt occultari bona, Aym.consi.

 300.col.1.

3 300.col.1.Et † de nomine ad nomen fit fraus. Bal.
in l.nemini.C.de Aduoc. diuerſ. Iudici. Et ex bre-
uitate temporis.Tiraq.de Retrac.§.1.glo.7. nu.77.
& ex quantitate exceſſiua.l.omnes.§. Lucius. ff. de
de his quæ in fraud. cred. & ex nimia cautela & in-
ſolita.in apoſtil.ad Bal.in l.fraus.ff.de legi. & Gui.
4 Pa.in q.605.&†ex modis cõtrahendi inſolitis frau
dis eſt præſumptio.Bal.conſi.75.ſpurio.nu.2.lib.2.
Iaſ.in l.teſtamentum. C.de teſta. Deci.conſi.448.
nu.23.Cur.Iun.conſi.132.nu.9.

Suſpicio item non parua eſt falſitatis dictarum
literarum cambij,ex eo q Melchior filius Io.Iacot-
ti, qui eas ſcripſit, dicit eas non fuiſſe ordinatas à
ſuo patre,& ſubſcriptione vana & non probata per
idoneos teſtes, & † In materia ciuili falſitatis ſuſpi-
cio habetur pro falſitate,ita communiter teneri di-
cit Curt.Iun.in d.conſi.132.col.fi.nume.10.Et per
clauſulas inconſuetas ſuſpicio eſt falſitatis.Bar.in l.
quicunque.C.de apo.publi.lib.x.

Petitiones aliorum prætenſorum creditorũ præ-
ter illorum de Anna petitionem non ſunt admit-
tendæ, vt de aſſertis creditis fœneratitijs & omni
priuilegio & audiẽtia carere debeant per ſtatutum
Piſ.mercatorũ ca.56. de quo per Bal.d.conſi.382.
6 col.pen.nu.17.lib.5.& † non probãt per libros pri-
uatos,maximè ipſorum aſſertorum creditorum. vt
l.inſtrumẽta.& l.exemplo. C.de prob. & non con-
tinentes certam cauſam.Alex. conſi.182. col. pen.
nu.6. lib.2. Pro quibus etiam prætẽſis creditis non
poſſunt in hac cauſa appellationis audiri, ſed ſolũ
diſcuti poteſt de iuribus & viribus ſententiæ latæ
7 pro iſtis de Anna,& pro appellãtibus tãtum,& † in
alio Iudices appellationis nõ poſſunt ſe intromit-
tere,niſi in cauſa introducta per appellationem in-
ter appellantem & appellatum vt.ca.Romana.§.in
alium.de appella.in 6.Abb. in c.cum Ioannes. col.
fi.de fid.inſtru.Franc.in ca.cum teneamur. colum.
pen.de appell.

De ſtatutis diuerſis,& loci domicilij, & originis
Io.Iacotti debitoris, & loci Iudicij intentati vali-
dè per iſtos de Anna circa diſtributiones bono-
rum decoctorum ſeu fallitorum dicendum eſt, q
8 † cum diſtributio hæc bonorum non cauſatur ex
contractibus ſecundum ipſorum contractuum na-
turam, ſed ex alio extrinſeco accidenti, ſcilicet ex
decoctione ſeu fallimento debitoris, debent qui-
dem attendi ſtatuta loci Iudicij, per doct.Bart.in l.
cunctos populos.col.5.in 1.q.nume.18.C.de ſum.
tri.& fi.cat.quam ibi doct. approbant,& præcipuè
9 Iaſ.num.66.& Caccialup.num.121.quia †hæc ſta-
tuta loci Iudicij diſponentia reſpectu bonorum,
quæ ſunt in poteſtate ſtatuentium,valent & debent
ſeruari ratione rerum,per l.an in totum.C.de ædif.
priua.tradit Bal.in d.l.cunctos. col.9. ſub num.13.
10 ver.In contrarium.& †locus vbi fit executio rerum
inſpicit.l.miſſi opinatores.C.de exac.trib. lib.x.fir.
mat Soci.conſi. 120.col.5.verſi. ſolum ergo reſtat.
lib.1. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM XCIII.

ARGVMENTVM.

Hæredes in ius vocantur in loco domicilij defuncti debitoris, tenentur hic, tum ex promiſsione defuncti filij facta patri principalis debitoris de ſoluendo æs alienum, tum ex aditione hæreditatis paternę prius facta per filiũ, poſtea hæreditatis fraternæ ex aditione per ſorores conuentas, & ad debitum hic probatum per teſtes per chirographum approbatum relatiuè per teſtes ſubſcriptos,& per ipſius debiti medijs nuncijs ſatisfieri in bonis oblationem factam per dictum filium.

SVMMARIVM.

1 *Forma agendi, excipiendi,& comparendi ſemper inſpici debet.*
2 *Iuriſdictioni ordinarij non cenſetur per ſpecialem commiſsionem ſuperioris derogatum.*
3 *Iuriſdictione ordinaria ſufficit & intelligitur aliàs ſuſtineri proceſſus paſsim appoſita clauſula,omni modo meliori.*
4 *Pro eſtationis forma qualis eſſe debeat.*
5 *Iudex aditus præſumitur competens non adducta aliqua cauſa ſpecialiter incompetentia iudicis, & non probata.*
6 *Edictum de iudicibus eſt prohibitorium.*
7 *Declinatoria iudicij non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*
8 *Hæres ſortitur forum defuncti.*
9 *Miſsio in poſſeſsionem bonorum hæreditariorum, poteſt dari contra hæredem non inuentum ex primo decreto,ſi ibi ſunt.*
10 *Principalis reputatur una perſona cum procuratore.*
11 *Examinationem & pronuntiationem iudicis requirens conſentit in iudicem.*
12 *Proceſſu mutuo conſenſu partium poſtea completo intelligitur receſſum à proteſtationibus de non conſentiendo.*
13 *Verba ſcripturæ,mandati & teſtium enunciatiua aliquarum monialium non probant eas moniales.*
14 *Profeſsio non cenſetur facta etiam apparente ingreſſu ordinis.*
15 *Pactum paciſcenti prodeſt.*
16 *Copula,&,ponitur inter diuerſa.*
17 *Vniuerſalis geminata quid operetur.*
18 *Pactum filij emancipati factum patri valet.*

Obligatio

19 Obligatio efficax oritur inter patrem & filium.

20 Cessio valet ex causa crediti satisfaciendi, ex qua cessat ratio prohibitionis cessionis, ne sit redemptor litium cessionarius.

21 Actus aditionis hæreditatis quomodo probetur.

22 Aditio hæreditatis probatur per testes singulares circa actus successiuos.

23 Doctori attestanti de auctoritate alicuius doctoris præcedentis fides adhibetur.

24 Testes singulares quòd sufficiant ad probandum aliquod in genere, ex communi contra Iasonem.

25 Aditio hæreditatis probatur per testes singulares probantes de pluribus venditionibus rerum hæreditariarum, vel repertarum in hæreditate.

26 Hæredes tenentur ex promissione eius cui succedunt,

27 Probatio aditionis hæreditatis ostensa per gesta probata dummodo concludat ad omnia quæ fuerant reperta, non refert cuius valoris sint bona hæreditaria.

28 Aliud, verificatur etiam in minimo.

29 Aditio hæreditatis vxoris delata marito pro se & filijs dicitur inducta ex eo quòd maritus dedit pauperibus pannos quotidianos vxoris.

30 Probatio eius quod in iudicio petitur facienda est iudici.

31 Singula quæ non prosunt, multa simul iuncta fidem faciunt.

32 Conuentio licita est, & sine labe prauitatis vsurariæ, quòd tanta summa pecuniarum prius data, alio tempore restituatur, & reinuestiatur in tanto grano prout valet eodem tempore restitutionis.

33 Testes singulares ad inuicem se fouent ad faciendum indicium.

34 Notitia literaturæ & manus alicuius multum facit ad probationem, concurrentibus alijs.

35 Scriptum contra quod nihil opponitur videtur tacitè approbatum, intantum quòd fidem facit.

36 Apodissa in iudicio producta parte non opponente habetur pro publica.

37 Præsentia iudicis facit præsumere sincerè & bona fide fuisse factam calculationem, & ascriptam debitoris obligationem, & cessionem & omnem læsionem & deceptionem cessare.

38 Relatum est in referente.

39 Connexorum idem est iudicium, & quod fit de alio.

40 Scriptum vltimum censetur esse implementum & satisfactio insertorum in primo.

41 Testes dicentes non recordari de contentis in aliquo scripto, non videntur probare.

42 Certum aliquid esse dicitur per relationem ad aliud.

43 Memoria perpetuatur per scripturam.

44 Testes se referendo ad subscriptiones & scriptum, videntur sic etiam deponere & probare, contenta in scripto se scire vera esse.

45 Testes satis dicuntur attestari scriptum factum de mandato partium, ex eo quòd dicunt de partibus præsentibus tunc quando fuit scriptum.

46 Subscriptione omnia virtualiter comprahenduntur quæ in actu principali continentur.

47 Testes subscripti & deponentes de contentis in scripto sufficiunt ad probationem.

48 Probationes non sunt angustandæ, & dicta testium non sunt cauillanda, nec intelligenda secundum subtilitates iuris.

49 Testes probant de commissione & mandato sibi facto ab aliquo.

50 Nunciorum confessio & obligatio videtur propriè facta à domino.

51 Debiti fidem qualitercunque agnoscendo videtur ipsum debitum fateri.

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

VEniunt hæc inspicienda pro resolutione causæ & litis coram Do. Potestate terræ sancti Constantij vertentis inter D. Hieronymam actricē & sorores & hæredes D. Iacobi. Primùm, quid de protestatione cōminatæ incompetentiæ Iudicis. Secūdum, de probatione debiti paterni ex pacto soluendi & aditionis hæreditatis Colæ patris factæ per D. Iacobum filium, & demum hæreditatis Do. Iacobi aditæ per suas sorores conuentas. Tertium & vltimū, de probatione crediti D. Hieronymæ actricis petiti contra dictas hæredes.

Primùm inspiciendo formam dictę protestatio-
1 nis, prout † forma agendi, excipiendi & comparen-
di semper inspici & attendi debet. glos. 1. ad fi. in c.
hæc quippe. 3. q. 6. refert Bal. consi. 50. ista quæstio.
num. 4. lib. 4. latius probat Ange. consi. 302. visis &
diligenter. suprà fi. ver. semper enim. & Ias. in l. exi-
gendi. col. 3. ver. sextò fallit. C. de procur. & Feli. in
c. pastoralis. col. 5. num. 13. ver. signa. glo. 3. de ex-
cept. vbi plura de exceptione generali inepta, obscu
ra & informiter facta non attendenda adducit.
Cum protestationis huius forma & verba hæc sint.
& nō de consentiendo in D. V. vigore assertæ sup-
plicationis & rescripti, prout ipsius vigore non con
sentit &c. & aliàs in loco Domi. Potestas ordina-
2 riam habeat iurisdictionem, cui † per specialem
commissionem Superioris derogatum non cense-
tur, ca. licet. de offi. iud. ordi. ab hac ergo ordinaria
iurisdictione sic protestans non dissentit, per vulg.
dictum, qui vnum dicit &c. l. cum prætor. in princi.
ff. de iudic. & capitu. qualis 25. distinct. cum con-
cord. alleg. ibi. per gloss. & per Signoro. consi. 231.
3 nume. 1. Per † quam quidem ordinariam iurisdi-
ctionem sufficit & intelligitur aliàs sustineri pro-
cèssum passim apposita clausula (omni modo me-
liori) Felin. in capi. cum super. colum. penult. versi.
quid autem importet. de offic. delega. & Deci. con-
silio 14. colum. 2. versicu. similiter dixit. & consi.
77. colum. 2. Caret quoque dicta protestatio for-
ma sua, ne contumax appareat protestans, non ap-
4 positis verbis, † nisi si & quatenus de iure &c.
vt per Angel. in l. non videtur. la secunda. ff. de
iudic. & Felin. in capitu. cum enim. nume. 66. de
constitu. & Iason. in l. non solum. §. morte. nume.
5 46. de nou. oper. nunciat. Causa † verò aliqua
non adducta specialiter incompetentiæ iudicis &
non probata præsumitur Iudex aditus competens,

tuit cedi D.Iulio auctori actricis & creditori,vt ex
scriptura subscripta per testes apparet, de qua infe-
20 rius dicetur, valet enim cessio † ex causa crediti sa-
tisfaciẽdi, ex qua cessat ratio prohitionis cessionis,
ne sit redemptor litium cessionarius,vt firmat Bart.
in l.per diuersas col.3.num.18.sub ver.quęro quid
si fiat.C.mand.per tex.ibi. nulla etenim tali ratio-
ne &c.& etiam ibi expressè ponitur in text. & pro-
batur per Bart. & alios validitas cessionis in credi-
tore qui pro debito recipit cessionem.

Vbi quoque tale pactum talisque cessio non ad-
essent.Quoniam in processu plenè probantur actus
21 aditionis † & immixtionis hæreditatis paternæ
per d.Iacobum filium,ex appræhensione rerũ,qua-
les fuerint,repertarum in hæreditate dicti Colæ pa
tris, & ex solutione debitorum paternorum . vt per
glo.& doct.in l.1.& 2.C.de repu.hæred.& per tex.
in §.item extraneus.institu.de hæred.qual.& dif.&
Bar.in l.gerit.ff.de acq.hęred.& Alex.consi.32.lib.
3.Paris.consi.16.col.8.nu.41.& seq.lib.2.& per te-
22 stes † singulares circa actus successionis etiam pro-
bari aditionem hæreditatis auctor.Petr.de Ancha.
approbata per Io.Bapt.de san.Seuer.& Io. de Mon
te Sper.tradit Soci.consi.295.col.2.vers. postremò
&c. lib.2. etsi Ias.consi.154.col.fi.lib.2.videatur te
nere contrarium,vt simpliciter refert & nulla reso-
lutione data pertransit Port.Imo.in tracta.de com.
opin . lib.1.conclu.34.Cum tamen responderi po-
23 test ad motiua Iasonis,ꝙ primò † de hoc auctorita-
tem Petri de Ancha. adesse potest credi Io.Bapt.de
sanct.Seuer.& Io.de Mont.Spe. & Soci. cum refe-
rentibus,arg.not.per glo.& Bart.in l.Titio fundus.
de cond.& demon.& c.nobilissimus.97.dis.& quia
easdem rationes de credendo testibus singularibus
in probatione consistentis in genere per facta suc-
cessiua,adducit & scribit idem Petr.de Anch.consi.
277.ex prędicta facti narratione.col.4.ver.non ob.
secundum contrarium.Deinde & quia aliud moti-
24 uum Ias. †ꝙ testes singulares non sufficiunt ad pro-
bãdum aliquod in genere, non permanet firmum,
* cum magis com.opi.doct.sit in contrarium, vt pa-
tet ex alleg.per Aymo. sic attestantem in consi. 73.
nu.32.cum seq.& consi.78.col.2.nu.6. & per Port.
Imo.in d.concl.34.lib.1.ita & per Gui.Pa.in decis.
544.& Cur.Sen.in tract.de testi. in conclu.37. nu.
77.Ideo hoc tenẽdum est, vt etiam in specie per te-
stes singulares probantes de pluribus vẽditionibus
25 † rerum hæreditariarum vel repertarum in hæredi-
tate,aditionem hæreditatis probari declarat & re-
net Pau.de Cast. consi.113. contra superius cõsul-
ta.nu.2.lib.j.sequitur Aym.in tract.de antiq.temp.
in 4.par.sub nu.157.versi.eadem ratione videmus.
vbi materiam singularitatis testium profitetur latè
pertractare, licet in casu isto dici possunt plenè pro
bati actus inducẽtes aditionem hæreditatis pater-
næ per d.Iacobum,& successiuè inducentes proba-
tionem aditionis hæreditatis dicti D.Iacobi apræ-
hensæ per dictas eius sorores conuentas, vt constat
26 ex processu,ergo†vigore dictæ promissionis D. Ia-
cobi vt eius hæredes,per l. j. C. vt act. ab hęred. &
cõtra hæred. & vigore aditionis hæreditatis pater-
næ per d.Iac.vt hæredes hæredis,per l.j. C.de bon.
auc.iud.pos.tradit Ro.consi.158.in fin.ipsę sorores
teneantur soluere actrici petitum creditum.

Non refert cuius valoris sint bona hæreditaria
27 paterna d.Iacobi, dummodo † ad omnia quæ fue-
runt reperta concludat probatio aditionis prædictę
ostẽsæ per gesta probata,vt ex eo habetur quod tra
dit Saly.in l.non hoc.ad fi.C.vn.legi.& Ias.in l.j.§.
veteres.col.8.nu.13.ff.de acqui.pos.sufficit enim ꝙ
ea quæ gesta probantur nõ potuerint geri citra ius
& nomen hæredis.l.pro hærede.§.pen.ff. de acqui.
hæred.etiam si quid minimum sit,quod fecit gerẽs
se pro hærede, probat d.l.pro hærede.in princi.ibi.
28 qui aliquid facit. quia † (aliquid) verificatur etiam
in minimo glo.in ver.parte. in cle. quamuis. de so.
com.Corn.consi.33.in fi.lib.4.Dec.in c.2. num.4.
de fide instr.& in c.quoniam.nu.2.de testi.vt vide-
re est in aditione hæreditatis vxoris delatæ marito
29 pro se & filijs,inducta †ex eo ꝙ maritus dedit pau-
peribus pannos quotidianos vxoris , secũdum Bar.
in d.l.gerit.col.7.nu.28.ver.quæro quid si maritus.
qui panni quotidiani à communiter accidentibus
nõ possunt esse nisi pauci valoris,vt si esset data vna
camisia amore Dei,exinde probatur aditio,Dec.in
d.l.non hoc.col.pen.nu.10.C.vnde leg.

Tertium & vltimum, quomodo probetur de cre
dito Actricis,videndũ est.Quoniam Iudici facien-
30 da est probatio †eius quod in iudicio petitur,vt l.2.
C.com.diui.& l.1.& ibi gloss.no.de condi. ob tur.
ca.& l.eos.C.de testi.& l.quinquaginta.ff.de prob.
& glo.j.in l.fin.§.ꝙ si actor. C.de iur.calum.Debet
ideo Iudex ipse non ad vnam probationis speciem
statim cognitionem alligare, sed multas probatio-
num species inspicere, vt semiplenam per testem,
plenam per testes, per scripturam publicam,vel pri
uatam probatam comparatione vel alio modo, &
quæ sola probationis species vel modus sufficiat,
31 attendatur , aliàs † plures, vt quæ non prosint sin-
gula multa ei simul iuncta fidem faciant.vt per tex.
in l.3.§.1.& ibi per glo.in versi.speciem.ff.de testi.
& Pau.de Cast.consi.380.Iudex.lib.j.& Soci.cons.
37.col.pen.nu.14.lib.3.& Deci.consi.595.nu.7.8.
& Aym. consi.73. nu.20.21. hæc vtique obseruata
in casu proposito plenè instructum & certum red-
dẽt Iudicem de credito petito.Quod quidem est in
quantitate salmarum quinquaginta duarum & cup
parũ sex ex causa vt in chirographis seu scriptis pro
ductis legitur.Ne prima facie incidat suspicio alicu
ius iniustę vel illicitę huius crediti causæ,ex eo ꝙ ex
pretio grani salmarum viginti & cupparum duarũ
dati ipsi Colæ die 1. Iunij ann. 1563. ad rationem
scutorum sex & grossorum quinque pro salma, ex-
soluendorum & remittendorum in tãto grano per
totum mensem Octobris, de eodem mense pretio
grano existente ad rationem grossorũ quadragin-
ta octo pro salma calculatis rationibus dictorũ pre
tiorum grani quantitas fuerit reducta ad dictas sal-
mas 52.& cup.6.Namque sciendum est,quòd veris
existentibus pretijs grani his temporibus ascriptis,

prout vera præsupponuntur, nihilo etiam in cõtra-
rium allegato, nec docto, valet absq; labe prauita-
32 tis vsurariæ & licita est conuentio, † q tanta summa
pecuniarum prius data alio tempore restituatur, &
reinuestiatur in tanto grano, prout valet eodem
tempore restitutionis, per text. in c. si quis clericus,
13.q.4. & ibi post Hug. in terminis firmat Archid.
adducens rationem. quia iste intelligitur vendere
frumẽtum carissimum nunc, & mutuare pecuniam
gratis, quam sibi vult reddi in frumento tempore
solutionis, quos refert & sequitur Laur. de Rodul.
in tract. de vsur. in 28.q.

Veritati autem grani per D. Iulium dati d. Co-
læ Lucæ afferunt & adminiculantur testimonia Na
gni tertij testis examinati pro actrice in processu
fol. 139. dicentis (Che Cola articulato mentre era
viuo, disse ad esso testimonio che baueua tolto cer-
to grano da M. Giulio) & fol. 140. dicẽtis (& esso te
stimonio doppo non so quanti dì vidde, che detto
Cola faceua venire certa quãtità di grano da Mon
dolfo, quale Cola disse che era di quello di M. Giu
lio, quale volse ancho vẽdere à esso testimonio) &
Lucæ Rubei octauis testis fol. 196. dicentis (Ma si
bene sà che lo tolse, ò che l'bebbe, perche si ritrouò
presente in Mondolso quando M. Giulio gli lo fa-
ceua misurare al detto Cola, & aiutò ancho al det-
to Cola quì nel burgo di san Costanzo nel suo mo
lino da l'oglio ad accommodarlo in vn cantone)
Vnde isti testes deponẽtes, vnus de confessione fru
menti habiti, & alter de mensuratione, licet singu-
33 lares sint, tamen † vnus fouet dictum alterius ad ve
hemens indicium, vt dicit Bald. in l. 2. §. fin. col. fin.
ver. quid autem si per vnum, ff. si cer. pet. & per Pau.
de Cast. d. cons. 380. nu. 2. lib. 1. & Aym. in d. tract.
de antiq. tẽp. in 4. par. sub n. 157. ver. & q singulari-
tas. & Paris. consi. 57. col. pe. & fi. lib. 1. & boc verũ
est quando singularitas est adminiculatiua. Addit
etiam & coadiuuat lucem ipsam veritati dicti debi
ti frumenti & eius quantitatis, scriptum & primo
loco factum, quamuis non sit recognitũ in scriptu-
ra nec in subscriptionibus testium, scribentibus &
subscribẽtibus mortuis, nisi q subscrptio Hierony-
mi Aromatarij testis subscripti recognita est per 9.
testem fo. 217. & per 13. test. fo. 244. eo quia babẽt
34 notam literatutam & manũ d. Hieronymi. † quod
& multum facit ad probationem, concurrentibus
alijs, vt per Rui. consi. 46. sub num. 9. & nu. 14. lib. 4.
Cum tamen dictum scriptum ẽt priuatũ fuerit pro
actrice productum sub die 19. Augusti 1570. vt in
processu fo. 59. & pars petierit eius copiam, & Iu-
dex decreuerit, & nihil apparet per eam oppositum
35 contra dictum scriptum, † videtur id tacitè appro-
batum, in tantum q fidem facit, vt in terminis per
plures auctor. tenet Aym. in d. tract. de antiq. temp.
in 1. part. sub num. 161. fo. mihi 80. & in consi. 275.
col. 2. idem repetit & probat, addo idẽ sentire Bart.
in l. fi. in vlti. lect. in 1. not. C. de fide instr. & Berta-
chi. in tract. de gabel. in 3. membro 8. part. col. pen.
36 sub nu. 59. expressè tenentem, q † apodissa in iudi-
cio producta parte non opponẽte habetur pro pu-
blica, alioquin etiã apocha sine aliquo adminiculo
testium & compensationis literarũ faceret aliquam
præsumptionem, quia non præsumitur aliquem fe-
cisse falsam apocham, timore pœnæ. post Bar. Fulg.
& Castr. & Alex. firmat Ias. in l. admonendi. sub nu.
89. de inreiur.

Verùm & clarius dictum scriptum prius factum
de quantitate frumẽti habiti & dati pro certo pre-
tio remittendo in tanto frumento & licitè, vt pro-
batum est, verificatur & approbatur per aliud scri-
ptum postea à tergo eiusdẽ primi scripti in eadem
papiro seu carta factum manu domini Colæ Tho-
masini tunc Potestatis & Iudicis in loco, vt ex actis
publicis Curiæ illius temporis apparet, cuius præ-
37 sentia † facit præsumere sincerè & bona fide fuisse
factam calculationem, & ascriptam debitoris obli-
gationem, & cessionem, & omnem læsionem & de-
ceptionem cessare. Ias. in l. pacta nouissima. col.
3. ver. quartò facit. nu. 9. C. de pact. Aym. cons. 114.
num. 2. & recognitum ac approbatum, vt modo di-
cetur, quia dicta hæc scripta sunt connexa, corre-
38 spectiua, executiua & relatiua ad inuicem, ideo † re-
latum est in referente. l. asse toto. ff. de hæred. instit.
l. si ita scripsero. de condi. & demonst. & connexo-
39 rum † idem est iudicium, & quod fit de vno fit de
alio. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. Bal. in l. petens. col. 6.
nume. 33. C. de pact. Deci. in d. ca. quanto. in 3. no.
40 refert Aym. consi. 275. colum. 3. & † vltimum scri-
ptum censetur esse implementum & satisfactio lo-
co pretij frumẽti ex pacto inserto in primo scripto.
arg. l. fundi partem. ibi. nam hoc ipsum pretiũ fundi
videtur q eo pacto vẽditus fuerit. ff. de contr. emp.
& l. teneiur. §. 1. de act. emp. ita ex implemento agi
tur, & in eo fit conclusio petitionis secundum Bal.
in d. l. petens. col. pe. ver. secundò opp. nu. 45. prout
in hac causa bene agitur ad implementũ primi scri
pti deductum in hoc vltimo scripto ad quãtitatem
salmarum 52. & cup. 6. per not. in l. aduersus. C. de
non nume. pecu.

Quod quidem vltimum scriptum factum manu
dicti domini Colæ Thomasini ostẽditur verum &
approbatum per examen duorum testium ad illud
subscriptorũ. s. 10. testis ser Perri Barbettę dicentis
in processu 235. (è la verità che in casa della Chie-
sa fui chiamato da ser Nicola Thomasini, che io vo
lesse sottoscriuere q̃sto scritto, fatto tra Cola & M.
Giulio & così io lo sottoscrissi; & questa sottoscrit-
tione che dice, io Pietro Barbetta sopradetto fui
presente come di sopra si contiene, & de mia pro-
pria mano la feci, perche le parte erano presente,
& particolarmente me ricordo di Cola, & de le
conuentione fatte me referisco al scritto, &c. e,
lettere & scrittura fatta dal detto messer Nicola, &
questo lo so benissimo, perche lo viddi scriuere &
lo riconosco benissimo) & 12. testis Iosephi suscri-
pti pro teste ad dictum scriptum dicentis, se fuisse
vocatum pro teste ad scriptum factum inter Co-
lam & dominum Iulium, & se ad illud referre &
recognoscere suam subscriptionem ad illud fa-
ctam fuisse verè sua manu scriptam, & se recorda-
ri facto

ri facto & lecto dicto scripto dictum Colam dixis-
se, se satisfecisse omnia sua debita, & sibi videri di-
ctum scriptum fuisse scriptum per Ser Nicolã Tho-
masinum, & ibi adfuisse etiam Ser Petrum pro te-
41 ste, vt in dicto processu. fol.241.242. Qui † testes
licèt videantur non probare, ex quo dicunt non
recordari de contentis in dicto scripto, & non fa-
cto manu debitoris, & solum duo sint etiam reco-
gnoscentes eorum subscriptiones, vt latè insistit
Socin.consilio 274. colum.4. & sequen. lib.2. Ve-
rius tamen videtur testes, vt in casu isto satis clarè
deponentes se recordari fuisse præsentes scripto fa-
cto inter ipsas partes manu dicti Ser Nicolæ, & ve-
rè vti testes vocatos subscripsisse eorum manu re-
cognita per sensum appropriatum, attestantes ple-
nè probare, etiam se referendo ad dictum scriptũ,
per ea quæ in specie firmant Imol. & Roma. in l.
nuda.ff.de donatio.& Fel.in cap.2.colum.4.versic.
septimò limita. nume.14. de fide instrum.& Alex.
consi.181. colum.2. lib.2. & consi.239. colum.3.
nume.6.lib.6. & Ruin.consil.46.colum.9.in princ.
& Iaso.in d.l.admonendi. sub nume.89.dicit quòd
* ista opinio est vera & communior, & videntur isti
testes satis deponere de veritate contentorum in
dicto scripto, cum deponant certè se recordari de
eius confectione, & pro testibus fuisse vocatos, &
subscripsisse, ob longitudinem temporis pro me-
moria cõtentorum in eo se referant ad illud, quod
42 idem est, quòd dicere contenta in eo, quia † aliquid
esse certum dicitur per relationẽ ad aliud.l.in sum-
ma. l.ait prætor.de re iudica.& d.l.asse toto.in spe-
cie de teste se referente probat Ioan.de Ami.consi.
87.nume.5. & Socin.consil.149.colum.penult.sub
versicu.quartò & vltimò. libro primo. concludens
enim videtur ratio testis pro scientia facti cui re-
cordatur interfuisse & subscripsisse scriptum conti-
43 nens tale factum referendo se ad illud, quia † per
scripturam memoria perpetuatur, vt in simili tra-
dit Bald.in l.iubemus. colum.fina. versicu.vlterius
not. C.de testa. eo maximè quia subscriptiones i-
psorum testium sonant (fui presente à quanto di so-
pra si contiene) sic continent scientiã testium con-
tentorum in scripto per bonam rationem præsen-
tiæ ascriptæ, per l. testium. C.de testi.tradit Barto.
in l.1.§.fin.ff.de aucto.tuto.& Bald.in d.l.testium.
colum.2.nume.8.& ibi latè in apostil.ad quas sub-
44 scriptiones † & scriptum ipsum se ipsi testes referen-
do videntur sic etiam deponere & probare conten
ta in scripto se scire vera esse, per d.consil.Ioan.de
Ami.87. nume.5. & latius per consil. Alexan.184.
nume.1.2.3. lib.7.& Bald.consil.169. quòd cedu-
la. ad fin.libro 2. Accedente quoque comparatio-
ne huius scripti, quòd sit manu dicti Ser Nicolæ
facta cum suis scripturis publicis ipsius Ser Nicolę,
dum tempore dicti scripti gerebat præturæ officiũ
in loco, & factam per Ser Christoforum Lucę, &
per Ser Guidonem Thomanum, in forma tamẽ exa
minis, vt in dicto processu ante fol.72.

Et ita pro hac parte concurrit opin. Barto. &
aliorum in d.l. nuda. & in authen. & si contractus.
C. de fide instrumen. de comparatione fienda pro
plena probatione, vt per eos. Sufficit autem tale
44 † scriptum fuisse factum à tertia persona partibus
præsentibus & mandantibus & non subscribenti-
bus, dummodo testes subscripti attestentur, vt per
Felin.in d.cap.2.colum.2.versicu. sexta declaratio.
45 de fid. instrumen. † satis enim de mandato partium
scriptum fuisse factum dicũtur attestari, ex eo quòd
dicunt de partibus præsentibus tunc quando fuit
scriptum, & per testes ipsos subscriptum, per l.qui
petitur. ff.manda. cum præsertim in fine dicti scri-
pti expressum sit illud esse scriptum de commissio-
ne partium, de qua ideo attestantur etiam se sub-
46 scribendo testes, quia virtualiter † in subscriptione
omnia repræsentantur quæ in actu principali con-
tinentur, per l.emptor.§.Lucius.de pact.& ibi Bar.
dicit Deci.consil.11. colum.10.versicu.pręterea in
casu nostro. de hoc statur ipsi scripto secũdum Bal.
in consil.98.nam probant.lib.2.iunctis testimonijs
prædictorum testium.

Quibus autem sic ostensis de veritate, saltem re-
47 latiuè, contentorum in scripto, sufficerent † ipsi duo
testes subscripti & deponentes, per l. vbi numerus.
sentit Barto. in d.authen.& si contractus.colum.1.
versicu.oppo.dicitur hic. & clarius Bald.in authen.
si quis. versicu. alij dicunt.C.qui pot.in pig.hab.&
hoc indistinctè verũ est de iure canonico, per tex.
in cap.in omni.de testi. in specie tradit Alexand.d.
consil.181.columna penult.numero 6.versicu. nec
prædictis ob. si dicatur. libro secundo. etiam si es-
semus in casu simplicis recognitionis subscriptio-
num.

Itaque non obstant alleg. per Soci.in d.consilio
274.columna 4. libro 2. quia nimis sophisticè lo-
48 quitur in materia probationum † quæ non sunt an-
gustandæ.l.penult. in fin. C.de heret. & in materia
testium, quorum dicta non sunt cauillanda neque
intelligenda secundum subtilitates iuris, Alexand.
in apostil.ad Bart.in l.si quis filiabus. ff.de test. tut.
& consilio 43. columna penulti. nume.29.libro 4.
& Deci.consilio 272. columna 1. & quia loquitur
in diuerso casu, in quo testes non dicunt specificè
per quem scriptum factum fuerit, & dicunt se fuis-
se pręsentes scripto, quia recognoscunt eorum sub-
scriptiones, & sic non videntur moueri, quia recor-
dentur propter præsentiam sed propter subscri-
ptionem, in qua se vti testes subscripsisse inueniun-
tur & fuisse præsentes, quo casu de facili potuissent
decipi propter similitudinem literarum, vt facilè
videre est dictum Soci.consilium legendo. Non sic
autem dicendum est in casu nostro, in quo expressè
testes deponunt dę præsentia partium, & scriptum
viderunt scribi per Ser Nicolam Thomasinum, &
bene recordantur de loco scripti, ad quod ipsi fue-
runt vocati pro testibus, fuerunt præsentes confe-
ctioni & lectioni scripti, & se subscripserunt, & re-
cognoscunt subscriptiones, non ob similitudinem
literarum, sed quia recordantur dę loco, de rogitu
& de negocio implicitè, & magis explicitè pro ve-
ritate cõtentorum in scripto assignantes rationem
obliuio-

obliuionis,vti rei ad eos non nisi tantum pertinentis, & ob longitudinem temporis se referunt ad ipsum scriptum. Quod cum factum fuerit appositis subscriptionibus testium pro memoria rei sic gestæ conseruanda. l. cõtrahitur. ff. de pignor. de eo testes memores, ideo se referendo ad illud dicuntur concludenter probare veritatem contentorum in eo, per superius allega. quæ etiam non inficiatur Soci. in dicto consilio 274. dum testes memores plurium qualitatum scripturæ securè se referunt ad eam.

Horum autem veritas coadiuuatur, & pro indubia per Do. Iacobum filium dicti Colæ debitoris habita demonstratur, ex eo quòd Nagnes tertius testis. fo. 146. & Ioan. Baptista nonus testis. fo. 220. deponunt, separatim tamen, vt nuntij missi à D. Iacobo ad Do. Iulium eum requirendo nomine dicti Iacobi, vt vellet accipere vnam possessionem vel petium terræ ipsius dicti Iacobi pro credito suo, & ita D. Iacobus se offerebat satisfacere ipsi D. Iulio creditum quod habebat cum Cola patre dicti Iacobi, & Do. Iulius respondebat se nolle terrenum,
49 sed suum granum, qui testes † probant de commissione & mandato dicti Iacobi cuilibet eorum facto de oblata satisfactione crediti dicto Iulio in terris, vt tradit Alexand. in consilio 88. colum. pen. versicu. quia respondeo. libro 5. comprobat Ruin. consilio 105. colum. 2. nume. 3. 4. libro 4. & eorum
50 † vti nunciorum confessio & oblatio videtur propriè facta ab ipso domino Iacobo, vt in specie probat Dec. in l. 2. colum. penul. nu. 63. C. de eden. qui
51 † vtique fidem debiti qualitercunque agnoscendo videtur ipsum debitum fateri, per l. cum fidem. C. de non nume. pecu. tradit Bald. in l. ad solutionem. C. de re iudica. cum simil. quæ possent allegari de approbatione debiti, de quibus per Aymo. consil. 204. nume. 10. & consilio 237. nume. 2. & consilio 278. colum. 3.

Ex quibus omnibus & clarius simul iunctis firma conclusio remanet, animum Iudicis persuasum effici & certum de dicto credito petito salmarum 52. & cup. 6. & de eo sufficientem probationem ostendi per alleg. superius, & per Pau. de Cast. dict. consil. 380. libro 1. & per l. qui sententiam. C. de pœn. §. in his vero. ibi. vt ex pluribus comparationibus &c. in auth. de instr. ca. & fid. & l. qui in prouincia. §. primo. ff. de ri. nupt. & per Anchar. consil. 246. visa diligenter. Et illud consequenter mortuo domino Iulio creditore, vt eius mortem fatetur pars aduersa in processu fol. 35. & habetur in pronuntia domini Iudicis folio 57. spectat ad dominam Hieronymam actricem eius vxorem & hæredem ex testamento producto in processu. fol. 45. & sequent. per iura vulga. Debet itaque sequi condemnatio dictarum hæredum ad dandum dictas salmas 52. & cup. sex grani dictæ actrici, vnà cum interesse pretij ad rationem scutorum octo cum dimidio pro salma, prout facta legitur interpellatio die 31. Maij. anno 1570. in processu. folio 32. & de anno 1569. fuit producta petitio & extat decretum superioris in loco de soluendo granum pro scutis octo cum dimio pro salma sic æstimatum de dicto anno, vt folio 266. & ita fuit obseruatum, vt per testes post fol. 250: & prout sic pronuntiandum esse habetur per Bart. in l. vinum. colum. pen. & fi. & ibi per alios si certum peta. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XCIIII.

ARGVMENTVM.

Tempus mensis à statuto præfixum ad recuperandum bona capta ex secundo decreto currit à die prolati secundi decreti. Regulare est tempus à lege vel statuto datum dici continuum & currere ignoranti. Oblatio non sufficit vbi pecunia soluta requiritur. Præscriptio temporis dati ad aliquod faciendum non interrumpitur absque citatione partis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod non exprimit non vult.*
2 *Contumax debet habere scientiam secundi decreti proferendi ex forma statuti.*
3 *Ignorantia supina & crassa non excusat aduersus lapsum temporis.*
4 *Statuto disponente de tempore respectu actus, tempus incipit currere à die illius actus.*
5 *Tempus vbi apponitur in specie, vel initij à quo, vel finis ad quem, absque alia notificatione currit ignoranti.*
6 *Statutum populi dicitur ius ciuile.*
7 *Tempus statuti, alio non expresso, dicitur continuum regulariter. & num. 10.*
8 *Tempus statuti continuum currit ignoranti, vel aliter impedito, quod declaratur. num. 9.*
11 *Dies naturalis incipit à media nocte.*
12 *Debitor de iure communi contra dationem in solutum & adiudicationem ex secundo decreto aliquo modo non auditur, maximè quando conceditur exequendo sententiam diffinitiuam iam super debito latam.*
13 *Iniuria affici non videtur is qui ignorauit cui damnum non infligitur.*
14 *Statuti formam non seruans non est audiendus.*
15 *Scientia patris præsumitur ex coniunctione filij.*
16 *Permissa ad tempus sunt vltra tempus ipsum prohibita.*
17 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*

18 *Conditio extrinseca vitiat depositum.*
19 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
20 *Statutorum verba sunt propriè & strictè accipienda & obseruanda.*
21 *Statuti verbis nihil addere vel detrahere debemus.*
22 *Cautio non sufficit vbi debet pracedere satisfactio.*
23 *Depositum vt valeat qua requirantur.*
24 *Debitor habens mensem ad soluendum & recuperandum, vt talem interrumpat prascriptionem, requiritur citatio creditoris.*
25 *Offerendi duplex modus.*
26 *Depositum extra tempus prascriptum nihil operatur.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO
viam veritatis & iustitiæ.


Væstio est de mense per legem munici-
palem concesso debitori recuperandi
tenutam adiudicationis ex secũdo de-
creto, solutis tamen creditori debito &
expẽsis, & vbi lex ipsa municipalis dicit, infra men-
sem à die dationis in solutum, an debeat suppleri,
& scientiæ debitoris. Breuiter respondendo & ad-
ducendo simul rationes contraria declarantes &
remouentes, in specie proposita dicendum est aliã
suppletionem (& scientiæ debitoris) fieri non de-
bere, vt mensis currat. Primò, quia statutum de
quo loquimur expressit, vbi voluit fieri notifica-
tionem reo de immissione in bonis ex primo de-
creto, & cum notificatione præceptum de tenuta
reluenda infra terminum Iudicis arbitrio statuen-
dum, & citationem ad videndum & audiendum
omnes & singulos actus in causa fiendos, & de-
mum citationem fieri ad sententiam secundi de-
creti. Qua verò sententia secundi decreti prolata,
ipsum statutum non exprimit neque dicit aliam
1 notificationem fiendam debitori, ergo noluit, †&
non requiritur alia notificatio, argumen. l. 1. §. sin-
autem ad deficientis. C. de cadu. tol. & cap. ad au-
dientiam. de deci. & l. de pretio. ff. de publici. hac
arguẽdi forma in infinitis locis inuenisse Io. And.
vsum fuisse dicit Ange. consilio 257. inter capitula.
colum. 5. in statuto vtitur Dec. consi. 339. colum. 2.
ad fi. cum concordan. alleg. per Tiraquel. in l. si vn-
quam. in versicu. liberis. nume. 3. de reuoc. donati.
referentem nuncuparim ex dicto Baldi allegatio-
nem aduocatorum qui dicunt, si statutum hoc vo-
luisset dixisset, eodem enim argumento in specie
non expressit à tempore scientiæ, ergo currit igno-
ranti, vtitur glo. in versic. numerandum. circa med.
in cap. 3. de præben. in 6. & ibi Archid. columna 2.
versic. vacauerint. De hoc autem, vt liceat debito-
ri recuperare rem ablatam ex secundo decreto in-
tra mensem, aliã notificationem fieri non dicit sta-
tutum & non mandat, quia ex tot notificationib.
citationibus, præceptis, æstimationibus bonorum,
& demum speciali citatione ad audiendum pro cer
ta die sententiam secundi decreti præcedentibus,
præsumitur ipsius debitoris scientia de dicto secun-
do decreto, & eius die, quod vltimò est proferen-
dum contra contumacem, vt statutum mandat, de
2 quo † debet contumax habere scientiam. l. leges sa-
cratissimæ. C. de legi. vel si eius est ignorantia, su-
pina est & crassa, prout de citato personaliter ad
sententiam dicit Felin. in cap. quoad consultatio-
nem. colum. 13. nume. 24. versic. secundus casus. in
fin. de re iudica. per tex. & glo. in c. eos. de tempor.
3 ordi. in 6. quæ † non excusat quin mensis labatur. l.
nec supina. ff. de iur. & fac. igno. Supinè enim igno
ranti currit tempus, glos. in l. quæritur. §. fina. per l.
cum sex. ibi Fulgo. in fin. & Cæpo. & in l. 1. in prin.
sub nume. 15. ff. de ædil. edic. cum simil. allega. per
Tiraq. de retract. tit. 1. §. 35. glo. 4. num. 27.
Secundò, cum statutum disponat de tempore re-
spectu actus, scilicet secundi decreti, in casu isto, à
4 die illius actus incipit † currere tempus, in statuto
præfigente tempus ad luendum rem venditam fir-
mat Signo. in consi. 81. colum. 2. nume. 6. compro-
bat Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glo. 10. nume. 112. &
§. 36. gloss. 11. nume. 42. Quod fortius procedit in
casu nostro, quia statutum specialiter dicit infra
mensem à die dationis in solutum, vbi enim tem-
5 pus † apponitur in specie, vel initij à quo, vel finis
ad quem, absq; alia notificatione currit ignoranti,
vt pro conclusione seruanda in practica, & pro cõ-
* muni probat Aret. in l. si cui legetur. in princip. col.
fina. de lega. 1. & sequitur Nel. in tract. de ban. in 3.
par. 2. tempo. in q. 83. colum. fin. & Soci. consi. 108.
colum. 3. versic. tertiodecimò. lib. 4. adducens text.
in l. fin. C. de dolo. & in l. genero. ff. de his qui not.
infam. & quæ ponit Barto. in l. in senatus. §. fina. ad
Turpil. & ibi Soci. in d. consilio respondit ad leges
quæ videntur subaudire circa tempus à die scien-
tiæ, quòd loquantur in remedijs prætorijs, quæ
sunt vtilia, & in casu quo lex statuit & exprimit tem
pus esse vtile, at secus est in casu quo lex statuit cer-
tum tempus actui ex certa die incipiens, & non ex-
primit illud esse vtile, quare tam ab initio quàm in
progressu intelligitur continuum & currit ignoran
ti, per d. l. fina. de dol. Atque secus est in quæst. no-
stra quoniam agitur de tempore præfixo à statuto
6 † populi quod dicitur ius ciuile, per glo. in princip.
institu. de perpe. & temp. acti. & Bal. in d. l. genero.
7 colum. fina. à quo † tempus alio non expresso, dici-
tur continuum regulariter. glos. & Bart. in rubri. de
diuer. & tempor. præscript. ita in tempore statuti
post Calca. consi. 63. colum. 4. in fin. tradit Aymo
consil. 271. colum. 5. versicu. sextò vbi præmissa. vbi
8 ideo cõcludit † tale tempus statuti continuum cur-
rere etiam ignoranti, vel aliter impedito, per d. l.
genero. & ibi Barto. in primo not. & Bald. in secun-
do nota. cum alijs alleg. per Aymo. Quod maximè
9 procedit † vbi tempus à statuto breuius vel longius
præfixum aliàs de iure communi nõ erat vtile, quia
non mutat naturam, vt sentit Bal. in l. 2. colum. fin.
C. de ædil. act. Verum in quæstione nostri statuti
tempus recuperandi bona ex secundo decreto ca-
pta principium habens ex certa die dationis in so-
lutum debito & expensis solutis magis simile est, &
ferè

ferè idem,licet breuius, datum eadem forma & ad eundem effectum cum tempore biennij dato debitori ad recuperandum pignus conuentionale datum per Principem in dominium creditoris quasi ex secundo decreto. vt l.fin.§. finautem tempore.C.de iure dom.impetr. & ibi dicitur tale tempus biennij ex die sacri oraculi numerandum,absq; eo q exprimatur vtile,ergo absq; dubio est continuum, vt est

10 regulariter † per d.glo.in rub.de diuer.& temp.præscrip.& Bal.in d.l. fin.sub num.4. sentit ponderando dictionem,ex die,q non sit computatio de momẽto ad momentũ,sed de re ad rẽ,sumendo diem

11 naturaliter † prout incipit à media nocte per l.more.ff.de fer. ita dicendum est in tempore nostri statuti dicentis infra mensem à die dationis in solutum,q sit continuũ,& currat ignoranti, vt not.Bar. & Bald.in d.l.genero.

12 Tertiò,de iure cõmuni debitor † contra dationẽ in solutum & adiudicationem ex secundo decreto aliquo modo non auditur, maximè quando conceditur exequẽdo sententiam diffinitiuam iam super

* deblto latam, vt pro communiori & veriori opi.cõprobat Alex.in l.si finita.§.Iulianus. col.fi.de dam. infec. latè sequitur & firmat Dec.consi. 592. statutum ergo concedens licere debitori recuperare tenutam adiudicationis ex secundo decreto intra mẽsem à die dationis in solutum, dicitur hoc concedere fauore debitoris iam pœnitus exclusi de iure cõmuni, vt ex se patet, & ex eo simili quod dicitur in d.l.fi.§.finautem tempore. ibi. pietatis intuitu habeat debitor intra biennij tempus in suam rem humanũ regressum &c.de iu.dom.impetr.Quamobrẽ tempus illud mensis currit debitori etiam ignoranti,per ea quæ in specie adducit Tiraq. de retrac.tit. 1.§.35.glo.4.nu.25. quatenus dicatur Ancha. in c. statutum.col.2.ver.opponitur dicitur hic. de præb. in 6. pungere hanc sententiam, in casibus diuersis loquitur, in casu enim quo per ignorantiã nõ amittitur, vt hic non amittitur res iam amissa per adiudicationem ex secundo decreto dici potest tempus

13 currere ignoranti, quia † non videtur iniuria affici is qui ignorauit, cui damnum non infligitur, dicit text. in l. qui autem.§.similiq; modo.ff.de his quæ in frau.cred. quem citat Tiraquel. in loco proximè alleg.numero 26.

Vltimò, in casu proposito mensis etiã elapsus est debitore sciente rem amissam ex secundo decreto non soluta debiti & expensarum quantitate creditori,vt statutum mandat.probatur primò de scientia,saltem præsumpta, ex eo q filius debitoris tanquàm filius & coniunctà persona patris die 8. Nouembris an. 1570. coram iudice comparuit volens recuperare rem patris captam ex secundo decreto depositauit solummodo quãtitatem debiti, & non expensarum,& sic non seruauit conditionem & for-

14 mam statuti, † ideo ex hoc etiam non audiendus, per not.in c.cum dilecta. de rescript. & per Bald.&

15 alios in l. r.de lib. & posthu. Tamen † ex hoc præsumitur scientia patris ex coniunctione filij.per l.fi. in fi.C.de impub.& al.subst.& ex negotio pertinẽte ad patrem,& ex cohabitatione notoria.Rui.consil.50.col.6.sub num.17.lib. 1.Bald.consi.295.Petrus.post prin.lib.3.& esset alienus ab omni naturali sensu qui asseueraret contrarium, vt in simili dicit Ripa c.17.ad fin. lib.j.respons.vel modo aliquo inficiari non posse exinde dici ignorantiam patris huius dici supinam.per not.in d.l.nec supina.de iu. & fac.igno. ex qua tanto magis procedunt alleg.supra in primo fundamento. Indubia quoq; scientia debitoris huius demonstratur ex suis precibus continentibus narrationem executionis sententiarum cõformium in re de qua agitur,& depositi facti per filium,& iudicij intentati pro recuperatione dictæ rei,rescriptis die 20.Nouembris,quæ vtiq; probant contra eum.l. cum precum. C.de lib.ca. Ita mensẽ elapso,debitore etiam sciente, vel supinè ignorante, & non soluta debiti & expensarum quantitate, recuperatio rei datæ ex secũdo decreto nullatenus

16 fieri debet,quia † permissa ad tempus sunt vltra tẽpus ipsum prohibita.l.statuliberum. §.j.& ibi Bart. & alij de leg.2. & l.si intra. in prin.de statu liber.& l.sicut.§.pen.ff.quib.mo. pign.sol.

In nullo suffragatur debitori aliud depositũ scutorum 67.pro debito & expensis penes tertium factum soluendum creditori, quia multipliciter demonstratur nullum,& ad rem non facere.Primò.n. factum est pro executione prætensę sententiæ,vt dicitur externa die latę per D. Prætorem, à qua pen-

17 det appellatio,qua † ideo pẽdente nihil est innouandum.l.j.& ibi gl.j.propriè exemplificat in executione,vel quid simile.ff.nil noua.app. interp.Secũdò, non est purè & simpliciter factum, sed ad effectum vt reinuestiatur in tot bonis stabilibus,vel aliter ponatur i tuto,quod est omnino quid diuersum & nouatum à sententijs latis contra debitorem,& executis iam in bonis ex secundo decreto,vnde talis con-

18 ditio † extrinseca vitiat depositum, per l.perfecta. C.de dona.quæ sub mo.tradit Bald.in l.acceptam. col.4.versi. quartò quæro.C.de vsu.& est præter & contra formã dicti statuti, disponentis q debitor si velit recuperare tenutam ex secundo decreto soluere debet debiti & expensarum quantitatem,loquẽdo per ablatiuũ absolutum,soluta tamẽ debiti &c.

19 qui † importat cõditionem.l. à testatore.de cõd. & demon.quæ debet impleri in forma specifica.l.Meuius.ff.eo.cum simil.quod maximè verum est in sta-

20 tutis, † quorum verba sunt propriè & strictè accipienda & obseruanda.Bart.& alij in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest.Alex.consil. 100.col.pen.in prin.

21 lib. 5. & † verbis statuti nihil addere vel detrahere debemus.Bald.in l.maximũ.num. 15.de liber.præter.Ias.consl.46.col.4.in fin.lib.3.Tiraq.in l.si vnq. ver.libertis.nu.4.Tertiò,& consequenter non valet dictum depositum quando pecunia debet solui, & naturaliter hoc verbo, soluta &c. sic designante.l. solutam.in prin.& Bart.in l.solutionis. ff.de soluti. Soci.consi.65.num.3.lib.4.& per glos.in ver.satisfactam.in cap.quoniam.de immun.eccles.in 6. quę

22 vult † non sufficere cautionem vbi debet præcedere satisfactio, & no. Dec.in c.j.colum. 8.ver.ibi sa-

tisdatione

tisdatione. de iudic. Quartò, non valet huiusmodi
23 depositum sic fieri † nisi prius numeratis pecunijs coram testibus, & oblatis creditori, & qui noluerit recipere d.l.acceptam.& ibi Bald.no.in prima col. versic.ibi consignatam. Quintò, cum tempus mensis habeat ad soluendum & recuperãdum debitor,
24 vt † talem interrumpat præscriptionem, requiritur citatio creditoris. l.2.in fin.C.de iure emphyt. Tiraq.de retract.tit. 1. §.8.glo.2.num.1.& seq. accedat quod dicit Bald. in auth. dos data.vers. ibi, in-
25 grediens.C.de don.ante nupt.in prima lect.q.† duplex est modus offerendi, vnus fit parti alter fit iudici cum citatione partis vt veniat ad recipiẽdum, sed hoc casu debet fieri citatio vt interrumpatur præscriptio mensis, qui procul dubio etiam decursus esset à die 20.Nouembris quo fuerunt rescriptę pręces debitoris, qui in eis fatetur habuisse scientiã dictę dationis in solutum ex secundo decreto, ergo
26 † extra tempus modò præscriptum nihil operatur tale depositum, per l.Thais.§.intra.ff.de fideicom. liber. tenet Bal. in d.l.acceptam.col.2.vers.quintò oppo. Ex quib. intrepidè iudicandũ existimo fuisse malè iudicatum per D.Iudicem admittendo debitorem ad recuperandum bona adiudicata ex secundo decreto præallegatis sic ei obstantib. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM XCV.

ARGVMENTVM.

Continet plura capita & materias, vt ex ipsius lectura. An scilicet res empta ab eo qui aliena negocia gerit præsumatur empta propria vel aliena pecunia. Aliena negocia gerens an & de quibus teneatur reddere rationem. Reconuentio quibus casibus cesset.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento standum est.*
2 *Probatur possessio prędij empti, per clausulam constituti in eo appositam.*
3 *Possessio testibus probatur.*
4 *Possedisse quis præsumitur ex titulo emptionis præcedenti.*
5 *Ius fortius quis habet ex persona propria, quàm ex aliena.*
6 *Ius ex stipulatione acquiritur ei pro quo notarius stipulatur.*
7 *Ratificatio emptionis ex quibus inducatur.*
8 *Vxor dicitur rem ad se pertinentem possidere, licet ad eam nunquam vadat, & possideat per virum.*
9 *Testes dicentes se cognoscere suas subscriptiones eorum manu scriptas non ob id probant veritatem contentorum in chirografo.*
10 *Testes dicentes se cognoscere literaturam chirografi & subscriptionem, quia notas habent manus eorum qui scripserunt, non ob id probant veritatem chirografi.*
11 *Recedi potest à contractu ante ratificationem, iure adhuc non quæsito, & id tolli.*
12 *Scientia contentorum in instrumento quomodo probetur.*
13 *Scientia in soluente probatur per solutionem debiti ex aliquo instrumento.*
14 *Scientiam quis de aliquo instrumento habere probatur, ex eo quòd illud penes se habens produxit in iudicio.*
15 *Ratificatio magis factis quàm verbis fieri dicitur.*
16 *Ratificatum & approbatum semel, non potest reprobari.*
17 *Causa semel approbata, siue vera sit, siue falsa, non retractatur.*
18 *Cautela vt tollatur præsumptio, pecuniam esse soluentis alientius ementis pro se & alio.*
19 *Pecunia soluta dicitur eorum quorum nomine numerata est.*
20 *Rem ex pecunia sua emptam quis probare tenetur.*
21 *Administrator soluens præsumitur soluere de pecunijs eius cuius bona administrauit.*
22 *Testi contra inducentem creditur.*
23 *Præsumptio l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. cessat quando maritus externus venit ad habitandum in domo vxoris vel sui filij.*
24 *Administrator alienorum bonorum tenetur reddere rationem suæ administrationis, & ad restituendum reliqua.*
25 *Vitricus qui administrauit bona priuigni tenetur reddere rationem.*
26 *Iuramentum in litem datur contra non conficientem librum rationum.*
27 *Confessionis extraiudicialis effectus.*
28 *Testibus pluribus numero & magis in specie deponentibus magis credendum est.*
29 *Testibus ad plenum non informatis in aliquo non est credendum.*
30 *Actore non probante Reus debet absolui.*
31 *Proponere aliquid non sufficit, nisi probetur.*
32 *Testi de auditu, singulari & suspecto non creditur.*
33 *Testi singulari deponenti de confessione mulieris, dicentis possessionem talem esse suam & suæ dotis, non creditur.*
34 *Testis deponens de auditu de diuersa re & de consignata à non domino, non probat.*
35 *Confessio dotis mariti in testamento, alio non probato, importat legatum & non veram dotem.*
36 *Confessio testatoris, si non est iurata, non probat debitum ex causa adiecta, sed legatum.*
37 *Lucrum dotis quo casu cesset.*
38 *Actor vt obtineat instruitur ad articulandum.*
39 *Repetitio alimentorum præstitorum per vitricum priuignis stantibus ad sua seruitia cessat.*
40 *Vitricum administratorem bonorum priuigni stantis in ser-*

in seruitio suo non videri de bonis administrant, sed de proprijs præstitisse alimenta.

41 *Alere quis tenetur illos quorum opera & ministerio vtitur.*

42 *Vestes & res à vitrico mariti peruenta spectāt ad vxorem, quia ius potestatis hic non vertitur.*

43 *Testi soli in aliquo negotio non creditur.*

44 *Vir & vxor comprahenduntur pari loco, honore & commodo.*

45 *Actio negotiorum gestorū vt detur, debet probari negotium vtiliter gestum, & quòd expediebat, & necessarium erat geri pro eo contra quem agitur.*

46 *Actio non competit contra virum pro rebus ab extraneo datis vxori, & viro non acquisitis.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



X processu agitaro inter D.Stephanū & Dom.Med. colliguntur mutuę petitiones ad inuicem factæ. Primò autem loco D.Steph.petit sibi, & vt hæredi matris dari & restitui duas tertias partes possessionis per eum emptæ pro se, sua matre & ipso D. Med. tunc eius vitrico. Secundò loco petit ab eodem D. Med.sibi reddi rationem administrationis bonorū suorum per ipsum D.Med.administratorum ab an. 1544.vsq; ad annum 1556. Tertio verò loco recōueniendo D.Med.petit à D.Steph.sibi assignari ref fici & solui tres pluinas terræ pro dimidia dotis D. Veronicæ vxoris prædefunctæ pro lucro dotis, & plures pecuniarum quantitates pro alimentis præstitis dicto Steph.& Nic.eius fratri, & pro expensis & rebus datis vxori d.Steph. pro melioramentis factis in bonis d. Steph. pro legato annuo soluto D. Archangelæ præstando per ipsum D. Steph.vigore testamenti Laurentij Fatij, & pro collectis suorum bonorum, pro eo solutis, & pro alijs causis & pecunijs solutis vt in sua petitione continetur.

Primam petitionem D. Steph. de duabus tertijs partibus possessionis emptæ per eum suo & matris & vitrici nomine aggrediendo, breuiter dicendum est nullā videri extare difficultatem quin sibi restituatur tertia pars dictę possessionis suo nomine emptę, cum emptionis instrumentum contineat ipsam possessionem sibi & suo & matris & D.Med.vitrici
1 nomine venditam esse, † cui instrumento standum
est.l.cum pręcib.C.de prob.& ibi glos. & doct.no.
& gloss. in l.4.& seq.in ver.docenti.C.si quis alter.
vel si. & in l.si filij.de dona.inter vi.& vx.& l.indicia.& ibi Bald. de rei vind. & l.in exercendis.de fi.
instru.cum simil.traditis pro instrumentorum pręsumptione, vt p Alcia.de præsump.reg.3.præsump.
13.num.7.& Tiraq. de retrac.tit.j.§.2.glo.j.nu.20.
& sequen.& Aym.cōsi.31.in fi. vt eidem D.Steph.
sit acquisitum ius in proprietate pro sua tertia parte probatum per dictum instrumentum.l. cum res.
& l.ad probationem vti.C.eo.de prob.& in possessione sibi tradita.l.2.C.pro soc.tradita.n.sibi posses
2 sio pręcdij empti probatur † & per clausulam constituti in ipso instrumēto appositi.l. quod meo.in pr.
& ibi Alex.ff.de acq.poss.& glo. in ver.tradita.in l.
2.C.eod.probata possessione prius Lau.venditoris
prout est probata per suos testes super 8. cap. vt requiritur.Bar.in l.quædam mulier.in princ.ff.de rei
vind.Alex.consi.10.num.2.lib.4.& per testes probatur possessio tradita d.Steph.qui postea eā possedit vti dn̄s cū D. Med.& D. Veronica matre, vt clarè deponit Martinus primus testis d.Steph.in processu fo.75.& sequē.Sebastianus septimus testis fo.
90.& seq. Marlnus decimus testis fol.98. & seq.&
Alexander vigesimusoctauus testis D.Medardi super 11 interrogatorio fo.433.& do.Catherina 14.
testis Med.super 11. interrogatorio p̄dicto fo.392.
3 sic possessio † sua probatur, per no. in d.l.2.de acq.
poss.& per Bart.in l.Titia.ff.de soluti.& Rom. cōs.
70.col.pe.ver.secundò, quia probatum est. Præsu-
4 mitur † quidem possedisse ex dicto titulo emptionis præcedenti.per glo.ibi not.Bar. in d.l.quædam
mulier.in pr.& Soci.consi.15.nu.7.lib.4.cum concor.alleg.per Aym.cons.255.num.3.& Hiero.Cagno.in l.2.nu.173. C.de pact. vbi plura adducit ad
declarationem glo.in d.l.quædam mulier.Certi ergo iuris est dictam suam portionem debere ipsi D.
Steph.restitui etiā remedio possessorio reintegrandæ intentato, per ea quæ adducit Socin.consi.262.
col.2.lib.2.& Alex.consi.98.col.j.ver.præterea attento.lib.5. probato titulo in dicta portione & possessione antiquiori q̄ sit præsens possessio existens
penes d.Med.totum dictum pręedium possidentem.
Soci.in d.consil.col.4. ver. ex quibus inferendo.&
in l.rem quæ nobis.in 7.q. de acqui.pos. Quinimò
ius fortius hēt in dicta sua portione d.Steph.quàm
d.Med.habeat in sua, quia ipse Steph. fuit qui emit
pro se & d. Med. & sua matre vt cantat dictum in-
5 strumentum, ita.n. ius fortius habet quis † ex persona propria quàm quis habeat ex aliena, dicit Dec.
consi.501.col.2.num.4.& Bal.in l.vxor.ver.in contrarium quia.C. qui accus. dicit q̄ veniens ex persona propria præfertur illi qui venit per mediam, &
Alex.consi.4.in fin.lib.4.dicit, deniq; potentius est
ius quod quis habet iure proprio quàm illud quod
habet iure alieno.

Itē ex eodem instr̄o emptionis fundata est intētio ēt quoad portionē D. Veronicæ matris, p̄ qua
emit d. Steph. filius, & notarius stipulatus est, ex
6 qua stipulatione † acquiritur ius ei pro quo nota-
* rius stipulatur, vt est commu.opi.attestata per Dec.
in l.quo tutela. §.fin. de regul.iur.& Porti.Imo. de
com.conclus.lib.2.conclu.46.in 17.limit.& Tiraq.
de constituto in 3.par.limit.30.nu.23. vbi cōcord.
omnes ferè cumulat attestantes ita esse com. cōsuetudinem, practicam & opin.vbi & supra nume.5.&
seq.quatenus dicat ratihabitionem eius absentis requiri pro quo stipulatur, & factum est constitutum,
vt ei acquiratur possessio, & pro eius traditione, interuenit quidem in casu proposito, quòd & ipsa D.
Veronica cum filio & cum marito possedit dictum
prædium, vt deponunt idem testes supra nominati,
ita circa traditionem & possessionem quæsitam &
probatam pro ea hic cadunt repetenda quæ supra
fuerunt

fuerunt allegata pro D.Stepha. ob id enim dicitur
7 † eam ratificasse dictam emptionem pro se factam,
& exinde ius sibi fuisse acquisitũ pro sua tertia par-
te,vt in terminis probat Dec.consi.58.col.1.& seq.
& Tiraq.in loco modo alleg.num.12.in fi.scientia
eiusdem ratificantis in acquisita re per filium præ-
sumpta ex coniunctione & communi habitatione
cum filio,& ex instrumento emptionis publicè co-
ram testibus & notario celebrato,per ea quę scribit
Ripa respon.17.col.fi.lib.1.& Aymo consi.26.col.
2.nume.3.& consi.271.col.penul.& consequenter
ea mortua ab intestato hanc suam tertiam partem
prædij empti spectare & pertinere ad dictũ D.Ste-
pha.filium & hæredem, per iura vulg. Cumque &
ea habuerit titulum emptionis in dicto prædio,prę
sumitur possedisse cum mariro & filio iure proprio
pro sua portione,& non iure familiaritatis & con-
sanguinitatis, idemque dicendum est de Steph. fi-
lio,vt declarat Pau.de Cast.consi.295.in causa quę
vertitur.col.3.ver.non autem cẽsetur.lib.2. & Cur.
Iun.consi.168. colum.penul. nume.33. & seq.imò
8 † rem ad se pertinentem dicitur vxor possidere, li-
cet ad eam nunquam vadat,& possideat per virum.
dicit Bar.in l.qui iure.in fin.ff.de acq.pos.

His autem non refragantur ea quæ D. Med. co-
natur adducere, de simulatione emptionis postea
factæ nominibus d.Stephani & d.Veronicæ, & de
eadem emptione facta suis pecuniis, fundando hęc
in chirographo prius facto, qualiter D. Franciscus
pro d.Med.simpliciter emit dictum prædium,& po
stea in instrumento emptionis fuerit admixtum d.
Franciscum & d.Steph.pro se emisse pro d. Med.&
d. Veronica, & in eo ꝙ propriæ pecuniæ d. Med.
fuerint expensæ in dicta emptione, deducendo se
mercatorem nummosum, & modicas esse faculta-
tes d. Steph.& d.Veronicæ vxoris,quæ tenuerit pe
cunias viri,& eius p̃sumitur esse quicquid habuerit.

Quoniã ad hæc respondetur. Primò nõ probari
esse vera contenta in dicto chirographo per D.Frã
ciscum 5.testem d.Med.fo.363.& Laurentium 31.
testem fo.440. subscriptos ad dictum chirographũ,
9 dicentes † se cognoscere suas subscriptiones eorum
manu scriptas,proinde non probant veritatem con
tentorum in eo, vt specie firmat Socin.consil.274.
10 col.3.& seq.lib.2.& per alios testes † non probatur
de veritate dicti chirographi, dicentes se cognosce
te literaturam chirographi & subscriptionum, quia
notas habent manus eorum qui scripserunt. vt per
Alex.consi.239.nume.5.& seq.lib.6. & Afflic.dec.
381.& Rui.consi.131.nu.fi.lib.1. Præterea dictum
chirographum potuit confici pro quodam ratioci-
nio & quodam tractatu, vel pro quadam memoria
donec conficeretur instrumentum, prout quotidie
fit, non verò quòd designaret perpetuam duraturã
& essentiam contractus emptionis & venditionis
prout sic factũ præsumitur, ex eo ꝙ in instr̃o postea
facto nõ est ascripta dicti chirographi dies,sed cele
brati instrumenti dies legitur, hãc rationem in spe
cie facit & adducit Pau.de Cast.in d.l.cum res.col.
j.sub ver.sed aduerte.C.de prob.idem ex die roga-
tionis instrumenti arguit in l. contractus.col.3.sub
ver.in tex.ibi,aliquod ius.de fide instru.refert Dec.
consi.150.col.3.versi.sextò prædicta,ita esse tenen-
dum dicit Ias.in l.quibus.col.2.de verb. oblig.non
tamen data veritate dicti chirographi tenerem alte
rũ contrahentem in hac re posse pęnitere,sed quòd
de nouo vendendo & contrahendo ad plenum tẽ-
pore & die instrumenti contrahentes recesserunt à
contractu dicti chirographi.per no.in l.pacta nouis
sima.C.de pact.Hoc enim teneo cum isto grano sa
lis,& hoc fortius me impellit,ꝙ tempore chirogra-
phi solus d.Franciscus emit pro d.Med.quo non ra
11 tificante † potuit recedi à contractu iure sibi adhuc
non quæsito & id tolli secundum Bart.in l.qui Ro-
mæ.§.Flauius.ver.vlterius habetis.de verbo.oblig.
per l.3.& ibi not.de ser.expor. & ibi Ias.in d.§.Fla-
uius.col.7.sub nu.16.dicit hanc decis.Barto.veram
* & communem,idem dicit Aym.consil.135.col.4.
in pr.nu.10. & maximè secuta traditione facta istis
D.Veronicę & d.Steph. vt ante probatum est.per l.
quoties. & ibi not. C. de rei vind. Tiraq.in d.limi.
30.nu.51.in 3.par.de const.& sic locũ habet quan-
do ius non est plenè quæsitum. Dec.d.consi.58.col.
2.ver.sed dato.licet per venditionem factam tem-
pore dicti instrumenti non sit sublatum ius d.Med.
sed admixtum & additũ sit, ꝙ emptio facta est pro
d.Med.& do.Veronica & d.Steph.eius filio.Quod
quidem fuit approbatum (& hoc penitus omnem
scrupulum aufert)& ratificatum per ipsum Med.dũ
postea soluit nomine suo & nomine d. Veronicæ
suæ vxoris,& eiusdem D.Veronicæ filiorum vendi
tori flo.500. pro residuo precij dicti prędij debitos
vigore dicti primi instrumenti venditionis, bis mẽ
tionem faciendo de ipso instrumento, prout cõstat
alio instrumento de quietatione totius pretij per
vẽditorem facta d.Med.dictis nominibus stipulã-
ti in rogitis eiusdẽ notarij, ita enim manifestè in-
ducta est approbatio & ratificatio d. Med. de em-
ptione facta nominibus prædictorum expressis in
dicto primo instrumento vẽditionis & emptionis,
12 de eo scientia † probata per solutionem dicti resi-
dui pretij, & per mentionem de eo factam in dicto
altero instrumento quietationis,per ea quæ allegat
Aymo in consil.193.col.3. ver.item si probaretur.
per consi.Alex.113.col.3.nume.22.lib.6.& consil.
118.col.2. sub nu.4.lib.7. vbi de sciẽtia instrumen
ti & contentorum in eo per eius mentionem pro-
batur,dicit idem Aymo consi.271. colum. penulti.
13 ver.septimò. per solutionem debiti † ex aliquo in-
strumento eiusdem instrumẽti scientiam in soluen
te probari idem Aymo adducit, & in consil.276.
colum.4.ver.qui enim soluit.scientia d. Med.de di
14 cto chirographo etiam probatur † ex eo quòd il-
lud penes se habens produxit in iudicio per l. non
est ferendus.& ibi Bal.ff.de transa. & c.constitutus.
& ibi glo.in ver.depositis.de testi. dicit Aym.consi.
255.nu.4.ver. sexto.exinde quoque probari ratifi-
15 cationem, † quæ magis factis quàm verbis fieri di
citur,opportunè allegando comprobat Dec. consi.
367.col.2.ad fi.& consi.486.colum.fin.consi.583.
col.2.

col.2.nu.5.& consi.586. col.fin.& alibi per eum &
alios. Sufficit quidem in indiuiduo & expresſè pro
ſe & D.Veronica & eiuſdem D.Veronicæ filijs per
d.Med.ſic ſoluendo reſiduũ prętij dicti pręedij fuiſ-
ſe factam ratificationem dictæ emptionis & inſtru
mẽti exinde celebrati nominibus ipſorummet D.
Veronicæ & filiorũ & d.Medi.& noĩe filiorum D.
Veronicæ vtiq; venit d.Steph.l.2.de liber.& poſth.
16 & l.nominatim.in fi.de manu.teſt.vnde † ſemel ra-
tificatum & approbatũ per d.Med. nõ poteſt repro
bari.l.Pomponius ſcribit.ff.de neg.geſt.ſemel autẽ
17 cauſa approbata, † ſiue vera ſit,ſiue ſalſa, non retra
ctatur.dicit text.in §.ſemel.inſtitu. qui. ex .ca.ma-
nu. non lic.& l.ſicut. C.de act. & oblig. & c.quod
ſemel.de reg.iu.in 6.Ex his igitur remanet indubia
& firma concluſio, dictam poſſeſſionem dicto in-
ſtrumento probari emptam nominibus Steph.Do.
Veronicę matris & Med.ſic & ipſo Med.ratificãte.
Cum & eodem inſtrumento contineatur pecu-
nias ſolutas fuiſſe de pecunijs d. Med.& d.Veroni-
cæ & ſuorum filiorum,alia repetitio pecuniarũ ali-
cui non datur illo expreſſo in inſtrumento de pecu
nijs omnium emptorum nominatorũ in eo eſſe fa-
ctam ſolutionem, vt talem cautelam,ad hoc vt tol-
18 latur pręſumptio pecuniam † eſſe ſoluentis alicuius
ementis pro ſe & alio,tradunt Bar. Bald.& Saly.in
in d.l.2. C.pro ſoci.vbi ẽt no.maximè Bal.& Sal.ꝙ
ex eo ꝙ vnus emit pro alio & ſoluit pretium & col-
lectas,non pręſumitur emptio ſimulata pro ambo-
bus vel pluribus ementibus,& vera pro ſoluente,&
quaſi ad eum ſolum pertineat res empta, quia per-
tinet ad eos quorũ nomine facta eſt emptio,& non
ad eum ſolum cuius pecunia ſolutum eſt pretiũ, vt
ibi tex.eſt.& ĩ l.j.& 3.& pe.& fi.C.ſi quis alt.vel ſi.
Idem videtur dicendũ de reſiduo pręetij. ſ.de flo.
500.ꝙ fuerit ſolutum de pecunijs cõmunibus præ-
dictorum.Cum in inſtrumento quietationis dica-
tur D.Med.pro ſe & D.Veronica vxore & eiuſdem
D.Veronicę filijs fuiſſe quietatum à La. venditore
de dictis flo.500.quia dicto nomine ſoluit actuali-
19 liter & exburſauit &c. Quorum ergo nomine † pe-
cunia eſt numerata & ſoluta, vt eorum pecunia vi-
detur numerata,ex quo fit numeratio eorum nomi
ne.vt per Deci.in l.certi condictio.§.nummos.col.
2.ver.ſed iſta ſubtilis.ff. ſi cer.peta.& ex quo fuit d.
Med.(vt infra dicetur) adminiſtrator bonorũ filio
rum dictæ D.Veronicę,& quia magis quis affectat
proprium quàm commune,& d.Med. fuit diligens
& ſagax,ſic non de proprio,ſed de communibus pe
cunijs pręſumitur feciſſe dictã ſolutionem , ex quo
cõmuni nomine fecit,per dictam rationem Decij,
& per ea quæ adducit Bald. in conſil.493.multilo-
quium.col.pen.ver.duplici ergo. lib.4.& Aym.cõſ.
129. nume.3. 6.7. & ſeq. Proinde etiam quietatio
pręetij acceptata & ſolutio per d.Med.facta nomine
ſuo & D.Veronicæ & eiuſdem filiorum ex intẽtio-
ne ipſius Med.apertè demonſtratur totum negotiũ
emptionis dicti pręedij & ſolutionis pręetij ſpectare
ad ipſum & D. Veronicam & filium Steph. nomi-
natos.arg.l.poſt mortem.§.tutor.& l.fin.ff.quando
ex fac.tuto.& not.in l.in familiæ.C. famil.erciſ. &
l.ſi quis putans.§.j.ibi.& ſiquidem communi nomi
ne id fecit.ff.com.diui.& ſpectare pro portionibus
nominatorum.l.reos.§.cum in tabulis. ff.de du.re.
& l.j.C.ſi plu.vna ſen. tradit Dec.d.conſ.58.col.1.
per deci.Spec.de loc.§.nunc aliqua. ver. 148. Et cõ
ſequenter pro duabus tertijs partibus pertinere, vt
ante dictũ eſt, ad ipſum Steph.pro ſua & parte ma-
tris, cui ſucceſſit.l.3.ſi quis alt. vel ſibi.
Horum autem veritatem ſe aliter habere.ſ.pro
ſe ſolo emiſſe & de pecunijs proprijs non probat d.
20 Med.vt probare tenebatur † per tex.& ibi gl.in ver.
docente.in l.cum propria.C.eo.ti.ſi quis alt. vel ſi.
Siquidem coniecturas in proceſſu deductas atten-
damus, facilè videre eſt ex ſe ſolo d. Med. non ita
potentem fuiſſe ad emendum tale pręedium prætij
mille florenorum,ex eo ꝙ teſtes d.Steph.ſuper car.
143.144.atteſtantur d.Med.quãdo accepit in vxo-
rem D.Veronicam eſſe pauperem, nihil habere in
bonis ſtabilibus,& pro alijs negociari, vt per Ioan-
nem 6.teſtem fol.156.D.Galleazium 7.teſtem ſol.
168.D.Polonium 9.teſtem fol.187.D. Nic. 11.te-
ſtem fo.202.& 204.& D.Polydorum.18.teſtẽ fol.
270.& poſtea adminiſtraſſe omnia bona ſtabilia d.
Steph.ſatis bonorum redditũum, & de multis bo-
nis extra & in ciuitate , vt deponit D.P.Paulus.10.
teſtis.fol.197.& D. Polonius.9.teſtis.ſol.188.& fe
rè omnes alij teſtes ab vtraq; parte examinati depo
nunt de adminiſtratione d. Med. facta in bonis d.
Steph.vt infra dicetur. Quatenus ergo d. Med.ſol-
uerit pro dict.Steph. & ſua matre aliquam partem
21 pręetij dictę poſſeſſionis tãgentem eos,† ſoluiſſe de
bonis eiuſdem d.Stephani,cuius bona præſumitur
adminiſtrauit, vt in terminis tradit Aym. d.conſil.
129.nu.3.& Bar.in l.Neſennius.nu.5.ff.de neg.ge.
Vt etiam ceſſet præſumptio & ſuſpicio ꝙ d. Veroni
ca emerit de bonis d.Medardi mariti pleniſſimè cõ
ſtat ex toto examine teſtium ab vtraq; parte exami
natorum, cã dum eſſet vidua adminiſtraſſe omnia
bona d.Stephani & Nicolæ alterius filij iam defun
cti,& ex tali adminiſtratione potuiſſe ſuperlucrari,
& eam ẽt nuptam d. Medi. habere crumenã & pe-
cunias ex ſe in ſua capſa dicit Catherina 14. teſtis
d.Med.ſuper 5. interrogatorio.fol. 391. cui ſoli in
22 hoc cõtra inducẽtẽ debet credi †.Soci.Iun.con.69.
nu.14.lib.1.vbi.n. conſtare poteſt vxorem aliunde
potuiſſe habere pecunias quàm ex bonis viri,ceſſat
præſumptio.l.quintus.ff.de dona.inter vir.& vxor.
quia præſumitur acquiſiuiſſe de pecunijs ſic aliun-
de peruentis. Alcia.de præſump. reg.3.in præſump.
26.nu.10. Aymo conſil.61.nu.7. vbi etiam ſubiun
23 git † ceſſare præſumptionem d.l.Quintus, quando
maritus exterus venit ad habitandũ in domo vxo-
ris,vel ſui filij , vt euenit in hoc caſu, & Neuiza.in
Syl.nupt.libr.4.nume.23. & text.ipſe in d.l. Quin-
tus,id oſtendit in verbis illis, ibi . quando non de-
monſtrat vnde hoc habeat. Quoniã veritas eſt eam
habuiſſe ex bonis filiorum dum fuit vidua,iure me
rito dictæ duæ tertiæ partes poſſeſſionis emptæ re-
ſtituendę ſunt dicto Stephano cum fructibus.l. cer-
tum.

tum.C.de rei vindi. Deci. consi.57. in fin.& consi. 252.colum.2.

Secundò loco petitionem dic. Stephani productam in processu fo.54.& exemplatam fo.14. agēdo factam de administratione bonorum d. Stephani gesta per d.Med.& eius rationis redditione, dicendum est de dicta administratione ab anno 1544.vsque ad an.1556.facta per d.Med. in bonis d.Stepha.de eorū fructibus administratis, de quantitatibus percipi solitis quolibet anno, de eorū cōmuni valore annuatim, clarè & plenè constare in processu per testes vtriusque partis, ita q probata sunt in facto omnia probanda. iuris autē indubitati est ipsum Med. teneri ad reddendā rationem d. administrationis, & ad restituendum reliqua, sicut
24 quilibet † bonorum alienorum administrator tenetur, per l. 2. ff.de nego.gest.& l. si ita fuerit. §. quæstio.de manu.test.tradit Bar.in l.1.§.officio. de tutel.& rati.distr. Alex.consi.110.colum.penul.versi. super quarta.lib.3.Socin.consi.46. colum.1.lib.1. repetito in consi.213.lib.2.& consi.73.col.1.lib.1. Deci.consi.110.col.pen.in fi.num.7. consi.192.in princi.& Marsil.in singu.493.& Paris.consi.90. nu.
25 14.& seq.lib.1.& in vitrico † qui administrauit bona priuigni, specialiter tradit Ruin.consi.94. col.3. versi.circa secundum dubium.nu.6.lib.5.vbi etiam
26 subiungit † contra eum non conficientem librum rationum posse iurari in litem.& vt per Bal.in consi.152.ad euidentiam.lib.3.Et iam ipse Med. confessus est & obtulit se ita obligatum paratum ad reddendam rationem dictæ administrationis, vt probant domi. Alexander primus testis super capitulo 154. fol. 128.& dominus Galeazius septimus testis fol.168.& fo.178.& domi. Iacobus 15. testis fol.253.& domi.Simon.16. testis fol. 257. & dominus Hieronymus 28.testis fol.296. Quę confes-
27 sio † extraiudicialis omnino claram & indubiam reddit, iunctis depositionibus testium, dictam administrationem bonorum d. Stephan. gestam per d.Med.per not.in l. capite quinto. ff.de adult. & in capitu.fina.de success.ab intest. & in capitu. per inquisitionem.de elect.& per Afflict. in decis. 12. ad fi. cum simil.

Contra intentionem d.Stephani in hoc d.Med. nil aliud videtur adducere, nisi quòd in septimo capitulo ponit facultates d.Stephani esse modicas, & modici reditus, de hoc tantum deponit Catherina decimaquarta testis d. Med. fol. 379. & aliquid diuersum & non concludens dicit magister Andreas 27.testis fol.423.sed dict. Catherina nupta à dict. Med. est suspecta & singularis; idem est magister Andręas, ideò non probant. iur. vulg. & contra eos deponunt tanti alij testes vtriusque partis attestantes bona dicti Stephani esse bonę importantiæ & bonorum redituum frumenti, vini, olei, leguminum & lignorum & mercedum do-
28 morum, quibus † quidem magis in specie deponentibus & pluribus numero magis credendum est. Alexand. consilio 148. columna 1. nume. 4. & consilio 85. colum. secunda, nume. 4. libro secundo. De hoc autem, quicquid dicant isti testes Catherina & magister Andręas, eis non est credendum, quia dict. Catherina super septimo interrogatorio fol. 392. dicit se non esse informatam de introitibus & reditibus rerum & bonorum dicti Stephani & magister Andræas super dicto interrogatorio fol. 424. dicit nescire dictum Stephanum & suum fratrem & suam matrem possidere alia bona nisi domum quarterij sancti Nicolai, ideoque nescire quantos reditus possent reddere vel redderent alia bona dicti Stephani. his ergo te-
29 stibus † ad plenum non informatis in aliquo non est credendum, per gloss. mag. in l. Lucius. & ibi Ange. ff. de his qui not. infa.& vt per Alexan. consil.46.colum.penult.versicu.& ex his etiam. libr.3. itaque pro parte dic.Med. non videntur aliqua deducta & probata, quæ possint in hoc intentionem d.Stepha. elidere, vt etiam modò dicetur discurrendo ipsius Med. petitionem.

Tertiò itaque & vltimò deueniēdum est ad petitionem & reconuentionem d.Med. quæ quidem hac sola vulg. regula expediri in omnibus petitis &
30 resolui potest, q actore † non probante reus absolui debet.l.qui accusare.& ibi plenè doct.C.de edend.
31 nam proponere † aliquid non sufficit nisi probetur l.excusare.& ibi not.Bal.ff.de excus.tut.l.si prius.ff. de no.ope.nunc.c.cum super.de concess.præben.ca. cum venissent.de fide instr.glo.fi. in l. cum actum, ff.de nego.gest.dicit, semper enim qui agit & affirmat aliquid necesse habet probare, & qui non probat quod allegat vel adducit dicitur carere iure. Bal.consi.67.col.2.lib.3. Aym.de antiq.temp.in 2. par.nu.32.& consil.48. nu.4. & debet apparere per probationes, vel præsumptionem legalem. Bal.in l. cum quidam. §. suum, ff.de acqui.hæred. hoc est, vel per dicta testium, vel per confessionem partis, vel per instrumenta, vel per euidentiam facti, vel pręsumptionem violentam, c.cum ad sedem. de restit. spol.glo.in ver. fundauerit. in ca. finem. de dolo & contu.& per doct.in rub.de prob. Sed suam petitionem inspiciendo in processu fol.38. & sua capitula probatoria fol. 335. & singula petita percontando ea legitimè non probat.

Primò quoad petitum lucrum dotis super pluinis sex terræ arariuæ & vineatę, non probat eas sibi fuisse datas in dotem, nec à Do. Veronica vxore nec ab alijs pro ea, nisi quòd 14. testis Catherina super 12. capitulo. fol. 380. deponit de auditu in domo à d. Med. & à domina Veronica dicentibus fuisse consignatum petium terrę ex possessione molendini pro dote ipsius domin. Veronicę,
32 sed nescire quantitatem, cui † de auditu & singulari & suspectę non creditur, per vulga.& dicta supra contra hanc testem, & ob incertitudinem rei & quantitatis, l. 3. §. 1. ff. de acquirend. possessio. & l. certum. de confes. & per not. in capitu. in pręsentia. de prob. & domi. Galeazius 15. testis super dicto capitulo 12. fol. 397. dicit nihil scire de hac dote. Idem decimusnonus testis Iacobus. fol. 409. dicit nihil scire de consignatione alicu-

33 ius possessionis pro dote, & ei † singulari deponenti
de confessione d. Veronicæ dicenti possessionem
supra molendinum esse suam & suæ dotis, non cre
ditur. Alex. consi. 36. col. fin. nu. 6. 7. lib. 5. per glo. l.
fin. C. fami. ercis. idem Alex. consi. 180. col. fin. ver.
pręterea iste testis. lib. 6. Idē de auditu à pluribus pso
nis q d. Simon Fuschus mensurauerat duas pluinas
terrę d. Med. pro dote d. Vero. deponit Laurentius.
34 12. testis. fo. 376. & non probat † quia de auditu &
de diuersa re, & cōsignata à nō dño iur. vulg. nulli
bi autē constat qualis & quanta dos fuerit data pri
mo marito d. Veronicæ, nisi, vt audio per confessio
nem dicti primi mariti in suo testamento, de flore.
35 300. factam, quæ † de dote data, alio non probato,
importaret legatum dictæ quantitatis, & non verā
dotem. l. cum scriptum. §. 1. de dot. pręleg. & l. 3. C.
36 de fal. ca. adi. leg. quia † confessio testatoris si nō est
iurata non probat debitum ex causa adiecta, sed le
gatum. l. Lucius. §. quisquis. de lega. 2. & l. cum quis
decedens. §. codicillis. de leg. 3. & ibi Bart. & Albe.
& l. rationes. & auth. quod obtinet. C. de prob. ideo
cessat præsumptio dotis primi matrimonij censeri
constitutam secundo viro, eiq; per mulierem, nō fa
cta etiā cessione actione contra hæredes primi ma
37 riti, non debetur aliquod lucrum † partis dotis ex
statuto, vt in proprijs terminis, & in indiuiduo sic
* attestando esse com. opi. probat Alex. cōsi. 122. col.
2. & seq. lib. 7. & vt per Rolan. à Val. in tract. de lu
cro dot. in q. 81. num. 4. cum seq.

Item quoad melioramenta pretensa in plantan-
dis vineis & arboribus, & reficiendis vel reaptan-
dis domibus d. Stepha. in articulatis quantitatibus
expensarū per testes aliqua probatio facta non le-
gitur, prætærea non quantum esset expensum, sed
in quantū essent bona meliorata & effecta præcio-
siora minus quantitatis sumptuum deberetur, & in
quantum dominus fuisset facturus. per l. domus. &
ibi doct. tradunt de leg. j. & l. in fundo. & ibi Barto.
de rei vind. & Neg. de pignor. in 4. membr. 5. part.
38 nu. 11. in 4. conclu. vbi admonet † actorem articu-
lare, vt probationes concludant, tam circa expen-
sas quàm circa meliorationem rei, aliàs non obti-
* neret. & Hier. Cagn. in l. 2. num. 175. de pact. inter
emp. & vend. & ibi allegat concord. & in l. 2. num.
154. de rescin. vend. idem in specie docet Bart. in l.
Pomponius. la j. §. fi. ff. de neg. gest. debere formari
articulum ad probandum concludenter quòd vtile
erat domino sic geri, vel sic communiter vtile esset.
Quæ hic non fuerunt articulata nec probata, ideo
militat d. reg. actore non probante &c.

Item vana est & minimè exaudienda petitio ali
mentorum victus & vestitus & viaticorum, expen-
sarum erogatarum pro Nicola fratre d. Stepha. &
pro ipso Stephano. quia ēt non probātur quales &
quantæ pecuniæ erogatæ fuerint, vel eis datæ, &
quia per testes vtriusque partis plenè probatur, di-
ctis Nicolaum & Stephanum stetisse ad seruitia d.
Med. in mercatura ad varia loca, & meruisse victū,
39 vestitum & salaria, vnde horum † per vitricum præ
stitorum priuignis stantibus ad sua seruitia cessat re

* petitio. per gloss. ibi communiter per docto. appro-
batam in l. si paterno. C. de neg. gest. & per Ruin. d.
consil. 94. colum. penult. numer. 7. libr. 5. vbi etiam
40 in specie tradit, vitricum administratorem † bono-
rum priuigni stantis in seruitio suo non videri de
bonis administratis, sed de proprijs præstitisse ali-
menta, quod fortius in casu isto tenendum est, cum
latissimè per omnes testes probatum sit istos priui-
gnos victum, vestitum & salarium meruisse sibi da
41 ri ab ipso vitrico, regulare enim est, quòd quis † ale-
re tenetur illos quorum opera & ministerio vtitur.
per l. penulti. ff. de oper. libert. & l. in rebus. §. pos-
sunt. ff. commod. dicit Alber. in l. quod in vxorem.
C. de neg. gest.

Caret quoq; veritate facti & fundamento iuris
petitio pecuniarum assertarū erogatarū pro emen-
dis vestibus & alijs rebus pro vxore d. Steph. Quo-
42 niam † res & vestes istæ à vitrico mariti peruentę
spectarent ad ipsam vxorem, quia ius potestatis hic
non vertitur. l. 3. §. socrui. & l. si seruus. & l. vitricus.
ff. de dona. inter vir. & vxor. quatenus hoc viri ne-
gocium gestum videatur. per not. à Cyn. in l. quod
in vxorem. in fina. C. de neg. gest. diceretur ad eum
pertinere cura & solicitudine. Cyn. in l. si manda-
tum. colum. fina. & ibi Paul. de Cast. C. eod. debe-
bant probari duo scilicet quod est gestum, & quod
eius contemplatione secundum Barto. in l. si pupil
li. §. item quæritur. colum. 1. versic. quæro quot sint
genera. nume. 4. ff. eo. sed hoc gestum per aliquem
testem non probat dict. Medi. nisi per Catherinam
43 14. testem, cui † soli non creditur. l. iurisiurandi. C.
de testi. & c. licet vniuersis. extra eod. & est valde su
specta, quia à Med. fuit maritata, vt dictum est, non
solum autem non probatum, sed nec allegatum re-
peritur in processu, quòd fuerit gestum contempla
tione d. Steph. potuit enim geri contemplatione di
ctæ vxoris, quia & ipsa stabat in domo ad seruitia
dict. Medi. per not. in d. l. si paterno. cum quibus
seruitijs, vel magis viri possunt compensari dictæ
impensę, quas in 27. positione asserit esse scutorum
centum & duorum, & dict. Stephanus pro seruitijs
præstitis ipsi M. merebatur salarium vltra alimen-
ta, vt omnes testes dicunt, & Christoforus 13. te-
stis. fol. 214. dicit ad minus de scutis quadraginta
pro anno. Quæ multiplicata in duodecim annis,
quibus stetit ad seruitia dict. Med. longè capiunt &
compensant maiorem quantitatem dictarum im-
pensarum scutorum 102. ita hæc impensa pro vxo-
re iudicatur ad instar impensarū erogatarū pro ma
rito, & pari passu ambulant, & eandem compensa-
44 tionem merentur, vt † pari loco, honore & com-
modo compræhenduntur vir & vxor. vt l. prima. ff.
rerum amo. & l. cæterum. §. mulieri. cum sequent.
de vsu & habit. Oldr. consilio 95. ex forma. colum-
na tertia. Tiraquel. in l. si vnquam. in præfa. nume.
duodecimo. de reuo. dona. Neuiz. in Syl. nup. lib. 3.
45 nu. 11. 12. 13. Præterea vt † negociorum gestorum
actio detur, debet probari negocium esse vtiliter ge
stum, & quod expediebat & necessarium erat geri
pro eo contra quem agitur. vt l. sed an vltrò. & l. 2.
ff.

ff.de neg.gest.& Soci.consi.26.col.4. quartò principaliter.lib.1.Rursus attentari potest,cum res istæ ab extraneo datæ vxori & non viro acquisitæ dicantur.d.l.3.§. socerui. d.l.si seruus. & d. l. vitricus. & Rom.consi.172.col.2.ver.quoad vltimum.contra † virum pro his agi non posse videtur per text. in l.si pupilli.§.sed & si.ibi. earum verò rerom quæ ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso. ff. de negot.gest. Quoniam & aliæ impensæ nonsunt probatæ per d. Med. prout articulauit, militat igitur in hac sua petitione præmissa reg. actore non probãte &c.Ita in prædictis existimo pro d. Steph. ptonunciandum fore. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM XCVI.

ARGVMENTVM.

Concedens bona sua alicui reseruato vsufructu,tenetur proprietario ad omnia quæ iura mandant per vsufructuarium debere seruari,vt bona cultiuentur, conseruentur, describantur, solita locari locentur potius proprietario.

SVMMARIVM.

1 *Actum faciens se legi de illo loquenti astringere videtur.*
2 *Vsufructuarij tenentur vti frui arbitrio boni viri.*
3 *Vsufructuarij tenentur reficere ædes ne destruantur, modica tamen impensa arbitrio iudicis.*
4 *Vsufructuarij possunt cogi à proprietarijs ne dimittant terras incultas.*
5 *Vsufructuariorum conditio melior fit eis etiam inuitis.*
6 *Vsufructuarij tenentur facere descriptionem omnium bonorum manu publici notarij, ne proprietas & eius iurium probatio pereat. idem in patre & auo habentibus vsumfructum in bonis filij & nepotis, & in donatore bonorum reseruato vsufructu, vbi contraria non adsit consuetudo. num.7.*
8 *Vsufructuarij tenentur domum pro congrua mercede potius locare proprietarijs conducere volentibus, quàm alijs,& iniuria esset eis non locare, qui ratione dominij directi debent cæteris præferri.*
9 *Dominus directus præferendus est cæteris, in contractibus.*
10 *Mandatarius debet soluere quod exegit.*
11 *Conuentio mariti non nocet vxori.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.



Vę petunt D. Thomas & vxor sibi dari permitti fieri à dom. Francisco & vxore, iure sibi debita sunt. Quare audiri exaudiriq; debent.

Primum est, quòd clarè liquet publico instrumento dominum Franciscum & vxorem dotis nomine dedisse domi. Thomę & vxori omnium suorum bonorum proprietatem, reseruato eis vsufructu,exinde omnes leges de proprietario & vsufructuario loquentes sibi locum vendicant. Quòd
1 † actum faciens se legi de illo loquenti astringere
videtur,& se obligare ad omnia onera eidem actui annexa. Alexand.consi.103.sub nume.6. lib.2. Felin.in ca.cum inter.colum.6.de excep. Aym, consi. 127.colum.fina.num.22.& consi.111. ante nume.
2 5.& consi.245.sub num.4.Tenentur ergo isti † vsu-
fructuarij vti frui arbitrio boni viri,per l.vsufructu. C.de vsu & habit.& l.si cuius.ff.de vsufruct.& promittere saltem sub hypotheca bonorum, etiam ꝗ sint donatarij reseruato vsufructu, vt firmat Socin.
3 in l.omnes.num.4.ff.de excep. Tenentur † reficere
ędes ne destruãtur, modica tamẽ impensa arbitrio iudicis.l.hactenus.& ibi glo.in versi.pertinet. ff.de vsufruc. Quam refectionem & resarcitionem si desinãt facere possunt expelli ab vsufructu ipso, quasi non bene vtantur.glo.in versic.quia reficiendi,in l.
4 damni.§.ei cuius.de dam.infect.& possunt † cogi à
proprietarijs ne dimittant terras incultas.Bald.no. per illum text. in l. item si fundi.§.1.ff. de vsufruct. aliàs possunt à proprietarijs prohiberi vti frui, etiã propria auctoritate.l.hoc amplius.§.fin.& ibi Alexand.colum.1.num.2. de dam. infect.tanto magis & ædes refici,resarciri & construi, vineas & terras facere cultiuari possunt à domin. Thoma & vxore
5 proprietarijs eorum impensis, cum ita † condi-
tio fructuariorum melior fiat,etiam eis inuitis, per l. soluendo. ff. de negot. gest.& l. nisi. de vsufruct. quas impensas erogatas pro fructuarijs possunt & ab his repetere. l. si absenti. ff. eod. Possuntque etiam inuitis fructuarijs fundos & ędes custodiri facere.l.si ita.§.1.ff.de vsu & hab.

Secundum est, quòd ne pereat proprietas &
6 eius iurium probatio, tenentur vsufructuarij † fa-
cere descriptionem omnium bonorum prædictorum manu publici notarij.Pau.de Cast. consi.366. in fin. libr.1. Capra consi.149. colum.fina. vbi loquitur in patre & auo habente vsumfructum in bonis filij, & consilio 154. nume. 6. Alexand. con-
7 silio 58. versicu.ergo apparet.libro 3. & † etiam in
donatore bonorum reseruato vsufructu, vbi contraria non adsit conuentio, firmat Corn. consilio 277. columna secunda versicul. de emptio. & in fine, libro 4. prout tenetur promittere sub obligatione suorum bonorum, vt supra per Socin. in d. l. omnes.
8 Tertium est, quòd dicti vsufructuarij † partẽ do-

mus locari ſolitam etiam hębreis tenētur pro con
grua mercede potius locare ipſis proprietarijs con
ducere volētibus, qui ratione dominij decreti de-
bent cæteris præferri, & iniuria eſſet eis non loca-
re.arg.tex.in l.ſi cum dotem.§.fi.ibi.ſi fortè domi-
no aliquid debeat ſeruus non pferatur mulier &c.
ſol.matr.& text.in l.j.§.permittitur. ibi.plane ei ad
quem &c.ff.de aq.quot. & æſti.faciunt deciſ.de do
9 mino † præferendo in contractibus, allega.per Iaſ.
in l.fin.col.4.nume.2.& ſeq.C.de iure emph.& per
Rom.in conſi.22.pro propoſitæ. col.pen.ad fi.ver.
tertiò hoc idem. Idem etiam æquitate concedendū ſuadetur, q melius per dominum q̄ extraneum
verſabitur in re locata, & ſecurius tuebitur. d. l. ſi
ita.§.1.de vſu & habit.ce.l.ff.de leg.tut.ita in indi-
uiduo tenet Fiuizan.in trac.de vſufr. muli.relic. in
c.9.nu.172.& ſeq.

Quartum & vltimum eſt, quod petunt D. Tho-
mas & vxor ſibi reſtitui à D. Franciſco ſcuta 200.
quę ipſe tanquàm procurator dictæ vxoris exegit à
patre, & mandāte Iudice reſtituere debet,per text.
in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procur. cum ſi-
mil.etiam alleg.per Pariſ.in conſi.90.nu.13. lib.1.
10 qui dicit certiſſimum eſſe, q † mandatarius debet
ſoluere quod exegit,& quę ipſe habeat retinere nul
lum verbum in inſtrumento inter eos inito legi-
tur. Ideò detrahere nullum eſt factum preiudicium
ei, cui debent dictæ pecuniæ reſtitui. l. ſi vnus. §.
ante omnia. ff. de pact. & minus nocet aliqua præ-
tenſa conuentio mariti de his pecunijs reficiendis,
11 quia negat eam ipſe maritus, & hęc † conuentio
non noceret vxori.l.pen.in fi.C.ne vx.pro mari.Et
ſic arbitror de iure reſpondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM XCVII.

ARGVMENTVM.

Reſcripto Principis conceditur reuiſio laudi etiam iam exequi cępti. Defectu compromiſsi alijsque defectibus demonſtratur inualidum & iniuſtum laudum ipſum, chirographiq; lacerationem inuito creditore ab alio factam non inducere liberationem debitoris.

SVMMARIVM.

1 Opinio vel ſententia omnis tendens ad ſeueritatem contra Iudaeos ſeruanda.
2 Iudaeum eſſe criminoſum eſt.
3 Iniquitas eſt quem aſtringi ad ſoluendum debitum alienum.
4 Laudo non parere,etiam in tempore,penale eſt.
5 Hæres veriſimiliter præſumitur ignorare geſta à defuncto.
6 Præſumptio eſt de indebito contra differentem petere dum viuit debitor,& petentem ab hærede.
7 Reſcriptum contra rem iudicatam non valet, vbi ſaltem non ſit facta ſpecialis mentio de re iudicata.
8 Princeps poteſt facere ex ſua opinione, quod cauſa cognita poteſt facere iudex, quia ſatis eſt quòd putet cauſam ſubſiſtere, & ex opinione ſua ſtatuat ſeu mandet.
9 Princeps poteſt contra rem iudicatam reſcribere cum clauſula,non obſtante ſententia.
10 Princeps reſcribendo,talis audiat & iuſtitiam faciat, per talem commiſsionem intelligitur derogare ſententiæ,quando in reſcripto eſt appoſita clauſa, non obſtante.
11 Res iudicata inducitur ex conformibus à quibus non licet appellare.
12 Reſcriptorum geminatio, & ſecunda iuſsio principis importās clauſulas motus proprij, & ex certa ſcientia,demonſtrat præciſam voluntatem principis, & valere facit reſcriptum etiam contra ius elicitum.
13 Clauſula(non obſtante ſententia)non requiritur quando conſtat de certa ſcientia & mente Principis.
14 Princeps, quando quis ſupplicat de iniquitate ſententiæ etiam narrando tres ſententias conformes, ſi committit cauſam, videtur eam commiſiſſe non obſtante quòd aliàs non poſſit tertiò appellari.
15 Princeps eſt ſupra auctoritatem iudicum.
16 Reſtitutio vel poſitio in priſtinum ſtatum totum dat & concedit quod fuerat ablatum per illud contra quod datur reſtitutio & repoſitio in priſtinum.
17 Reſcripta etiam ſurreptitia tribuunt iuriſdictionem donec exceptione elidantur.
18 Reſcriptum primum vt dicatur reuocatum per ſecundum,requiritur fieri vel in precibus vel in reſcripto reuocatorio expreſſa mētio de omni notabili clauſula appoſita in primo reſcripto.
19 Clauſula (non obſtantibus) non derogat ſpecialibus conceſsionibus.
20 Reſcriptum ſurreptitium in aliquo non opitulatur impetranti.
21 Actus Principis debent eſſe ſtabiles, & perpetuò manſuri, adeò quòd ſi verba ſecundæ gratiæ viderentur reuocatoria primæ,tamen,ſi de mente Principis non apparet clarè,non præſumitur reuocatio.
22 Reſcriptum quod non dicit nec nos dicere debemus.
23 Clauſula (prout iuris) eſt limitatiua.
24 Iudex aliter non poteſt iudicare niſi vt legibus proditum eſt.
25 Iudicandum eſt ſecundum probata.
26 Actio non oritur ex laudo, ſed ex compromiſſo ſecuto laudo.
27 Præſentia partium vt loco compromiſsi habeatur, apparere debet laudum latum partibus præſentibus.
28 Arbitrorum poteſtas nulla eſt ſine compromiſſo.
29 Laudum latum ſine poteſtate & auctoritate eſt nullum & inualidum.
30 Exceptio nullitatis defectu iuriſdictionis nunquam cenſetur reiecta.

Compro-

31 *Compromissum cum potestate eligendi terciam personam incertam, ob incertitudinem totum est nullum. quod nedum in arbitris, sed etiam in arbitratoribus locum habet. num. 32.*

33 *Clausula (pro tribunali sedentes, & in scriptis sententiando) conuenit iudicibus & arbitris.*

34 *Assumpti super differentijs & litibus præsumuntur arbitri, non arbitratores. est communis opinio.*

35 *Exceptio (non tenet compromissum) potest opponi, & si ex forma statuti non posset contra executionem laudi opponi aliqua exceptio.*

36 *Confessio inducta ex productione alicuius scripturæ reuocari non potest.*

37 *Laudum non possunt duo proferre, tertio etiam dante suum assensum & absente.*

38 *Præsentia ad actum, vt quid facti non præsumitur.*

39 *Laudum latum in fauorem alicuius non præsentis & absentis non valet.*

41 *Laudum latum de eo quod dependet à futuro, vti incertum, est nullum & inualidum.*

42 *Confessio compromittentium debet attendi.*

43 *Causa appellationis suspenditur per compromissum.*

44 *Appellatione pendente nihil debet innouari, & executio silet.*

45 *Tempus viginti dierum ad reducẽdum chirographum exigibile non currit ignoranti quando requiritur factum hominis & mora.*

46 *Terminus datus per primum iudicem, pendente appellatione stat in suspenso, & effectus sententiæ extinguitur, etiam si sententia confirmaretur, non curreret talis terminus nisi post secundam confirmatam sententiam.*

47 *Actio implere debenti non datur contra implere debentem, nisi ex parte agentis fuerit impletum.*

48 *Conditio melior est rei quàm actoris in pari mora.*

49 *Regula de implemento prius faciendo per actorem, procedit in omni contractu.*

50 *Iudex etiam parte non opponente potest ex officio supplere, & expellere agentem non implentem quæ tenetur adimplere ex ea dispositione ex qua agit.*

51 *Chirographum penes vnum creditorem laceratũ existens, licet faciat aliquam præsumptionem solutionis, tamen contra talem præsumptionem potest probari per aliam præsumptionem, & sic per vnum testem de veritate.*

52 *Testes duo in omni negotio sufficienter probant.*

53 *Scripturæ laceratio sine iussu domini, & inconsulto facta ab alio, pro nihilo est, dum scriptura possit legi.*

54 *Diligentia vnius sufficere debet pro communi negotio.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



PRo dirimenda lite vertẽte inter dominam Hieronymam & duos istos Hæbreos, omissis argumẽtationibus hinc inde adducendis, explicãdo simul vno verborũ cõtextu, cõtraria refutãdo, firmandoq; veritatẽ præmitto tria præ oculis continuò habenda, vt aroma redolens & sal condiens & adhibenda in quacunq; huius responsi conclusione proponenda.

Primùm quãtum attinet ad istos Iudæos semo-
1 ta benignitate & æquitate, omnis opinio † vel sententia tendens ad seueritatem & rigorẽ contra eos seruanda est, per glo. pen. in c. 2. de Iudę. latè tradit Ias. in l. si insulam. col. 2. de verb. oblig. & Socin. in consi. 62. col. antepen. ver. tertiò hæc conclusio. lib. 1. & Alber. Bru. in tract. de sta. fœmi. exclu. in 6. arti. in 1. memb. in 3. q. col. pen. & fi. nam Iudæum es-
2 se † criminosum est, gloss. in l. sed si res. de leg. 1.

Secundum est, quod quærsit isti Iudæi, ex asserto laudo sibi solui à Do. Hieronyma hærede D. Iu. sui mariti, est ex debito alieno illius Io. Baptistę communis debitoris eorum, & ex asserta contumacia D. Iu. q intra dies 20. sibi præfixos in laudo non reduxerit chirographum laceratum exigibile. quan-
3 tum enim iniquitatis † contineat quem astringi ad soluendum debitum alienum nemo est qui nesciat. l. 1. C. vt nul. pro ali. vic. deb. tene. lib. xj. l. 3. & seq.
4 C. ne vx. pro mari. cum vulg. & non parere † laudo etiam in tempore pœnale est. l. si Celsus. §. sed ipse. ff. de arbi. ergo & in his pœnalibus strictè procedendum est c. odia. de reg. iu. in 6.

Tertium & vltimum est, q viuente D. Iu. isti Iudæi tacuerunt, & nihil petierunt contra eum pro executione laudi, qui informatus benè sciuisset se defendere, quod modo Do. Hieronyma sua hæres
5 † verisimiliter ignorans, per l. qui in alterius. de reg.
6 iur. non potest sic facere, & sic contra † differentem petere dum viuit debitor, & petentem ab hęrede de indebito præsumendum est, per ea quę tradit Alexa. n. in consi. 183. col. fin. lib. 6. & consi. 115. sub num. 3. lib. 7.

Quibus præmissis, non minus iustius quàm tutius est tenere, primum ex rescriptis Principis in loco esse apertam viam dom. Hieronymæ se defendendi contra petitam executionem laudi per hębreos. Deinde ex processu, ex probationibus & ex allegatis pro ea fore eam absoluendam à petitis ex aduerso.

Primùm namque probatur. Quia pro parte Do. Hieronymæ fuit expositum & narratum Principi Superiori in loco de duabus conformibus pronuncijs de exequendo quoddam laudum iam latum inter Do. Iu. suum virum & dictos hæbreos, & de fundamento dicti laudi, quod erat pro debito alieno, & de causa laerationis communis chirographi, q processerat sine culpa dicti D. Iu. & facto Iudicis in loco, Princeps ipse de his volẽs habere informationem rescripsit Do. Prætori S. Constantij, qui bene informatus relationem fecit Principi, qui ideo bene informatus de iniquitate dicti laudi, quod condemnat domin. Iul. pro debito alieno, & pro causa lacerarionis chirographi prouenientis sine facto & culpa sua, commisi causam domin. Prætori Mondulphi suo amplo & iustore scripro circa audientiam causę & decisionem, constito de veritate narratorũ, ne pro debito tali supplicans molestetur indebitè, eiusq; indẽnitati consulendo reuocet executionem iam commissam, &

eam restituat in pristinum, cum clausula, non ob-
stantibus conformibus & alijs quibuscunq; &c. vt
de pręcibus & tali rescripto apparet in processu d.
D.Hier.car.1.licet ibi nihil dictum sit de relatione
habita à D.Prætore S.Constan.tamen contra præ-
ces & rescriptũ obtentum pro hębreis pro parte D.
Hieronymę de tali informatione & relatione habi
ta reducendo ad memoriā D.Principis ab eo obti
nuit secũdũ rescriptũ reuocatoriũ rescripti hębreo
rum & cõfirmatoriũ dicti primi rescripti D. Hier.
& maximè se fundando in dicta relatione, vt appa
ret in dicto processu car.3. Vñ non sumus simplici
ter in terminis.l.fi.C.sen.rescin. nõ pos.& l.cās.C.
de trāsac.& eorũ q̃ tradit Alex.in cõs.94.col.j.li.2.
Pa.de Ca.in cõ.286.col.2.nu.4.li.2.ita oĩs sua pro
6 batio † debet admitti super eo ad quod proponen-
dũ est admissus.Bal.in l.quinquaginta.de excus. tu
to.& probationũ facultas non est angustãda. l.quo
niam.in fi.C.de hæreti.
7 Itaq; dec.pręalleg.45.Gram.loquitur † extra fa
ctum casus nostri, & quælibet minima mutatio fa-
cti totam decisionem iuris mutare facit. Spec.in ti.
de Aduo.§.nunc tractemus.col.1.Dec.in l.precib.
col.2.nu.3.de impub.& in l.quãdiu.nu.4.C.qui ad
mit.& in consi.584.nu.1.& cons.599.nu.6. L. D.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CII.

ARGVMENTVM.

Contra latrones ferunt testimonium sal tem plures etiam ab eis spoliati, & eos non cognoscentes, nisi inter personas plures eis exhibitos,& sic in confrontatione cognitos per aspectum,etiam negantibus in tortura pœna arbitraria irroganda foret.

SVMMARIVM.

1 *Generalia et remota nõ tollunt specialia & propinqua.*
2 *Confeßio socy criminis non facit probationẽ ad condemnandum,sed solum indicium ad torturam.*
3 *Depositiones corũ qui derobati sunt, vt in propria causa,et ad eorũ proprium commodum vel quandam vindictam,non admittendæ sunt,nec attendenda.*
4 *Delictum prius constare debet.*
5 *Testis consimilem causam habens non probat in fauorem sociorum.*
6 *Probationum difficultas non facit quòd admittantur testes inhabiles.*
7 *Testium plurium numerus non supplet defectum et inhabilitatem propter commodum, et quando eadem ratio repellendi quæ est in vno sit in alio.*
8 *Probatio indicatiua contra reum videtur sublata per eius torturam.*

9 *Torturam paßi perſeuerantes in negatione, vt poßint condemnari, quæ requirantur.*
10 *Probationes ſunt arbitrariæ iudici.*
11 *Teſtimoniorum effectus conſiſtit in veritate & maniſeſtatione eius.*
12 *Delicti ventilatio fit per exhibitionem perſonæ crimi- noſæ.*
13 *Probatio per aſpectum cuique generi probationum præferenda eſt.*
14 *Extraneus ignotus poteſt eſſe certus quò ad corpus, licet non ſit certus quò ad nomen.*
15 *Impetrans inquiſitionem admittitur in teſtem, ſi cauſam inquiſitionis non fuerit perſequutus.*
16 *Diſrobati renuntiantes omni eorum comodo admittuntur in teſtes & probant.*
17 *Numerus teſtium ſupplet defectus aliorum.*
18 *Latrones torti ſemper negantes, etiam plenis probationibus deficientibus, non ſunt relaxandi ſine pœna ſaltem extraordinaria ad opus publicum.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.


Alernus, Lucas, Donadius de Murano
in Calabria īquiſiti de furtis & latroci
nijs in ſtrata publica, præcedentibus
indicijs habitis ex eorum fuga, dum ap
præhenſi & capti fuerunt in terra Tramutulę, ex
præparatione fracturæ carceris in dicta terra, ex de
poſitionibus plurium teſtium ibidem examinato-
rum ſuper eorum malo nomine & infamia, & ex
reſponſionibus eorum variis, diuerſis, ambiguis
& non claris, & confrontationibus, & depoſitio-
nibus quinque teſtium derobbatorum in via pu-
blica ibidem examinatorum in faciem eorum, &
bene cognoſcentium eos poſitos per curiam inter
plures alios homines, & ex depoſitione Pauli eo-
rum ſocij criminis in latrocinijs, ex proceſſu in-
formatiuo, vt fieri debet contra diſrobatores ſtra-
tarum, poſiti ad torturam, citra pręiudicium pro-
batorum, & torti ſemper perſtiterunt duri, negan-
do non ſolum delicta ipſa, ſed ea etiam quæ clara
& manifeſta ſunt ex proceſſu toto. Datis eis defen-
ſionibus, & per eos factis defenſionibus circa gene
1 ralia & remota, † quæ non tollunt ſpecialia & pro-
pinqua argumenta, indicia, præſumptiones & pro-
bationes contra eos vigentia & vigentes, & exiſtē-
tes collectas ex prænarratis locis, vt per Alexand.
in l. ſi prius. colum. 8. in fin. de no. oper. nunci. & in
conſil. 77. colum. fina. numero nono, lib. 1. q per ge
nerales præſumptiones non remouentur ſpeciales,
vt & in aliis locis vulgar. Vt iure expediantur,
videndum eſt an debeant abſolui & liberari, vel
aliqua pœna damnari. Dicendum primò videtur
eos liberandos eſſe, quia de latrocinio contra eos
non extat probatio, niſi ex confeſſione Pauli ſo-
cij criminis, & ex depoſitionibus illorum, qui di-
cunt ſe ab eiſdem fuiſſe derrobatos. Confeſſio
2 enim ſocij † criminis non facit probationem ad
condemnandum, ſed ſolum indicium ad tortu-
ram. Marſil. in pract. crimina. in §. diligenter. nume
ro ſexageſimo octauo, quam torturam paſſi ſunt,
per quam ergo videtur ſublatum dictum indiciū:
3 Depoſitiones † quoque eorum, qui derobati fue-
runt, vt in propria cauſa & ad eorum proprium cō-
modum, vel quandam vindictam, non admitten-
dæ ſunt, nec attendendę, per l. omnibus. C. de teſti-
bus. & l. nullus. ff. eodem. huc tendit quod dicit
Bartol. in l. ſi quando. colum. fina. verſi. item oppo.
4 actor. C. vnde vi, quòd prius de delicto † debet cō-
ſtare, & derobbatus veniens ad curiam probet ſe
derobbatum per teſtes, de quantitate aūt & exti-
matione tunc ſtaretur iuramento derobbati, vt ibi
per eum. Bald. Salyc. & Iaſ. & per tex. in c. fin. de his
quæ met. cau. & ibi Abba. in j. nota. dicit, quòd al-
legans violētiam debet eam legitimè probare per
teſtes, ſuper qua violentia, ſeu delicto non ſtatur iu
ramento viatoris conquærentis. Quamuis plures
ſint viatores derrobati ſimul deponentes de latro
cinijs ſibi & itineris ſocijs factis, non tamen proba
5 rent in fauorem aliorum ſociorum † vt conſimilē
cauſam habentes per text. in c. perſonas. de teſtib.
6 & difficultas † probationis non facit, quòd admit-
tantur teſtes inhabiles, eo quòd ſint ipſæ partes
principales, vt per Abba. in c. inſuper. colum. 2. de
teſtibus. & Gram. in conſilio 45. numero decimo
7 octauo. numerus † quoque plurium teſtium nō ſup
plet defectum & inhabilitatem propter commo-
dum, & quando eadem ratio repellendi, quæ eſt in
vno, ſit in alio, vt per Socin. in l. ſi quis ita. columu.
ſecunda. in fin. de reb. dub. & Deci. conſil. 133. nu.
5. 6. & Aym. in conſi. 281. ſub. nu. 6.

Quandoquidē prædicta facerent probationē, nō
tamen talis eſt, quòd per eam dicti inquiſiti dican-
tur legitimè per teſtes conuicti, iux. terminos. l. fi.
C. de probatio. itaque per eorum torturam & ne-
gationem videtur ſublata dicta probatio taliter in-
8 dicatiua † Marſil. in d. pract. §. nunc videndum. nu
mero. 26. & Gram. in conſil. 64. numer. decimo. &
9 ſequen. vt enim torturam † paſsi perſeuerantes in
negatione poſſint poſtea condemnari, requiritur
eos eſſe conuictos legitimis probationibus, vt per
Bald. in c. ad noſtram. propè fin. de probat. cum re-
latis per Gram. in conſil. 12. nu. 24. iſti inquiſiti nō
poſſunt dici legitimis conuicti probationibus, er-
go ſunt liberandi, vul. l. qui accuſare. C. de edend.
Quinimò pœna extraordinaria ſaltem damnandi
ſunt, & non omnino liberandi, nam tota vis eſt in
probationibus, quæ ſi tales ſint, vt mouere habeāt
iudices ad credendū eos eſſe delinquentes, exinde
pęna inſligatur. per l. qui ſententiā. C. de pę. idq; to
10 tū † cōmittitur arbitrio iudicis recto, cui ꝓbationes
ſunt arbitrarię. l. 3. §. 1. & ſeq. ff. de teſt. Ant. de But.
in c. ex literis. ī 6. no. de ꝓb. Pa. de Ca. in l. admonē
di. col. pe. de iureiu. & ī cōſ. 280. col. 2. li. 1. Bal. cōſ.
204. col. fi. li. 3. De. cōſ. 463. ī fi. & cōſ. 510. nu. 1. &
* alibi vul. & cōiter recipiū. Rectè aūt & verè pōt iu-
dex arbitrari dictos īquiſitos eē delinquētes & diſ
robbatores ī via publica, & tales demōſtrari & pro
bari ex depoſitionib. illorū quinq; viatorū, qui fue
rūt diſrobbati, incipiēdo primū haberi lumē eorū
perſonarū

personarũ delinquentiũ, cõsiderãdo motũ eorũ ca
pturæ per curiam in terra Tramutulæ & informa-
tiones testium ibi captas, de eorum conuersatione
& fama malorum hominũ, de tentatione fracturæ
carceris,& de eorum verbis prolatis post confron-
tationem factam cũ disrobbatis redeundo ad car-
ceres demonstrantibus eos esse delinquentes, & de
numero quatuor hominum trium armatorũ scop-
pettis siue archibusis, & vnius cum storta attestato
à principio per illos viatores prout fuerũt quatuor,
Gregorius Magalda,Paulus,Salernus & Lucas,qui
etiam fatetur iuisse cum scoppettis,& dictum Gre-
gorium cum storta, licet confusè & ambiguè sem-
per responderint ad interrogata, in tantum ꝙ in cu
ria Tramutulæ per Iudicem fuit pronunciatum di-
ctos . S. & L. esse & haberi pro confessis ad has
oẽs probationum species animũ applicando vt fie
ri debet, secundum tex. in d.l.3.§.eiusdem,ibi.non
vtiq; ad vnã probationis speciem cognitionem sta-
tim allegari debere &c. Inspiciendo demum exami
na dictorum quinq; viatorum,qũo non sponte, sed
missi ab officiali Terrę Montis sani venerunt ad fe-
rendum testimoniũ in curia Tramutulæ de disrob-
batione eis singulis simul facta in vna publica per
quatuor latrones eis ignotos, & qũo eisdem testi-
bus singulis ipsis quatuor carceratis separatim ostẽ
sis iuramẽto prętito in eorũ p̃sentia, eos intra plu-
res alios hoĩes positos cognouerunt & demonstra-
uerunt digito.quibus ideo non credere esset quodã
modo contra propriam conscientiam aliquid asse-
rere.Quia non propria causa, neq; propriũ commo
dum videtur eos impellere ad ita deponẽdũ & de-
monstrandum personas proprias latronum, in quo
cõsistit vniuersa vis contrariorũ supra adductorũ:
sed ipsa veritas manifestata est per aspectũ eorum.
11 Duo. n. sunt † in quibus oĩnm testimonium consi-
stit effectus.s.veritas & manifestatio eius, vt pulcrè
dicit Bal.in c.cum causam.col.5.vers.item requiri-
tur. de testi. manifestatio verò essentiæ & veritatis
personarum dictorũ latronũ non fit prius quacũq;
proprietate causæ & commodi semper in ipsis via-
toribus testibus ẽt extante & vigente,& quibuscũq;
ĩterrogationibus & examinationibus, q̃ de eis fieri
possent, nisi postquàm eisdẽ ostensi inter alios plu-
res mixti (vt eorũ cognitio minus decepta certior-
q́ue fieret)fuerunt cogniti & manifestati ab eis sin-
gulis & singuli in identitate sui corporis. Hęc ergo
est manifestatio veritatis personarum ipsorumq́; la
tronum nõ suspecta per aliquod cõmodum testiũ,
qui eos in mille annis nõ potuissent patefacere, q a
non cognoscebant,sed detecta & inducta per exibi
12 tionem & per aspectum eorum, ita † per exhibitio-
nem personę criminosæ fit ventilatio delicti. p tex.
in l.2.C.ad exhiben.& vbi est suspectum factũ per-
sonæ,delinquentes debent edi testibus, dicit Bald.
in d.c.cum causam.col.fina.ver.item vbi factum.&
Iaco.de Beluisio in pract. cri. in tit.de testi. nu.37.
quasi per exhibitionem & aspectum testis in perso-
13 nam delinquẽtis tollatur omnis suspicio, & ita † per
aspectum fit probatio cuique generi probationis
præferenda.Bal.in l.contra negantem.in fi.C.ad l.
Aquil.Alex.in consi.116.in fin.libr.1. & consi.39.
nu.23.24.lib.6.Mars.in d.pract. §. secunda. nu.22.
14 & alibi per doct. quia extraneus ignotus † potest
esse certus quo ad corpus, licet non sit certus
quoad nomen, dicit Imol. in l. quoties. §. si quis
nomen.ff.de hæredi.instit.

Præterea causa contra dictos inquisitos fuit cœ-
pta & agitata per Curiam ad vindictam publicam
pro expurgatione Prouinciæ & securitate strata-
rum à malis hominibus, vnde propria causa est cu-
riæ & fisci,& non ipsorum viatorum, qui sic feren-
tes testimonium ideo in tali causa nõ dñtur in pro-
pria causa attestari,saltẽ principaliter,etsi per cõse-
quentiam & secundario posset dici eorum causa,tñ
non repelluntur,per not.in gl.in d.l.nullus.& in d.
d.l.omnibus.& hoc est quod Specu.dicit in titu.de
teste.§.1.col.antepen.versi.Item quòd ipse testis est
15 accusator.impetrantem † etiam inquisitionem ad-
mitti in testem, si causam inquisitionis non fuerit
prosecutus.per tex.in c.licet Hely. ver. cum igitur.
cum c. seq. de simo.faciunt adducta per Afflict. in
consti.humanitate. col.9. nu. 28. maximè in causa
inquisitionis contra latrones,contra quos pro com
muni quiete cuncti publicam vltionem exercere
possunt l.2.C.quando lic.sine iud.

Item posito quòd expressè dicti disrobbati pro
tali eorum testimonio ferendo renunciassent om-
16 ni eorum commodo, vtiq; probarent† exemplo do
ctrinæ Bald.in l.dictantibus. C.de testa. de his qui
acceperunt ad vsuram, testibus admittendis vbi eo
rum commodo renunciarent. quam ibi docto. se-
quuntur,& Fely. in c. personas. in fi.de testi.& Ay-
mo consi.73.nu.30.hic autem, si non expressè, sal-
tem tacitè potest dici eos renunciasse & dereliquis
se omne eorum commodum,cum sint de alia Pro-
uincia,& nũquam apparuerint in hac Regione, seu
Prouincia Calabrię,& in foro isto,& à principio in
Curia Tremutulæ, vt testes accersiti attulerunt te-
stimonium de eorum rebus raptis nullum verbum
facientes, præter vnum, qui in d. Curia querelam
dedit, alij vero quòd suas res subtractas consequi
vellent nihil dixerunt,& non sunt dicturi,stante eo-
rũ domicilij longa distãtia ab ipso foro, ergo quo-
ad renunciationem & refutationem eorum com-
modi idem est iudicium expressi & taciti. leg. cum
quid.si cer.pe.cum vulg.Aut singuli quatuor etiam
consimile commodum habentes possunt admitti
in testem pro alio respectiuè attentis circonstantijs
superius enarratis, vt pulcrè declarat Abb.in d.ca.
personas.ad fi. vbi cum postremò dicat quòd testes
17 sunt non omnino integri,potest dici ꝙ † eorum in-
tegritatem faciat & defectũ suppleat numerus alio
rum quatuor.Alex.in consil.131.num.5.lib.6.post
gloss.& ibi doct.in l.3.§.1.ff.de testi. Itaq; iure de-
fendi potest probationem adesse qua dicti Saler-
nus & Lucas cõuincũtur latrones, & sic effectuali-
ter remanent sublata in contrarium superius alle-
gata.Quibus accedit & confessio d.Pauli eorum so
cij.Gram.in vol.3.num.6.

Negatio-

Negationes eorum in tortura affirmatæ minime sunt attendendæ, qui apparent mendaces, & ex duritia & contemptu tormentorum processisse, ita vt nullo modo ab eis veritas exprimi potuerit, in eo saltem ex ipso processu, q dicti fuerunt capti Tre mutulæ, & id nunquàm cum omni tormento illato potuit extrahi ab ore dicti Lucæ, q & Salernus plurima ex ipso processu apparentia clara durè extiterunt negando. Ergo eorum tortura paruifacienda est. per tex. in l. j. §. quæstioni. ff. de quæst. & sic latro
18 nes † torti semper negantes etiam plenis probationibus deficientibus non sunt relaxandi sine pœna saltem extraordinaria ad opus publicum, vt in terminis latè probat Paris. de Pu. in tracta. de sind. in ver. Tortura. ver. Quidam latro. col. fin. meritò prænominati inquisiti fuerunt condemnati ad interuo niendum personaliter triremibus Regijs per quinquennium, his accedant tradita per Gram. in cõsi. crimi. 12. col. pen. nume. 24. & per Couar. Hyspa. in suis practi. quæsti. c. 23. nu. 5. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM CIII.

ARGVMENTVM.

Notarius variando & mutando instrumẽtum transumptum à prima scheda seu prothocollo punitur pęna falsi.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas notarij in instrumentis transumptis quomodo & ex quibus probetur.*
2 *Variatio sicut in teste, sic & ĩ tabellione nõ est permissa.*
3 *Notarium variando à prima scheda, & mutando scripturam, teneri de falso.*
4 *Falsitas committitur non solum in toto tenore instrumenti, sed etiam in particula.*
5 *Abbreuiaturæ notarij originali credi & stari debet.*
6 *Transumptum probatur falsum per originalem scripturam.*
7 *Fratres pro fratre sunt suspecti.*
8 *Testis qui pro aliquo posuit bona et vitam est suspectus.*
9 *Notarij errorem non probari per vnum testem.*
10 *Testes tot requiruntur ad probandum errorem cõtractus, quot requirit ipse contractus.*
11 *Scheda prima variata & diuersificata in respicientibus substantialia contractus, damnabilem falsitatem reddit.*
12 *Protocollum ex quibus falsum redarguatur.*
13 *Falsi in crimine proceditur sine accusatione.*
14 *Falsitas vt committatur requiritur dolus.*
15 *Dolus ad falsitates ex quibus probetur.*
16 *Falsitas requiritur quod nocuerit, vel nocere potuerit.*
17 *Contractu emptionis cessante cessat & contractus censualis.*
18 *Falsitas vt sit praeiudicialis sufficit quale quale praeiudicium afferat.*
19 *Falsi pęna est vltimi.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Otarius accusatus & inquisitus de falso instrumẽto, in modo, & re soluti pretij probatur plures commisisse falsitates, ob varias & diuersas suas scripturas de eisdem contractibus confectas.

Nam in prima sua scriptura schedæ, seu abbreuiatura sub die 22. Iunij 1563 facta de contractu censuali inter Marcum vendentem & Lucium ementem ita scripsit & loquitur. Detto censo lo vende al detto Lucio per 150. ducati quali sono quelli proprij che d. L. vuol dire, Marco gli doueua per causa de la retroscritta venditione di terre & attioni, secondo appare per lo retroscritto instrumento.

Apparet in eadem carta folio præcedẽti dictum Lucium vendidisse d. Marco quandam actionem, & quasdam terras pro precio 150. duca. quos d. Lucius confessus fuit habuisse & recepisse.

Et in instrumento in carta membrana in forma probante transumpto de eodem contractu censuali sic scripsit & loquitur. confessus fuit & in veritatis testimonium legitimè recognouit se præsentialiter & manualiter recepisse & habuisse à dicto emptore, sibi dante, tradente, numerante & assignante in propria specie pecunię, exceptioni &c.

Item in sua prima scheda & abbreuiatura de contractu emptionis cẽsus facto sub die 12. Feb. 1562. inter Io. Thomam, & Alex. vendentem, sic scripsit. vendidit d. Io. Thomæ per precium duc. 125. quos confessus fuit se recepisse, & propriè excomputasse delli duc. doicento per li quali esso Al. gli era obligato secondo appare per publico instrumento rogato per mano di me Not. quale ex nunc se inten de irrito & casso &c.

Et in instrumento in carta membrana transumpto sic scripsit & hoc pro connento & finito pretio venditionis prædictæ ducatorum 125. de carl. argenti. Quos quidem ducatos 125. de carl. præd. prædictus Al. sponte coram nobis confessus fuit, & in veritatis testimonium legitimè recognouit præsentialiter & manualiter recepisse & habuisse à d. Ioã. Thoma sibi dante & numerante & assignante de sua propria pecunia, vt dixit, exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ &c.

Ex quibus variationibus & diuersitatibus primarum schedarũ & originaliũ, protocollorum & instrumentorum transumptorum de eisdem contra-
1 ctibus, probantur † quidem falsitates commissæ per dictum Notarium in dictis instrumentis transumptis, per tex. in l. eos. ff. de fals. & in l. qui falsa. ff. de test. quæ iura licet loquantur in teste ferente super eodem facto diuersa & varia testimonia, idẽ tamen tenendum est in notario de eodem contractu & de eodem facto faciente varias & diuersas scripturas simpliciter ex se, quia vt in teste, sic & in tabellione non

2 non est permissa † variatio, vt in terminis probat
Bal. in l. fi. col. fi. ver. Quartò quæritur, C. de edend.
3 quem & alios in similibus terminis notarium † à
prima scheda variãdo & murando scripturã teneri
de falso, allegat Gram. in con. ciui. 66. nu. 54. & cõ.
crim. 24. nu. 4. Testis autem & notarius æquiparan-
tur per l. Domitius, ff. de test. tradit Bar. in l. si libra-
rius. col. 3. ver. Quandoq; est erratum. de reg. iu. &
4 falsitas † committitur non solum in toto tenore in-
strumenti sed etiam in particula, vt arguit Corn. in
consi. 261. In princi. lib. 4. & tenet Bal. in l. pen. col.
pen. nu. 14. C. de transact. & ibi in apostil. & Ias. in
col. fi. secundum Bart. & magis communiter alios.
Et cum veritas censeatur inesse primæ schedæ & ab
5 breuiaturæ originali, cui † credi & stari debet, Bar.
in l. Sempronius. de lega. 2. Alex. consi. 105. col. 1.
lib. 2. & consi. 175. in princ. lib. 7. cum concordi al-
leg. per Feli. in ca. quoniam contra. col. 5. in 7. not.
de probat. sequitur ꝙ instrumentum transumptum
in parte illa deuians & diuersum ab ipsa prima scri
ptura matrice & originali non sit verum, sed fal-
6 sum, ita † per originalem scripturam falsum proba-
ri instrumentum transumptum firmat Pau. de Cast.
in consi. 371. col. 2. sub ver. sed si diceretur. lib. 1. ad
hoc adduco tex. in l. vbi falsi. C. de fals. ibi. scriptu-
rarum collationes.

A prædicta falsitate commissa in trãsumpto pro
d. Lucio idem Notarius conatus est se defendere,
ex eo ꝙ ex cõcordia partium aliter fuit scriptum in
prima scheda, & aliter fuit stipulatum prout scripsit
in dicto instrumento, ad hoc probandum inducit
tres testes M. S. & Ioan. Qui quidem talem con-
fessionem formiter vt est scripta in d. transumpto,
& sic talem defensionem non probant, primò, quia
7 sunt fratres dicti Mag. ideo † sunt suspecti, per vul
gar. sunt etiam suspecti ex illa iactantia & ani-
mositate probata in processu defendendi dictũ No
8 tarium ponẽdo pro eo bona & vitam † vt per Alex.
in consi. 15. sub. nu. 3. lib. 3. Franc. in cap. postremò.
col. 7. in prin. de appel. p tex. & gl. in c. sanè. 65. dis.
& Aym. Cra. con. 2. nu. 6. & cons. 249. num. 9. Quæ
suspicio ex eo etiam depræhẽditur, ꝙ ex nouem te-
stibus descriptis in d. instrumẽto per alios, non con
fidens posse probare dictam variationem, exami-
nare solum fecit illos tres fratres emptoris pro quo
cantat instrumentum.

Deinde inspiciẽdo dicta cuiusque dictorum te-
stium, nullus eorum clarè, firmiter & concludenter
probat confessionem Marc. Anto. esse factam de re
ceptione pretij, vt loquitur dictum transumptum,
nisi ꝙ Scipio dicit confessionem receptionis esse fa
ctam de denarijs cui testi non debet credi per vulg.
9 & in specie † de errore nota. non sic per vnũ testem
probari ponit Gram. in d. con. crim. 24. nu. 1. Nihi-
lominus iste testis in pluribus alijs suis dictis con-
cludit contra intentionem dict. Notarij dum super
39. interrogato. dicit (il predetto Notario scrisse in
vna carta secondo foro d'accordo detto Lucio &
M. Antonio & quello si stipulò per essere notario,)
& super 22. excep. dicit (ch'hebbero certa differen

za, però poi se contentorno, & fu scritto è stipulato
come ha detto di sopra.) Et sic alij duo testes se re-
ferunt ad id qđ tunc fuit scriptum per dictum No-
tarium, & tunc nihil aliud fuit scriptum, nisi quod
legitur in d. prima scheda, ergo ea remanet firma, &
per eam conuincitur de falso dictum trãsumptum.
Tum etiam quia per constitutionem. Instrumento-
rum robur. requiruntur tres testes idonei vltra iudi
cem in contractibus excedentibus libram auri, &
alij testes contradicunt dicto transumpto, dicentes
dictam primam schedam esse verã, remanet dictũ
trãsumptum sine testibus, cum fratres d. Lucij em-
ptoris non sint idonei, ergo nõ possunt probare ve-
ritatem dicti transumpti per dictã constitutionem,
10 cum tot testes, & ijdem testes † requirantur ad pro-
bandum errorẽ contractus, quot requirit ipse con-
tractus. vt per Fely. in c. ex literis. col. 4. versi. Tertia
conclusio. de fide instrumentorum. Præterea non
probant vt loquitur dictum transumptum, de con-
fessione receptionis pretij in propria specie pecu-
niæ, vt loquitur, cum dicãt simpliciter ambos con-
trahentes reciprocam fecisse confessionem rece-
ptionis pretij, potest intelligi aliter, quàm in specie
pecuniæ. s. per compensationem, & per aliam rem
volente venditore. vt l. pretij. C. de rescind. vend. &
l. solutionis. ff. de solut. & l. j. de compens. & reuera
debet in specie proposita esse per modum compen-
sationis pretij emptionis terrarum, vt intentio &
11 verba dictæ primæ schedæ sonant, quæ † variata &
diuersificata in respicientibus substantialia contra-
ctus damnabilem falsitatem demõstrat. per ea quæ
declarat Mars. in consi. 70. col. 2. sub nu. 9. & Lan-
franc. in d. c. quoniam contra. in ver. instru. produc.
nu. 29. remanet ergo falsitas dicti transumpti pro-
bata vt supra.

Alia falsitas d. Notarij commissa in conficiendo
post causam reductam in Audientia quoddã suum
prætensum protocollum simile dicto transumpto
in confessione arguitur ex primo suo examine, cum
dixerit dictũ transumptum extraxisse ex dicta sche
da, & quod de dicto contractu nõ fecit aliam scri-
pturam, vt plures testes dicunt, & ex eo ꝙ dictum
12 prætensum † protocollum ostenditur de recenti es-
se scriptum ob cartam nouam, & recentem in vno
folio, & ob recentem literaturũ, vt in simili arguit
Aymo consilio 28. nume. 3. & plures testes peri-
ti deponunt.

Ad aliam falsitatem commissam in transumpto
contractus censualis inter Io. Thomam & Alexan-
drum prædictos, nulla defensio adducta est, nisi ꝙ
de hac falsitate nulla est accusatio, qđ est vanum di
13 cere, quia † in crimine falsi proceditur sine accusa-
tione. Marsil. in Rub. nu. 21. ff. de fals. & intelligitur
deducta & intẽtata in principali Audientia sub illo
inquisitionis capitulo. ꝙ d. Nota. est solitus com-
mittere plures falsitates.
14 Falsitates has esse commissas dolo, † vt requiri-
tur, per alleg. à Marsil. in d. Rubr. de fals. in princip.
probatur, quia errore non demonstrantur commis-
sisse, ergo dolo malo, consequentia hæc probatur
per

per tex. in l. nec exemplum. C. de falſ. & ſcire debet
tranſumptum non eſſe varium, nec diuerſum eſſe
debere à prima ſcriptura originali, aliàs inciditur
in crimen falſi, per alleg. ſuperius, & id quod geſtũ
dicit fuiſſe à partibus debebat ſcribere, & nõ confi-
dere memoriæ, cui dicit mãdaſſe tale diuerſum ab
originali ſcriptura, quod non debebat facere, cum
hominis memoria ſit labilis, licet hæc ſit ſua fugiti-
ua reſpõſio facta ſæpius in ſuis examinibus, in qui-
bus ſe multum ſagacem & cauteloſum demonſtrat
& ſcientem, adeo ꝙ in eo non ſimplicitas ſed ma-
litia valde regnat & ſuperabundat, & ex eo ꝙ tanta
audax negatio & reſiſtẽtia ab eo facta eſt, vbi à prin
cipio eandem ſchedam ab eius perſona celatam in
loco obſceno extraxit Magnificus Capitaneus loci
15 ex quibus † probatur eius dolus ad dictas falſitates.
l. dolum. C. de dolo. l. ſi procurarorem. §. dolo. & l.
dolus. ff. mand. & l. inficiando. in prin. de fur. Aym.
conſi. 75. ſub nu. 6.

16 Aliud requiſitum in dictis falſitatibus, † ꝙ no-
cuerint vel potuerint & poſſint nocere facilè co-
gnoſcitur ex exceptis & querela expoſita per dict.
Marcum Antonium contra dictum Notarium, &
conſiderando ꝙ dicta ſcheda originalis contractus
cenſualis inter d. Marcum Antonium & Luciũ de-
demonſtrat ipſum contractum dependere & eſſe
correſpectiuum à cõtractu emptionis terrarum fa-
ctæ à d. Lucio, adeo ꝙ conſiderando plures caſus,
quibus poteſt corruere & ceſſare d. contractus em-
17 ptionis, † ceſſaret & dictus contractus cenſualis. l.
ſi. de accept. l. etiam. §. ex cauſa. de minor. & his ca-
ſibus petitio executionis cenſus excluderetur exce-
ptione apparẽte ex ipſo inſtrõ, ſi diceret preciũ cen
ſus ex pretio terrarũ eſſe, vt dicit d. ſcheda, ad quod
faciunt quę tradit Barto. in l. j. §. & parui. ff, quod vi
aut clàm, hæc aũt ceſſarent ſi ſtarẽt d. tranſumptum
tacens pretium eſſe ex pretio terrarum, quinimò
continens confeſſionem receptionis in propria ſpe
cie pecuniæ, ergo talis falſitas eſt præiudicialis, &
18 ſufficit † quale quale præiudiciũ poſſe inferre. Bal.
in l. qui volenti. C. de falſ. & poſſe dare damnum.
idem Bal. in l. ſi falſos. C. eo. & cõſiderat Bart. poſſe
nocere quãdo ſcriptum falſificata probaret, vt in l.
1. §. qui in rationibus. & in l. ſi quis legatum. ff. eo.
ꝙ etiam falſitas cõmiſſa in dicto inſtrumẽto tran-
ſumpto de contractu cenſuali inter Io. T. & Alexan
drum poſſet nocere, patet ad oculum, ſi dictus Io.
Thomas peteret ſuum creditum 200. duc. cum quo
ſunt compenſati duc. 125. de pretio d. cenſus, vt in
ſcheda originali legitur, & tranſumptum nihil dicit
de tali compenſatione, ſed de ſimplici confeſſione
receptionis & ſatisfactionis de propria pecunia.

Supereſt igitur videre de pœna imponenda dic.
19 Notario pro talibus falſitatibus, quæ † quidem eſt
pœna vltimi ſupplicij, per Conſtitut. Regni, incipi.
Iudices vbique locorum. ita fuiſſe deciſum refert
Fol. in ſua prat. crim. in 2. par. in verſi. Item ꝙ com-
miſit falſitatem. nu. 70. Quibus optimè conferunt
quæ latiſſimè contra Notarium, per inſtrumentum
falſum etiam non perfectum pœna ordinaria mor-
tis in Regno puniri debere ſcribit Luc. de Penna
in l. 1. col. 2. & 4. & ſeq. C. vt ne. ad ſuum patro.
lib. xj. Laus Deo.

Simon de Prætis iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM CIIII.

ARGVMENTVM.

Frequentia delictorum in homine malæ famæ, & in procedendo, & in puniendo, & in enormibus facit iura tranſgredi.

SVMMARIVM.

1 *Domeſtici, familiares, vel aliàs non idonei teſtes eſſe poſſunt de factis domi.*
2 *Mulieres in criminalibus probant.*
3 *Minor & pauper teſtis quo caſu probet.*
4 *Indiciorum copia non data poteſt procedi ad torturam contra homines malæ conditionis & famæ.*
5 *Tortura ex proceſſu informatiuo non debet repeti.*
6 *Iura concedentia ex proceſſu informatiuo contra frequentantes delicta, & homines malæ conditionis & famæ poſſe deueniri ad quæſtiones & tormenta, debent intelligi ſecundum terminos aliorum iurium loquentium de quæſtionibus.*
7 *Iudex eſt pro defenſione rei, & tenetur inquirere de eius innocentia.*
8 *Iudex denegans defenſiones famoſis delinquentibus non malè facit, vbi maximè pro defenſione quid certum releuans expreſsè non allegatur in promptu probandum, & quod præſertim poſsit excuſare a tortura, vbi videt reum tendere ad dilongandum & ad adumbrandum ſcelera ſua.*
9 *Regula. l. bones. §. hoc ſermone. de verb. ſignifi. de actibus vna prima vice intelligendis, non procedit in actibus fiendis ex diſpoſitione legis, quia ſemper fieri & repeti poſſunt, donec legis diſpoſitio ſuum ſortiatur effectum.*
10 *Quæſtionis modus de iure communi relinquitur arbitrio iudicis.*
11 *Audientia principalis Principis Biſiniani poteſt vti arbitrio literarum conceſſarum magnæ curiæ Vicariæ circa torturam inferendam.*
12 *Arbitrium magnæ curiæ Vicariæ ad quæ crimina ſe extendat.*
13 *Iniuria illata perſonæ dicitur graue delictum.*
14 *Iudex de mala voce & fama poteſt ſe informare abſque ordine iudiciario.*
15 *Qualitas perſonæ ſolitæ delinquere, & malæ conditionis & famæ inducit magis iudicem ad præſumendum & credendum delicta propoſita eſſe vera, & acrius ac ſeuerius punienda.*
16 *Delicta commiſſa de nocte, quia occulta, clãdeſtina & difficilis*

difficilis probationis, probantur coniecturis & lenio ribus probationibus.

17 *Fama decem testibus licet non formiter examinatis probatur.*

18 *Fama in criminalibus in casibus difficilis probationis iungitur cum alijs adminiculis ad faciendam plenam probationem.*

19 *Testes de fama vbi non sunt repulsati, de visu etiam repulsati probant plenè.*

20 *Vox & fama statim orta in populo contra aliquem de aliquo delicto est maximum quid ad illuminandum veritatem.*

21 *Testes inhabiles tam respectu affectionis quàm sexus & ætatis & omnes, qui possunt haberi, admittūtur quando aliter veritas sciri non potest.*

22 *Confessio extraiudicialis verisimilis facta à reo etiam in criminalibus plenam fidem facit.*

23 *Conuictus legitimè ex quibus quis dici possit.*

24 *Frequentia delictorum, pro quibus singulis veniret etiam imponenda pœna pecuniaria, facit delinquentem puniri pœna mortis naturalis.*

25 *Delictum pluries reiteratum, licet pluries punitum, aggrauat.*

26 *Reiteratio delictorum aggrauat, & pœnam auget.*

27 *Frequenter quis delinquere dicitur, si bis vel ter delinquat.*

28 *Solitus delinquere quis dicitur ex reiteratione delictorum.*

29 *Testis partes sunt attestari quæ scit vera esse in facto, non autem indicare.*

30 *Testis ostendens affectionem erga inducentem est suspectus, & non probat. idem in probanda negatiua. nume. 31.*

32 *Testi in vno mendaci in nullo adhibetur fides.*

33 *Testibus specialiter deponentibus magis creditur, quàm generaliter.*

34 *Minoris auxilium quo casu cesset.*

35 *Annus decimusoctauus in Regno facit quem perfectæ ætatis reputari.*

36 *Tortura purgat & remouet omnes probationes contra reum extantes.*

37 *Confessio extraiudicialis verisimilitudinibus fulcita etiam plenam probationem in criminalibus facit.*

38 *Pars & testes si discrepant, neutri creditur.*

39 *Tortura adhiberi potest sine præiudicio probatorum cum protestatione pro sciendis complicibus.*

40 *Tortura inuenta est pro habenda veritate.*

41 *Mendaci non creditur.*

42 *Tortura quæ fallit veritatem non est attendenda.*

43 *Tortura vt continens veritatem ex parte perseuerantis quòd sit attendenda, habet locum in teste, non in reo principali, in hoc enim tortura potest veritatem fallere.*

44 *Tortura minus credi in parte quàm in teste.*

45 *Paria sunt, non esse, & non apparere.*

46 *Tortura passa tollit pœnam ordinariam delicti regulariter, nisi adsit in reo frequentia delictorum.*

47 *Iustitia exemplari opus est in locis seditiosis & plenis partialitatibus.*

48 *Grammatici decisio. 16. declaratur.*

DIVINO AVXILIO INVOCATO.



Aulus de terra Altimōtis prouinciæ Calabriæ inquisitus de pluribus & diuersis delictis in expeditiōe suæ causæ quomodo debeat haberi & tractari. Vt prius de suis delictis perscrutetur & discutiatur, videndū est.

Primò, de anno 1562. & mense Decembris dictus P. gladio vulnerauit Ioā. Baptistā Lorium in spatula cum maxima sanguinis effusione & vulnere mortali iud. plurium testium, & plenè probatur per sex. testes, vt in processu suo legitur. fol. 90. & sequen.

Secundò, de anno 1563. de mense Augusti. d. P. offendit Bernardinum de Vrsomartio pugno seu buffettone, proijciendo in terram, & deorsum per terram trahendo, prout testes deponunt in processu. fo. 1. vbi vnus testis deponit de quadam violentia d. Pau. in astrahēdo equū ex manibus cuiusdam Io. Pauli Andriottæ idem ibi deponentis.

Tertiò, q de an. 1564. mensis Octobris de nocte armatus ense & pugione stans in strata, absque causa, ex mera lasciuia & furore suo cœpit verbis iniuriare, cornuto, Franciscum Lucæ de sancto Donato, & postea ense eum percutere, & demum daga vulnerare dictum Franciscum duobus vulneribus, uno in pectore cum maxima sanguinis effusione & pericoloso ad mortem, ut per 14. testes examinatos plures ad rumorem concurrentes cum lucernis accensis, conuictum præsumptiuè, ut plenè de ui su probatur in d. processu fol. 6. & sequen.

Quartò, contra eundem P. de dictis anno & mēse per magnificum Capitaneū Altimontis fuit formatus processus de vulneribus illatis Andreæ Francisco famulo Vici militis ut in d. processu fol. 18.

Quintò, de d. anno mēsis Decembris contra d. Paulum per examen duorum testium fuit capta informatio, q idē P. cum alijs insultauit gladijs euaginatis quosdam Iuuenes comicos, ut in d. processu folio 19.

Sextò, cōtra eum reperitur capta informatio ex examine Colæ Ant. Leotis & aliorum duorum testium, q de anno 1565. mensis Decembris insultauit d. C. A. eum percutiendo puncta scoppetti à focile cum gladio duorum mucronum seu (da doi tagli,) ut in d. processu fol. 20.

Septimò, legitur informatio contra eum P. capta ex depositione duorum testiū, q idem P. de anno 1565. men. Feb. percusserat quandam fœminam militum, ut in dicto processu 22.

Octauò, q de dicto anno 1565. men. Octo. idem P. pugno percussit in facie Io. Leonardum Mercurellum cū maxima sanguinis effusione ex naribus ut plenè probāt duo testes de uisu, & alius de auditu & uisu, ut in dict. processu fol. 23. ob quod. dict. P. fuit carceratus.

Nonò, quanto crescit ætate tanto magis perseuerat & crescit in malitia, & magis in grauissimis delictis, fuit. n. d. Paulus processatus, contumax, & forbannitus, eo q de anno 1566. mens. Feb. de no-

cte, ictu scoppettę perforãte caput in oculo sinistro occidit illico D. Nicolam Marinam suam ziam & attinentem in domo Maximillæ Tagliaferri. De hoc grauissimo maleficio homicidij seu patricidij extãt probationes. Primò q d. Ma. statim super corpore mortuo in loco examinata deposuit clarè de visu, vt in d. proces. fo. 27. ad idem contestis est Iulia Ascanij Marini tunc & statim examinata in loco, quæ licet asseratur filia d. Nicolæ, & Maximilla passa iniuriam domi suæ videantur suspectæ testes, tamen postquàm d. Nicola occisa fuit domi d. Maximillæ, prout ibi sic occisa post auditum strepitum d. scoppettæ, vltra depositionem dictarum Maximlæ & Iulię reperta est, vt plures testes clarè deponũt de quibus modo dicetur, de his ergo quæ domi

1 fieri contigerint † domestici & familiares vel aliàs nõ idonei sunt idonei testes per tex. vulg. in l. consensu. & not. doct. C. de diuot. glo. in ver. maiores. in fi. in c. dilecto. de offi. archi. Soci. in consi. 17. lib.

2 1. etiam q sint mulieres † in criminalibus probant, secundum magis communem, Gram. in consi. cri. 12. num. 16. 17.

Deinde Antonius de Iorio x. testis in d. processu fo. 79. dicit q illo sero quando fuit occisa d. Nicola in domo d. Maximillę audiuit strepitum scoppettę, & statim cum alijs currens ad dictam domum & in ea inuenit dictam Nicolam occisam ictu scoppettę supra oculum, & tunc statim d. Maximilla & d. Iulia interrogatæ quis eam occiderit dixerunt fuisse occisam à d. Paulo. Io. Maria 13. testis in d. processu fo. 81. dicit q illo sero audiuit rumorem de morte d. Nicolæ secuta in domo d. Max. & q tunc audiuit eam fuisse occisam à d. P. Rita Guantierij 15. testis dicit tunc audiẽdo scoppettam vbi est domus M. vicina suę domui, & illico instãti audito clamore iuit versus domum d. M. & ibi inuenit d. Nicolam occisam ictu scoppettæ suprà oculum sinistrũ, & ibi Max. Iu. & C. exclamabant, & dicebant d. Paulum fuisse homicidam cum scoppetta, vt in d. processu fo. 82.

D. Vrsulina 16. testis ibidem est contestis cum prædictis in omnibus, præterquàm q non audiuit primo strepitum scoppettæ ob rumorem suorum puerorum, vbi in fine dicit q dic. Nicola erat zia d. Pauli, soror sui patris, & sic Amita.

Hoc est quod ipse Paulus in suo examine fo. 63. fatetur, Nicolam fuisse suã ziam, & esse mortuam, & noluit dicere qua morte, se qua interrogatus se inuoluit, & valde suspectum se reddidit, & multum sagacem & astutum in toto suo examine.

De morte d. Nicolæ extat confessio d. Pauli extraiudicialis facta ad monitionem Syluij Campilonghi repræhendentis eum de alijs delictis, & de morte d. Nicolæ plenè per tres test. concorditer, & concludenter & clarè probata, vt in d. proces. fol. 109. & seq.

Demum quòd ipse Pau. scoppettę ictu occiderit dict. Nico. adest publica fama per 16. testes & vltra plenè formite: & cõcludenter probata, vt per omnes testes pro curia examinatos ferè, & clarè probatur in d. processu.

Pro d. homicidio fuga, & latitatio d. P. per eosdem testes quoque reperitur probata cum contumacia & Forbanno eiusdem P. tũc prolato per M. Capitaneum Altimontis, vt in dict. processu fo. 28. & sequent.

A sportatio scoppettæ à focile, & daghæ, & gladij duorum mucronum seu tagliorum, & armorũ portare prohibitorum per bãna Regia commissa & facta per dictum Paulum cõtinuò per eosdem testes & alios in dicto processu fo. 111. & seq. probat.

Decimò, fuit capta informatio, inceptus processus vsque ad bannum contra d. P. eo quòd de anno 1566. men. Iul. noctis tempore cum accetta, siue securi miserrimè sine aliqua causa occidit quendam pauperem & pacificum hominem in loco suæ habitationis, nomine Iacobum Ianuzi, contra eum est vnus testis de visu nomine Mercurius Angeli, qui bene narrat factum, & causam leuissimam, iniquissimam d. homicidij, eo quia dictus Iacobus dicebat se non posse d. P. commodare currum, proinde iniquissimus homo volebat destruere currum d. Iacobi cum accetta, de hoc damno conquerens ipse Iac. & vocans testes, statim fuit insultatus à dict. P. cum bis cum eadem accetta percutiendo in capite, statim in terram mortuus cęcidit, licet hunc testem

3 dicãt minorem & pauperem, † tamen cum ter examinatus semper idem audaciter deposuerit per verisimilem narrationem facti, etiam in faciem Ioan. Francisci Merellæ per eum nominati in contestem etiam in pluribus concors cum dicto Mer. vt facilè videre est ex examinibus eorum, videtur probare. vt per Mar. in l. de minore. in prin. nu. 45. de quæst.

4 quanto enim testes sunt simpliciores, † tanto sunt credibiliores, dicit Bal. consi. 468. qualiter. in prin. lib. 3. maximè in dicto homicidio commisso de nocte lucãte luna, vt tunc lucebat in nocte, cuius mane fuit repertus occisus dictus Iacobus, vt deponũt dictus Marcus & dictus Ioan. Franc. qui ex suis variationibus positus ad torturam, & nolens deponere de dicto homicidio contra d. P. non tollit depositionem d. Mercurij tot alijs verisimilitudinibus roboratam, & maximè ex inclinatione & facilitate & consuetudine d. P. ad percutiendum & vulnerandum homines, & concurrente publica voce & fama per omnes testes curiæ probata.

Quibus omnibus inspectis, & frequentia homicidiorum, & aliorum delictorum, & asportatione scoppettæ à focile per Prouinciam contra bãnimenta, & mala fama d. Pauli hominis disculi, praui, scandalosi, ut sic de eo omnes dicti testes deponunt, meritò iuris alio ordine non seruato per principalem Audientiam fuit ipse P. tortus per uices tres continuando torturam stante eius iuuentute & robustitate, vigore literarum arbitrariarum, primæ. prouisa iuris sanctio, ibi. Nec nõ reos alios maiorum scelerum labe notatos vulgari quodammodo notoria populi opinione grauatos, ibi. & quæstiones de ipsis habendas, vel non &c. arbitrio suo laxamus, & ibi. frequentiusq; peccantibus, secundæ. iuris censura,

ſura,& ibi.& aliorum grauium ſcelerum inſolentes
enormiter notabiles & famoſi &c. ibi. nec aliqua
ſolemnitate iuris &c.vt mihi pag.344.Et alius,ſi cũ
ſceleratis,ibi.Aut homicidas, vel aliorum grauami
num labefactatos infamia,&c.ibi.Etiam quia in ta
libus ordo eſt ordinem non ſeruare &c. ſeu defen-
ſionibus non admiſſis &c.mihi pag.367.

Idem dicendũ videtur de iure communi,q̃ con-
tra hominem malæ cõditionis & famæ poſſit pro-
4 cedi ad torturam, non data copia indiciorum † vt
alios allegando tradit Gram.in vot.3. nu.7. & 26.
& conſi.crim.17.nu.16.17.conſi.34.col.fi. Quate-
nus in d.vot.3.ibidem Gram.ponendo intelligen-
tiam & limitationes ad præeminentiam Vicariæ
circa torturam.in fi.col. arguat iſto caſu ex proceſ-
5 ſu informatiuo non debere torturam repeti, † ſed
ſemel inferri.ex reg.l.boues.§.hoc ſermone. de ver
bo.ſignifi.hoc non credo verum neque tutum, ſed
poſtquam ex proceſſu informatiuo dicta iura con-
cedunt contra frequentantes delicta, & homines
malæ conditionis & famæ poſſe deueniri ad quæ-
6 ſtiones & tormenta, debent intelligi † ſecundum
terminos aliorum iurium loquentium de quæſtio-
nibus.arg.l.1.§.lex Falcidia. & ibi not.per Bar. &
alios.ff.ad l.Fal.& in l.2. C.de noxal. & in l. inſulã
de præſcrip.verb.vt quæſtiones iſto etiam caſu poſ-
ſint repeti prout extant plura fortiora & euidẽtio-
ra indicia, & reus tormenta parum timere videtur
per tex.in l.vnius.§.1.& in l.repeti.ff.de quęſt.aliàs
ſi famoſi delinquentes, qui ex proceſſu informati-
uo torquentur expediuntur ſemel torti vrgentiſſi-
mis indicijs adhuc exiſtentibus non poſſent iterum
torqueri,eſſent melioris conditionis,quàm alij de-
linquentes non famoſi ex proceſſu ordinario, tor-
quendi & repetendi ſecundum euidẽtiam indicio-
rum,per d.l.vnius.§.1.quod non eſt dicendum, ar-
guendo ab abſurdo euitando, quia à communiter
accidentibus euenit,quòd ex proceſſu informatiuo
habentur clariora indicia, & omnes probationes,
quæ poſſunt extare,& inueniri cõtra reum,cui non
ſit tantum verendum, quòd deficiant defenſiones,
7 quoniam iudex † etiam pro defenſione rei eſt,& te-
netur inquirere de eius innocentia. l. ſi non defen-
dantur.ff.de pœn.& l.1.§.fin. ff.de quæſt. pro quo
quidem iudice præſumendum eſt, quòd in officio
ſuo ſit diligens & faciat id ad quod tenetur. l.2. C.
de offi.ciui.iudi.capi.ad audientiam.§.nos verò.de
præſcrip.& l.j.C.de ſuſcep.& arch.lib.x. & quando
ſimilibus famoſis delinquentibus petẽtibus defen-
8 ſiones,eas nõ concederet,nõ malefaceret, † vbi ma
ximè pro defenſione,quid certum releuans expreſ-
sè non allegatur in promptu probandum, & quod
præſertim poſſit excuſare à tortura, vbi videt reum
tendere ad dilongandum,& ad adumbrandum ſce
lera ſua,per ea,quæ in ſimilibus adducit Abb.in ca.
nullus.ad fin.de præſumpt.& magis ad propoſitum
Alex.in conſi.65.habita.colum.pen.& fin.libr.j. &
Gram.in conſi.crim.49. col. fin.

Regula d.l.boues.§.hoc ſermone.de actibus vna
9 prima vice intelligendis, † non procedit in actibus
ſiẽdis ex diſpoſitione legis, quia ſemper fieri & re-
peti poſſunt donec legis diſpoſitio ſuum ſortiatur
effectum.l.hæc conditio.de condi.& demonſt.tra-
dit Iaſ.in l.duobus.§.j.colum.fi.ff.de iureiur.& latè
Tiraq.in d.§.hoc ſermone.in lim.9. ergo donec ha
beatur veritas ex proceſſu etiã informatiuo in caſi-
bus permiſſis poteſt moderatè tortura inferri,& re-
peti iuxta diſpoſitionem d.l.repeti.& d.l.vnius.§.j.
& moderatè dicitur inferri dummodo non excedat
tres vices,vt dicunt doct.

Nam ſi in prædictis caſibus permiſſis, vrgentiſſi-
mis indicijs exiſtentibus cum robuſtitate & duritia
animi & corporis rei, ſemel illata tortura tali reo
pro continuatione ſeu repetitione competẽtis tor-
turæ prius daretur defenſio, & poſtea continuare-
tur tortura, proinde non ſeruaretur dicta.cap.& iu-
ra poteſtatem concedentia non ſeruandi ordinem,
& defenſiones nõ admittẽdi,& circuitus inducerẽ-
tur,qui ſunt euitandi,per iura vulga. Præterea mo-
dum torquendi,per c.prouiſa iuris ſanctio. apparet
clarè eſſe remiſſum Iudici, vt ibi. & quæſtiones de
ipſis habendas,vel non,ipſarumq́ue modum,prout
10 † aliàs quæſtionis modus de iure communi relin-
quitur arbitrio iudicis.l.quæſtionis. ff. de quæſt. &
ibi latè Marſil. de quo redargui non poteſt, dum-
modo vltra tres vices non inferatur tortura, vt in
terminis tradit Pau.de Caſt.conſi.299.col.fi. lib. 2.
Item quandam emphaſim,amplã, exuberantem &
relaxatam voluntatem diſponentis, & conceſſam
poteſtatem Iudici continent dicta capitula & literę
arbitrariæ per modum geminatum & triplicatum,
à geminatis arguendo in omnibus diſpoſitionibus,
vt per doct.in locis vulg.

Hæc breuiter dicta ſunt ad oſtendendum iure &
iuſtè dict. Paulum ex proceſſu informatiuo tortum
fuiſſe,continuando per tres vices, ne dum indicijs
contra eum vrgentiſſimis exiſtentibus, ſed etiam
plenis probationibus de pluribus delictis, vt ſupra
dictum eſt.

Quòd autem Principalis Audientia Illuſtriſſimi
11 D.Principis Biſiniani † poſſit vti & ſui officiales ar
bitrio dictarum literarum conceſſarũ magnæ Cu-
riæ Vicariæ, & omni ſua poteſtate & auctoritate,
ampliſſimè patet ex ſuis notorijs priuilegijs, ita
eſt.n.in quaſi poſſeſſione procedendi, vt per infini
tos proceſſus notorium eſt. Ad id quod dicebatur,
magnam Curiam ſolere vti tali arbitrio torquendi
ex proceſſu informatiuo ſolum cõtra diffamatos la
trones,& diſrobbatores ſtratarũ & quaſi,non con-
tra homicidas, per deciſio.Matth.de Afflic.391.in
12 fin. Reſpondetur primò † per c.in accuſatis.per ver
ba dictarum literarum arbitrariarum & d. deciſio.
verum illud nõ eſſe,ſed etiã continere talem facul-
tatem contra homicidas, & committentes grauia
crimina,contra quos laborat infamia. vt eſt glo.in
c.ab illo inchoandum.ſo.mihi.323.quòd autẽ ho-
micidia ſint de grauioribus delictis, imò grauiſſi-
13 mis, & graue † delictum dicitur iniuria illata perſo
næ,latè declarat Bar. in l.non ſolum.§.ſi mandato.
col.3.ſub.nu.7.ff.de iniu. Torturam iam latam per
magnam

magnam curiam Vicariæ ex processu informatiuo
contra inquisitos solum de homicidio exorditur &
ponit Gram.in consi.64.satis videtur,quòd non sit
contra hominem bonæ famæ, vt dicitur in d.decis.
391.in fi.quod vltimum dici non potest de dicto
Paulo committenre & homicidia, & graues perso-
nales iniurias diuersis, & offensiones, diffamato
vt dictum est.

Qui licet animo & corpore perdurauerit in tor
tura negando omnia delicta per eum commissa,ta-
men suum negare nõ posse mutare veritatem suo-
rum delictorum, tot probationibus & argumentis
in lucem appasentium infra dicetur.

Namq; animaduertendum est ad tollendum ca
uillationes de processu informatiuo, per Curiã de-
uentum est ad processum ordinarium dando capi-
tula de pluribus & diuersis maleficijs annuatim cõ
tinuatis per eum commissis,ab anno 1562. vsq; ad
an.1566.vt in d.processu fo.103. litem contestan-
do & terminũ eidem Paulo dãdo ad faciendũ suas
deffensiones, habẽdo testes Curiæ pro ritè & rectè
examinatis & legitimè repetitis,vt in eo. processu
folio 107.

Demum completo dicto processu & examinatis
13. testibus super exceptionibus & defensionibus
dicti P. & alijs terminis seruatis, videndum est de
probationibus delictorũ in capitulis deductorum.

Potest vtiq; dici de maleficijs decem intentatis
& deductis esse probarum de quinque, ita quòd iu
dex iure credere possit ea per eũ fuisse perpetrata &
apparere testibus pluribus & modis, vt superius
demonstratum est.

Primò,de vulnere periculoso & mortali iudicio
plurium testium cũ gladio illato Io. Baptistæ Iorij.

Secundò, de vulnere periculoso ad mortem de
nocte cum daga sine causa aliqua illato Francisco
Lucę de S.Donato.

Tertiò, de percussione cum sanguinis effusione
manu in facie illata Io. Leonardo Mercurello.

Quartò,de homicidio noctis tempore cum scop
petta patrato in personã Nicolę Marinæ suæ amitę.

Quintò,& admodum de homicidio noctis tem
pore commisso in personam Iacobi Ianuci.

Sextò,& addito de continua asportatione scop-
pettæ à focile,& dagę armorum prohibitorum per
bãna Regia. Alia autem scelera sua deducta etiam
plusquàm semiplenè probata operari possunt ad
demonstrãdum eum esse infamem & diffamatum
delinquentem, ad id accedẽte examine 15. & vltra
testium Curiæ, dicentium eum esse & teneri pro ho
mine rixoso, scandaloso, prauo & malæ opinionis
14 & famæ, de qua † iudex potest se informare absque
ordine iudiciario. Gram.in decis.34.nu.7.

Ex quibus inferuntur plures iuris conclusiones
in expeditione huius causæ animaduertendæ.

Prima est, qualitas personæ solitę delinquere, &
malæ conditionis & famæ inducit magis iudicem
15 ad præsumendum † & credendum delicta proposi
ta esse vera, & acrius ac seuerius punienda. reg.se-
mel malus.de reg.iur.in 6. cum not. ibi per glos. &
Dyn.& alios & per Alcia.in tracta.de præsumpt.in
reg.2.in præsum.7.est tex.in l.de minore.§.penult.
ibi.vel cuius existimationis.d. quæst.

Secunda est, quòd delicta commissa de nocte di
cuntur oculta & clãdestina & difficilis probationis
16 † ideo probantur coniecturis, & leuioribus proba-
tionibus, vt latè in terminis & in delicto facto in
domo per mulierem & per famam cum aliquibus
adminiculis plenè probari tradit Alex.in consi.24.
animaduersis.col.2.& sequen.libr.2.& consil.156.
viso, circa prin.lib.5.Aym. cons.178.col.1.& Tho.
Gram.in vot.21.col.1.nume.4.& consil.cri. 1.col.
pen.num.10.11.& seq. & in specie Marsil.consilio
5.columna fina.

17 Tertia est, q fama † contra inquisitum probata
per numerum 10. & plurium testium, & non for-
miter cũ circumstãtijs ad famæ probationem aliàs
requisitis, remanet ipsa fama probata, vt probat
Gram.in consi.crim.57.col.fin.num.19. Quæ qui-
18 dem fama † in criminalibus quoq; iungitur ad fa-
ciendã plenam probationem cum alijs adminicu-
lis, vbi maximè esset casus difficilis probationis. di
cit Alex.in d.consi.24.col.5.nu.20.libr. 2.vt & per
Feli.in c.veniens.col.4.vers.sed limita primò. de te
19 sti.Gram.in decis.42.nu.12. & vbi testes † de fama
non sunt repulsati, de visu etiam repulsati probant
plenè, alios allegando tradit Gram. d.consil.cri.1.
nu.6. est enim maximum quid ad illuminandã ve-
20 ritatem illa vox † & fama statim orta contra aliquẽ
in populo de aliquo delicto, vt est tex.in d.l.de mi-
nore.§.pen.ff. de quęst. arguẽdo à natura omnium
hominum, qui omnes natura scire desiderãt, vt Sa-
lustius inquit, & à solitis & communiter accidenti
bus quòd statim sequuto delicto saltem enormissi-
mo, vt homicidij, omnes homines in loco ipso sub
tiliter inuestigant & scire volunt, quis fuerit vox
tam audax homicida, & de hoc statim oritur ipsa
& fama, & volat per totam ciuitatem, quam tunc
incontinenti ortam in mille casibus non videmus
loqui nisi de verò homicida, quamobrem Cicero
in Rethor.ad Heren. in 4.lib. his vtitur verbis. Ex
rumore populi, quem ex argumentis natum ne-
cesse est esse verum.

Quarta est, quia in specie proposita, saltẽ de ho-
micidio in personam do. Nicolæ, eius probatio est
multum difficilis & restricta, tum ratione loci com
missi delicti, quia in domo do. Maximillæ, tũ etiam
ratione temporis, quia de nocte, cum ideo eius ve-
21 ritas aliter sciri non possit, testes † inhabiles tam re
spectu affectionis, q̃ sexus & ætatis & tandem qui
possunt baberi admittendos esse docto. tradunt in
centũ locis, modo sufficit allegare Marsi.in l.diuus
Pius.in 2.nota.num.7.& seq.de quæst.& in l.de mi
nore.in prin.num.45. & seq.ff.eod.vbi & num.52.
subiungit, vt in nostro casu concurrit, quando adest
22 rei confessio † extraiudicialis, quæ verisimilis sit,
etiam in criminalibus plenam fidem facit. Capi.in
decis.179. nu.2. cum similibus de verisimilitudine
plurimum ad probationem plenam faciente cumu
latis per Tiraquel.in l.si vnquàm, C.de reuo.dona.
in

23 in præfa. nume.56.præced.& seq.ita q † per dictas duas mulieres de visu,per publicam famam tunc ortam, & suam confessionem extraiudicialem de homicidio commisso in personam d.Nicolæ. d.P.potest dici legitimè conuictus, per ea quæ etiam latè adducit Marsi.in consi.116.& Carer. in l.obseruare.in prin.sub nu.165.& Bar.in l.penul.circa princ. ff.de his qui not. infam. vt tandem arbitrio iudicis commissum esse dicit Boer.decis.164.nu.5.6.

24 Quinta est, quòd frequentia delictorum, † pro quibus singulis etiam imponenda pœna pecuniaria veniret,facit delinquentem puniri pœna mortis naturalis.per tex.in l.1.C.de superexact.lib.10. & expressè ibi not.Bar.& Ang.& Gram.probat in decis. 16.nu.4.idem firmans plura iura,& concord.alleg. Marsi.in sing.378.incipien.Geminatio.& Carer.in l.obseruare.§.n.nu.107.& Gram. in vo.9. col.fi. & 25 in vo.17.col.fin.vbi nu.12.dicit idem esse † si delictum pluries reiteratum fuerit,similiter pluries punitum q tamen aggrauat,per tex.glo. & Abba.in c. 1.de cleri. percus. Paris de Put. de sindi.in ver.pœna.in c.quia multa.in fi.Firma enim iuris hæc con-26 clusio est,q reiteratio † delictorum aggrauat & pœnam auget.l.3.§.si plures.ff.de re.milit. cum plu. ibus alleg.in glo.in l.si diutino.de pœn. & in glo.fi. in c.hi qui.15.q.8.& Fely.in c.si clerici.colum.pen. 27 ver.nota etiam.de iudi. Frequenter † autem quis dicitur delinquere, si bis vel ter delinquat, plures leges allegat Luc. de Pen. in d.l.1. C. de superexact. lib.10.& Gram.in decis.36.nu.9. etenim de hac delictorum frequentia idem P.modo processatur, cũ ea ab annis quinq; per eum commissa nominatim singula fuerint deducta in capitulis inquisitionis contra eum formatæ,vt in d.processu fo.103. vt faciendum docet Angel.in d.l.1. C. de superexac. ad 28 Bar. & propriè † ex reiteratione tot delictorum inferiur dicendum, quòd quis sit solitus & consuetus delinquere, dici. Grammati. consil. criminal. 34. num.5.

Defensiones pro eo adductæ,si verum amamus, vt dicit tex.in l.cum ita legatum.de condi. & demon. nequaquam videntur remouere superius præmissa, quæ eum offendũt,tum ex suspecta fide testium 10. pro eo examinatorum, quæ satagunt potius saluti, & bonitati d. P. si qua vnquam fuerit in eo, quam veritatis testimonio fauere. Tum etiã quia ea, quę deponunt valde generalia sunt, & valde remota à specialitate tot delictorum per eum commissorum, & probationum & argumentorum clarum eorundem delictorum veritati lumen præbentium.

Nam ipsorum testium suspecta fides de facili cognoscitur eorum examen diligenter inspiciendo, quomodo quisque eorum magis sui defensoris & 29 iudicis partibus fungi conatur, quàm testis, † ad quem solùm spectat attestari, quæ scit vera esse in facto.

Patent hæc, dum omnes interrogati si P.commiserit delicta aliqua,respondent ea cõmisisse, statim subiungendo eius defensionem,sed q de his fuit liberatus vel transactus cum curia.& si fuerit dictum eum occidisse Nicolam & Iacobum,respondent id fuisse dictum illico adducendo suam defensionem, sed q id fuit dictũ à suis maleuolis. Qui tamẽ sunt isti maleuoli,interrogati solummodo deponunt de Gaspare Tampaglione,Camillo Cãpilongo, & Io. Mattha o Malauolta,& in hoc deprehenditur eorum instructio solùm ad repulsam istorũ testiũ, ne probarent confessionem extraiudicialẽ d.P.de qua duntaxat deponunt,& non de publica fama aliorũ delictorum d.P.de qua attestãtur plusquam 15.alij testes,vt superius ostensum est. Nituntur insuper dicti testes P.iudicare eum non fecisse dictam confessionem extraiudicialem, non occidisse Nicolam & Iacobum,sed illã fuisse occisam à suis attinentibus, ratione suæ vitæ turpis, & hunc occisum esse ab Albanensibus,nullam sufficientem sciẽtiæ causam reddentes, nisi sui iudicij ex causis imaginatis ex eorũ capite,ita negatiuam deponere satagẽtes. Testis.n. fauens multum, & ostendens affectionem nimiam erga partem inducentem,efficitur suspectus,& non 30 probat, † eo maximè vbi potius nititur iudicare ꝓ inducẽte quàm attestari, ad hęc plures auct.allegat Aymo in consil.41. nume.4. & consil.249.col.8.& Gram.consi.cri.12.nu.15.idem suspectus est & fi-31 dem non meretur volens probare negatiuam. † c. cum ecclesia.& ibi Abb.nu.29.de ca.pos.& prop.& Bal.in l.actor.colum.3.C.de proba. Aym.consil.9. nume.7. Eo etiam magis sunt suspecti omnes dicti testes de nimia affectione erga d.P.& de mendacio conuicti per 15. testes curiæ, & per totum processum clarè demonstratum est ipsum Paulum tot delicta commisisse, & fuisse & esse malum hominem, discolum, rixosum, scandalosum, malæ conditionis & famæ, sui vero omnes dicti testes dicunt ipsum P. bonum iuuenem, probum, pacificum & 32 quietum,hi ergo † in hoc expressum mendaciũ deponentes in nulla parte eorum examinis merentur fidem.Alexan.in consi.44.col.3 nume.7. & consil. 45.nume.4.lib.2.canonistæ in c.fraternitatis. maximè Feli.nu.21.de hæret. Bald.Alex. & Ias.in l.si ex * falsis. C. de transacti. ita est com opin. Dec.consil. 105.col.5.ver.similiter testis.& latè Gabriel.Rom. de com.opin.lib.7.tit.de criminal. conclu.4.magis 33 etiam testibus curiæ credendum est † qui in specie de delictis P. deponunt quàm suis testibus generaliter deponentibus Aymo consi.94.num.3. Quibus omnibus quoq; accedat praua admodum consuetudo falsorum testium & vsus subornãdi in istis partibus sic formaliter attestata per Gram. in vo. 14.col.2.nu.12.Vbi Gram.in eo.vo.14.in terminis tollit fundamentum minoris ætatis nõ probatæ repugnantibus factis, vt in nostro casu repugnant, quia gesta d. P. trahendo homines per terram luctando do & cum daga & gladio vincendo & feriendo homines continuò asportando scoppettam,hæc nõ conueniunt tenellis minoribus,sed grandioribus & 34 robustioribus viris,sic † minoris auxiliũ cessat.arg. l.1.C.qui & aduer.quos.& l.3.C.si mi.se maio.dix. vbi ẽt dolus minoris euidẽtissimè argueretur dicit Barto.in l.excipiuntur.ff.de sen.syll.hoc ideo aliud

maius mendacium est aliquorũ dictorum testium
dicentium d.P.iudicio eorum esse ætatis an.15.vel
16.quare non probant,vt latè tener Grã.in d.vo.&
in cõsi.cri.4.nu.9.vbi & repugnante maximè aspe-
tu d.P.per plures annos excedentis 18.annum, qui
35 † in Regno facit quem in omnibus perfectæ ætatis
reputari, vt extat cõsti.incip. Minorũ iura,&c.quæ
etiam minoribus delinquentibus ex animo mãdat
non esse subueniendũ,nisi quatenus miseratio æta-
tis moueret Iudicem,ira videtur esse in arbitrio iu-
dicis, Deci.in l.ferè in omnibus.nu.4. de reg.iu.At
in casu isto,quando P. esset minor non video cuius
miserationis ratio habenda sit erga eum, qui erga
alios nullam habuit miserationem committendo
tot offensiones, & grauissima delicta quæ faciunt
pęnas augeri, & iura transgredi,vt ante dictum est.

Postremò cũ non defendit sua continua & per-
seuerata negatio omnium suorum dilectorũ vin-
36 cens torturam,quæ sibi illata fuit, † quasi purgaue-
rit & remouerit probationes contra eum extantes.
per decis.doct.alleg. ab Aym. in consi.178. nu.10.
& Carer.in l.obseruare.in princ.sub.nu.160.

Quoniam post formatam specialem inquisitio-
nem & processum ordinarium completum & legi-
timatas probationes,habendo testes curiæ pro ci-
tatis, iuratis & legitimè repetitis, vt in d. processu
fo.103. nulla tortura fuit sibi illata. Ergo firmæ &
illesæ remanent d.probationes legitimatę,eis præ-
sertim adiuncta in processu ordinario probatione
per tres testes facta de sua cõfessione extraiudiciali
37 de morte Nicolæ, quæ † tantis verisimilitudinibus
fulcita etiam plenam probationem in criminali-
bus facere tradit Marsil.in d.l.de minore.in princi.
num.52.de quęst.vt supra dictum est eius verisimi-
litudines sunt attestationes Maximillæ & Iuliæ de
visu,& fama per 15.testes probata, & repræhensio
tunc facta per Syluium Campolongum, inferẽ di-
ctum P.tunc confessum esse veritatem,qua niteba-
tur se à dicta repræhensione defendere. repulsatio
contra testes probantes dictam confessionem de
inimicitia & malis moribus testium non est pro-
bata per testes,quibus possit firmiter credi, per ra-
tiones contra eos militantes superius alleg.hac ad-
dita quòd ipsi sui testes volentes eum etiam defen-
dere ab illicita asportatione scoppettæ,dicunt eum
asportasse scoppettã tpe licito, qũ ibat ad præsidia
38 iussu Regis,& ipse dicit & negat in tortura & extra,
vnq̃ exportasse scoppettam,adeo † ꝙ nec parti nec
testibus credendum est, vt per Alex. in consi. 151.
col.1.libr.5. quia dicta testium cum d. partis indu-
centis non possunt cõcordari,post Bar.& alios tra-
dit Deci. in l. 2. §. creditum. num. 8. si cert. petat.

Præterea & secundò, super processu informati-
uo licitè (vt supra probatum est) tortura illata fuit
39 †cũ protestatione citra pręiudiciũ probatorum pro
sciẽdis cõplicibus iux.doct.Alb.in rub.C.de prob.
vt de cõi tali obseruãtia saltem in enormibus atte-
statur Gram.in vot.1.& Foller.in sua pract.cri.ver.
rei indurati.nu.3.in fi.& Boss.in tracta.crim.tit. de
sententijs.nu.70. quo casu dictæ protestationis fa-
ctæ non loquuntur doct.in contrarium allegati.

40 Item & tertiò, cum tortura † inuenta sit pro ha-
benda veritate.l. edictum.ff. de quæst. & habemus
ipsum P.tam in tortura quàm extra in omnibus ta-
cuisse veritatem, & in pluribus de mendacio fuisse
plenissimè conuictum per totũ processum, ergo suę
negationi circa delicta nullo modo stare debemus,
45 quia † mendaci non creditur, per vulga. sed magis
credendum est tot testibus & argumẽtis claris eum
conuincentibus de prędictis tot suis delictis,vt de-
monstratum est supra, vt debita pœna mortis con-
demnari debeat.vt in terminis firmat Bal. in ca.ad
nostram.ad fi.de proba. sic intelligit & firmat Mar
sil.in sing.108.& Gram.in consi.12.colum. penul.
nume.24.& Foller.in d.pract.in 3.par.3. par. versi.
Et si confitebuntur.nu.110.adducunt text.in l. qui
sententiam. C. de pœn. vbi & cessante confessione
rei,qui tamen sit conuictus alijs probationibus, &
claris argumentis vni veritati impositorum deli-
ctorum consonantibus condemnari potest,iudicio
meo clarior est tex.in terminis torturæ illatæ, ꝙ ei
credi non debeat, cum reus tormẽta contempserit
duritia & patientia tormentorum, vt ab eo veritas
42 exprimi nullo modo potuerit, & sic tortura † quæ
fallit veritatem non est attendenda. is text.est in l.
1.§.quęstioni.de quęst.quem procedere in ipso reo
contra se torto firmat glo.in ver.efficacissimas.in l.
edictum.ff.eo. quę licet ibi per Alber.& alios præ-
missam contrariam opinionem sequentes allege-
tur in contrarium, ꝙ tortura sit attendenda vt con-
43 tinens veritatem ex parte perseuerantis, † tamen
cum in fine d.glo.id firmet procedere vbi quis tor-
quetur in alium vt testis,non verò in se, quia tunc
tortura potest veritatem fallere,vt dicit text.in d. §.
quæstioni,& ista est opin.d.glo. vltima & tenenda.
per glo.in l.qui filium.§.1. ff. ad Trebell. compro-
bat Alex.in consi.67.col.fi.lib.5.& Cur.Sen.cons.
44 1.colum.4.ita minus †credi torturæ in parte quàm
in teste firmant Bar.in §.quæstioni,& Bald. in l.de
tormentis.C.de quæst.& quia veritatem scire non
possumus ex ore rei torti non esse expressam, nisi
45 appareat aliunde probata veritas, †cum non esse &
non apparere paria sunt.l.in lege. ff. de contrahen.
empt.Bart.in l.duo sunt Tirij.de testamen.tut.mo-
do igitur non torturæ credere debemus, per d. §.
quæstioni. sed probationibus alijs ipsam verita-
tem ostendentibus, quæ in vnum concurrentes
reum cõuincunt, vt possit condemnari capitaliter,
& seuerè vt delicti qualitas feret, sua obstinata ne-
gatione reiecta, vt ea quæ reus commiserit nega-
re non sufficiat, per tex. in d. l. qui sententiam, ita
ex verbis & sententia legum tenendum arbitror,
vt etiam comprobat Couar. Hyspa. in capitu. 23.
post nu.5. sub 1.conclus. suarum practi.quæstio.

Quatenus autem tortura passa videretur indu-
cere vt ei pœna extraordinaria aliqua citra mor-
46 tem irroganda esset, † vt in simili executum refert
Gram.in d.consi.crim.12. in fi. Tamen exemplum
hoc transgrediendum impellit nimia d.P.frequen-
tia delictorum grauium,quòd vltimum supplicium
euadere

euadere non debeat, per quam frequentiam iura transgredi licere probat Gram. in decis. 36. num. 2. per alleg. ibi. & tum communis iuris conclusionibus superius adductis, tū & Regni Neapolitani iuris decis. vt in c. Prouisa iuris sanctio. in hæc verba. Vt delinquentibus grauius, frequentiusq; peccātibus, grauius inesset punitionis edictum, vt qui leges earumque sententiam ex quadam assiduitate dilacerant, ipsarum legum eos communia præsidia non defendant &c. nec non pertinax & temeraria sua negatio omnium & singulorum delictorū suorum etiam plenissimè probatorum pœnæ diminutionem debere aliquam fieri denegat, per auct. & exempla adducta per Tiraq. in tract. de temp. pœn. in causa 30. num. 1. 2. 3. 4. Atque etiam suorum ma-
47 leficiorum supplicium exacerbare debet, cum † in loco suo terræ Altimontis pleno partialitatibus & seditionibus horribilibus exemplis similibus opus sit, per l. aut facta. in fi. ff. de pę. & per tradita à Grā. in d. decis. 36. num. 2. & sequen. & non obstat quòd
48 idem Gram. dicit † in decis. 16. non augeri pœnam per magnam Curiam ob frequentiam delictorum ad capitalem, quia non loquitur in grauioribus delictis, vt homicidij, & alias contrarium fuit seruatum per dictam Curiam & per eum votatum, vt idem scribit in allega. vo. 9. & 17. in final. col. sic in delictis capitalibus firmat Clar. in §. fin. in q. 84. in fi. lib. 5. recept. sent. Laus Deo.

Simon de Prætis iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CV.

ARGVMENTVM.

Sortilegium contra torturam ne sentiat dolorem commissum per inquisitum & carceratum & indiciatum pro homicidijs duobus an & qua pęna puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis locus est contra sortilegos.*
2 *Remedia sibi parare contra torturam nulla lege videtur prohibitum.*
3 *Delictum dicitur punibile quod lex statuit esse delictum.*
4 *Delictum vbi non est, cessat pœna, & arbitrium pœnæ arbitranda.*
5 *Tortura est res periculosa, cuius impatientia plerosque mentiri facit, et fateri ea quæ nunquā cōmisit delicta.*
6 *Remedia implicanda videntur permissa & licita, quæ humanis corporibus prosint & succurrant, etiam habita & facta ex maleficis artibus.*
7 *Sanguinem suum qualitercūque redimere volenti pro pemodum ignoscendum est.*
8 *Remedia contra tormenta dicuntur incantationes & malefica artes, inducentes in corpore torquendo taciturnitatē, siue insensibilitatē ex diabolicis sortilegijs.*
9 *Credere virtute demonum posse aliquid boni fieri, hæreticum & apostaticum est.*
10 *Artes maleficas diabolicas adiscens meretur pœnam mortis.*
11 *Sortilegij pœna de iure ciuili est vltimi supplicij.*
12 *Mendacium facit indicium ad torturam.*
13 *Fama quibus concurrentibus faciat indicium ad torturam.*
14 *Contumacia facit indicium ad torturam.*
15 *Indiciatus pro habenda ab eo veritate tortura subijci debet.*
16 *Tortura aliquem subtrahere non licet, & facere quòd veritas non possit apparere.*
17 *Obedientiam iustitiæ euitans, & aufugiens ex carceribus pro confesso habetur, & potest condemnari ad pœnam criminis, pro quo inquirebatur & detinebatur.*
18 *Lex eorum. de malef. & mathem. de remedio arte malefica inuento & subueniente corpori humano non ius probando de iure ciuili, in quibus terminis loquatur.*
19 *Lex non debet deludi.*
20 *Reus pro saluatione sua vita committens delictum, eiusdem delicti pœnam non effugit, vt in frangente carceres.*
21 *Lex. 1. de bon. eor. qui. an. sent. quomodo intelligatur.*
22 *Sanguinē suū periurio vel falsitate redimere non licet.*
23 *Iudicandum est legibus, non exemplis.*
24 *Abbatis doctrina in c. 2. de sortil. refertur & declaratur.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Natalis de terra Rotundæ inquisitus de homicidijs commissis in personas, primò Lucij Rochæ, deinde Not. Ascanij fratris eiusdem Lucii, dum carceratus in carcere paucæ Lucis quæreretur per Castellanum & alios officiales capi & poni in secretiorem carcerem pro experiētia tormentorū in eum fienda, repertus in ore certum quid habere, & velle inglutinare, comprehensus per officialem in gula coactus est id emittere foras, & fuit inuentum id esse ficum siccum intus habentem inuolutam monetam paruam argenteam nomine Tornesium, cruce ab vno latere signatam, & cartulam quandam, quæ ex manu Catellani (vt ipse & alius attestātur) excidit in terram, & nunquàm potuit amplius inueniri. Ipse Natalis fatetur fuisse edoctus à Cola has res inuenire, & bonas esse, & tenuisse pro corda in eum inferenda, & dictum Colam famosum latronem & furcis condemnatum, scripsisse & dedisse sibi illam cartulam nescienti quid in ea esset scriptum. & per plures dies illum ficum cum dictis rebus tenuisse causa inglutinandi cum poneretur ad tormenta ne dolorem tormentorum sentiret. & timentem duci tūc per officiales ad locum torturæ talem ficum sic in ore posuisse causa illū inglutinandi. Factū sic pro cessisse clarè probatur p testes, & confessionē d. Natalis vt habeatur veritas de magistro, & cōcertatione talis malefici contra tormenta per modū fragrantiæ

procedendo, per tradita nouissimè à Iu. Cla. in §. fi. in q. 8. lib. 5. receptarum sent. ipse Natalis fuit po
1 situs ad tormenta † prout de his similibus contra omnes debet ad quæstiones deueniri, per l. etsi. & ibi docto. C. de malef. & mathe. sufficienter tortus nunquam voluit aliter fateri, nisi vt supradictũ est.

Sed quæritur, & noua quidẽ quęstio est per doc. quos viderim alibi non tractata, pro tali facto an pœna aliqua, & qua pœna d. Natalis puniri possit.

Videtur prima facie respõdẽdum nullam pœnã
2 esse irrogandam. Primò, † quia parare sibi remedia contra torturã nulla lege videtur prohibitum, ad dicta Apost. ad Roma. c. 3. ibi. per legem enim cognitio peccati, & c. 7. ibi. sed peccatũ non cognoui nisi per legem. Delictũ † autem punibile dicitur, quod lex statuit esse delictum. l. et si quis. §. idem liber. in fi. & ibi glo. ff. de sumpt. fun. tradit Bal. in consi. 15. ad euidentiam. in fi. lib. 1. Vbi ergo non est delictũ
4 † cessat pœna & arbitrium pœnę arbitrandæ. l. si putator. §. qui occidit. in fi. ff. ad l. Aqui. c. satis peruersum. 60. distin. probat Bal. in consi. 463. statuto cõmunis Papiæ. col. fin. lib. 3.
5 Secundò, taliter periculosa res est tortura † quòd plerosq; impatientia eius mentiri facit, & fateri ea, quæ nunquam fecerunt delicta, vt l. 1. §. quęstioni. ff. de quæstio. ex quibus delictis sic falsis etiam per fatentes nõ commissis possent puniri. l. qui seruũ. de interrog. acti. ideo huic periculo, ne tortura possit tantum dolorem inferre, vt fateri constringat deli-
6 cta quę torquendus nõ commisit, remedia † implicanda videntur permissa & licita, quæ humanis corporibus prosunt & succurrunt, etiam habita & facta ex maleficis artibus. per tex. & ibi doc. in l. eorũ. C. de malef. & mat. proinde videmus doctores pertransire sine aliqua mentione pœnæ, quinimò liberasse reum repertum habere supra se bullettinum pro tortura, qui durus in negando perstiterit in tortura, vt ponit Pau. Girlan. in tract. de quæst. & tortu.
7 in q. 4. col. fi. vt propemodum † ignoscendum sit ei qui sanguinem suum qualitercunque redimere voluerit. l. 1. ff. de bon. eor. qui an. sent.

At econtra respondendum huiusmodi factum prohibitum esse & punibile. Nam talia remedia
8 † contra tormenta passim doctores appellant incantationes & maleficas artes inducentes in corpore torquendo taciturnitatem, siue insensibilitatem ex diabolicis sortilegiis. vt per Mars. in pract. cri. §. nũc videndum. colum. fin. & Pau. Girlan. in d. tracta. de quæst. & tor. in q. 4. col. penul. & ista potest appellari quaita species sortilegiorum. vt per d. Paul. Girlan. in tracta. de sort. in 2. q. col. 2. ver. sequitur mo-
9 do. credere † enim virtute dæmonum posse aliquid boni fieri, hæreticum & apostaticum est, dicit Bald. consil. 95. regula iuris est, nume. 2. lib. 1.

Vnde hæc execrabilia remedia cõfecta ex rebus, quæ ex natura earum comestæ possunt in corpore humano inducere taciturnitatem, seu insensibilitatem, ita reprobante medicorum arte, dicuntur quidem superstitiosa, illicita & damnata, arte dæmonum per quandam pestiferam societatem hominum & malorum angelorum exorta, & dicuntur ligaturæ, per tex. in c. nec mirum. §. nigromantici. in fin. 26. q. 5. & in c. illud. in fin. 26. q. 2. tradit Paul. Girlan. in dicto tract. de sortil. in q. 6. col. fi. & in q. 11. nume. 23. & seq. Magis prohibita & damnata sunt, cum in eis interueniat & misceatur crux signata in illo tornesio argenteo, in cuius oprobriũ propria est inuẽtio & ars diaboli, ꝙ comedatur & pertrãseat in secessum inter stercora. Taliter enim sunt damnata, quòd ob id solum esset imponenda pœna mortis. per not. in l. 1. C. ne lic. sig. salua. comprobat Pau. Girlan. in d. q. 11. col. 4. num. 18. ergo ipse Natalis sumendo tale remedium contra tormenta, oprobriando inter cætera signum crucis, commisit delictum grauissimum puniẽdum pœna mortis, vt
10 proximè dictum est, solùm addiscere † has maleficas artes diabolicas, prout fassus est Nat. didicisse à Cola Littierio, est talis culpa & eadem merens pœnam mortis. per l. culpa. & l. nemo. C. de malef. &
11 mat. pro omnibus huiusmodi sortilegiis † de iure ciuili est pœna vltimi supplicij, dicit Girlan. in d. qõ. 11. col. pen. num. 27. sufficit didicisse, per d. l. culpa. vel vsum esse. per c. 2. 26. qõ. 5. vel pro eo sumendo deuenisse ad actum proximum, vt tradit Girlan. in d. q. 11. col. 5. nu. 20. & cõsequẽter cessat & sublatũ est primum contrarium superius adductum.

Secundò animaduertendum est, ꝙ ex processu possunt colligi contra d. Natalem vrgentissima indicia ad torturam pro homicidijs patratis in personam Lucij, & postea Not. Ascanij fratrum, tum per responsiones dicti N. mendacis, ignorãdo mortem dictorum Lucij. & Not. Ascanij notam omnibus de terra Rotundæ, & locis vicinis, & negando per nouem annos non affuisse in territorio Rotundæ, & probatur contrarium per plures testes curiæ.
12 Mendacium enim facit † indicium ad torturam. Barto. in l. fin. ff. de quæst. Marsil. ibidem, & in practi. crimina. in §. diligenter. nume. 74. & 98. Gram. consi. 5. & 17. & alibi per doct. & maximè per Clar. recept. senten. lib. 5. q. 21. ver. mendacium. & Carer. in practi. crim. de appel. ver. quintum indicium, & sequen. fol. 46. & Marf. sing. 103. dicit hoc esse menti tenendum, qui allegat Rom. consil. 8. incip. viso facto. & per famam publicam probatam per testes 16. cum causa, eo quòd iuerit foruscitus pro morte Lucij, & eo quòd Not. Ascanius noluerit ei facere remissionem de morte fratris, & eo quòd d. N. Asc. semper insteterit penes principalem audientiam pro vindicta iustitiæ contra ipsum N. & fratrem, vt probant testes curiæ vltimo loco examina-
13 ti, quibus concurrentibus fama † omnino facit etiã indicium ad torturam. Marsil. in d. practic. in §. diligenter. nume. 19. & Gram. in consil. 57. nume. 16. vbi sub nume. 19. subiungit famam operari & esse attendendam quando est probata per numerũ 10. testiũ & plurium, licet non sit formiter & cum omnibus requisitis probata. cõcurrit & contumacia
14 † d. N. faciens ẽt indicium ad torturã. Marsi. in d. §. diligenter. nu. 36. & hoc dicit esse notatu dignum in sing. 117.

Quibus itaque ad torturam indicijs validis exi-
ſtentibus, eadem tortura opus erat, vt ſuo crucia-
15 tu & dolore cogeret † reum indicciatam verita-
tem fateri. l. itẽ apud Labeonem. §. queſtionem. ff.
de iniur. cum concord. alleg. per Girlan. in tract. de
quæſt. & tort. in 1. q. qua delictorum veritate habi-
ta iuſtitia poſſet condignam pęnam mortis tribue-
re delinquenti, per not. in l. iuſtitia. de iuſtit. & iur.
Quærens ergo. d. Na. arte malefica & diabolica re-
medium contra torturam, ne ſentiat dolorem, vel
taceat veritatem, aufert effectum torturæ, & ſic ce-
lare ſatagit, & tollere fiſco & iuſtitiæ veritatis pro-
bationem & dilucidationem, quod licitũ eſſe non
16 debet, ſicut † non licet ſubtrahere aliquem torturę,
nec facere ꝙ veritas non poſſit apparere, vt expreſ-
ſè per tex. ibi not. Bal. in l. fi. C. de malef. & mat. vn
de incidit in illam communem ſententiam proba-
tã per doct. alleg. per Marſ. in rub. de prob. nu. 185.
ꝙ qui conatur ſubtrahere aduerſario probationẽ,
vel facultatem probandi intentionem ſuam præſu-
mitur fouere iniuſtitiam, & debet perdere cauſam,
vt ſic videatur fateri ſe homicidã, pro vt eſt fiſci in-
17 tentio. Quemadmodum † euitans obedientiam iu-
ſtitiæ, & aufugiens ex carceribus pro confeſſo ha-
betur, & poteſt condemnari ad pœnam criminis,
pro quo inquirebatur & detinebatur. l. in eos. & ibi
glo. ff. de cuſt. reo. & latè per Pa. Girlan. in tract. de
relax. carc. in q. de fuga. nu. 12. 13. Etenim hæc ten-
dentia ad effugiendam & euitandam pœnam mor
tis irrogandam pro homicidijs de quibus inquiri-
tur, & indiciatus eſt ipſe N. magis impellunt ad te-
nendum, ꝙ pęna mortis plectatur impoſita pro hu-
iuſmodi arte malefica addiſcenda, & attentata in
ſuum vſum poni, per ea quæ pluries repetit, ꝙ ita ſit
de iure ciui. idem Girlan. de ſortileg. in 11. q. text.
18 † autem in Leorum. de malef. & math. de remedio
arte malefica inuento, & ſubueniente corpori hu-
mano non improbando de iure Ciuili, intelligitur
dummodo humanum corpus vt delinquens indi-
ciatum non ſit in fortijs iuſtitiæ, quæ non debet his
maleficis artibus deludi, per tex. in d. c. nec mirum.
ſub. §. auguria. 26. q. 5. ibi. nullum enim ſuffragium
19 habet iuſtitia &c. facit, ꝙ lex † etiam non debet de-
ludi. l. fin. §. pe. de bon. quæ liber. & l. contra. ff. de
20 leg. cum ſimil. ſicut reus † pro ſaluatione ſuæ vitæ
committens delictum, eiuſdem delicti pœnam
non effugit, vt in frangente carceres, per. l. j. ff. de
effract. & in committente falſitatẽ, per l. j. in prin.
ff. de falſ. faciunt tradita per Franciſcum Caſo. in
ſuo tract. crimi. tract. 9. capitu. 11. de ſortil. ſo. 58.
21 Necnon text. † in l. 1. de bon. eorum, qui ante ſen-
tent. quòd liceat qualitercunque redimere ſangui-
nem ſuum, intelligitur, quia pro confeſſo non ha-
betur, non quòd lex permittat calumniari, & ſic
vel aliud crimen committi, vt propriè dicit Barto.
in l. 1. in fin. C. de iur. iur. propter cal. dan. cum
pluribus in terminis dict. l. j. adductis per Luc. de
Pen. in l. quoties col. 9. C. de digni. lib. 12. vbi nec
22 periurio nec falſitate † neque fraude licitum eſſe
redimere ſanguinem ſuum alicui comprobat, &
Salycet. in l. j. colum. 7. ſub nume. 19. C. de hę-
redib. inſtit. dicit, quòd redemptio proprij ſangui-
nis non permittitur modo illicito & à iure impro-
bato, per not. in l. tranſigere. C. de tranſact. & in d.
l. j. de iur. calumn. & ponit exemplum in frangente
carceres, quæ ſunt notanda pro intellectu d. l. j. de
bon. cor. & ita etiam tollitur aliud ſecundum con-
trarium ſuperius adductum.

Non obſtant quoque exempla doctorum ſimi-
lem caſum contigiſſe ponentium, & de caſu ipſo
pœnali, de pœnaque aliqua nihil dicentium. Quia
23 † non exemplis ſed legibus ſuperius allegatis iudi-
candum eſt, per tex. in l. nemo. C. de ſenten. & in-
terl. om. iudi.

Verum tamen animaduertendo doctri. Abba.
24 in cap. 2. extra. de ſortil. loquentis in hæc verba. † &
ex hoc text. iuncta gloſſ. colligo vnum valde notan
dum, quòd in pęna imponenda iſtis ſortilegis, vel
eos conſulentibus debet animaduerti ad qualita-
tem, & quantitatem delicti, & ad animum delin-
quentis, & ſecundum hoc pœnam imponere quan-
doque accerrimam quandoque grauem, quandoq;
leuem &c. fuit enim idem Nat. condemnatus ad pę
nam inſeruiendi triremibus Regijs per quinquen-
nium, mitigando pœnam mortis naturalis impo-
ſitam per deciſ. ſupra allegat. ex quo animus delin-
quentis motus videtur habere refugium ad dictam
artem maleficam naturali deſiderio ſuæ vitæ tuen-
dæ à morte impoſita pro homicidijs inculpatis ſi
ea cruciatu torturæ fateretur, hac de cauſa pœna
mitigata naturalis mortis fuit impoſita pœna tri-
remium per quinquennium. Et ita reſpondi & iu-
dicaui. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CVI.

ARGVMENTVM.

Sententia non conformis petitis neque proſecutis, & quæ non ſit certa per ſe vel per relationem adacta, & lata ſub conditione extranea, & continens repugnãtiam nulla eſt. Legatum non poteſt diminuere legitimam, quę detrahitur habita ratione dotium relictarũ filiabus etiam excluſis à ſtatuto, & ſic facientibus partem in legitima. Teſtator poteſt diſponere de iuribus hæredis, & eum priuare ſi non obediat. Quomodo dicatur non probari de teſtamẽto per ſcripturam ſine literis te-

ſtimonialibus, legatumq́; dandum hæredi alicuius non debetur ſi non probet ſe hæredem, petendo etiam vltra ſuam portionem in totum ſuccumbit. Item legatum rei emphyteuticæ non facta mentione iuris emphyteutici nõ valet etiam de re propria admixta quando voluerit diſponens de re totaliter diſponere, & quando mentio fuerit de re emphyteutica alienanda in quem voluerit ex prima conceſsione valet legatum, vt de re propria. Hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, pro actore ſaltem, proferenda conformis eſſe debet ſuæ petitioni, etiam in iudicio vbi ſummariè proceditur.*

2 *Legitima concedi poteſt remanente valido & firmo teſtamento.*

3 *Sententia debet eſſe certa per ſe, vel per relationem ad acta, aliàs non valet.*

4 *Condemnatio alternatiua eſt incerta.*

5 *Sententia lata ſub conditione verificanda per extraneos actus non valet.*

6 *Sententia quòd feratur certa, & ſecundum allegata & probata ex probationibus prius factis, eſt de iure diuino, ex ſententia Ruyni, & ob id mutari non poteſt.*

7 *Sententia dubia & incerta ob ſui perplexitatem & repugnantiam non valet.*

8 *Filius non poteſt repudiare hæreditatem ex teſtamento vt habeat legitimam.*

9 *Iudex non poteſt ſupplere pro parte ad id quod pars ipſa petere non poteſt.*

10 *Legitima eſt immunis, exempta & diminui non poteſt ex legatis & prælegatis a parente factis in teſtamento.*

11 *Approbatio teſtamẽti paterni non excludit filium quin integram legitimam ſine onere conſequi poßit.*

12 *Sententia iuris errorem expreſſum continens abſque appellatione reſcindenda & reuocanda eſt.*

13 *Legatum factum filiæ excluſæ per ſtatutum per patrem, vel per auum nepti ex filio prædefuncto, etiam excluſæ per ſtatutum, ſtantibus filijs maſculis, & pro dotibus, maximè in quantitatibus congruis, & conuenientibus nobilitati, conditioni, qualitati, & gradui perſonarum, non poteſt dici factum in fraudem legitimæ maſculorum. & de ratione. nu. 14.*

14 *Dos competens debita filiæ excluſæ à ſtatuto propter maſculos eſt non minor legitima, ſecundùm communem opinionem, & quandoque maior legitima, quando conditio & gradus perſonarum ita expoſtulat.*

15 *Filia excluſa ab inteſtato inſtituta à patre in re certa amplius non ſubiacet diſpoſitioni ſtatuti eam excludentis ab inteſtato, ſed reducta eſt ad ius commune, vt poßit agere ad ſupplementum legitimæ.*

16 *Filia inſtituta in maiori quantitate pro dote quàm eſſet legitima, & fortius maſculis ſubſtituta, iudicari debent non vt excluſa, ſed incluſæ à teſtatore titulo honorabili inſtitutionis, prout de iure communi teſtator tenebatur.*

17 *Legata ſi ſint facta à teſtatore filiæ & nepti pro dote non ſolum non poſſunt dici ad fraudem legitimæ filij, ſed cum eo concurrere debent & connumerari ad partem & computum faciendum dictæ legitimæ.*

18 *Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis ſicut de proprijs.*

19 *Teſtator poteſt diſponere de his quæ pertinent ad fauorem hæredis.*

20 *Teſtatoris verba plena & vniuerſalia quid operentur.*

21 *Teſtatoris voluntas demonſtratur ex antecedentibus & conſequentibus.*

22 *Teſtatoris diſpoſitio verbis generalibus concepta intelligitur etiam de bonis & iuribus hæredis acquiſitis tã in vita, quàm acquirendis poſt mortem teſtatoris.*

23 *Pater filio inobedienti, turpem vitam ducenti, tenendo concubinam, malis moribus imbuto minus (dummodo minus non ſit legitima) relinquere poteſt, & filium gratum hæredem vniuerſalem inſtituere, & plus diligere.*

24 *Filius inobediens & contraueniens priuatur hæreditate.*

25 *Filius remanens hæres inſtitutus non poteſt dare, etiam ſi vellet, portionem filio exhæredato, ne contra iuſtam voluntatem teſtatoris fieret.*

26 *Hæres in pœnam inobedientiæ hæredis deſinit eſſe hæres, & inſtitutio efficitur caduca, & alius incipit eſſe hæres, ſaltem vtiliter vt teſtator diſpoſuit.*

27 *Obedientia voluntati teſtatoris adhibenda tanta eſt, quòd etiam ex modico defectu inobediens perdere debet magnam hæreditatem, quia ſic voluit teſtator, & aliud dici non poteſt.*

28 *Teſtatoris diſpoſitionem non ſeruare, iniquum & impium eſt.*

29 *Scriptura priuata de iure non probat.*

30 *Scriptura quæcunque priuata fidem non facit, niſi recipiat aliquod fomentum vel ſupplementum ex quo fiat authentica.*

31 *Scriptura notarij peregrini & ignoti non creditur ſine authenticis literis teſtimonialibus ſuæ patriæ.*

32 *Teſtamenti probatio magis plena & ſincera eſſe debet.*

33 *Ius non habere, & deficere probationem, paria ſunt.*

34 *Dictio (hæredes) capitur, & pro hærede ſanguinis, & pro hærede hæreditatis.*

35 *Hæredum appellatione veniunt qui ſint hæredes vniuerſales bonorum, etiam non certæ rei.*

36 *Verbum (quicunq;) in re tranſitoria ad quoſcunq; hæredes, comprahendit hæredes etiam extraneos, ex communi.*

37 *Teſtamenti vna pars per aliam declaratur.*

38 *Hæres propriè dicitur is qui hæreditatem adierit, & hæres extiterit.*

39 *Emphyteusis accepta pro se & haeredibus, pertinet ad haeredem vniuersalem, & non ad institutum in re certa, & adducitur ratio.*

40 *Agens tanquam haeres alicuius debet probare se talem, aliàs succumbit.*

41 *Legatum praestandum haeredibus pertinet ad eum qui sit haeres cum effectu, & per aditionem haereditatis, & vniuersalis haeres, & adducitur ratio.*

42 *Haeredis vel successoris appellatione non venire singularem successorem, verum dicit Iaso. quoad ius agendi.*

43 *Testamenti verba propriè intelligi debent, nec est recedendum ab eorum significatione.*

44 *Verbum (haeredibus) in plurali, verificatur & in singulari.*

45 *Reus conuentus vincit ex probatione suorum iurium.*

46 *Masculi & foemina pariter succedunt in bonis cognatorum.*

47 *Verbo vniuersali (successores eius quicunque sint) foeminas contineri.*

48 *Petens totum & portiones alierum in totum debet succumbere.*

49 *Bona emphyteutica possunt sine consensu domini legari.*

50 *Legata omnia fiunt de bonis testatoris, & debentur tantum deducto & soluto aere alieno.*

51 *Legare quis videtur ius quod in veritate habet in aliqua re, & non aliud quod etiam se habere putabat.*

52 *Prohibitum vna via non censetur alia permissum.*

53 *Legati translatio ubi in nouissimum exsistere non potest, etiam priori, & eius haeredibus non debetur.*

54 *Fundans se in aliqua dispositione qualificata illam probare debet.*

55 *Licentia disponendi debet intelligi secundum naturam contractus.*

56 *Alienatio per viam vltima voluntatis dicitur propriè alienatio hominis.*

57 *Emphyteutica res de iure communi non potest alienari sine consensu domini.*

58 *Inducta ad vnum effectum non operantur alium.*

59 *Emphyteuta legando vel alienando, & non se exprimendo emphyteutam ecclesiae, vel saluo iure ecclesiae, nulliter legat, & priuatur iure suo.*

60 *Verba capitulorum cui non conueniunt, nec conuenit dispositio.*

61 *Correctio subita non praesumitur.*

62 *Concedens nõ videtur velle nec disponere vltra id quod dicit.*

63 *Causa testati facit cessare causam intestati.*

64 *Statuti vna pars per aliam interpretatur & declaratur.*

65 *Pacta specialia saltem honesta & conuenientia rei derogant generalibus legibus.*

66 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

67 *Consuetudo quantum valeat & attendatur in dispositionibus emphyteuticis.*

68 *Obseruantia in emphyteuticis sufficit quòd appareat absque aliqua praescriptione.*

69 *Legatarius agendo excluditur à reo exceptione intentionis & facti.*

70 *Dominium, neque possessio, neque ius ad agendum non transit in donatarium, nisi prius accepta re emphyteutica per manum domini.*

71 *Renouatione emphyteusis alij facta, dicitur facta declaratio priuationis praecedentis emphyteuta.*

72 *Positio si non fuerit confessata, sed ignorata, non potest quis in ea se fundare.*

73 *Aduersarij verba qui non acceptat, non potest ex eis se iuuare.*

74 *Possedisse quis praesumitur ex titulo sui instrumenti.*

75 *Relatum est in referente.*

76 *Praesumptio, quòd bona sint libera & allodialia, exquibus tollatur.*

77 *Praesumptio tollitur per probationem veram.*

78 *Probandi necessitas semper incumbit illi qui agit.*

79 *Habens ius in re si intendat donare ipsam rem totaliter, & non solum ius quod habet in re, non valet concessio, etiam respectu sui iuris.*

80 *Veritate cessante cessat actus in consistentibus in veritate & in voluntate.*

81 *Ratio iuris, & varietas possessionis non inducit diuisionem voluntatis, nam datur indiuiduum dispositionis.*

82 *Vt supra, dictio hac facit & continet relationem eorum omnium qua dicta sunt supra, & repetitionem inducit praecedentium cum omnibus suis qualitatibus.*

83 *Bonorum appellatione continetur emphyteusis.*

84 *Totum dicens nihil excludit.*

85 *Testator habens rem communem cum haerede vel cum alio de cuius bonis potest disponere, dicendo, totam rem lego, tota debetur, & venit in dispositione.*

86 *Dictio restrictiua (aliqua) ad bona testatoris, non impedit quin veniat totum de quo testator potest disponere, cum de sua voluntate appareat.*

87 *Licentia concessa disponendi de emphyteusi, transit ipsa emphyteusis ad haeredes extraneos ab intestato, & fortius ad suum ex testamento, & maximè subsequente consensu domini ad testandum.*

88 *Pater in emphyteusi haereditaria potest filijs praeiudicare.*

89 *Pater primus recipiens, & sua pecunia à principio soluta acquirens, caeteris filijs praeiudicando, potest vni filio vel nepoti totam emphyteusim relinquere & assignare, accedente maximè clausula de qua nume, 90.*

91 *Emphyteusis quando est acquisita cum facultate de ea liberè disponendi, bona tum indicantur potius tanquam libera, quam tanquam emphyteutica, & accedente consensu domini potest de eis emphyteuta disponere in quemcunque.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiae.


T si iura Lucae Antonij pupilli à Petro suo patruo in ius vocati satis superq; & bene & plenè defensa appareant ex allegationibus non minus elegantiã sermonis,

monis, quàm legum vim ac potestatem redolentibus sui in causa excellen. & iuris peritissimi Patroni. Tamen & ego consultus vt pro eo idem facere vellem, intantum omnia pertractata sunt, ꝙ volens aliàs edere defensiuas suorum iuriumallegationes, uix equidem facere possum, quin eadem repetam, & peractam rem agam, sed consulenti morem gerere par est scienti superflua non nocere.

Mox ad proxima quæ nunc magis videntur iuribus pupilli præiudicare deueniēdo, scilicet ad sententiam dom. Prætoris iam in causa prolatā, ostendam eam iniustam & iure reuocandam, reformandam per do. Iudicem appellationis fore in ambobus, quæ continet, capitibus.

Nam primum dictæ sententiæ caput continens condemnationem pupilli ad præstandum patruo portionem hæreditatis paternæ, vel legitimam, sic stare non potest, sed correctione (salua pace do. Iudicis proferētis) & reformatione indiget, & his breuibus conclusionibus verba sua præ oculis habendo demonstrarur.

1 Prima est, ꝙ sententia † pro actore saltem proferenda conformis esse debet suæ petitioni, etiam in iudicio vbi summariè proceditur, per tex. in cle. sæpe. §. verum quia. de verb. signi. & in l. vt fundus. ad hoc semper solita allegari. ff. com. diui. & in c. licet. de simo. & ibi plenè Feli. & Ias. in l. vinum. col. 13. & sequen. si cert. petat. regulam & fallentias adducunt, sed earum fallentiarum nulla videtur posse adaptari casui nostro, vt detur alicui contrarium eius quod petit, & id de quo in petitione & capitulis & in actis nullum est verbum. nam in precibus incip. (anchor che.) quas pro petitione secutus est dominus iudicans, videtur dictus Petrus petere testamentum paternum vti inofficiosum, iniquum & peruersum moderari & reformari, quod est cōtrarium concessioni legitimę per dictam sententiam

2 factæ, quæ fit † remanente valido & firmo testamento. vt l. omnimodo. C. de inofficio. testam. & §. si verò. institu. eo. & in capitulis vel in alijs actis di. Pau. nullum verbum fecit de legatis factis filiabus & nepti in immensam quantitatem, vel aliter, nec de sua legitima sibi danda. ergo ad non petita principaliter, accessoriè, consequenter, virtualiter, comprahensiuè & ex natura actionis, vel ad id quod subsit petitioni, & ex prosecutis & probatis non apparet, vt ad hæc in summa tendunt limitationes quas Feli. & Ias. ad dictam regulam allegāt in dictis locis, nequaquam valet sententia. dict. l. vt fundus. & l. fi. & ibi Bald. C. de fideicom. liber. & latè prosequitur & firmat Vanti. in tract. de nulli. in rub. de nulli. ex desec. proces. num. 97. cum seq.

3 Secunda est, quòd sententia † debet esse certa per se, vel per relationem ad acta, aliàs non valet. l. 3. & sequen. C. de sentent. quæ si. cer. quan. & §. curare. instit. de actio. & in his locis doct. latè tradunt. incertitudo autem est in ipsa sententia quanta possit esse, cum condemnet ad præstandam portionem hæreditatis, vel legitimam, euidens est in-

4 certitudo † per alternatiuam, vel. l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. & l. vbi autem. §. qui illud. de verbor. obliga. alia est incertitudo casus legitimę præstandæ, quo legata facta filiabus & nepti ita exhauriant hæreditatem quòd legitima vel eius parte P. fraudaretur, & casus iste non solum minimè appatet ex probatis in processu, sed nec etiam ex allegatione vel verbo aliquo facto in eo. credo equidem non valere etiam talem sententiam (condemno ad dandum legitimam tali, si probabit casum sibi debitæ legitimæ non diminutæ per testamentum paternum) sicut non valet hæc, condemno ad dandum tibi 10. si probabis tibi deberi, quia sicut in hoc & in casu dictæ nostræ sententiæ, vt legitima possit apparere integra, requiritur probari numerum filiorum, æstimationem bonorum & quantitatem legatorum factorum filiabus pro dotibus & debitis, & si hæc possint diminuere legitimam masculorum, vt dicam infra posse, quia hęc statim post sententiam non possunt fieri, sed requirunt extra-

5 neos actus. ideo † talis sententia non valet sic lata sub conditione verificanda per extraneos actus, vt post alios per eum relatos probat Alexand. in consi. 73. colum. fin. num. 11. 12. lib. 3. ponit de hoc fa-

* ciens regulam cum limit. Porti. Imol. de commu. opin. lib. 4. conclu. 9. comprobat & latissimè dicens ita esse veriorem & com. opi. Rui. in consi. 38. col. 4. nu. 7. & seq. repetito in consi. 133. lib. 5. vbi in 4. col. ver. quartò non obstat. respondendo obiectioni de modo procedendi summariè & sola facti veritate inspecta (vt forsan hic D. Iudex fecisse prætendit) dicit ꝙ feratur sententia certa & secundum

6 allegata & probata ex probationibus prius factis ex se de iure diuino, & propterea hoc non posse mutari, vt ibi per eum, id etiā per arbitros seruari debet, per tex. in l. quid tamen. §. pen. ff. de arbi. Item continet dicta sententia euidentem repugnātiam, ꝙ P. habeat portionem hæreditatis, vel legitimam respectiuè, vt ex se patet, & ex differentijs extantibus inter filium hæredem & non hæredem, quo casu

7 † sententiam dubiam & incertam ob sui perplexitatem vel repugnantiam non valere. ar. l. vbi repugnantia. de reg. iu. & per glo. in c. si is qui. 11. q. 3. & Bar. in l. duo iudices. in fi. ff. de re iud. & Alex. cons. 124. in fi. lib. 2. ponit Vanti. in d. trac. d. rub. de nul. senten. ex desec. proces. sub num. 102. & per Anch. consi. 372. pro declaratione. ad fi. Quemadmodum enim pars non debet admitti ad petendum hæreditatem si non est exhausta legatis, aliàs ad legitimam, sic repudiando hæreditatem ex testamento,

8 quod filius facere † non potest vt habeat legitimā,

* vt est com. concl. doct. de qua per per Deci. in l. hæres instituta. sub num. 5. C. de impub. & al. substi. ita

9 Iudex † facere non potest & supplere pro parte ad id quod pars ipsa non potest petere. l. non solum. §. quanquam. & ibi not. Bar. ff. de iniur. & per Ias. in l. ita demum. col. 2. ver. tertiò limita. C. de procur. & Ang. Aret. de Malefi. in glo. hæc est. num. 71. & hæc est concludens ratio.

10 Tertia est conclusio, ꝙ legitima † est immunis, exempta & diminui non potest ex legatis vel prę-

legatis

legatis à parente factis in testamento. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. cum simil. allegat. per Corne. consilio 148. colum. 1. libr. 4. & Paris. consilio 45. nume. 3. 4. libr. 2. vbi hoc procedere dicit etiã si filius approbaret testa-
11 mentum patris, quia talis approbatio † non excludit eum quin integram legitimam sine onere consequi possit, vt ibi per eum. & in consil. 43. num. 35. 36. lib. 3. etiam si essent legata ad pias causas. Alex. consi. 18. lib. 4. ergo inepta, impertinens & frustratoria est illa cõditio seu modificatio facta in dicta sententia, post condemnationem dicti P. ad obseruandam voluntatem patris in omnibus & per omnia quantum attinet ad dispositionem bonorũ propriorum & eius hæreditatis in testamento factam, sic modificando. Dummodo legata aut prælegata filiabus & nepti facta ita hæreditatem patris non exhauriant, vt legitima d. P. in bonis patris in totũ vel in parte non defraudetur. cum itaque ex legatis filius non potest defraudari legitima, vt iuris er-
12 rorem expressum continens talis sententia † absq; appellatione rescindenda & reuocanda est. l. 1. C. quando prouo. non est necess. & ibi glo. & doct. & consequenter vltima alternatiua dictæ sententiæ condemnatoriæ (vel ad legitimam) respectiuè fundata est in casu & respectu erroneo & nullo, quo fundamento nullo & destructo destruitur & ipsa sententia. c. cum Paulus. 1. q. 1. l. hactenus. in fi. cum l. seq. de aq. plu. arcẽ. l. egi tecum. de except. rei iud. cum simil.

Quarta & proximè accedat conclusio, quòd le-
13 gatum † factum filiæ exclusæ per statutum per patrem, vel per auum nepti ex filio prædefuncto etiã exclusæ per statutum stantibus fratribus masculis, & pro dotibus, maximè in quantitatibus congruis & conuenientibus nobilitati, conditioni, qualitati & gradui personarum (vt in specie proposita contingit) non potest dici factum in fraudem legitimę
14 masculorum, quia † dos debita est filiæ exclusæ per statutum competens & non minor legitima, secun
* dum communem opin. docto. attestatam per Dec. consi. 181. col. 2. & consi. 379. colum. penult. & Ay. consi. 236. nume. 3. & quandoque maior legitima, quando conditio & gradus personarum ita expostulat, vel validis rationibus & auctoritatibus probat Ruin. consi. 60. colum. 3. nume. 10. lib. 3. siue ergo filia exclusa per statutum & dotanda faciat partem in legitima in numero masculorum, siue dos sic competens vt æs alienum detrahenda sit, siue
15 filia † instituta in re certa (vt hic) faciat haberi considerationem legitimæ secundum numerum filiorũ secundum ius commune, vt relata diuersitate opinionum in diuersis casibus & in casu nostro ita latissimè tenent Soci. consi. 76. col. 2. vers. sed adhuc. & col. sequen. lib. 3. & Paris. consi. 53. col. 12. & seq. nume. 79. 80. 81. lib. 3. & Rui. consi. 40. col. 4. & seq. nume. 10. & seq. vbi Ruin. latissimè defendit, quando filia exclusa ab intestato est instituta à patre in re certa, amplius non subiacet dispositioni statuti eam excludentis ab intestato, sed reducta est ad ius commune, vt possit agere ad supplementum legitimæ. Et proprius ad casum nostrum, in quo filię honorabili titulo institutionis, & neptis ex filio, nepos & neptes ex filiabus prædefunctis sunt institutæ in certis quantitatibus, & sunt substitutæ dicto pupillo hæredi vniuersali quandocunque decedẽti. facit quod Soc. in d. consi. 76. col. 3. sub. nume. 8.
16 ver. ex quibus concludo. propriè concludit, † quòd filiæ institutę in maiori quantitate pro dote quàm esset legitima, & fortius masculis substitutæ indicari debent non vt exclusæ sed inclusæ à testatore titulo honorabili institutionis, prout de iure commune testator tenebatur, vt §. aliud quoq; capitulum. in auth. vt cũ de appel. cogn. & dicit ꝙ in hoc fundamento nõ reperiit contradictores, & eum sequitur Pari. in d. consi. 53. nu. 79. 80. 81. Ex quibus habetur decisio nostrę quæstionis, ꝙ legata sic facta filiab. & nepti testatoris, non solum (vt dicitur in sententia) dici nõ possunt ad fraudem legitimæ Petri, sed
17 cum eo concurrere debent & connumerari † ipsæ filię & neptes sic institutæ ad partem & computum faciendum dictæ legitimæ, vt etiam firmat Curti. Seni. consi. 5. & clarius in specie nostra Ruin. in consi. 108. col. 9. sub nu. 24. & seq. li. 3. sequendo Paul. de Cast. in consi. 52. super primo puncto. col. penu. & si. li. 1. & ipsum Rui. videtur sequi Port. Imol. referens in fine conclu. 5. lib. 3. de comm. opin. vel vt ipse Soci. concludit in fi. dicti sui consi. quando tales filiæ non facerent partem, quod verum non reputat, dotes relictæ vt æs alienum in computo legitimæ forent detrahendæ. ita & fortius destruitur fundamentum dictæ sententiæ in condemnatione legitimę Petri.

Quinta sit conclusio vera & cõis, quòd testator
18 † potest disponere de bonis hæredis sicut de bonis propriis. §. si res legata. ver. si verò hæredis. institu. de lega. Barto. in l. nemo. col. 2. & ibi alij, de lega. 1. Ias. consi. 23. col. fi. lib. 1. Aymo consil. 133. nu. 3. 4.
* & consi. 174. nume. 10. vbi de communi opin. attestatur, & Paris. consi. 33. col. antepen. num. 84. lib. 3. idem de communi firmat decis. Bonon. per Benin-
19 tend. in decis. vlt. in fin. Ac etiam † de his potest disponere testator quæ spectant ad fauorem hæredis. Cur. Seni. consi. 29. ad fi. Aymo d. consi. 174. d. nu. 10. & Card. consi. 51. nume. 1. vtiq; per hanc ipsam communem conclusionẽ ostenditur iniusta & perperam prolata dicta sententia, dum pronunciatur dictum P. obligatum esse ad seruandum testatoris iudicium & voluntatem in omnibus & per omnia, quod attinet ad dispositionem bonorum propriorum ac eius hæreditatis in testamẽto factam, cum demum clarè liquet ex prælegatis factis eidem P. & de mentione & confirmatione donationis bonorum iam factæ Augustino filio prædefuncto, & confirmatę Luceantonio nepoti pupillo, & ex tot & multiplicatis præceptis ipsi P. factis in testamento de non contraueniendo sed obseruando omnia per testatorem deposita, contrarium ipsum testatorem voluisse, scilicet disponere de bonis etiam & iuribus dicti Petri, si quæ extant admixta inter ea quę disposuit,

disposuit, hoc voluisse & disposuisse euidens est ex præcepto ei facto de non molestando dictum Lucamantonium dicto, vel facto, iudicialiter, vel extraiudicialiter, & quomodocunq; & qualitercunq; & ex quacunq; causa, in domo & alijs bonis mobilibus & stabilibus eidem Lucæantonio prælegatis
30 & in quibus est institutus hæres, per quæ verba† plena & vniuersalia intelligitur etiam prohibita molestatio de iure & iustè facta, vt per Feli. in c. causam quæ. col. 13. sub nu. 24. ver. hęc autem & similia. de rescrip. & Ruin. consi. 77. col. 3. & seq. lib. 2. & Dec. consil. 613. col. 1. & seq. & Soci. Iun. consi. 113. nu. 28. & seq. lib. 1. & ex quacunq; causa, & sic ex causa iuris prætensi ipsius P. & consequenter sic de bonis & iuribus prætensis Petri disposuit. arg. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur. cum simil. ex antecedente
31 te† & per consequentias demonstrantibus voluntatem testatoris. vt l. si is qui. de libe. leg. l. moris. in prin. ff. de poen. & l. fin. C. de hęre. insti. & per Deci. consi. 259. colum. 2. & consi. 289. colum. 2. & consi. 584. nume. 8. Parisi. consil. 90. num. 21. & consi. 91.
32 num. 26. libr. 2. & per huiusmodi† generalia verba intelligitur dispositio etiam de bonis & iuribus hęredis acquisitis tam in vita quàm acquirēdis post mortem testatoris, vt probat Aymo d. consil. 133. ad nu. 5. ergo & in hac particula, quod attinet ad dispositionem bonorum propriorū &c. alio maximè non apparente, reuocanda est dicta sententia.

Sexta & vltima adducitur conclusio hæc conti-
33 nens, q̄ pater† filio inobedienti, turpem vitam ducenti tenendo concubinam, malis moribus imbuto, minus (dummodo minus non sit legitima) relinquere potest & filium gratum hæredem vniuersalem instituere, & plus diligere, iura sunt nota. vt l. parentibus. C. de inoffi. test. & ibi Bart. & l. hac edictali. §. j. de secun. nupt. §. optime. & §. pen. in auth. de nup. per Fab. de Giochis in auth. nouissima. in q. 18. num. 160. C. de inoffi. testa. & non videtur dubitandum patrem hoc facere posse, dicit Dec. consil. 547. col. 1. & Aymo consi. 256. in princip. & Capra consi. 51. in prin. etiam pater quandoq; plus diligit vnum filium quàm alium, dicit Luc. de pen. in l. in filijs. col. fin. C. de decur. lib. 10. & in eo qđ reliquerit supra legitimam etiam hæredem instituēdo potest adijcere pęnam priuationis hęreditatis, si molo stauerit cohæredem, & honestè imposita non serua
34 uerit, quæ pater testator præceperit, ita filius† inobediens & contraueniēs priuatur hęreditate, vt plenè & constanter tradit Alex. in consi. 138. col. pen. versi. quoad aliud dubium. nu. 24. lib. 1. & in consil. 52. col. 1. lib. 2. repetito in cōsi. 177. lib. 5. intantum
35 est verum, q̄ si alter filius† remanens hæres institutus vellet dare suam portionem alteri filio priuato, hoc facere non posset, ne contra iustam voluntatem testatoris fieret, vt mirabiliter firmat Deci. in d. consi. 547. colum. 2. vers. his tamen. & loquuntur Rui. & Feli. & Dec. & Soci. Iun. in locis supra proximè alleg. & not. in c. Raynaldus. de testa. & p Gualden. de arte testan. tit. 8. cau. 3. & Soci. consi. 221. in prin. lib. 1. & Corn. consi. 99. lib. 1. & Matthęus Fi-

liciani inter consil. Pan. de Castr. consi. 259. omnis
26 difficultas. col. j. lib. j. tenet† in pęnam inobedientiæ hęredis, etiam hæredem desinere esse hęredem, & sic institutionem effici caducam, & alius incipit esse hæres, saltem vtiliter vt testator disposuit, idem tenet Ang. in consi. 168. testator. col. 2. ver. porro & & si non fuisset. comprobat Paris. consi. 19. nu. 178. lib. 2. & non refert an sit sic in pęnā ademptio hęreditatis per viam fideicommissi, vt declarat Corn. consi. 55. col. j. & seq. lib. j. vel potius dicatur exhęredatio filio facta sub conditione potestatiua, si nō fuerit contentus portione sibi assignata, vt firmat Ias. in consi. 23. col. j. ver. ad primum videtur, lib. 1. & per Parisi. consil. 8. col. fina. libr. 3. & ipso iure est priuatus ex verbis præcisis dicti testamenti, vt latè probat Parisi. consi. 91. col. fin. lib. 2. idq; posset per iudicem declarari hac lite pendente, Deci. d. consil.
27 613. colum. 2. tanta enim est obedientia† voluntati testatoris adhibenda, q̄ etiam ex modico defectu inobediens perdere debet magnam hæreditatem, quia sic voluit testator, & aliud dici non potest. per l. cum quidam. in fi. C. de neces. ser. hæred. insti. dicit Pau. de Cast. in consil. 292. circa primum. col. 4. ver. super quinto. lib. 2. At dictus P. non in modico sed in totum inobediens fuit, contrauenit voluntati patris testatoris, totum testamentum vti inofficiosum impugnando, porrigendo querelam Principi, & controuersiā & lites mouendo & agitando, prout eum facere ex processu ipso liquet, sic contrauenire dicitur. per tex. & ibi gloss. & docto. in l. si quis maior. C. de trāsacti. & prout latè prosequitur Dec. d. consi. 613. colum. 2. Ex quibus sententia prædicta benè cantās, quatenus dicat P. teneri & obligatum esse seruare testatoris iudicium & voluntatē & male ruspans, dum in casu non diminutę legitimę ex legatis, condemnat Lucamantonium ad hæreditatis portionem præstandam dicto P. clarè ostenditur esse contra iustitiam & æquitatem, quam sectari exorditur, & totum oppositum facit, dando portionem hæreditatis filio inobedienti & voluntatē testatoris totam laceranti & contrauenienti, & cō tra ipsam voluntatem & dispositionem expressam
28 eum priuantem, quam† quidem non seruare verè iniquum & impium est. l. contra. C. de testa. manu. & l. 1. C. de sacr. san. eccle. cum simil. alleg. per Angel. in consi. centesimo sexagesimo octauo. col. 2. in fi. secundi dub. vbi ad literam dicit. si quis non priuaretur, quem testator priuati voluit, certè hæreditatem haberet contra voluntatem defuncti, quod esset iniquum, vbi & subiungit, non obseruantē voluntatē testatoris & contrauenientem priuari, non via fideicōmissi, sed ex eo q̄ nūquam fuit hæres. Ex his autem omnibus præmissis conclusionibus in facto & in iure veris facio conclusionem verissimam (ni fallot) dictam sententiam in hoc primo capite in totum esse reuocandam, & in formam aptiorem & iustam reformandam, pronunciandum dictum P. esse priuatum hæreditate paterna, reseruando ei ius petendi supplementum legitimæ (si quod competat) & iux. declarationē supra factam in 4. concl.

Alterum

Alterum superest prædictę sententiæ caput, pariter nunc ostendendum iniustum esse; Id autem fieri cognoscique facile est, verba eius similiter præ oculis habendo, ac super quoque eorum cogitãdo id quo potuerit moueri dñs Iudex, atq; id quo suũ motiuum diluitur & confutatur, ordinem talem sequendo quo nostra defensio pro pupillo clara & firma reddatur, itaque verba prædicta (vt sequitur infra) conspiciantur.

Primò ibi. Vigore legati facti per dictum dominum Hieronymum in eius testamento, & in codicillis confirmati. Ex his habetur D. Iudicem fuisse motum adhibendo fidem cuidã scripturæ sibi ostẽsę continenti prętensum testamentum, & legatum (vt dicitur) in eo factum. Contra hanc scripturam legitur oppositio sub die 5. mens. Decem. an. 1571. & sub die 11. eiusdem mensis repetita & facta per solertissimum & peritissimum Causidicum & actorem dicti pupilli, q ea est scriptura † priuata de iure non probans, vt non probat per tex. in l. instrumenta. C. de probat. & fuit & est nulliter, informiter & non seruatis seruandis facta, & nulla fides ei adhibenda est, hanc scripturam ego non vidi, est forsan quędam copia, & non apparet q fuerit exemplata manu publici notarij ex proprio originali & parte vocata, & sic vere non probat, vt in specie ex communi doct. sententia firmat Curt. Iuni. consil. 166. col. 2. vel non apparet, quòd ille qui eam scripserit, fuerit notarius legalis & auctenticus, vt facta dicta oppositione probari requiritur ab eo qui producit

30 instrumẽtum, alioquin scriptura † ipsa remanet priuata & fidem non facit quæcumque dici, nisi recipiat aliquod fomentum vel supplementũ, ex quo fiat auctentica, vt in terminis de quadam scriptura non probante testamentum latè tradit Socin. consilio 33. col. 2. lib. 2. & Aym. consil. 72. nume. 1. & sequen. & consi. 122. col. fina. & consil. 150. nume. 2. & Rolan. à Vall. consi. 32. nume. 7. & sequen. lib. 2. in quibus locis etiam auctoritate aliorum plenissimè hęc conclusio probatur, facta maximè oppositione contra dictam scripturam, q est priuata nulliter, non formiter, non seruatis seruandis facta, non probat, & ei fides non est adhibẽda, quod in eo cõcludit q non fuerit ab auctentico & publico notario scripta, verum est ergo à producente eam debere fieri probationem de scribente notario. & vt per Afflict. in decis. 245. nume. 4. & Boer. in decis. 36. nume. 10. & Alexand. consil. 166. col. 2. uu. 3. lib. 2. & consil. 101. nume. 3. lib. 4. Scripturæ enim asserti

31 notarij † peregrini & ignoti non creditur sine auctenticis literis testimonialib. suæ patriæ, dicit Bal. consil. 118. quia plenissimè. vers. pro certo. lib. 3. & Pau. de Cast. in l. 1. in fin. C. vbi de ratioci. & Dec. in l. 2. sub nume. 52. de eoden. Hoc autem præcipuè

32 locum habet in probatione testamenti, † quæ magis plena & sincera esse debet. l. fin. C. de fideicom. & Papiens. in pract. in forma oppo. contra instru. in glo. non fuit nec est. sub vers. prædictis tamen. dicit instrumento de lõginquo facto in quo vertitur magnum præiudicium (vt puta testamentum) non credi faciliter, nisi probetur modis prædictis. s. per literas testimoniales, sequitur Aposti. ad deci. 330. Capellæ Tholosan. at finem. Quo quidem stante (vt stat firmum, dum non video aliud probari in contrarium) condemnatio pro dicto legato cessare de

33 bet, cum tale legatum non fuerit probatum, † & paria sunt non habere ius & deficere probationem. Bar. in l. duo sunt Titij. ff. de test. tu. & Aym. consil. 48. nume. 4.

Secundò, vbi liqueret de asserto legato (qđ alio non apparente non conceditur) videndum est, cum ibi dicatur, pro dimidia spectasse, &c. ad dictum dominum Petrum dicti domini Francisci hæredem pariter & filium, quòd D. Iudex ex dicta scriptura continẽte quòd dominus Hieronymus legauit domino Francisco ex sorore nepoti & ipsius Francisci hæredibus vnum podere, &c. motus fuerit ad dandum pro dimidia dicto Petro, eo quòd sit filius & hæres d. Francisci pro dimidia cum dicto pupillo cohęrede vocatos ad legatum post mortem patris sub illa adiectione. & ipsius Francisci hęredib. Hoc motiuum multipliciter destruendo, consideradum

34 est, q licet dictio † hęredes, capiatur duobus modis, & pro hęrede sanguinis, & pro hęrede hæreditatis, Corne. consi. 199. colum. 17. ver. & propterea. li. 2. & consil. 169. col. 1. lib. 3. & consi. 100. colum. fina. & consi. 272. colum. 1. lib. 4. tamen in specie proposita censeo q capi debeat potius pro hærede hæreditatis & bonorũ simul & sanguinis (si adsit) quàm pro hęrede sanguinis solo. ostendit primum pro-

35 prietas ipsius appellationis hæredum, † vt veniant qui sint hæredes vniuersales bonorum, etiam non certæ rei. l. hęredis appellatio. & l. hæredis appellatione. & l. sciendum. de verborum significatio. & l. in annalibus. vbi est casus legati præstandi alicui & eius hęredibus. C. de lega. & apussimè Corne. in d. consi. 272. col. 2. in fin. & col. sequen. in fi. lib. 4. dicit q appellatione hęredum propriè & regulariter veniunt hæredes hęreditatis, etiam extranei, nõ liberi, non hęredes, & sparsim per vniuersum corpus iuris ciuilis infinities (dicit ipse) hæres ponitur pro hęrede hæreditatis, & non pro hęrede sanguinis, & dicit se non meminisse legisse per totum ius ciuile, (circumscripto iure visuali feudorum) q appellatione hæredum veniant filij non hæredes, nisi in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. & in illo casu assignatur per glos. & doct. ratio specialitatis, ne fideicommissum remaneat inutile ob defectum hęredum, aliàs nunquam eueniturum, ergo in contrarium est ius commune, vt ibi per eum latissimè. cuius consilium hoc fit pro vrgentissima decisione contra d. P. non hęredem sui patris, vt modò dicetur, & iam superius dictum est. Deinde solos hęredes sanguinis d. Francisci non continere illam particulam (& eius hęredibus) sed omnes hæredes etiam extraneos, deprehẽditur ex particula subsequenti dictæ scripturæ (ibi, ipse Francisc. & cius hæredes siue successores quicũque sint vel fuerint) quia vniuersale verbum hoc,

36 (quicunque) † in re transitoria ad quoscunque hęredes compræhendit hæredes etiam extraneos, vt est com-

* commun.opin.doct.attestata per Ias.in l.Gallus. §.
etiam si parente. column.5.de liber.& posthum.&
Curt.Iun.consi.1.nu.1.2.3. Rip. in d.l.ex facto.§.
fin.col.pen.cum concord.pluribus collectis p Por.
Imo.in conclu.41.lib.2.de commun.opin. & p di-
ctã subsequẽtẽ particulã continentẽ ẽt hr̃des extra
neos,declaratur illa precedens, ibi(& eius hæredi-
bus)q & hæc intelligat̃ de hæredibus etiam extra-
37 neis, sicut nota iuris regula est, † partem vnam te-
stamenti per aliam declarari.l. si seruus plurium.§.
fin.& l.qui filiabus. in princ. de leg.j.l.fin. §.fin.de
vi.tri.ol.leg.& l.quæsitum.§.Papini.quoq; lib.7.de
fund.instru. l.si frater. l.quãuis.C.de fideicomm.l.
vtrum.ff.de peti.hæred.talem dicit esse regulam ge
neralem Soci.in l.j.in prin.de reb. dub.

Hæc autem dicta sunt, non eo q casus noster sit
de herede extraneo, sed eo tẽdit, q omnis heres sit
vocatus,qui nempè sit hæres vniuersalis nomine &
38 effectu,sicut iste propriè †dicitur hæres qui hæredi
tatem adierit & hæres extiterit.l.Celsus.§.j.de leg.
j.l.3.§.si quis ita.& ibi Im.no.ff.de he.ins.& Alc.in
consi.124.col.j.in fi.& col.seq. in prin.lib.5.vbi in
39 simil. terminis loquens tradit † rem emphyteuticã
acceptam pro se & hæredibus,vno filio hærede vni
uersali instituto existente, & altero instituto in re
certa,ipsam rem pertinere ad hæredem vniuersalẽ
& non ad filium heredẽ institutum in re certa, quia
appellatione hæredis in dubio venit hæres vniuer
salis, & non institutus in re certa, vt ibi per eum,&
per Dec.in l.hæredem.ad fi.nu.9.de reg.iu.proban
tem ea quæ de hærede dicuntur intelligi adita hæ-
reditate,& ibi Hiero.Cagn.nu.14.& nume.9.dicit
40 † q quis agens tanquam hæres alicuius debet pro
bare se talem,etiam q non opponatur, aliàs succũ-
bit,etiam q nomine hæredum venirent filij,tamen
requiritur q sint hæredes, vt plenè scribit Aym.cõ
silio 131.nu.7.& Rui.consi.29.col.3.in fin.num.8.
41 lib.2.tenet,legatum † præstandum hæredibus per-
tinere ad eum qui sit hæres cum effectu, & per adi-
tionem hæreditatis,& vniuersalis heres,quia appel
latione hæredis venit vniuersalis tantũ, & non par
ticularis,nec singularis,per plura probat Parisi.con
silio 72.nume.5.& consi.109.nume.7. lib.3.& latè
Aym.consi.186.col.2. idem appellatione hæredis
vel successoris non venire singularem successorem,
42 †idq; verũ esse quo ad ius agendi,tenet Ia.ĩ cõs.92.
col.fin.ver.præterea & sextò.lib.j.Ex quibus firma
fit conclusio,dictum P. non obediẽtem & contra-
uenientem testamento d.Francisci sui patris & pri-
uatum sua portione hæreditatis vniuersalis & in
stitutum solum in rebus certis particularibus, vt in
dicto testamẽto legitur,& priuatum, vt diffusè pro
batum est superius in sexta & vltima conclusione,
non venire ad prætensum legatum sub appellatio-
ne hæredum d.Francisci,factum(vt dicitur) d.Fran
cisco & eius hæredibus in testamento domini Hie
ronymi Stacoli,sed solum pertinuisse & pertinere
id tale legatum dicto Lucæantonio pupillo vniuer
sali hæredi & effecto per aditionem seu immixtio-
nem hæreditatis vniuersalis dicti Francisci, vt pro-
priè ipse solus dici debet hæres dicti Francisci, non
autem alij hæredes particulares & singulares, per
43 iura & decis.express.modo allega.& verba † asserti
testamenti domini Hieronymi in tali legato alio
non ostenso propriè intelligi debent, & ab eorum
significatione recedi non oportet. l.non aliter. in
prin.de leg.3.& propriè adducit Corn.d.con.272.
col.3.ad prin.lib.4. nõ refert q legatum sit factum
44 & eius hæredibus,in plurali,quia † uerificatur & in
singulari,argumẽ. l.non est sine liberis.de verborũ
sig.in specie tradit Bar.in d.l.Gallus.§.etiam si pa-
rente.colum.fina.Fulgo.& Saly. in d.l.in annalib.
C.de leg.Ideo magis ipse Luc.Ant.cõuentus potio
ra imò sua propria iura habens obtinere & absolui
debet à petitione dicti P.argum.l.siue.§.si duobus.
ff.de publici.& §.commodum.institut.de interdic.
45 nam & † ex probatione suorum iurium reus con-
uentus vincit. Corne.consilio centesimo decimo.
col.2.lib.2.

Siquidẽ d.P. vt vel filius vel particularis hr̃s d.
Francisci sui patris veniret ad dictum legatum, qđ
iure concedi non potest per supradicta, cum super
sint plures filię, neptes & nepotes dicti Francisci,
etiam particulares hæredes institutæ in dicto suo
testamento,& cum tractetur de bonis auunculi ma
46 gni,& sic cognati,& non agn[illegible] ad cuius†bona suc
cedunt tam masculi quàm fœm[illegible] per iura com-
munia,etiam ipsæ filiæ,neptes & [illegible]otes admitte-
rentur ad tale legatum præsta[illegible]um etiam heredi-
bus dicti Francisci vigore asserti testamenti D.Hie
ronymi Stacoli.quia appellatione hæredũ veniunt
etiam fœminæ,vt expresſè probat Paris. consil.69.
col.6.nume.49.& seq.lib.3, & Gui.Pa.in q.458.&
Bero.in q.18.in princip.& maximè ex dicto verbo
47 vniuersali † successores eius quicunque sint, fœmi-
nas contineri respondit Dec.consi.599.col.2. Vn-
de pro dimidia d.P.petere non debet,& minus ob-
tinere dictum legatum, cum plures alij superstites
essent cum eo in pari gradu vocati & par habentes
48 ius.quinimò † totum & portiones aliorum petens
in totum debet succumbere, vt iure & auctoritati-
bus,præsertim Calcan.consil 92.colum.3.ver.sextò
etiam.probat Aym.consi.144.in fin.& consi.72.in
fin.& consil. 242.sub nume.5.licet verius & iustius
credam id posse fieri, quia totum dictum legatum
ad solum Lucamantonium pupillum solum hære-
dem vniuersalem dicti Francisci nomine & effectu
spectare debet,vt ante demonstratum est, & per ea
quæ de re emphyteutica stipulata pro heredib. ex
* com.doct.opin.tradit Clar.in.§.emphyteusis.in q.
37.& q.38.

Tertiò,prosequẽdo defensiones dicti pupilli ex
abundanti de vno fundamento ad aliud, vt cœptũ
est. Si enim de dicto legato non probatur per as-
sertam scripturam,res pro pupillo expedita est, de-
inde si dictus P.sub nomine vniuersalis hæredis d.
Francisci venire non potest ad dictum legatum, cũ
etiam pro pupillo conuento est in tuto. Nũc (& his
cessantibus) veniendo ad bona prætensa D.Hyero
nymi petita per dictum P. tã emphyteutica quàm
pro

propria, ea pariter nequaquā pōt obtinere, & inin sta est dicta sententia superinde lata. Nam primùm quoad bona emphyteutica dicendum est uigore di cti asserti legati ea peti non posse. Quoniam etsi 49 † bona emphyteutica possint sine consensu domini legari, vt per Alexand. & alios in l. si domus. §. fin. de leg. 1. ponit pro communi Clar. in suo §. emphy teusis. in q. 15. eo præsertim accedente, ꝙ in inuesti tura conceditur dicto domino Hieronymo pote stas de dictis bonis emphyteuticis ad eius libitum disponendi tam inter uiuos quàm in vltima volun tate, ex qua (irrequisita ecclesia) videtur potuisse di sponere & legare dicta bona, vt tenet Alexand. in consi. 173. col. 2. in fi. sub versi. quod autem. lib. 2. & Rui. con. 165. col. fin. lib. 1. & Cassado. in deci. 3. ad fi. in ti. de loca. Accedente etiam ꝙ ex capitulis & constitutionibus initis inter reuerendum Cle rum & mag. Commune Vrbini. in ultimis reforma tionib. ver. Si verò disposuerit &c. cantū vt̄ emphy teutam posse disponere de re emph. non petita li centia, & inferius dicitur. in dispositione ex testa mento seruetur dispositio restatoris, vt iuris fuerit in successione, &c. harū constitutionū meminerunt Anchar. consi. 124. & Abb. consil. 72. lib. 1. & Goz. consi. 75. & Pa. de Cas. consi. 244. Viso & examina to. col. 3. lib. 2. Et bona propria dicti D. Hieronymi absque dubio, quæ sunt simul cum emphyteuticis, potuerunt ab eo legari. §. disponat. in auc. de nupt.

50 & l. in re mandata. C. manda. prout † omnia legata videntur fieri de bonis testatoris, cum tantum de beantur deducto & soluto ære alieno. per l. fin. §. li centia. C. de iure delib. & l. non amplius. in prin. de leg. 1. dicit Dec. in auc. præterea. col. 9. sub versic. & ad hoc uideatis. C. vnde vir & vxor. videtur enim

51 quis legare ius quod in veritate habet † in aliqua re, & non aliud plus quod etiam se habere putabat. §. si quis rem suam. instit. de lega. late tradit Alexa. in consi. 47. colum. fina. lib. 3. ponit & Ias. in l. si do mus. §. fin. colum. 3. ver. secundò amplia. de lega. 1. cum not. in l. serui electione. §. fin. eo. Præterea, et si quoad bona emphyteutica vigore renouationis factę per dictum Franciscum pro se filiis & nepoti bus masculis, ea pro dimidia videantur acquisita di cto P. filio concessione & prouisione Domini, eaq; per patrem etiam primum receptorem sibi non pos sint auferri in testamento in eis solum Lucamanto nium nepotem hæredem instituendo & priuando dictum P. in casu inobedientiæ, prout fecit, & ca sus inobedientiæ euenit, & sic non potuisse ei præ iudicare, per plures tenentes hanc opini. allegatos per Porti. Imol. in conclusi. 22. cart. 5. in 3. conclus. vers. contrarium ꝙ imò. & hæc vel similia possint es se motiua dictæ sententię.

Veruntamen quia primò D. Hieronymus legan do vnum podere dict. Francisco, & eius hæredibus, prohibendo ne illud possint alienare, & in casu con trauentionis ex nunc, &c. legauit illud ecclesię san ctæ Mariæ maioris de Vrbe, ex quo parata est via rem emphyteuticam transferendi in aliam eccle siam, & in potentiorem, & quod vna via, &c. regu. cum quid vna via. de reg. iu. in. 6. nulliter legauit, &

52 cecidit ab omni iure suo, vt est prohibitio † aliena tionis in ecclesiam, per gloss. in ver. prohibentur. in c. potuit. & ibi Canon. de loc. & plenè tradit Ias. in l. fina. col. 28. 29. C. de iur. emph. ponit pro comm. Clar. in suo §. emphyteusis. in q. 22. & vbi in nouis

53 simum † translatio legati existere non potest, etiam p(r)iori, & sic d. Francisco & eius hæredibus non de betur. per text. in l. planè vbi. la. 1. in princ. de leg. 1. & l. etsi transferam. de adi. leg. Secundò, verum est in renouatione & inuestitura per Sindicum eccle siæ facta D. Hieronymo esse cōcessam potestatem de rebus emphyteuticis disponendi, &c. sed perle cto toto dictæ renouationis instrumento, vt fieri debet. l. inciuile. ff. de legi. & ibi Bald. not. & Deci. consi. 440. in fi. reperitur eodem contextu verborū concepta hæc clausula (saluo iure dictæ ecclesię) in disponendo & legando d. Hieronymus non serua uit formam dictæ potestatis concessæ, apponendo saluo iure dictæ ecclesiæ, vt facere & probare de

54 bet fundans † se in dispositione qualificata. Alexā. consi. 3. col. 2. nume. 7. lib. 2. cum concor. alleg. per Tiraq. de retract. titu. 1. §. 8. glo. 7. nume. 2. & serua re legem conuentionis. l. circa. C. loc. l. 2. in prin. de iu. emphy. & ibi glo. 2. in specie ponit, pactiones in alienatione rei emphyteuticæ seruandas esse, & be nè facit quod scripsit Alex. in consi. 187. col. penul. ante nume. 17. ver. & per prędicta patet. li. 2, in hoc facit ꝙ dicta pactio non disponit aliquid in casu in quo alienauit non reseruato iure ecclesiæ, quā qui dem pactionem formiter d. Hier. non seruando cō cessionem per eam sibi datam amittit, argument. l. cum proponas inter vos. in fin. C. de pact. Præterea

55 † talis licentia disponendi debet intelligi secundū naturam contractus, requisito domini consensu, vt in terminis firmat Spec. in tit. de loc. vel emphyt. §. nunc aliqua. ver. 94. sequitur & comprobat Alexā. consi. 106. nume. 4. & seq. lib. 4. & Calca. consil. 51. col. 1. ver. tertio, & sequen. dicit se credere hāc sen tentiam Spec. esse verissimam, & ibi latè corrobo rat, & Goz. consi. 74. nume. 10. & supra fin. respon det ad contraria, & Cum. con. 11. emphyteuta. & se quitur Afflict. in dec. 307. nu. 21. licet aliqui in hoc teneant contrarium, de quibus per Dec. consi. 164. column. 3. versic. secundò respondetur. in hoc solo etiam nos sumus extra hanc difficultatem, quia vl tra quòd secundum naturam contractus intelligi tur talis potestas concessa disponendi. s. requisito domino, specialiter de hoc cautum legitur in eodē renouationis instrumento ad finem, per hęc verba (& illas non vendere & non alienare sine licentia dicti sindici, vel eius successorum, &c.) & de aliena tione etiam facta per viam vltimę voluntatis intel

56 ligitur, quia † & hæc alienatio hominis propriè di citur, per l. 1. & ibi glo. C. de fun. do. Dec. cons. 660. nume. 8. & seq. & alia dicit Paris. consi. 71. num. 27. lib. 3. quo casu emphyteusis ecclesiastica nullo mo do alterata videtur per dictam potestatem dispo nendi, quia talis potestas euacuata dicitur per di ctam aliam clausulam subsequentem, de non alie nando

nando ſine licentia, & per hanc reducta eſt res ad
57 ius commune, quo cautum eſt † rem emphyteuticam non poſſe alienari ſine licentia Domini. per l. fina. C. de iur. empb. ita in terminis reſpondit, dicēs iſtam eſſe concludentem reſponſionem, Dec. in cō ſil. 171. col. 2. ver. quartò & vltimò. refert & ſequitur Cur. Iun. in conſi. 130. col. penul. verſi. pręterea & ſecundò. re vera in caſu iſto depręhenditur dictā clauſulam (de poteſtate diſponēdi ad libitum) eſſe appoſitam ad effectum diſponendi in præiudicium comprehēſorum filiorum & nepotum, vt expreſsè in ea dicitur, vt auferatur illa difficultas, an primus receptor poſſit alienare in præiudicium filiorum & comprahenſorum in inueſtitura, de qua nouiſſimè per Clar. in d. §. emphyteuſis. in q. 16. & non ꝙ alienatio poſſit fieri non requiſito domino, de quo ſumus in claris, cum poſtea expreſſerit pactum emphyteutę de non alienando ſine licentia Sindici, ita
58 † inducta ad vnum effectum non operantur alium. l. legata inutiliter. de adi. legat. & ibi Alber. c. ſi cui. de pręben. in 6. & c. 1. de iureiurand. in 6. & ibi Gemi. no. & l. alimentorum. ff. de aſſignand. liber. & in claris non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de ver. obli. & l. ille. §. cum in verbis. de lega. 3.

Tertiò, reducēdo caſum noſtrum extra omnem difficultatem & poteſtatis emphyteutæ legandi, & poteſtatis conceſſę diſponēdi, videmus dominum Hieronymum (vt dicitur) feciſſe legatum dicti poteris cum omnibus ſuis pertinentijs, vti de bonis ptopriis, probibendo ne alienetur ſub pœna transferendi illud ad eccleſiam ſanctæ Mariæ maioris, de Vrbe, vt præſumitur, non dicendo ſe emphyteutam, vel ſaluo iure eccleſię, vt nuncupatim firmat Iaſ. in d. l. fin. col. 22. verſic. primò quando emphyteuta. poſt expreſſam doctrin. Bald. in auct. quas actiones. col. 3. ſub ver. ego habui. nume. 12. C. de ſa
59 croſanc. eccl. Quare emphyteuta † legando vel alienando & non ſe exprimendo emphyteutam eccleſię, vel ſaluo iure eccleſiæ, nulliter legat, & priuatur iure ſuo, vt per Alexan. in d. l. ſi domus. §. fina. col. penulti. ver. & tene menti. de leg. 1. & ibi Iaſ. in col. penul. tenet idem ꝙ inualidè alienat quādo alienat tanquam rem ſuam propriam & non eccleſiæ ſuppreſſo nomine emphyteutę, & in indiuiduo, nō poſſe legari quando ſimpliciter in teſtamento legatur non reſeruato iure eccleſię, per text. in l. vniuerſas. C. ne rei domi. vel templ. & alia, firmat Alex. conſi. 9. col. 4. nume. 14. uer. & maximè hoc verum eſt. li. 2. & ponit Cla. in d. §. emphyteuſis. in q. 25. vt aliàs pro iſto pupillo prudenter allegatum eſt.

Non obſtant capitula inita inter mag. Commune & Clerum Vrbini, quia illud ſignatum ſub nu. 3. in capitulis ſignatum pro quinto incipi. Item ſi contingeret aliquam perſonam, &c. continens ꝙ renouatio fiat ei cui vniuerſaliter vel ſingulariter fuerit relicta vel alienata res, corrigitur ſeu declaratur per vltimas reformationes, ibi. Itē quòd quintum capitulum, &c. ꝙ ſi diſpoſitio facta fuerit per decedentem cum petitione licentiæ licet non obtentę, quę petitio licentiæ & non obtenta operatur hoc ꝙ eccleſia vel eius rector ſcit emphyteutam eē alienaturum, & veriſimiliter illum cui facienda ſit alienatio, quæ ſcientia quantum domino proficua ſit, facilè eſt excogitare eius vtilitates, & maximè ex his quę adducit Calca. in d. conſi. 51. col. 1. verſi. ſecundò ne ſi voluerit. d. Hieronymus pro dicto lega
60 to faciendo non petiit licentiam, ergo verba † iſtorum capitulorum non conueniunt, nec eorum diſpoſitio poteſt cōuenire. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. cum plutibus deciſ. hoc dictum exornātibus & cōprobantibus in diuerſis materiis adduc. per Feli. in c. nonnulli. col. mihi 34. verſ. vbi verba. de reſcript. Quatenus in verſic. ſi verò. ſubſequente in dictis reformationibus dicatur, ſi diſpoſuerit ex teſtamento vel alia vltima voluntate vniuerſaliter vel particulàriter non petita licentia, vel deceſſerit inteſtatus, non infertur ꝙ babens diſpoſitionem ex vltima voluntate non petita licentia debeat renouari, quia ſtatim corrigeretur, quod proximè eſt di-
61 ctum, cum petitione licentiæ, † & hoc non præſumitur, per l. non ad ea. de condit. & demonſtra. ſoli tam allegari etiam in materia ſtatutorum, vt p De. in conſi. 283. colum. 3. ad fi. verſic. ſecunda ratio. & Aym. in conſi. 307. verſic. ſecundò reſpondeo. & in materia contractuum, vt per Rom. in l. ſi quis cum aliter. in fin. de verborū oblig. & Alexand. in con ſil. 49. in fin. lib. 2. & ſic diceret, talis recipiens. ſ. ex vltima voluntate, non petita licentia, ſicut in ſuperiori capitulo dicitur de recipiente ex teſtamento vel vltima voluntate petita licentia licet non obtē
62 ta, renouando, non dicit † ergo non vult, nec ſic diſponit. l. de pretio. de publici. & l. 1. §. ſi autem dehcientis. C. de cad. tollen. c. ad audientiam. de deci. hac arguendi forma in infinitis locis ſe inueniſſe dicit Ang. in conſil. 257. columm. 5. talem eſſe allegationem aduocatorum qui dicunt, ſi hoc ſtatutū voluiſſet, dixiſſet, ex dicto Bal. & plur. deciſ. ad hoc collectis ponit Tiraq. in l. ſi vnquam. verſicu. liberis. nume. 3. de reuo. donati. Sed æquiparat caſus & conditæ vltimæ voluntatis non petita licentia in emphyteuta decedente, vel inteſtato, vt his caſibus finita linea renouentur liberi, parentes, &c. licet dictæ conſtitutiones & reformationes magis videtur diſponere & ad hunc effectum editæ ſunt circa ſolutiones ſiendas diuerſimodè pro qualitate perſonarum pro renouationibus fiendis, quàm circa perſonas quæ debeant renouari. tamen ſatis eſt ad propoſitum noſtrum quòd dictæ reformationes nō dicunt quòd recipiens ex vltima voluntate non petita licentia debeat renouari, ſicut ſuperius dicunt in recipiente ex vltima voluntate licentia petita, licet non obtenta. Nō refert ꝙ inferius dicant, ſalua gradus prærogatiua in ſucceſſione ab inteſtato, in diſpoſitione ex teſtamēto ſeruetur diſpoſitio teſtatoris, vt iuris fuerit in ſucceſſione, quia loquitur de perſonis expreſſis liberis, parentibus &c. ſuccedentibus emphyteutæ ab inteſtato, vel ex teſtamento, vt ſuccedentes ex teſtamento præferantur, vt iuris
63 eſt notiſſimi † cauſam teſtati facere ceſſare cauſam inteſtati, ſed cauſa teſtati eſt, vt recipiens ex ea admitta-

admittatur, quando prouenerit petita licẽtia, vt in
præcedẽti reformatione dictum est, ibi. Si verò alie
nauerit ille dictus, &c. instituendo hæredes vel le-
gando, &c. petita licentia, licet non obtenta, reci-
piens si fuerit de liberis, parentibus, &c. & eædem
personæ exprimuntur quæ in dicta sequenti refor-
matione loquente de causa testati non petita licen
64 tia & de causa intestati sunt expressę, ita vna † pars
statuti per aliam interpretatur & declaratur. Deci.
consil. 65. nume. 4. Soci. in consi. 147. col. 5. in prin.
lib. 1. & Ias. in l. qui filiabus. in prin. col. 1. de leg. 1.
cum simil.

Sed existimo casum nostrum omnino esse extra
dispositionem dictorum capitulorum ex duobus.
Primò, dicta capitula loquũtur quando quis vt em
phyteuta disposuit hæredem instituendo vel legan
do de bonis emphyteuticis vniuersaliter vel parti-
culariter, vnde cum dictus Hieronymus legãdo (vt
dicitur fecisse) nullam fecerit mentionem iuris em
phyteutici non vniuersaliter & minus particulari-
ter, imò vt rem propriam legauerit, prohibẽdo nul
lo modo alienari cum pœna transferendi ad eccle
siam sanctæ Mariæ maioris de Vrbe, vt dictum est,
verba dictorum capitulorum non conueniunt, er-
go nec dispositio, vt etiam iam dictum est. Secũdò,
cum conuentione expressa in instrumento renoua
tionis D. Hier. astrictus esset non alienare bona em
phyt. sine licentia Sindici, vt etiam dictum est, con-
uentionem hãc tenebatur obseruare, vbi etiam ali
65 ter generalia capitula disponerent, quia pacta † spe-
cialia saltem honesta & conuenientia rei derogant
generalibus legibus, vt in rebus emphyteuticis est
text. in d. l. 2. in princip. & in l. fina. in princip. C. de
iure emphyt. per hæc formalia verba. Sancimus si-
quidem emphyteuticum instrumentum super hoc
casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. Sunt
enim extraordinariæ prouisiones dictorum ca-
pitulorum, & contra ius commune, quòd maximè
emphyteuta posset de re emphyteutica disponere
non petita licentia & sine consensu domini, meri-
66 tò tales prouisiones † hominis prouisio cessare fa-
cit, per l. fina. C. de pact. conuẽ. & l. & habet. §. cum
quis. de preca. & per glo. mag. in d. l. secunda. de iu.
emphyte. declarat Alexand. consil. 132. numero 3.
libro quarto. & consilio centesimo decimooctauo.
ad fin. lib. 5. & Ruin. consil. 74. colum. 4. nume. 8. &
consilio centesimo quadragesimo nono. col. 4. nu.
11. lib. 1. & in specie Dec. consil. 552. col. 2. nu. 8. &
ita de cõsuetudine ĩ loco fuit obseruatũ & obseruatẽ
9 emphyteuta, qñ vult disponere inter viuos vel in
vltima voluntate de re emphyteutica inter extra-
neos & extra compræhensos in inuestitura id fecit
licentia petita à domino directo, vt in processu at-
testatum est. quantũ sanè polleat & attendatur con
67 suetudo † in his emphyteuticis dispositionibus pas
sim doctor. explicant, vt per Specu. in titu. de loc.
seu emphyteu. §. fina. versicu. 6. & Alexand. consi-
lio septuagesimo nono. sub nume. decimo octauo.
versicu. præterea etiam. lib. 1. & Bald. in auctenti. si
quas ruinas. post princip. C. de sacr. sanct. eccles. di-
cit quòd certa consuetudo emphyteuticandi est ser
uanda, & à consuetudine non est recedendum. Hæc
quidem in specie proposita potius dicitur interpre
tatio & declaratio dictorum capitulorum & reno-
uationum inuestiturarum & contractuum rerum
emphyteuticarum, quàm consuetudo alicuius iuris
68 inductiua, ideò sufficit † apparere de tali obseruan
tia absque aliqua prę scriptione. Alexand. consilio
centesimo septimo. columm. fin. ver. nec requiritur.
lib. 2. cum aliis concor. alleg. per Ay. consil. 101. ad
fin. & consi. 201. col. 5. Atque ita multifariam mul-
tisq; modis & absq; aliquo scrupulo (ni fallor) appa
ret ex prædictis omnibus firma conclusio, inutile
esse legatum huiusmodi, & non tenere ad bona em
phyteutica de quibus agitur, & consequenter eius-
dem legati vigore prædictam sententiam latam in
iustam esse, & reuocandam fore.

Hæc autem opponens pupillus iste audiri debet
non solum de iure tertij. s. ecclesiæ, q bona sua sint
alienata sine sua licentia, ex quo inducitur nulli-
69 tas tituli prætensi pro legato, quia † ex hoc legata-
rius agendo à reo conuento excluditur exceptione
intentionis & facti, vt probat Bald. in consi. 150. ca
sus talis Stagnolus. ad finem. lib. 1. & in l. si vnus. §.
quod in specie. colum. 8. versicu. secundò nor. ff. de
pact. & in l. omnium. columna secunda. ad fin. de
vsufruct. glos. Cyn. & Alber. in l. cum seruum. C. de
ser. fugi. & in specie Alexand. in consi. 38. ad fi. li. 2.
& vbi interim non esset facta p ecclesiã declaratio
voluntatis circa rem deuolutam non fuisset ẽt in le
gatariũ translatum aliquod ius quo posset aliũ mo
lestare, vt in terminis respondit Rui. consi. 143. col.
70 fi. li. 1. sicut † & in donatarium nõ transit dominiũ
neq; possessio neq; ius ad agendũ nisi prius accepta
re emphyteutica per manus domini, vt latè probat
Gui. Pa. in q. 45. ad fi. Sed etiam iure proprio defen
ditur, cum ecclesia declarauerit D. Hieronymũ ob
illud legatum factum sine licentia cecidisse à iure
suo, & ob finitam lineam suam bona emphyt. fue-
rint deuoluta ad ipsam ecclesiam, quę statim reno-
uauit & inuestiuit de eisdem bonis d. Franciscũ. ut
71 legitur in instrumento renouationis, per quã † qui-
dem renouationem alij factam dicitur facta decla
ratio priuationis præcedentis emphyteutæ. Pau. de
Ca. in consi. 2. visis omnibus suprascriptis. col. fina.
ver. præterea posito. li. 1. Corn. in consi. 237. col. 3.
in fi. versi. & sic glo. & docto. lib. 1. & maximè cum
exprimatur bona esse deuoluta ad ecclesiam. ut per
Alexan. consi. 9. colum. penulti. ad nume. 13. & se-
quen. lib. 3. & consil. 128. column. fin. lib. 5. & quia
inuestitura facta dicto Francisco continet faculta-
tem disponendi etiam per ultimam uoluntatem in
præiudicium filiorum (ut modò dicam) & ipse Frã
ciscus excluso dicto P. filio inobediente, etiam in
bonis emph. hæredem uniuersalem instituit solum
dictum pupillum nepotem, qui ergo exceptione sui
iuris excludit dictum P.

De particula prędij legati quæ asseritur propria
D. Hieronymi, dicendum est primò de ea non pro
bari, nam & si pro patre pupilli in suis positionibus
dictum

dictum fuerit de quatuor partibus bonorum verté
tium in controuersia vnam partem fuisse propriam
D.Hieronymi & tres partes ex bonis emph. tamen
72 has positiones d.P.respõdendo non est fassus, † sed
ignorat, ideò in eis non potest se fundare. ad not. p
Barto.in l.post legatum.de his qui.ut indi.& si non
negat, tamen ignorando non consensit neque con-
fit mat.l.2.in princip.ff.de iud.l.si is ad quem.de ac
quiren.hæredi. vnde non potest dici probari con-
fessione pupilli cui d.P.non cõsentit.per not.à Bal.
73 in l.1.C.de confess.qui enim verba † aduersarij nõ
acceptat ex eis non potest se iuuare.no.Bald.3.no-
ta.in l.tertia.& ibi Pau.de Cast.C.de repud.hæred.
Sed probantur emphyteutica per instrumentum in
uestiturę factę D.Hieronymo, & per libros censua
les ecclesiæ, & per confessionem d.P.factam posi-
tionibus dicti pupilli, quòd in loco castri montis
Ilicis D. Hieronymus non possedit alia bona nisi
illud prędium post eius mortem possessum per d.F.
74 & modò per dictum pupillum, vnde † D. Hierony-
mus præsumitur possedisse eadem bona ex titulo
iuris emph.habito ab ecclesia, quem per dictum in
strumẽtum reperitur habuisse, vt l.2.C.de acq. pos.
l.quædam mulier.& ibi no.Bar.ff.de rei vindi. So-
cin.consi.15.nume.7.lib.4.Deci.consil.179.in fin.
& Alexand.consi.8.col.4.sub nu.14.ver.nec etiam
probatur. lib.3. vbi propriè tradit ex titulo præce-
dentis inuestituræ videri possessionem esse, & Cor.
consilio nono. colum.fin.ver. quæ præsumitur.lib.
2.cum simil. Et bona emphyteutica petiarum 23.
compræhensa esse in illis bonis d.P. fatetur respon
dendo quartæ positioni, referendo se ad instrumen
tum acquisitionis & renouationis do.Hieronymi,
continens dictas 23. petias terrarum bonorum in
75 emphyteusim datorum, ita † relatum est in referen
te, vt in specie respondit Dec.consil. 278. colum.fi.
sentit Alexand.d.consil.8.ad nume.13.lib.3.& ip-
so instrumento producto (vt est hic) clarius plurib.
auctorita.probat Paris.consi.99.colu.2.nu.7.lib.3.
His autem stantibus incumberet onus probandi di
cto P.& discernendi quæ sint bona propria D.Hie.
quæ possent venire in dicto legato, quoniam præ-
76 sumptio † ꝙ bona sint libera & allodialia, per alleg.
ab Alber.Bru.in cons.1.nu.1.& ab Alex.cons.129.
lib.1.tollitur per dictum instrumentum renouatio
nis, & libros ecclesiæ, & per dictam confessionem
77 d.P.ita præsumptio † tollitur per probationem ve-
ram.Bald.consil.466.nu. 4.lib.5.& in l.optimam.
nu.6.C.de contr.& com.sti.& Dec.consi.400. col.
4.nume.8. vt ergo veniant bona de quibus potue-
rit disponere D.Hieronymus.iuxt.d.l.serui electio
ne.§.fina.& l.si domus.§.fi.de leg.1.debent hęc bo
na probari, sicut probari requiritur de iure quod ha
bet testator disponens de iure quod habet in loco.
Barto.& alij in l.si sic.§.1.de leg.1.Alex.consil.96.
col.2.ver.vnde si attendimus.lib.5.Socin.cons.89.
colum.fina.versi.præterea non puto. lib.1. cum si-
78 mil. facit.l.2.ff.de prob.quia † necessitas probandi
semper incumbit illi qui agit, dicit text.in l.verius.
ff.eodem.

Secundò, etsi appareret d.Hieronymum habere
aliquam partem dictorum bonorum propriã, & ali
quod ius in eis, cum tamen sua intẽtio fuerit dispo-
nendi de toto dicto prędio & totaliter, vt hęc sua
intentio totalis dispositionis facilis est cognitu ex
legato ipso continente prędium cum singulis ipsius
prędij pertinentiis, cum expressa prohibitione ne
alienetur modo aliquo sub pœna, vt aliàs dictum
est supra, vnde locum sibi vindicat doctr. Abba.in
cap.quod autem.supra finem. nume.10.de iur epa-
79 trona. quæ est, quòd habens † ius in re, si intendat
donare ipsam rem totaliter, & non solum ius quod
habet in re, quòd tunc non valet concessio etiam
respectu sui iuris.argument. l.is qui putat. ff.de ac-
quirend.hæredita.& l.nec ignorans.C.de donatio.
sequitur Ias. in d.l.si domus.§.fin. colum.4. versic.
septimò & vltimò.de leg.1. Confirmo ex eo quod
80 dicit Bald.in d.l.is qui putat. quòd si quę † consi-
stunt in veritate & in voluntate, tunc si cessat ve-
ritas, cessat actus, & ex eo quod dicit text. in l.eũ
81 qui.in fin.ff.de his qui.vt indi. quòd ratio † iuris &
varietas possessionis non inducit diuisionem vo-
luntatis, nam datur indiuiduum dispositionis secũ-
dum Bald.in l.si plures.columna tertia.de conditi.
inser.in hac re potest effici ex intentione disponen
di de re totaliter, in qua re ideo indiuidua vtile per
inutile vitiatur gloss.& doct.in regu.vtile.de regul.
iur.in 6.& in l.1.§.penulti.de verborum obligatio.
licet sit materia varia, tamen in specie nostra quan
do vna est totalis dispositio & gesta eo affectu &
opinione, quo non potest per disponentem geri, nõ
valet in aliquo, addo Petr.de Anch. in consi.1.quæ
notanda sunt pro confirmatione dictæ doctr. Abb.
simpliciter relatæ & probatę per Ias. Quæ tamen
multum non est necessaria pro defensione dicti pu
pilli, cum superius adducta fundamenta sibi hæ-
redi maximè vniuersali dicti Francisci primi lega-
tarij sufficiant pro victoria ad expellẽdum dictum
P.non hæredem d.Francisci, sed priuatum ipso iu-
re, Paris.d.consi.91.col.fi.lib.2.cum aliis s.allega.

Non obstat postremò, ꝙ portio bonorum emph.
debeatur d.P.vigore renouationis & inuestiturę fa
ctæ per Sindicos ecclesiæ & monialium d. Franci-
sco recipienti pro se filiis & nepotibus. Quoniam
habita licentia testandi à dictis ecclesia & moniali
bus de bonis emph.ipse D.Franc.in bonis propriis
& emphyteuticis in principio instituit hęredes d.
P.suum filium & dictum Lucamantonium nepotẽ,
cum conditionibus, modis & priuationibus, quę le
gi possunt in dicto testamento dicti Francisci, ex
quibus sanè apparet de bonis emphyteuticis nomi
natim & vniuersaliter à principio fuisse dispositum
inter dictos P.filium & Lucamantoniũ nepotẽ, &
postea relatiuè de hęreditate, in qua (vt supra) fuit
82 institutus, quæ dictio (vt supra) facit † & continet re
lationem eorum omnium quę dicta sunt supra, &
repetitionem inducit pręcedẽtium cum oĩbus suis
qualitatibus.Deci.consi.182.colum.fi.& con.287.
col.5.sub nu.10.& con.384.col.fi.ver.3.Rui.cons.
18.col.3.n.12.li.2.& Pari.cõs.48.col.3.nu.14.li.2.
&

& sic & de bonis emphyteuticis fuisse priuatum
dictum P. inobedientem & mouenté litem Luce-
antonio in aliis bonis & iuribus in quibus vt su-
pra dictus Luc. Antonius fuit hęres institutus cum
83 dicto P. & sic & in bonis emphyteuticis, quia † ap-
pellatione bonorum continetur & emphyteusis.
probat Ias. in auctent. vnde si parens. columna se-
cunda. versicu. limita prædicta. C. de inofficios. te-
stament. & Ruin. consilio centesimo decimosexto.
columna quarta. nume. 5. in fine. libro secundo. &
isto casu contrauentionis, inobseruantiæ & priua-
84 tionis d. P. fuisse institutũ d. Lu. An. sine d. P. in totũ
qui totũ † dicit nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. &
c. solite. de maio. & obedcũ simil. sic & in bonis em
ticis, quæ possunt dici de hæreditate testatoris per
eum disposita, postquam à principio acquisitionis
in instrumento inuestiturę & renouationis fuerunt
concessa dicta bona emphyteutica cum potesta-
te disponendi ad libitum de eis tam in vltima vo-
luntate quàm inter viuos, &c. & habuit licentiam
testandi, & testatus est nominatim de bonis em-
phyteuticis in vniuerso suæ hæreditatis in totum,
vltimo loco instituendo hæredem dictum nepo-
tem modo & forma quibus dictum est, & venit ca-
sus contrauentionis & priuationis dicti P. vt di-
85 ctum est superius in 5. & 6. conclusione, sicut † di-
citur de testatore habente rem communem cum hę
rede, de cuius bonis potest disponere, vel cum alio,
dicendo totam rem lego, tota debetur, & venit in
dispositione, per doctrin. Barto. in dicta l. serui ele-
ctione. §. fina. ad fin. de legat. 1. quam ibi doctores
* communiter approbant, & Paul. de Castr. consilio
quadrigentesimo décimotertio. præmittendum ad
euidentiam. columna prima. ad fi. libro primo. vbi
86 dictio restrictiua † (aliqua) ad bona testatoris non
impedit quin veniat totum de quo testator potest
disponere, cum de sua voluntate appareat, & secu-
ta dicta testatoris dispositione, maximè in institu-
tione hæredis, emphyteusis satis dicitur & efficitur
nunc hęreditaria ex testamento, vt declarando te-
net Curt. Iun. consilio quarto. columna secunda &
87 sequen. vbi probat per licentiam † concessam dispo
nendi emphyteusim transire ad hęredes extraneos
ab intestato, ergo fortius transit ad suum ex testa-
mento, vt est casus noster, & maximè subsequen-
te consensu Domini ad testandum res est indu-
bia. ex alleg. per Cur. Iun. in d. consi. & in cõs. centesi
mo trigesimo. & ponit Clar. in d. §. emphyteusis. in
quęst. vigesimaoctaua. versic. fina. ita quòd volens
in ea succedere hæres esse debet, vt in simili tenet
Aymo in consilio ducentesimo quinquagesimose-
xto. columna tertia. sub versicu. ex quibus apparet.
ibi. sed ex præmissis apparet, &c. & isto respectu em
88 phyteusis est partim hæreditaria, † & in isto mo-
do pater in ea potest filiis pręiudicare. Clar. in d. §.
in quæst. decimasexta. versicu. sed quid. Quare de
voluntate patris testatoris vtique liquet excluso di
cto P. filio inobseruante & contraueniente, & sic
priuato, solum Luc. Anto. nepotem in bonis em-
phyteuticis succedere debere.

De potestate pariter liquere potest ex duobus,
quòd pater iste potuit præiudicare dicto P. filio in
dictis bonis emphyteuticis tum priuando, & in to-
tum hęredem instituendo dictum nepotem. Pri-
89 mò, quia † pater primus recipiens, & sua pecunia
à principio soluta acquirens, cæteris filiis præiu-
dicando potest vni filio vel nepoti totam emphy-
teusim relinquere & assignare. Alexand. consilio
vigesimooctauo. columna prima. lib. 5. & Corne.
consilio quinquagesimoprimo. columna secunda.
versicu. sed his non obstantibus. & consilio ducen-
tesimo octuagesimosecundo. columna sexta. versi-
cu. tertiò videtur, libro tertio. & est hęc magis com
* munis opinion. dicit Alexand. consilio centesi-
mo vigesimoquarto. columna secunda, num. 5. eo-
dem lib. 5. refert & Goz. consilio vigesimoquinto.
num. 18. & consilio septuagesimoquinto. num. 13.
& pro communi opi. & quæ sibi semper magis pla-
cuit inseruit Clar. in d. §. in dicta quęstione deci-
masexta. Secundò, quoniam hęc emphyteusis fuit
à principio acquisita hac conuentione expressè
90 inita, † quòd nullum ius sit vel intelligatur acquisitum
filiis in vita patris receptoris, sed possit & valeat di
ctus receptor in præiudicium filiorum de bonis ip
sis emphyteuticis ad libitũ disponere in vltima vo-
lũtate & inter viuos, prout sibi placuerit, ita de istis
bonis acquisitis cum hac conuentione & modifica
tione potuit iustè & validè dictus pater disponere
in testamento priuando filium & relinquere nepo
ti per expressam legem ipsius cõtractus emphyteu-
tici seruandam. d. l. 2. & ti. de iu. emph. probant An
car. consi. 125. visis. col. 3. vers. argumentum ergo.
Rui. consi. 213. col. 4. & seq. ad nu. 7. lib. 1. & Curti.
Iun. in consi. 155. in fi. vbi dicit in hoc nullam ades
se doctoris auctoritatem in contrarium, & Goz. d.
consi. 25. nu. 19. & Ias. in d. l. 2. col. 79. ver. & in hoc
teneo q; nisi aliud. & Soci. Iun. consil. 124. col. pen.
& vlt. lib. 1. & Port. Ino. de com. opi. lib. 4. cõcl. 22.
car. finali. versic. tertiò limita. & Clar. nouissimè in
91 d. q. 16. ver. fi. dicit quando † emphyteusis est acqui
sita cũ facultate de ea liberè disponendi, bona tunc
iudicantur potius tanquam libera quàm tanquam
emphyteutica, & nemo dubitat q; emphyteuta pos
sit consensu Domini accedẽte de eis in quencunq;
disponere. Et ita in omnibus præmissis pro iusta de
fensione dicti pupilli respõdendũ existimo. L. D.
Simon de Pratis iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CVII.

ARGVMENTVM.

Exceptiones in uim declinatoriæ & in
vim peremptoriæ oppositæ, quòd ta-
men primò pronuntientur ad impe-
diendum litis ingressum, & hoc mo-
do pronunciatæ fore procedendum
ad vlteriora non obstantibus exceptis

post litem contestatam in termino probatorio possunt deduci in articulis & probari ad merita Iustitiæ principalis & causæ.

SVMMARIVM.

1 Baldi doctrina in l. nam & postea. in princip. ff. de iureiurand perpenditur & declaratur. & numero decimoquinto.

2 Exceptiones impedientes litis ingressum possunt opponi in vim peremptoriæ ante litem contestatam.

3 Exceptionem obscurè proponens succumbit, & modus excipiendi semper inspici debet, sicut modus & forma agendi.

4 Sapientes electi statuentes quòd iudex possit super aliquo procedere non obstante aliqua præscriptione, censentur statuisse super modo procedendi, & non super iustitia.

5 Pronuntiatio iudicis de procedendo ad vlteriora non obstantibus exceptis, non reiicit exceptiones, nisi oppositas per modum impediendi processum, per modum verò peremptoriarum, & ad iustitiam causæ, remanent sub dispositione iuris, & possunt probari post litem contestatam, & ante litem contestatam earum oppositio habet vim protestationis.

6 Effectus idem est sententiæ & legis.

7 Rescriptum mandans procedi quibuscunque exceptionibus reiectis, intelligitur de dilatoriis.

8 Modo ablato excipiendi ad impediendum processum, non est ademptus modus excipiendi ad effectum perimendi.

9 Pronuntiatio intelligitur facta de petitis.

10 Pronuntiationis verba strictè intelligi debent, & ex eis non potest plus inferri nisi quatenus dicant.

11 Iudicium non debet claudicare.

12 Decisio incidentis vt necessariò sequatur, oportet appareat quòd de eo iudex plenè cognouisset.

13 Cognitio plena fit post litem contestatam, ante dicitur summaria.

14 Cognoscere summariè non solum est in iudice, sed etiam in parte, quæ non curat probationes facere.

16 Doctoris dictum debet intelligi secundum legem quam allegat.

17 Sententia lata super emergenti non præiudicat, quia dirimitur ante litis contestationem, quo tempore principale negocium non potest diffiniri.

18 Probatio plena non potest dici nisi facta seruato ordine, & post litis contestationem.

19 Exceptio rei iudicatæ non obstat quando variatus est modus agendi, & ad diuersum effectum.

20 Testes examinari prohibiti post didicita testificata quo casu recipi possint.

21 Probanda, non per testes, sed per scripturas, semper possunt articulari, deduci & probari, quia in his cessat timor subornationis.

22 Testes licet examinati & publicati fuissent pro reo super exceptionibus oppositis in vim declinatoriæ, & ad impediendum litis ingressum, & contestationem litis, & succubuisset, posset tamen ipse reus post litem contestatam in plenario iudicio ad effectum obtinendi victoriam super principali negotio super eisdem exceptionibus in vim peremptoriæ oppositis, eosdem, vel alios testes examinari facere.

23 Reo & eius probationibus admittendis in dubio fauendum est.

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.



Aloysio vti patre filiorum cessionariorum Floræ matris quorundam pupillorum agente petitione hęreditatis ipsorum pupillorum hæredum Francisci patris vti ab intestato defuncti, & Ioanne reo conuento excipiente de inhabilitate actorum vti forensium probibitorum per statutum acquirere bona stabilia petita in loco, & de inualiditate cessionis iurium vti factæ forensibus contra statutum & per filiamfamil. sine consensu patris, & de exclusione matris cedentis per statutum stante patruo magno pupillorum, & per pupillarem substitutionem contentam in testamento F. patris probato per testes & conualidato sententia & laudo Arbitrorum, & has exceptiones reo non animo litem contestandi opponente in vim peremptoriæ & declinatorię & ad processum impediendum, & super eis pronunciari petente antequam ad vlteriora procedatur ad impediendum litis ingressum, & si opus erit etiam ad merita, &c. nullo dato termino ad probandum, & nullis testibus examinatis, fuit per Iudicem pronunciatum fore & esse in causa procedendum ad vlteriora non obstantibus exceptis &c. Appellatione facta pro reo, & dato termino ad iustificandum & impugnandum, vnico tantum secundum statutum, & pro eo appellante productis articulis quòd actores sunt forenses, sunt banniti, quòd cedens habebat patrem viuum tempore cessionis, & super his examinatis testibus, & pro actoribus appellatis factis articulis quòd sunt incolæ in loco prohibentis forensem acquirere bona stabilia, & super his quibusdam testibus examinatis, fuit demum per Iudicem appellationis simpliciter confirmata prima pronunciatio de procedendo ad vlteriora non obstantibus exceptis &c.

Reo nūc instante procedi ad vlteriora super meritis, datus est terminus ad probandum, in quo termino pro eo sunt producti articuli probatorij suarum exceptionum prædictarum. Pro actore opponitur articulos non admittendos & non probandos obstante re iudicata inducta ex dicta pronunciatione reiiciente dictas exceptiones, super eis sibi persuadente fuisse plenè cognitum, & propter hoc easdem exceptiones non posse repeti & probari. secundum Bald. in l. nam & postea

ea.in princip.ff.de iureiuran.quem ibi Rom. & Ias. sequuntur.

Pro responsione & solutione considerandæ sunt duæ regulę. Vna e prohibitiua cognitionis propter rem iudicatam. Altera est prohibitiua examinis propter dicidita testificata. Neutram autem reo isti obstare demonstratur.

Nam prima in specie nostra non refragatur primo instando super doctri. Bald. in d.l.nam & post-
1 ea, in princip. de cognitione plenè habita † quia loquitur quando tales exceptiones impedientes litis ingressum à principio ante lit.contestat. fuerunt oppositæ solum in vim declinatoriæ, & non simul in vim peremptoriæ, vt demonstrant sua verba ibi. sed quid si opponeret ante litem contestatam & succubuit, an possit eam repetere & iterum opponere post litem contestatam? ergo eam non opposuit ante litem contestatam, quia si opposuisset non fuisset necessarium eam repetere post li-
2 tem contestatam, cum & ante † litem contestam possint opponi in vim peremptoriæ, per text. in capitulo primo. de lit.contestat. in 6. vt simul in casu nostro fuerunt oppositæ ante litem contestatam in vim peremptoriæ & declinatoriæ, prout modus iste vtilior est, quòd simul opponantur ad processum & ad merita causę, quod idem est dicere in vim peremptoriæ, vt expresse tradit Ange. in dicta l.nam & postea. in principio. vtilitas enim apparet, quia exinde reus suam intentionem declarat, quomodo suas opponat exceptiones, & vtile est clarè respondere & excipere. l.de ętate. §.nihil. ff.de interrogat. action. & l.Titiæ textores. in principio. de legat. primò. & ibi Bartol. & Bald. &
3 alij not. quòd proponens † exceptionem obscurè succumbit, & modus excipiendi semper inspici debet, & sic modus & forma agendi, dicit Bal. in dicta l.nam & postea. in princip. columna prima. gloss. in cap. hæc quippe. tertia quæst. 6. Feli. in cap. pastoralis. numero decimotertio. de exceptio. nam hoc modo simul in uim declinatoriæ & in vim peremptoriæ excipiendo si fuerit pronunciatum fore procedendum non obstantibus exceptis, vtique intelligitur reiecta exceptio opposita in uim declinatoriæ & contra processum, remanet tamen modus exceptionis factæ ad merita causæ. hanc intelligentiam probo per ea quæ in simili specie tradit Barto. in consilio centesimo septuagesimosecundo. dubia occurrentia. columna fina-
4 li. versicu. quintum dubium. vbi † sapientes electi statuendo quòd Iudex possit super aliquo procedere non obstante aliqua præscriptione, censentur statuisse super modo procedendi & non super iustitia, ita quòd hoc statutum disponit super modo isto, ne præscriptio opposita ante litem contestatam impediat processum, super alio modo opposita ad iustitiam causæ remanet sub distinctione iuris communis. l.si verò. §.de viro. solut. matrim. vt ibi per eum quem ibi docto. in apostil. allegati sequuntur & valde extollunt, vt Roman. consilio ducentesimo quadragemo octauo. hæc senten-

tia. versicu. secundò quia. & Ias. in l.prima. §.& post operis. columna secunda. de nou.oper.nunciati. Et per hanc Bartoli decisionem videtur soluta ista
5 oppositio, quòd dicta pronunciatio † Iudicis de procedendo ad vlteriora non obstantibus exceptis non reiicit exceptiones nisi oppositas per modum impediendi processum, per modum verò peremptoriarum & ad iustitiam causę remanent sub dispositione iuris, & possunt probari post litem contestatam, & ante litem contestatam, eatum oppositio habet vim protestationis. ita se intelligere. l.exceptionem. C. de probation. & l.si quidem. Cod. de exceptionibus. dicit Socin. in l. secunda. §.sanè. numero tertio. ff. eodem. de exception. licet
6 Bartol. loquatur in statuto, idem dicendum est in Iudicis pronunciatione, quia † idem effectus est sententiæ & legis. text. & gloss. in l.cum quasi. §.hi au-
7 tem. ff.de fideicommiss. libert. sicut etiam rescriptum mandans † procedi quibuscunque exceptionibus reiectis, sub verbo uniuersali, quibuscunque intelligitur de dilatorijs, secundum Bald. in consilio penultimo. in fin. libro quinto. & quia ex mo-
8 do ablato † excipiendi ad impediendum processum non est ademptus modus excipiendi ad effectum perimendi, tenet idem Bald. in capi. peremptorias. columna penultima. versicu. dubitatur. numero quadragesimoquarto. Cod. sentent. rescind. non possess. Clara enim videntur verba dictæ pronunciationis mandantis ad vlteriora procedi non obstantibus exceptis, non excludere nisi exceptio-
9 nes oppositas contra processum, quia super his petebatur pronunciari, ergo † de his intelligitur pronunciatio facta. argumen. §.pręterea. institu. de inuti.stipulat. & l.si defensor. §.primo. de interro.act. non autem de respicientibus merita causæ, cum
10 verba eiusdem pronunciationis strictè intelligi debeant, † & ex eis plus non potest inferri nisi quatenus dicant. l.prima. & ibi Paul. de Castr. not. C.si plu.una senten. & Cuma. consilio nonagesimonono. columna prima. & Dec. in consilio trigentesimo quadragesimooctauo. columna fina. ita modo reus non quęrit opponere suas exceptiones peremptorias, sed oppositas probare in termino dato ad probandum incumbentia, quod facere eum non impedit dicta pronuntiatio, ergo sumus in permissis. l.nec non. §.primo. ff.ex qui.cau.maior. & capit. primo. de procura. in 6. cum simil. si ita in vim peremptoriè admittitur ad excipiendum, Angel. in dicta l.nam & postea. per consequens admitti debet ad probandum, aliàs frustra excepisset, firmat Bald. in dicta l. peremptorias. columna penultima. numero trigesimonono. & in l. excusare. ff. de excusation. tutor. & l.exceptionem. C.de probatio.

Secundò, Bald. in dicta l.nam & postea. dicit, si sit plenè cognitum non potest vlterius exceptio repeti, secus si semiplenè vel nullo modo, quia sententia lata ex pręsumptionibus non debet haberi pro diffinitiua, quasi Bal. sentit q plena probatio & cognitio ac sñia p Iudicē sit facta super d.exce-

ptione pœnitus determinata & diffinita contra ex-
cipientem, qui ideo vlterius eam non poteſt repe-
tere, idem Bal. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. colum-
na prima. ff. de cond. indeb. ſed hic iſta plena pro-
batio & cognitio & ſententia per iudicem nul-
lo modo apparet facta ſuper dictis exceptioni-
bus, quin habeant prodeſſe excipienti ſuper me-
ritis cauſæ, coram autem primo iudice non fue-
runt pro aliqua parte examinati aliqui teſtes, neq;
factæ probationes aliquæ, coram iudice appella-
tionis teſtes qui fuerunt pro actore examinati nul-
lo modo plenè probãt cõtra dictas exceptiones, &
minus cõtra eas fuit p iudicẽ facta particularis co-
gnitio & reiectio, niſi ſimpliciter cõfirmando pri-
mã pronũciationẽ de procedẽdo ad vlteriora, in-
telligitur quidem ſuper meritis iuſtitiæ tam pro
11 actore quàm pro reo, † ne dicatur claudicare. per l.
non debet actori. de reg. iu. & ibi glo. & doct. & in
l. pe. C. de temp. in integ. reſti. hoc eſt quod Alber.
de Roſ. in l. pen. col. j. ad fin. ff. de his qui ſunt ſu. vel
12 ali. iu. dicit, ꝗ ad hoc vt neceſſariò ſequatur † deci-
ſio incidẽtis oportet ꝗ appareat, ꝗ iudex de eo ple
nè cognouiſſet. ar. l. pro hærede. §. Papia. ff. de acq.
hæredi. & l. quod in diem. §. j. ff. de compen. vbi eſt
tex. not. ꝗ iudex vt dicatur cognouiſſe de incidenti
& de eo iterum experienti vt obſtet exceptio rei iu
dicatæ, neceſſe eſt conſtare iudicem de eo ſpeciali-
ter & nominatim cognouiſſe & reieciſſe, vt ibi in
tex. ſi reprobauerit compenſationẽ quaſi non exi-
ſtẽte debito &c. exinde Bar. in d. l. pe. dicit, ſi de in-
cidenti eſt cognitum, & fuerit per iudicẽ facta men
tio ſuper reprobatione incidentis, tunc præiudicat
incidenti, & ſi tacitè fuit reiectum, tunc non præiu
dicat, & ibi Alber. in col. j. ad fin. dicit, niſi ex ſerie
ſententiæ appareat ꝗ iudex motus fuerit ad deci-
ſionem incidentis, pronunciando ſuper principali,
& ibi Bald. in prima lect. ſub nu. 2. dicit, quòd ſen-
tentia ſummitur ex mente actorum & ex ſui ſerie,
& ibi Angel. poſt princip. dicit quòd ſententia non
ꝓbat niſi quatenus ex ea inferatur neceſſariò. Pon-
dera aliud quod ibidem Alber. dicit, ꝗ ſi fuerit ple
13 nè cognitum, & plenè cognoſci debuit. Vnde † ple-
nè cognoſci debet poſt litem conteſtatam, prius au
tem cognoſci dicitur ſummarie, vt declarat Barto.
in l. pręſcriptione. ad num. 8. C. ſi contra ius vel vti.
publ. maximè quando oppoſitum per modum de-
clinatoriæ tangit negotiũ principale, ab opponen
te debet probari tam antè quàm poſt litem conte-
ſtatam, vt ibi per eum, & per Felin. in c. cauſam quæ
col. j. in fi. & col. ſeq. ſub nume. 6. de teſti. & Soci. in
conſi. 255. col. fina. verſi. tertiò principaliter. lib. 2.
dicit, vt ſententia pręiudicet ſuper meritis non ſuf-
ficit eſſe cognitum & diſcuſſum ſuper meritis niſi
ſolenniter, vbi & in verſi. ſeq. loquitur ad propoſi-
tum, ꝗ exceptio rei iudicatę nõ obſtat niſi & reſpe-
ctu partis fuerit plenè cognitum, quod non curat
facere in iudicio ſummario, ſicut in ordinario. qua
re non debet obſtare res iudicata prolata in ſum-
mario iudicio proſequenti agere vel excipere in or
dinario vt infra dicetur. & Bar. in extrau. ad repri-
mendum. in gloſſ. in verſicu. ſummariè. ante fin. di
14 cit † ꝗ cognoſcere ſummariè non ſolum eſt in iu-
dice, ſed etiam in parte, quæ non curat probatio-
nes facere, ex quibus habetur intellectus ad doctri.
Bald. & ſequacium in d. l. nam & poſtea. & in dict.
§. ſi quis poſt. quòd ea intelligitur quando fuerit
plenè cognitum poſt litem coteſtatam quoad iu-
dicem & quoad partes, & in iudice cognoſcente
15 † nominatim & diffiniente exceptiones oppoſitas
non obſtare actori etiam ſuper meritis, vt videre
eſt ex. dict. l. quod in diem. §. 1. de compeſ. quam
Bald. allegat in argumen. in dict. §. ſi quis poſt. in
colum. 1. quæ loquitur vt ſupra recenſui, & dictum
16 doctoris debet † intelligi ſecundum legem quam
allegat. vt per Barto. in vulga. l. non ſolum. §. libe-
rationis verba. de liber. leg. & videre eſt ex poſitio-
ne caſus in clemen. fina. de appella. & ita exceptio-
nem expreſsè reprobari requiritur. Boer. in quæſt.
43. nume. 2. ſentit Roma. in dict. l. nam & poſtea.
quam legit ſub. l. ait prætor. in colum. 2. nume. 10.
dum ait ſi iudex non plenè cognouerit, ſed ſum-
mariè, tunc exceptio ſic cognita poteſt etiam oppo
ni, & Alexand. in d. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ad fi.
ff. de condit. indeb. dicit Baldum ſuam diſtinctio-
nem non probare, credo quòd in hoc non probat,
quòd ante litem conteſtatam poſſit fieri plena co-
gnitio & deciſio ſuper meritis iuſtitiæ exceptio-
num, ſentit expreſsè idem Bald. in dict. l. penulti. in
2. lect. de his qui ſunt ſui vel. ali. iu. dum tenet ſen-
tentiam latam ſuper emergenti non præiudicare,
17 † quia dirimitur ante litis conteſtationem, quo
tempore principale negocium non poteſt diffini-
ri, per cap. veniens. el 2. de teſti. & clarè per Felin. in
d. cap. cauſam quæ. ſub nume. 6. eodem. quòd ple-
18 na † probatio non poteſt dici niſi facta ſeruato or-
dine & poſt litis conteſtationem, vt etiam in ſpecie
declarat Alex. ĩ l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. col. 3.
ſub nume. 7. de re iud.

Nunc ergo ſuper negocio principali & meritis cauſæ poſt litem conteſtatam vanum eſt dicere dictam pronuntiationem ſimpliciter latam de procedendo ad vlteriora poſſe reiicere, quin cognoſcantur & diffiniantur exceptiones dicti rei oppoſitæ in vim peremptoriarum, quæ adhuc tempore congruo poſt litis conteſtationem & nominatim per Iudicem non apparent ſublatæ & diffinitæ, & per allega. ſupra in præcedenti fundamento & in ſequen.

Tertiò, & ſi factæ eſſent plenæ probationes in
iudicio ſummario ſuper exceptionibus oppoſi-
tis ad effectum impediendi proceſſum, & reus ſuc-
cubuerit, quia proceſſus non eſt impeditus ſed de-
bet perfici & procedi ad vlteriora, tamen in pro-
ceſſu ordinario & plenario ipſe reus poteſt deduce
re & probare eaſdem exceptiones ad alium effectũ
ſcilicet obtinendi abſolutionẽ à petitis, & ſibi non
19 obſtat exceptio rei iudicatæ, quia variatus eſt mo-
dus agendi, & ad diuerſum effectum, per com. doc.
Inno. in c. ſuper literis. col. pe. ſub ver. & idem poſ-
ſet dici. nu. 11. de reſcript. & Archi. in ca. 1. col. pen.
ver.

ver.item esto ꝙ proponatur.de lit.contes.in 6.glo.
Abb.nu.26.& alij in ca.2.de ordi.cogni. & Feder.
de Sen.in consi.223.D.Conra.& glo.fi.in fi.in cle.
fin.de appella.Fulg.in d.l.pen.de his qui sunt sui,&
Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 5. oppo. nu.7.
de verb.obli.& ibi Crot.col.16.nu.26.dicit ita esse
* com.opin.& ibi Ripa.nu.19.Aymo consi.202.col.
pen.ver.tertius casus.Aret.in terminis in consi.98.
& clarius in indiuiduo Petr.de Anch.in consi.372.
pro declaratione.col.2.ver.item aduertendum est.
& Paris.consi.87.col.pe.nu.52.lib.3. & Boer. in d.
decis.43. nume.4. ita in his locis doct.firmant esse
cō.opi. & talem esse constar, per tot celebres doct.
approbatam à qua ideò in iudicando non est rece-
dendum,per vulg.

Item alreram pręmissam regulam prohibitiuam
20 examinis testium ob didicita testificata, †vt auc.at
qui semel.C.de prob.& ca.fraternitatis. de testi. &
cle.si.eo.non habere locū in proposita specie,osten
ditur ex duobus, quorum alterum sufficeret isti reo
probare volenti. Primò,quia verum est in facto at-
tinentiam & consanguiniratem D.Io.Baptistæ au-
ctoris rei cum pupillis defunctis, & inimicitiā do.
Floræ cum Francisco mariro testatore,& compræ-
hensionem pupillaris substitutionis pro d.dom.Io.
Bap. contentus in articulis rei nunquàm fuisse pro
neque contra deductas in alijs articulis ipsius rei
21 nec actoris. Alia verò † nō ꝑ testes,sed per scriptu-
ras probanda,semper possunt articulari, deduci &
probari,quia in his cessat timor subornationis. vt
per doct.in d.locis.& per rex.in c.cum dilectus. de
fide instru. Secundo & altero vero in iure, ꝙ licet
examinati & publicati fuissent restes pro reo super
exceptionibus oppositis in vim declinatoriæ,& ad
impediendum litis ingressum & contestationem
22 litis, & succubuisset. † Posset tamen ipse reus post
litem contestatam in plenario iudicio ad effectum
obtinendi victoriam super principali negocio su-
per eisdem exceptionibus in vim peremptoriæ op-
positis eosdem vel alios testes examinari facere,
per text.in d.ca.veniens.il 2.de testi. firmant Ang.
Fulg.& Alexand.in d.l.eleganter.§. si quis post. ad
fi.de condi.indeb.& ibi Soci.ad fi. dicit cum Bart.
* Modern. communiter transire, & quod ibi Barto.
indecisum dimittit constanter firmat & probar in
dict.glo.summariè.in penul.colum.versi. quædam
sunt emergentes quæ habent se econtra. in extr. ad
reprimendum.& Petr.de Anchar. in d. consi. 372.
pro declaratione.col.2.ver.item aduertendum est.
& larè examinar,& sic firmat Socin.in capi.1.in 7.
arti.princip.in 7.q.col.20.num.51.de lir.contest.&
in d.cap.fraternitatis.in 10.artic.in 4. membro, &
Feli.in cap.exceptionem.col.12.sub num.44.versi.
de prædictis exceptionibus. de excepti. & Pau. de
Cast.in consi.3.in causa quæ quæritur.colum.pen.
num.3.lib.2.

Hæc quidem de prædictis regulis dicta vera ve-
ra exiltimo, & neutram earum obstare dicto reo,
quin possit admitti ad probandum omnia deducta
23 in suis articulis, & in casu † dubitationis alicuius
ita etiam pro eo vt minus præiudiciale partibus, & fauorabile pro reo,& pro probationibus admitten dis pronunciandum esset. l. 1. ibi. neutri litigatorum. & ibi Pau.de Cast. & Ias.not. ff. si quis cauti. Deci.consi.500.num.13.Aymo consi.254.in fi. & consi.278.col.5.& l.fauorabiliores.de reg.iur.cum simil. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CVIII.

ARGVMENTVM.

Substitutio pluribus facta & vulgaris excluditur per ius accrescendi vno instituto adeunte hæreditatem, & emphyteusis deficientibus masculis danda vni ex fœminis, competit seniori, & non tollitur per testamentum emphyteutæ habentis facultatem nominandi vnum in testamento instituendo plures fœminas hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Substituta viuente matre excluditur.*

2 *Substitutio vulgaris pluribus facta non facit cessare ius accrescendi per testatorem reseruatum inter plures coniunctos,si in personis omnium non vacabit hæreditas. ex communi.*

3 *Dictio similiter, designat æqualitatem & similitudinem cum præcedenti.*

4 *Substitutio compendiosa & fideicommissaria continet vulgarem.*

5 *Emphyteusis danda est seniori,vt citius finiatur.*

6 *Inuestitura alijs facta non potest præiudicare iuribus alterius.*

7 *Ablatiua,non extantibus masculis & fœminis, important conditionem negatiuam.*

8 *Actum extra fines mandati nullius est momenti,& nullum impedimentum præstat.*

9 *Dandum vni in numero singulari, pluribus dari non potest.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.

Retroactis diebus respondi in emphyteusi stipulata & recepta deficienribus masculis pro vna ex fęminis quæ stet in patrimonio & domum conseruet, domi-

nam Antoniam vti maiorem natu & primogenitã
Petrifrancisci vlrimi emphyteutę masculi deficien
tis esse præferendam dominæ Marię iuniori & vl-
timogenitæ. Modo contra meũ responsum nil au-
dio reñicari in dubium , nisi ꝙ ipsa domina Maria
sit hæres instituta & substituta ex testamento dicti
Petrifrancisci patris cõtinente omnium bonorum
propriorum & emphyteuticorum vniuersalium hę
redum institutionem factã de filijs masculis post-
humis & domina Catherina vxore in vita tantum;
& si posthumos non haberet,& similiter post mor-
tem d. Catherinę institutionem seu respectiuè sub-
stitutionem esse factam de ipsa domina Maria &
alijs filiabus posthumis , & cueniente casu ꝙ nulli
nati sunt posthumi, d. Maria sit hæres pro dimidia
sui patris cum d.Catherina ex vulgari substitutio-
ne vocata, per tex.in l.fi.C.de institu.& substitu.&
qnòd substituta etiam dicatur hęres.l.filiusfami.ff.
quod cum eo .ita per patrem vocata in testamen-
to debeat præferri d. Antoniæ vigore clausulæ in-
uestituræ dantis dicto Petrofrancisco deficienti-
bus masculis & fœminis facultatem nominandi
vnum in testamento qui succedat in dictis bonis.

Verum pro responsione dicẽdum est,quòd licet
defendi posset d. Catherinam interim solam dici
hæredem Petrifrancisci sui mariti, quia verbis sal-
tem coniuncta est cum posthumis in hęredum insti
tutione , & posthumis non natis & ei post mortem
simul & copulatiuè facta est substitutio pro d. Ma-
ria,& intelligitur vulgaris vti conueniens vtrisque,
& posthumis,& d. Catherinæ hæredibus simul in-
stitutis, adeo ꝙ non sufficit verificari in vno casu,ꝙ
posthumi non sint nati , cum vxor isto casu per ius
accrescendi præferatur substituto , & sic d. Mariæ,
1 quæ ideo matre uiuente non admittitur † per text.
in l.quamuis.C.de impub.& ali. substi.& ibi Bart.
clarè no.& alij sequuntur, & in l.quidam testamen
to.de vulg.& pupil.& ibi Paul. de Cast. vltra med.
ver.sed op.substitutio,maximè dicit secundũ com.
2 intellectum † substitutionem vulgarem pluribus fa
ctam non facere cessare ius accrescendi per testato
rem reseruatum inter plures coniunctos, si in perso
* nis omnium non vacabit hęreditas, & ita esse com.
opin.firmat Corn.in consil.298.col.pen.ver.quan
do enim substitutio.libr.4.& Crot.nume.49.50.&
Ripa nu.128.129.in l.re coniuncti.de legat.3.nam
eadem vulgaris substitutio quæ fuit facta posthu-
mis non natis censetur facta d.Catherinæ cohære-
di verbis coniunctę & per copulã,&, & per dictio-
3 nem,similiter,†quę designat ęqualitatem & simili
tudinem cum præcedenti.l.non omnes.in princ.&
ibi gl.ff.de re mil.& §.venient. in Auth.de nupt.&
l.Clemens.in prin.ff.de hęred.inst.& habetur in di
cti. Alber.in litera S. & etiam facta post mortem d.
Catherinę vti compendiosa & fideicõmissaria cõ-
4 tinet vulgarem † per not.in l.centurio. de vulga. &
pupil. & in l.pręcibus.C.de impub.ita ꝙ per vnum
de coniunctis in vulgari. s.per d. Catherinã sufficit
aditam esse hæreditatem ad excludendum substitu
tum.s.d.Mariam.Bar.& alij.in d.l.quamuis.& in l.
hæredes mei.§. cum ita.ad Trebel. & in l.si hæredi
plures.de cond.insti. Nihilominus quandoqui-
dẽ d.Maria esset hæres à suo patre instituta pro di-
midia,interim d.Catherina matre viuẽte , nil p̃iu-
dicij afferi iuribus d. Antoniæ , quin ea vti primo-
genita & senior sit compræhensa in dicta inuestitu
ra emphyteusis receptæ deficientibus masculis pro
vna ex fęminis.per decis.alleg.in alio meo cõsilio,
5 vt quid magis vtile ecclesiæ,ꝙ emphyteusis † dan-
da sit seniori vt citius finiatur, sigillatim probant
Soc.in l.cum vir.col.fi.ver.item quia verba.de con
dit.& demon.& Dec.in c.per tuas. col.3.sub.nu.6.
ver.& ex prædictis.de probat.idem in l.si auiæ.sub
nu.13.C.de succes.edict. & Dominus cõcedẽdo li
centiã dicto Petrofrancisco testandi de bonis em-
phyteuticis non potuit præiudicare iuribus acquisi
tis iam ex dicta inuestitura d. Antonię sic in ea cõ-
6 præhensæ , vt non pręiudicaret † etiam inuestitura
alijs facta per plures decisio.alleg. à Goz.consi.20.
col.pe.n.10.& per Corn. consi.74.col.2.ver.his ta
men lib.j.& Dec.consi. 516.sub nu. 22.& in specie
per Alex.consi.106.nu.3.lib. 4.

Item nihil potest operari testamentum dicti Pe-
trifrancisci in hoc casu pręsentis emphyteusis deuo
lutæ dictæ Antoniæ sub clausula pro vna ex fęmi-
nis,quia licentia nominandi vnum alium in testa-
mento qui succedat in dictis bonis data est in inue
stitura sub conditione , non extantibus masculis &
7 fęminis,quę ablatiua † important conditionem ne
gatiuam.l.à testatore.& ibi not.Bar.& alij de cõdi.
& demonst.si non extant masculi & fœmina,extat
enim fęmina ipsa D.Antonia ergo &c. & sic valet
argumentum etiam in contractibus à cõtrario sen
su.l.inter socerum. §.cum inter.de pact.dot.cũ con
cord.alleg.per Deci. in l.j.nu.48. de off.eius.

Alia quoq; euidenti & verissima ratione cõstat
de testamento dicti Petrifrancisci parui ac nihil fa-
ciendum esse,quoniam licentia in inuestitura con-
cessa non extantibus masculis & fęminis nominan
di vnum alium qui succedat in dictis bonis, conti-
net vnum nominandum in numero singulari & in
genere masculino,& dictus Petrusfranciscus nomi
nauit plures hæredes,& in genere fęminino , quod
impertinẽter & extra fines mandati actum nullius
8 est momenti † & nullum impedimentum præstat.
per not.in l.diligenter.in prin.ff.mand.in c.cum di
lecta.de rescrip.Ias.in consi.200.in prin. lib.2.& c.
non præstat.de regu.iur.in 6.cum vulga.nam quod
9 vni † dandum est in numero singulari pluribus da
ri nõ potest,per ea quæ tradit Gui. Pa.in decis.iam
alleg.467.incip.testator.sequitur Tiraquel. in l.bo
ues.§.hoc sermone.in reg.num.124.& per c.is cui.
de pręben.in 6.& gl.in l.j.de opti. leg.& prolatum
10 nomen † in genere masculino & in numero singu-
lari non cõplectitur fęmininum.leg. Herennius.de
verborum significatione, & fortius in cõtractibus,
in specie in emphyteusi, masculinum non concipit
fœmininum . Alexander consilio sexagesimopri-
* mo. sub numero 3. libro 1. vt est commu.opin.at-
testata per Ias.in l.si quis id quod.columna quinta.
in

in 13.& vlt.limit. de iurisd.om. iud. & per Clar.in suo.§.emphyteusis.in q.32. Itaq; absq; scrupulo aliquo militant fundamenta & iura pro d. Antonia adducta in cõsilijs pro ea habitis, quæ vt compræhensa & sic declaranda in emphyteusi, conseruari etiam debet in possessione bonorum ammota d. Maria & alio quocunque occupatore, ne eam molestet habẽtem titulum in eis concessionis emphyteuticæ ad not.in capit.licet causam.de proba.cum simil. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CIX.

ARGVMENTVM.

Locatio perpetua qurundam domorum ecclesię valet facta ex pronunciatione Commissariorum Apostolicorum, sic à diuersis obiectionibus defenditur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum ecclesiasticorum vt valida vel inualida sit, quæ requirantur.*

2 *Rescriptum superioris id tantũ & idem operatur quantum decretum inferioris solenniter emanatum.*

3 *Commissarij, quorum conscientiæ negotium remissum est, non vti testes adhibiti, sed vti arbitratores absque eorum iuramento possunt validè pronuntiare quod eis visum est.*

4 *Commissio vbi est conscientialis, Delegatus absq; alia probatione põt negotium expedire prout sua conscientia dictat, & de eo quod declarauerit nullus potest reclamare, quia solus Deus est iudex.*

5 *Prælatus potest alienare rem ecclesiæ consanguineo, cui debet prius subuenire, quàm extraneo.*

6 *Iudicis decretum vbi interuenit, fraudis suspicio omnis cessat.*

7 *Hæreditario iure dicitur dari quod in perpetuum dandum est.*

8 *Excipienti incumbit onus probandi.*

9 *Testes possunt iterum examinari quando attestationes non reperiuntur.*

10 *Instrumentum emphyteuticum quando esset deperditum, eius renouatio à domino peti potest.*

11 *Pactum, quòd conductor non expellatur à re conducta nisi prius ei reficiantur melioramenta facta, non est extra naturam perpetuæ locationis, imò est iuri conforme.*

12 *Emphyteusi pro constituenda non est necessarium dari aliquid.*

13 *Ritè, importat solennitatem, Rectè iustitiam.*

14 *Verba (præmissa sic vt præmittitur) referunt omnia expressa in superiori casu, vt locum habeant in casu vbi ponuntur dicta verba & dictiones, & includant qualitates actuum præcedentium repetitas.*

15 *Clausula accessoriè in fine apposita concepta per verba magis generalia, & latius loquens quàm præcedens dispositio, non comprahẽdit nisi tantum præcedentia, & non alterat vim primariæ dispositionis, sed eam confirmat in suo intellectu, nihil addendo.*

16 *Locatio perpetua rei ecclesiasticæ formiter & solenniter facta tenet.*

17 *Locatio rei ecclesiasticæ facta cũ decreto, præsumitur semper facta pro vtilitate ecclesiæ.*

18 *Domus ecclesiarum facilius & magis alienantur, in quo plura dicuntur.*

19 *Domus ruinosa ecclesiæ quando reducta est ad bonum statum per alium, patiente Rectore, purgatur defectus solennitatis omissæ.*

20 *Ecclesia remanet sub censura ordinarij.*

21 *Testibus potius iudicantibus quàm attestantibus credi non debet.*

22 *Testi soli non debet credi.*

23 *Legitimatus iura filij legitimi & naturalis habet.*

24 *Melioramenta facta in rebus emphyteuticis pertinent ad hæredes facientis ea.*

25 *Ecclesiæ datur restitutio in integrum ad bona sua alienata.*

26 *Restitutio in integrum expressè peti debet vt concedi possit.*

27 *Ecclesiæ non datur restitutio in integrum vltra quadriennium à die prætensæ læsionis.*

28 *Restitutio in integrum est remedium rescissorium & recuperatiuum datorum.*

29 *Remedium rescisorium intentans non auditur, & repellitur, nisi offerat melioramenta facta.*

30 *Ecclesia cultrix iustitiæ & autrix non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se vel in alterum.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.



Emper, cum quęrimus de validitate vel inualiditate alienationis bonorum ecclesiasticorum †ad hæc duo perspicienda recurrimus, scilicet ad formã & causam alienationis. Forma est solennitas personarum conuenientium, tractantium, alienantium & auctorantium. Causa est ipsa euidens vtilitas ecclesiæ, de quibus in c.fine exceptione. 12.q.2.& in capi.1.de reb.eccle.non ali. in 6. & cle. 1. eo. & per Barb. in consi.14.colum.1.lib.2.& Gemi.consi.48.& Soci. consi.29.col.2.lib.1.& consi.52.num.10.lib.4.vbi copulatiuè hæc duo debere interuenire ex com. opin.comprobat, & Deci.consi.142.col.2. num.4. & consi.282.col.pen.

Hæc autem duo demonstrari possunt interuenisse pro defensione locationis perpetuæ quarundam domorũ ecclesiæ S.Nicolai factæ à pręcedẽte eius Rectore. Qui ẽt erat verus & legitimus Rector dictæ ecclesiæ, & canonicè per ordinariũ positus in

 eius

eius possessione,vt constat publico instrumento cõ
fecto de anno 1546.die 22.Nouemb.

Primùm.n. pro forma & solennitate omniũ re-
quisitorum à iure, de quibus habetur in locis supra
alleg.sufficit rescriptum Apostolicum & conmissio
facta reuerendis Pręposito & Archidiacono de ap
probanda & confirmanda dictarum domorum cõ
cessione in emphyteusim perpetuam, vel ad lõgum
tempus,seu alienationem & venditionem, tã facta
quàm fienda, si inuenerint hæc cedere in euidenté
vtilitatem dictæ ecclesiæ, de quo oneratur cõscien
tia eorũ, & de approbandis pactis & cõuentionib.
superinde tam factis q̃ fiẽdis quibuscũq; secutis &
sequẽdis,& maximè secuta declaratione & snĩa do
minorum Cõmissariorum de locatione perpetua
dictarum domorum cedente in euidentem vtilita-
tem d.ecclesiæ,& de licentia concessa d.Rectori di
ctas domos sub locatione perpetua locãdi D.Iulio
cum pactis vtilibus,& pręcedẽte plena informatio
ne per depositiones trium testium examinatorũ,&
per inspectioné loci pluries visi & cõsiderati habi-
ta per ipsos D.Commissarios de qualitate, cõditio
ne & statu in quo reperiebantur dictæ domus ante
constructiones & restaurationes earum, & de obla
tione pluris pensionis facta per D.Iuli.vt in eorum
2 snĩa legitur. Vbi aũt est † rescriprũ superioris,id tan
tum & idem operatur quãtum decretum inferioris
solenniter emanatum, vt l.2. C.qñ decr.opus non
est,& ibi Bal.in specie no.9 illa lex quotidie practi
catur in ecclesiis & hospitalibus imperrãtibus à Pa
pa alienationes quarũdam rerum, & alia solẽnitas
non requirebatur nisi licẽtia data per dictos D.Cõ
missarios dict.Rectori locãdi sub locatione perpe-
tua D.Iulio dictas domos prout fecit,in terminis si
milibus ita firmat Abb.in consi.41. videndum est.
col.pen.ver.item oĩs solennitas. nu.3.li.1.sequitur
referendo & comprobat Ruin.consil.161.col.7.in
pri.nu.26.li.1.& facit tex.in l.1.§.omnia.n.nostra.
C.de vet.iu.enucle.

Variæ sunt & de facili tollũtur obiectiones quæ
fiunt contra dictam cõcessionem & locationé per-
petuam.Qm̃ dicti D.Commissarij quorũ conscien
3 tię tale negociũ erat remissum, †non vti testes adhi
biti,sed vti arbitratores absque eorum iurõ. validè
potuerunt pronunciare qđ eis visum fuit, p ea q̃ fir
mat Alex.consi.54.nu.3.li.2.Affl.in decis.371.nu.
6.& seq.& Rom.consi.20.ver.secundò quia.& ver.
4 seq.quinimò vbi † omissio est conscientialis, absq;
alia probatione potest delegatus negocium expedi
re prout sua conscientia dictat, & de eo qđ declara
uerit nullus potest reclamare,quia solus Deus est iu
dex,probat Franc. in capi. statutum. §. assessorem.
colum.2.de rescrip.in 6.& Præpos.Medio.in rubri.
col.14.de appell,

Eo magis dicta concessio procedens ex consciẽ
tia D.Commissariorũ facta d.Iul.et consanguineo
dicti Rectoris suspicione fraudis carere debet,quia
5 & aliàs põt pręlatus † alienare rem ecclesiæ consan
guineo, cui debet prius subueniri quàm extraneo,
vt tenet(respõdens simili obiectioni)Abb.in dicto
consil.41.nume.3.& in cap.vt super.col.penult. nu
me.18.de rebus eccles.non alie.ita esse magis com
* munem opinionem dicit Ias.in c.1.col.7. qui feud.
da.pos.qui licet se reducat in re solita dari in em-
phyteusim, tamen cum res ecclesiæ iam reducta
est ex potestate Apostolica in tractatu alienandi,&
effecta est alienabilis, & nullus alius repertus fue-
rit,qui voluerit construere & restaurare,& constru-
xerit dictas domos (prout magna impẽsa constru-
xit)pater dicti domini Iulij,qui ideo de dicta eccle
sia est benemeritus,& clericus,& auctoritate Apo-
stolica legitimatus, & honorabilis effectus, & offe
rens maiorem pensionem pro dictis domibus, iu-
stè admissus est ad dictam locationem perpetuam
potius quàm alius extraneus non talia faciens, ita
cessat omnis suspicio fraudis pręsumpta, per auctẽ.
quibuscunque.& ibi not.per Bar.& alios.C.de sac.
sanc.eccle.vt in specie latè tradit Sign.de Homod.
in consili.210.quæstio præsupponitur, & per Bero.
consi.168.col.2.& sequẽ.lib.2. accedente maximè
sententia & decreto dominorum Commissariorũ
habentium tale negocium expedire ad vtilitatem
ecclesię sub onere conscientiæ eorum, & conceden
tium licentiam alienãdi dicto domino Iulio.& vbi
6 † Iudicis decretum interuenit fraudis suspicio om-
nis cessat,Ias.in d.c.1.col.3.versi. confirmo etiam.
qui seu.da.poss.& Imo.in l.si stipulatus. §.si lãcem.
in fi.ff.de soluti.notat,quãdo quis facit aliquid au-
ctoritate magistratus,omnis suspicio doli vel culpę
cessare videtur,cum simil.alleg.per Deci.in consil.
341.col.6.nu.12.

Cum etiam D.Commissarij concesserint dicto
Rectori licentiam dictas domus locandi d. domi-
no Iulio sub perpetua locatione, potuit idẽ Rector
locare perpetuò eidem domino Iulio pro se & hę-
7 redibus, quia † hæreditario iure dicitur dari quod
imperpetuum dandum est,probat text. iuncta glo.
1.in cap.ad aures.de reb.eccles.non ali. & vbi pen-
sio commẽsurata est fructibus (vt in casu isto etiam
aucta fuit)dicitur locatio & nõ emphyteusis, & po
test fieri etiam pro extraneis hæredibus, quod pu-
tat verissimum, & de hoc nõ inuenisse aliquem te-
nentem contrarium,dicit Ruin.d.consil.161.num.
23.& 26.lib.1.comprobat Ceph.consil.9.numero
duodecimo.& Roland.à Val. consil.96. nume. 24.
& seq.lib.1.

Non potest irritari dicta concessio licentię per-
petuò locandi pronũciata per dictos dominos Cõ
missarios ex eo quòd dicatur per eos aliàs conces-
sa, & sic functi fuerint officio eorum, per l. iudex
de re iudi. quia respondetur primò non constare
per eos fuisse aliàs pronunciatum in tali negocio,
8 & excipienti † incumbit onus probandi. l.ei qui.ff.
de probatio.cum vulga. deinde si constaret, cum
tale negocium extraiudicialiter & non contentio-
sè cum parte aduersa aliqua fuerit expediendum,
vt expresè tenet Abb.in dicto consilio quadragesi
mo primo.col.2.ver.ex quibus verbis.li.1.si prima
vice expeditum non teneret,posset de nouo expedi
ri p eos quoad attingat finẽ intentatum.per c.signi
ficasti.

ficafti.& not.per Inno.in c.in literis.de offic.deleg. in fimili tradit Oldr.in confi.295.orta materia.col. 1.vltra med.cum plur.concord.alleg. per Tiraq. in l.boues.§.hoc fermone.in 1.limit.nu.47.48.& ibidem nu.51. vbi actus primus effet nullus nõ feruata forma.de verb.fignifi.idem eft fi dicatur non reperiri & non apparere de negocio tali aliàs expedito,& non tenere & non effe. l.quoties. & ibi Iaf. & Soci.ff.qui fatifd.cog.& l.in lege. de contr.emp.
9 ficut † teftes poffunt iterum examinari quando atteftationes non reperiuntur, fub eodem argu. paria effe quid non effe vel non reperiri, firmat Socin. in ca. fraternitatis. in fallen.nume.67.de tefti.& aliàs
10 quando inftrumentum † emphyteuticum effet deperditum poteft peti à domino vt inftrumenrum renouetur. Iaf.in l.fin.col.9.ver.prima quando inftrumentum.C.de iu.emph.

Extra naruram perpetuæ locationis non eft,imò
11 conforme pactum iuri eft, q conductor † non expellatur à re conducta nifi prius ei reficiantur melioramenta in dictis domibus facta,vt facit expofitum pactum,vt l.dominus horreorum.§.1. & l. colonus.in princi.ff.loc.tradit Iaf.in l.2. col.7. verfic. quid autem fir. C.de iu.emph.vbi ex d.Pau. de Ca. indè not. infert in conductore ad longum tempus, qui ideo repetit melioraměta ob magnam per eum folutam penfionem fructibus conuenientem, quam non foluit emphyteuta,fed paruam,ita tenetur meliorare.fecundum Pau.de Caft.in d. l. colonus.in prin.ad fi.& doct.in c.potuit.loc.

Nec aliquid requirebatur à principio dari ec-
12 clefiæ per dictum conductorem,vt etiam pro †emphyteufi conftituenda non eft neceffarium dari ali-
* quid.Alex.confi.117.col.fi.nu.13. lib.4. ita eft cõ. opin.Clar.in fuo.§.emphyteufis.in q.3.

Nec claufula in fine d.commiffionis Apoftolicę inferta,ibi. Decernen. præmiffa fic, vt præmittitur ritè & rectè &c.tunc facta vel fienda &c. habet alterare principalem cõmiffionem factam do. Commiffarijs per eos informandi de fupplicata alienatione bonorum, & per eos inuenta q cedat in euidentem vtilitatem ecclefiæ fecundum eorum confcientiam,q approbent &c.non habet(inquam)alterare ex eo q † ritè, importat folemnitatem,& rectè,iuftitiam,vt per Bar.& alios in l.iuftè.ff.de acq. poff. q alia folennitas iuris vel forma fuerit feruanda, quia aliam folennitatem & formam non defignat, nifi q refert præmiffa informanda per ipfos Commiffarios circa vtilitatem ecclefiæ remiffam eorum confcientię,& facta vel fienda q decernuntur rata & firma, & talem folennitatem formam & iuftitiam repetunt d.dictiones ritè & rectè, per ver-
14 ba illa &c. (præmiffa fic, vt p̃mittitur) q̃ † referunt omnia expreffa in fuperiori cafu vt locum habeant in cafu vbi ponũtur dicta verba & dictiones, & includant qualitates actuum præcedentium repetitas.vt in fpecie tradit Gem.in c.cupientes. §. infuper.col.2.& §.ad hæc.nume.6. de elect. in 6. refert Cur.Sen.confi.52.col.7.num.30.idem Gemi.in c. duobus.col.5.nu.9.de refcript.in 6. repetit idem q talis oratio(vt præmittitur)eft reftrictiua pręcedentium,ita non inducunt nouam formam, fed quandam monitionem denotant, per ea quæ fcribit Alber.Brun.in tract.de forma,in artı.quando aliquid cenfe.tradi.pro for.col.30.ver.hinc fi princeps po-
15 nit.fo.39. Præterea dicta †claufula accefforiè in fine appofita concepta per verba magis generalia & latius loquens quàm pręcedens, difpofitio non cõprehendit nifi tantum præcedentia, & non alterat vim primariæ difpofitionis, fed eam confirmat in fuo intellectu,nihil addendo,fic alios concord. allegando firmant Deci.confi.195.col.penul.ver. fecundò diligenter.& Aymo confi.231.colum.3.fub nume.9.

Atque ita pręcedẽte dicta commiffione Apoftolica & fequente declaratione & fententia dominorum Commiffariorum de locatione perpetua bene facta & firmanda domino Iulio, fubfequitur & verificatur decretum Apoftolicum in dicta cõmiffione appofitum,ibi.Decernen. præmiffa &c. ex nunc rata & firma ac inuiolabilia perpetuò remanere de-
16 bere,quo igitur†optimo iure defenditur dicta perpetua locatio formiter & folemniter facta,per text. & ibi Bald. in d.l.2. C. quando decr.op.non eft,& Rui.confi.157.col.pen.nu.25.& d.confi.161.num. 26.lib.j.& Roland. à Val.d. confi.96. nume.22. & fequen.lib.1.

Alterum autem principale requifitum de caufa alienationis,fcilicet,de euidente vtilitate ecclefiæ, debet quidem præcedere decretum alienationis in principali perquifitione & cognitione eorum quibus huiufmodi alienationis negocium commiffum eft. Qui enim primò cum decreuerint & conceffe-
17 rint dictam locationem, † & ea facta fuerit eorum decreto, præfumitur femper facta pro vtilitate ecclefiæ,per l.j.C.de præd.cur.lib.x.tenet Bal.in c.1. in prin.col.2.ver.quærit Iaco.nu.7. qui feu.da.pof. & in c.ficut.ad fi.de re iud.fequitur Deci. in confi. 124.fub nu.3.& confi.341.col.6.nu.12.

Coadiuuatur hæc præfumptio veritate ipfa apparente ex depofitionibus trium teftium tunc examinatorum deponentium de vetuftate, ruina minante,paruitate, debilitate, frigiditate & malo effe & ftatu dictarum domorum, & de penfione feu mercede annua florenorum octo,& de euidente vtilitate penfionis auctæ de florenis quatuor ex oblatione facta per dict.dominum Iulium coram dominis Commiffarijs.

Corroboratur & præfumptione iuris, nam faci-
18 lius † & magis alienantur domus ecclefiarum,quæ in quibuflibet vrbibus exiftentes non modica impenfa fuftentantur,dicit tex.in c.non liceat 12.q.2. & Bar.in l.2.ad fi.C.de debit.ciuit. libr.11. dicit q prædia vrbana fubiacent magnis periculis,vt incendij & ruinæ,& Ang.in l.fi.§.fin autem legata. C.de bo. quæ lib. dicit q domus etiam multum pretiofa eft mala poffeffio, nam modicum aut nullum fructum reddit,quia fubiacet periculo,incendio & ruinæ, & ideò do. Ioannes Palarenfis femper domum cõductam tenebat.hæc funt fua verba. eo maximè q domus

ꝙ domus prædictæ erant solitæ locari alijs, vt de magazeno solito affictari illis de Pompeis, & de domo solita habitari per vxorem Ioannis Barbugliæ & eius patrē deponit tertius testis pręsentis Rectoris aduersarij fo.48. idem deponit quartus testis dictæ partis aduersæ fo.52. & si locarētur ad tempus, tamen expensæ, quas continuò conductores volūt fieri in domibus conductis, absorbent bonam partem affictus & mercedis, vt experientia docet. cap. quàm sit. de elect. in 6. quamobrem vtilius reputatur locari eas ad longum tempus, tū ob continuam & non deficientem mercedem, tum quia cōtinuus conductor de suo facit expēsas in domo sic perpetuò conducta, aliter non excomputando in mercedem annuam, sed eam non diminutam continuam non solum correspondentem fructibus sed auctam in tertio pluri soluit, vt propriè & in terminis vtilitatem ecclesiæ in concessione perpetua probat Ancha. in consi. 122. ex narratis. in princ.

Vtilitas ecclesiæ etiam probatur in eo ꝙ omnes testes deponunt, dictas domos fuisse constructas & reductas ex ruinosis, paruis & fragidis, quæ prius erant, in pulcram & durabilem & magnam fabricam, prout modo cōspiciuntur, & non modica impensa patris dicti perpetui cōductoris. & impossibile fuisset Rectori de fructibus & introitibus dictæ ecclesiæ construere & reficere dictas domos, prout sunt de nouo cōstructę, propter tenuitatem introituum dictæ ecclesiæ, cuius domus ruinosa quando reducta est ad bonum statū per alium, patiente Rectore, etiam purgari defectum solennitatis om-
19 missæ † adducit Anch. in d. consi. 122. col. j. versic. item cum proponatur. etiam quòd domus non esset permansura pœnes dictam ecclesiam, satis est quòd eius pensio sit aucta, & domus sit ad eam reuersura, vt in specie adducit Rum. d. consi. 157. sub num. 22. lib. j.

Non obstant obiectiones quæ in contrariū fiūt, prima, ꝙ ex fornice seu volta capellæ effecta submissiore ecclesia remanet deturpata, & honesta nō videtur habitatio super ea cōstructa. secūda, ꝙ Rector dictæ ecclesiæ incommodatus existat ablatis dictis domibus. tertia, ꝙ affictus seu merces dictarum domorum condecens maioris quātitatis fuisset quàm præstatur per dictum conductorem.

Quoniam respondetur ad primam, ꝙ plures testes examinati pro hęrede cōductoris deponūt dictam voltam veterē fuisse apertam & indigere restauratione, & super ea prius adfuisse stantiam tenendi ligna & pullos. si ergo ea fuit restaurata, & super ea submissiore fabricata stātia commodior pro habitatione personarum, & sub ea sit remotum altare, & positum anterius patens in ecclesia, hoc non respicit maiorem vel minorem vtilitatem ecclesię, de qua solum quæritur, sed ornatum vel decus, vel fabricam ipsam ecclesiæ, cuius status ad alios inspici & prouideri non spectat, nisi ad ordinarium diœcesanum, qui verisimiliter sæpius visitauit dictam ecclesiam, & eam in statu in quo reperitur approbauit, & sic ab alijs etiam debet approbari, & in hoc
20 demum † sub censura dicti ordinarij remanet. vt. c. decreuimus 10. q. 1. glo. & doct. not. in ca. si episcopus. de offi. ordi. in 6.

Ad secūdam respondetur, Rectori non deficere aliam domum propè dictam ecclesiam pro sua habitatione, si vellet eam habitare & non locare illi vasario prout facit, quare hoc non tollit, quin sentiat vtilitatem annuam & perpetuam florenorum 12. quos pro mercede recipit à dicto conductore perpetuo, & in his, testibus secus deponentibus standum non est, quia magis iudicant quàm attestātur ea quæ sunt facti † quod ad eos non pertinet, & propterea eis non debet credi. Bar. consi. 113. nume. 6. Alexan. consi. 132. col. pen. ad nu. 13. lib. 5. Aymo consi. 41. nu. 4. & consi. 134. num. 43. sed stari debet his, quæ circa iudicium iuris tradūnt Anch. d. cons. 122. & Rui. d. consi. 157. & 161. lib. 1.

Ad tertiam de tali vel tanta mercede, aliquid solum dicunt secundus testis aduersarij de flor. 4. pro magazeno, & de flor. 7. pro domo, nihil facit, quia non est vltra 12. flor. constitutos pro dicta mercede annua perpetua, & quartus testis de scutis octo pro
22 domo, & de magazeno pro flo. 4. cui soli † non debet credi. l. iusiurandi. C. de testi. & non deponunt de mercede communi, ideo non probant, per not. ab Alex. & alijs in l. pretia. ff. ad l. Falc. & magis credendū est illis tribus testibus tunc examinatis quando fuit facta dicta concessio, & ipsis do. Commissarijs in sua conscientia iudicantibus & concedentibus pro euidēti vtilitate ecclesiæ dictas domos pro flor. 12. annuis. l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testi. & c. in nostra. extra co. Deci. consi. 463. col. fi. nu. 24. vbi de iudicante secundum conscientiam.

Remanet igitur firma d. pręsumptio & veritas pro dicta locatione perpetua, ꝙ non sit saltem reprobata legitimè inutilis pro dicta ecclesia, considerato saltē primeuo, ruinoso & malo statu dictarum domorum, & ꝙ tot & tanta melioramenta vtiliter & bona fide per patrem dicti conductoris in eis facta debent ei etiam prodesse, per ea quæ in simili dicit Afflic. in decis. 87. nu. 6. 7. non impedit ꝙ pater conductoris, & non ipse fecerit talia melioramenta, q a fuit & est legitimatus, & iura filij legitimi & natu-
23 ralis habebat † vt de filio præsbiteri legitimato tradit Pau. de Cast. consi. 102. vidēdum est primò. lib. 2. Alex. consi. 2. num. 22. lib. 1. & Soci. consi. 47. nu. 29. libr. 4. & iam omnia iura dicti conductoris per eius testamentum sunt in eius patrem suum hæredem institutum translata d. lege obuenire. de verb. sign. & omnia iura prędicta, etiam melioramentorum, deuoluta sunt ad reum conuentum hæredem do. Francisci dicti patris conductoris ex testamen-
24 to, vt etiam melioramenta † facta in rebus emphyteuticis pertinent ad hæredes facientis. Clar. in suo. §. emphyteusis. in quæstio. 45. allegando Bero. in quæst. 19.

Postremò ex abundanti adducitur, ꝙ stante forma & solennitate per canones requisita in alienatione rei ecclesiæ in totum commissa arbitrio & cōscientiæ dominorum Commissariorum, & stantibus

tibus tot meliorationibus & restaurationibus fa-
ctis per conductorem vel eius patrem in dicta re, vt
ex processibus & euidentia loci liquidò & euiden-
ter constat, & stantibus depositionibus testium su-
per qualitate & statu dictæ rei, & eius congrua mer
cede annua flo.8. tunc examinatorum, inficiari non
potest, quoad alterum requisitum de casu concesso
& causa alienationis apparenter videri illud inter-
uenisse in dicta locatione perpetua, vt quia crede-
batur per dom. Commissarios subesse vtilitatem ec
clesiæ, licet re vera non subesset & cõtrarium esset,
25 quo casu † teneret alienatio, licet ecclesiæ daretur
restitutio in integrum. vt post Anto. de But. & Imo.
in c. cum Apostolica. de his quæ fi. à præla. & alios
per eos alleg. firmant Franc. in ca. 2. in princi. col. 1.
ver. sed tu vide. de reb. eccle. non ali. in 6. & Feli. in
c. quæ in ecclesiarum. col. 1. ver. vno casu, de const.
& Alber. Bru. in tract. de forma, in arti. quibus dari
possit for. vel solenni. in fi.

At nunc quoad remedium restitutionis in inte-
grum dictus reus conuentus est in tuto, quia nulli-
bi in actis (quæ ego inspicere potui) fuit pro parte
dictæ ecclesiæ intentatum tale remedium restitu-
tionis in integrum, requiritur enim expresse peti
26 † vt concedi possit, vt in specie tradit Alex. in consi.
163. col. 2. ad fin. ver. cum ergo. lib. 2. & in terminis
est tex. in l. fi. §. fi. ff. de condi. indeb. & ibi Ias. in 2.
no. dicit Iudicem super restitutione in integrum ex
officio non posse supplere, sequitur Aymo in consi.
271. col. 5. vers. ad istud respondeo.

Sed modo quoque non posset peti restitutio in
integrũ, cum à die dictæ locationis sint elapsi plus-
27 quàm xj. anni, & vltra quadriennium † à die præ-
tensæ læsionis non datur ecclesiæ in integrum re-
stitutio. c. 1. de resti. in integr. lib. 6. & cle. 1. eo. tit.
& Aret. in §. rursus. nu. 15. versi. quod etiam habet
locum in ecclesia. institu. de act. Quando etiam pe-
28 ti posset restitutio in integrum, cum sit † remedium
rescissorium & recuperatiuum datorum. l. in causę.
la 1. §. interdũ. & l. quod si minor. §. restitutio. ff. de
29 minor. intentans tale remedium non audiretur, † &
repelleretur nisi offerret & d. melioramenta facta
in dictis domibus. vt l. vtere. C. de præd. minor. &
l. intra vtile. §. fin. ff. de minor. & l. ait prætor. §. per
hanc. quæ in frau. cred. & Calca. consi. 126. col. fi.
nu. 6. & Rolan. à Valle consi. 59. nu. 7. lib. 1.

Ex quibus omnibus existimo dictum reum con-
uentum de iure fore absoluendum à molestatione
contra eum intẽtata. Nec releuat dicere, caue, quia
agitur causę ecclesiæ, quia & ecclesia respondet, quia
30 ipsa † est cultrix iustitię & auctrix non patitur con-
tra iustitiam aliquid fieri in se vel in alterum, ca. 1.
versicu. sed diuersum. de succes. feud. & cum Barto.
in l. 2. C. de loc. præd. ciu. lib. 11. Pau. de Cast. cons.
387. lib. 2. & Ruin. consi. 157. num. 15. lib. 1. notant
contra prę latos qui post ędificia facta in ruinis vo-
lunt dicere se deceptos, conclusionem inserunt eos
non esse audiendos. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM CX.

ARGVMENTVM.

Neptibus ex certis nuribus nascituris dotatis filiabusque generaliter nascituris ex hęredibus institutis & substitutis in quãtitate. 100. si habuerint fratres. & 200. si fuerit vnica scilicet institutis & vniuersalibus hæredibus institutis filijs & nepotibus masculis, & substitutis ad inuicem sine filijs masculis adeoque sua bona non possint transferri extra suam stirpem & progeniem, pro masculis fideicommissum inductum plenè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti scriptura tota legi debet antequam quid super eo enunctetur.*
2 *Contextus verborum scriptura demonstrat quid senserit testator.*
3 *Testatoris volũtas magis ennixa, ampla et firma apparet ex reiteratione verborũ specialiũ et vniuersalium.*
4 *Prouisio expressa, quòd bona tantum possint transferri in proximiores de stirpe & progenie testatoris, facit vt habeatur expressa ratio, pro cõseruatione bonorum in agnatione.*
5 *Adinuicem, ista adiectio inducit reciprocum fideicommissum.*
6 *Reciprocum vocatur, quasi de vno in alium repetitum.*
7 *Fideicommissum vt valeat, pracedat primò honoratio, deinde grauamen.*
8 *Verbum commune in pupillo importat pupillarem.*
9 *Adeo, est signum continuatiuum, & ad ampliandum, id est, in tantum.*
10 *Bona sunt affecta grauamine fideicommissi quocunque vadant.*
11 *Verbum (non possint) designat tempus futurum.*
12 *Stirps intelligitur de suis descendentibus.*
13 *Verba, stirpes, progenies, posteritas, sunt sinonima, & continent solum descendentes ex masculis.*
14 *Progenies denotat descendentes, quasi post se genitos.*
15 *Dictio (sed) aduersatur pracedenti in facto & in iure.*
16 *Taxatiua (tantum) habet contrariam negatiuam inclusam.*
17 *Filij masculi decedentium positi in conditione ex quibus verbis censeantur vocati ex testamento.*
18 *Testatoris voluntas est supra conditiones.*
19 *Relictum filiabus cum prohibitione de plus non petendo, prasumitur factum contemplatione & fauore filiorum institutorum.*
20 *Prouisio de dotandis neptibus, & certa quantitate relicta filia-*

cta filiabus nascituris hæredum masculorum descendentium, & de bonis extra eos non transferendis, facit conditionem inter descendentes masculos operari dispositionem, quòd ad eos bona perueniant.

21 *Dictiones, tunc & eo casu, non operantur contra voluntatem testatoris, vt masculi superuenientes exclusis fœminis non possint consequi bona testatoris.*

22 *Stirpes, & progenies, significant posteros & descendentes.*

23 *Descendentes dicuntur in infinitum.*

24 *Verbum (voluit) positum in principio scripturæ institutionis hæredum repetitum censetur in omnibus subsequentibus orationibus vbi conuenire dignoscitur.*

25 *Testator semper videtur iubere & velle quantum iuest.*

26 *Dispositio testatoris sufficit quòd facta sit tacitè vel expressè.*

27 *Clausula (omni modo & forma meliori) quid operetur in testamentis.*

28 *Dictio (ex) designat causam immediatam.*

29 *Institutorum appellatione veniunt etiam substituti.*

30 *Liberis posthumus relinqui potest.*

31 *Relinqui potest ab hæredibus hæredum sub nomine appellatiuo.*

32 *Fideicommissum inducitur etiam ex verbis non ita claris & proprijs.*

33 *Testator præsumitur grauare in quantum potest eum quem exhæredauit & priuauit hæreditate.*

34 *Fideicommissum debetur eis, quorum fauore, contemplatione, respectu & intuitu facta est prohibitio de non petendo aliud de bonis testatoris.*

35 *Testatoris voluntas non est circumuenienda, imò ut lex seruanda.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.

Fideicommisso in gratiam masculorum suæ stirpis inducto ex testamento Petri Bartolutij de Canthiano, pro Vitale & Sebastiano contra D. Andrianam locum esse demonstratur duplici modo, non insistendo in superfluis argumentationibus contrarijs, sed simul contraria refutando & fauorabilia veriori (quam opinor) parti firmando. Primo modo satis claro. Altero autem modo clarissimo & indubitatissimo.

Primò nanque modo ostenditur fideicommissum per mortem Bonifacij superstite sola filia D. Andriana restituendum Vitali & Sebastiano ad id vocatis in testamento dicti Petri aui paterni, eo quidem testamento non in aliquibus solis verbis, vt facit quidam subtilis allegans verbis ipsis voluntatē testatoris obumbrare & subuertere queritans, sic ad pauca respiciens de facili enunciat, sed toto
1 inspecto † totaq; eius scriptura perlecta l. inciuile. ff. de legi. & ibi Bal. & in cons. 301. constitutio. col. pen. versi. sed videndum. lib. 2. & in consi. 136. viso testamento. vltra med. lib. 3. dicit quòd non debemus inspicere vnam clausulam testamenti, sed omnes, quia quandoq; quod dicitur vniuersaliter augetur per genus subiectum post species, & Cicero in rethor. lib. 2. c. iuridicialis. sub versi. ex ambiguo. dicit. & eam ipsam scripturam in qua inerit illud ambiguum de quo quæritur totam omnibus ex par
2 tibus pertentare contextum enim verborum † totius scripturæ quid senserit testator, demonstrare. est tex. not. in l. Meuia. ff. de manu. test. quem egregium tex. appellat Ias. in l. si quis stipulatus sit Stichum. in princip. in 3. not. de verbo. oblig. ad idem tex. in l. nummis. de leg. 3. ibi. neque ex contextu testamenti possit apparere, & in l. fin. de reb. dub. ibi. & coniuncta scriptura ita caueat, & in l. ex verbis. C. de dona. inter vir. & vxor. ibi. cum igitur lecto testamento, & glo. in vers. vnde. & in l. quamuis. de fideicomm. & ibi glos. & doct. & Socin. in consil. 52. col. 5. versic. preterea si hoc. lib. 1. dicit, ex ordine principij testamenti finem coniecturamus, non dicitur extensio de casu ad casum, sed interpretatio intellectiua, & Paris. consil. 66. col. 11. nu. 77. lib. 3. dicit, satis apparet de coniecturata mente testatoris considerando ordinem suum testamenti, & Angel. in consi. 28. testator. circa med. dicit, mens testatoris capitur ex precedentibus & sequentibus verbis testamenti, idem Capra consi. 123. col. pen. cum si.

Ex tenore igitur dicti testamenti apparet fideicommissum inductum & probatum his considerationibus & coniecturis saltem simul iunctis. Primò, testator ipse neptes nascituras ex certis suis nominatis nuribus dotauit in centū florenis pro qualibet, iubens & mandans quòd vlterius de bonis suis petere non possint ex causa successionis, uel ex alia quacunq; causa, Aliam exclusionem generalē de filiabus suorum hæredum apposuit, quā in alijs testamentis nunquam legisse recordor, & ex qua infra ostendam præmissum alterum secundum modum indubitatum fideicommissi inducti contra d. Andrianam, quòd similiter voluit, si filia fœmina nascatur ex suis hæredibus quæ habeat fratrem vel fratres non possit habere de bonis paternis à dicto testatore relictis nisi florenos centum, & casu quo esset filia vnica alterius infrascriptorum hæredum, iure institutionis eam in florenis ducentis instituit iubens & mandans q̃ vlterius de eius bonis petere non possit ex causa successionis cuiuscunque legitimæ iure naturæ vel alia ex quacunque causa. Sic neptes & proneptes testatoris quæ possent nasci ex suis filijs & nepotibus masculis vniuersalibus hæredibus institutis & substitutis expressè sunt exclusæ à bonis hæreditarijs testatoris. vt per glo. Bar. & alios in l. qui volebat. ff. de hæredi. instit. per quam exclusionem neptum specialem, deinde generalem filiarum suorum filiorum & nepotum hæredū in-
3 stitutorum & substitutorum † reiteratam & generalem magis enixa, ampla & firma voluntas testatoris apparet, per vulg. l. balista. & ibi doc. ad Treb. & alleg. per Corn. consi. 59. col. 2. versi. geminatio. lib. 2. & consi. 249. col. pen. ver. nam duplicatio. lib. 4. & per Goz. consi. 52. nu. 1. Paris. consi. 41. nu. 38. lib. 2. Soci. Iun. consi. 133. nu. 6. 7. lib. 1. q̃ voluerit

bona

bona sua peruenire & stare in stirpe & progenie sua masculorum, prout disposuit, & modò dicam.

Deinde & ex eo quod instituit & esse voluit suos hęredes vniuersales Ioánem & Antonium eius filios, ipsos Vitalem & Sebastianum nepotes & alios nepotes ex nominatis nuribus nasciturus, & eis & cuilibet eorum adinuicem sine filijs masculis (licet per accusatiuum hæc verba notarius inepte scripserit) tunc & eo casu substituit masculos superuiuétes tam ex filijs quàm ex nepotibus de stirpe & progenie ipsius testatoris. Addo quòd eius bona nō possint transferri extra suá stirpem & progeniem, sed tantum infra suos proximiores in gradu decedentis vel decedentium compræhensum & compræhēsos io progenie & stirpe dicti testatoris & suorum, de quibus supra, & prædicta per fideicōmissum &c. Ecce per hāc vniuersalem hæredum institutionem & substitutionem fideicommissariam reciprocam factam de filiis & nepotibus masculis, & de bonis non transferrendis extra stirpem & progeniem testatoris, cum tanta multiplicatione expressionis masculorum & stirpis & progeniei testatoris ad exclusionem fœminarum, clarum demonstratur fideicō missum inductum pro dictis Vitale & Sebastiano expresśè vocatis nepotibus & descendentibus testatoris, pro quo quidē fideicommisso & mens & verba testatoris manifesta videntur.

Nam ex pręmissis exclusionibus fœminarum, & inclusionibus masculorum, & expressa prouisione, quod bona tantum possint transferri infra proximiores

4 de stirpe & progenie testatoris, expressa † ratio habetur pro conseruatione bonorum in agnatione. Cur. Iun. consi. 87. col. 2. nu. 5. & consil. 111. nu. 11. Goz. consi. 84. col. 2. nume. 17. Ias. consil. 141. col. 8. ver. septimò prædicta. lib. 2. & Aymo consi. 130. col. pen. num. 9. vbi nuncupatim infert, ex eo igitur quod testator omnino voluit eius bona transferri ad eius agnatos masculos descendentes, induci debet inter eos reciprocum fideicommissum, alioquin de facili bona transirent ad fœminas & extra progeniem testatoris contra eius expressam voluntatē, vt ibi per eum allegantem Corn. in cōsi. 229. col. pen. ver. secunda via. lib. 3. & Cur. Iun. consi. 121. col. 5. ad nu. 11. qui hoc probant. & Cur. Iun. ibi benè insistit defendendo voluntatem testatoris pronam & firmam in conseruatione bonorum in sua agnatione, & hic tale reciprocum fideicommissum induxit

5 adiectio illa † adinuicem. Bar. in l. Lucius. col. 1. nu. 4. de vul. & pupi. quem ibi alij sequuntur. & Couar. post Canon. in cap. Rainutius. §. 7. de testa. aliter enim esse non potest, neque fieri, nisi per reciprocū fideicommissum, vt seruentur illa verba testatoris, adeo quòd eius bona non possint transferri extra

6 suam stirpem &c. sic † reciprocum vocatur, quasi de vno in alium repetitum. Barto. in d. l. Lucius. col. 1. nume. 3. & demonstratur ex aliis verbis testamenti, ibi. & prædicta per fideicommissum & substitutionem pupillarem, breuiloquam vel quibuscunque alterius generis substitutionibus, vt in similibus terminis latè probat Bero. consi. 116. lib. 2. & ex clausula, omni modo & forma meliori &c. ascripta in princip. & fi. dicti testamenti, per quam omnis forma verborum intelligitur apposita in dispositione, qua melius potest disponens facere vt sua disposita volūtas sortiatur effectum, quod bona possint permanere inter descendentes masculos, præcedat primò honoratio, † deinde grauamen, vt valeat fideicommissum, secundum terminos. l. ab eo. C. de fideicō. per ea quæ in proposito talis clausulæ post alios tradit Alex. consi. 80. col. 2. num. 3. 4. lib. 5. & in consi. 112. num. 1. 2. 3. 4. lib. 3. vbi dicit per dictam clausulam apparere disponentem se noluisse restringere ad specificata, & Corn. consi. 106. col. 2. sub ver. non enim videtur. lib. 2. vbi per dictam clausulam designatur quid in totum relictum ab hærede vt valeat in totum, & Cur. Iun. consi. 73. colum. 8. sub num. 22. vbi in specie per istam clausulam grauamen fideicommissi censetur impositum ei in quo melius & validius dispositio valet, idem in consi.

8 86. nu. 3. 4. verbum † commune in pupillo importare pupillarem, idem in consi. 114. col. 3. & seq. quod facit valere dispositionem testatoris in fideicommisso inducendo eo modo quo valere potest, & Fulg. consi. 43. col. 2. dicit eam importare aliā clausulam, vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & Aymo consi. 141. num. 3. si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, dicit importare, & in terminis per istam clausulam dicit Socin. in consi. 12. col. fina. lib. 3. omni modo quo voluntas testatoris seruari potest per attestationem vel melius conceptionem verborum cōseruari debet gradatim honorando & onerando. d. l. ab eo. vt bona permaneant in agnatione causa seruandi intentionem testatoris, & Aymo consi. 326. col. pen. versi. nonò considero, dicit naturam istius clausulæ demum esse, vt dispositio non restringatur ad tātum, specificata, & sunt honorati & grauati, vt facienda dum est pro fideicommisso reciproco inter nepotes & descendentes, in specie etiam sic probat Bero. consi. 82. col. fi. sub nu. 11. lib. 2. Ex quibus tolluntur quæ D. Consulens aduersarius adducit, quod testator non congruis verbis disposuit pro fideicōmisso duraturo post mortē Bonifacij filij Ioannis hæredis, & positi in conditione.

Tolluntur adhuc clarius, quod licet à principio videatur inductum fideicommissum cōditionale decedentibus sine filijs masculis nasciturus, & quod Ioanne vno filio hærede mortuo cum Bonifacio filio superstite etiam postea decedente sine filijs masculis cum sola dicta Andriana filia defecerit conditio fideicommissi, per notum Oldradi consilio vigesimoprimo. Tamen omissis pluribus limitationibus datis ad opinio. glossa in Lucius. de hæred. institu. quòd filij positi in conditione &c. considerādum est in specie proposita, quòd testator vltra vocatos in dispositione & substitutione masculos superuiuentes tam ex filijs quàm ex nepotibus de stirpe & progenie sua processit ad ampliorē expressionem suæ voluntatis prohibitoriæ in futurum, ne sua bona trasferantur extra suos descenden

tes

tes,ſed tãtum infra ſuos proximiores in gradu de-
cedentis &c. in progenie & ſtirpe dicti teſtatoris,
9 oſtendunt verba illa dicti teſtamenti. Adeo,† quòd
eſt ſignum continuatiuum & ad ampliandum.i.in-
tantum.vt per Alber. in dictionario in ver.adeo,&
per Soci.conſil. 100.col.fin.num.8.libr.4.& Pariſi.
conſi.j.nu. 22.lib.3.& per tex.in prin.ibi. Adeo qui
dem, inſtitu.de exhę:ed.liber.& quid aliud nouum
diſponens,vt ibi,& per text.in l.2.§.adeo autem.de
vulg.& pupil. *Eius bona* verba prius directa in perſo
nas,modo diriguntur in rem,ita efficitur grauamen
in rem etiam contra filios poſitos in conditione,ad
quos tranſit ipſa res, ſi ẽt ipſi deceſſerint ſine filijs
maſculis.vt per Bald.in d.l.ab eo. nu.4.C.de fidei-
10 com. & bona ſunt affecta † grauamine fideicõmiſſi
quocunq; vadant. Curt.Seni. conſil.43.col. 10.ver.
ſed Iacobus.& conſi.52.col. 11. ver.accedat ad præ
miſſa.& Iaſ.conſi.23.lib.3.& Soci.cõſi.249.col. 10.
lib. 2.& conſi.62.col.pen.ver.præterea ex quo.libr.
3.Pariſ.conſi.30.nu.29.& conſi.37.nume.21.22.&
conſi.90.nu.40.vſq; ad num. 43.& conſi.92.nume.
43.& conſi.93.nu.24.lib.2.& Curt.Iun.conſi.115.
num. 19. *Non poſsint transferri* verbum non poſſint
11 † deſignat tempus futurum.l.ſi ita quis.& ibi Caſtr.
de leg.2.Bart. in l.qui Romæ.§. duo fratres.in 6.q.
de verb. oblig. idem infinitiuum transferri, oſten-
dit omne tempus etiam futurum. gl.in l.ſtipulatio-
num alię.§.ſtipulatio. de verb.obli. *Extra ſuam ſtir*
12 *pem & progeniem*, † ſtirpem, intelligitur de ſuis de-
ſcendentibus.l.ſi quis in ſuo.& ibi Bald.& Caſt.no.
C.de inoffi.teſta. ponit Franc. in c. 1.col.pen.verſi.
13 31.de teſta. in 6.verba † ſtirpes,progenies,poſteri-
tas,ſunt ſinonima & cõtinẽt ſolũ deſcẽdẽtes ex ma
14 ſculis, ꝓbat Cur.Iun.conſi.5.nu.40. ꝓgenies † de-
notat deſcendentęs quaſi poſt ſe genitos. Corn.cõ-
ſilio 317.col.pen.ver. inſuper. lib.3.ſed tantum in-
fra proximores &c. inculcatur & adaugetur prohi-
bitio negatiua transferendi bona extra ſuam pro-
15 geniẽ in ſenſu affirmatiuo per dictionem, ſed† quæ
aduerſatur præcedenti in facto & in iure. l.2.ff.ne
quis eum.& l.ſed & ſi lege.in prin. de pet.hæred.vt
communiter tenetur.Iaſ.in l.qui vſumfructum.col.
3.verſi.expeditis.de verb. oblig. & per taxatiuã tan
16 tum, † quæ habet contrariã negatiuam incluſam.l.
ob ęs.de pręd.minor.& l. Gallus.§.& quid ſi tantũ.
de liber.& poſthu.cum ſimil. in iure poteſt aduerſa
ri ꝙ intelligatur etiam prohibita tranſlatio bonorũ
teſtatoris etiam per ſucceſſionem ab inteſtato extra
ſuos deſcendentes maſculos.l.peto.§. fratre.de leg.
2.& ibi doct.& in l.ſi ita quis promiſerit.§.ex lege.
17 de verbo.oblig. Ex quibus verbis † ita inculcatis &
multiplicatis & repetitis in ſtirpe & ꝓgenie ſua eni
xa & maniſeſta volũtas teſtatoris habetur, ꝙ etiam
filij maſculi decedentiũ poſiti in conditione cen
ſeantur vocati ex teſtamento, vt in ſimili cõſiderãt
& adducũt Cor.conſi.146. col.3.& ſeq.lib.2.Goz.
conſi.64.nu.9.nu.13.& conſi.102.& Pariſi.d.conſ.
37.num.21.& conſi.63.num.30.& conſi.88.col.3.
& ſeq.lib.2.& Aymo conſil.130.& conſil.326.col.
pen.verſic.decimo.& nouiſſimè Marzar. Vicenti.in
tract.materiæ fideicom.in 2.par. in q.19. Quod in
caſu iſto colligitur vlterius ex ipſo teſtamento, ibi.
infra ſuos proximiores in gradu decedẽtis &c. nul-
lus quidem patri decedenti eſt proximior ꝙ filius,
per vulg.nihil facit conditio. decedentibus ſine fi-
18 lijs &c.quia voluntas† teſtatoris eſt ſupra conditio-
nes.leg.in conditionibus.in princ.& leg.pater. Se-
uerinam.in princi.de condi.& demonſtratio.& to-
tum facit.l.ex facto.de hæred.inſti. & in fideicom-
miſſis præcipuè attẽdenda eſt quæ habetur ex con-
iecturis.l.cum virum. C.de fideicom.l.cum propo-
nebatur.de legat.2.& in terminis text.in l. hæredes
mei.§.cum ita.ad Trebel.cum ſimil. in infinitis lo-
cis,per doct.allegatis.

Quod & poſtremò in ſpecie noſtra clarius colli-
gitur ex ipſo teſtamento toto inſpecto,vt præmiſſũ
eſt,in eo quòd filiæ naſcituræ ex hæredibus filijs &
nepotibus maſculis inſtitutis & ſubſtitutis ſunt titu
lo inſtitutionis honoratæ à teſtatore in quantitate
certa minori,ſi habuerint fratres, & maiori ſi fuerit
vnica,& prohibitæ ſunt aliud petere de bonis teſta
19 toris, † quod factum contemplatione & fauore hę
redum inſtitutorum præſumitur. Bart. in l.quoties.
§.ſi duo.ad fi.ff.de hæred.inſt.per l.peto. in prin.de
lega.2. ꝙ & eorũ filij expreſsè incluſi in oĩbus alijs
bonis teſtatoris excluſis expreſsè eorũ filiabus, ali-
ter non poteſt ergo dici niſi quòd filij etiam poſiti
in conditione ſint vocati, honorati & conſequen-
ter grauati ad inuicem per fideicommiſſum, vt in
ſpecie probant & tenent Soci.conſi.116.col.5.libr.
3.ſcilicet in terminis iuris communis,& Corn.cõſ.
20.colum.penult.libr.4.ſequitur Ripa in l. Centu-
rio.nume.163.de vulg.& pupil.hunc & Cur.Iun.&
Aym.allegando indiſtinctè tenet Couar. in d.cap.
Raynutius.§.3.nu.5.in fin.verſic. poſſet ſanè.& Iaſ.
in conſi.108.colum.3.verſicu. ſecundò principali-
ter.lib.4.& Porti.Imo.de commu.conclu.lib.2.con
clu.12.in 20.limit.& in pluribus alijs limita.ibi fa-
cientibus pro hac parte,vt videri poſſunt.

Ceſſant itaque ex aduerſo allegata per D.Con-
ſulentem aduerſarium nimis quidem cauillantem
huius teſtatoris voluntatem more acerrimi patro-
ni,veriſimile etiam ſi minus ſit verum defendẽtem
de quo Cicero lib.2.c.prima igitur.de officijs. Quo
niam nimis manifeſta & aperta eſt hæc teſtatoris
voluntas in excludendo à ſua hæreditate neptes &
proneptes naſcituras, & vocando filios nepotes &
deſcendentes maſculos,per tanta vniuerſalia mul-
tiplicata & ampla verba in perſonas & in rem di-
recta. Quorum ſenſum & intellectum non poteſt
reſtringere conditio illa (ſine filijs maſculis) etiam
quoad verba omiſſa,nec dictiones,tunc & eo caſu,
nec quòd cla.adeo quòd,ſit acceſſoria, nec dictio-
nes,de quibus ſupra,nec quòd deſint verba,perpe-
tuò,ſemper, liberi, poſteri, habentia tractum futu-
rum, & verbum volo, nec quòd ſit nuda voluntas
& non diſpoſitiua pro maſculis, nec quòd ſit du-
20 bium de fideicommiſſo. Quia † prouiſio de dotan-
dis neptibus & certa quantitate relicta filiabus na-
ſcituris hæredum maſculorum deſcendentium &
de

de bonis extra eos non transferendis,facit dictam
conditionem inter ipsos descendentes masculos
operari dispositionẽ quòd ad eos bona perueniãt.
Deci.consi.477.in fi.Rui.consi.122.col.3.num.4.
lib.2.& Ripa in d.l.Centurio.nu.164. Ruin.consi.
111.colum.pen.nu.14.15.lib.2.& Zancb.in repet.
l.hæredes mei.§.cum ita.nume.752.ad Trebel. Et
22 quia dictiones, tunc & eo casu, † non operantur
contra voluntatem testatoris, vt masculi superui-
uentes exclusis fœminis non possint consequi bo-
na testatoris.Soci.Iun.consi.114.col.pen.num.29.
lib.1.Paris.consi.20.nu.36.lib.3.& quia cla. adeo
quòd, est continuatiua & ampliatiua & dispositiua
eorum quæ in præcedentibus non erant disposita
circa bona,vt ex eius lectione bene cognoscitur,&
inducta ad augumentum tantum debet operari.l.
legata inutiliter.de adi.leg.& ibi Alber.& quia di-
ctio (supra) refertur ad proximum verbũ, suorum,
qui sunt descendentes testatoris de quibus loqui-
mur,idq; expressit testator vt excluderet alios agna
tos suos trãsuersales.Gualden.de arte testan. in tit.
de substitu.cau.22.in fi. & quia verba, non possint
transferri, vt probatum est, important tractum in
futurum,& continuationem,vt patet ad sensum, &
verba (stirpes †& progenies) tot vicibus prolata si-
gnificant & sunt sinonima,vt posteri & descenden
tes.Franc.in d.c.1.col.pen.ver.31.Cur Iun.d.cons.
23 5.nu.40.sic in infinitum dicũtur descendentes, † l.
fin. C. de suis & legi.& §.1.in auc.de hæred.ab in-
24 test.& verbum, voluit, † positum in principio scri-
pturæ institutionis hæredum repetitum censetur in
omnibus subsequentibus orationibus vbi conue-
nire dignoscitur.l.verbum volo.C.de fideicom. &
25 quia semper testator videtur iubere † & velle quan
tum inest.l.cum quidam.in fin.C.de neces. hæred.
instit.tradit Bald.in l.quidam elogio.col.2. versic.
tertiò præmitto. ad fin. C. de iure deliber. Et quia
pro masculis descendentibus dispositiua est appa-
rens voluntas testatoris expresè per tanta verba &
per tãtas efficaces & cõcludentes coniecturas taci-
26 tè,vt disponere † sufficit,expresè,vel tacitè,secun-
dum Bal. principalem in hoc dicto in l.quidam cũ
filium.de hæred.insti.ponderauit Cur.Iun.consilio
121.sub num.11.ad fi.& Soci.Iun.consi.42.nu.26.
& seq.lib.1.Et quia nullo pacto dici potest iuridicè
esse dubium de fideicõmisso, postquàm (vt sæpius
dictum est)tam expresè & reiteratè quàm tacitè le
guntur & comprahenduntur in dicto testamento
exclusiones fœminarum, & inclusiones masculorũ
descendentium, quod post primos hæredes nomi-
natim institutos non potest eueniri nisi per fideicõ
missum.l.Scæuola.ad Treb. & demonstrata per ex-
pressam clausulam illam.Et prædicta per fideicom
missum &c.Paris.consi.11.num.31.lib.3.cum in te
stamento expresè dicatur de fideicommisso sumus
in casu claro dicit Deci.in consi.95.sub num.4.ver.
sed in casu isto.& Bero.consi.94.num.9.lib.2.& Ri
pa in l.j.nu.111.de vulg. & pupill.& vbi verborum
27 forma non ita congrua videret †modusq; ad fidei-
cõmissum aptus nõ appareret, cõgruitas & aptitu-
do suppletur per clausulã,omni modo & forma me
liori &c.de qua supra in specie latè probatum est.

Altero superest præmisso modo clarissimo &
indubitatissimo demonstrari locum esse fideicom-
misso contra ipsam D.Andrianam.Quoniam non
eundo ad anfractum opinionum doctorum, de fi-
lijs positis in conditione non honoratis ex testa-
mento & minus grauatis fideicommisso, & de de-
fectu conditionis fideicommissi,dico ex ipso testa-
mento manifestè apparere, casu quo esset filia vni-
ca alterius infrascriptorum hæredum, voluit pater
testator & iure institutionis eam in florenis ducen-
tis instituit, iubens & mandans ꝙ vlterius de eius
bonis petere non possit tam ex causa successionis q̃
cuiuscunque legitimę iure naturæ vel alia quacun-
que causa,& hæredes vniuersales instituit & substi-
tuit filios & nepotes,vt legitur in testamento,& su-
perius relatum est, & casum hunc euenisse in ipsa
D.Andriana,quæ est filia vnica Bonifacij filij Ioan
nis hæredis & nepotis testatoris,quòd in ea euene-
rit sic apparet,Bonifacius post mortem Ioannis pa
tris vnius ex hæredibus aui testatoris superuiuens
masculus absque dubio est de scriptis & compræ-
hensis in substitutione, ibi. substituit masculos su-
peruiuentes tam ex filijs quàm ex nepotibus de
stirpe & ꝓgenie ipsius testatoris &c.& si possit stare
intellectus horum verborum tam ex filijs quàm ex
nepotibus, idest tam si sint filij quàm si sint nepo-
tes,& sub hoc intellectu continetur etiam Bonifa-
cius qui est & ipse nepos testatoris. Tamen iste in-
tellectus non est ita germanus(vt appellat D.Con-
sulens aduersarius) quin habeat alium germanum
etiam primogenitum & magis proprium,id est qui
supersint nati, & descendant tam ex filijs quàm
ex nepotibus,sic habentes esse & principium à filijs
28 & à nepotibus,propter dictionẽ, ex † designantem
causam immediatam,vt in simili arguit Rui.consil.
23.nu.7.lib.3.& Soci.consi.51.col.2.num.10.libr.
4.& maxime propter etiam illa verba adiuncta se-
quentia (de stirpe & progenie)quæ significant de-
scendentiam, vt antè dictum est.cum ergo Bonifa-
cius sit de hæredibus substitutis testatoris, & D.An
driana sit filia Bonifacij, ipsa cõtinetur sub illis ver
bis prædictis (& casu quo esset filia vnica alterius
infrascriptorum hæredum) quia & hæc verba refe-
runtur etiam ad substitutos, quoniam verum est
eos scriptos esse hæredes, licet in secundo gra-
du,probat Cor.cons.279.lib.3.& Aym.consi.243.
29 nu.1.& appellatione †institutorũ venisit ẽt substitu
ti. Soci.in l.quæ cõditio.in prin.col.1.nu.6. de cõ-
di. & demonstr.ita primùm D.Andriana titulo in-
stitutionis in flor. 200.honorata à proauo testato-
30 re reperitur, vt liberis † posthumis potest relinqui.
§.1.insti.de exhæred. libero. & sufficit adesse tem-
pore aduenientis conditionis, per ea quæ scribit
Alex.consi.13.col.2.lib.4.Soci.consi.10.col.fi.lib.
3.Deci.consi.299.col.pen.nu.8.Ias.consi.159.col.
fina.libr.4.per l.cum pater.§.hæreditatem. el 1. de
leg.2.& Rui.consi.191.in fi. lib.2.& sufficit ꝙ ha-
bet legatum 200.flo.à testatore.l.legatum est deli-
batio.

batio.de leg. 1.& l.legatum.de leg.2.est ergo hono
tata vt possit grauari fideicommisso. l.ab eo. de fi-
deicom.& l.1.§.sciendum.de leg.3. grauata autem
fideicõmisso ipsa nunc est mortuo patre, & ad eam
obuentis bonis proauitis, & nunc paternis, ex qui-
bus non potest habere nisi 200. flor. relictos, vt in
testamento dicitur (non possit habere de bonis pa-
ternis a dicto testatore relictis, nisi &c.) & prohibi
ta est verbis amplissimis de bonis testatoris aliud
posse petere, & tale est fideicòmmissum relictum
a filiabus hæredum, vt ab heredibus heredum re-
31 linqui † potest sub nomine appallatiuo. l. sed si sic.
& ibi doct.de leg.3.& Alexan.consi.67.sub nume.
4.versicu. & maximè in casu nostro. libr. 1. vbi ita
dicit debere interpretari fideicommissum potius
iniunctum hæredibus filij quàm filio, vt seruetur
voluntas testatoris in prohibitione Trebellianicæ
quæ non valeret in filio, vt in nepote. sic dicendum
est in casu nostro, magis attendendum esse fidei-
commissum iniunctum filiabus hæredum mascu-
lorum quàm ipsis hæredibus, ob difficultates ima-
ginatas a domi. Consulente aduersatio, vt magis
seruetur mens testantis de bonis conseruandis in
sua stirpe & progenie masculorum, & magis valeat,
per l.quoties.de reb.dub.vt Alexand. adducit in d.
consi.& in consi.12.colum.fina.nume.24.lib.3. &
Pari.consi.21. colum.fina.lib.3.& Bero. consi.82.
nume.9.lib.2.

Exinde autem fideicommissum iniunctum fi-
liabus dicitur effectu ipso, ac si dictum esset, de bo-
nis paternis à testatore relictis esto contenta de
200.flor. vel retentis flor. 200. reliquum testituas
proximioribus masculis decedentis superuiuenti-
bus, per l. peto. in princip. & ibi. Barto. & alij tra-
dunt.de legat.2.& in specie Bald.in consi.321. te-
stator tria.lib.2.& in consi.111.casus.libr.3. & per
l.cum quis decedens.§.idem quærit.de lega.3.& l.
& eo modo.de leg.1.l.fideicommissa. §. cum esset.
de legat. 3. cum simil. de fideicommisso inducto
32 † etiam ex verbis non ita claris & proprijs allegatis
per Curt.Iun.consi.54.colum.2. nume.6. & Deci.
consi.38.colum.2.Et ex eo quòd testator iussit fœ-
minas dotari, fideicommissum ex sensu manifesto
videtur inducere pro masculis. Deci. consilio 477.
Curt.Iun.consi.87.colum.2.& propriè ex parte ho
norati legato & iussi ac grauati ad plus non peten-
dum induci fideicommissum præstandum hæredi,
per l. 2. com. de leg. & institut. de sing. reb. per fi-
deicommiss.præstan.probat Ruin.consi.60. colum.
2.nume.5.libr.2.nam certum est ea verba (plus vel
vlterius non petere) esse apposita fauore & contem
platione hæredum, vt expressè dicit Bart.in l.quo-
ties.§.si duo. ad fin.ff.de hæredi. institu.vt dictum
33 est, cogitauit enim testator grauare † in quantum
potuit eum quem exhæredauit & priuauit hæredi-
tate, dicit idem Barto.in auc.ex causa.colum.6. sub
versicu. contra ex testamento. C. de liber. præter.
34 ergo eis † quorum fauore & contemplatione, re-
spectu & intuitu facta est talis prohibitio de non
petendo aliud de bonis testatoris debetur fidei-
commissum, per l. fideicommissa. §. plerunque.&
§.interdum.de leg.3. & satis in terminis, per l. qui
filium.in princip.ad Trebellia.probat Bald. consi.
241.punctus talis.ad fin.libr.5. vt latius explicabo
in tract.de interpret.vltimarum volunt. libr. 1. in-
terpr. 2. dubit. 2. versicu. sextò à contemplatione.
Ex his itaque, siue à Bonifacio defuncto, sine filijs
masculis, siue à domi. Andriana sua vnica filia fi-
deicommissum præstari debeat dictis Vitali & Se-
bastiano, vtroque casu habent intẽtum, & vtroque
casu existimo defendisse iure ita esse apertam vo-
luntatem & dispositionem testatoris, & aliter bona
conscientia non posse dici, nisi velimus eius volun
35 tatem circumuenire † contra. l. si cui legatum. de
condit.& demonst.& verbis & non rebus ipsis esse
impositam legem.contra d.l.2.in fi.com.de leg. ac
demum venire contra frequentissimas leges, quas
se posuisse testatorum voluntates adiuuantes dicit
imperator in l. fina. C. de posthum. hæred. in-
stitu. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CXI.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis ex statuto prohibente posse tale lucrum renunciari non intelligitur renunciatum, maximè per promissionem in euentum restituendæ dotis factam per maritum de restituendo totum pretium terræ pro eodem pretio receptum in solutum certa æstimatione pro parte dotis promissæ in quantitate excedentis æstimationem dicti pretij terræ, & alia, quòd non censeatur renunciatum tale lucrum.

SVMMARIVM.

1 *Responsiones quæ fiunt positionibus per verbum (credit) habentur pro confessionibus partis.*

2 *Responsiones positionibus redactæ in scriptis non possunt etiam incontinenti reuocari, non docto de errore.*

3 *Confessio vbi redacta est in scriptis, & respondens patitur & consentit eum scribi, videtur deliberatè facta magis quàm si simpliciter proferatur.*

4 *Confessio dicitur incontinenti fieri, quando respondens non diuertit ad alia, sed adhuc est in ipso actu respondendi.*

Contra-

5 *Contrahentium mens & intentio in contractibus sicut in alijs dispositionibus præcipuè attenditur.*
6 *Cogitatum præcipuè in renunciatione lucri dotis attenditur, scientiaque renunciantis certa requiritur.*
7 *Consensui nil magis contrarium reperitur quàm error.*
8 *Testis depositio habetur pro confessione inducentis.*
9 *Statutum vti ius commune in loco seruandum est.*
10 *Renunciatio prohibita à statuto non valet.*
11 *Statuto prohibitiuo, & vltra annullando vel prohibendo renunciari non potest.*
12 *Consensus partium contra clausulam statuti (imò sit ipso iure nulla) nihil potest operari.*
13 *Parisij dictum consi. 127. nu. 23. lib. 1. refertur & repulsatur.*
14 *Iuramentum non confirmat actus partium factos contra statutum prohibitiuum & annullatiuum.*
15 *Lucrum dotis debetur marito ex causa onerosa.*
16 *Legis sola auctoritas sufficit ad prohibendum, etiam sine ratione.*
17 *Trebellianica detractio non erat sublata à iure antiquo prohibitiuo trebellianica per dispositionem de restituendo totam & integram hæreditatem.*
18 *Generalitas restringi debet ne contineat prohibita disponenti.*
19 *Fundus quando datur in dotem æstimatus, non est in dote fundus, sed pecunia.*
20 *Conuentio in alia re facta in alia re non nocet.*
21 *Promittenti retrouendere rem emptam pro eodem pretio, vt retrouenditio fiat, debet restitui pretium met conuentum.*
22 *Promissio indefinita moderatur legis moderamine.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.

MAritus debens à socero consequi dotem promissam quantitatis scutorum 471. habuit in solutum ab eo petium terræ æstimatum pro scutis 212. & scuta 99. in pecunijs pannis & vestibus æstimatis pro parte dictæ dotis, in instrumento fuerunt hæc verba adiecta. Et in euentum dictæ partis dotis, vt supra receptæ restituendæ idem A. maritus promisit & conuenit reddere & restituere totum dictum petiũ terræ, vt supra pro parte pagamenti sibi traditi pro eodemmet pretio supra scripto inter eos conuento, videlicet scutorum 212. cum dimidio, & alios scutos 99. vt supra receptos in pecunia numerata dicto casu eueniente. Alia mariti promissio non apparet de dote restituenda, euenit casus dotis restituendæ per mortem vxoris sine filijs, & marito debetur dimidia pars dotis ex lucro sibi concesso per statutum in loco, socer repetit totam dotem, marito excipiente de retinenda dimidia pro lucro dotis, & offerente restituere totum dictum petium terræ pro eodem pretio iuxta formam dicti instrumenti cum reliquis pro alia dimidia, calculatis rationibus, replicat & instanter insistit marito non deberi aliquod lucrum dotis, quia illud remisit & renunciauit, & aliud huius suæ intentionis fundamentum non adducit nisi verba præscripta dicti instrumenti, de restituendo toto dicto petio terræ pro eodem pretio.

Hoc quidem suum fundamentum læuissimum est & de facili destruitur, vt bene prudenter & copiosè ostendit in suis allegationibus excell. D. Aduocatus mariti.

Nam primò, socer ipse respondendo positionibus generi, & in specie illi continenti de dicto statuto, nec de lucro dotis cogitatum, credit. & illi quòd si de dicto lucro & statuto fuisset facta mentio vtique appareret in dicto instrumento, credit. & illi, quòd notarius non admonuerit nec certiorauerit, nec interrogauerit maritum si renunciare tali lucro intendebat, credit. & illi, quòd volebat poni in instrumento sic vulgari sermone (io voglio chiarire per instrumento, che sia obligato repigliarselo tutto per il medesimo prezzo, che li precij de le cose non stanno sempre ad vn modo &c.) credit. & illi, quòd fuit facta promissio de restituendo totum dictum petium terræ pro eodemmet pretio, pro declarando quòd in casu restitutionis non intendebat de illo retinere aliquam partem, credit. & sic fassus est causam promissionis & etiam suæ obligationis de retro accipiendo totum dictum petium terræ pro eadem æstimatione qua fuit datum, & pro declaratione mariti, quia in casu restitutionis nolebat de eo aliquam partem restituere, & quòd de statuto & lucro dotis in tali promissione à partibus non fuit
1 cogitatum. Istas responsiones † per verbum (credit) factas positionibus haberi pro confessionibus partis explorati iuris est, præiudicareque confitenti, & nullam efficaciorem probationem reperiri quæ sit maior ipsa confessione partis capi. 1. & ibi. gloss. de confess. in 6. & cap. præsentium. de testi. eo. libr. tradit Alexan. consi. 213. colum. fina. in princi. versicu. præterea fatetur. libr. 2. & consilio 172. colum. penul. sub nume. 17. versi. non obstat etiam libr. 6. & Deci. consi. 252. colum. 2. sub nume. 2. Has confessiones socer respondens (vt audio) postquàm allocutus fuit filium causidicum eas videntem reuocare non potuit eo impediente, quia erãt
2 redactæ in scriptis, ita quòd † etiam incontinenti non possunt reuocari non docto de errore, per glo. in versicu. reuertitur. in capitu. apud misericordem 32. quæst. 1. firmant Alexand. in consi. 92. colum. fina. versicu. hoc etiam fatetur. lib. 5. & Ias. in L. error. colum. 2. in 4. limit. C. de iur. & fac. ign. & Rui. consi. 5. nume. 15. lib. 4. in quibus locis plures alios concor. allegant. Non valet impugnatio quam contra istam conclusionem facere nititur Socin. consi.
3 97. colum. penul. lib. 4. quia † confessio vbi redacta est in scriptis, & sic respondens patitur & consentit eam scribi, videtur deliberatè facta, magis quàm si simpliciter proferatur, vt in simili per l. a. C. de senten. ex breui. teci. probat Barto. in l. gerit. colum. 4. versi. circa secundum speciale. num. 18. ff. de acqui. hæred. & Luc. de Pen. in l. quicunque. colum. 5. ver.

 49. præ-

49.præſumitur.C.de apoch.publi.lib.10. dicit ex-
preſsè præſumitur, quòd aliquis in ſcriptis confite-
tur ex mentis deliberatione procedere, ideò ſic de
facili non debet admitti talis confeſſionis reuoca-
tio, vt volunt doct. allegati, & quando reuocatio
non ſit incontinenti ipſe Soci.& omnes in ca.præ-
terea.de teſti.cogen.volunt non poſſe eam fieri, &
4 incontinenti fieri dicitur† quando reſpondens non
diuertit ad alia ſed adhuc eſt in ipſo actu reſpon-
dendi.arg.l.hæredes palam.in fin.ff.de teſta. quod
quidem incontinenti minimè eſſe dici poteſt, cum
expedito per Iudicem actu reſponſionum, & iam
ſcriptarum, reſpondens poſtea alloquatur filium,
qui viſis reſponſionibus conſulat & faciat patrem
reuocare confeſſiones, cum etiam doct.in d.c. præ-
terea. remittant arbitrio Iudicis reuocationem ta-
lem, profectò in ſpecie noſtra non debet arbitrari
eum admittendum, quinimò tenere ꝙ ſit calumnio
ſa reuocatio, & confeſſiones ipſas continere veri-
tatem ipſam, etiam ſic coadiutam & demõſtratam
per illos teſtes examinatos ſuper monitorio dicti
generi, qui etiam (vt allegatum eſt) debent inclina-
re animum Iudicis ad ſic credendum, vt per Curt.
Iun.conſi.160.col.3.& Aym.conſi.198.in fi. Cum
igitur non fuerit per partes cogitatum de ſtatuto
neque de lucro dotis in paciſcendo, dum inſtru-
mentum promiſſionis & receptionis partis dotis
exponeretur, non poteſt modo imaginari fuiſſe in
ipſo inſtrumento tunc à genero factam renuncia-
5 tionem lucri dotis, quia † in conrractibus, ſicut in
quibuſcunque diſpoſitionibus, præcipuè attenden-
da eſt mens & intentio contrahentium.Soci.conſi.
58.colum.2.verſic.his tamen. lib.1.& concordan-
tium plenam paginam more ſuo reddit Tiraquel.
in l.ſi vnquam.in verſicu. libertis. nume.58. de re-
uo.dona. ac præcipuè in renunciatione lucri dotis
6 attenditur cogitatum, ſcientiaque † renunciantis
certa requiritur.vt tradunt Ange.Imo. Roma. in l.
damni.§.cum parietem. de dan.infect.Deci. conſi.
402.colum.3.verſicu. primò non ob. & in l. 1. nu-
me.76.C.de ſenten. quæ pro eo quod inter. in ad-
dit.nouiſs. cum alijs rela. per Roland. à Val. idem
firmantem in quæſt. 38. in fin. tract. de lucro dot.
Alioquin renunciatio quæ appareret, diceretur fa-
cta per errorem, ideò non præiudicaret, cum con-
7 ſenſus abeſt, † cui nil maius contrarium reperitur
quàm error.l.ſi quis per errorem.ff.de iuriſdic.om.
iudic.& ibi docto. & iuramentum nihil facit. Pau.
de Caſtr.conſi.377.nume.2.lib.2.Deci.conſi.350.
colum.fina.Pariſ.conſi.89. colum. fina. nume. 71.
libr.1.Aymo conſi.144.nume.16.& ſequen.Idque
ſi appareret eueniſſe per errorem, probatur ex alia
confeſſione dicti ſoceri inducta per productionem
examinis ſer Auguſtini Gallutij ſui teſtis, dicentis
ſuper interrogatorijs (che non crede, che ſer Anto-
nio habbia promeſſo di reſtituire tutta la dote per
cauſa di far parentela con detto Lodouico, ma ſia
8 ſtato, ſe pur è, per errore) ita † per productionem ta-
le dictum etiam ſine cauſa & per credulitatẽ teſtis
habetur pro confeſſione ſoceri inducentis, vt pro-
bat Roman.in alleg.conſi.104. in fin. pro ſingula-
ri notat & ſequitur Iaſ.in rubr.colum.penul.verſic.
ſextò notabiliter.ff. de iureiuran.ſentit Io.de Amb.
conſi.61.colum.2.& Pariſ.conſi.23.nume.1.lib.4.
Aymo conſi.201.nume.7. etiam ſi eſſet vnus teſtis
probat, in ſpecie tenet Soci.Iun. conſi.69. num.21.
& ſequen. libr. 1. non fuit facta dicta renunciatio
expreſsè neque tacitè, & qualis eſt, per errorem eſt,
ergo ſumus in claris vanam eſſe obiectionem ſoce-
ri ſuper prætenſa amiſſione lucri dotis, vt tradit
Bald.in l.quod nomine.ad fi. ff. de condi. indebi.
cum alleg.per Val. in d.q.38. in fin. & Phanucium
Luc.ſuper ſtat. lucen. de lucro dot. in glo. fin. ver.
& hoc procedit.fo.529.

Siquidem & ſecundo dici poſſet renunciatum
per generum lucro dotis, id nequaquã valeret pro-
hibente expreſsè ipſo ſtatuto, ꝙ non poſſit renun-
ciari tali ſtatuto de lucro dotis, & ſi renunciatum
fuerit, non valeat talis renunciatio, imò ſit ipſo iu-
re nulla, imponẽdo pœnã notario ne ſcribat renun
ciationẽ, & teſtibus ne interſint inſtrumento, quod
9 † ſtatutum vti ius commune in loco ſeruãdum eſt,
per l.omnes populi.& ibi doct. tradunt de iuſtit. &
iur.& latiſſimè diſcutit & firmat Blanc.de compro.
in 1.quæſt.verſicu.de iure.nume.19. & ſequent. ita
renunciatio vel pactum contra tale ius non valet.
vt l.iuriſgentium.§.& generaliter.& not.gloſſ. in l.
paciſci.ff.de pact.& l.pacta quæ contra.C. eo. nam
tale ſtatutum neceſſitatem contrariam voluntati &
reſiſtentem conſenſum inducit, & non poteſt plus
renunciatio, quàm poſſet conſenſus, ita in ſtatuto
prohibente renunciationem tenet Bald.conſi.288.
pone ſtatutum.verſicu.ſed hic ſtatutum.libr.5.& in
terminis probat Ioan. Anto. Alexandri. conſi. 70.
viſo ſtatuto, ſequitur & dicit rem eſſe expeditam
10 quando ſtatutnm prohibet † renunciationem, qnòd
ea non valet, Phanu. Lucen.in dict.gloſſ. fina. pa-
gina 526. facit quod tradit Bald. in l. 1. colum. 3.
ſub num.7.C.de pact.quando renunciatio eſt pro-
hibita, & Bal.ipſe conſi.382.pro parte.ad fin.lib.3.
11 dicit, ꝙ ſtatuto † prohibitiuo & vltra annullãdo vel
puniendo renunciari non poteſt, per l.1.& 2.C.ne
fideiuſſ.dot. & hoc eſt propter clauſulam vel decre
tnm annullatiuum, vt eſt in noſtro ſtatuto, ibi. imò
12 ſit ipſo iure nulla, quòd conſenſus † partium in con
trarium nihil poteſt operari, vt per plura probant
Barb.conſil.43.colnmn.13. verſic.præterea faciat.
libr.1.& Iaſ.in l.non dubium.column.3.ſub 8.not.
C.de legi.& in l.inter cætera.column.fina. de libe.
& poſthum. & Tiraquell.in d.l.ſi vnquam. verſicu.
reuertatur.nume.316.cum ſequen.vſque ad nume.
323.& Alexand.conſil.41. column.penulti.nume.
10.11.li.5. Per hoc enim refutatur & tollitur qnod
13 tentauit tenere Pariſ. conſil. 127. lib.1. † quia ibi.
maximè nnme.23.dicit non obſtante ſtatuto præci
ſo partes ipſas licitè poſſe recedere à iure ipſarum
partium, quia hoc etiam non poſſet procedere,
quando ſolum eſſet ius vnius partis, ſcilicet hic ſo-
lius generi pro dicto lucro, & quando adeſt decre-
tum ſtatuti annullatiuum, contra quod nihil po-
teſt

teſt operari conſenſus partium per communes de-
ciſ.telatas per Iaſ.& Tiraq. in locis alleg.& iuramē
14 tum non confirmat.† Tiraquel.idem in dict.verſic.
reuertatur. nume.373. adde Bartol. in l. cum hi.in
princi.num.7.ff.de tranſact.& dum non venerit ca
ſus dicti lucri conſequendi etiam poſt contractum
matrimonium ſemper viget dictum ſtatutum pro-
hibitiuum & ſuum decretum annullatiuum,& ſem
per loquitur.l.Arriani. C.de hæret.& ſuam diſpoſi
tionem poteſt qualificare & moderare quomodo
vult & voluerunt ſtatuentes,argumen.l.in re man-
data.C.mand.ſemperque durante matrimonio vi-
get ratio dicti lucri dandi marito in recompenſa-
tionem tot ſumptuum factorum per eum in ducen
15 do vxorem,ita † quòd habet tale lucrum ex cauſa
oneroſa,vt per Abb.in cap.ex publico. colum.2.de
conuerſ.coniug.& conſi.1.columna.fina.lib.1. & in
cap.tertio loco.de præſump.& ibi in apoſtil.ſæpius
dicitur, quòd licet hoc appelletur lucrum, tamen
non eſt lucrum,vt proueniens ex cauſa oneroſa,per
gloſ.& ibi doct. ſequuntur in l.ſi donaturus. §.1.ff.
de cond.ca.da.& eſt commun.opin. pleniſſimè pro
bata per Rolan.à Val.in d.tract. de lucro dot. in q.
4.nume.10.& ſequen. ita corruit ratio Pariſij in d.
conſil. quòd ſit ex cauſa lucratiua, pariter & cor-
ruit ſua deciſio, maximè in caſu noſtri ſtatuti lo-
quentis prohibitiuè, & cum clauſula decreti annul
latiui vt dictum eſt, quod non erat in caſu conſilij
16 Pariſij,& ſine ratione ad prohibendum ſufficit † ſo
la legis auctoritas, per l.proſpexit. ff. qui & à qui.
dicit Bald.in dict.conſil.288.circa med.libro quin
to. Vlterius imponit Iudici, quòd illud teneatur
obſeruari facere,ita tenetur,non obſtante renuncia
tione partis.argument. l.neminem. & ibi not. per
Bart.C.de cano.frumen.vrb.Ro.lib.11.Hoc enim
ſtatuto prohibitiuo renunciationis, ſtante etiá per
promiſſionem factam de reſtituendo totam & in-
tegram dotem,non cenſeretur renunciatum tali lu
cro,ex eo quòd ſtante iure antiquo prohibitiuo tre
bellianicę per diſpoſitionem de reſtituendo totam
17 & integram hæreditatem non erat † ſublata detra-
ctio trebelliaticæ, per l.qui totam. ff.ad Trebel.&
alias leges, tenet Roman. conſi. 75. & ita reſpon-
dit in ſpecie Alexand.in conſil.5.colum.penul. ſub
nume.11.verſicu.nec obſtat quòd nonnulli. lib.3.
& conſi.201.column.3.nume.11.verſicu.nam non
obſtat. libr.6. quaſi ſi talis prohibitio extaret quòd
vigeat ratio d.l.qui totam.cum aliis ſimil.Hæc au-
tem dicta ſint ex abundanti, cum nulla in caſu iſto
adſit dicti lucri renunciatio.& conſequenter tolli-
tur quod in contrarium adducit Iaſ.in conſ.90.lib.
3. & Rolan.in 42.q. fundando ſe ſuper generaliſſi-
ma renuntiatione omnium auxiliorum Iu.Can.Ci
ui.Municipalis, & ſtatutorum, vltra quòd in caſu
noſtro non adeſt talis generalis renuntiatio. Ta-
men ſi adeſſet,reſtringenda eſſet,ne contineret re-
nunciationem ſtatuti de lucro dotis, cuius renun-
ciatio per ipſum ſtatutum prohibita eſt,& ſic gene-
18 ralitas † reſtringi debet ne contineat prohibita di-
ſponenti. Pau.de Caſtr.conſil.294. in cauſa. co l.1.
ſub verſicu.ſed hic.lib.2.Roma.conſil. 108. ad fin.
Dec.conſil.504.ſub nume.3. Aymo in conſil.256.
column.5. verſic.nam feudum.tollitur etiam,quia
ſic facta per errorem non præiudicaret ad lucrum
dotis conſequēdum,per ſuperius allegata, & in ſpe
cie per d.Rol.in d.q.38.in fi.

Verùm & tertiò pro dicto quondam genero, vt
omnis ſcrupulus auferatur, vt verbis vtar tex.in l.3.
C.de interdic.matr.& propria fallacia ac æquiuo-
cum euidens dicti olim ſoceri detegatur,qui(vt vi-
deo)totas ſuas allegationes fundat in doctrinis do
cto.loquentium de promittente reſtituere totá do
tem, vt per Rol.à Val.in d.q.38.Et nos ſumus, non
in tali promittente, ſed in eo cui erat promiſſa dos
certæ quantitatis pecuniarum ſcutorum 471.& pro
parte dictæ quantitatis accepit in ſolutum petium
terræ æſtimatum pro ſcutis 212.cum dimidio,& in
euentum reſtituendæ partis dotis ſic receptæ, &
non dixit totius dotis reſtituendę,promiſit reſtitue
re totum dictum petium terræ pro eodemmet
pretio & ſic non promiſit reſtituere, totam dotem
ſed diuerſam rem, prout eſt fundus,in quo non eſt
dos vel eius pars, ſed in pecunia qua fuit æſtima-
tus,vt expreſsè dicit Bartol. in l. 2. §. Mela. de do-
19 te prælega. quando fundus † datur in dotem æſti-
matus non eſt in dote fundus ſed pecunia,& in con
ſil.124.punctus quæſtionis. in fi. dicit ꝙ appoſitio
dotis continet ipſum pretium,& Pau.de Ca.in l.Li
cinius.in prin.de leg. 2.& Bal.in l.quoties. in fi.C.
de iure dot.dicit ꝙ vera dos eſt pretium quo res ęſti
mata eſt,ideo præcisè debetur pretiū,ſequitur Soc.
conſi.56.col.fi.li.1. Quare dictum pactum de reſti
tuendo totum dictum petium terræ ſic diuerſum à
dote nullo modo continet obligationem reſtituen
20 di totam dotem,quia conuentio † in alia re facta in
alia re non nocet,dicit text.in l.ſi vnus.§.ante om-
nia.ff.de pact.& ibi Bar.& alij notant.Si dicit, pro
eodem pretio in quo verè conſiſtit dos, ſignum eui
dens eſt quòd pretium non vult perdere,ſicut in eo
eſt qui promittit rem emptam retrouendere pro eo
21 dem pretio, † vt retrouenditio fiat debet ei reſtitui
pretiummet conuentū, vt l.2.C.de pact.inter emp.
& vendit.ita reſtitutio pretij fieri debet in caſu iſto
quòd de eo habeatur ratio & fiat compenſatio in
reſtitutione dotis quæ eſt in ipſo pretio, & cedat
in portionem dotis pro rata æſtimationis & quan-
titatis, quam gener tenetur reſtituere, poſtquam
voluit totum illum fundū reſtituere ex cauſis & ra-
tionibus etiam confeſſis per d.ſocerū reſpondēdo
poſitionibus, vt dictum eſt, retenta dimidia dotis
pro ipſo genero vigore dicti ſtatuti,vt illa verba(in
euentum dotis reſtituendæ) intelligitur ſcilicet re-
22 tento lucro dotis conceſſo per ſtatutum,quia † pro-
miſſio indefinita moderatur legis moderamine. vt
in ſpecie poſt Cyn.tradit Bal.in l.fi.C.ad leg.Falci.
& Ange.Imo.& Roma.in d.l.damni.§. cum parie-
tem.& latè ponit Rol.à Val.de lucro do.in q.37.&
ſic debet intelligi alia particula dicti inſtrumenti
ibi.alios ſcutos 99. ꝙ referatur ad ſcutos 212. pre-
tium dicti petij terræ, & non ad totalitatem dicti

petij terræ, vt diuersam rem & magis remotam, & sic incongruè, contra tradita in l. si idem. §. si de iurisdi. om. iud. & in l. talis scriptura. §. 1. de lega. 1. & dicit fieri in pecunia numerata & non in rebus datis vt dicit de petio terræ, & subiungit, dicto casu eueniente, & intelligitur scilicet retenta parte data per statutum, per dictam communem doct. relatam per Rol. a Val. in d. q. 37. Et ita intrepidè puto pronunciandum in fauorem dicti generi.
Laus Deo

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXII.

ARGVMENTVM.

Donatio bonorum facta à Principe, & solutio annui legati x. vltimorum annorum etiam facta ex transactione, liberant possessores ipsorum bonorum hæreditariorum à petitione eiusdem legati pretensi pro anterioribus annis.

SVMMARIVM.

1 *Lex, bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. habet etiam locum in Ducibus & Marchionibus habentibus iura regalia.*
2 *Compositio & commissio est strictè intelligenda, & non extendenda ad annos præteritos.*
3 *Positum de vno tempore videtur de alio negatum.*
4 *Dispositio præcedens declaratur ex obseruantia solutionum.*
5 *Experiri nemo potest in iudicio contra alium sine actione.*
6 *Actio, & hypothecaria non oriuntur ante diem.*
7 *Solutiones debita pro prioribus annis probantur per apochas solutionum tributorum publicorum factarum de tribus vltimis annis continuis.*
8 *Legati trinæ solutiones faciūt in futurū legatū deberi.*
9 *Liberatio fauorabilior est obligatione.*
10 *Bald. dictum in l. quicunque. nu. 8. C. de apoch publ. lib. 10. reprobatur.*
11 *Lex 1 C. de fideicom. declaratur.*
12 *Solutio decennalis facit præsumi solutionem in præteritum.*
13 *Obligatio personalis in simplici colono ita est inducta in contractu pro annua solutione & pro reconducta, sicut est in hærede pro legato annuo obligato ex quasi contractu inducto per aditionem hæreditatis.*
14 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates & econtra valet.*
15 *Doctori quantumcunque magno non creditur, nisi dictum suum aliqua lege, auctoritate vel ratione probet.*
16 *Taciturnitas creditoris longeua facit præsumi eum satisfactum esse.*
17 *Apocha solutionum probant.*
18 *Solutio partis ex causa transactionis facta inducit liberationem à toto.*
19 *Argumentum valet de re ad tempus.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.


Legatum ducatorum 25. annuum mulieri factum donec vixerit, hæres eius non solutum afferens pro quibusdam annis retroactis & præteritis, iam sunt 30. anni postea elapsi, & horum posteriorum annorum apparentibus annuis solutionibus (dum legataria vixit) ei factis, agit nunc hypothecaria, & petit contra possessores bonorum hæreditariorum, qui illud etiam annuatim compositione & mandato Illustrissimi Principis pro illis posterioribus continuisque annis 13. & vltra, quibus legataria vixit, ei soluerunt. Quæritur an huius hæredis iusta sit petitio.

Respondetur breuiter, secundum proposita ab ipsis possessoribus, iniustum esse, id sanè rationibus his demonstratur.

Prima est, quòd isti cōuenti possident dicta bona ex donatione antecessoribus suis bene meritis facta ab Illustrissimo Principe hærede mediatè illius testatoris cum omni plenitudine potestatis voluntatis, libertatum & exemptionum. Vnde molestari non debent actione hypothecaria, neque alia specie inquietationis & molestiæ, per tex. in l. omnes. & in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.
1 quæ. l. bene à Zenone † locum etiam habet in Ducibus & Marchionibus habentibus iura regalia, vt per Paris. consi. 1. nu. 122. lib. 1. & latius per Aym. consil. 263. colum. penulti. versicul. quinimò cum homines. vbi plures concord. adducit, & hoc censeo non refricandum in dubium. Nisi quòd si dicatur Illustrissimum Principem iam commisisse dictos possessores debere soluere dictū legatū annuum. sed respondetur eos adimpleuisse pro annis, quibus tenebantur ex dicta compositione & com-
2 missione, quæ † strictè est intelligenda & non extendēda ad alios annos præteritos, per ea quæ tradit Bald. in l. non fine. supra fin. C. de bon. quæ lib. cum allega. à Tiraquel. de retract. titu. 1. in præfa. nume. 62. & p Aym. consil. 173. nu. 9. cum sequent. Imò dicta commissio tunc in futurum præcipiens debere soluere videtur in præteritum denegare,
3 quia, quod de vno tempore pono † de alio videor negare, dicit Barto. in l. certum. §. 1. ff. de confess. quòd talis fuerit compositio de soluendis tunc futuris annuis legatis, docet ipsa obseruantia solutio-
4 num † ex qua declaratur præcedens dispositio. Socin. consi. 25. colum. 7. versicu. decimò probatur. lib. 1. Aymo consi. 273. colum. fina. versicu. postremò vbi. & consi. 226. num. 6. ita extra dictam commissionem inciditur in tēpus prius, quo dicti pos-

sessor s

sessores sunt sub priuilegio.d.l.bene à Zenone.

Secunda ratio adducitur, q regula iuris nota est,
5 † neminem posse in iudicio cõtra alium sine actione experiri.l.si pupilli.§.fin.ff.de nego.gest. contra istos possessores non posset dictus hæres alia actione experiri, nisi hypothecaria, per l.1.com. de leg. sed bene constat eum non posse agere dicta hypothecaria, quia sibi non potest competere contra dictos possessores, nam probatur q dictum legatum annuum, vltra primum annum à morte testatoris, cæteris singulis successiuis annis quibuscunque vixerit legataria, fuit & erat conditionale, quia secum conditionem affert si legataria viuat, per text. in l.si in singulos annos.& ibi Bart.de an.leg.& legatariæ non competebat actio ad quodq; annuum legatum nisi completo anno, quia plura sunt legata. l. cum in annos. ff. quando di.leg. ced. interim hæres alienans bona hæreditaria euitat q tempore quo cedit dies vnius legati bona sunt penes alium,
6 vt ante diem † non est orta actio, ita nec hypothecaria, vt in specie probat Bald.in d.l.1.nu.11.versi. quæro nunquid ante diem.com.de leg.latè probat in annuo legato Soci.in consi.41.col.pen.ver.præterea dicit.& ver.seq.nu.28.29.libr.4.& alios concord.allegat & firmat Anch.Regien. in q. 3. lib.1. ergo dicti possessores quoad dictum hæredem circa sua prætensa annua legata conditionalia liberas ædes habent.l.loci corpus.§.pen.si serui.vindi.

Tertia est, quoniam appareant apochæ solutionum dicti legati annui per dictos possessores factarum continuatis annis dictæ legatariæ vsque ad vltimum suæ vitæ diem per annos 10. & vltra, ex quibus fortius dicendum est præsumi & probari eam fuisse satisfactam de dicto annuo legato pro
7 annis ante elapsis, sicut per apochas † solutionum tributorum publicorum factarum de tribus vltimis continuis annis probantur solutiones debitæ pro prioribus annis, per text.& ibi Bar. & Luc. de Pen. tradunt in l.quicunque.de apoc.publ.li.10.de quo per glo.& ibi Ias.in l.2.col.49.& seq. C.de iure emphyt.dicens hoc procedere in tributis, collectis, in emphyteuta, in simplici colono, siue censuario, idẽ sequitur Alci.de præsumpt. in reg.2. in præsumpt. 25.num.9.& latè discutit, & dummodo solutiones sint tribus vltimis annis factæ in debitore annui cẽsus, firmat Aymo consi.313.si de tribus annis vltimæ solutiones tantum operantur, quanto magis debent operari solutiones prædictæ per singulos continuos annos 10.& vltra.argument.auctent. multo magis.C.de sacr.sanct.eccle.& c.1.de treu.& pa. &
8 si trinę † solutiones legati faciunt in futurum legatum deberi.vt l.1. C.de fideicommiss. quantò magis decennales solutiones legati, præteritorum & anteriorum annorum legati liberationem inducere debent, vt magis † liberatio fauorabilior est obli
9 gatione.l.Arrianus.ff.de actio.& obli. & l.fauorabiliores.de reg.iu.cum vulg.

Vnde per istam rationem trium præstationum trium annorum in specie legati annui ad inducen-
10 dam obligationem futurorum annorum † tollitur dictum Baldi in d.l.quicunque.num.8.in specie volentis in legato annuo per solutionem trium annorum non præsumi solutionem in præteritum: quia respondetur ex eadem ratione triennalis solutionis inducta ad obligandum pro futuris annis fauore alimentorum & vltimæ voluntatis, per d.l.1.C. de fideicommiss. debet induci præsumptio solutionis præteritorum annorum fauore liberationis & absolutionis, p d.l. Arrianus.& d.l.fauorabiliores. & propriè idem Bald. sic in simili arguit in l. aduersus. Cod.de vsur. Non obstat quòd dict. l.pri-
11 ma. dicit. & si qua in præteritum &cæt. † quia debet intelligi, si petens constare fecerit in præteritum non fuisse solutum, vt expressè in casu suo ob factam triennalem solutionem sequentem intelligit text.in d.l.quicunque.ad quam etiam debet trahi.d.l.1.per l.non est nouum.cum duabus ll.seque. ff.de legi. Tollitur & secundò, quia d.l.quicunque. vti generalis trahitur etiam ad solutiones annuas,
12 quòd † per triennalem solutionem præsumitur solutio in præteritum, vt in simplici conductore firmat Alexand.in consi.105.colum.2.nume.2.lib.3. & Ias.in d.l.2.columm.50. versicu. nunquid autem prædicta.de iur.emphyt.& in d.l.1.column.2. versicu.alium notabilem.dicit d. l. quicunque. esse extẽdendam generaliter vt procedat in quocunque debente soluere, siue sit emphyteuta, siue vasallus, siue censualis, siue quicunque, vt per se, & locum habet in simplici colono, vt ibi per eum, & Bero. in consil.152.num.3.lib.1. in quo quidem ita est obligatio personalis inducta ex contractu pro annua solutione & pro re conducta, sicut est in hærede
13 † pro legato annuo obligato ex quasi contractu inducto per aditionem hæreditatis.l.3.in fine. ff. ex qui.cau.in poss.ea. & pro hæreditate & commodo habito.l.ab eo.C.de fideicommiss. ergo & in hac solutione triennali annui legati ita debet præsumi in præteritum, sicut in solutione trienali mercedis annuæ facta per simplicem colonum, per d.l.quicunque. arguendo ab identitate rationis. l.à Titio.
14 de verborum obligatio.& arguendo † à contractibus ad vltimas voluntates, & econtra, per l.fina. C. de leg. & l.pactum inter hæredem.ff.de pact. & ibi Bar. not. Tollitur & tertiò confundendo rationem Baldi diuersam in legato annuo, quòd hæc non sit præstatio canonica, id est regularis illatio, sed contingens respiciens grauamẽ personæ & nõ rei. quia respondetur, quòd ita in hærede post aditam hæreditatẽ obligato ad annuum legatum singulis annis accidit præstatio canonica, id est ordinata & regulata per testatorem cuius dispositio lex dicitur. §. disponat. in auc. de nupt. & non solum grauamen personæ respicit, sed etiam rei per hypothecariam, per l.1.com.de leg.& illatio, id est solutio, exponitur per Luc.Pen. in d. l. quicunque.col.1.sicut annuum tributum regulatum & ordinatũ per legem Principis, & annua merces ordinata & regulata per legem contrahentium locatoris & conductoris accidit præstanda singulis annis, ergo hac sua ratione confusa & destructa cessat & sua decisio, & stat prę

ſumptio inducta, per d. l. quicunque. & in præſtá-
tione annui legati. Tollitur & quartò, cum pro hac
ſua deciſione Bald. contra d. l. quicunque. & con-
tra eius generalem extenſionem ad quoſcunque
obligatos annuatim factã per glo. in c. 3. de ca. poſ.
& propr. & glo. & doct. in d. l. 2. de iure emphyt. &
in locis ſupra alleg. ipſe non alleget aliquam le-
gem ſeu auctoritatem ſeu rationem concludentem
15 probantem ſuum dictum, ci credi non debet † quan
tuncunque magnus ſit doctor. c. ego ſolis. 9. diſt. il-
lam. C. de collati. dicit Arch. in ca. nolite. il 2. 11. q.
3. etiam gloſ. non debet credi ſi legem non allegat,
inquit Iaſ. conſi. 39. col. pen. lib. 3. & Deci. in cap. 1.
nume. 40. 41. de poſtul. prælat. Tollitur & quintò
etiam ei plaudendo in præſenti caſu, cum ipſe con-
cedat vbi grauamen rei ſit, vt ibi. d. nume. 8. non
rei. & præſumi in præteritum ſolutionem con-
tra iſtos poſſeſſores, tale legatum non poteſt dici
niſi grauamen rei & pro re. l. ſi cum venditor. in
princ. ff. de euict. & d. l. 1. com. de lega. ergo & pro
his eſt ſententia Bald. Tollitur & ſextò, ex alia ge-
nerali præſumptione ſolutionis per longeuam ta-
citurnitatem legatariæ in caſu propoſito, quia ea ſi
non fuiſſet aliquo modo ſatisfacta de legatis de-
curſis pro dictis annis præteritis, non tandiu ta-
16 cuiſſet † recipiendo à poſſeſſoribus legatum con-
tinuo & ſucceſſiuo tempore decurrens, nihil dicen-
do de annis præteritis, cum eſſet egena, at modo
vltra 15. vel 20. annos eius hæres nihil dicere po-
teſt, vt in ſimil. terminis ex facto reſpondent Alex.
conſi. 183. col. fi. ver. & hanc partem. lib. 6. & conſi.
115. col. 2. lib. 7. Corn. conſi. 277. col. 3. in princip.
lib. 4. & Pau. Caſt. conſi. 58. col. fi. ver. item reſultat
tertia præſumptio. libr. 2. & Cuma. conſi. 19. viſa
copia. verſi. pari autem. & Soci. conſi. 89. col. fi. ver.
item adſunt præſumptiones. libr. 3. & Deci. conſi.
596. col. fin. & Calca. conſi. 23. col. 2. & Affict. de-
ciſ. 13. ſub nume. 21. & deciſ. 58. nume. 8. & Aymo
cõſi. 148. in fi. & multo tempore ante iſtos elegãter
dixit Cicero in orati. pro P. Quintio. Satis eſt argu-
menti nihil eſſe debitum Neuio, quòd tandiu nihil
petiuit.

Quarta, & non minus concludens ratio additur,
ꝙ omnes ferè dictarum ſolutionum apochæ dicũt,
(per accordo fatto) quod idem eſt dicere ex tran-
ſactione, quæ etiam magis efficax fuit commiſſa &
firmata per Illuſtriſſimum Principem, vt in dictis
17 apochis dicitur, † quæ probant, per l. optimam. C.
de contr. & comit. ſtip. & de tranſactione vel com-
poſitione firmata per Principem habetur in c. 1. de
tranſact. & per Bald. in l. ex placito. C. de rerum
permut. & Io. Bapti. de ſancto Seueri. in tracta. de
tranſact. in quæſt. 18. col. fina. nume. 12. vnde ſol-
uentes ex tranſactione legata annua certorum an-
norum ſunt liberati à legatis anteriorũ annorum,
18 ſicut ſolutio † partis ex cauſa tranſactionis facta
inducit liberationem à toto. l. ſi quidem. C. de tran
19 ſact. vt ſummant ibi omnes docto. & valet † argu-
mentum de re ad tempus. vt l. miles ita. §. & quia
diximus. & ibi Bartol. & alij not. ff. de mili. teſta.

Et ex his præmiſſum cenſeo de iure verum reſpon
ſum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM CXIII.

ARGVMENTVM.

De lucro dotis amiſſo per maritum nõ tractantem vxorem affectione maritali.

SVMMARIVM.

1 Lucrum dotis prohibetur marito qui non tractauit vxorem affectione maritali.

2 Vincula duo magis ſtringunt.

3 Prouiſio ſpecialis plus timetur, operatur & magis prouidet.

4 Defectus minimus apparens quo vxor à marito maritali affectione non ſit tractata, inſpici & attendi debet de iure communi.

5 Iudex poteſt ex ſe, abſque partis petitione expellere maritum à lucro dotis, ſi non tractauit vxorem maritali affectione.

6 Affectio in perſonis eſt motus animi oſtẽſus erga alium per actus exteriores tales, quales ſunt conuenientes actiuè & paſſiuè in perſonis ipſis.

7 Actus exteriores mariti erga vxorem oſtendentes animi ſui motum & affectionem, vt per eos dicatur obſeruare erga coniugem quæ decet & debet obſeruare tam ex lege diuina, quàm humana, qui ſint.

8 Vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus, & ſecum eſt diuini & humani iuris communicatio.

9 Conſiſtens in genere probari debet per teſtes ſingulares de diuerſis factis deponentes.

10 Teſtium ſingularitas non attenditur penes modum ſciendi, dummodo concordes ſint ad effectum rei.

11 Contrariorum eadem eſt diſciplina.

12 Geſta domi probantur per teſtes domeſticos, conſanguineos & alios ibi verſantes.

13 Probationes non ita exactæ requiruntur ad excludendum maritum à lucro dotis.

14 Teſti vti confeſſioni partis aduerſæ inducta per eius productionem plenè credi debet.

15 Deponenti de facto proprio plenè credi debet.

16 Socius criminis & infamis probat in occultis domi geſtis, & de facto ſuo deponens.

17 Maritus relinquendo lectum vxoris, & ſe commiſcendo & mechando cum alia muliere dicitur adulterium committere.

18 Maritus tenendo vxorem extra lectum ſuum non dicitur eam maritali affectione tractare.

19 Maritus dicitur expellere vxorem, non ſolùm ſi de facto expellit, ſed etiam ſi acriter verberaret, vel ſi in domo concubinam teneret.

Delinquens

20 *Delinquens in parte, omnium est reus.*
21 *Negatiua hec (non tenet affectione maritali) comprahendit omnes casus in quibus potest verificari.*
22 *Deponentibus super negatiua de eorum facto credendum est.*
23 *Augustini responsum circa institutionem ecclesiæ omisso suo.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.

IVdicio per neptem ex sorore donatariam & hæredem ex testamento materteræ cœpto contra maritum suæ d. materteræ excipientem se vxoris suæ
hæredem in vita ex vltimo testamento, & dimidiam dotis pro lucro concesso à statuto se velle retinere, exinde ortis duabus quæstionibus, vna super validitate primi testamenti dictæ vxoris, altera super dicto lucro non debito marito, qui vxorem affectione maritali non tractauit, super vtraque excellens causæ pro nepte Patronus subtiliter & copiosè allegauit. Ipsoq; iudicio pendente moritur & maritus institutis ab eo (vt duriores forsan magis quàm pietatis intuitu relinquantur aduersarij) hæredibus religiosis fratribus sancti Augustini, cessat finita mariti vita vna quæstio de testamento vxoris. altera superest de lucro dotis, & hæc etiam pro nepte expedita est per duas sententias conformes inappellabiles vigore decretorum, sed hanc suscitari placet ipsis religiosis fratribus & reuideri, si possent vnquàm tale lucrum hæreditario iure dicto consequi, quanto enim magis reuideatur, tanto minus videbitur deberi, licet satis superque pro nepte allegata sufficiens, tamen & eadem quia repetita & exagitata magis splendere possent in lucem & iuuare.

Itaque dicendum est in specie proposita, tale lucrum non deberi, & integram dotem nepti hæredi vxoris esse restituendam, quia maritus iste vxorem
1 affectione maritali non tractauit, propter † quod & contra eum duplex extat prohibitio. & communis decisionis glo. Barto. Bald. Ang. Castr. Alex. & Ias. in l. si ab hostibus. §. si vir. solut. matrimo. & Bald. Salyce. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Ruin. consil. 8. column. 2. nume. 3. lib. 2. cum concord. alleg. per Roland. in tract. de lucro dot. in q. 64. & ipsius statuti tale lucrum deferentis, his verbis, quod tamē supradictum est de lucro dotis non habeat locum in illis qui vxores non tenent affectione maritali, sicut decet & debet, vt in specie de prohibitione statuti, & ex dispositione iuris communis adducit & considerat Alexand. consi. 122. col.
2 3. num. 10. lib. 7. adeo quòd hæc duo vincula † magis stringunt, capit. 1. de treug. & pa. & auc. itaque commu. de succes. & l. fina. §. si verò pater. C. de adopt. vt de dispositione conformi & iuris communis & statuti doct. post Barto. adducunt in l. 1.
3 in princip. ff. ad l. Falcid. & prouisio † specialis plus timetur, operatur & efficacius prouidet. capi. quamquàm. & ibi. gloss. 23. dis. Bald. in l. 1. in 4. oppo. C. de neces. hæredi. hoc autem plus & efficacius operari & prouiderè in proposita specie potest consistere in duobus, vnum est, quòd tenere vxorem & tractare affectione maritali, sic esse dicitur de iure cō-
4 muni, in quo minimus defectus apparens † quo non sit vxor sic tractata, inspici & attendi debet, per ea quæ tradit Barto. in l. si proprietarius. in princi. versicu. op. quòd de minimis. de dam. infec. per l. 1. §. illud. de coniug. cum emancip. liber. & l. quamuis. vt in pos. leg. & in l. scio. de in integr. restitut. & capitu. de appellationibus. & ibi. Canon. de appel. & infra dicendum incidet. Alterum est, quòd affectione maritali tenere vxorem sic exceptum per statutum ipsum & contrauentum apparens in processu potest iudex absque petitione partis ex se peten-
5 tem tale lucrum expellere, † per ea quæ in simili de exceptione apparente ex instrumento, ex quo quis agit expellente agentem, tradit Bart. in l. cum qui isa. §. qui ita stipulatur. nume. 4. de verbo. obligat. & ibi alij sequuntur, & Roma. consi. 244. versi. primò enim. & Afflict. in decis. 16. in fi.

Sed tota vis est videre quomodo id per maritum contrafactum ex processu liqueat, prius enim scire oportet, quid & quale dicitur esse, aliquem tenere vxorem affectione maritali, vt hoc cognito sciatur eius contrarium de quo quæritur. l. 1. de his
6 qui sunt su. vel ali. iu. affectio autem † in personis est motus animi ostensus erga alium per actus exteriores tales, quales sunt conuenientes actiuè & passiuè in personis ipsis, vt si conueniant patri erga filium, dicitur affectio paterna. vt l. si paterno. C. de nego. gest. si conueniant marito erga vxorem, dicitur affectio maritalis seu coniugalis. de qua in c. 1. de coniug. lepro. & in cap. illud. de præsumpti. & in cap. pmo. ad fin. 32. quæst. 5. & in capit. ex literis. in fin. de spons. & matri. & in l. quod in vxorem. C. de
7 nego. gest. Actus † quidem exteriores sunt mariti erga vxorem ostendentes talem sui animi motum & affectionem, vt per eos dicatur obseruare ea erga coniugem quæ decet & debet obseruare tam ex lege diuina quàm humana, quòd primùm suæ vxori adhæreat. vt c. 2. in Genesi, vt secum faciat vnum corpus & vnam carnem. ca. Agatosa 27. quæst. 2. & ca. Martinus. de cogni. spiritu. viri debent diligere vxores vt corpora sua, qui suam vxorem diligit se ipsum diligit, nemo enim vnquàm carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, &c. & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, sacramentum hoc magnum est, verba Apostoli in c. pe. ad Ephes. & eiusdem ad Corinthi. prima c. 7. & vir vxorē non dimittat, &c. qui autem cum vxore est, sollicitus est
8 quæ sunt mūdi quō placeat vxori, est vxor † socia diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de cri. expil. hæred. & secum est diuini & humani iuris communicatio. l. 1. de ritu nup. cum simi. per Neuiz. in Syl. nupt. lib. 3. nu. 11. 12. 13. & Tiraquel. in præfati. nu. 12. l. si vnquàm. de reuo. don. & maritus vxorē siue sterilem, deformem, claudām, surdam, cecā, vel quacūq; alia infirmitate cōfectam pro societate fideq;

ſuſtinere debet.c.ſi vxorem.32.q.5.eiq; etiam ęgro
tanti præſtare debet alimenta.d.l.quod in vxorem.
& ſuccurrere medicinæ eius, & eius infortunij eſſe
participem, & nihil prætermittere quorum maritum
vxori afferre decet.tex.in l.ſi cum dotem.§.ſi mari-
tus.& §.ſinautem in ſęuiſſimo.ſolu.mat.

Horũ autem probatio demõſtrantium maritum
tenuiſſe & pertractaſſe vxorem affectione maritali
cum fieri debeat ex diuerſis & pluribus ſpeciebus
factorum tendentium ad illud quoddam generale,
ſcilicet.tenere & tractare vxorem maritali affectio
ne,conſiſtens ex ipſis pluribus & diuerſis ſpeciebus
factorum, poteſt quidem fieri per teſtes ſingulares
9 de ipſis diuerſis factis deponentes,vt de aliquo† cõ
ſiſtente in genere probando communiter Innoc.&
alij tradunt in capit.qualiter & quando. de accuſ.&
Alex.conſi.18.ad fi.lib.3.& conſi.41.col.pen.verſ.
opponitur etiã.& conſi.112. colum.fin.num.9.lib.
4.& conſil.92.col.pen.verſi.nec ob.ſi dicatur.lib.5.
cum alijs concord.alleg. ab Aym.conſil.73.nu.32.
10 & conſi.78.num.6.ita ſingularitas † teſtium non at
tenditur penes modum ſciendi, dummodo concor
des ſint ad effectum rei. Bald.in l.2.ſub ver.hic quæ
ro ſi ſeptem.& num.4.C.de bono.poſ.ſecundum ta
bu.& in l.j.colum.fina. verſ.teſtes enim.C.de teſta.
glo.in ver.ſubſtantia.in c.dudum.de conuer.cõiug.
& gloſ. in c.nihil.de verb.ſig.cum ſimil.

Pariter in probãdo oppoſitum de quo agitur &
negatiuam, ſcilicet maritum non tenuiſſe nec tra-
ctaſſe vxorem affectione maritali,ſufficere debet id
probari per teſtes ſingulares,ſaltem in actibus infe-
rentibus tamen vnum finem & effectum eundẽ ne-
negatiuæ propoſitæ & obiectę † q̃a cõtrariorũ ea-
dem eſt diſciplina.l.ſi.§.fin.de leg.3.l.non intelligi
11 tur.§.diui fratres.de iure fiſ.& poſſunt eſſe teſtes do
meſtici, conſanguinei & alij domum verſantes de
12 his quę domi geruntur, † quoniam per alienos fa-
cile ſciri nequeunt.vt propriè eſt text.in l.conſenſu.
ver.ſeruis etiam.& ver.ſeq. C.de repud.& ibi Bart.
not.& gloſſ.in ver.maiores. in cap.dilecto.de offic.
Archi.& Soci.conſi.17.col.2.verſi. & ideo pro con
13 cordia.libr.j.& quia maximè non ita exactæ † pro-
bationes requiruntur ad excludendum maritum à
tali lucro,vt in ſpecie dicit Bald.in conſil.254.pro-
ponitur ꝙ vxor.in fin.lib.2.

Veruntamen in propoſito dici poteſt ſatis plenè
& concludenter probatum de dicta negatiua obie-
cta, ſcilicet maritum iſtum non tenuiſſe vxorem af
fectione maritali ſicut decet & debet, & multifariã
demõſtratur.incipiamus primùm ab illa ſeparatio-
ne tori facta ab vxore ipſa corã D. Vicario Epiſco-
pi,per quam apparet feciſſe contra illud pręceptum
Apoſtoli. Et vir vxorem non dimittat.& ſi fuerit iu-
dicio eccleſiæ, fuit culpa mariti, qui in faciem vxo-
ris tenebat domi cõcubinam nomine Margaritam
& verberauerat ipſam vxorẽ, vt colligitur ex teſti-
ficatione dominę Seraphinę vxoris ſer Bartholo-
mæi Gratioſi & D. Elyſabethæ vxoris olim magi-
ſtri Andreæ ſutoris & Thomaſinæ pediſequæ do-
mini Io.Franciſci Arduini, teſtium examinatorum
pro dicta nepte & hærede,& clarius ex depoſitione
ſer Nicolai Gratioſi teſtis partis aduerſę ſuper inter
rogatorijs, amplè atteſtantis de verberibus & ma-
lè geſtis contra vxorem, & de concubinis domi re-
14 tentis per maritum, ita ꝙ iſti teſti † vti confeſſioni
partis aduerſæ inductæ per eius productionem ple
nè credi debet.vt in ſpecie adducit Soci. Iun.conſi.
69.num.11.lib.j. Deinde etiam poſt dictam ſepara
tionẽ, & poſtquàm iterum dicta vxor redijt ad ha-
bitandum cum dicto marito, ipſe etiam continua-
uit rubricam (vt aiunt) malè & peius ſe gerẽdo con
tra vxorem, tenendo cõcubinam nomine Ioannã,
eam pregnantem reddendo, & parturientem in fa-
ciem vxoris etiam inſeruientis concubinæ, & dor-
mientis in lecto ſeparato à lecto viri,& clarè depo-
nit ipſa Ioanna, cui deponenti de facto proprio,
accedentibus maximè examinibus dictarum mulie
rum examinatarum,& dicti ſer Nicolai Gratioſi,&
Marciantoni Tartagliæ teſtis examinati pro dicta
15 hærede,plenè credi debet † per communem doctr.
elicitam ex tex.etiam loquente in ſeruo deponente
de facto proprio.in l.quæro.in fin. ff.de ædil.edict.
per Iaſ.in l.j.col. pen.in prima lect. C.de ſum.tri.&
fi.ca.& in l.admonẽdi.col.21. in fi.& prin.ſeq.col.
de iu.iuran.Dec.conſi.56.nu.4.& Soc.Iun.cõſi.61.
ad fi.lib.1.cum concord.congeſtis per Tiraquel.de
retrac.ti.j.§.j.glo.14.nu.47.& ſeq.& Blanc.de com
pro.in q.8.in fi.& Porti.Imol.de commu.opi.lib.j.
conclu.5.pag.20.etiam quòd dicta Ioanna ſit ſocia
16 † criminis & infamis, probat in his occultis domi
geſtis & de facto ſuo deponens.Dec.conſi.342.nu.
3.& ſeq.& conſi.343.num.3.hoc item maximè pro
cedit in probatione adulterij per maritum commiſ
ſi.d.l.conſenſu.verſic.ſeruis etiam.& §.mitiores. in
17 auth. de nupti.prout commiſſit iſte maritus † relin-
quendo lectum vxoris & ſe commiſcendo & me-
chando cum alia muliere.vt c.nemo.32.q.4.& c.ſi
mechaberis.ea.ca.q.5.& ſic fuit contra fidem & ſa-
cramentum matrimonij,& contra diuinum præce-
ptum.Non mechaberis. & contra tot alia præcepta
matrimonialia ſuperius recenſita, & contra ipſam
vxorem, quæ exinde maximè remanſit exaſperata
& maculata.d.§. mitiores.& d.l.conſenſu.& cap.in
coniugio.32.q.j.ideo ex hoc ſolo dicitur maritus
iſte non tenuiſſe vxorem maritali affectione ſicut
18 decet & debet,tenẽdo † eã extra lectũ ſuum,vt poſt
Anto.de Butri.firmat Abb.in d.c.illud. nume.5.de
præſump.& priuationem lucri dotis, & deriſionem
pati debet iſte maritus ſenex, ſicut eſt in canicie ri-
diculoſa venus, & debet priuari lucro dotis per d.
ſtatutum. ibi. quod tñ ſupradictum &c. maritus.n.
19 dicitur expellere † vxorem, non ſolum ſi de facto
expellit,ſed etiam ſi acriter verberaret, vel ſi in do-
mo concubinam teneret,vt ad eum priuandum tali
lucro ſcribit Fanucius Lucen. in ſuo commento ad
ſtatutum Lucen.de lucro dot.in glo.fi.pag.548.hoc
ſolum dixi ſufficere pro amiſſione dicti lucri, quia
20 qui deliquit in parte † omnium eſt reus. tex.& glo.
in l.ſi quis in graui.§.ſi autem non tutum.ff.ad Sil-
lani.& propriè eſt text.in dict.§.mitiores. in fin.ibi

non solum si omnes simul probauerit causas, sed
etiam si secundã, seu vnam, & quia negatiua hæc
21 † non tenent affectione maritali, cõprehendit om-
nes casus in quibus potest verificari. Dec.con.490.
sub nume.6.

Aliç superabundant causæ cõtrauentionis mariti
huius & priuatiõis eius lucri dotis. Quid de illa ĩ vl
tima vitæ vxoris infirmitate ex qua mortua est,
tenendo eam clausam domi, ne eam visitarent sui
attinentes, vt plures testes deponunt. primùm in ea
fecit transgredi opus illud bonum. Infirmus eram
& visitastis me. Matth.cap.25. & fecit contra illud
Apostoli supra, quòd vxorem nõ dilexit vt corpus
suum, neque vt carnem suam nutriuit & fouit. Item
illa non parua est, ꝙ ad eam in infirmitate dicta re-
lapsam visitandam nullum ex medicis Mag. Cõmu
nitatis vocauit, ut apparet ex eorũ attestationibus,
22 quibus in hac negatiua † de eorum facto deponen-
tibus credendum est. Bal. in l.1. nume.7. C. de bon.
poss. secundum tab. & in l. is qui. ff. de acquir. hęre.
& hæc illa est causa ob quam nuncupatim maritũ
priuari lucro dotis tradunt glo. Bart. Bald. & cęteri
in d.l. si ab hostibus. §. si vir. & Rolã. de lucro dot. in
q.64. & Phanu. in d. glo. fina. nume.8. versi. quintus
est casus, sufficit quòd in vltimo vitæ vxoris defece
rit ei subuenire de medicis. Roland. in q.70. in fin.
hæc quidem negatiua de medicis non adhibitis ad
infirmitatem dictę vxoris constat ex examine me-
dicorum, & ex eo ꝙ ex aduerso non fuit proposita
affirmatiua, per ea quę de negatiua probanda tra-
dit Aymo consi.1. in fi.

Alia (præ cæteris causis) maior causa & vehemen
tior est cum priuandi, quanto anima prętiosior est
corpore, quia in vltimo vitę dictæ vxori non adhi-
buit medicum animæ. s. confessorem, qui dicitur
medicus animę, vt c. cum infirmitas. de pœni. & re
mis. & necessarius præsertim in vltimis diebus om-
ni personæ etiam iustæ, quę dicitur septies in die ca
dere, de hac negatiua etiam apparet satis per exa-
mina testium, vt videri potest, & est verisimilis;
quia vir iste non uitæ sed successionis uxoris cupi-
dus per plura tempora non permisit aliquem uxo-
rem infęlicem alloqui, timens ne testamentum per
eam in sui gratiam conditum, & metu, postea reuo
caret confirmãdo primum, vt ex processu plurima
indicia & protestationes prudenter collegit domi-
nus Aduocatus in coadiuuando & defendendo pri
mum testamentum dictæ vxoris pro dicta nepte,
de quo modo (vt dictum est) mortuo viro non est
disceptatio, nisi de lucro dotis, quod hęredes eius
fratres S. Augustini retinere & habere volunt, non
credo equidem alienum à viro, si de hoc diuus Au
gustinus viuens nunc consultus esset, an pro sua ec-
clesia uellet tale lucrum, & auferre dictę nepti, uti-
23 que responderet, † alium quærat cõsultorem quàm
Augustinum, ut fecit in cap. fina. 17. q.4. gloss. in l.
Papinianus. §. si imperator. ff. de inoffi. testam. licet
pro filio sic respondere. Tñ idem ius uidetur in hac
nepte donataria & hærede ex testamento suæ ma-
tertera, & pro hoc lucro dotis ablato à suo uiro ex
impietatibus cenũ contra uxorem cõmissis, & quis
quis alius cõsultus erit ita iure respondebit semper
(ni fallor) & pro iustitia sic uigente pro nepte, & ne
aliæ immortales lites suscitentur gratis cõtra duas
sententias conformes iam pro ipsa nepte latas & in
appellabiles per statuta. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM CXIIII.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Principe militi bene-
merito aufert aliis iura prætensa super
bonis donatis, & communi iure & pri
uilegio ll. omnes. & bene à Zenone. C.
de quadri. præscript. etiam de iure ca
nonico inter laicos, bona fide præsum
pta ex possessione donatarij, plura que
alia de legato annuo certæ quantitatis
nominatim imposito extincto ꝑ mor-
tem grauati, non impediente alienari
interim bona hæreditaria, & ad hæc
postea hypothecariam non acquiren-
te, & soluto in præteritum ex solutio-
ne præsumpta per decennales præsta-
tiones vltimas apparentes.

SVMMARIVM.

1 Dubia excitandi mos veterum fuit.
2 Dubia excitare quandoque aliquid periculi afferre solet.
3 Filius succedens in hæreditate patris iustam habet ignorantiam legati, & testamenti de eo non loquentis.
4 Hæredi non defertur iuramentum ob præsumptã ignorantiam facti defuncti.
5 Hæres reperiendo bona donata in patrimonio vel hæreditate patris iustam habet credulitatem ea fuisse patris propria non aliena.
6 Quantitas annua legata dicitur esse quid generis diuersum à bonis donatis, quæ dicuntur certa species.
7 Bona & non mala fides præsumi debet.
8 Donatarius quando est in possessione bonorum donatorum à Principe, & Princeps donauit rem simpliciter vt suam, tunc donatarius est tutus. & est communis opinio.
9 Princeps quando vendit vel donat rem, credens esse suam, recipiens est securus.
10 Fiscus in dubio præsumitur bona fide possidere.
11 Princeps quando donauit alicui bona vt hæres alicuius,

ius, & non vt princeps, recipiens non est securus, quia ab eo res posset euinci quatenus sit extra causam hæreditariam.

12 *Dictio (infrascriptam hæredem) designat nomen illud quod legi potest in testamento.*

13 *Numerus singularis non refertur ad pluralem.*

14 *Expressa in numero singulari in sexu vno fœminino nõ continet alium sexum masculinum.*

15 *Legatum quando est vni impositum, alius non intelligitur grauatus ad onus dicti legati, & est communis.*

16 *Bona defuncti ex licentia summi Pontificis possunt expendi ad pias causas.*

17 *Præsumitur in dubio quem fecisse quod facere debuit.*

18 *Legatum annuum ab aliquo nominatim soluendum, eo mortuo extinguitur, & amplius non debetur.*

19 *Hypotheca tacita cessat vti accessoria extincta obligatione principali.*

20 *Ius tacitæ hypothecæ facilè tolli potest.*

21 *Clausula (ex certa scientia, & non obstante) effectus.*

22 *Lex omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. declarantur.*

23 *Leges non debent frustratoria reddi.*

24 *Recipiens bona à Principe respectu tertij prætendentis habere ius in bonis receptis habet firmam defensionem ex capite. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip.*

25 *Leges omnes, & bene à Zenone. solum nõ habere locum in bonis ecclesiæ tam ablatis, quàm ei datis per principem, sed locum habere quo ad laicos, & in præiudiciũ laicorum, non ecclesiarum.*

26 *Lex bene à Zenone non procedit solum de iure canonico in præiudicium ecclesiarum.*

27 *Glosa intelligi debet secundum legem quam allegat.*

28 *Lex bene à Zenone. allegatur passim etiam in principe donante in terris Ecclesiæ.*

29 *Rei vindicatio non potest competere quando est legatũ quantitatis vel generis, quia non est res certa quæ vindicatur.*

30 *Conditio non retrotrahitur.*

31 *Conditio casualis trahit retro hypothecariam ad diem orti crediti.*

32 *Conditio in legatis indistinctè non trahitur retro.*

33 *Conditio in vltimis voluntatibus indistinctè non trahitur retro quo ad acquisitionem.*

34 *Hypotheca tacita in legatis non oritur ante purificatã conditionem, ex communi.*

35 *Actio personalis datur pro legato quantitatis, ita & hypothecaria super bonis testatoris.*

36 *Legatum annuum dicitur res magni momenti.*

37 *Consuetudo inducitur per binos actus.*

38 *Remissio fideicommissi magnæ quãtitatis inducitur per calculationem sæpe factam, consanguinitatem & diuturnam taciturnitatem.*

39 *Obligatio ad futura quæ non possunt esse nisi magni momenti inducitur per triennalem solutionem legati annui.*

40 *Liberatio à lege fauorabilis reputatur, & magis quàm obligatio pro quacunque causa.*

41 *Præsumptio ex l. quicunque. C. de apoch. pub. lib. 10. in quibus locum habeat.*

42 *Consideratio de magno vel paruo præiudicio habet locũ ad incommodum in patiente tantum, secus est in patiente & faciente simul.*

43 *Possessor conuentus hypothecaria non tenetur nisi occasione rei.*

44 *Molestari alios pro debitis alienis graue est, non solum legibus, verum æquitati naturali contrarium*

45 *Præsumptio est de præterito ad plus præteritum.*

46 *Præsumptionem iuris contra se habens ad quæ teneatur.*

57 *Testificatio negatiua debet esse coarctata & concludẽs ad contrariam affirmatiuam.*

48 *Solutiones decennales continuæ sufficiunt ad probationem alicuius tituli ad inducendam obligationem in futurum, ex communi.*

49 *Diligens in vno præsumitur & in altero.*

50 *Facta omnia fiunt in tempore.*

51 *Expressio temporis in actu, quod tacitè inerat nihil debet operari, nisi demonstrare tempus ipsius actus prout inerat.*

52 *Esse hoc non probatur, quod ab hoc contingit abesse.*

53 *Taxatiua natura est restringere demonstratam rem ad certum modum, & alium excludere.*

54 *Inclusio vnius temporis est exclusio alterius.*

55 *Fraus & deceptio abesse præsumitur in actu facto cum interuentu & iussu principis.*

56 *Legato annuo præscribitur de anno in annum, & pro illis quibus cessatur triginta annis.*

57 *Hypothecaria, etiam non excusso principali præscribitur annis decem inter præsentes & viginti inter absentes.*

58 *Bona fides de iure canonico est iustissima causa præscribendi.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

SVbtiliter quidem ac ingeniosè reuoca-
tur in dubium singulæ rationes quatuor
adductæ pro firmando iuris responso da
to in gratiam Dominorum conuentorũ
pro annuis legatis plurium annorum præteritorum
antè annum 1542. Id autem fieri videtur pro more
1 iudiciorum excitãdi dubia, † vt idem mos veterum
fuisse deprehẽditur ex l. Offilius. de leg. 3. ibi. Impe
rator interrogauit partem legatarij quærendi causa
& ex l. pen. §. sententia. ibi. Antonius Cæsar videtur
tibi voluisse testamentum valere &c. ff. de his quæ
in testa. delen. prodest ad veritatem inquirendã, di
cente Philosopho 3. Metaphisicæ tex. i. veritatis in-
quisitionem esse dubitationum solutionem, & per
tex. in l. fi. §. mixta. ibi. & notando & disputando be
nè optima ratione decreuit. ff. de muner. & honor.
2 solet etiam quandoq; aliquid † periculi afferre, cum
aliqui reperiantur partem in dubitationes refricatã
adeo animis suis impressisse, vt veriorem partẽ vix
amplecti queant, huc tendit quod Alex. in apostil.
ad Bart. in l. j. col. j. in ver. ponderanda. de iure codi
cil.

cil.dicit, & propter capita iudicum, qui quàmpri-
mum vnum capiunt non poteſt ab eis euelli. Quod
quidem non ſolum minimè formidandum, ſed etiã
nequaquàm ſuſpicandũ eſt de excellentiſſimis Do-
minis meis, quin pro eorum eminentiſſima iuris pe
ritia & iudicij integritate publicè probata veritatẽ
ipſam iudicando ſequantur, vt talis eſt Ciceronis in
primo de offi. admonitio. Iudicis eſt in cauſis ſem-
per verum ſequi. Sed quod meum eſt, non deſinam
iure defendere dictum reſponſum, replicando con
tra reſponſiones contrarias, remittendo demum re
plicationes has ſaniori iudicio ipſorum excell. Do
minorum meorum.

Priori itaque rationi fundatę in l. omnes. & in l.
bene à Zenone. de quadr. pręſcrip. non refragantur
reſponſiones contrariæ, cum iſtarum quæq; de facili refutari poſſit.

Prima enim, de mala fide Illuſtriſ. & excellẽ. D.
Ducis Vrbini donantis, in facto nõ procedit. Quo
niam imò idem Illuſtriſ. D. donans ignorauit lega
tum dictum annuum, cum ipſe non ſit hæres inſti-
tutus in teſtamẽto, ſed D. Margarita in vita, & poſt
eius mortem fideicommiſſarius eſt & executor ad
diſpenſandum ad pias cauſas Illuſtriſ. D. Pręfectus
genitor Illuſtriſ. D. donantis, qui ideo ſuccedens
3 † in hæreditate patris iuſtam habuit ignorantiam
dicti legati & teſtamenti de eo non loquentis, per
l. qui in alterius. de reg. iur. & ibi per gloſ. & doctb.
& in cap. cum quis. eo. lib. 6. per quæ iura probatur
ſcientiam defuncti non eſſe ſcientiam hæredis, quia
ſunt diuerſæ perſonæ, vt per glo. in verſ. principali.
& ibi Bal. in l. generaliter. in prin. C. de reb. cred. &
4 iureiur. adeo quòd † ob præſumptam ignorantiam
facti defuncti non defertur iuramentũ hæredi. Ale
xand. conſi. 71. colum. 2. ad fin. verſ. vnde videmus.
5 lib. 3. & conſi. 39. nume. 7. lib. 5. & bona donata † re
periendo in patrimonio vel hæreditate patris iuſtã
potuit habere credulitatem eã fuiſſe patris propria
& non aliena, vt l. fi. ff. pro ſuo, cum etiam ex lectio
ne dicti teſtamenti illius D. Thomæ conſtare non
poſſit eadem bona donata fuiſſe de hæreditate d.
Thomę, & ſi cõtineat dictum legatum annuum 25.
ducatorum, per dictam D. Margaritam hæredẽ ſol
uendorum dominæ Catherinæ donec vixerit, hoc
tamen neceſſariò non tangit perſonam dicti Illu-
ſtriſſimi D. donantis, & liquet eſſe diuerſam rem
6 † quantitatem illam annuam legatam, quæ dicitur
eſſe quid generis diuerſum à bonis donatis, quæ di
cuntur certa ſpecies. l. planè. la 1. §. ſed hoc ita. de le
ga. 1. & l. Titia Seio. in princip. de lega. 2. ibi. magis
in quantitate quàm in corpore conſiſtit, Bero. con-
ſil. 47. colum. penulti. nume. 7. lib. 2. vt ex ſe notum
eſt. Ex his itaque verius ac ſecurius dici poteſt Illu-
ſtriſſimum Dominum donãtem ignoraſſe & dictũ
legatum & dictum teſtamentum, & dicta bona do
nata eſſe obnoxia alicui, ſaltem per tacitam hypo-
tecam dicti legati, per reg. præſumitur ignorantia.
de reg. iur. in 6. & conſequenter non malam ſed po
tius bonam fidem Illuſtriſ. D. donantis præſumi
7 † vt debet, per tex. & glo. in c. ſi virgo. 34. q. 2. & in
l. bonæ fidei. ff. de verb. ſigni. bonam fidemq; præ-
ſumi, niſi probetur contrarium, latè probat Alci. de
præſumpt. reg. 3. præſumpt. 5. ex eo maximè præſu-
mitur tam in Principe donante quàm in donata-
8 rio, quando donatarius eſt in poſſeſſione † donato-
rum bonorũ, vt ſunt iſti Domini conuenti, & Prin-
ceps donauit rem ſimpliciter vt ſuam, ita tunc do-
natarius eſt tutus, ita eſt commun. concluſio gloſ. &
doct. etiam in contrarium alleg. vt in gl. in ver. pro-
prium. ibi. aut rem ſuam credit, &c. in l. 2. C. de cõ-
mun. re. ali. & ibi Cy. & alij tãto magis tenent quã-
do Princeps ex certa ſcientia & de plenitudine po-
teſtatis (vt hic euenit) donaret etiam rem alienam,
& modo dicam, & in glo. in verſ. diſtrahantur. in l.
1. C. de vend. re. fiſca. lib. 10. ibi. aut credit ſuam &
ſtatim emptor eſt ſecurus, &c. & Abb. conſil. 3. ſub
nume. 8. lib. 2. & Alexand. conſil. 52. nume. 7. lib. 7.
& Feli. in c. quæ in eccleſiarum. nume. 35. de conſti
tu. & alij allega. omnes firmant dictas gloſ. quando
9 Princeps † vendit vel donat rem credens eſſe ſuam,
quòd recipiens eſt ſecurus, per d. l. bene à Zenone.
& Cy. Saly. & Caſtr. in l. 1. C. de hæred. vel act. ven
di. & in l. 2. ſi aduer. delict. & propriè Bald. in d. l. 2.
C. de com. re. alien. dicit præſumi pro recipiente à
Principe quando poſſidet, aliàs ſibi incumbit onus
probandi fiſcum bona fide poſſediſſe, & ſequitur
Felin. in d. ca. quæ in eccleſiarum. ſub nume. 35. &
Duen. ſequitur plures concord. allegando in ſua re
10 gu. 238. in prima limit. & dicit quòd in dubio † prę
ſumitur quòd fiſcus bona fide poſſideat. idem fir-
mat Rom. conſi. 310. ad fin. Bello. conſi. 51. num. 4.
Debet ergo ſilere (alio non docto) & maximè de
ſcientia Illuſtriſ. D. donãtis quòd bona donata eſ-
ſent tacitè hypotecata pro dicto annuo legato, &
ceſſare allegatio pro aduerſario de mala fide Illuſt.
D. Donantis.

Secundo loco obiecta de conceſſione iurium tã
tum Illuſtriſ. domini Donantis in bonis donatis
& non de annuo legato ſoluendo D. Catherinæ, re
mouentur multifariam, quoniam ea poſſent habe-
re locum quando S. E. I. donaſſet dicta bona vt hæ
res illius D. Thomæ, & non vt Princeps, iſto enim
caſu ſecurus non eſt recipiens, quia ab eo res poſſet
11 † euinci quatenus ſit extra cauſam hæreditariam, vt
tradit Saly. in d. l. 1. nume. 1. in fin. de hære. vel act.
vendit. refert Alexand. d. conſi. 52. ſub nume. 7. lib.
7. & ſentit Bald. in conſil. 253. Illuſtris Dominus.
nume. 2. lib. 1. alleg. in contrarium, dum dicit. præ-
terea hic fiſcus contraxit tanquã creditor non tan-
quam Imperator, meritò etiam idem Bal. non ſtat
in hoc niſi argumentando in diuerſam partem, ſed
poſtea conuertitur in aliam partem vti de iure ve-
riorem firmatam. per Principem ex certa ſcientia,
& de plenitudine poteſtatis volentem donatarium
effici perpetuum dominum, & valentem ex cauſa
tollere dominium, ergo & fortius hypothecam, vt
ibi per eum, remittentem deciſionem quæſtionis il
lius tandem conſilio Iuſtitiæ, quia tangit intereſſe
illius Illuſtriſ. Domini, ideo nec in hac quæſtione
nec in ſua per Soci. alleg. conſi. 46. lib. 4. poteſt alle
gari

gari pro firma decisione, imò de iure magis facit
pro nostris Dominis conuentis.
Verùm in specie nostra sunt hæc inspicienda, ꝗ
primum legatum hoc annuum relictum D. Cathe-
rinæ in testamento exprimitur esse soluendum per
infrascriptum hæredem, quæ scripta hæres legitur
D. Margarita, adeo quòd dici potest legatum esse
impositum nominatim ipsi dominæ Margaritæ hę
redi, tum per dictionem (infrascriptam hæredem)
12 † quæ designat nomẽ eiusdem D. Margaritæ, quod
legi potest in testamento. per doctri. Bart. in l. qui li
beris. §. hæc verba. ad fi. de vul. & pup. quem ibi do
* cto. communiter sequuntur. & Alexand. consi. 173.
col. 2. lib. 5. & cons. 176. col. fi. lib. 7. & Ias. cons. 15.
ver. tertio. lib. 1. tum per numerum singularem, &
in genere fœminino eam compræhendentẽ & con
tinentem, cuius nomen est scriptum, & non aliorũ
13 nomina, maximè masculorum, quia † singularis nu
merus non refertur ad pluralem, per ea quæ scribit
Alexand. consil. 226. column. fi. num. 5. lib. 6. & ex-
14 presũ † in nomine singulari in sexu vno fœminino
non continet alium sexum masculinum. l. Heren-
nius. ff. de verborum signifi. & exemplo turpissimũ
est fœmineum vocabulum cõtinere masculos, tex.
apertus est in l. si ita scriptum. in princi. de leg. 2. &
ibi Imo. & glo. & doct. in l. 1. de verborum signifi.
Vnde nominatim dicitur dictum legatum præstan
dum per dictam dominam Margaritam hæredem
15 scriptam, per l. nominatim. de leg. 3. & † ei imposi-
situm est, ideo alius non intelligitur grauatus ad o-
nus dicti legati, per l. si plures. eod. & l. 1. §. id quod
ex substitutione. ad leg. Falci. tradit Bario. in l. licet
imperator. colum. 1. de leg. 2. & ibi Alex. col. 2. sub
* nu. 9. & seq. latè defendit ita esse commun. opin. à
qua ibi nume. 11. consulendo & iudicando dicit re
cedendum non esse.
Quatenus autẽ ibidem sit contentio inter doct.
an legatum tale sic nominatim impositum hæredi
scripto, transeat ad substitutum, cessat hic huiusmo
di hæsitatio, quia Illustris. D. Præfectus in dicto te-
stamento post mortem D. Margaritæ hæredis non
est datus pro substituto, sed pro executore ad dispẽ
sandum bona testatoris ad pias causas, vt in testa-
mento legitur. Qui quidem (vt dicitur famam esse
16 apud seniores) ex licentia † Summi Pontificis vt fie
ri potest. Castr. consil. 187. lib. 1. bona hæreditaria
dispensando & expendendo construi fecit à funda
mentis monasterium fratrum ordinis minorum de
obseruantia S. Francisci, sub titulo S. Mariæ gratia-
rum, maximis sumptibus longè superantibus valo
rem dictorum bonorum hæreditariorũ, vt ex aspe-
ctu dicti monasterij constructi liquere potest, & ex
dicta obligatione executoris id constructum præsu
mitur, per ea quæ not. Bart. in l. 2. C. arb. tut. & in l.
cum seruus. & ibi Alexan. & alij de verborum obli.
& Feli. in c. sicut. nume. 35. de re iud. & executionẽ
huiusmodi commissam conscientię dicti Illustr. D.
Præfecti expletam esse præsumi ex bonitate & reli
gione tanti excelsi Viri in dispẽsandis boni dicti te
17 statoris, cum etiam in dubio † pręsumitur quis fe-
cisse quod debuit facere, Bald. in l. cum ipse. sub nu
me. 4. C. de contr. empt. & fuisse memorem suæ sa-
lutis, Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. Ex qui
bus non extra rem adductis apparet legatum an-
nuum etiam quoad viueret soluendum D. Catheri
nę nominatim per D. Margaritam hęredẽ, ea mor-
18 tua, extinctum esse, † & amplius non deberi. l. Titia
hęrede. in princip. de an. leg. deficiente igitur à quo
debeat præstari dictum legatũ, pro eo deficit actio
personalis sine qua non potuit stare tacita hypothe
19 ca super dictis bonis vti accessoria, quæ † cessat ex-
tincto principali & finita obligatione. l. item libe-
ratur. in princip. ff. qui. mo. pign. vel hyp. sol. & l. in
omnibus. ff. de soluti. cũ simil. ita de hoc legato quã
titatis, & minus de eius tacita hypotheca, quæ sola
posset competere, exempta & libera videntur di-
cta bona donata.
Deinde considerandum est, ꝗ Magnificus & stre-
nuus miles dñs Bñdictus Giraldus de Mõdulpho
primus auctor donatarius multum atq; multũ me-
ruit apud inclitæ recordationis Illustrissimũ & Ex-
cellentissimum Dominum Franciscum Mariam de
Ruere Ducem Vrbini tertium donatorem cõtinuò
sequendo & totis suis substãtijs & viribus inseruien
do suæ Excellentiæ Illustrissimę in turbulentijs bel
lorum Leonis Decimi irruentium contra suum Sta
tum, adeo ꝗ pro tantis suis meritis & stipendijs (vt
adhuc ĩ loco fama vigere dicitur) volebat E. S. I. ei
donare amenum & fertilis ampliq; territorij opidũ
Mondulphi suæ originis locum, & natale solum, sed
ipse pro ingenua modestia dominari renuens in pa
triam suã contentus fuit elargitione vel potius suo-
rum stipendiorum & meritorum solutione & satis-
factione in tenimento terrarum sibi facta. Quam
quidem Excellentia sua Illustrissima cum testimo-
nio & præconio tantorum suorum meritorum &
laudum, motu proprio, ex certa scientia, de pleni-
tudine potestatis cum plenissimis clausulis deroga
torijs, & promissionibus de euictione ei fecit & cõ
tulit, vt in publico documento legitur superinde cõ
fecto. Vnde in proposita specie respondendum est,
non solum ius tacitę hypothecę, quod solum posset
prætendere iste actor pro annuis legatis præteritis
contra Dominos successores & possessores dicti te-
20 nimenti terrarũ donati, & quod facilius † tolli pos-
se reputat Bald. d. consi. 253. supra nume. 4. lib. 3. sed
etiam dominiũ, si quod alijs competijsset in bonis
donatis, intelligi ablatum per donationem & con-
cessionem à Principe factam militi benemerenti, &
pro remuneratione suorum meritorum, per l. item
si verberatum. ibi. itẽ si fortè ager &c. ff. de rei vin-
di. & l. Lucius. de euictio. in similibus terminis pro-
bant Io. de Ana. cons. 81. col. fin. versi. est etiam ad-
uertendum. & Fulg. consi. 20. pro pleniori. col. pen.
versi. deniq; & illud. & Rom. d. consi. 310. versi. hoc
autẽ procedit. & Dec. consi. 390. sub nu. 10. & cons.
588. n. 14. vbi plures cõcord. allegat & isto casu ser
uanda est concessio Principis, Bald. consi. 359. quẽ-
admodũ. sub nu. 7. ver. licet interdum. lib. 3. Siqui-
dem ex aduerso concederetur Illustrissimum Domi
num

num donantem habuisse scientiam & informatio-
nem iuris legati annui super dictis bonis (quod nos
21 concedere nõ possumus) tamẽ per clausulas † ex cer
ta scientia & nõ obstante, tali iuri præiudicasse cen-
setur. Marsil.in sing.440. Princeps. ponit Ceph.cõs.
233.num.110.& vt per Cyn. ex sententia Pet.in d.
leg.2.de com.rer.ali.in tantum ꝙ non valet dicere,
Principem intelligi cõcedere ius quod habet, & nõ
alienum.per l.si domus.§.fin.de leg.j.quia hoc non
procedit in specie nostra per supra allega.& quia iã
d.l.omnes.& d.l.benè à Zenone.pręsupponunt alijs
competere ius dominij vel hypothecæ, & tamen in
hoc disponunt indistinctè, & aliàs non haberent lo
22 cum si non esset vendita res aliena † vt expresè di-
cit Bello.consi.59.sub num.12.versi.pręterea dico.
& clarius Bero.consi. 56.sub nume.16.lib.1.vbi ex
mente Bald.in d.l.j.in 2. colum.de hæredi.vel.act.
ven.& in d.l.fin.si aduer. fis. & Abb.in c.pen.col.7.
ad num.13.de re iud.dicit hæc formalia verba.ꝙ l.
benè à Zenone. debet intelligi quãdo Princeps do
nando traderet rem suam, non ratione dominij vel
quasi, sed ratione possessionis, vt clarè colligitur ex
textu illorum iurium, quæ præsupponunt alteri pri-
uato posse ad illam rem competere rei vindicatio-
nem, vel hypothecariam, vel actionem personalẽ,
vel aliud quodlibet remedium. hæc sunt verba Be-
ro.in d.consi.vt videri possunt.

Addo, ꝙ si donatio Principis non intelligeretur
de securitate concessa donatario aduersus dominiũ
vel hypothecam alteri competens vel competentẽ
super re donata, dictæ.ll.omnes.& benè à Zenone.
frustra denigrarent papirum, frustratoriæ ideo red-
23 di non debent † l.si prætor.in prin.ff.de iudi.& cap.
commissa.versi.porrò. de elect.in 6.cum simil.non
durę enim videri debẽt istę leges, cum fundatæ sint
in fauore debito Principi pro tot vigilijs & labori-
bus die noctuq; intentis pro subditis suis, vt dicitur
in d.l.bene à Zenone.in fi.& in §.fi.insti.de vsucap.
& quia maximè reseruantur iura alijs cõtra fiscum
intra quadriennium, proinde non esse præiudicium
magnum dicit Cyn.in d.l.1. ad med.de hæredi.vel
act.vend.idem Bald.in consi.363.quæritur.sub nu.
2.versicu.si est res.lib.j.dicit hoc non esse iniquum,
quia ille q primitus habebat ius hẽt regressum con
tra fiscum intra quadriennium, sic conseruatur in
demnis & in effectu non patitur damnum, cum fi-
scus sit semper soluendo, vt ibi per eum. Ita igitur
multifariam, multisque modis sublata remanent &
soluta secundo loco opposita de consil.Baldi 253.
lib.j.& de consi.Socini 46.lib.4.ad quod etiam par
ticulariter respondit Bello.d.consil.51.nu.6..7.vbi
* concludit ex vera & commu.opin.doct.recipientẽ
24 bona à Principe † respectu tertij prætendentis ha-
bere ius in bonis receptis habere firmam defensio-
nem ex capite d.l. benè à Zenone.

Tertio & vltimo loco obiecta, de inobseruantia
dictarum legum canonica saltem æquitate genera-
liter etiam quoad laicos, soluuntur, quoniã etsi ali-
qui in contrarium alleg.id asserãt perfunctoriè, tñ
plures alij cõtrariũ firmãt. † d.l.omnes.& d.l.benè
à Zenone. solum non habere locum in bonis eccle-
siæ tam ablatis quàm ei datis per Principem, sed lo
cũ habere quoad laicos & in præiudicium laicorũ
non ecclesiarum, vt Abb.in c.2.num.5.de reb.eccl.
non alie.& Felin.in c.quæ in ecclesiarum. num.38.
de consti.& Balb.de præscripti.in 2.par.5.part.prin
ci.in 8.q.versicu.octauò limita.vbi expresè dicit ꝙ
habeat locum inter laicos etiam in terris Ecclesiæ,
& Math.de Afflict.in prælu. Consti.in q.14.conclu
dit d.l.bene à Zenone.non habere locum in eccle-
siasticis, in laicis nihil dicit.idem Ias.in Auth. quas
actiones.in 2.col.C.de sac.san.ec.idem quando do
natur res ecclesiæ, & ecclesia est donataria.allegat
Paris.consi.27.num.88.lib.j. & Hur.Zanet.in tract.
de difer.inter ius ci. & can.num.111.tenet idem, ꝙ
non procedit in pręiudicium ecclesiarum, isti ita lo
quuntur, nec potest aliter intelligere Duen.qui eos
refert in d.reg.238.num.3.sentit Alex.consi.52.nu.
8.lib.7.idem tenet Bero.d.consi.56.num.17.lib.3.
26 Et claro & solido fundamento isti mouentur † ꝙ d.
l.bene à Zenone.non procedit de iure canonico so
lum in præiudicium ecclesiarum, quia id expresè
sentit glos.in d.ca.2. de reb.eccle.non ali.super qua
ẽt omnes contrarium inter laicos tenentes se fun-
dant, dum ibi super textu de rebus ecclesiæ à regi-
bus obtenta irritante, & super verbo irrita, pro con-
cor.allegando.ca.quicunq; militum. & c.de rebus.
12.q.11.loquentia pariter de rebus ecclesię habitis
& occupatis facto Principis laici, opponit de d.l.be
ne à Zenone.& soluendo contrarium simpliciter di
cit, ista lex non procedit secundum canones, non po
test intelligi nisi de allegatis canon.per eam.s.d.ca.
quicunq; militum.& d.c.de rebus.& d. cap.2.super
quo apposita est, quæ loquuntur de rebus ecclesiæ
& in pręiudicium ecclesiarum, sic etiam intelligit
Saly.in d.l.bene à Zenone.col.j.versi.quæro ab ex-
tra.ꝙ dicta glo.vltra expositionem Abb.& aliorum
supra alleg.ita debeat intelligi, probo optimo argu
mento tex.in l.ligni.in prin.de leg.3.ex illis verbis.
sed sic intelligi consequens est, & ibi pro excusatio-
ne gl.notat Alber.& ex d. Io.And.in gl.in versi.pri
mò. in clemẽ.ad nostrã.de hęret. dicentis expedire
textum (cuicunq; facultati conueniat) per glos.ape-
riri, & ex dicto Bart.in l.non solum.§.liberationis
27 verba.num.7.de lib.leg.dicentis † debere intelligi
glos. secundum legem quam allegat, iuncto dicto
Arch.in c.nolite.col.2.11.q.3. dicentis glossæ non
debere credi si legem non allegat, cum ergo d.glo.
in d.c.2.aliam legem non allegat nisi canones di-
ctorum.c.quicunque.& c.de rebus.secundum ipsos
canones debet intelligi de rebus ecclesiæ, & in piæ
iudicium ecclesiarum, & non in rebus priuatorũ, in
in quibus procedit d.l.bene à Zenone, vt gl.in ver.
consensu.in d.ca.quicunq; militum. expresè tenet,
idem in rebus donatis à Principe tenet in c. placuit
huic sanctæ.16.q.3.& has glos. ibidem sequitur Ar
chid.Ex quibus iuxta aliàs alleg.à petitione huius
hæredis legatariæ securi & defensi sunt successores
28 donatarij Principis, per d.l.bene à Zenone. quæ † al
legatur passim etiam in Principe donante in terris
Eccle-

Ecclesiæ.vt in Dominn tunc Fani consuluit Roma. consi.59.col.pen. versi.sextò videndum est.terram Fani esse de terris Ecclesiæ dicit Cor.consi.13.col. 1.li.1. & in Legato de latere Papæ vti Principe donante in terris Ecclesiæ, etiam consuluit Bero.d.cõ silio 56.num.15.16.lib.3.

Secundam ad exceptionem pro Dominis possessoribus conuentis adductam de actione saltem tacitæ(quæ sola posset competere)hypothecæ aduersario nulla contra eos competente contraria respõ sio facta,nitens ex tex. vti claro nostram quæstionẽ decidente in l.3.vel fin.§. sin autem sub conditione. commu. de leg. tanto faciliori negocio refutatur, vt bene norunt Excellentissimi Domini mei, quantum diuersitatis est inter legatum quantitatis, sicut est id de quo agitur, & relictum certæ rei corporalis,de quo loquitur tex.in d.§. sin autẽ sub con ditione.vt facilè ĩtelligere est ex verbis his, ibi.omnis licentia pateat rẽ vindicare, &c.quæ verba nullo pacto conueniunt legato quantitatis, per ista expressa verba Bart.in l.3.col.2.num.1.versi.pro legatis.C.eod.commu.de leg.propter hoc dico.q quan
29 do † est legatum quantitatis vel generis, non potest competere rei vindicatio, quia nõ est res certa quæ vindicatur, & ex glos.in ver.in rem.in l.2.C.eo.dicente ad fin.ex legato quantitatis non oriri actionem in rem.ibidem Bald.sub num.9.dicit ex legato quantitatis,quia genus non potest possideri,cum sit quoddam simplex intellectuale,igitur non est in alicuius dominio,& exinde infertur quòd huiusmo di legatum quantitatis annuum conditione pendẽ te nullum præstitit impedimentum, quin potuerint alienari bona quę non subiacebant restitutioni,q2 ipsa non erant legata, sed quantitas & ipsorum legatorum annuorum plurium & tot quot anni decur
30 rant.per l.si in singulos.de an.leg.conditio † non retrotrahitur, & consequenter bona iam alienata pro his obligata esse nõ possunt,vt est clara decisio Pa. de Cast.in consi.446.ad primum quęsitum.in prin. li.2. sequitur nouel.Anch.Regi.in q.3.num.4.lib.3. vbi refert idem comprobare alijs concord.citatis Aym.in l.3.nu.210.de lega.3.& hæc proprior & verior est decisio nostræ quæstionis, quàm sit text.in d.§.sin autem sub conditione.qui loquitur in re certa & certi corporis relicta & alienata pendente con ditione, & quæ ipsa sit subiecta restitutioni, ergo ex diuersis &c.

Subsequens alia contraria responsio ad consilium Soci.41.lib.4.& dictum Bald.in l.1.num.11.
31 commu. de leg.& de conditione † casuali trahente retro hypothecariam ad diem orti crediti.per l.qui balneum.in prin.l.potior.ff.qui poti.in pig.hab.facili quoq; replicatione ista repellitur. Quam plenè discutiendo & distinguẽdo materiam cõtractuũ & legatorum conditionalium circa hypothecas facit & adducit Neguf.in suo receptissimo tract.de pign. in primo memb.5.par.à num.12.vsq; ad nu.23.vbi in spẽ sub nu.20.dicit.d.l.qui balneũ.& d.l.potior. in prin.& in his Bart. loqui in contractibus casuali vel mixta cõditione initis trahẽda retro quoad hypothecam ad tempus contractæ obligationis, & illud attendatur, & non tempus existentis conditionis.Tamen in legatis secus est, quia in his conditio non retrotrahitur, sed tempus existentis conditionis attenditur, per iura & auct. ibi per eum alleg.& sequendo sub num.21.vers.& ex prædictis.infert & expresse concludit,q si pendente conditione legati bona testatoris fuissent per hæredem vendita & alienata postea,purificata conditione emptor præferri debet,cum ipse prior in tempore reperiatur q̃ legatarius, ex quo in legato attenditur tempus purificatæ conditionis,quę non trahitur retro,vt ibi per eum,etiam supra nume.23.subiungentem,q Soc.in d.consil.41.libro 4.satis obscurè & inuolutè potuit ista,coniungendo contractus cum legatis, & idem in ambobus firmando, namque idem Soci.ibi nu. 30.& seq.dum meminit de conditione protestatiua & depẽdente à facto debitoris, loquitur in contra-
32 ctibus,in legatis verò † indistinctè conditio nõ tra hitur retro,vt magistraliter probat Neguf. in d.loco,& maximè in conditione casuali affirmatiua tenet Ang.Aret.in tract.de testa.in glos. 58.nume.7. idem de differentia inter contractus & vltimas vo-
33 luntates,quòd in vltimis voluntatibus † quoad acquisitionem conditio nõ trahitur retro, tenet Ang. in l.& hæredi.§.filiafam. ff.de pact. & Bald. in d.l. 3.§.sed quia nostra.num.2.in 2. opp.comm.de leg. & in l.quod df.in princi.ff.de testa.mil.Card. Zab. in cle.fi.col.fi.in q.16.Imo.nu.9.in 7.q.de ele.& de ratione diuersitatis ex commu.doct.opi.per Cagn. in l.quæ legata.num.4.de reg.iu.& est tex.& glo.in l.per iusiurandum.§.si legatorum.ff.de acceptila.&
* commu. opin. in legatis tacitam hypothecam non
34 oriri † ante purificatam conditionem esse attestatur Ancha.Regien. in d.q.3. numer.1.verum est etiam Bal.in d.l.3.num.11.commu.de leg. facere pro hac opin.dum respondet pro re legata ante diem caden tem non dari rei vindicationem, quia ante diẽ non oritur actio in rem dilatione pendente, subiungit nec hypothecaria, intelligitur terminis existẽtibus pro legato in diem vel sub conditione, & maximè
35 pro legato quantitatis, † pro quo datur personalis actio,ita & hypothecaria super bonis testatoris.d.l. 3.in fi.nec super hoc aliter seipsum Bald. declarat in d.l.3.§. sed quia nostra. in prima oppo. & ibi Cast. numer.3. quia loquuntur in legatario certæ speciei vel rei in qua cadat dominium,cum sæpius mentionem faciant de dominio legatarij, & intelligi non possunt loqui de legato quãtitatis, quod non est in dominio alicuius,secundum ipsum Bal. in d.l.2.nu me.9.commu.de leg. Ex quibus remanet etiam defensa iam facta conclusio pro Dominis possessoribus, quòd ipsi in bonis donatis potiores & priores sunt quàm esset legataria illa pro suis legatis quantitatum annuis conditionalibus decursis post annũ 1522.quo fuerunt donata bona, & petitis vsque ad annum 1542.per dictã decis.Castr.in d.consi.446. & Neguf.d.num. 20.21.

Tertia pro Dominis possessoribus ratio seu defensio parum aut nihil necessaria adducta de præ-

sumpta

sumpta solutione petitorum legatorum annuorum
præteritorum inducta ex solutione annua non so-
lum trium sed 10.ann. & vltra continuorum vlti-
morum annorum vitæ legatariæ apparente ex con
tinuatis apochis per generalem doctrinam ex l.qui
cunque.C.de apoch.publ.lib.10.non tolli clarè de
monstratur, etiam replicando contrariis responsio
nibus.

Prima responsio defendendo Bald.tenentem d.
l.quicunq;. non habere locum in legato annuo vti
36 re magni momenti, † sed in paruis tantum, non ob
stat, quia lege vel ratione aliqua concludenti non
probatur, & materia legum loquẽtium de minimis
circa probationem vel alios iuris articulos diuersa
est & diuersas habet rationes à nostra specie & ma
teria.d.l.quicunque. & communis sententiæ doct.
aliàs alleg.& trahentium præsumptionem d.l.ha-
bere locũ generaliter in omni præstatione annua.
Quæ quidem materia pręsumendi solutionem an-
nuæ præstationis pro annis præteritis fundata est
non in qualitate vel quantitate præstationis,
an magna vel parua sit, deprehenditur ex ver-
bis dict. l.quicunque. ibi. decurso posthac quo-
libet annorum numero, &c. & possent esse
tot anni decursi, quòd functio annua tributaria etiã
modica faceret vnũ satis, quia multa modica, &c.
sed in continuata solutione triennali & trium vlti-
morum annorum, quæ visa est sufficiens ad inducẽ
dum hanc præsumptionem iuris, scilicet in præteri
tum fuisse factam solutionem ob triẽnales solutio-
nes vltimas apparentes, & optima ratione, quia vi-
37 demus † per binos actus induci consuetudinẽ. Bar.
in l.Mela.§.1.de ali.lega.Roch. de Curte in tracta.
de consuetu.nume.406.416.418.& doct.in rub.de
consuetu.qui actus possunt esse modici momenti,
& consuetudo inducta potest esse maximi præiudi
cij, cum vim legis habeat.l.de quibus. ff.de legi. &
per calculationem sæpe factam, cõsanguinitatem,
& diuturnam taciturnitatem induci remissionẽ fi-
38 deicommissi magnæ quantitatis, † per tex.in l.Pro
cula.ff.de prob.qui text.respectu magnæ quantita-
tis de directo est contra dictum intellectum contra
rium de paruis tantum, & procedit absque consan-
guinitate ex cursu temporis & gestu negocij. Bart.
in repet.l.quę doris.nume.7.solu.matrim. & Alex.
in apostil.ad Barto.in l.libertis quos. §.1. de adi.lo
39 gat.& per triennalem solutionem † propriè legati
annui sicut induci videmus obligationem ad futu-
ra quæ non possunt esse nisi magni momenti.vt l.j.
C.de fideicomm.& ibi Ange.colum.fina. ver.item
si legatum.refert & Ias.in l.si certis.columm.2.vers.
septimò limita. C. de pact. eadem ratione debere
præsumptionem induci solutionis & liberationis
ad præterita quanticunque momẽti sint.si illud pro
cedit fauore alimentorum vel vltimæ voluntatis,
40 hoc procedere debet fauore liberationis, † quæ à le
ge fauorabilis reputatur, & magis quàm obligatio
pro quacunque causa.l.Arrianus.ff.de acti. & obli.
& l.fauorabiliores.de reg.iu.vt propriè in terminis
d.l.quicunque.arguit & probat Saly. in l.cum de in
rem verso.colu.2.in 9. op.ff.de vsu.& Dec.in d.l.si
certis.columm.2. nume.6. hæc enim videtur fortis
ratio si bene intueatur, ad elidendum dictum Bal-
di, cum aliis etiam, quas aliis adduxi, quibus nõ vi
deo aliquid in contrarium responderi.

Vlterius doct.communiter tradunt, præsumptio
41 nem † ex d.l.quicunque.habere locum in quibuscũ
que præstationibus, & censuum, & locationis sim-
plicis, & pensionum ecclesiasticarum, & in his pre-
stationes vt plurimum sunt de cẽtenis & millibus.
in locatione quadam erant apochæ de 300. & de
700.scutis, & nihilominus per triennales solutio-
nes præsumi in præteritum solutionem probat Be-
ro.aliàs alleg.consil.152.nume.3. lib.1. & pensio-
nes ecclesiasticæ possunt esse de millibus, vt in Ab-
batia Auelanæ de scutis quatuor millibus, & in epi
scopatu Vicentino de scutis quinque millibus an-
nuis, & tam per solutiones triẽnales vltimas etiam
in his præsumi solutiones in pręteritum indistinctè,
plura allegando probat Hie.Gig.in suo tract. de pẽ
42 si.in q.81.consideratio autem de magno † vel par-
uo præiudicio locum habet ad incõmodum in pa-
tiente tantum, secus est in patiente & faciẽte simul,
vt est casus noster per supra alleg. ita declarat Bart.
in d.l.cum de in rem verso.ad num.7.& in q.7. mu
lier.in colum.fina. & per doct. in d.l.si certis. Ideo
hæc ratio magni vel parui momenti non potuit mo
uere Baldum ad sic diuersum tenendum in legato.
annuo, sed rationem (quæ eum mouit) expressit nõ
solum in annuo legato, sed in quolibet promitten-
te alicui soluere 10. singulis annis, quod etiã quid
patuum est, quia hæc pręstatio est contingens & re
spiciens grauamen personę, & non rei, & si respice-
ret grauamen rei Bald. sentit quòd procederet di-
cta pręsumptio, ita nõ habita ratione legati annui,
sed debiti merè personalis non prouenientis occa-
sione alicuius certæ rei pro limitatione ad d.l.qui-
cunque.ipsum dictum Baldi allegando ponit Ga-
bri.Rom.de commun.opin. in tit.de præsumpti. in
conclu.11.in fin. lib.1. vbi latè ampliat & limitat
d.l.quicunque.hæc quidem Baldi sententia, quan-
do grauamen respicit rem, est (vt aliàs est dictum)
pro istis Dominis possessoribus, qui hypothecaria
43 † conuenti non tenerentur nisi occasione rei.l.si cũ
venditor.in princip.ff.de euict.Ergo eius contraria
sententia contra eos vti vera & æqua nec dicenda
nec sequenda est.Quinimò contra eos secuta dice-
retur iniqua, quia conuenti hypothecaria cogi di-
cuntur maximè non discusso principali pro obliga
tione aliena & pro debito alieno. graue ẽ enim nõ
solum legibus, verùm æquitati naturali contrarium
44 † pro alienis debitis alios molestari, dicit tex. in l.j.
C.vt nul.ex vica.lib.11.

Secunda de triennio ipsarum solutionum non
proximo & coniuncto conuentioni & iudicio mo-
to ab aduersario, vti contra qualitatem requisitam,
per d.l.quicunque.cum alleg.per Aym.consil.313.
non refragatur, intelligendo d.l.sano modo, & vt
intelligi debet.Nam cohærẽtia trium annorum de
trinis solutionibus factis & probatis, per d.l. re-
quisita

quisita non debet esse & non requiritur respectu tẽporis iudicij moti, quia istius tẽporis respectu tres illi solutionum anni non dicerẽtur vltimi anni, sed præcedentes, quod est absurdum dicere, & contra d.l.& sententiam omnium, quòd anni solutionum debẽt esse vltimi, & aliàs finita obligatione annuæ præstationis (vt hic euenit per mortem legatariæ) staret (vt fecit iste actor) per annos 18. ad mouendum iudicium super aliquibus præstationibus decursis tempore vitæ legatariæ, & solutiones apparentes vltimorum annorum vitæ legatariæ quæreret euitare, quòd non inducerent præsumptionem solutionum præteritorum, eo ꝙ anni ipsi solutionũ non sunt proximi & coniuncti iudicio moto, quod absurdius est dicere, & de facili ac semper defraudaretur dispositio d.l. quicunque. & commun. opini.

* doct. generalis ex ea elicita contra text. in l. contra legem. & l. fraus. ff. de legi. sed requiritur esse respectu temporum præteritorum, vt sonant clara verba d.l. quicunque. ibi. superiorum temporum &c. & ibi. neque de præterito, &c. & quorum temporum præstationes vti non solutæ sunt deductæ in conuentione seu petitione per actorem, ita est præsum-

45 ptio † de præterito ad plus præteritum, vt per glos. ibi. in versi. superiorum & Ang. in addi. ad Bart. ibi ad fi. & inducta per solutiones continuas trium annorum proximorum & vltimorum, vt ibi per glos. & Luc. de Pen. in princip. cum igitur iste aduersarius de legatis annuis decursis viuente legataria vsque ad annum 1553. dicatur petere legata decursa ab anno 1522. vsque ad ann. 1542. & pro Dominis conuentis ostendantur apochæ solutionum cõtinuorum annorum ab ann. 1543. vsq; ad an. 1553. vtiq; non solum triennium, sed decennium solutionum apparentium est vltimum proximumm & cohærens præteritis annis legatorum petitorum, & ob id militat præsumptio solutionum de dictis præteritis annis, per d.l. quicunque. idque non erat in casu consil. 313. Aym. quia solutiones apparebant interpollatæ, mediæ & non vltimæ.

Tertia, super examine Betti fundata cum allegatis de fide adhibenda testi deponenti de facto proprio, iure penitus remouetur. Quoniam si aduersarius velit probare se vel legatariam debere consequi legata annorum præteritorum ante annos decem apocharum solutionum apparentium, & sic cõtra dictam præsumptionem iuris ex dictis decennalibus solutionibus factis inductam debet proba-

46 re clarè & concludenter, vt quilibet † contra se habens præsumptionem iuris probare tenetur per probationes apertissimas, & per tales testes de quibus non sit aliqua verisimilis dubitatio quòd delerare debeant, vt plura allegando probat Aym. consi. 75. nume. 12. & consi. 198. nume. 3. vt in specie nostra est tex. in d.l. quicunque. ꝙ contrariũ de annis præteritis probet, vel per cautionem possessoris debitoris, vel per manifesta examina testium solenniter receptorum, scilicet quod petit sibi debetur. sed nõ ita posse dici probatum per examen dicti Betti, facillima est replicatio, quia ratione suæ personæ, sui examinis & sui dicti nullam fidem meretur, nec ad indicium aliquod, nam (vt auditur dici) est infamis, saltẽ de facto, quia est decoctus & cessit bonis, suũ examen non potest dici examen, quia non factum per Iudicem, non scriptum manu publica, non cognoscatur, & sine iuramento & parte non citata, & depræhẽditur falsus ex suis dictis, cum primò reuelans sub die 15. Aug. dixerit (che à nome de la Sig. Giouanna ha pagato ogn'anno dal 1540. sin'al 1542. la mettà, &c.) & super 3. cap. dixit (non sapere altro se non quanto ha detto di sopra.) & die 27. Aug. iterum rediens ad reuelandum, dicit (che dal 1540. ouer 1542. fino al 1552. esso reuelante sa che à nome de la Sig. Giouãna ha pagato la metà, &c.) loca iuris & legum, quæ talem testem etiam singularem taleq; suũ dictum ob singulos hos defectus reprobant & pro nihilo habent, vti nota & vulgata allegare ommitto. In hoc etiã quod dicit de facto proprio se nomine D. Ioannæ soluisse legatariæ mercedem legatorum annuorum ab anno 1540. vel 42. vsq; ad annum 1552. coadiuuat magis intentionem Dominorum possessorum, ꝙ apochæ solutionum de dictis annis sunt veræ, & sequitur validitas dictæ præsumptionis ex his etiam solutionũ annorum præteritorum, in eo autem quod dicit se scire ante annum 1540. vel 1542. & retro nec D. Giraldum nec D. Philippum nec D. Ioannam soluisse aliquid D. Catherinæ, nõ est factum proprium, sed ne-

47 gatiua testificatio † non coarctata nec concludens ad contrariam affirmatiuam, vt requiritur, p ea quę scribit Dec. cons. 94. ad fi. & suspecta de falso reijcitur. c. cum ecclesia. ver. nos igitur. de ca. pos. & propr. & ibi per gl. & doct. nec concludit d. legatariam aliunde nõ fuisse satisfactam, prout debebat, & potuit satisfieri ab hæredibus testatoris relinquentis, & non ab istis possessoribus, vt ante demonstratum est, vt verius dici potest præsumptiones plures extare quòd fuerit satisfacta & non debuerit habere ante dictum annum 1542.

Prima est hęc inducta ex dictis decennalibus cõ-

48 tinuis vltimis solutionibus † sufficientibus ad probationem alicuius tituli ad inducendam obligationẽ in futurum, per comm. concl. gl. & doct. in d.l. si certis. & in d.l. cum de in rem verso. & sufficiẽtibus magis ad præsumendum liberationem in præteritum, cum triennales sufficerent, vt in specie probat Saly. in d.l. cum de in rem verso. in 9. opp. ita apochę istę solutionum etiam cum dicto Betti inducentes hãc præsumptionem non possunt inducere simul contrariam allegatam ex aduerso. l. qui hominem. S. si. & ibi glo. & Bar. ff. de soluti. & l. fuit qua stionis. de acq. hær. & not. per doc. in l. legata inutiliter. de adimen. lega. Secunda est inducta ex diligentia, quam compręhenditur d. legatariam fuisse adeundo illustriss. & excell. D. Principẽ pro consequendis annuatim legatis decursis post annum 1542. vt ea ex commissione S.E.I. consecuta fuit, vt sonant dictæ apochę, ita pręsumitur eam fuisse diligentem in procurando satisfactionem sibi legatorum decur-

49 sorum ante dictum annum 1542. cum in vno † diligens

ſigens præſumatur & in altero,àrgument.l.ex per-
ſona.cum ibi not.per doct.C.de probat. Tertia eſt
ꝑſumptio inducta ex taciturnitate diuturna,ꝙ non
fuerint petita legata annorũ ꝑteritorũ, proinde ꝙ
fuerint ſatisfacta,& ſic non eſſe debita,maximè ꝑ-
ſonæ ꝗ fuerit egena, cũ mõ petãtur per hæredẽ, vt
hãc præſumptionẽ approbari per Ale.Corn.Caſt.
Cum.Soc.Calc.Dec.Afflic.Aym.iam dixi in locis
alle.in primo rñſo, & demũ per Ciceronẽ in orat.
ꝓ P.Quintio.edita in genere iudiciali,quæ eſt pri-
ma To.1. car.mihi 10.à tergo, his verbis.Satis eſt
argumenti nihil eſſe debitũ Neuio, ꝙ tandiu nihil
petiuit. iſtæ ergo plures ſunt præſumptiones ſatiſ-
factionis, & non debitorum legatorum annorum
præteritorũ,ideo præualere debent,intantũ ꝙ non
ſufficiat actori oſtendere ea eſſe ſibi debita ex pri-
ma cã legati apparente ex teſtõ,niſi alia manifeſta
geſtorũ aſſertione patefecerit, ea dictorũ petitorũ
annorum ſibi deberi, vt ſunt clara verba tex.& gl.
in ſæpe alleg.l.quicunque.

Quarta & vltima reſponſio contraria pariter tẽ
dens ad hoc,ꝙ de ſolutione nõ facta de legatis an-
norum pręteritorum ante an.1542.appareat ex vl-
tima apocha continente ibi.(& gli hanno pagato
dal 1542.ſin al di præſente &c.)Replicando ẽt cla
rè remouetur,ꝙ non obſtat. Qm̃ tempus in d.apo-
cha ad alium effectum appoſitum non apparet niſi
vt repilogaretur illud ipſum, demonſtrando quòd
continuatis annis ſolutionũ in cæteris apochis ap-
poſitum fuit incipiendo ab an.1542.& hoc fauore
ipſorum dñorũ poſſeſſorũ factũ comprehenditur,
vt clarius apparere poſſet his cõtinuatis annis de-
mõſtratis eos feciſſe dictas ſolutiones ex commiſ-
ſione Illuſt.Do.Ducis,id ergo non debet retorque
ri in eorũ dãnũ,ꝙ exinde apparere poſſit eos remã
ſiſſe debitores legatorũ annorũ præteritorũ, vel le
gatariã non fuiſſe ſatisfactã ante dictũ ann. 1542.
cũ inducta ad fauorẽ &c.l.quod fauore.C.de legi.
cũq; actui factarũ ſolutionũ de neceſſitate inerat
50 tẽpus,quia † omne qđ fit,in tpe fit per l.libellorũ.
ff.de accu.& c.Abbate ſanè.de re iu.li.6.dicit Bar.
in conſi.92.col.ñ.ſub ver.tertiò objicitur.& facit.
l.3.§.hæc verba. el 2.ff.de neg.geſt.& l.ſi peculiũ.
51 §.pen.de ſtatulib.ergo expreſſio † temporis in actu
quod tacitè inerat nihil debet operari, niſi demon
ſtrare tempus ipſius actus,prout inerat per reg.l.3.
de leg.1.& ibi Bar.in ñ.col.tenet in expreſſione tẽ-
poris qñ de neceſſitate inſit, per l.ꝗ dubitationis.
de reg.iu.& l.cũ quid.ſi cer.pet. Vnde iſte actor ha
bens probare ſe non fuiſſe ſatisfactũ ante an.1542.
non eſt concludens probatio, dicendo ex apochis
ẽt vltima dominorũ poſſeſſorũ conſtat eos ſoluiſſe
ab anno 1542.vſq; ad an.1553.ergo creditor retro
& ante d.an.1542.non eſt ſatisfactus, vel ipſi non
ſoluerunt,quia aliunde ab hærede teſtatoris(vt di-
ctum eſt)vel à curia Illuſtri.(vt dicitur ſe habere fa
mã veri) potuit ſatisfieri,& poſſent adeſſe aliæ apo
chæ ſolutionum ſuperiorũ annorũ,ſic probatio red
52 ditur non concludens & inualida† ideo non proba
tur hoc eſſe,&c.l.neq; natales.C.de prob. & l.non

hoc.C.vnde leg.cum vulga.nec aliter videtur ſen-
ſiſſe,glo.in verſic.cautionem.in d.l.quicunque.ex-
ponendo & exemplificando qualis eſſe debeat cau
tio per poſſeſſorem fienda exactori de ſolutionib.
annorum præteritorum non factis,illis tribus mo-
dis prout facit, quia loquitur de cautione ad effe-
ctum probandi non factam ſolutionem præterito-
rum facta per debitorem exactori, quæ in ſpecie
noſtra non adeſt,& in vltimo exẽplo dicit(vel quia
tantum præteritorum dicit hunc recepiſſe) Aym.d.
conſi.313.nu.5.ver.octauo.aliter non intelligit,cũ
dicat,per taxatiuam(tantum) appoſitam per credi-
torem in receptione conſtare de proteſtatione cre-
ditoris reiiciente contrariam præſumptionẽ iuris,
& poſtmodũ ꝙ in illo caſu creditor recuſauit ſolu-
tiones,& quatenus in verſ.nono. dicat apparere de
negatiua non ſolutorum ex productione ſcriptura
rum ſolutionum,in quibus non apparet ſoluiũ fuiſ
ſe pro oĩbus annis,ita ſimpliciter ĩ bis verbis malè
diceret contra d.gl.in fi.habentẽ taxatiuã(tantum)
prout ẽt ſ.in d.uer.octauo.ita ipſe allegauit d.gl.in
fi.& ibi Luc. de Pe.col.2.poſt pr.& diceret cõtra id
qđ ibi Bal.nu.11.ver.itẽ quæro exactor. tenet,non
eſſe ſufficientẽ probationem pro exactore inſpiciẽ
do librũ rõnum fiſcaliũ productum ad probationẽ
in quo non eſt ſcriptum iſtũ ſoluiſſe niſi pro tribus
annis,quare ſubiungendo idem Ay.in d.ver.nono,
ſe declarat qũo appareat ex inſpectione ſcripturarũ
de non ſolutione,qñ plures aliæ ſolutiones præteri
ti tpis producuntur non cohærentes,tunc dr̃ appa-
rere de veritate,ꝙ non ſemper ſolutum fuerit in prę
teritum. hæc ſunt ſua verba,ergo contrarium ſentit
quando ſunt ſolutiones cohærentes & vltimorum
proximorum annorũ,& aliter non poteſt dici,quia
tex.& glo.ſunt euidentes de hoc in d.l.quicunque.
Non valet reſponſio quòd glo.ibi.in fi.non debeat
vti dictione taxatiua(tantum)pro fauore exactoris
qm̃ & alio modo non eſſet proſequi,exponere exẽ
pla cautionis pro exactore,vt euadat periculum prę
iudicij apocharum trium annorum ſolutionũ ſim-
pliciter & ſine taxatiua(tantum)factarum,namque
vbi taxatiua(tantum)appoſita eſt in apochis certo-
rum annorum præteritorum de receptione,conſtat
pro cæteris annis præteritis non eſſe factas ſolutio-
53 nes, quia talis eſt natura taxatiuæ † reſtringere de-
monſtratam rem ad certum modum, & alium ex-
cludere, Bald.in repetit.l.cum mulier.columnn.pe-
nulti. ad princip. ſolut.matrimon. & l.ob æs.C.de
præd.minor. Barto.& alij in l.ſiquidem.C.de tran
ſactio.cum ſimil. & hæc expreſſio taxatiuæ anno-
rum præteritorum de receptis per exactorem ne-
ceſſaria eſt fieri de illis tribus annis præteritis ſo-
lutionum, vt de iſto præterito declarato per taxa-
tiuam excludatur præſumptio ſolutionum ad plus
præteritum, vt per aliam glo.in ver.ſuperiorum,&
vt cautio prouideat contra tres annos ſolutionum
apparentium præteritos vltimos cohærentes aliis
præteritis petitarum functionum in excluden-
do dictam præſumptionem, vt ſæpe dictum eſt,
igitur ſecundum terminos dictę l. quicunque. &

Ee dictę

dictæ gloſſ. In verſicul. cautionem. in fin. po-
nentis exempla cautionis requiſitæ ibi in text.
vera conclusio eſt, eam vti eo verbo, tantum, pro
dictione taxatiua, vt etiã intelligit in alleg. con.in
ver.octauo.vt dictum eſt. Nec obeſt alia reſponſio
54 de incluſione † vnius tẽporis ad excluſionem alte-
rius,per l.cũ lex.ff.de leg.d.l.Imperator.in prin.de
poſtu.&.l.ſtatuliberũ.§.Stichũ.de leg.ij.cum ſimil.
quia leges hæ loquuntur, & rectè, in diſpoſitione
determinata ad certum tempus nõ extendenda ad
aliud tempus, & diſpoſitionem ipſam vigere in tẽ-
pore ſibi aſſignato & non extra, non ſic eſt in ſacto
habẽte tp̃s non pro forma ſed pro demõſtratione,
in quo neceſſe eſt illud factum eſſe ſactum, vt dixi
ante.quia de huiuſmodi ſacto vno hoc pręſenti tpe
poreſt præſumi in aliud præteritũ tp̃s illud idẽ vel
ſimile factũ, & ad hoc, vt ad extranea non acceda-
mus, habemus caſum legis in iã ſæpe d.l.quicunq;.
cum gloſ.& deciſ.doct.cumulatis & ampliatis per
Gabriel.Rom.in d.concl.xj. in ti.de præſumpt.lib.
j.de com.opin.& Ceph.conſ.96.num.19.20.Et ita
firma remanet defenſio iſtorũ dñorum poſſeſſorũ
de pręſumptione ſatisfactionis petitorum legatorũ
annuorũ pro illis annis retroactis, & (vt dixi) parũ
aut minimè neceſſaria, quia ea ſoluere non tene-
bantur nec tenentur de iure, per alia fundamenta
ſuperius adducta & defenſa.

Ad quartã & vltimã defenſionẽ de liberatione
à præteritis annuis legatis ob cõpoſitionem com-
miſſione Illuſtr.& Excell.Dñi Principis factam de
ſoluendo tunc decurſo legato annuo, & ſucceſſiuè
alijs, vt ſonãt apochæ, reſponſiones cõtrarię tollũ-
tur quoq;, & prima corruit, quia Dñi conuentinon
ſunt hæredes, nec cauſam habent ab hærede ex te-
ſtamento ex quo petitur legatum, quatenus poſſet
conueniri actione hypothecaria tacita, viſæ ſunt
quales & quantæ ſunt dubitationes, imò iuridicę
ſolutiones, ꝙ non tenebantur nec tenentur priuile
gio donationis & anterioritate eorum poſſeſſionis
prius quàm eſſent purificara legata annua condi-
tionalia, per ſuperius alleg. igitur dici non poteſt
tranſactio in caſu non dubio. Secunda ſic diſſolui-
tur, ꝙ etſi propriè ex tranſactione non fuerint ſo-
luta reliqua legata apparentia in apochis, tamen id
euenit ex pio placito S.E.I. videntis forſan eam in
longum trahi per præpoſitos curiæ ſuper dicta ſo-
lutione, quæ ſibi annuatim fiebat, cura(vt dici au-
ditur)fel. record.Illuſtr. & religioſiſſimæ Dominæ
Madamæ, pro anno quo poſſet viuere illa D. Ca-
therina ſexagenaria, vt cognoſci poteſt ex dict. te-
ſtamento in quo nominata eſt, confecto de anno
1484. ſuæ ſenilis ætatis pietate mota S.E.I. de an-
no 1542. mandauit dictos Dominos poſſeſſores
promptè velle ſoluere illud, etiã non grandis quã-
titatis legatũ annuum 25.duca. & pro exequendo
pio iuſſu libenter ſoluerũt pro illo anno quo poſ-
ſet viuere, incipiendo ſoluere de an.1543.vt appa-
ret prima apocha, ſingulis annis eodẽ pio iuſſu, &
ſpe vno anno durandi tracti fuerunt ſoluentes ſuas
portiũculas inter eos diuiſas dicti legati annui vſ-
que ad an.1553.quo ipſa D.Cath. ſuam vitã egit,
ne alia obligatione obnoxij id facere videren-
tur in ſingulis apochis ſolutionũ proteſtati ſe ſol-
uere fuerunt dicto iuſſu & quidem pio pro ſexage-
naria & ſeptuagenaria, arg.l.ciuitatibus.in prin.de
leg.1.ibi.hoc amplius qđ, in alimenta ætatis infir-
mæ, puta ſenioribus &c. qđ etſi in aperto non li-
queat publico inſtr̃o tranſactionis legatariã acce-
ptis pñtibus vel futuris legatis annuis amplius de
præteritis nolle petere, tñ cũ res interuentu & iuſ-
55 ſu Principis tranſacta fuerit, omnis fraus † abeſſe
pręſumitur & deceptió.l.omniũ.C.de teſta.Soc.in
l.ſi mihi.§.in legatis.col.pe.in fi.nu.13. de leg.1.ſ.
ꝙ dicta D.Cathar. remanſerit ſatisſacta de legatis
decurſis, & nolle amplius ſibi ſolui à dñis poſſeſſo
ribus niſi reſidua legata futura & ſua vita durante,
& ꝙ ipſi poſſeſſores non tenerẽtur ſoluere niſi hæc
legata futura, hãc eorũ reſtrictã obligationem de-
monſtrarunt, cũ in ſingulis ferè apochis ſolutionũ
voluerint ſcribi id ſe ſacere commiſſione S.E.I. qđ
oſtendit eos nolle teneri ad alia extra dictã com-
miſſionem, ita in arg. facit d.l.ſiquidẽ.C.de trãſa.

Quatenus & tertiò dicat̃, in vltima apocha anni
1553.ſolutionẽ eſſe ſactã pro legato annuo.Rñde
tur ꝙ ẽt in eadẽ apocha continetur ſolutiones eſſe
factas, quia has fieri commiſſit Illuſt. Do.Dux, qđ
idẽ vel fortius eſt q̃ ſolui ex tranſactione, qm̃ inię
Principis parter fas eſt & neceſſarium, hæc ergo cã
ex dictis apochis apparens vera eſt, & inſpicienda,
quæ tangit partes, non aũt illa ex dicto teſtõ, quæ
non tangit, nec ligat niſi hæredes, auc.qđ obtinet.
C.de proba. Licẽt ẽt fuiſſet facta ſolutio ex legato
annuo, cũ non fuerit præſtandũ ad aliquem certũ
finem, & dicant̃ plura legata annua. Tñ ideo ꝓ ſo-
lutionem aliquorũ ſoluenti exinde non dr̃ ſactum
ꝑiudiciũ.vt poſt Nic. Mat.eſt doctr. Bal.in l.nõ du
biũ.in fi. C.de teſta.& ibi Sal.Ful.& Alc.compro-
bant, ẽt nõ habita rõne, ꝙ ſit factũ ad certã cãm.&
ita ſublatis ſubtilibus rñſionibus contrarijs vr̃ ꝓ-
nunciandũ in fauorẽ Dñorũ conuentorũ. Pro qui
bus addo validũ vtroq; iure & ciuili & canoni. pro
batum fundamentum præſcriptionis 30. & 40. an.
decurſorũ ab illis annuis legatis petitis & cęptis ab
56 anno 1522.& ſequen.namque legato † annuo præ-
ſcribitur de anno in annum, & pro illis quibus ceſ-
* ſatur 30.an.ita eſſe com.opin.& doctr.glo.& doct.
comprobat Balb.in tract.de præſcripti.in 4.par.4.
par.prin.in q.4. Quinimò cùm iſti nõ poſſint con-
ueniri niſi hypothecaria, vt ſæpe dictum, hypothe-
57 cariæ † huic etiam non excuſſo principali præſcri-
ptum eſt an.10. inter præſentes & 20. inter abſen-
tes, vt latè firmat idem Balb.in par.modo citata in
q.3.col.fina. Horum enim bonafides nõ defuit ex
58 titulo donationis Principis, quæ † etiam de iure ca-
nonico eſt iuſtiſſima cauſa præſcribendi, dicit Bal.
conſi.359.nu.6.li.3. imminens ꝑceptum Principis
ad ſoluẽdũ ea q̃ ſoluerũt nõ debet turbare eorũ bo
nã fidẽ, ꝙ nõ teneãtur ad ꝑterita petita nunc, & ſic
credãt ſe nõ teneri & nõ fuiſſe obligatos, ꝑ rõnes
plures s̃.alle.ex q̃b.ẽt erroneis(licet veriſſimę ſint)
induci-

inducitur conseruaturq; bona fides, per ea q̃ tradit Alex.consi.24.nu.20.lib.5.Dec.cons.272.col.pen. & Aym.consi.6.nu.119.& 319.sub nu.18.Hęc itaque de iure existimo vera & tenenda in consulẽdo & iudicando. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.Pisaur.

CONSILIVM CXV.

ARGVMENTVM.

Venditio bonorum Ecclesiæ nulla ob formam commisſionis Apoſtolicæ de his vendendis non ſeruatam.

SVMMARIVM.

1 *Probatio antiquioris poſſeſsionis actoris habetur etiam ex confeſsione rei conuenti.*
2 *Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi.*
3 *Informatio legitima pro vtilitate eccleſiæ circa bona ſua alienanda tradita, qualis ſit.*
4 *Forma tradita ſeruanda in alienatione rei eccleſiaſticæ, nunquam intelligitur adempta, nec tolli poteſt aliqua conſuetudine.*
5 *Teſtes vno & eodem ſermone in eadem ſcriptura deponentes nullam fidem faciunt.*
6 *Commiſſarius ſi non ſeruet tenorem ſuæ commiſsionis, eius geſta non valent.*
7 *Clauſula, ſi conſtiterit, importat quòd vocetur pars.*
8 *Euidens dicitur illud quod manifeſtũ eſt, & oculis corporis inſpici poteſt.*
9 *Prælati ſolius confeſsio eccleſiæ non præiudicat.*
10 *Eccleſia non tenetur reſtituere pretium, niſi concludenter probetur verſum in eius vtilitatem.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.

NVlla dubitatio existere vr̃ quin bona petita pro parte Episcopatus Callien. sua fuerint & pro eo possessa, attenstãtur testes pro eo examinati, & concedunt rei conuenti articulando & fatendo ea suo patri fuisse vendita & tradita per aliũ Reu.D.Episc. prædecessorẽ, producendoq; instr̃m emptionis cũ cõcessione licentiæ alienandi in euidentẽ vtilitatẽ obtenta
1 à Sede Apo.in forma cõmissiua, ita† ex confessione rei cõuenti haberi ẽt probationem antiquioris possessionis actoris, in specie adducit Dec.con.47. col. 2.ver.& ad hoc bene consonat, cui addo Castr.consil.247.in causa quæ vertitur.col.2.in pr.lib.1. consil.94.clarum est.in ti.lib.2.

Verum tota vis quæstionis consistere vr̃ super validitate d.venditionis, q̃ quidem cũ in totũ pẽdeat ex obseruatione mandati Apost. contenti in d. cõ-
2 missione, cuius fines, † vt iuris est notissimi, diligenter sunt custodiendi.l.diligenter.in pr.ff.manda. & in c.cũ dilecta.de rescr.adeo q̃ non solum, qđ fit cõtra, sed ẽt pręter formã cõmissionis, est ipso iure nullum.l.illud.§.sed si ita.ibi Bar.no. ff.qđ cuiusq; vniuer.cum aliis alleg.in specie per Ias.con.200. in pr. lib.2.& Paris.consi.57.nu.47.lib.4.

Puto equidẽ d.venditionem inualidã & nullius momenti propriè ob fines cõmissionis Apost.non seruatos per illos R.D.Commissarios in duob. maximè sibi impositis. Vnũ est q̃ legitimã informationẽ non habuerũt de vtilitate Eccl.circa d.vend. fiẽdã. Alterũ est, q̃ pretiũ d.bonorũ non fuit depositatũ penes idoneã personam donec conuerteretur in emptiones aliorũ bonrũ pro d.Eccles. vt expressè
3 mandatur in d.commissione.Nã † informatio legitima pro vtilitate Eccl.circa bona sua alienanda talis tradita est, q̃ conuocari debet Capitulũ D.Can. & inter eos tractari, cognosci, determinari, & eorũ præsentia, consensu & subscriptione haberi probationẽ vtilitatis Ecc.de rebus eccl.alienan.vt est forma tradita per tex.in c.sine exceptione.12.q.2.quę
4 †nũquam intelligitur adempta nec tolli põt aliqua
* consuetudine, secundũ cõ.op.attestatã per Abb.in c.nulli.nu.5.sub vers.ad secundũ inquantũ. de reb. ecc. non alie.& per Fel.in c.cũ causam.nu.12.de re iud.sic.n.seruari debet in alienãdis bonis Eccl. Cathedralis, plenè ponit Couar.in suo lib.var.resol.c. 17.nu.1.li.2. etsi Episc.& Cap. habeant bona separata, vt p.Cald.cons.3.in ti.de his q̃ fi.à p̃la.sine cõsen.cap. Hac aũt legitima informatione p̃termissa D.Cõmiss.per aliã processerũt.s.cõmittẽdo duob. laicis, qui extimarũt bona vendẽda centũ scutis, & retulerunt p̃tiũ dictũ conuertendũ in aliis bonis ce
5 dere in vtilitatem Episcopatus, informatio † hmõi habita ab illis duob.vti testibus vno & codẽ sermone in eadẽ scriptura deponentib.nullã fidẽ facit, p clara iura probat Ale.con.137.col.2.sub nu.7.li.2. & nulla lege probatur q̃ sic debeat capi informatio de cognitione vtilitatis Ecc.circa bona alienanda, ar.l.illam.C.de collat.Ergo in hoc principali neg. cõmissionis nõ dr̃ seruata eius forma p legitimam informationẽ si constiterit, &c. cũ sic dicẽdo, & tractetur de p̃iudicio alterius.s.Eccl. dicuntur Iudices & debuerunt citare Capitulũ & alios interuenientes
6 pro Eccle.aliàs dñr nõ seruasse † cõmissionẽ, & nõ valent gesta p eos.scđm gl.in ver.receperit.ad fi.in cle.j.de offi.dele.sequitur ibi Card.in col.pe. ver.si verò.& Imol.in vj.col.in fin.& col. seq. q̃a sic im-
7 portat cla.si cõstiterit, † q̃ vocetur pars, p gl.in ver. constiterit.in ele.p̃nti.de censi. cum his trãsit Feli. in c.ij.col.vj.sub nu.14.ver.dixit etiam.de rescr. & probat Rui.consi.62.col.vj.nu.16.& seq.lib.v. nec effectualiter potest dici exinde apparere euidẽtem vtilitatẽ Eccl.expressam in d.cõmissione cũ euidẽs
18 ẽa dr̃ † q̃ manifesta est & oculis corporeis inspici potest.Barb.consi.38.col.j.lib.vj.Feli.in c.ex parte. il 2.col.3.ver.quintò fallit.de off.delega.& per dictã relationẽ duorum testium vtilitas Ecclesiæ in hoc posita non est in manifesto, quinimò in dubio, qđ propriè reiicitur per tex.in d.c.sine exceptione.ibi. quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ.&c.

Alterum est de pretio non depositato, quod imò nõ apparet fuisse solutũ nisi per confessionẽ Re. D.

9 Epiſcopi tunc vendentis. Quæ quidem † prælati ſolius confeſſio eccleſiæ non præiudicat, Abb. in c. ſuborta. num. 1. de re iudi. cum pluri. concor. alleg. per Soci. conſi. 15. col. 2. ver. primò ꝙ ſola. & conſi. 29. col. 3. ver. ſecundum poſito. lib. 1. ita in his forma cõmiſſionis non ſeruata venditio remanet nulla & inualida ſub prohibitione tot iuriũ vulg. prohibentiũ rerum eccleſ. alienationẽ, & conſequẽter ex iniuſta cã eccleſia ſpoliata debet reintegrari ad ſua bona, vt pro ea eſt tex. in c. reintegranda. 3. q. 1.

Quatenus rei conuenti ſe tueri intendant ex cõuerſione pretij in vtilitatem d. epiſcopatus in illis vineis, vt dr̃ poſtea emptis per Reuer. D. Epiſc. vẽditorẽ, non vidi inſtr̃a emptionum, non poſſum ideo ſuper his abſolutè ſcribere. Niſi ꝙ credo verũ ꝑ hoc non conualidari vẽditionem p̃dictã nullã defectu formæ cõmiſſionis non ſeruatæ, ſed ꝙ inſpiciendũ ſit an dictũ ꝓtiũ ab eccle. ſit reſtituendũ dictis reis conuentis, qđ non vr̃ concedendũ, niſi concluden

10 ter † probent verſum in vtilitatẽ eccle. vt ꝑ Alexã. cõſ. 4. n. 5. li. 3. & latè per Fel. in c. cũ cauſam. nu. 24. & ſeq. de re iudi. ſi poſt dictam venditionem ex interuallo, & ex diuerſis quantitatibus illi Reuerẽ. D. Epiſ. vendens emerit bona pro epiſcopatu, non dicitur emiſſe ex pecuniis emptoris, ar. l. fi. ff. de exerci. tradit in ſimili Caſtr. in l. fi. §. in computatione. ſub nume. 4. C. de iure delibe. & niſi (quod principale eſt) probent pecuniam eorum fuiſſe ſolutam à principio aliter q̃ per confeſſionem d. D. Epiſcopi, cum hæc (vt dixi) non præiudicet eccleſiæ. Ita hæc de iure vera cenſco. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CXVI.

ARGVMENTVM.

Appellatio valet ab executione commiſſa reijeiente euidentem nullitatis laudi exceptionem oppoſitam, & petitam reſtitutionem in integrum.

SVMMARIVM.

1 Dubitare potentes facile ſoluunt.
2 Appellatio an admittatur à pronunciatione de exequẽdo, vbi de communi.
3 Modus excẽds in executione quomodo et quãdo dicatur.
4 Laudum non valet compromiſſo exiſtente nullo.
5 Appellatio datur ab executione laudi nulli, & ſententia nulla.
6 Exceptio nullitatis, maximè euidentis & apparentis impedit executionem.
7 Reſtitutionis cauſa euidens impedit executionem.
8 Reſtitutio aduerſus cõpromiſſum & laudum minori petenti concedi debet, non obſtante ſtatuto vel cõſtitutione prohibẽte reclamationem à laudo, & probationem læſionis.
9 Minori competit exceptio doli mali contra petẽtem executionem laudi.
10 Appellatio permiſſa eſt ab executione contra petitionem minoris de reſtituendo ſe.
11 Mandatum ad appellandum expeditur in quocunque grauamine.
12 Appellare per ſe ipſum, vel intra legitimum tempus ratificare appellationem ab alio pro eo factam, idem eſt.
13 Appellatio ad arbitros ſecundum formam ſtatutorum locum habet in ſententijs prolatis à Poteſtate loci per homines electos ſecũdum formam ipſorum ſtatutorũ.
14 Appellatio à ſentẽtia delegati deuoluitur ad delegãtẽ.
15 Iudex exequendo reiecta & non admiſſa reſtitutione in integrum petita, dicitur grauare.
16 Compromiſſum non poteſt facere qui non poteſt contrahere vel alienare.
17 Iuramentum non validat compromiſſum factum à minore, ſi ſtatutum præſumit illud dolo, fraude extortũ, vel minorem fraude, dolo inductum ad contrahendũ ex communi.
18 Legi de his. ff. de tranſac. non poteſt per partes renuntiari, etiam cum iuramento, ex communi.
19 Reſtitutio decepto vltra dimidiam datur.
20 Appellatio non datur ab intermedijs interlocutionibus.
21 Diſpoſitio generalis quæ nõ poteſt verificari niſi in vna ſpecie dicitur ſpecialis.
22 Principale, non incidens, inſpiciendum eſt.
23 Solemnitas non requiritur in actu proficuo minori.
24 Minore inuito alius non poteſt allegare nullitatem quã ipſe prætendit.
25 Procuratoris actum etiam pœnalem tacitè, vel expreſsè ſufficit per dominum approbari.
26 Priuilegium de appellando ad arbitros intelligitur ſine præiudicio ſuperioritatis, vt poſſit etiam ad ſuperiorem appellari.
27 Lex. 2. §. equidem. ff. ad Tert. & ibi Bart. in quibus terminis loquantur.
28 Conſuetudo tribuis poſſe appellari omiſſo medio.
29 Fauori ſuo de litigando extra locum domicilij partes poſſunt renuntiare.
30 Cauſa ſemel extracta & commiſſa videtur ſemper effecta extrahibilis & commiſſibilis.
31 Querelari & ſupplicari de iure canonico põt ad principem, vel tenentem locum Principis à quo, licèt ſit alius index deputatus, poteſt cauſa committi alij.
32 Appellationem deuoluere in dubio pronunciandum eſt, vt minus partibus præiudiciale.

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iuſtitiæ.

1 POtẽtes dubitare facile ſoluũt † inquit Bal. in l. ſi tutores. C. de compen. Exinde licèt dubitationũ contra Nico. ſubtiliter emanatarũ ſolutiones facilius quàm ab alio dari poſſent ab ipſo Excel. D. dubitãte. Tamen ꝑ more iudiciorũ arg. l. Offidius. de leg. 3. ibi. Imperator ĩterrogauit partẽ legatarij q̃rẽdi cã, & l. pe. §. ſnĩa. ibi. Ant. Cæſar dixit, vr̃ tibi voluiſſe teſtm̃ valere, &c. ff. đ his q̃ ĩ teſ. del. ad eas danĩ iſte rñſiões. 2

Ad pri-

Ad primam dubitationem de appell.non admit
2 tenda † à pronunciatione de exequendo, Alex.cõſ.
95.li.2. Breuiter reſpondetur articulum eſſe variũ,
quñ ex aditio admitti appel.ẽt cõiter teneri aliàs di
xit Alex.conſi.113.col.fi.li.5. ſed in hoc oẽs cõſen
tiunt dati appell.ſi iudex exequens excedat modũ,
vt ſunt verba clara in l.ab execut.C.quorũ app.vbi
gl. in ver.excedat,quã ẽt oẽs ſequũtur, inter alia te
3 net modũ excedi † ſi fit execu.ꝑtermiſſa cognitiõe
exceptionis,q̃ dat̃ alicui in aliquib.caſib.ẽt poſt ſen
tentiã,vt p Capy.in dec.34.nu.4.& Pa.de Ca.cõſi.
288.ad primũ.in pr.li.j.Ita talis exceſſus euenit pro
priè in ſpecie propoſita.Nam petita exec.laudi fuit
p Nicolaum minorem oppoſita exceptio de nulli-
tate laudi defectu compromiſſi non apparentis ſal-
48 consi. 59. nu. 7. Nam maritus † disponendo ꝙ vxor possit habere legatum in quo statu permanere voluerit, concedit & hoc antecedens ꝙ possit secundò nubere, & permanere in statu coniugali, quia qui vult consequens vult & antecedens. l. 2. de iurisdi. om. iudic. l. ad rem. & l. ad legatum. de procu. sic in demonstrando volũtatem testatoris tali argumento sæpius doct. vtuntur, vt Deci. consi. 259. col. 2. ver. eo maximè. & consi. 289. col. 2. versic. secundò confirmatur. & consi. 584. col. 2. nu. 8. & Paris. cõsi. 91. nu. 26. li. 2. & con. 2. nu. 22. li. 3. & Rui. cõs. 111. nu. 9. lib. 2. & Soci. Iun. consi. 101. col. 2. nu. 6. lib. j. quod maximè procedit in his quæ depẽdent à voluntate disponentis, declarat Aymo consi. 134. nu.
49 45. licet † & hoc tacitum dicatur quod venit in consequentiam ad expressum. Deci. in l. sicut certi. col. fi. nu. 13. C. de test. mil. tamen huiusmodi tacitum collectum ex expressis generaliter in testamento tantum operatur quantum expressum. Alex. consi. 201. col. 3. nu. 10. lib. 6. Ias. post alios in l. ait prætor. in princ. colum. 3. de no. oper. nunc. & not. in l. cum proponebatur. de leg. 2. & in specie nostra lex non requirit expressam licentiam dari secundarum nuptiarum, sed generaliter. in d. §. duo igitur. in fin. in auc. de nupt. in hæc verba loquitur. vt omnia quæcũque testator disposuerit, siue vir, siue mulier consistat, hæc valeant, &c. & sequitur. §. disponat, &c. &
50 voluntas † testatoris exequenda est illa tacita sicut expressa. l. cum res. & ibi. Ias. in 2. col. in 6. not. de leg. 1. refert Ripa in l. 1. sub nu. 40. de vulg. & pupil.

Hoc testatorem voluisse facilè persuaderi potest, cognoscendo eam tenerę & feruentis ætatis an. circiter 20. compatiendo eam etiam magis nubere q̃ vri, iux. consilium Apostoli. legatum ei maritus fecit sic verbis amplis & affectuosis habendum in statu quo permanere voluerit, quæ verba non expressit in tantis allijs legatis factis alijs personis etiã magnarum quantitatum, In legato vxori facto expressit causa tollendæ dubitationis specialiter de sua voluntate erga suam vxorem ea indigentem, vt possit habere legatum etiam nupta alij marito, sic
51 ergo † dicta verba debent operari ad tollẽdam dictam dubitationem, per not. à Ias. & ali. in l. testamentum. C. de testa. & per Deci. & Hier. Cagno. in l. quæ dubitationis. de reg. iur. & omnis dubitatio circa hoc quippe ablata est, vt latius forsan & plenius quàm opus fuerit supra demonstratum est.

Non obstant contraria superius adducta, quoniam re vera sublata sunt ex diuersitate facti extãte in casu,

in casu isto supra ostēsa, ex qua oritur diuersum ius
ab eo deducto in cōtrarijs, in quibus maximè non
aderat adiectio sæpe dicta, in quo statu permanere
voluerit, & sic voluntas mariti de trāsitu ad statum
cōiugalem, diuersitas.n.tractatuum soluit oīa con
52 traria † dicit Ang.in l.qui aūt. in prin.ff.de his quæ
in fra.cred.& Ias.in l.3.§.idem Iul.in 2. not. de eo
53 quod cer.lo.quinimò † facti quælibet minima mu-
tatio totam iuris decisionem mutare facit. Deci.in
l.precibus.col.2.in 2.no.C.de impub.& consi.584.
nu.1.similiter tex.in d.§.sed hæc.in auc.de nupr. cū
alijs alleg.in contrarium, loquitur in diuerso casu,
de lucro concesso per legem, non in vindictam in-
iuriæ illatæ testatori, quam ob rem illud per testa-
54 torem tolli non potest, † per not.in l. nemo potest.
de leg.1.secus est de lucro dato filijs primi matri-
monij ob secundas nuptias in iniuriā defuncti con-
iugis largitoris, quia potest is remittere talem iniu-
riam, & consequenter lucrum aliquod nō obuenie
dictis filijs, sed vt datū est remanet penes recipien-
tem, vt rationes latè adducit Rom.sæpe alleg.cons.
218.ex themate.& est com.opin.vt dicit Cepha. d.
consi.59.nu.7.à qua in iudicando non est receden-
dum per vulg.

Ad praticam autem consequendi dictum lega-
55 tum, † mihi placet opinio illa nouissimè per contra
ria discussa examinata & firmata pro veriori, æquio
ri & communiori per Ioseph.Lud. ab Assi. in decis.
Perusi.in decis.23.ꝙ legatarius cōtra hæredem pro
legato cōsequendo possit agere via exequutiua, in-
strumentum testamenti exequi petēdo. Idque pro-
bat, & nos probare possumus duplici iure, & nouis-
simo authenticorū, & municipali seu statutario no-
stræ Ciuitatis, de instrumentis exequēdis. Ius enim
authēticorum de legatis necessariò & omnino sol-
uendis præcepto iudicis facto ꝙ soluantur, dictat
tex.iuncta glo.in ver.decreto.in §.illud quoque. in
auth.de hæred.& falc.& ibi expresè Ang.no.hunc
referentes & simpliciter sequentes allegantur in d.
decis.scilicet Alex.in l.fi.sub num.3. & ibi Ias.in 5.
not.& Zuchar.num.136.C.de edic.di.Adri. tol. &
Deci.num.6.& Cagn.num.9.in l.in testamentis.de
reg.iur.& Soci.consi.103.circa princ.lib.3. & Nat.
consi.206.nu.4.lib.1.& consi.626.nu.25.libr.1. &
Duen.in reg.15.in 2.lim. qui tamen nō bene tran-
sit cum hac opin. referendo in fi. contrariam opin.
Alex.& Alci.in l.pecuniæ verbum.§. actionis. ver-
sus fi.de verbo.signifi.qui huic assentitur opinioni,
sed dicit ꝙ contraria de iure illo scilicet digest. sit
verior, & allegatur Ias.in l. pactum inter hæredem.
nu.7.ff.de pact.vltra hæc loca addo eundem Ias. in
l.quæ de legato.col.j.ver.secundò contra istam re-
gulam.de lega. j. vbi etiam pro legatario vel fidei-
commissario firmiter tenet, instrumentum testa-
menti contra hæredem habere executionem para-
56 tam.est enim quid momenti † eundem auctorem
eandē sententiam in pluribus locis sæpe probare, vt
Iurisc.ponderat in l.filiū.§.sed si porrio.de leg.præ-
stan.ibi.& Iulianus sæpissimè scripsit, & idem tenet
Boer.in decis.295.nu.12. declarando vt ibi per eū.

Alterum autē ius municipale extat in 2.lib. sta-
tutorum rub.23. ꝙ instrumenta &c. de instrumen-
tis exequendis, licet dicat ad instantiam credito-
57 rum, verificatur tamen & in legatarijs † qui haben-
tes hæredem obligatum ex quasi contractu indu-
cto per aditionem hæreditatis.l.3.§.fi.ff.qui.ex ca.
in pos.ea.& §.hæres quoque.insti.de oblig. quæ ex
qua.contr.dicūtur creditores.l.creditores.& l. seq.
de verb.signi.& ibi Alci.in l. si cui. legatarios pro-
priè dici creditores tenet & probat Laur. Calca.
cons.18.col.2.sub nu.14.ver.vndecimò. Cum ergo
verba statuti circa creditores & circa instrumenta
conueniant, debet cōuenire etiam dispositio, ꝙ in-
strumentum testamenti exequatur ad instantiam
legatariorum, per vulg.& ita seruatur. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXVIII.

ARGVMENTVM.

Statutum per patruum expresè excludens matrem ab hæreditate filij decedentis ab intestato, excludit etiam sororem vterinam, per quam mater quoque habere non potest aliquod refugium contra patruum, maximè succedentem in proprietate, & ea in vsufructu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vocans patruum magnum, & sic remotiorem, continet & vocat fortius patruum simpliciter & proximiorem.*

2 *Declaratio statuti facta pendente lite facit sub statuto declarato contineri non solum futura & pendentia, sed etiam præterita.*

3 *Sorores vterina non exclusa à statuto, remanentes sub dispositione iuris communis, ab intestato uti proximiores patruum excludentes succedunt fratrī vterino.*

4 *Consequitur quis aliquid ex persona aliorum quod ex sua consequi non potest.*

5 *Persona non expreßim nominata à statuto relinquuntur dispositioni iuris communis.*

6 *Statuti pars per aliam partem, uel statutum per aliud statutum declaratur.*

7 *Statutum excludens matrem fauore agnationis, & eius filias excludere censetur.*

8 *Exclusio extenditur ad personam qua uenit à persona qua excluditur.*

9 *Casus exclusionis matris expreßius comprahendit & continet casum exclusionis descendentium ab ipsa matre.*

10 *Persona una exclusa, omnes ab ea descendentes excluduntur.*

11 *Mater consequitur ex persona suarum filiarum id quod ex sua persona consequi non posset.*
12 *Radice exclusa excluduntur omnes qui ab ea dependent.*
13 *Statuti prouisio sufficit quòd sit generalis.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.

Maret vt hæres ab intestato filij defuncti in ætate pupillari egit contra patruum eiusdem defuncti possidentem hæreditaria bona spectantia ad ipsum filium, patruus autem excipiendo quærit excludere ipsam matrem secundò nuptam, & se admissum esse ad talem successionem vigore statuti vocantis patruum magnum, & excludentis matrem ab hæreditate filijs decedentis ab intestato, & se comprehendi sub tali statuto, probat per doctr. Ang. in l. 3. ff. de parric. per plures simil. decis. comprobatã per Georg. Nar. in tract. de stat. fœmi. exclu. in q. 6. tertiæ. q.
1 princip. quæ est, quòd † statutum vocans patruum magnum, & sic remotiorem, continet & vocat fortius patruum simpliciter & proximiorem, & probar per declararionem de dicto statuto factam ex decreto Principis declarantis errore impressoris in dicto statuto fuisse expræssum, patruum magnũ pro patruo simplici, quẽ sic à principio fuisse compræhensum & intellectũ, & in eo tale statutum ser
2 uari. Quæ quidem declaratio † etiam facta pendente lite prædicta facit sub statuto declararo contineri non solùm futura & pendentia, sed etiã præterita. secundùm Bal. in l. non dubium, col. 1. in 3. not. C. de legi. & in c. ad audientiam, col. 1. ver. ibi hactenus. de rescript. cum simil. iam in hac lite alleg. quæ magis mihi placent ad hoc ꝙ proximior ipse patruus simplex contineatur sub dicto statuto vocante patruum magnum remotiorem, per d. doctr. Ang. in d. l. 3. sentit Bal. consi. 258. appellatione lib. 3.

Videns autem ipsa mater sic per patruum ex dicto statuto se exclusam, ad refugium hoc deuenit, quòd tempore mortis filij cum ea remãserunt suæ filiæ ex secundo matrimonio susceptæ, & prædefuncti filij sorores vterinæ, quæ non sunt per dictũ
3 statutum exclusę, ideo † remanentes sub dispositione iuris communis. l. cõmodissime, de libe. & posth. cum simul ab inrestato de iure communi vti proximiores patruum excludentes succedunt fratri vterino, auth. post fratres. C. de legi. hæred. quo exclusõ mater excludẽs sorores vterinas. auth. defuncto, C. ad Tertul. videtur excludere etiã ipsum patruum, quoniã istum sorores vterinæ excludũt, per rationem rexr. in l. 2. §. si sit agnatus. & §. seq. ff. ad Tertul. & sic mater ex persona filiarum consequitur id quod ex sua persona consequi non posset, ita in terminis nostræ quæstionis quosdam non lenis auctoritaris doctores pro matre cõtra patruum consuluisse se reperijsse dicit & cum eis transit in hoc Pau. de Cast. in consi. 421. ꝙ ista mater. col. 4. sub ver. sextò & vltimò. nu. 4. & consi. 449. visis statutis. nu. 2. 3. lib. 1. vbi id firmius tenet, & exprimit Gulielmum de Perusio ita consuluisse, sequitur & dicit istam videri veram opinionem Alber. Bru. de statu. fœmi. exclu. in 6. art. in 3. membr. ver. secundo casu. vltra med. vsque ad fi. adducendo rationẽ, quia tales non exclusi per statutum tollunt impedimentum & obstaculum matri quæ succedere possit,
4 & cõsequitur † ex persona aliorum quæ ex sua persona consequi non posset, vt etiam ad hoc plures decis. allegat Ias. in l. si emancipati. col. 4. C. de collari. vbi maximè particulares decis. alleg. in ver. 14. & 15. & 16. præcipuè Aret. qui hanc opin. pro matre latè defendit in consi. 159. idem sæpius pro matre se consuluisse asserit Soci. consi. 202. col. 3. ver. tertius casus. lib. 2.

Secundò, si statuentes voluissent patruum excludere matrem & sorores defuncti, expressissent sorores, & de facili exprimere potuissent, prout expresserunt in statuto rub. 109. lib. 2. cui expresè & nominarim additum est hoc statutum de patruo magno excludente matrem, & declaratũ in patruo simplici. s. expresserunt, ꝙ fratres vel eorum filij masculi excludant auiam, matrem & sorores & earum filios ab hæreditate defuncti, nõ expresserunt in hoc statuto addito de patruo nominatim exclusionem sororum, ergo statuentes ipsi noluerunt eas per patruum excludi, sed remanere in dispositione iuris
5 communis † argumento. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & cap. ad audientiam. de deci. quo argumento sæpius doct. vtuntur, maximè in consi. etiam pro demonstranda statuentium voluntate negatiua, ita esse allegationem aduocatorum dicentium, si statutum hoc voluisset, dixisset ponit Bald. in capitu. 2. colum. 2. sub nume. 2. de transla. epis. refert, & concord. colligit Tiraquel. in l. si vnquam. in versicu. libertis. nume. 3. de reuoc.
6 don. sic etiam pars † statuti per aliam partem, vel statutum per aliud statutum declaratur. Deci. consil. 19. colum. 3. versic. nam hoc intelligitur. & consil. 65. sub numero 4. vnde clipeo sororum extantium patruum de iure communi excludentium vigente, videtur mater magis admittenda ad successionem filij.

Contrarium autem in hac specie verius arbitror & tenendum, quòd patruus omnino excludat matrem, & magis sorores vterinas defuncti, ex multis rationibus & distinctionibus casuum, quas in huiusmodi perplexitatibus doctores facere & adducere solent, hanc video decidere nostram quæstionem, quia sorores vterinæ iunctæ sunt defuncto per matrem exclusam, & ex ea vti infecta radice descendunt. Ideo patruus per statutum eas excludit eodem fauore agnationis conseruandæ, & eas comprehensas & contenras in eadem exclusione, qua
7 mater earum per ipsum statutum exclusa est, † vt est theorica Bar. in l. 2. §. videndum. ad fin. ff. ad Tertul. & in l. liberorum. numero 16. de verbo. significatio. comprobata per Bald. sub numero 2. ver. præterea. Salycet. nume. 5. in l. maximum. C. de liber,

de liber.præter.& per Castren.in consil.119.hæreditas pdicta.col.fi.versi.item etiam dico.lib.1.& in d.l.maximum.sub nu.2.dicit quòd hoc tenet Bald.
* & communiter omnes, & per eũdem Castr.clarius ponentem exemplum in sorore vterina. in l.illam. colum.4.sub nume.8.ver. nam aut illa persona. C. de collati. & ibi Alexand.colum.3. ad nume.7.dicit se in hoc stare cum eo,& Deci.col.3.sub nu.13. versicu. prima est.per plures decision.concord. hoc comprobat,& sentit in consi.71.ad fi. quòd exclu-
8 sio † extenditur ad personam quę venit ex persona quæ excluditur,& in consi.471.nu.7. & consi.569. colum.2.nume.6. dicit esse regulam generalem, ꝙ vbi vna persona prohibetur succedere, etiam descẽdentes excluduntur,& per Corn.consil.206. col.3. versic.& aliàs no.doct.lib.3.& con.307.col.4.ver. & hoc est.lib.4.& expressè per Soc.cons.28. col.penult.nume.24.sub ver.consideremus ergo.lib.4. & Soci.Iun.colu.30.nume.58.lib.1. dicit casum istũ non habere difficultatem, & Rui.cons.16.col.fina. & Alber.Bru.in tract.de statu.fœmi.exclu.in 6.arti.in 3.memb.in 1.q.col.2. pluribus confusè alleg.
* dicit illam esse veram & comm.opin.idem attestatur hanc esse veriorem opini. in specie consulendo contra fratrem veterinum, Bero.consilio 143. libro secundo.

Secundò, etsi sorores istę non essent vterinæ & descendentes à matre expressè exclusa, sed essent consanguineæ,& non descendentes ab ea, cum tamen per dictum statutum à patruo mater in totum non excludatur, sed reseruatur & excipitur legitima & vsusfructus pro ea donec vixerit, & non trãsierit ad secunda vota, non sunt in consideratione alij proximiores & excludentes de iure communi patruum, de iure municipali excludentem in proprietate matrem quę in totum excludit de iure cõmuni sororem consanguineam,quæ ideo debiliori iure munita excluditur propter patruum in proprietate succedentem & habentem ius efficacius per statutum, & propter matrem per dictum statutum succedentem in legitima & in vsufructu donec steterit vidua, & in reliquo facientem partem ipsi patruo, vt consulendo firmat Ange.in consil.252.pro filia. sequitur Alber.Bru.in d.art.6.in.3.memb. in tertio casu.col.penul.mihi fo.20.& Dec.consi.693.& Soci.consil.202.colum.fin.lib.2.comprobat quinque validissimis rationibus, quę ibi per eum adducuntur, & videantur. Ex quibus vera & firma conclusio remanet pro patruo, esse vanum & nullius momenti refugium matris ad filias & sorores vterinas defuncti.

Quod itaque patruo non refragatur,& remouetur ex allegatis modò supra pro eo. Non enim verum est casum exclusionis sororum vterinarum per
9 dictum statutum dici omissum, cum casus † exclusionis matris expressus compræhendat & cõtineat casum exclusionis descendentium ab ipsa matre,vt per Ange.in §.reliquum.ad fi.in auct.de hęred. ab intesta.allegatum cum aliis concord.per Dec.d.cõsil.589.nume.16.& in d.l.illam.sub nume.13. vbi tradit esse correcta iura quæ admittunt fratres vterinos vel sorores iunctas defuncto solum medio matris,vel ꝙ ita vlterius procedebant disponendo, aliàs dicit ibidem concludentem esse istam ratio-
10 nem ꝙ exclusa † vna persona omnes ab ea descendentes excluduntur,& Corn.cons.115.col.3.versi. & pro inconueniẽte.lib.2.idem probat,& ratio dicti statuti etiam pręsumpta pro agnatione conseruanda,ad plenè scripta per Alb.Bru.in d.trac. in 3. arti.magis vigens in exclusione sororis vterinę remotioris, q̃ in exclusione expressa matris, facit intelligi & compræhẽdi in ipso statuto etiam casum eiusdem exclusionis vterinæ sororis, etiam in correctoriis,per alleg.à Ias.in l.quamuis.col.fin.ver.secundò multum.C.de fideicommi. & per Alexand. consi.190.sub nume.17.lib.2.& propriè ex ista ratione conseruationis agnationis cõtra sororem casum suę existentię non esse omissum à statuto in suam exclusionem pro patruo, etiam arguendo à contrario sensu respondit Dec.cons.507. col.2.sub nume.4.ver.non obst.quòd iste casus. Et successiuè tollitur ratio text.in d.l.2.d.§.si sit agnatus.& alia,
11 † quòd mater consequatur ex persona suarum filiarum id quod ex sua persona consequi non posset, quibus moti sunt ad consulendum illo modo Guliel.de Perusio,Castr.& Aret.& Soci. pro matre cõtra patruum in consi.s.in cõtrarium allegatis, quia eorum consultatio minimè procedit in sorore vterina,quæ vti descendẽs à matre exclusa & radice infecta & excisa non potest esse in aliqua consideratione succedendi fratri vterino, cui exclusa matre per statutum succedit patruus pariter excludendo ipsam sororem vterinam,secundum veram & com
* mun.opin.supra attestatam & firmatam per tot celebres doct.supra alleg.in primo fundamento adducto pro patruo,à qua communi opin.in iudicando non est recedendum,per vul. Nec mater potest per eam sucedere, quod per se facere non posset, sicut in naturalibus videmus, arborem à terra excisam non posse per suum vitalem trunchum amplius state & tendere in altum,& vegetatiuam ducere vitã, & minus posse per eius ramos. exinde dicitur illa naturalis ratio,super qua Cast.in d.l.illam. sub nume.8.versi.ideo cogitaui. Alexan.& alij seq. dicunt fundare casum primum distinctionis adductæ, ꝙ patruus excludat matrem & sororem vterinã, quia
12 † exclusa radice excluduntur omnes qui ab ea dependent,& istam rationem esse menti tenendam. quia per eam potest responderi in pluribus dubiis, & pluries secundum eam se cõsuluisse,& nullus sciuit dare responsum,dicit Pau.de Castr.in l.Gallus. §.nunc de lege.col. fin.ver.secus si dixisset. de l.be. & posth.Meritò Aret.d.con.159.col.4.ver.nõ obs. ratio alleg.& Soc.d.consi.202.col.3. versic.tertius casus.lib.2.& Alber.Bru.in d.6.articu.in 3.memb. versi. secundò casu.extra dentes emittunt & exprimunt esse sororem consanguineam & non vterinam, & fratrem ex latere patris, & sic agnatum & non cognatum, qui patruum excludat, & matrem admitti faciat, & in his terminis loquuntur & debent

debent intelligi doct. in contrarium allegati, & qui possint allegari.

Secundum item non obstat, de sororibus excludendis non expressis in hoc statuto admittente patruũ magnũ ad exclusionem matris, sicut in praecedenti statuto admittente fratrem in exclusione cũ matre sunt expressæ ẽt sorores, quia tale argumentum posset procedere in sororibus consanguineis, quæ in dicto primo statuto rub. 109. sunt expressæ, vt ibi. sororibus carnalibus, quę propriè consanguineæ sunt, per bona iura probat Capra consil. 138. nu. 4. ita esse veritatẽ dicit Alber. Bru. in d. tract. in 12. arti. in q. 18. col. 3. ver. vbi autem statutum. non aũt procedit in sorore vterina, ex quo vtrunq; statutum omisit de ea facere mentionem excludendo, qa de ea excludenda sufficiens mentio facta est sub ea mentione facta de matre excludenda, & per fratres & per patruum defuncti, ex generali ratione superius firmata, q; exclusa radice & vna persona sunt ẽt exclusi dependentes & descẽdentes ab ea, vnde ex identitate rarionis expresssionis de matre factæ, vel generalitate eiusdem rationis, ẽt cõseruationis agnationis ꝓ patruo, casus exclusionis sororis vterinæ non dicitur omissus, sed prouisus per statutũ,
13 † & sufficit ẽt generaliter. per gl. in ver. dignitate. in c. si fortè. de elec. in 6. & Goza. consi. 30. nu. 10. & Aym. consi. 62. nu. 14. & Alex. in cons. 85. ad fi. lib. 4. Et hęc sufficiant ad expellendum refugium dictę matris. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM CXIX.

ARGVMENTVM.

Venientes ex comitatu ad habitandum in ciuitate, & ibi suum domicilium verè constituentes, possunt ibidem suum æstimum in allibratu ciuitatis transcribi facere.

SVMMARIVM.

1 Concedendum non videtur quod vergit in perniciem & damnum alterius.
2 Iure suo etiam quis vti non potest in praeiudicium alterius.
3 Concessum à iure frustra à principe imploratur.
4 Relatum est in referente.
5 Argumentum valet ab identitate rationis.
6 Pisauri ciuitas habet populum & loca triplicis speciei.
7 Habitare in ciuitate qui dicantur. & nu. 8.
9 Animus dicentis se constituisse domicilium in ciuitate causa habitandi in ea, probatur eius responso, cui in hoc statur, & eius declarationi.
10 Iuramento alicuius standum est in dependentibus ab eius animo.
11 Habitatio cœpta in ciuitate non impeditur ex eo quòd quis tempore recollectus fructuum iuerit rus, dummodo finito recollectu reuertatur.
12 Habitans in ciuitate maiore parte anni, licet tribus mensibus tempore æstatis habitet in comitatu dicitur tamen habitare in ciuitate.
13 Habitantes in ciuitate, etiam pro bonis sitis in comitatu possunt transferre æstimum & allibratum suum in locum & æstimum ciuitatis in qua habitant, & vbi locus est maior dominans, & habens iurisdictionem in toto comitatu.
14 Ciuitas vbi est sub eodem domino vnum & idem marsupium fiscale habens, oportet quòd municipes ibi faciant æstimum, & soluant tanquam debitores publicarum functionum in loco vbi sunt, & non in loco vbi sunt res. quia persona trahit ad se res, & non econtra.
15 Comitatinus dicitur ciuis eiusdem ciuitatis cui comitatus ipse respondet.
16 Ciuitatis fauore plura conceduntur qua aliàs non concederentur.
17 Grauatus vt soluat collectas potest facere sibi ostendi ab exactore an sit descriptus in quaterno, & si ibi non reperitur, iniustè grauatur.
18 Habitantes in ciuitate, ibi scribi facere & tenere debent æstimum in allibratu ciuitatis in cuius territorio dicuntur esse bona etiam sita in comitatu.
19 Statutũ ciuitatis vt lex in ipsa attẽdi debet & seruari.
20 Qualibet, est dictio vniuersalis, continens personas qua aliàs non comprahenderentur.
21 Dictio, in illo loco in quo habitat, est distributiua omnium locorum, in vno tamen loco verificatur.
22 Læsionem non dicitur inferre quod à iure communi & & generali prouenit.
23 Onera minora soluenda per ciuem quàm per comitatensem non impediunt quin possit quis transferre allibratum de comitatu in ciuitatem.
24 Iure suo vti, & facere quod sibi prodesse putat, non impeditur quis ob leue praeiudicium alterius.
25 Originis locum mutare quem non posse, vel æstimum quod fecerit in loco retineat eum, vt non possit renunciare incolatui, quomodo intelligatur.
26 Aestimum non potest mutari quando est imposita collecta, & eius solutio iam est destinata collectoribus, & nisi bona æstimanda ponerentur in alio æstimo.
27 Argumentum à contrario sensu in statutis cessat, cum statutum bene operatur, & est clarum in sensu directo.
28 Clausula aliqua non refertur ad clausulam habentem certam determinationem.
29 Clausula posita ad qualificandum capitulum prohibitiuum non potest referri ad permissum affirmatiuum.
30 Decretum loquens in personis vnius loci non extenditur ad personas alterius.
31 Extensio in correctorijs est prohibita etiam ex maioritate rationis.
32 Causa impulsiua, & non finalis legis corrigentis quomodo cognoscatur.
33 Ciuitatem hominibus repleri publicè interest.

14 *Casus vbi per legem antiquam non sunt parificati, lex noua, etiam ratione expressa, corrigẽs in vno, non extenditur ad alium.*

35 *Rationis inæqualitas impedit extẽsionem in casu etiam vbi esset concessa extensio.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

SVper quæstio. proposita. De illis qui habent æstimum in libris æstimorum castrorũ comitatus Pisauri, vt sui antecessores habuerũt, & in castris ipsis soluerunt collectas & alia onera vt comitatiui subierũt, & diu habitauerint cum eorũ familijs & massaritijs eorũ artes exercendo, & modo habitent in ciuitate Pisauri, an possint eorũ æstimũ ex libris ęstimorum castrorum eximi & poni ac transcribi facere in libris æstimorum ciuitatis prædictæ, & in ea soluere collectas, & alia substinere onera, vt ciues & habentes æstimum in libris catasti d. ciuitatis faciunt.

Videtur rñdendũ prima facie eos hoc non posse. Qm̃ primò expensę & onera inter ciues & comitatiuos sunt diuisa, vt pro vna tertia parte ciues, & pro duabus alijs tertijs partibus comitatiui ferãt, ex antiquissima & immemorabili cõsuetudine, attestata etiã in specie per Pau. de Ca. in facto sibi proposito in consi. 427. viso & diligenter examinato. lib. 2. & si æstimum aliquod detrahatur ex libris ęstimorum comitatiuorũ, & ponatur ad æstimũ ciuitatis, maiora onera remanẽt comitatiuis ipsis, & quasdam regaleas in bladis, lignis, pallea & vino dãdas per ęstimatos in comitatu amitteret curia Illustr. & Excel.
1 D. Principis, ergo † id non videtur concedendum, quod vergit in perniciem & damnum alterius. arg. l. 2. ibi. & sine graui partis alterius dispendio &c. & l. rescripta. ibi. quod non lædat alium &c. C. de pręci. imper. offer. & l. fin. ibi. vel vtilitati puplicæ aduersa &c. C. si contra ius. in pręiudicium enim alte-
2 rius † quis non potest etiam vti iure suo. Bar. in l. virilem. §. si adierit. de leg. pręstan. & mutare non potest vt desinat esse vnde est, vel incipiat esse vbi non est, vtrobique. n. potior est originis causa. l. assumptio. in prin. & ibi glo. & l. libertus. §. præscripto. ff. ad municip.

Secundò, & si comitatiui venerint ad habitandũ in ciuitate, cum tñ per statutum officij æstimorum in 6. li. in prin. sub ver. incip. (Item che ciascuna persona debbia tenere &c.) cautum videatur non posse facere mutari alibi nec tolli suum ęstimum sine expressa licentia & gratia Illustr. Do. ergo à contrario sensu æstimum mutatur & ponitur in loco habitationis cũ licentia & gratia, si gratia, ergo nõ iure & lege cõi obtinetur, qm̃ frustra à Principe implora-
3 tur † quod à iure conceditur. l. Imperatores. ff. de priuileg. cred. & ibi Bar. allegat concord.

Tertiò, ex sentẽtia iam per Magni. D. Auditores Ducales lata inter homines castri Candelariæ, & homines villæ Tresuli, & aliorum locorum (intelliguntur villæ ciuitatis prædictæ) apparet ex sola habitatione homines venientes ex castris d. comitatus ad habitandum in d. villis non posse eorũ ęstimum mutari ex ęstimis castrorum, & poni facere in æstimis ciuitatis, vt tenẽt homines d. villarum, nisi in eis habitauerint per triginta annos, ita lege & decreto Ducali firmatum est, habitantes non posse vti priuilegio statuti de soluendis collectis, & factionibus explendis, & æstimo tenẽdo in loco habitationis, nisi modo & forma de quibus habetur in d. sententia, scilicet ꝙ habitatio fuerit longeua 30. an.
4 vt † relatum sit in referente. l. asse toto. ff. de hæred. insti. l. ait prætor. §. 1. de re iud. eadem igitur ratione præiudicij & damni cameræ Ducalis euitandi expressa in d. Ducali decreto, ne comitatiui castrorum veniant ad habitandum in villis & ponãt æstimum in ciuitate, prohibitum videtur ne veniant ad habitandum in ciuitate, & ibidem ponendum ęstimum, nisi per 30. an. ibidẽ habitauerint, vt in d. sen-
5 tentia dicitur, arguendo † ab identitate rationis. l. à Titio. de verb. obl. & l. 3. §. 1. cum concord. ibi sign. in glo. de iniust. & rupt. testa. quod arg. valet ad extensionem decreti seu statuti, etiam in correctorijs, vbi sit expressa ratio in statuto, per l. his solis. C. de reuo. don. tradit Bald. in auc. quas actiones. col. 1. sub ver. modò quæritur. & nu. 4. de sacr. san. eccle. comprobat alios allegando Deci. consi. 284. col. 2. & Paris. consi. 69. col. 2. nu. 6. lib. 4. & doct. alibi.

His aũt non obstantibus, vlterius & plenius rem spiciens, contrarium puto verius, & de iure concedendum & seruandum fore, itaque pro faciliori & clariori cognitione eorum, quæ in facto sciri necessaria sunt ad præpositæ quæstionis resolutionẽ, prę‑
6 mitto hæc notoria & manifesta, ꝙ ciuitas † Pisauri sita propè littus maris Adriatici intra Picenum seu Marchiam Anchonitanam & Romandiolã habet populũ & loca triplicis speciei. In ciuitate intra muros, extra muros per duo vel tria milliaria in curte & in villis circum circa, extra curtẽ in comitatu & castris. Ciuitas ipsa non finibus apparentibus, sed scitis in quatuor partita est quarteriis circa ecclesias designatas quatuor, & sancti Terentij, & sancti Michaelis Arcangeli, & sancti Iacobi, & sancti Nicolai, in ea existentes, & sub istorum sanctorum nominibus nuncupatis. s. quarterium sancti Terentij. Quarteriũ S. Arcãgeli &c. Curtis est diuisa in pluribus villis, incipiẽdo ab oriẽte est villa mõtis Granarij, & sequẽdo circũ circa est villa Saiani, villa Tiuij antiqui, villa Pãrani, villa Tresuli, villa Callibani, villa S. Germani, villa Boncij, villa Cuspisani, villa montis Aetij seu S. Bartoli finiendo ad occidentem. Comitatus etiam diuisus est in 20. castris, & quodlibet castrum habet suam curtem limitatam & separatam à curte alterius castri. Habitantes in ciuitate dicuntur ciues. Habitãtes in curte & villis nuncupantur villici seu villaroli. Habitantes in comitatu & castris appellantur comitatiui, & omnes isti ciues, villici & comitatiui pro bonis possessis in ciuitate, in curte & comitatu per statuta rub. 99. li. 2. collectas & factiones præstant cõi Pisauri, & Comune cõtulit hęc oĩa Illus. & Excel. Principi suo. Pro quo circa oẽs istos oĩs iurisdictio & praeminentia exercetur & viget in ciuitate ipsa. In qua etiam

etiam extat officium æstimorum, vbi conseruantur
& per officialem extractum ex busulo Communis
annotantur omnes libri ęstimorum tam ciuitatis &
curtis, quàm comitatus, & libri æstimi ciuitatis
sunt separati per ipsa quatuor quarteria, prout in
quoque quarterio habitant descripti cum suis bo-
nis sitis, vel in ciuitate, vel in curte, vel in comita-
tu, in separato libr. 20. foris scripto. tali quarterio.
In his libris catasti ciuitatis sunt etiam allirati &
descripti habitantes in curtæ & villis prædictis,
soluunt collectas cum ciuibus, & libri æstimi ca-
strorum sunt etiam separati cuilibet castro ascri-
pti continentes homines ipsorum castrorum haben
tes in eis æstimum bonorum sitorum in curte castri
illius vel alterius, & ibidem suis capitaneis soluunt
collectas, prout à d. officiale æstimorum quolibet
anno extrahuntur libri nũcupati, quaterni collecta
rum. In hoc communis, vel Illustriss. Do. nihil inter-
est, in ciuitate, an in comitatu soluantur collectæ.
Differentia autem ciuium & comitatiuorum vl-
tra solutionem collectarum hæc est, ꝙ comitatiui
quolibet anno quantitatem quandam ordei speltę,
vini, paleę & lignorum taxatam minus vel plus pro
quantitate cuiuslibet allibrati soluunt Illustriss. Do.
ciues vero & villici soluunt datiũ macinæ pro pon-
dere frumenti quod molitur, & datium locationis
domorum pro rata mercedis qua locantur, & da-
cium carnium pro libra carnium quæ emuntur à
macellario, hæc dacia seu gabellæ non soluuntur in
comitatu per comitatiuos. addita etiam maiori vti
litate ex maiori populo habitante in ciuitate pro
molituris molendinorum Principis existentium in
ciuitate. Quæ cessat si habitant in comitatu, quia ac
cedunt ad personarum particularium molendina,
quæ in toto comitatu plura sunt, vt notorium est,
hac de causa habita ratione maioris numeri perso-
narum & minoris æstimi bonorum, magis vtile est
pro camera Illustrissimi Domi. quandoq; ꝙ homi-
nes teneant æstimum & habitent in ciuitate, quàm
in comitatu.
In cęteris eadem est conditio & facultas comer-
tij inter ciues & comitatiuos, & trãslationis bono-
rum stabilium modo ad æstimum ciuitatis vel co-
mitatus prout acquisitores & alienatores habẽt ęsti
mum, vel in allibratu ciuitatis vel comitatus.
Quibus etenim sic notis & præmissis, verum &
lege cõmuni & lege municipali probo responsum
pro venientibus ex comitatu ad habitãdum, & ve-
rè habitantibus in ciuitate Pisauri, vt in allibratu
ciuitatis transferri & scribi facere & renere possint
eorum æstimũ. Primùm, habitantes dicũtur isti qui
nunc petitionem istã porrexerunt, cum aliqui per
annum vnum & duos & vltra continuò cum vxori-
bus, filijs & tota eorum familia, suppellectilibus, &
massaritijs totis habitauerint in ipsa ciuitate, viuen
7 do & vestiendo more ciuitatis, † etiã in domo con
ducta sic habitare dicuntur. l. 1. §. pen. ff. de his qui
deiec. & ibi. Bar. & l. ciues. C. de incol. libr. 11. bene
declarat Bal. consi. 198. statutum ciuitatis Tergesti.
nu. 3. lib. 2. & Ro. consi. 264. vt is Nursinus. & Feli.
plures concord. allegando in c. quoniam. col. 1. nu.
2. de offi. ordi. Non solum si per annum sic habita-
uerint in ciuitate, sed etiam pro maiori parte anni,
8 & causa ibi manendi, dicũtur habitare, † tradit Bar.
in l. cum de lanionis. §. Sabinus. de fun. instr. & sic
ibi est ciuis, dicit ibi Alex. in apostil. id esse no. pro
statutis, & sequiť Soc. in l. si quis ita legauerit. nu. 5.
de condi. & demon. & Afflic. in decis. 384. nu. 11.
alios allegando probat, eum qui pro maiori parte
anni habitauerit, dici ciuem, vt gaudeat ipsa ciuili-
tate, hoc autem habitare depẽdens ex animo habi-
tantium ipsorum, ꝙ fuerit causa cõstituendi in ciui-
9 tate domicilium, probatur eorum responso, † cui in
hoc statu & eorum declarationi, vt tenet Abb. in c.
fina. in fin. de paroch. vbi dicit ꝙ immediatè quòd
quis declarat animum suum ꝙ vult habere domici
liũ, ꝙ sine expectatione alterius tẽporis habebit do
micilium ibi. idem probat Bal. in cons. 313. pręfati
excellentissimi. ad med. lib. 4. sequitur Tho. Gram.
cons. ciui. 159. nu. 9. & Alci. in l. pupillus, §. incola.
de verb. sig. hæc eleganter recensendo firmat, & est
tex. & gl. in l. domiciliũ. ff. ad municip. & latè ꝑ Me
noch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 1. cas. 86. quam de-
clarationem fecerunt in eorũ petitione & in actis,
ita ꝙ eis vtilius est, accipiẽdũ est. l. si q̃s intẽtione.
ff. de iudi. in specie adducit Corn. cõs. 209. ver. nã
in supplicatione. & ver. seq. lib. 1. & fortius ex depẽ
dẽtibus ab eorũ animo credendũ & stãdũ est iuro
10 † eorũ (vt ferẽ) in actis ꝑstito. Alex. cons. 221. col. 2.
sub nu. 4. ver. ergo ita dicã. lib. 2. & Ias. in §. sed iste.
nu. 88. & seq. insti. de acti. fortiusq; talis animus cõ
stituendi domicilium probatur ex habitatione con
tinua eius qui artẽ fabri lignarij in ciuitate cũ vxo
re & filiis habitans exercuit per decem annos & vl
tra. per text. & gl. in l. 2. C. de incol. lib. 11. & Alci.
in d. §. incola. habitationem istorum iam cœptam
11 in ciuitate † non turbat id. s. ꝙ tẽpore recolectus fru
ctuũ quandoq; iuerint ad villam, & ibi tẽpore æsta
tis steterint per mẽses aliquot, dũmodo recollectu
completo redierint ad ciuitatẽ. vt l. eius qui. §. 1. ff.
ad municip. ibi. q̃ vbi colendi ruris causa diuersať,
tradit Imo. consi. 9. viso tenore. nu. 2. ver. nec ob. ẽr
12 maiori parte anni habitãs in ciuitate † & tribus mẽ
sibus tempore æstatis habitando in comitatu, dici-
tur tamẽ habitare in ciuitate. dicit Bar. in l. 3. §. prę
tor. nu. 9. de dam. infec. refert Feli. in d. c. quoniam.
nu. 2. de off. ordi. & alio de fraude aliqua non pro-
bato huiusmodi mutatio & translatio habitationis
de comitatu ad ciuitatem præsumitur facta bono
animo & recta intentione ducendi vitam in ciuita
te. per c. 2. de reg. iu. & l. meritò. ff. pro soc.
Primo igitur hoc circa habitationem in ciuitate
firmiter posito & retento, lege communi probatur
dictos habitantes etiam pro bonis sitis in comita-
tu, vt sic etiam appellat glo. in ver. colonia. in l. 1.
13 ff. de censi. posse † & debere transferre æstimum &
allibratum eorum in loco & æstimo ciuitatis vbi
habitant & vbi locus est maior, dominans & ha-
bens iurisdictionem in toto comitatu, qui ciuitati
tanquam digniori etiam in hoc deferre debet, vt in

terminis,primò auctoritate Bar. secundò auctoritate Rom. tertiò auctoritate Oldra.quartò auctoritate Bald. quintò & vltimò auctoritate plurium aliorum excellentium Consulentium in locis per eum allega. decidit Soci.in consil.129.colum.1.& seq.lib. 1.qui reuideatur,quoniam sic quæstionem propositam in specie determinat, quem & in aliis locis & alios allegando sequitur & comprobat Paris.consi.71.colum.1.lib.1. & Nat. consil.160.nu. 2.tom. 1.Idem vltra eos firmat Bal.consi.139.con
14 suetudo.lib.1. quòd vbi † est ciuitas sub eodem domino, vnum & idem marsupium fiscale habens, oportet quòd municipes ibi faciant æstimum, & soluant tanquam debitores publicarum functionũ in loco vbi sunt, & non in loco vbi sunt res, quia persona trahit ad se res,& non econtra, & hoc esse de iure communi Bald. ibi dicit, ita etiam de veniente à comitatu, & se transferente ad ciuitatem, & habente & soluente æstimum in comitatu, posse illud transferre & describi facere in libro præstantiarum ciuitatis vbi habitat,eadẽ ratione,quia
15 persona trahit res ad se, & quia ex comitatu † existens dicitur ciuis eiusdem ciuitatis cui comitatus ipse respondet,per l.qui ex vico. ad municip. & de vno loco translatus ad àlium nihil commune habet cum priori . per c.si quis iam.21.q.3. latè consuluit Paul. de Cast.in consil.8. ista bona. lib.1.eo quia quoque æstimum debet sequi nouum statum personæ, & debet esse vnum & non plura, conuenit æstimum mutari & transferri in ciuitate ad quã persona translata est, sic benè inspectus, maximè ibi,enim censendum &c. in terminis etiam probat Bal.consil.139.vbi quis sortitur. lib.3.& hoc con-
16 ceditur fauore ciuitatis † cuius fauore plura conceduntur,quæ aliàs non concederentur,ita dicens in simili specie iura allegat Calca.consil.101.nu.12. nam bona sumunt conditionẽ personæ cuius sunt. l.Paulus.aliàs per procuratorem. & ibi Barto.ff.de acquiren.hæred.cum aliis còncord. alleg.per Alexand.consil.101.nume.17. lib.j. & Guid.Pa. in q. 382.& q.384.& pro bonis in dicta ciuitate per aliquam personam nõ soluuntur collectæ seu gradus, nisi reperiantur in aliquo æstimo, cuius descriptio ideo præcisè debet attendi, vt persona teneatur.vt Dec.adducit consi.285.colum.penul.nume.5.ver. quartò hoc idem.dum maximè allegat Bar. in l.1. C.de exact.tribu.lib.10.dicentem, quòd grauatus
17 † vt soluat collectas potest dicere exactori,ostende si sum descriptus in quaterno, & si ibi non reperitur,iniustè grauatur.latè adducit Rol.à Val.consil.
18 32.nu.14.lib.j.meritò igitur habitantes † in ciuitate ipsa ibi scribi facere & tenere debent æstimum in allibratu ciuitatis in cuius territorio dicuntur esse bona etiam sita in comitatu.l.forma.§.si verò.ff. de censi.iuncta d.l.qui ex vico. & gl.in ver. si quis. in l.eius qui.in prin.ff.ad municip.& ibi Bar.in d.l. eius qui.§.Celsus.sub nu.2.dicit ius ciuilitatis esse, non proprium ciuitatis,sed totius territorij, etiam ꝙ habitantes veniant ex comitatu,& in eius allibratu prius haberent æstimum. per alleg.decis.

Secundò, & lege municipali hoc idẽ faciundum præcipitur,vt in statuto officij æstimi cauetur lib.6. statutorum ipsius ciuitatis.car.107.ibi.(Itẽ che ciascuna persona debbia tenere & scriuere il suo estimo in quel loco doue egli habita &c.) quæ lex ciui
19 tatis † debet attendi & seruari,per tex.in l.j. §.1. ff. de munc.& honor.ibi. & per leges cuiusque ciuitatis &c.cum concord.signa.ibi.in glo. in ver. ciuitatis.& cujus generalis est dispositio tũ ratione personarum,& sic tam ciuium ꝗ comitatiuorũ per dictionem ibi(clascuna persona)latinę quælibet per-
20 sona,quæ † est vniuersalis,in tantũ ꝙ continet personas quæ aliàs non comprehenderentur. Ias.cõsi. 55.col.2.ver.præterea & tertiò.lib.3.& Deci.consi. 527.in fi. tum etiam ratione loci, & sic vel in ciuitate vel in comitatu habitauerit, ibi . (in quel loco doue habita)quod idẽ est dicere,in illo loco in quo
21 habitat, † & est distributiuum omnium locorum,in vno tamẽ loco verificatur,per ea quæ tradit Bar. in l.hoc articulo.col.2.sub nu.7.ff.de hæredi.instit.& in l.si fuerit.nu.2.de reb. dub. ergo generaliter debet intelligi,disponere & determinare. l.in fraudẽ. in fi.ff.de mil.testa.& l.j. §. j. de leg. præstan. Alex. consi.xi.col.ij.nu.9.lib.ij.& fuit factum tale generale statutum ad augumentũ alterius statuti in li. 5. pręcedẽ.rub.101. respectu locorum specialis & disponentis in quocunque castro seu villa quis habitauerit,ibi.& nõ alibi faciat factiones reales & personales, huic statuto intelligitur derogare decretũ Ducale supra in contrariũ allegatum,cum expressè loquatur de vendentibus & veniẽtibus ex curtibus castrorum,& ementibus & venientibus ad habitandum in curte & villis ciuitatis, ita venientes ad habitandum in ciuitate remaneant sub dispositione generali,& iuris cõmunis,& dicti statuti generalis supra firmata.l.præcipimus.in fi.C.de appell.& l.si cum dotem.in princ.ff.solu.matri.cum simil.

Primum cõtrarium itaque supra adductum non obstat,quia prouisio iuris cõis & d.generalis statuti de venientibus ad habitandum & portantibus eorum æstimum in ciuitate,priuilegio & præeminentia etiam ipsius ciuitatis vt magis repleatur hominibus.l.j.sol.mat.tolli nõ debet eo prætextu ꝙ remaneant grauiora onera comitatiuis, sicut nõ tollitur exemptio vni villæ seu vni personæ concessa ex comitatẽsibus obligatis ad soluendum,puta salarium Potestati proinde & quin alij comitatenses teneantur ad soluendum integrum salarium, vt quæstionem hanc decidit per illum tex.Bart.in l.ab omnibus.in prin.cũ quo ibi transeunt doc.dicit ibi.Imo. de leg. j. & declarat maximè quãdo non potest discerni præiudiciũ concedentis, vt hic & pulcrè sequitur Alex.consi.178.col.pen.nu.21.libr.2. quod enim à iure communi & generali peruenit non di-
22 citur alicui † inferre læsionem.l.fin.C.de in integr. resti.minor.& ibi.Bald.Saly.Cast.Alexan. & Aret. exemplificant etiam in eo quod fit ex lege municipali & hic bene cadit quod tradit Calca.alleg.cõs.
23 201.col.1.& 2.ꝙ minora † onera soluenda per ciuem quàm per comitatensem non impediunt quin possit

possit quis transferre allibratum de commitatu in ciuitatem, vt ibi. per eum. & secundò, quia est communis & reciproca prouisio & facultas sic pro commitatiuis sicut pro ciuibus eundi ad habitandum & transferendum & augendum æstimum in castris & in eorum allibratu, prout in ciuitate, ideo quod exinde vno vel alio modo sequitur, neque pro commitatiuis neque pro Camera ducali potest reputari ad lęsionem. arg. l. de fideicommisso. C. de transact. cum decis. & concord. simil. cumulatis per Tiraq. In l. si vnquam. ver. donatione. nume. 128. & præceden. & seq. de reuo. donati. tertiò, & si quod damnum vel præiudicium sequi posset, tamē etiam in multis annis non potest esse nisi modicum & paruum respectu tantorum aliorum hominum & vtilitatum remanentium in cōmitatu, de quo Princeps non tantum curat, quantum vt ciuitas hominum adiectione amplietur. l. fi. §. si plures. ff. de bo.
24 dam. ob idq; leue † præiudicium alterius non impeditur quis facere quod sibi prodesse putat & vti iure suo, per gloss. in versicu. non lædat. in l. rescripta. C. de preci. imper. offer. & glo. mag. in fin. in l. fin. si contra ius vel vtil. pub. & glo. fin. in l. sed cum ab hærede. ff. ad Trebel. & l. scio. de in integr. resti. cum simil.

Illud autem quod dicitur, quem non posse mutare locum originis, vel æstimum quod fecerit in
25 loco retineat eum † vt non possit renunciare incolatui, per l. incola iam. & ibi. glo. & Bar. ad municip. intelligitur circa mutationem loci originis, quando mutatio esset de vna ciuitate ad aliam ciuitatem, vt sonant verba text. in d. l. libertus. §. præscriptio. & alleg. in glo. in d. l. assumptio. eo. ad munici. secus est in eo qui venit ex comitatu ad ciuitatem, quia non mutat originem, sed eā retinet in ciuitate in qua est ciuis. per d. l. qui ex vico. & per Bar. in d. l. eius qui. §. Celsus. sub nume. 2. ff. eo. & verum
26 est † non posse mutari æstimum quando est imposita collecta, & est destinata eius solutio iam collectoribus, & nisi bona æstimata ponerentur in alio æstimo. secundum dict. l. incola iam. & ibi gloss. & Barto. sed hic quæritur mutari æstimum pro futuris collectis soluendis & imponendis modo habitanti in ciuitate, secundum allibratum ciuitatis, cum status personæ sit mutatus & eum sequantur res, & id posse fieri, sic his contrarijs in terminis respondit Pau. de Cast. in dict. consi. 8. colum. fina. versicu. nec obstant contraria. & versicu. item non ob. quòd per plures. libr. j. hæc in simili specie probat etiam Angusola in consi. 53. ad nume. 3. in materia indici. lib. 3. & de veniente ex comitatu ad habitandum in ciuitate sic posse mutari & transferri æstimum ad allibratum ciuitatis, firmant idem Ca. Bald. Socin. auctoritate tantorum doct. & Paris. in locis supra alleg. à quorum opin. vti communi & vera in iudicando recedendum non est, per vulg.

Secundum aliud contrarium etiam de facili remouetur, quia toto capitulo allega. statuti incipi. (Item che ciascuna persona debbia tenere.) bene inspecto iuxta. l. inciuile. ff. de legi. habet duo dicta, vnum affirmatiuum, quòd quælibet persona debeat tenere, & scribi facere suum æstimum in loco vbi habitat, & de hoc non requiritur licentia nec gratia Illustrissimi Domini, quia hoc est concessum à iure communi, & iussum per d. statutum, vt facilior sit exactio collectarum & factionum impositarum secundum æstimum & quaternum datum exactoribus & ciuitatis & castrorum per personas inuentas in loco exactorū qui sunt plures destinati prout est quaterni locus ascriptus, ita frustra imploratur à Principe &c. per d. l. imperatores. de priui. credi. Alterum est dictum negatiuum, quod prohibet posse mutari & poni æstimum alibi scilicet quàm in loco vbi quis habitat, & quia hoc est prohibitum & per ius commune & per statutum ideo requiritur licentia & gratia superioris ne incidatur in pœnam statuti, & sic cessat argumentum à contrario sensu,
27 † cum statutum bene operatur & sit clarum in sen-
* su directo, vt post alios declarat & dicit ita communiter teneri per doct. Deci. in l. j. sub num. 59. versi. successiuè doct. communiter. de offi. eius, & Alex. consi. 17. colum. 2. versicu. & procedunt prædicta. libr. 2. Aymo consi. 39. nume. 5. maximè quòd in sensu contrario de licentia obtinenda non operatur alibi quàm in loco vbi quis non habitat, cum supra dixerit de æstimo tenendo in loco in quo habitat, & subiungat, & illud non possit tenere alibi sine licentia, *alibi*, clarum habet intellectum quàm in loco vbi habitat, ita clausula sine licentia posita inter capitulum negatiuum separatum (& quello non possa far mettere &c.) in hoc tantum operatur, & non refertur ad præcedens dictum affirmatiuum contrarium, & habens claram prouisionem tenendi æstimum in loco vbi habitat, per doctr. Barto. in l. talis scriptura. §. fi. sub nu. 3. de leg. 1. ex l. sed & si per prætorē. §. deinde. ex qui. ma. & l. 1. §. eum qui. de postul. & l. cohęredi. §. qui patrem. de vulg. & l. si idem. de iurisd. om. iu. & ibi latè Bar. & alij tradūt,
28 sic enim clausula † aliqua nō refertur ad clausulam habentem certam determinationem, per c. cum dilect. de dona. Ias. in d. l. talis scriptura. ponit in 1. fallen. & Dec. in c. secūdò requiris. in 3. limi. de appel. Alex. cons. 48. col. pen. nu. 8. 9. lib. 1. Ro. consi. 152. ver. prima quia. & Cur. Iun. cōs. 156. col. 2. ver. pręmissis tamen. dicit hanc limitationem doct. communitēr sequi, & infinitos possem allegare cōcord.
29 & posita † ad qualificandum d. certum capi. prohibitiuum non potest etiam referri ad aliud prædictum permissum affirmatiuum, per l. filium. ff. quando di. leg. ced. ponit Feli. in c. causam quæ. in 3. lim. de rescrip. & Dec. in d. c. secundò requiris. in 2. lim. Capyc. in decis. 108. nu. 12. Afflic. in decis. 248. col. fi. nu. 12. & Paris. consi. 36. col. 4. ad fi. nu. 21. lib. 2. & alibi per doct. quia istæ sunt decis. notæ. Quare verum credo ex primo dicto ipsius statuti, & ex sententia doct. supra firmata, nō requiri de iure licentiam superioris scribēdi æstimum in ciuitate & loco habitationis, postquàm & causas sic petentium rescripto comisit de iure expediri.

Tertium & vltimum quoque contrarium deniq;

non refragatur, nam etsi in eo aduersantes præci-
puum faciant fundamentum, tamen id ostenditur
esse nullius momenti in specie nostra, quoniam di-
cta sententia lata per Magnificos dominos Audi-
tores nullatenus comprehendit homines ex comi-
tatu venientes ad habitandum in ciuitate, sed ad
habitandum in villis, cùm expressè dicat. prædi-
ctos villæ Tresuli & alios villicos, & expressius in
dicto decreto ducali confirmatorio dicatur de ve-
nientibus ad habitandum in curte & villis ciuita-
30 tis, ideo † non ligat neque præiudicat habitatori-
bus ciuitatis, vti diuersis personis, vt supra in præ-
missis in facto dictum est. per rub. & to.titu. C. res
inter alios acta.l.sæpe.ff.de re iud. & per not.in l.si
vnus.§.ante omnia.de pact.& in c. quamuis. de re
iudi. Cùm enim dicta sententia vel decretum con-
firmatorium requirens habitationem 30. ann. sit
correctorium iuris communis, maximè. l. 2. C. de
incol. lib. 11. requirentis habitationem 10. an. ad
demonstrandum incolatum, & aliarum legum sim
pliciter disponentium ex solo facto & animo posse
mutari & acquiri domicilium, vt l.ciues. C.eo.& l.
domiciliũ & l.nihil.ff.ad municip.& dictum est su-
pra, & l.rescripto.in fi.de muni. & honor. volentis
in loco incolatus quem debere subire onera, & iu-
rium volentium bona sequi locum personæ ad col
lectas præstandas.de quibus per Bald.d.consi.139.
lib.1.& d.consi.139.lib.3.& Castr.d.consi.8.lib.1.
& per Socin.d.consi.129.libr.1. quos pro decisi.in
terminis præsentis quæstionis allegabam, & est cor
rectorium dicti statuti rub. 101. libr.5. de collectis
& factionibus supportandis in castro seu villa in
qua quis habitauerit, & dicti alterius statuti libr.6.
car. 1. generaliter disponentis de æstimo tenendo
in loco habitationis. Quamobrem dicta sententia
vel decretum sic correctorium, nominando habi-
tatores curtis & villarum ciuitatis, etiam sub clau-
sula (alijs locis) non comprehendit incolas & ha-
bitatores ciuitatis, per text. in c. Rodulphus. de re-
scrip.& ibi Canon.latissi.tradunt & facit.capi. si ci-
uitas.de senten.excommu.in 6.nec etiam sic corre-
ctorium debet extendi ad habitantes in dicta ciui-
tate, per generalem regulam prohibentem exten-
31 sionem † in correctorijs etiam ex maioritate ratio-
* nis, vt post alios esse commu.opi. firmat Ias. in auc.
quas actiones.col.6. versicu. ex quibus testator. de
sacrosanct.eccle. & in consi.164.nume.1.libr.2. &
Paris. consi.47. nume.79.libr.3.& alibi sæpe, & sic
omnes admittunt.

Sed argumentatio seu fallentia aduersantium
tota fit ex causa seu ratione expressa in dicto de-
creto, ibi.(in preiudicio & danno de la Camera du
cale) & propterea quod debeat fieri extensio, vt dici-
tur in argumento contrario.

Ad hoc breuiter & clarè respondetur, primò, quod
dicta ratio non est finalis, sed impulsiua, fundata in
damno Cameræ, quod est particulare, & dictum est
vniuersale, semperque damnum non potest acci-
dere Cameræ ex venientibus & portantibus æsti-
mum ex comitatu ad allibratum ciuitatis, & in ea
habitantibus, vt supra in præmissis dictum est, qua-
re cessat dicta fallentia seu extensio. Ias. in dict. auc.
quas actiones. colum.7. ver. tertiò limita. Eucrar. in
sua centu. in loco 35. à ratione legis larga. in primo
casu. versicu. tertiò intellige. pag. 263. Andr. Ga-
mar. in tract. de extensi. num. 140. versicu. secunda
declaratio. & nume. 141. vbi dicit hanc declaratio-
nem esse verissimam, & ex sententia aliorum dat
theoricam cognoscēdi causam impulsiuam & non
32 finalem legis corrigentis, vt quando † causa sum-
mitur ex particulari (vt hic est ob damnum Came
ræ) & dictum est vniuersale, contra omnes venien-
tes ex commitatu ad habitandum in villis, idem
probat Paris. consi.69. nume.178.179. lib.3. & Ri-
pa in l.si constante. nume.68. solut. matrimo. hoc
enim est iuris ministerium quo Bald. in d. auc. quas
actiones. colum. j. sub num.4. exprimit, quando ge-
neralis ratio est scripta in lege, & sic de generali ra
tione extendenda loquuntur huiusmodi doctorum
dicta, vt sæpe meminit Aymo consi.227. colum. 2.
num.4. & sequen. & Com. consi. 273. col.4. versicu.
ratio enim lib.4. prætensa ratio damni euitandi Ca
meræ non est generalis, ergo cessat extensio ad ha-
bitantes in ciuitate.

Secundò, quoniam magna & manifesta est dis-
similitudo casus venientis à commitatu ad habitan
dum in curte & villis ciuitatis, à casu venientium
ad habitandum in ipsa ciuitate, ratio dissimilitudi-
nis casuum est euidens, tum respectu locorum, tum
33 personarum respectu, nam † habitantes in ciuitate
& non in villis sunt, qui reddunt ciuitatem magis
populatam & repletam hominibus. quod publi-
cum interesse reputat text. in d. l. j. solut. matrimo.
faciunt quæ tradit Calca. d. consi. 101. colum.3. sub
nume. 5. versicu. præterea. personæque habitantes
in ciuitate longè maiores substinent & patiuntur
sumptus in vestitu, & modo habitandi, & demum
in victu omni ac in conferendis vtilitatibus Came
ræ, vt experientia docet rerum magistra, cap. quàm
sit. de elect. in 6. & in auc. de appell. in princi. & fa-
ciunt exercitia vrbana, habitantes autem in villis
comitatiuorum more viuunt & exercitia rustica fa-
ciunt, ita enim inter istos morantes in ciuitate va-
rias artes exercentes & extra muros exercentes
rusticana opera discrimen est, vt l.1. C. de excus. ar-
tifi. lib. 10. & l. j. C. ne rustica. ad vll. obseq. libr. 11.
34 Vbi ergo † per legem antiquam non sunt parificati
casus, lex noua, etiam ratione expressa, corrigens in
vno, non extenditur ad alium, tradit Ias. in d. auc.
quas actiones. col.7. ver. secundò principaliter. iun-
ctis his quæ scripsit in colum.5. superiori, versi. ego
aliter respondeo. adducit Roland. à Val. consi. 27.
num.17. & seq. lib.1. vbi & nu.19. quando sit dissi-
militudo casuum, alia ratio maximè præeminentiæ
ciuitatis quæ locorum sui populi continet principa
lem locum. d. l. qui ex vico. & l. nulli. §. quod si in vi
co. de epis. & cler. & maiori ciuitati & vbi minus im
ponitur munus deferendum est, per glo. mag. ad fi.
in d. l. ciues. C. de incol. lib. 11. & ratio publici in-
teresse ciuitatis, vt magis repleatur hominibus ha-
bitanti-

bitantibus, per d.l.1.ſolut.matri.ſuadet vt dicta ratio expreſſa in villis non extendatur ad ciuitatem, vt hanc materiam declarat Franc. in c. conſtitutio. de electi. in 6. ideo † inæqualitas rationis impedit extenſionem in caſu etiam vbi eſſet conceſſa extenſio.concord.allegat Aymo conſi.6.nu.10. & conſi. 173.nu.13.& conſi.253.col.fi.

Alia poſſent adduci circa extenſionem huiuſmodi non faciendam, ſed hæc & cætera prædicta ad refutandum omnia contraria ſufficere exiſtimo, & concluſionem ſupra approbatam firmam remanere. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CXX.

ARGVMENTVM.

Repetitio ſolutorum competit fideiuſſori ſoluenti per executionem inſtrumenti indebitũ quidẽ ob cauſam non ſecutam, & latè diſcutitur de repetitione contra inſtrumenti executionem per iudicem factam.

SVMMARIVM.

1 *Principalis ſemper dicitur ille ad quem peruenit vtilitas contractus, alter dicitur fideiuſſor, quicquid in contrarium verbis actum fuerit.ex communi concluſione.*

2 *Laboranti propter factum alterius magis ſuccurritur.*

3 *Iuris ſeueritas ſeu rigor ſeruari debet contra Iudæum æquitate ſemota, in eius odium.*

4 *Iudæum eſſe, criminoſum eſt.*

5 *Clauſulæ (petens ius & iuſtitiam, omni modo meliori, deducens omne ſuum ius &c.) appoſita in petitione & in articulis, quid operentur. Et quod non adiuuent intentantem remedia contraria & repugnantia. nume.6.*

7 *Oppoſitio de generalitate intelligitur reiecta per proceſſum ad vlteriora.*

8 *Iudicium ſat eſt pro vno nomine tenere quando pluribus nominibus agitur.*

9 *Sententia lata in iudicio executiuo non facit præiudicium in ordinario, etiam ſuper eodem intentando.*

10 *Lex. 1. C. de condit. indeb. in quibus terminis loquatur.*

11 *Inſtrumentum depoſiti prima fronte apparentis veri, ſummario iudicio exequi debet.*

12 *Soluens ex executione commiſſa publici inſtrumenti, dicitur ſoluere potius auctoritate conuentionis & contractus contenti in inſtrumento, quàm auctoritate rei iudicatæ, quæ fit ex ſententia iudicis abſolutoria vel condemnatoria.*

13 *Sententia de exequendo dicitur mera interlocutoria.*

14 *Sententia eſt illa quæ facit de indebito debitum.*

15 *Interlocutoria de exequendo inſtrumentum detecta falſa cauſa debiti prius non cognita, eſt nulla.*

16 *Pactum factum cum vno non prodeſt cum alio.*

17 *Propoſitum per modum excipiendi expreſsè per iudicem reprobatum, decætero ad eundem effectum per modum agendi proponi nequit.*

18 *Soluta condictione indebiti & ſine cauſa quo caſu repeti poſſint.*

19 *Depoſito apparente vero nihil poteſt opponi & diſcuti.*

20 *Ceſſionarius & procurator in rem ſuam poteſt liberare etiam ignorantem, licet pro eo notarius ſtipulans liberationem & pactionem acquiſierit & acceptauerit, etiam nihil recipiendo, ſed ratione cauſæ non ſequuta.*

21 *Solutionis verbum, in ſtatuto intelligitur de quacunque liberatione.*

22 *Solutum ceſſionario remittenti debitum dicitur ſolutum cedenti.*

23 *Factis omnibus habentibus adminiculum acquiſitionis, qui per alium facit ipſe propriè facit.*

24 *Creditor ſolutum etiam procuratori illud plus petens incidit in pœnam.*

25 *Ignorans ſuam liberationem partis debiti vti prouenientem ex facto alieno non valens eam vno tempore facere conſtare, videtur reſtituendus in integrum ex probabili ignorantia.*

26 *Extorſiones illicitæ fieri non debent.*

27 *Iudicij locum inſpicimus de his quæ committuntur in iudicio, maximè quo ad intereſſe partis, quia in iudicijs quaſi contrahitur.*

28 *Locus contractus etiam inter forenſes initi ſeruatur in deciſorijs*

29 *Petens plus debito tenetur ad expenſas.*

30 *Negatiua per teſtes inſtrumentarios facilem eſſe probationem.*

31 *Inſtrumenti falſitate probata in receptione pecuniarum non numeratarum & non ſolutarum ſeu receptarum, datur repetitio pecuniarum ſolutarum pro exequutione dicti inſtrumenti.*

32 *Reſtitutio in integrum an ſit neceſſaria aduerſus ſententiam, quid in definitiua, & quid in interlocutoria.*

33 *Probatione facta de pecunia non recepta, detegitur periurium præſtitum in inſtrumento, & admiſſus ad probandum poteſt allegare ſe non recepiſſe pecunias.*

34 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica adiuuante maximè Chriſtianum contra Iudæum poteſt ſemper opponi & probari, ex communi.*

35 *Teſtes quomodo probent negatiuam.*

36 *Simulatio probatur ex oſtenſione pecuniæ non dimiſſæ penes aſſertum debitorem, ſed rehabita & reportata per prætenſum creditorem.*

37 *Negatiua non facti depoſiti quomodo probetur.*

38 *Turpitudinem ſuã poteſt quis allegare ad coadiuuandam*

dum suam intentionem.

39 *Contractus simulatus non nocet tertio, quin possit allegare & dicere eum simulatum.*

40 *Exceptio iuramenti vti personalis non egreditur personam iurantis.*

41 *Iuramentum est personalissimum, ideo non egreditur personam iurantis.*

42 *Simulationem allegans exprimere & probare debet speciem simulationis, seu eius causam.*

43 *Simulationis probatio vt concludat, debet certa deduci, exprimi & probari.*

44 *Instrumentum quomodo probetur fictitium.*

45 *Testium publicatorum examini etiam in alia instantia inter easdem personas stari debet.*

46 *Pactio inita cum vno non prodest alij.*

47 *Promittens cassare instrumentum videtur facere pactum de non petendo.*

48 *Factorum pluralitas non præsumitur.*

49 *Hebreus est idoneus testis contra alium hebreum.*

50 *Testis etiam frater cedentis est idoneus pro cessionario.*

51 *Testis vnius dictum de confessione sonet dictum alterius ad vehemens indicium.*

52 *Testis de auditu alieno præsumptionem inducit & probat cum alijs adminiculis, saltem ad transferendum in aduersarium onus probandi contrarium.*

53 *Pecuniam non deberi ex instrumento, quomodo probetur.*

54 *Amicabiles gratis se interponentes in perficiendis contractibus inter alios non prohibentur vt proxenetas ferre testimonium.*

55 *Veritas præsumitur in testibus consonantibus instrumento, dummodo instrumentum aliquid probet.*

56 *Testes quo casu possint examinari super eisdem.*

57 *Actuum coherentia, connexitas & propinquitas ostendit fictionem & simulationem alterius actus.*

58 *Filius præsumitur scire facta patris.*

59 *Testi deponenti contra se credi debet.*

60 *Instrumentum continens confessionem filij probat in connexis cum patre, etiam in præiudicium patris quo ad præsumptionem.*

61 *Procurator in rem suam, paciscendo præiudicat domino.*

62 *Obligatio conditionalis & ex causa, quam partes egerunt valere, attendenda est, & non simulata de puro deposito, etiam quòd illa esset valida.*

63 *Simulatum non dicitur quod in se habet obligationis substantiam.*

64 *Partium de voluntate quando vnum agitur, & aliud scribitur, valet illud quod in veritate agitur, non quod simulatè.*

65 *Leges. si ex pretio. C. si cer. pet. singularia. ff. eo. Lucius. la 2. ff. depos. declarantur in quibus casibus & terminis loquuntur.*

66 *Pater in criminalibus non tenetur restituere ea quæ filius subtraxit.*

67 *Promissum cum conditione non debetur conditione non impleta.*

68 *Obligatio conditionalis non habet in se substantiam, cum non sit nata, vnde non potest tolli.*

69 *Pactum ex contractu conditionali non potest dici vestitum conditione pendente & deficiente non informat veterem actionem, quia non reperis eam ex communi.*

70 *Soluenti pro alio quo casu competat repetitio.*

71 *Pactum contra depositum valet.*

72 *Stipulatum purè potest etiam ex pacto postea deduci in diem.*

73 *Partium intentio quæ fuerit attendenda est.*

74 *Pactum conditionale ex interuallo expositum, valet ad excipiendum.*

75 *Actio de dolo datur etiam ex pacto nudo ei qui passus est damnum ob rem deductam in pactum non seruatum.*

76 *Datum vel promissum ob matrimonium, eo non copulato, quasi causa non sequuta, condicitur vel repetitur.*

77 *Confessio præiudicat respondenti positionibus, & ea non reperitur maior probatio pro altera parte.*

78 *Confessio præualet depositionibus testium confitentis si vellent contradicere, & maior est quocunque publico instrumento, & quibuscunque depositionibus testium.*

79 *Repetitioni & causa indebiti locus est causa non sequuta.*

80 *Excipiendi ius competens correis competit quoque fideiussori.*

81 *Debitor potest ius sibi competens dare in solutum, & cedere suo creditori.*

82 *Fideiussori competit condictio indebiti & repetitio, cum pro sua obligatione suo nomine soluerit indebitum.*

83 *Scientia præsumitur in facto proprio & suorum.*

84 *Pœna criminis stellionatus datur contra dolosè exigentem per sententiam iudicis quantitatem aliàs indebitam ex causa non sequuta.*

85 *Condemnatus iniustè & coactus soluere potest solutum repetere per condictionem sine causa, si recipientem potest conuincere de dolo vero, quod quomodo sit declaratur.*

86 *Remedium de dolo creditoris competit contra rem iudicatam.*

87 *Executa & gesta in iudicio summario & celeri & executiuo non impediunt repetitionem in alio iudicio ordinario.*

88 *Interlocutoria executoria instrumenti non veri & simulati, & de debito etiam liberato in parte & in totum per statutum loci iudicij petitionis debiti soluti in parte, vti ex falsa causa nulla non impedit repetitionem, & non præiudicat venienti ex iure cesso.*

89 *Locupletari quis non debet cum iactura fideiussoris penitus existentis in damno.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ,

VT in præsenti causa vertente inter dominum Antonium Christianũ & Emanuelem Iudæum, quęque ratio seu conclusio inferius adducenda magis iustè, magis æquè accipiatur & seruetur in partem & gratiam Christiani contra Iudæum, prius hæc pręmittenda duxi.

Primum,

Primum, quòd D. Antonius licet in instrumen-
to illius asserti depositi se principaliter & in solidũ
cum Iosepho & donna Porra hæbreis obligauerit
ad restituendum dicto Emanueli scuta ducenta au
ri. Cum plenè ex processu constet nihil vtilitatis
vel commodi ex tali deposito peruenisse ad manus
D. Antonij, sed id fictè & simulatè fuisse factum ex
pecuniis (vt dicebãt) per Dauid filium d. Porrę fur-
to subtractis à d. Emanuele, & ex accordio inter ip
sos hæbreos inito, ideo ipse D. Anton. in hac re fi-
deiussor extitit, & pro alieno debito obligatus, per
glo. ordi. in l. vir vxori. §. fi. ff. ad Velleia. & ibi Sal.
& Pau. de Cast. sequendo opin. Azo. idem Castr. in
l. in personam. §. 1. ff. de pact. & in con. 331. in cau-
sa Syluestri. column. 1. lib. 1. dicens ad literam, vn-
1 de in effectu † semper ille ad quem peruenit vtilitas
contractus dicitur principalis, alter verò dicitur fi-
deiussor, quicquid in contrarium verbis actum fue
rit, ita esse commu. & indubiam opin. dicit Cornei.
consil. 124. sub versicu. tamen his non obstantibus.
lib. 1. quòd obligatus cum aliis ad quem non per-
uenit pecunia dicitur fideiussor, ut plures testes sic
expresse etiam attestantur pro dictis hæbreis, eun-
dem dominum Antonium interuenisse pro fideius
sore, unde ei non speranti lucrum, sed solum dam-
num & amissionem, Gramma. consi. ciui. 95. sub nu
2 me. 13. & laboranti † propter factum alterius magis
succuritur, dicit Alexand. in l. si insulam. column. 6.
sub versicu. teneo istam partem. de verborum obli.
& iam ipse D. Antonius passus est damnum, coa-
ctè soluendo eidem Emanueli dicta scuta 200. au-
ri pro sorte, & scuta 78. pro expensis, vt ipse Ema-
nuel fatetur respondendo 19. positioni dicti D. An
tonij, atque magis ei damnum passo & decepto iu-
ra subueniunt vt cõseruetur indemnis, quia magna
est iniquitas si iste fideiussor remaneret in damno,
dicit Bal. in l. constitutionibus. sub nume. primo. C.
de vsur.

3 Secundum, quòd contra Iudæum † æquitate se-
mota seueritas seu rigor iuris seruari debet, & hoc
in eius odium, per glo. penult. in cap. 2. de iudę. post
Ange. & Imo. tradit Ias. in l. si insulam. colum. 2. de
verborum oblig. Alber. Bru. in tract. de statu. fœmi.
exclu. in 6. art. in 1. memb. in 3. q. colum. pen. & fin.
& Soci. consi. 62. column. antepenulti. versic. tertiò
hæc concl. li. 1. & Bero. con. 28. col. 8. nu. 41. & con
sil. 134. nume. 21. lib. 3. licet Fel. in d. cap. 2. num. 5.
in hoc dicto ad vtranque partem arguendo dicat,
tene quod tibi videtur utilius, tamen ad rigorem iu
4 ris contra iudæum uidetur tenendum, quia † esse iu
dæum criminosum est. gloss. in l. sed si res. de lega-
tis primò.

Tertium, ꝙ per solitas clausulas, petens ius & iu-
stitiam sibi fieri & administrari in præmissis & quo
libet præmissorum, &c. & omni modo meliori, &c.
& deducens omne suum ius, &c. appositas in peti-
tione & in articulis dicti D. Antonij defenditur sua
petitio ab omni obiectione ineptitudinis & reme-
dij non formiter apparentis intentati, & substine-
tur ac saluatur eo modo & uia quibus magis com-
petenter & fauorabiliter possit ipse D. Anton. obti-
nere uictoriam contra dictum Iudæum pro pecu-
niis ab eo indebitè & ex causa iniusta extortis, atq;
intelligitur intentatum & deductum omne reme-
dium, omnis actio & omnis uia & modus agendi,
qui magis ipsi D. Antonio competat & fauorabilis
est, quocunque nomine, uel cessionario illius Simi-
sonis hæbrei, uel suo pro interesse agat & experia-
5 tur, † ut sunt uulgatæ & notæ doctr. in c. 2. de ordi.
cogni. ex uerbis. ibi. de quibus iustitiam sibi fieri po
stulabat, & per Ant. de Butr. in c. examinata. colu. 7.
sub nume. 22. de iudi. & ibi post alios Fel. in col. pe-
nulti. & Ias. in §. omnium. nume. 147. 148. 149. in-
sti. de actio. & Alexand. consi. 117. colu. 1. nume. 2.
lib. 2. Gui. Pap. in q. 263. & Aym. consi. 278. col. fin.
& Rolan. à Val. consil. 79. colum. penult. nume. 38.
lib. 1. & Bero. consi. 43. nume. 42. & seq. vbi latè de
his cla. petens ius & iustitiam, & omni modo melio
ri, & deducendo, &c. lib. 3. & Natta consi. 167. nu-
me. 3. & Grat. consi. 70. nume. 29. lib. 2. etiam atten
dendo solum probata & declarata in processu, Ale
xand. d. consi. 117. sub nume. 2. & consi. 137. col. 1.
nume. 1. 2. 3. lib. 6. & consi. 38. nume. 1. lib. 3. & An
ge. consi. 250. domina Liberina. colum. 1. versi. pos
sunt enim uerba libelli, cum maximè non possit di-
ci de remediis contrariis & repugnantibus intenta
6 tis pro ipso domino Antonio, quem in his † nõ ad-
iuuarent dictæ clausulæ, vt declarat Alexan. consi.
121. column. penult. lib. 1. & consi. 96. colum. fina.
nume. 6. & consi. 110. nume. 2. lib. 5. & Paris. consil.
131. colum. 2. lib. 1. quia remedia quæ sunt explici-
tè & implicitè intẽtata, declarata & probata in pro
cessu pro domino Antonio ad inuicem non repu-
gnant in intentione neque in causa, vt inferius ostẽ
7 dam, & oppositio † de generalitate in his quoque
reiecta est per processum ad vlteriora, vt in specie
defendit Corn. consi. 8. col. penult. vers. & licet quã
do. lib. 1. & cons. 188. col. 3. ver. & libellus. lib. 3. Et
sufficit ꝙ D. Antonio competat ius ex iure cesso per
illum Simisonem hæbreum, vel ex iure suo pro suo
interesse, cum vtroque modo & nomine agat, quia
8 sat est † iudicium pro vno nomine tenere, quando
pluribus nominib. agitur, per l. nõ idcirco. ff. de iud.
& l. si perlusorio. de appel. firmat Bald. consil. 374.
quæritur vtrum captura. sub nume. 3. lib. 4. & Alex.
consi. 44. colum. penult. ad fin. num. 4. lib. 7. vbi ex
duobus etiam simul agentibus obtinet qui probat
de iure suo, & clarius not. Bald. in l. 2. ad prin. C. de
his quib. vt indi. quòd si duplici nomine formetur
libellus, & non potest agi nisi vno nomine, proce-
dit eo nomine, quo potest, & non alio nomine su-
per quo procedi non potest, hæc sunt verba Baldi.

His aũt præmissis existimo D. Antonium posse
obtinere recuperationem pecuniarum ab eo per
dictum Iudæum extortarum dolosè & fraudo-
lenter, pluribus rationibus infra proponendis,

Primò, etsi in iudicio executiuo in quo fuit con-
tra eum commissa executio instrumenti pro scutis
200. fuerit opposita pro parte d. domini Antonij ex
ceptio causæ non secutæ circa matrimonium con-
trahen-

trahendum inter dictum Simisonem hæbreum & fillam dicti Emanuelis, & sub qua causa dicatur factum dictum depositum, potest tamen nunc idẽ D. Antonius per modum agendi proponere eandem causam non secutam ad effectum obtinendi restitutionem pecuniarum indebitè solutarum, etiam quòd super ea succubuerit in dicto iudicio executiuo, vt probat Imo. in cõs. 130. in casu præmisso. col. 2. nu. 3. sequitur Aym. consi. 202. col. 3. ver. secũdus casus. vltra eos allego Pau. de Ca. in consi. 116. viso compromisso. col. pen. ad nu. 3. lib. 1. vbi in iudicio executiuo si fuerit opposita exceptio cõpẽsationis, & per sententiam in eo latã fuerit reiecta, succubẽs poterit in iudicio ordinario probare contrarium,
9 & obtinebit, quia † sententia lata in iudicio executiuo non facit præiudicium in ordinario, etiam super eodem intentando, per l. à diuo Pio. §. si super rebus. de re iud. & per doctr. Bart. in l. 1. col. 3. num. 11. 12. 13. C. quando prouo. non est neces. & ita dicit se intelligere istam materiam, & se credere verissimum dicere inquit Pau. de Cast. in d. consi. sub d. num. 3. Cum enim possit idem intentare in iudicio ordinario, debet & posse probare & obtinere, aliàs frustra intentaret, pro hoc facit quod tradit Bal. in l. peremptorias. col. 5. nu. 39. vers. & in ista materia. C. sent. rescin. non poss.

Et consequenter obstare non debet intentatæ repetitioni executio commissa & executa per iudicẽ,
10 ad l. 1. C. de conditi. indebi. quia † lex ista loquitur ĩ re iudicata iudicio ordinario & plenariè agitato, & non executiuo, prout fuit contra dominũ Antoniũ, & de iure communi, & de iure municipale tribuente executionem publicis instrumentis. De iu-
11 re communi autem sancitum est, † ꝙ instrumẽtum illius depositi prima fronte apparentis veri summario iudicio exequi deberet, secundum Bart. Ang. & Castr. in l. penul. C. depos. per text. ibi. cum tam pręcisis & geminatis verbis illico & quàm celerrimè mandantem restitui depositum reiecta omni compensationis, deductionis & doli exceptione, & sine aliquo obstaculo, vt ibi in d. text. expressum est. Sic etiam firmat Boer. in decis. 295. nume. 7. 8. & Soci.
* consi. 167. ad fi. lib. 2. & comm. doct. sententiam sic esse concord. congerit Rolan. à Val. consi. 17. in pr.
12 lib. 1. vnde † soluens ex executione commissa publici instrumenti dicitur soluere potius auctoritate conuentionis & contractus contenti in instrumento. l. 1. §. si conueniatur. ff. depos. l. legem. C. de pac. & l. sicut. de acti. & oblig. & d. l. pen. quàm auctoritate rei iudicatę, quæ fit ex sententia iudicis condẽnatoria vel absolutoria. l. 1. ff. de re iudi. qualis non est sententia de exequendo instrumentum, quam
13 meram interlocutoriam esse † defendit, dicens ita esse veritatem, Arc. cons. 75. col. 5. ver. quinimò &c. & Præpos. Mediolan. in c. cũ cessante. col. 7. vers. itẽ snĩa, de appel. de qua non intelliguntur loqui d. l. 1. C. de conditio. indebi. & aliæ concord. ibi alleg. in gloss. disponentes cessate condictionem indebiti in solutis ex condemnatione & causa iudicati per sententiam iudicis, quia intelligitur de diffinitiua faciente rem iudicatam, per concord. alleg. per Fel.
14 in rubr. colum. 5. nu. 7. de sent. & re iudi. quæ † quidem illa est quæ facit de indebito debitum, per l. cum putarem. ff. fam. erc. Ias. in rub. in prin. ff. eo. & quam non intendit proferre iudex exequens instrumentum, sed exequi sententiam & obligationem, partium contentam in instrumento, alia autem est obligatio rei iudicatæ, vt l. 4. §. idem scribit. ff. de pecul. ibi. proinde non originem iudicij spectandam, sed ipsam veluti obligationem, ergo videtur militare in specie nostra, quòd exceptio indebiti ex causa non secuta opposita in iudicio executiuo & summario, eadem per modum agendi potest intentari & probari, & obtineri in iudicio ordinario, per alleg. deci. Imo. Castr. & Aymo. demonstran-
15 do † dictam interlocutoriam de exequendo instrumentum detecta falsa causa debiti prius non cognita esse nullã, vt in terminis probat Raph. Cuma. in l. imperatores. ad num. 5. de re iudica. vbi attestatur
* communem sententiam esse, quòd ex falsa causa redditur nulla sententia interlocutoria, & ibi sequitur Ias. in col. 2. versic. secundò limita. comprobat & Alex. in l. si is ad quem. col. penul. num. 16. ff. de acquir. hæred. & Fel. in c. suborta. col. fin. num. 19. de re iudica.

Fortius enim procedit hæc conclusio, ut etiam euitetur modo auctoritas rei iudicatæ, ꝙ in illo iudicio executiuo non fuit deducta liberatio d. Antonij de tertia parte dictorum scutorum 200. & de toto per petitionem dicti Iudęi de debito soluto in totum vel in partem, nec fuit deducta causa dicti prætensi depositi ob matrimonium filiæ dicti Iudæi contrahendum cum illo Simisone, vel saltem non fuit probata nisi ex pacto facto cum ipso Si-
16 misone, de quo † vti facto cum alio non potuit se præualere D. Antonius per l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vt nunc deduxit & probauit hæc omnia, & potest his niti nunc ex cessione iurium habita à dicto Simisone, ut infra dicam. quocunque modo igitur in illo executiuo iudicio istorum modo probatorum ratio vel cognitio per iudicem haberi nõ potuit, possunt ista in præsenti iudicio nunc agitari, per text. in l. si autem. §. fin. ff. de nego. gest. cum concord. ibi in glo. fi. alleg. requiritur enim aliquid per modum excipiendi propositum per iudicem expresse reprobari, vt decætero etiam ad eundem effectum nequeat per modum agendi proponi,
17 † Castr. cons. 257. col. 2. in fi. ver. sed faciliter. lib. 2. & Socin. consi. 264. col. penul. versic. sed præmissis. lib. 2. Aut proprius dicamus quòd ista de cõdictione indebiti, vel causa nõ secuta per clausulas instrumenti, in forma Camerę ex certa scientia & renunciationes condictionis indebiti & sine causa, vt per Bar. in l. fin. §. idem quæsiuit. ff. de cond. indeb. & Alex. consi. 61. col. 2. versi. non potest Bertus. lib. 2. non potuit debitor opponere, & per iuramentum, & ex deposito apparente vero fuit coactus sine aliquo obstaculo & quàm celerrimè soluere, per d. l.
18 pen. C. depos. quo casu soluta † condictione indebiti & sine causa possunt repeti, vt concludit Bart.

in

in l.1.§.& parul.ad fin. ff.quod vi aut clam. & Bal.
in l.penult.colum.1.num.3. versi.item hoc vitium.
C.de consti.pecu.vbi dicit, quando de indebito in
primo iudicio non potuit discuti, datur repetitio,
non obstante sententia, quia quod non est discus-
sum non intelligitur sententialiter terminatum, qd
19 ibi dicit, tene menti, vt propriè † in deposito appa-
rente vero nihil potest opponi & discuti, per tex.in
d.l.penul.ibi.quàm celerrimè sine aliquo obstacu-
lo restituant, idem probant Ant.de Cana.in tract.
de execu.instr.in q.54.num.93. Idem vbi exceptio
per quam apparet indebitum, non potuit examina-
ri in primo iudicio, dari repetitionem solutorũ per
sentẽtiam, tenet Bar.in l.si sine.sub prin.vltra med.
ff.rem rat.hab.vbi dicit ꝙ hoc tenent doct.in d.l.1.
C.de condi.indeb. ne iura sint promulgata ad deci
piendum aliquem.l.1.C.si aduer.vend. & l.memi-
nerint.vnde vi.

Secundò, & corroborando prædicta, ꝙ d.Iudęus
exegerit debitum solutum, & de quo D.Anto. iam
erat liberatus, probatur, ꝙ de anno 1558.fuit confe
ctum instrumentum prætensi depositi scutorũ 200.
& de anno 1560.ipse Iudæus condemnatus ad dan
dam tertiam partem sui crediti per laudum accepta
tum cessit Curtio suo filio conuerso vti in rem pro-
priam procuratori constituto tertiam partem suo-
rum crediti & nominum debitorum non exactorũ
extrahendorum de omnibus scripturis obuenien-
dam per appodissam in sortem in qua esset tertia
pars totius crediti, & non secuto quòd dictus Ema-
nuel soluerit per totum mensem Decembris dicti
anni 1560. dicto Curtio scutos mille, vt dicitur in
dicto laudo, necessariò dictus Curtius remansit ces
sionarius ad exigendum tertiam partem crediti di-
cti depositi, qui ideo, & meritò christianus effectus
nanciscens bonam conscientiã, qua suus pater per-
fidus & infidus Iudæus semper. caruit & caret, &
sciens dictum creditum scutorum 200.contra do-
minum Antonium non deberi ob causam sub qua
contractum fuit non secutã matrimonij contrahen
di inter Susannam filiam dicti Emanuelis & Simi-
sonem, liberauit & absoluit ipsum D.Antonium à
dicta tertia parte scutorum 200. pro eo stipulante
& acceptante notario, vt constat publico instrumẽ-
to confecto de anno 1561. die 9. Octobris, manu
ser Christofori Castagnacij de Exio, & producto
in iudicio cum fide publica magistratus loci de le-
galitate notarij, etiam cum instrumẽto dicti laudi.
Proinde nemini dubium est, quòd dictus Curtius
20 cessionarius † & procurator in rem suã. l.si in solu-
tum.C.de acti.& oblig.& l.procuratore. ff.de pro-
cura. potuit liberare dictum dominum Antonium
etiam ignorantem. l.solutionem. ff.de solutio.& l.
soluendo.de nego.gest.licet pro eo notarius stipu-
lans liberationem & pactionem acquisierit & acce
ptauerit, Barto.in l.2.rem pupil. sal. fo. vt est com-
mun.opin.per Ias.in l.stipulatio ista.§.si stipuler. co
lumn.5.versicu.limita istam communem.de verbo
rum oblig.& Domini Pedemont.in deci.32. nu.4.
& seq.late ponunt, etiam nihil recipiendo, sed ratio
ne causæ dicti matrimonij non secutæ, per l. in re
mandata.C.mand.facit.l.quacunque ratione. ff.de
procur.& l.hoc iure.iuncta glo.fin.de solut.Exinde
quoque de dicta tertia parte scutorum 200.dici po
test tunc solutum esse dicto Emanueli pro dicto do
mino Antonio quod fieri constat quomodocunq;
fuerit satisfactus creditor, & liberatus debitor per
creditorem vel eius procuratorẽ, & magis per pro-
curatorem in rem suam.l.solutionis.& ibi Barto.&
alij.ff.de soluti.l.solutionis verbo.de verbo. signif.
& Bero.consi.178.nume.13.lib.1.& l 4.§.soluisse.
de re iud.& ibi Ripa maximè nume. 4. 5. adducit,
hoc intelligi etiam si debitum fuerit remissum, &
21 in statuto † continente verbum solutionis, intelligi
de quacunque liberatione, secundum Albe. de Ro.
in d.l.solutionis. Sic ergo intelligi debet statutum
Pisauri de creditore petẽte debitum solutum in to-
tum vel in parte, cum respiciat substantiam debi-
ti, & non modum solutionis pecuniæ, vel alterius
rei, vt declarant doct.in d.l.solutionis.& in d.§.sol-
uisse. non refert quòd statutum dicat solutum sibi.
quasi non intelligat de solutione facta procuratori
quia statutum in hoc solum exceptuat hæredes vel
successores creditorum.ergo in aliis firmat suam re
gulam, Dec.in l.1.nume. 27. de reg.iur.& ibi Hier.
Cagn.nume.25. Quando enim d.Iudæus in solutũ
22 concessit † dictam tertiam partem sui crediti, tunc
sibi dici potest soluta tertia pars etiam crediti scuto
rum 200.remissa postmodum per cessionarium di-
cto domino Antonio, argumen.l.in delictis.§.si ex
traneus.ff.de noxal.act.& l.solutum.§.solutum. de
pign.acti.& Bal.in l.1.§.ne autem.col.fin.num.19.
de cadu.tollen.dat generalem doctrinam, ꝙ in om
23 nibus † factis habentibus adminiculum acquisitio
nis, quòd qui per alium facit, ipse propriè facit, per
c.accedens.de præben.& l.certè.§.1.ff.de precar.&
24 in specie, † solutum etiam procuratori creditor il-
lud plus petens incidit in pœnam, tenent Ioã. Fab.
sub nume.3.Ias.sub nume.2.in §.si quis agens. inst.
de actio.Et si tempore quo D.Antonius fuit postea
pro toto dicto asserto credito scutorum 200. per di
ctum Iudæum in hoc verè perfidum & calumniato
rem conuentus coram D.Potestate Pisauri, non po
tuit in illa lite facere constare de tali petitione par
tis debiti solutę, vt videntur sonare verba statuti Pi
sauri, rub.35.de creditore qui petierit debitum sibi
solutum.li.2.ad hoc vt debitor remaneat à toto qd
petitur liberatus. Cum tamen dominus Antonius
25 ignorans † suam liberationem dictæ tertiæ partis
debiti asserti vti prouenientem ex facto alieno.l.fi.
ff.pro su. not.in c.ab excommunicato.de rescr.non
valens eam tunc facere constare, videtur restituen-
dus in integrum ex probabili ignorantia, per l. sed
& si per prætorem.§.item inquit.ff.ex qui.ca.maio.
& ex claulula generali generalis æquitatis, ne fiant
26 illicitæ extorsiones, † per l.illicitas.in princip.ff.de
offi.præsi.in terminis tradit Bald.in d.l.1.col.2.sub
4.opp.C.de cond.indeb.vt suam petitionem decla
rauit per alleg.supra in præmissis tertio loco, ꝙ pos
sit modò vti omnibus remediis sibi fauorabilibus
contra

contra dictum Iudæum pro recuperandis suis pecu
niis malè extortis, vtendo etiam beneficio dicti sta
tuti ad demonstrandum eum liberatum à toto, fa-
ciendo nunc constare ipsum Iudæum petiisse debi-
tum solutum in parte tertia, vt sic eum videtur pos-
se accusare in hoc iudicio, per ea quæ tradunt glos.
Cyn. Bald. & Saly. in l. t. C. de calumni. & ipsum Iu
dæum per petitionem debiti soluti in parte factam
coram Iudice Pisauri subiectum remansisse puni-
27 tioni dicti statuti liberantis debitorem à toto, † per
ea quæ scribit Barto. in l. 1. sub nume. 20. & ibi com
muniter doct. sequuntur. C. de sum. trini. ꝙ de his ꝗ
committuntur in iudicio inspicimus locum iudicij,
& maximè quoad interesse partis, qđ probo. quia
in iudiciis quasi contrahitur. l. tertia. §. idem scri-
bit. ff. de pecu. ergo quoad talem liberationem, si
non de facto, saltem de iure acquisitam in loco di-
cti quasi contractus, alibi debet ipse D. Antoni. ad
eam admitti, condicendo pecuniam indebitè solu-
tam, per communem illam conclusionem, quòd
28 in † decisoriis seruatur locus contractus, etiam in-
ter forenses initi, per l. si fundus. ff. de euictio. ponit
Bart. in d. l. t. num. 14. Bal. nu. 21. licet hæc videan-
tur sapere nimiam subtilitatem & rigorem, vidẽtur
tamen seruanda contra Iudæum, per alleg. s̄. in se-
cundo præmisso.

Aut saltem omnino concedi debet quoad tertiã
partem de qua prius erat liberatus D. Antonius eũ
indebitè soluisse & expensas incursas & solutas ob
29 petitionem † plus debito, per l. 1. C. de plus peti. &
c. 1. extra eod. & ibi per doct. & Paris. consi. 104. nu
me. 13. lib. 3. & Ias. in ver. sed hæc quidem. instit. de
actio. etiam quoad totum aliter probatur, nam iste
Iudæus semper expertus est ex illo instrumento vti
continente verum depositum & veram receptionẽ
pecuniarum in pecunia numerata, sed per testes in
strumentarios benè & concludenter probatur tem
pore dicti instrumenti, nec dominum Antonium
nec alios cum eo obligatos recepisse à d. Iudæo ali
30 quas pecunias, ut sic huiusmodi † negatiuæ facilem
esse probationem tenet Ange. in l. si ex pretio. ad fi.
C. si cer. pet. & in l. si ex cautione. de non nume. pe-
cu. vbi notarios cauere dicit, ꝙ nũquàm in instru-
mentis ponant verba (habuit & recepit) nisi videãt
pecunias numerari, idem ibi tenent Bald. & Salyc.
& Castr. & latè consuluit Corn. consil. 61. lib. 3. re-
fert Cagnol. in l. si librarius. nume. 78. de regu. iur.
Ita probata falsitate dicti instrumenti in receptio-
ne pecuniarum non numeratarum & non recepta-
31 rum, datur † repetitio pecuniarum solutarum pro
executione dicti instrumenti, per text. in l. fina. C. si
ex fals. instrum. post Ange. & Imo. ponit Alexan. in
l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 21. sub num. 41.
vers. quintus & vltimus. de verborum oblig. & Bar.
in l. qui agnitis. nume. 1. in fin. per c. cum venerabi-
32 lis. de excepti. Nec videtur necessaria † restitutio in
integrum aduersus sententiam, per gl. & doct. in d.
l. fina. quia hoc procederet in sententia diffinitiua,
secus est in sententia interlocutoria, prout est com-
missio executionis instrumenti quæ ex falsa causa
redditur nulla, vt dictum est supra in primo funda-
mento, sentit Pau. de Cast. in d. l. qui agnitis. Tamẽ
quoque & restitutio in integrum posset concedi ex
declaratione petitorum facta in processu per domi
num Antonium, vt tradit Bero. consi. 120. col. fina.
nume. 6. lib. 3. sentit Castr. consil. 308. visa petitio-
ne. columna. 2. ad fin. versicu. sed prædictis lib. 2. Et
33 quia † fuit admissus ad probandum de pecunia non
recepta, qua probatione facta, detectum est periu-
rium præstitum in instrumẽto, & potest allegare se
non recepisse pecunias, secundum Bald. in l. fin. ad
fi. versicu. secundò quæro. C. de non nume. pecun.
sequitur Alexand. consil. 89. col. penulti. nume. 15.
lib. 2. & Riminal. consil. 407. ad fin. nume. 28. lib. 3.
& Ias. post Alexand. & Are. in l. nemo potest. col. 8.
ad fin. versi. benè verum est. de leg. 1. & ibi Ripa nu
me. 78. idem probat, quãdo periurij turpitudo iam
esset detecta, secundum Bart. & alios in l. iusiuran-
34 dum. §. si procurator. ff. de iureiur. exceptio † autem
non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica adiu
uante maximè Christianum contra Iudæum potest
* semper opponi & probari per communem opinio.
attestatam & concordantium allegatione robora-
tam, per Felin. in cap. si cautio, nume. 61. de fide in-
strumen.

Aut saltem dicamus, quoniam duo testes instru-
mentarij concorditer & firmiter attestantur domi-
num Antonium non recepisse tempore instrumen-
ti aliquas pecunias, sed pecunias ostensas per dictũ
Iudæum tunc in tabula semper penes se retinuisse,
& secum in sua crumena reportasse, & non dedisse
& non potuisse eas tunc dare ipsi domino Antonio
35 quin ipsi testes vidissent, ita † affirmantes bene pro
bant negatiuam, Bart. in l. 2. §. hoc interdicto. col. j.
nume. 8. versicu. vlterius quæro. ff. de iti. actuq; pri.
Alexand. consil. 108. colum. 3. versic. & licet dicat.
lib. 2. & consi. 43. colum. 2. num. 4. & consi. 91. in fi.
lib. 4. & Dec. consi. 94. ad fin. & consi. 534. num. 10.
& in l. 1. in fi. C. de bonorum poss. secundum tabul.
adeo quòd per dictam exportationem pecuniarum
secum factam per ipsum Iudæum remansisse libera
tum ipsum dominum Antonium, concluditur per
doctr. Bar. in l. singularia. colum. fina. nume. 25. ver
sicu. tertiò potest dicere. ff. si certum peta. quem ibi
* scriben. communiter sequuntur, de facili in casu no
stro attenta qualitate personarum præsumendo, se-
cundum Bar. ibi ad l. cum quid. ff. eo. præsumendo
vel quòd remanserit omnino liberatus D. Antoni.
vel quòd pecuniæ non numeratę vt depositũ quod
dam remanserint penes ipsum Emanuelem, vt pro
priè in quodam alio Emanuele, probat Alex. con-
sil. 28. numero quarto. versicu. tertiò respondeo.
lib. 7. allegando Cyn. hoc tenentem in l. incendiũ.
in fi. C. si cert. pet. Vel quod verius est in specie no-
stra, depositum contra dominum Antonium vel pe
nes eum non fuit verum, sed simulatum, & non ex
receptione pecuniarum, sed ex alia causa non secu-
36 ta (vt infra dicam) ita † simulatio probatur ex simili
ostensione pecuniæ non dimissæ penes assertum de
bitorem, sed rehabitæ & reportatæ per prætensum

creditorem

creditorem, vt in specie consuluit Rimi. in d. consi.
307. lib. 3. per doctr. Bald. in l. per diuersas. in fi. C.
mand. maximè dicentis q cessio probatur simulata
si instrumentum contineat pretium numeratum, &
inconninenti sit restitutum. Præsumitur enim sine
dubio fraus & actum de reddendo, ex quo statim
est factum, secũdum eum ibi, allegando l. si ventri.
§. fina. ff. de priui. cred. cum not. ibi per Bart. & Rip.
de aliquo præsumendo ex breuitate temporis, &
cum pluribus decis. de hac re cumulatis per Curti.
Sen. consi. 55. colum. 3. & seq. & per Ant. Gabr. Ro.
de commun. opin. tit. de præsumpti. concl. 13. nu. 8.
lib. 1. exindeq; dicitur instrumentum fictitiũ, Bart.
in l. 1. in lect. antiqua. sub nu. 6. C. plus valere quod
37 agi. Sic quoque † probari negatiuam non facti de-
positi in specie tradit Soci. cõs. 171. col. 2. li. 2. & in-
spectis depositionibus testium instrumentariorum
& aliorum examinatorum, & narratione & confes-
sione facta per illum Curtium filiũ dicti Emanue-
lis conuersum in instrumento liberationis dicti D.
Antonij de dicta tertia, nullus alicuius dubitatio-
nis scrupulus potest in mente alicuius remanere, di
ctum depositum circa pecunias datas depositarijs
minimè fuisse verum, sed simulatũ, & ex causa alia,
vt modo dicam.

Ex quo infero veram & communem conclusio-
nem, q D. Antonius cum repetat nunc pecunias in
debitè ab eo extortas & solutas virtute dicti simu-
lati contractus reiiciendo oppositionem de dicto
contractu & eius executione commissa potest rep-
38 plicare de simulatione, & sic allegaret † suam turpitu
dinem ad coadiuuandam suam intentionem, se-
cundum Bar. in d. l. iusiurandum. §. si procurator. de
iureiur. per l. de tutela. C. de in integr. resti. mino. &
Feli. in c. tertio loco. in 4. fall. de præsumpti. refert &
sequitur pro limitatione Ripa in d. l. nemo. nu. 79.
de leg. 1. ita concurrente fraude dicti Iudæi, & nitẽ
te lucrari pecunias contra pactiones inducentium
dominum Antonium ad se obligandum pro fide-
iussore penitus in damno existentem, pro simulato
deposito esse commu. opin. firmat Soci. consil. 264.
col. 5. ad fin. ver. quibus omnibus. & col. seq. li. 2. &
Paris. consi. 86. nu. 27. 28. lib. . vbi latissimè de simu
latione, & per alios in d. l. nemo. & Tiraq. de retrac.
ti. 1. §. 1. glo. 18. nume. 24. & Dec. consi. 14. col. fi. &
consi. 587. col. pen. vers. ad hoc respondetur. & ta-
lis replicatio potest etiam in capitulis seu articu-
lis deduci, prout D. Antonius deduxit & probauit,
Aret. con. 48. col. fi. & Gram. consi. ciui. 128. nu. 28.
Quamobrem & contra hoc non releuaret admissio
dictorum capitulorum facta per Iudicem cum clau
sula (saluo iure impertinentium & non admitten-
dorum) de qua ponit Rui. cõs. 194. in fi. lib. 1. & Ias.
in l. si dum patroni. §. idem Iulianus. col. penult. ver.
adde etiam quòd Bal. ff. de iureiur. cum iure admit
tatur ad replicandum de simulatione pro coadiu-
uanda sua intentione in repetitione solutorum in-
tentata, vt probatur per Bar. Feli. Rip. Soci. & Paris.
in locis modo allega. Cumque veniat ex iure cesso
per dictum Simisonem, qui non iurauit, & cui vti
39 tertio non nocet dictus contractus simulatus, † &
potest ideo allegare & dicere eum simulatum, per
cap. super eo. de off. deleg. & tradita ibi per Feli. te-
net Ripa in d. l. nemo. nume. 78. ibi etiam allegan-
do Saly. Aret. & Ias. idem tenentes, & consequẽter
potest dicere & allegare D. Antonius cessionario
nomine non obstante sibi sententia prædicta cõtra
eum lata, quia in illo iudicio deduxit ius suum, &
non dicti cedentis, per ea quæ tradit Pa. Cast. in cõ
sil. 286. videtur q dicta sententia, col. 2. sub num. 4.
lib. 2. per regulam, & ibi no. in l. sæpe. de re iud. quã
do ius suum fuisset in aliquo turbatum per iuramẽ
40 tum circa simulationem allegandam. Exceptio † e-
nim ex eo vti personale, per c. veritatis. de iureiur.
non egreditur personam iurantis, vt l. exceptiones
quæ. & ibi glo. & doct. ff. de excepti. ac etiam senten
tia lata contra eum non probantem de dicta simu-
latione coram D. Potestate Pisauri, prout sic lata
præsumitur, secundum Bart. in l. Iulianus, supra, nu-
me. 4. ff. de cond. indeb. & glo. & Castr. in l. si quis.
rem. ff. de except. rei iud. & Soc. d. cons. 264. colum.
pen. ver. inferendo ergo. lib. 2. non præiudicat non
solum dicto Simisoni cedenti, qui non fuit correus
debendi pro dicto asserto deposito cum domi. An-
tonio, sed nec etiam suis correis debendi, vt indi-
stinctè tenet Bart. in l. ex duobus. col. 3. nu. 17. ver.
secundò vidẽdum. ff. de du. re. sequitur ibi post An
ge. Imo. in col. 3. nu. 7. ver. item addit Ang. & Soci.
comprobat in d. l. exceptiones quæ. col. pen. ad fin.
& est ratio in iuramento quando excluderet allega
tionem simulationis, ex alleg. per Rolan. à Val. con
41 sil. 93. nume. 2. lib. 1. quia iuramentum est† persona
lissimum, d. cap. veritatis. ita non egreditur personã
iurantis, vt in specie tenet Ripa in d. l. nemo. nu. 78.
Multum enim refert quòd modò etiam D. Antoni.
experitur tamquàm alius, per l. si pater. §. qui duos.
& ibi Bar. ff. de adopt. & in l. si donaturus, §. 1. in l.
opp. de cond. ca. da. & l. 3. §. sed & si. iud. sol. l. ex fa-
cto. §. ex facto. ad trebel. glo. in versicu. ratum. in
Spurij. §. pater. ff. de decur. Ias. in l. exigendi. colu. 3.
ver. sextò fallit. C. de procurat. cum simil. quia nunc
cessionarius non iure suo, sed cedentis iure vti dici
tur, Bero. consi. 32. ad fi. lib. 2. De iure cedentis qua
le fuerit nunc quoque dicam, itaque multipliciter
ac subtiliter contra Iudæum tenẽda defensa est hæc
conclusio, quòd D. Antonio tam pro suo interesse
nomine suo, quàm vti cessionario dicti Simisonis,
cui non obstat iuramentum alterius, nec res iudica
ta inter alios agitata, competit condictio indebiti
solutorum ex instrumento exento non vero sed si
mulato, & de quo prius erat liberatus pro tertia par
te, & in totum per petitionẽ debiti soluti in parte,
vt supra deductum est.

Tertiò, principaliter & vlterius ac fortius firman
do dictam conclusionem contra istum Iudæum (ci-
tra calumniã) veritatis inimicum & Iniquitatis ple-
num, cumque duplicatis ac triplicatis vinculis ligã
do & stringendo, adeo q per diuerticulum aliquod
effugere nequeat, quin Christicolæ nostro nimis fi
denter inter hæbreos se gratis subijcienti eorum de
bitis

bitis & fictionibus iustitia & iure meritò debeat restituere & refundere pecunias repetitas male ablatas & damna omnia. itaque dicendum est, q depositum scutorum ducentorum auri conrētum in dicto instrumento fuit fictum & simulatum, sic unum in actu apparenter agendo, sed aliud in intentione & veritate agendo, q Ioseph & donna Porra principales correi debendi obligati in dicto instrumento & Simison ex accordio & conuentione facta cū dicto Emanuele deberent ei soluere scuta ducenta auri paulorū, quæ ipse Emanuel asserebat sibi furto subtracta fuisse per Dauid filium d. Porrę & fratrem dicti Simisonis, cum hac conditione & conuentione expressa, si dictus Emanuel daret eius filiam Susannam in vxorem dicto Simisoni, & cum eadem conditione & conuentione fuit accepta fideiussio dicti D. Anto. & de ea factum instrumentum, quòd si nō sequeretur dictum matrimonium deberet esse nullum, & scuta ducent. aliter per eos non esse soluenda.

Quoniam docto. passim tradunt in hac materia duo attendenda, Vnum quòd allegans simulationem † debet exprimere & probare speciem simulationis seu eius causam, dicit & doct. concord. allegat Bar. Veronen. in tract. de simul. contract. in 26. præsumpt. col. fin. & Alex. con. 111. col. 1. nu. 2. li. 3. & Paril. consi. 86. nume. 21. lib. 3. & Dec. cons. 483. col. 2. nume. 8. ratio est, quia plures sunt species simulationis, vt ergo eius probatio concludat, debet

42 nem † debet exprimere & probare speciem simula-

43 † certa deduci, exprimi & probari, Dec. in fi. Cagn. nume. 7. in l. imaginaria. de reg. iur. Alterum est, q simulatio potest probari coniecturis & præsumptionibus, cum id quod partes in veritate agunt fit quodammodo in abscondito, & ferè occultatur ab actu simulato apparenter facto, Dec. con. 14. col. penult. ad fin. & d. consil. 443. column. 3. nume. 13. 14. & consi. 587. col. 1. ad fin. num. 3. 4. Aymo conf. 156. nume. 7.

Species autem simulationis actus apparentis depositi pro pecuniis habitis & receptis in pecunia numerata fuit expressa in capitulis D. Anto. & probata per duos testes instrumentarios, magistrum Nicolaum Mondainum, & Ioā. Baptistam quondam Petri Francisci concludenter deponentes, q tempore confecti instrumenti D. Anton. Ioseph & donna Porra non receperunt aliquas pecunias, & q pecunias ostēsas tunc in tabula secum reportauit dictus

44 Emanuel, ita probatur † instrumentum fictitium, in hoc Bar. in d. l. 1. in lect. anti. sub num. 6. C. plus ua. quod agitur, & depositum in pecunia fuisse simulatum, vt per Bal. in d. l. per diuersas. in fi. C. mand. Riminal. in d. con. 307. lib. 3.

Sed q actus uerus soluendi dicto Iudæo scuta 200. fuit & processit ex accordio & conuentione & sub conditione & causa matrimonij sequendi & cōtrahendi inter filiam dicti Emanuelis & dictum Simisonem, vt dictum est, & clarè expressum est in dictis capitulis D. Antonij, & ex his plenè probatur, primùm per examen domini Guidi Brusci, & domini Camilli sui filij testium examinatorum pro D. Anto. cum ipso Emanuele in lite executiua dicti instrumenti coram D. Potestate Pisauri concorditer deponentium de promissione facta per dictum Emanuelem & suos filios dicto Simisoni cassandi instrumentum depositi scutorum 200. sine aliqua solutione, casu quo non haberet effectum parentela inter eos. s. ipsum Simisonem accipiendi in vxo-

45 rem filiam dicti Emanuelis. Cui † quidem examini testium publicatorum etiam in alia instantia inter easdem personas stari debet, firmat Bart. in l. 2. col. fin. C. de eden. per l. fin. de testi. & l. cum antea. ad fin. de arb. & not. in l. properandum. §. fin. de iudi. & Alexan. in d. l. 2. nume. 24. & Deci. num. 61. & Alexā. consi. 58. nu. 2. 3. lib. 2. etiam si prius fuissent examinati in Iudicio summario, Felin. in c. causam quę el primo. nu 6. de testi. & pulchrè Pau. de Cast. in consi. 3. in causa quę vertitur. col. 3. nume. 3. ver. quarto. lib. 2. non profuerunt tunc dicto D. Anton. in illo iudicio executiuo forsan ob celerem executionem depositi. iuxt. l. penult. C. depos. uel quia pactio illa atteftata per dictos testes fuit facta cum Simisone, qui non fuit debitor nec correus debendi cum D. Antonio in dicto instrumento depositi, &

46 regula iuris nota est, † pactionem initam cum alio non prodesse alij. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & tot. ti. C. res inter al. act. vt nunc prodesse potest per cessionem dicti Simisonis de qua infra dicam.

47 Qui enim promittit † cassare instrumentum videtur facere pactum de non petendo, per not. in l. Labeo. ff. de pact. & l. seruum filij. §. eum qui chirographum. de leg. 1. probat Bal. in con. 145. pręsupposito quodam capitulo. col. fi. nu. 4. ver. nec dicat. li. 2. & non potest intelligi de alio instrumento depositi 200. scutorum nisi de eo quo erat obligatus ipse D. Antonius, cum identitas nominis assumpti depositi & quātitatis 200. scutorum conueniat, Affl. in dec. 198. quidam creditor. nume. 2. quia esse instrumen-

48 tum & depositum, est quid facti, & pluralitas† factorum non præsumitur, cap. cum Ioannes. & ibi Canon. tradunt de fide instrumē. adducit Socin. consil. 171. col. 4. versi. accedit etiam. lib. 2. & Iaf. in l. 2. col. 4. versi. primùm est. C. de bonor. possess. secundum tabu.

Idem coadiuuat depositio Amadei hæbrei 7. testis, attestantis super secundo capitulo D. Anton. q dictus Emanuel, Ioseph, donna Porra remanserunt concordes accedere ad opidum Orciani, & ibi conficere & celebrare articulatum cōtractum, & ita accesserunt cum notario ser Io. Fran. & super 6. cap. deponit de tractatu inter bos hæbreos de fideiussione præstanda restituēdi ipsi Emanueli pecunias furto ablatas per Dauid filium d. Porræ pro scutis duecentis auri paulorum, & super 7. cap. subiungit & deponit q in dicto tractatu præstandæ fideiussionis fuit habita ratio & sermo, quòd dictus Emanuel cum effectu traderet suam filiam Susannam in vxorem dicto Simisoni, sed requirebat dictam fideiussionē pro scutis 200. & nisi traderet suam filiam in vxorem, vt supra, quòd instrumentum fideiussionis sit nullum, & super primo interrog. partis aduersæ deponit

ponit quòd fuit præsens quando Ioſepb & Simiſon
rogauerunt ipſum dominum Antonium vt pro eis
fideiuberet pro dicta ſumma 200. ſcutorum, quia
49 nullum damnum ſentiret, qui teſtis hæbreus † ido-
neus eſt contra aiium hæbreum. Canon. tradunt in
cap. iudæi. de teſti. & legiſtæ in l. quoniam. C. de hę
reticis.

Idem coadiuuat examen Raphaelis hæbrei aliàs
Patto. 8. teſtis clarè deponentis de precibus dicto-
rum hæbreorum erga dictum dominum Antoniū,
vt vellet pro eis fideiubere & ſe obligare in ſolidū
ad ſoluendum dicto Emanueli pecunias aſſertas
ablatas, & quòd audierit dominum Antonium fe-
ciſſe dictam fideiuſſionem pro pecuniis ablatis per
Dauid ſuum fratrem, & audiuit ab Emanuele & à
dictis aliis hæbreis accordium factum inter eos ſol
uendi Emanueli ſcuta 200. pauli, fuiſſe cum inten-
tione quòd ſequeretur parentela iam tractata dan-
di Simiſoni Suſannam filiam dicti Emanuelis. Te-
50 ſtis iſte † etiam frater cedentis eſt idoneus pro ceſ
ſionario, vt in ſpecie tradit Iaco. de Are. in tract. de
ceſ. acti. in fi. cum verè cauſa dici poteſt propria ceſ
ſionarij & procuratoris in rem propriam, vt l. quæ
omnia. §. planè. ff. de procura. & pro Chriſtiano cō
tra iudæum, glo. in verſ. fidelium. in cap. multiplex.
de pœn. diſ. 1. refert. Nel. de ſan. Gem. in tract. de te
ſti. nume. 20. in fine. & de auditu à partibus probat
confeſſionem earum. Pau. de Ca. conſi. 380. Iudex.
ſub nume. 2. lib. 1. Bald. in l. ſi ex cautione. in 12. q.
nume. 17. C. de non nume. pecu. & doct. in l. teſtiū.
C. de teſti. & adminiculatur propoſitæ intentioni,
quòd fideiuſſio domini Anton. non de pecuniis da
tis per Emanuelem, ſed de ſubtractis per alium fa-
cta fuit ex cauſa dicti matrimonij. Sic enim dictum
51 † vnius teſtis de confeſſione fouet dictum alterius
ad vebemens indicium, Bald. in l. 2. §. fi. colum. fin.
ſub verſi. demum facit. ff. ſi certum peta. & ſuffraga
tur pro aliqua adminiculatiua qualitate probanda,
idem Bald. in cap. 1. §. ſi inſtrumentum. nume. 3. de
not. ſeud.

Idem deponit dominus Auguſtinus Seta 9. Te-
ſtis de accordio fideiuſſionis præſtitæ per dominū
Antonium pro Ioſepho & Porra de ſoluēdis dicto
Emanueli ſcutis 200. auri paulorum ablatis per il-
lum Dauid, cum hac cōuentione expreſſa, quòd di
ctus Emanuel deberet dare in vxorem vnam ſuam
52 filiam dicto Simiſoni, etiam ſi loqueretur † iſte te-
ſtis de auditu alieno, tamen præſumptionem indu-
cit & probat cum aliis adminiculis, ſaltem ad tranſ
ferendum in aduerſarium onus probandi contra-
rium, Roma. ſing. 341. Feli. in cap. tam literis. col. 2.
nume. 2. de teſti. Dec. conſi. 272. col. 2. ad fi. num. 3.
& in ſpecie, quòd ex inſtrumento non debeatur
53 † pecunia, cum ex indiciis & coniecturis appareat
de nulla pecunia, & de alia cauſa promiſſionis, tra-
dit Pa. de Ca. in conſ. 169. viſo puncto. col. pe. nu. 4.
ver. tertia ratio. lib. 2.

Clarius deponit Ca. Petrus Simon decimus teſtis
de requiſitione facta per dictos hæbreos parum an
te dictum inſtrumentum, vt vellet pro eis fideiube-
re ad ſoluendum ſcuta 200. auri paulorum, & quòd
accordium ſoluendi dicta ſcuta 200. factum inter
Ioſephum & Porram & Simiſonem & ipſum Ema-
nuelem fuit cum hac condictione intentione & or
dinatione, ꝙ dictus Emanuel deberet dare ſuam fi-
liam in vxorem dicto Simiſoni, & ſuper 10. interr.
dicit hoc beniſſimè ſcire, quia fuit præſens & me-
diator pro concluſione parentelæ inter eos & alia-
rum conuentionum ſupra depoſitarum de tempore
tam ante dictum inſtrumentum quàm poſt, & bene
in his probat, vt latè defendit Corn. conſ. 63. col. 3.
lib. 1. Alexand. conſi. 186. nume. 2. lib. 7. & Bal. con
ſi. 50. vidēdum eſt. ver. ex his duobus. & conſi. 469.
54 tuia dubia. lib. 2. vbi declarant † iſtos amicabiles gra
tis ſe interponentes in perficiendis contractibus in
ter aliós non prohiberi vt proſonetas ferre teſtimo
nium.

Non impeditur admiſſio & receptio horum te-
ſtium examinatorum in hoc iudicio eo quòd videā
tur teſtes ipſi examinati ſuper eiſdem capitulis vel
ſimilibus iam pro domino Antonio productis in il
lo alio indicio executiuo, quia ex pluribus quæ da-
ri poſſunt reſponſiones, credo has ſufficere. Primò,
etſi fuerint aliqua nunc repetita quæ fuere dicta in
capitulis tunc factis, tamen cum modò capitulata
circa obligationem depoſiti 200. ſcutorum non eſ-
ſe ex receptione pecuniarum, ſed ex cauſa prætenſa
furtiua factam in euentum quo ſequeretur ſæpe di-
ctum matrimonium coadiuuantur ex inſtrumento
publico facto cum filio dicti Emanuelis & dicto Si
miſone, cum liberando à tertia parte dicti debiti, vt
ſupra dictum eſt, ſuper eis poſſunt examinari teſtes
55 in conſonantiam inſtrumenti, & veritas † præſumi-
tur in teſtibus conſonantibus inſtrumento, dum-
modo inſtrumentum aliquid probet (vt in caſu iſto
probat & dicam infra.) Sic enim ceſſat præſumptio
ſubornationis, argumen. cap. ſeries. de teſti. vt ibi in
terminis & generaliter arguit Anto. de Butr. col. 1.
in 4. not. ibi Imo. ſequitur, & refert Feli. col. 2. ad fi.
verſi. eſt alia lectura. ubi etiam refert Rom. qui hoc
tenet, dicens ad boc eſſe ſingularem text. in d. ca. ſe
ries. in rub. ff. de arbi. col. mihi 6. nume. 36. & ſequi
tur Soci. in c. fraternitatis. in vlt. art. nu. 76. de teſti.
56 Secundò, diuerſitas † iudicij in quo non obſtat ex-
ceptio rei iudicatæ in illo ſummario ſecutæ, per ſu-
pra alleg. & infra dicenda, & diuerſitas iuris perſo-
næ Simiſonis cedentis faciunt vt in boc teſtes poſ-
ſint examinari ſuper eiſdem, tenet Bar. in auctē. qui
ſemel. colum. penult. nume. 30. C. de proba. Soci. in
d. cap. fraternitatis. in 10. arti. in 4. membro. quate-
nus ibi dicat, niſi partes approbauerunt teſtificatio
nes iam factas, id hic non euenit, quia non liquet
Emanuelem approbaſſe illas depoſitiones, & ibi
ſimpliciter probat Felin. nume. 9. idem tenet Ca-
ſtren. conſil. 3. column. 3. nume. 3. verſicu. quarto.
lib. ſecundo.

Vlterius indicat ſimulationem dicti depoſiti &
veritatem obligationis de ſoluendis ſcutis 200. fa-
ctę non ſimpliciter (vt dicitur in inſtrumento depo
ſiti) ſed cum expreſſa conditione & cauſa ſequen-
di

di matrimonij prędicti, & demonstrat quòd incon
tinenti facto instrumento depositi in eodem lóco
coram eisdem testibus per eundem notarium factũ
fuit instrumẽtum inter dictos Iudæos de matrimo
nio prædicto contrahendo, cum terminis tamen &
alternatiuis positis arbitrio dicti Emanuelis per cũ
de facili deludendis, prout delusit, primò non con
ducendo Susannam suam filiam ad oppidum Mun
dauij in termino trium mensium sibi præfixo in di
cto instrumento vltimo de parentela, etiam q̄ plu-
ries pro parte dicti Simisonis fuerit requisitus, nec
vnquàm voluit conducere, quinimò expresśè po-
stea dicens se nolle dare dictam suam filiam in vxo
rem dicto Simisoni, & vt non daret, ad finem triũ
mensium discessit ex dicto loco Mundauij vt testes
examinati amplè & plenissimè deponunt, dimittẽ-
do dominum Anton. ligatum sub obligatione puri
depositi instrumentali strictissima. Quæ igitur obli
gatio depositi, stantibus depositionibus dictorum
testium, præsumitur & simulata ex dicto alio instru
mento pro parentela causa vera dictæ obligationis
57 statim secuto, quia † ex cohærentia, connexitate &
propinquitate actuum ostenditur fictio & simula-
tio alterius actus, per plures decis. cumulatas & ad
hoc alleg. per Curt. Seni. consi. 55. column. 3. & seq.
& Tiraquel. de retract. titu. 1. §. 1. gloss. 7. nume. 76.
77. & sequen. & Anton. Gabri. Roman. de commu.
opinion. lib. 1. titu. de præsump. concl. 13. nu. 7. 8. &
Rim. consi. 198. nu. 7. li. 1.

Postremò, luce meridiana clariorem demõstrat
simulationem dicti depositi, causa & veritas ipsa as
signata per Curtium filium dicti Emanuelis cõuer
sum in instrumento publico confecto de an. 1561.
die 9. Octobris, liberando dictum Simisonem à ter
tia parte scutorum 125. promissorum suo patri in
dicto instrumento parentelæ, & liberando dictum
dominum Antonium à tertia parte dictorum scu-
torum 200. debitorum ex dicto instrumento depo
siti, eo quia hæc credita ortum & originem habue-
runt à quodam furto commisso à Dauid fratre di-
cti Simisonis, & ex accordio facto per strenuũ Ca-
pit. Nicolaum de monte Bodio eidem Emanueli
danda & soluenda infra certos terminos in casu &
euentu in quem dictus Emanuel infra terminum
trium mensium consignaret & traderet don. Susan-
nam eius filiam dicto Simisoni in eius vxorem, &
dictam consignationem & traditionem eidem Si-
misoni Emanuel ipse minimè fecerit, illamq; requi
situs facere recusauit, & ob id sciens & pro certo ha
bẽs, &c. liberauit & absoluit, &c. Iurauit, &c. vt sunt
hæc verba clara dicti instrumenti, non in præsenti
imaginata & adinuenta, sed vsque ad an. 1561. pro
lata & scripta, quando veritas negocij huius recen-
tior in hominum memoria extiterat, præsertim filij
ipsius Emanuelis, qui gestis omnibus & conuentis
inter eos interuenit, vt ex depositionibus dictorũ
58 testium colligi potest, hoc adiuncto, q̄ filius † præ-
sumatur bene scire facta patris. l. octaui. ff. vnde co-
gna. Bald. consi. 295. Petrus. sub nume. 2. lib. 3. cum
aliis simil. alleg. per Rolan. à Val. in con. 52. nu. 10.
& sequẽn. lib. 1. De hoc enim eidem filio magis crẽ
di debet, cum sic fatendo etiam suum diminuat per
dendo suam tertiam partem creditorum seu nomi-
59 num debitorum sibi per patrem cessorum, sicut † te-
sti deponenti contra se potissimè credi debere, tra-
dit Pau. de Cast. in consi. 331. in causa Siluestri. col.
3. ver. præterea dicta testificatio. lib. 1. Abb. in c. 2.
nume. 12. de arbi. & Aym. consi. 6. num. 62. Probat
60 † autem dictum instrumentum continens dictam
confessionem filij in connexis cum patre etiã in prę
iudicium patris quoad præsumptionem, per glos. in
cap. fina. 59. dis. cum concord. alleg. per Tiraque. in
tract. res inter al. ac. in limit. 22. etiam quoad semi-
plenam probationem, sicut de testibus inter alios
examinatis tenet Barto. in l. admonendi. nume. 45.
de iureiur. & Ange. in l. 2. ad fin. C. de eden. vbi ra-
tio connexitatis includit, per l. si duo patroni. ff. de
iureiur. sequitur & dicit esse validè not. Dec. consil.
42. col. penult. nu. 12. & consil. 272. col. 3. ad princ.
ver. sed quoad præsumpt. & in l. ex his. nume. 22. C.
de testa. milit. Quod enim dicitur de testibus inter
alios examinatis, idem tenendum videtur de instru
mento inter alios confecto ex vigoris identitate in
litibus exercendis, per text. in l. in exercendis. C. de
61 fide instru. item procurator † in rem suam, vt erat
ille Curtius paciscendo præiudicat domino l. re-
scriptum. §. finali. & ibi Alexand. & alij tradunt. ff.
de pact.

Ex quibus omnibus, & ex testificationibus illo-
rum duorum testium examinatorum in alio iudi-
cio executiuo, & nunc examinatorum aliorum in
hoc iudicio, quorum dicta supra recensui, & ex si-
multaneo actu instrumenti parentelæ, & ex dicto
& recensito proximè instrumento, existimo plenis-
sime probatum vnum de duobus, vel quòd ficta &
simulata fuit obligatio scutorum 200. sub nomine
puri & simplicis depositi, sed vera fuit ex causa &
in euentu in quem fuerit secutum matrimonium sę
62 pe dictum, hæc ideo obligatio † conditionalis & ex
causa (quam partes egerunt valere) attendenda est,
& non illa simulata de puro deposito, etiam quòd
illa esset valida, vt per glo. in l. nuda. ff. de contr. em
ption. & per Bald. in l. precibus. C. de probat. dicen
tem, quædam est simulatio aliter agẽtium circa eũ-
dem actum, vt si est conditionalis, simulatur pu-
rus (vt euenit in casu isto) dicit ipse, semper habet
locum regula, quòd non valet simulatio & valet ve
63 rum, licet † non dicatur simulatum quod in se ha-
bet obligationis substantiam, per l. si ex pretio. C. si
cer. pet. quæ rei nostræ non obstat, vt infra dicam,
idem Bal. in consi. 400. in libris thesaurariæ. col. 2.
sub num. 6. lib. 5. dicit, quando simulatur vnus con
tractus & alius celebratur, quòd tunc non valet si-
mulatus, sed valet verus contractus, idem Paul. de
Cast. in l. iurisgentium. §. dolo malo. ff. de pac. quã
do partes agunt de faciendo vnum contractum, ta-
men simulant facere alium, plus valet quod in veri
tate agitur, quàm quod simulatè concipitur, per tit.
C. plus val. quod agitur. & ibi in l. prima Barto. in
64 lectu. antiqua dicit. Quando de voluntate † partiũ
vnum

-vnum agitur, & aliud scribitur, valet illud quod in veritate agitur, non illud quod simulatè, per l. 1. C. de condi. ob ca. & l. si sub specie. C. de postulan. Sed
65 ne conclusionem istam tui bet † quod dicitur per d. l. si ex pretio. & l. singularia. si certum petat. & l. Lucius. la 2. ff. depo si. vnam causam obligationis verè actam posse conuerti in aliam vel mutui vel depositi simulatam, & hanc etiam simulatam prævalere & fore attendendam. & ne decipiatur noster Christicola, aures sunt erigendæ, vt bene inspiciantur casus dictarum legum, quæ ideo loquuntur, quando pars ex actu simulando obliganda iam erat obligata ex actu verè facto, vel causa alterius iustæ præcedentis obligationis, vt ex pretio alicuius venditionis, per casum. d. l. si ex pretio. & ibi gloss. & doct. & in dict. l. singularia. ibi. vt cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & in d. l. Lucius. ibi. cui etiam dotem dedit, quam sub titulo depositi in cautionem contulit. Sed in casu isto Ioseph & donna Potra & dominus Antonius eorum fideiussor obligati sub titulo depositi simulato, prius non erant obligati dicto Emenueli pro dictis scutis 200. sibi furto subtractis per dictum Dauid pro his iam carceratum & furtum fatentem, vt ex testificatione testium apparet, qui ideo & non alius erat obligatus pro restitutione pecuniarum subtractarũ, per l. sancimus. C. de pœn. & l. proinde. ff. de condi. furti. &
66 l. si quis. §. fina. C. de inofficio. testamen. nec † etiam pater pro filio teneretur, tot. titu. C. ne fili. pro patr. cum simil. ita ergo per verum actum suscipiendo in se alienam obligationem cum certa conditione & causa non secuta & non adimpleta remanserũt isti prætẽsi debitores in pristino eorum statu, non obligationis, vel saltem dissoluendæ conditione inde biti & sine causa, vt l. prima, secunda, tertia & quarta. ff. de condition. si. cau. & per gloss. finali. in l. fin. Cod. de condiction. ex lege. dicentem causa pro qua est datum non secuta actionem personalem fingi non natam, & ibi Salycet. sequitur
67 idem est in promisso † cum conditione non impleta. l. quod si. in fin. ff. de condi. indeb. & l. fina. in fin. cum sign. ibi in gloss. C. ad leg. Falcidi. quia ante conditionem non est nata obligatio. l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædil. edict. l. qui hæredi. in fin. de condi. & demonstratio. dicit Pau. de Castr. in l. j. sub nume. 2. & sub nume. 4. C. si aduer. liber. & text. in l. cedere diem. in princip. de verborum significa. & dicit Deci. in l. petens. column. penulr. sub nume. 21. C. de pact. post Barto. ibi. column. fina. nume. 6. ideo pendente conditione non est substantia obligationis quæ dicatur conuersa & transfusa in contractum depositi puri simulatè factum aliter tales partes non agendo de tali conuersione, quę igitur non valet, probat text. in l. si Stichum. §. legata. in il lis verbis. si verò sub conditione, non statim nouatio est, sed vbi conditio extiterit. & tex. in l. nouatio autem. in princip. ff. de nouatio. & Paul. de Castr. in
68 dict. §. legata. declarat quòd obligatio † conditionalis non habet in se substantiam cum non sit nata, vnde nõ potest tolli, per casum ibi, patet, quia cõ ditionale quod in veritate fuit actum, & purũ quod fuit simulatè actum per dictum instrumentum depositi non ad aliud nisi pro capiendo dominũ Antonium in fideiussorem, vt apparet ex depositionibus testium, sunt adinuicem contraria & incompatibilia, sicut non esse & esse, saltem in effectu, facit ad hoc in specie quod scribit Bal. in l. pacta nouissima. columna prima. nume. 2. C. de pact. & l. prima. §. si quis simpliciter. de verborum obligati. & quod ibi not. docto. quare suscipiendo in se dictam alienam obligationem sub dicta conditione & causa, in hac eorum intentionem firmauerunt, & hæc dicta causa non secuta non valet, vti deficiente substãtia obligationis, & pariter remanentes in eodem defectu substantię obligationis, cum nihil. vnquam receperint à deponente sunt in casu, quòd assertum depositum simulatè factum contra prædictos nihil valet, & hoc puto verissimum bene intuendo rub. & l. primã. & l. tertiã. C. plus val. quod agitur, & d. l. si ex pretio. C. si certum pet. & d. l. singularia. ff. eod. & l. Lucius. la 2. depos. & dict. l. si sub specie. C. de postul. & quod in his locis doct. tradunt. & relati per Alexand. consilio centesimo vndecimo. columna prima. libro tertio. & in dic. l. pacta nouissima.
69 columna secunda. Sicut enim ex contractu † conditionali pactum non potest dici vestitum conditione pendente & deficiente non informat veterem actionem quia non reperit eã, secundum cõmunem
* sententiam Barto. & aliorum in l. petens. columna finali. C. de pact. ita depositum simulatè factum ex obligatione conditionali, ea deficiente, deficit omnino, quia non est super quo substantietur, facit l. si Stichum. in fin. de fideiuss. & credo nullam posse reperiri legem, doctrinam vel æquitatem aliquam qua possit quis moueri ad iudicandum, quòd isti depositarij simulatè obligati teneantur ad restituẽdum pecunias quas nunquàm receperunt, & obligatio alieni debiti, quam super se susceperunt sub certa causa non secuta, etiam facto dicti deponentis nunquàm fuit verificata & non potest verificari, vt ex processu constat, quòd modo aliquo potuerit vel possit sortiri effectum, vtique nemo sanus probabit. l. si ita quis. in fin. ff. de euictio. etiam si omne aliud motiuum cessaret, & adesset solum illud instrumentum iam duodecim annis elapsis confectum per filium istius Iudæi conuersum, liberando debitores ex causa ipsa fundamentali totius nostræ intentionis, & minus quòd istis hæbreis correis debendi iam decoctis & dispersis versus Orientem fufferat in se onus hoc dominus Antonius fideiussor. Verùm dicti Emanuelis remansit & remanet debitor suus ille Dauid fur, per le. vbi quis. ff. de constitura pecun. & pro eo
70 † solutorum sic indebitè domino Antonio soluenti competit repetitio, per l. si pœnæ. §. quanuis. ff. de condi. indebi.

Vel alterum de duobus (licet præcedens de simulatione depositi magis vrgeat) quod diximus probatum apparet quòd ante & post expositum instrumentum depositi puri scutorum ducẽtorũ dicti

Ioseph, donna Porra & Simison & Emanuel pactio
nem & conuentionem expressam fecerunt, & con-
corditer firmauerunt, q obligatio hęc & dicti instri
esset cum conditione ista. si dictus Emanuel daret
suam filiam in vxorem dicto Simisoni, alioquin di
ctum instrm sit nullu & cassum. modo quo ex pro-
bationibus supra relatis euidens est, & sępe dictum.
71 Cum autem † & contra depositum valeat pactum.
l.iurisgentium.§.sed & si quis.& l.si vnus.§.illud.ff.
de pact.si in totum potest mutari & tolli, ergo & in
parte mutari & in totum reformari potest, d.l.iuris
72 gentium. §.si igitur. & quod † purè stipulatum est
potest etiam ex pacto postea deduci in diem. l.2. §.
item quæritur.ff.de dol.mal.except.& pariter refor
mari in conditione. d.§.si igitur. censetur ergo di-
cta conditio & protestatio consensu partium firma
ta respiciens futurum, & conclusa in præfationibus
repetita in dicto instrumento depositi & fideiussio
nis etiam confecto ex interuallo, etiam q tendat ad
limitandam qualitatem obligationis, vt minor sit
iactatio promittentium, per l.ita stipulatus.la gran-
de.ibi.quod si ab initio id agebatur, &c. de verbo
rum oblig.& per l.cum de indebito.de probatio.te
net Imo.in l.Titia.§.idem respondit.& per tex. ibi.
de verbor.obliga.vltra med. versic.tu potes dicere.
cum versicu.sequen.& ibi Ias. col.3. versic.secundò
principaliter. Idem Imo.in l. quoties.§.sed si cum
primum.in col.4.maximè in versi.item secundò.ff.
de hæred.insti.& clarius in specie probat Alexand.
in consi.122.viso processu.column.1.versi. & post-
quàm.lib.2.& consi.27.attentis narratis. ad nume.
3.lib.3.vbi à conuentione inter partes firmata, etiā
qualificante totam dispositionem, non intelligitur
recessum per ipsam dispositionem purè postea, etiā
ex interuallo factam, ne dicatur renunciatum ius
acquisitum ex dicta prima conuentione, argument.
d.l.cum de indebito.in princip.& cap.super. de re-
nuncia.idem firmat Ripa in cap.cum M. num.105.
de constitu.vt præsertim colligi ex depositione te-
stium saltem illorum examinatorum in primo iu-
dicio executiuo, & ex dicto instiumento exposito
per Curtium filium Emanuelis & comprehendi po
test per dictum instrumentum depositi partes ipsas
non recessisse à dicta conditione apposita dictæ
73 obligationi. Partium enim intētio, † præcipuè quæ
fuerit, attendenda est l.obligationum substantia. §.
1.ff.de actio.& obligatio.& l.non omnis. & ibi Ias.
74 si certum pet.cum simil. Præterea, pactum † sic con
ditionale etiam ex interuallo expositum valet ad
excipiendum.l.in bonæfidei.& d.l.petens. & ibi la
tissimè doct.C.de pact.& d.l.iurisgētium. §. igitur.
& l.si unus.§.pactus.ff.eo.& d.l.2. §.item quæritur.
de except.dol.ma. Alexan.consi.41.colum.1.& se-
75 quen.sub nume.2.lib.3.vbi tenet † dari etiam actio
nem de dolo ex pacto nudo ei qui passus est dam-
num ob rem deductam in pacto non seruatam, per
l.eleganter. §.seruus pactionis. ff.de dolo. idem in
d.l.in bonæfidei.colum.fina. nume.10. Vnde pro-
posita conditione dicti matrimonii deficiente,
satis est non culpa Simisonis, depositum quo-
que sub eadem obligatione conditionali funda-
tum euanuit, per tex.in l.id quod.in pr. ff.de const.
pec.& dict.l.si Stichum.in fine.ff.de fideius.

Nullatenus hæc eliduntur ab his quæ Emanuel
probare conatur. Quoniam suæ probationes non
concludunt & non remouent primum id quod ple
nissimè pro parte domini Anton.probatum est per
testes & per dictum instrumentum à Curtio suo fi-
lio expositum, quòd dicta conditio defecit culpa ip
sius Eman. qui in termino conuento triū mensium
non conduxit suam filiā in loco conuento, & requi
situs noluit dare tandem suam filiam in vxorem di
cto Simisoni. Contra id non bene constat euenisse
dictæ conditionis defectum ex causa filiæ dictæ,
quæ ideo noluerit nubere dicto Simisoni, & ad hoc
à patre non potuerit compelli, quia difficultas hu-
iusmodi etiam eum non releuaret, quin conditio sę
pe dicta defecta quidem esse possit, per tex.in l.con
tinuus.§.illud Inspiciendum.de verborum oblig. in
his verbis, & generaliter causa difficultatis ad Incō
modum promissoris, non ad impedimentum stipu-
latoris pertinet, ne incipiat dici eum quoque dare
non posse, qui alienum seruum, quem dominus nō
uendat dare promisserat, & ibi Barto.& alij latè tra
76 dunt. Sanè † datum vel promissum ob matrimoniū
eo non copulato, quasi causa non secuta, condicitur
vel repetitur, vt in casu.l.si extraneus.ff.de cond.ca.
da. Nam hic defecit dicta conditio, quia filia dicti
Emanuelis de consensu sui patris alij nupsit, & ipse
Simison videns se non posse habere in vxorem fi-
liam dicti Emanuelis aliam accepit vxorem, vt ip-
se Emannel respondendo 13. positioni D. Antonii
77 fatetur. Quam quidem † confessionem præiudicare
respondenti, & ea maiorem probationem pro al-
tera parte non reperiri vulgò conceditur per doct.
vt in cap. 1.de confes.in 6.& in cap.præsentium. de
testi. Alexand.consi.213.colum.fina.in princ.versi.
præterea fatetur.lib.2.& consi.172.column.penul.
nume.17.versicu.nam vt dicit.lib.6. Deci.consilio
ducentesimo quinquagesimosecundo.sub nume. 2.
Paris.consilio 58.column.1.nume. 2. lib. 1. de ma-
gna efficacia probationis ex confessione plura not.
Ias.in l.cum te.colum.1.in 3.not.C.de transacti. in
hæbreo confitente ponit Paris.consilio centesimo-
tertio.colum.fina.nume.10.libro tertio. in tantum
78 † quòd præualet depositionibus suorum testium, si
vellent contradicere, & maius est quocunq; publi-
co instrumento & quibuscunque depositionibus te
stium. Paris.consil.72.colum.3.nume.12. lib.3. Ro
land.à Val.consil.71.nume.41.& sequen.& repetit
in consil. 75.nu.23.& seq.lib.2.& consi.54. nu.16.
& seq.lib.3. Ita quòd non refert si prius Simison ac
cepisset uxorem, cum ante steterit per Emanue.non
conducentem filiam in loco conuento, & tandē re-
cusantem & nolentē eā sibi dare in vxorē, & elapso
termino conuento triū mensium contra eū defecta
fuit conditio ēt mixta, & q facto suæ filię nolentis
nubere, & sic tertij ad hoc directo defecerit, id tn̄
non īpedit quin locus sit cōdictioni & repetitioni,
p l.dedi.§.sed si tibi. & §.quāquàm.ff.de conditio.

ca.

ca.da.& ibi Bar.Castr.& Alex.& per Bar.in l.in te-
stamento.de condi.& demonst. & Alex.consi.102.
col.3.maximè in vers.præterea etiam.lib.1. & facit
l.iure ciuili.eo.de cond.& demonstra. Sufficit enim
ꝙ ex sponsalibus illis intra menses tres non sit am-
79 plius spes causæ matrimonij inter eos, est † ergo lo-
cus repetitioni & causę indebiti, ꝑ l. qnod Seruius.
& ibi per gloss. & docto. de condi. ca. da.& l.suffi-
cit.ff.de condi.indebit. & text. & gloss. in l.si mili-
tem.C.de cond.ob ca.& gloss.fina.in d.l.si sub spe-
cie. de postu. Non potest etiam tergiuersare di-
ctam cōdictionem ub causam dicti matrimonij, &
eo oon cōpulato annullandi & cassandi instrumen
tum depositi causati ex pecuniis furto subtractis
per illum D. vt præcensitæ probationes sonant,
probando conuentionem de cassando etiam io-
strumentum parentelæ ad euitandam pœnam con
uentam 200.scutorum, quia ex diuersis &c. & non
excludit quoque dictam principalem cōditiooem.
l.non boc.cum not. ibi per docto. C.vnde leg.cum
vulga.
80 Ius igitur † ex dictis pactionibus perpetuò exci-
piendi competens dictis Ioscpho & donnę Porrę
correis debendi & principalibus debitoribus con-
stitutis, per l.si non sortem. §.iodebitum & l.qui ex
ceptionem.io princip. ff.de condi.indebi.& l.purè.
§.fina.de except.doli.& per Bal. & Salyc.in d.l.sub
specie.C.de postulan.competit quoque domi.An-
ton.fideiussori.l.ex persona.ff.de fideiuss.& l.fin.ff.
de pact.& si ipse cum eis correus debendi esset. Ta
men pro debito alieno per eos assumpto, qnoad
eos, eotum fideiussor est per dicta supra in primo
præmisso, & per Barto.in l.reos.col.2.ff.de du.re.&
Aym.con.77.col.2.sub nu.3.ergo & hac ratione di
ctum ius excipiendi ipsi competit, per d.l.ex per-
sona.

Et ius idem competens dicto Simisoni excipien
di competit etiam D.Anto. per cessionem dicti sui
iuris factam in processu productam, quæ vtique va
let. Cum dictus Simison sit debitor D.Antonij pro
petitis suis damnis in solidum obligatus in fine di-
81 cti instrumenti debiti, potuit† tale suum ius dare in
solutum & cedere eidem suo creditori, per tex.in l.
per diuersas.C.mād.vt ibi. & his quascūque vel cre
ditor, &c.pro debito &c. accepit, & ibi per gloss.in
versic.& is.& Bart.colum.3.nume.19. sequitur Pa-
ris.consil.107.nume.37. lib.3.facit.l.seruum quo-
que.§.fina.cum glos.fina.ibi.ff.de procur.
82 Accedat bis, ꝙ & fideiussori† cōpetit cōdictio in
debiti & repetitio, cum pro sua obligatione suo no
mine soluerit indebitum.l.frater. §.fina.& l.indebi
tam.ff.de cond.inde.& l.si indebitā.C.de fideius.

Hęc autem non in subtili apparatu & vero osten
sa, & non extra rem, sic validam & incōuincibilem
reddunt pręmissam tertiam principalem rationem
repetendi, etiam re iudicata non refragante. Nam
Iudęus iste vt principalis & potior interueniens in
factis omnibus prædictis de obligatione ob cau-
sam, & de causa non secuta, de cessione tertiæ partis
sui crediti facta Curtio suo filio, & de liberatione
per eum facta, vt de facto proprio & suorum scien-
83 tiam habuit & habuisse † præsumitur.l.cum falsum.
ff.de acq.hæred.l.quamquàm.ad Sen.cons.Vel.gl.
in ver.suum.in l.si quis delegauerit.ff. de nouati. &
c.ab excomunicato.cum ibi not.per gloss.& docto.
de rescript.cum simil. vnde dolo fecit petendo id
quod exceptionibus prædictis elidi potuit, vt dicit
text.io l.2.§.& generaliter.ff.de excepti.doli. & sic
84 dolosè exigendo per sententiam Iudicis † quantita
tem aliàs indebitam ex causa non secuta propter
suam dolositatem posset puniri crimine stelliona-
tus, per tex.in l.si fideiussor.§.in omoibus.ff.mand.
& successiuè actione ciuili in factum, vel de dolo te
netur ad restituendum solutum tanquam interesse
repetentis, vt tenet Bar.in l. si sine.in princip. versi.
idem si dolus actoris.ff. rem rat.hab. & ibi Ange.in
85 §.quod si procurator. declarat, quòd † condemna-
tus iniustè & coactus soluere potest solutum repete
re per condictionem sine causa, si recipientem po-
test conuincere de dolo vero, quod est, ubicunque
agitur de facto suo, & contra veritatem pecuniam
suscepit, & dicit ꝙ hoc pluries practicauit, ibi Cast.
non improbat, sed in fin.col.dicit, ꝙ melius & pul-
crius remedium est quòd repetat quod primò sol-
uerat per condictionem sine causa, hoc casui nostro
noo conuenit, quia non potest cōdici nisi liberatio
à prima obligatione effecta indebita ob causam
non secutam & ob liberationem prius obtētam de
tertia, & à toto, vt superius deductum est in secun-
da ratione principali. ergo magis congruenter con
uenit remedium Angeli etiam de sententia Bart.in
d.l.si sine.de dolo vel ciuili actione in factum con-
tra istum Iudæum, vt pro damnis & interesse resti-
tuat habita, vt etiam tale remedium probat Bald.in
l.1.col.2.nu.8.ver.vltimò aduerte.C.de cond.inde
bi.& ibi comprobat idem Ang.supra fi.addo quòd
86 idem remedium † de dolo creditoris contra rem iu
dicatam consulendo probat Fulgo. consil.187. Ti-
tius conuenitur. super dolo actoris solum se fundāt
Bar.Bal.Ange.& Fulgo. & ita esse magis commun.
* opin.dicit Alex.in l.imperatores.col.fi.sub nu.8. ff.
de re iud. in quo & fuit quidem iste Iudęus sciēs ve
risimiliter prout sciebat Curtius eius filius, & cla-
rius cum ipse pars potior negotij totius semper fue
rit, se noluisse non debere consequi dicta 200. scu-
ta non secuto dicto matrimonio, ita fuit in dolo pe
tendo, per text.in d.l. 2.§.& generaliter. de dol.ex-
ceptio. ergo per singulas rationes tres prędictas, &
fortius per eas simul iunctas.
87 Primam, quia † gesta & executa in iudicio sum-
mario executiuo & celeri non impediunt repetitio
nem in alio iudicio ordinario.
88 Secundā † quia interlocutoria executoria instrī
non veri & simulati & de debito etiam liberato io
parte & in totum per statutū loci Iudicij petitionis
debiti soluti in parte, vti ex falsa causa nulla non im
pedit propositam repetitionem, & non pręiudicat
venienti ex iure cesso.

Tertiam & vltimam, quia dolus Iudęi petētis &
obtinentis id quud sciebat vel scire presumebatur

ſe non debere conſequi ob cauſam non ſecutam, facit quòd teneatur reſtituere illicitè extorta, q̃ ſunt ſcura ducenta auri paulorum pro ſorte, & ſcuta 78. pro expenſis per eum confeſſa reſpondendo 19. poſitioni D. Ant. & cum aliis dãnis liquidandis in executione ſententiæ proferendæ, & clipeo iuſtitiæ ne habeat iſte Iudæus quod ſemel ſibi placuit nolle habere cauſa inſerta non ſecuta, & naturalis ęquitatis, ne locupletetur cum aliena iactura iſtius fideiuſſo-
89 ris pœnitus exiſtẽtis in damno † contra. l. nam hoc natura. & l. hæc conditio. ff. de cond. indeb. & dicta per Bal. in l. 2. in fi. C. quod met. ca. & Fulg. in d. cõſil. 187. in fin. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CXXI.

ARGVMENTVM.

In cauſa in qua proceditur ſummariè ſententia lata ex conſilio Sapientis cõtinente formam ſententiæ, & prolata per Iudicem penes acta notarij de ſententia rogati, & poſtea eam aſcriptis teſtibus vocatis & audiẽtibus eam legi per Iudicem ſcribentis in actis, valet, tum ex poteſtate delegata per ſummarietatem, & per clemen. ſæpe. de verborum ſignifi. hic nouiter declaratam, in verſic. ſententiam verò. & ex poteſtate ordinaria Iudicis eam formaliter legẽtis, loquentem in primam perſonam ſcriptam per conſulentem, etiam in meritis iuſta, omni caſu per Iudicẽ appellationis confirmanda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in ſummarijs qualiter ferenda ſit.*
2 *Sententia requiritur quod ſit lata in ſcriptis, & de ſcripti recitatione.*
3 *Citationes & defenſiones partium ſunt de iure gentiũ.*
4 *Acta ſcribuntur pro conſeruãda & defendenda ſententia à falſitate.*
5 *Snĩa eſt de actis, & continetur appellatione actorum.*
6 *Sententia venit appellatione proceſſus.*
7 *Solennitas dãdi libelli in ſcriptis remota eſt propter verba ſummarietatis.*
8 *Petitionem in ſummarijs ſufficit verbo fieri, in actis tamen inſerendam.*
9 *Sententia ſine ſcriptis non valet, fallit tamen vt ibi.*
10 *Speculatorem patrem pratica doctores appellant.*
11 *Cap. ſi clericus. 11. q. 1. cum c. praeced. declaratur.*
12 *Dictio, vel, inducit optionem.*
13 *Dictio, &, inducit repetitionem qualitatis præcedentis.*
14 *Copula, &, copulans tam præcedentia quàm ſequentia æqualiter & eodem modo debet ea determinare.*
15 *Placitum iudicis in quolibet copulato verificatur.*
16 *Copula, &, inducit repetitionem qualitatum præcedentium ſub uniformi terminorum paritate, & reſtringit copulata ad vniformem interpretationem, & non difformẽ, requiritq; puritatem terminorum, inducendo æqualitatem, & exæquat copulata per omnia, cũ plena repetitione.*
17 *Actus iudiciales qui ſunt de iure ciuili numerantur.*
18 *Dictio, prout, deſignat limitationem circa tempus & qualitatem.*
19 *Clauſula (ſola facti veritate inſpecta) plus operatur quàm clauſula (ſummariè, de plano, &c.)*
20 *Allegationes doctorum contrariæ ab vtraque parte, faciunt rem ambiguam.*
21 *Permiſſum omne eſt ſi non reperitur prohibitum.*
22 *Sententiam legens & recitans præſumitur ſententiare ex ſcripto.*
23 *Inſtrumentum factum à notario poſt rogitum, non vitiatur.*
24 *Notarius ſemper cenſetur rogatus, & tenetur ponere in inſtrumento clauſulas conſuetas.*
25 *Sententia præſumitur lata ea poteſtate qua melius valere poteſt.*
26 *Snĩa habẽs defectum ſcripturæ vel prolationis, proceſſu in cæteris valido exiſtẽte conſtito de bono iure partis ſuper meritis, per Iudicem appellationis confirmãda eſt.*

DEVS ADSIT ADIVTOR.



SEntentiam pro D. Giraldo latam in cauſa poſſeſſorij reintegrandæ puto defendi poſſe à vitio nullitatis oppoſitæ, eo q lata fuerit ex conſilio ſapientis lecto coram partibus & teſtibus vocatis, nõ prius ſcripta
1 ſententia, & poſtmodum recitata per Iudicem, † vt etiam in ſummariis obſeruandum eſt, ſecũdum gl. in ver. in ſcriptis. in cle. ſæpe. verſi. ſententiam verò, de verborum ſign. & ibi ſequitur Imo. nu. 49. 50. & Gem. & Francu. in cap. fin. de re iud. in 6. & Abb. in c. Albericus. nu. 2. vbi Fel. in prin. de teſti. Maran. de ord. iud. in vlt. par. 6. par. nu. 17. fo. mihi 133. ſequẽdo Ang. in conſi. 250. domina Liberina. in 2. & ſeq. col. vbi tenet ſententiam nullam eſſe, quãdo Iudex habito conſilio ſapientis, & eo lecto dicit in actis,
2 pronuncio vt in conſilio, quia † ſic non poteſt dici lata ſententia in ſcriptis, & de ſcripti recitatione, vt requiritur. l. 1. 2. & 3. C. de ſentent. ex breui. recit. & per d. c. fi. de re iudi. in 6. & in c. in primis. in fi. & c. ſtatutis. 2. q. 1.

Quoniam à tali oppoſitione nullitatis dicta ſnĩa ſic conſeruatur illæſa. Primò, cùm in cauſa iſta reintegrationis poſſeſſionis tam per reſcriptum Principis, quàm per generalem cõſtitutionem Marchię. c. 5. lib. 5. ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij debeat procedi, ſicut in cæteris partibus proceſſus ſeruandæ non ſunt ſolennitates iuris ciui-
lis

iu. is ciuilis non respicientes iusgentiũ, de quo sunt
3 † citationes & defensiones partium, vt etiam decla
rat tex.in d.clemen.sæpe. ita etiam remissa videtur
solennitas à iure ciuili inuenta de scriptura & reci-
tatione sententiæ per Iudicem, dummodo in actis
fuerit inserta & publicata coram testibus,per tradi-
ta in c.quoniam contra.de proba.vt veritati sit lo-
4 cus.l.fina. ff.de proba.pro qua conseruanda † & de
fendenda à falsitate scribuntur acta, not. Lanfran.
in d.cap.quoniam contra.in princ.in 1.not. & pro-
priè ne ueritas occultetur curam habuit, text. in d.
clemen.sæpe.versi.citationem. in hoc autem faci-
5 lis est transitus, quia † sententia est de actis,& con-
tinetur appellatione actorum, per gloss. et Bar.in l.
in fraudem.§.neque instrumentorum.ff.de iure fis.
& Barto.Castr.& Alexan.in l.actorum.ff.de re iud.
6 appellatione quoque † processus venit sententia,
per cap.cum T. & A.de re iudi. & not. per Ioan. &
Gemin.in cap.vt super.col.penul.nu.8.de appel. in
6.tradit Corn.consi.203.col.2.uer.præterea etiam
• lib.2.magis communiter sic concludi in d.cap.quo
niam contra.depræhenditur ex alleg. ibi per Fel.in
col.4.in 5.not.nu.7.dicit Bero.in cons.109.nu.10.
lib.3. Ergo si remissa est solennitas quoad proces-
sum, & acta in summariis censentur etiam remissa
7 quoad sententiam,maximè in hoc quòd† per dicta
verba summarietatis remissa est solennitas libelli
dandi in scriptis,per auc.offeratur.C.de lit.cont.&
8 c.1.de libel.obla. & sufficit † petitionẽ verbo fieri,
in actis tamen inserendam,per d.cle.sæpe.ver.verũ
quia. Expresse etiam ibidem disponentem ꝙ huic
petitioni sic ẽt verbo factæ,in actis insertæ confor-
mis esse debeat snĩa,quam quidẽ ex quadam neces
saria consequentia vr̃ & posse fieri verbo,ẽt in actis
inserendam,vt hanc consequentiã probat Spe.in ti.
de sen.§.iuxta.col.3.ver.non valet ẽt. dum ad regu
9 lam hanc, quòd sententia † sine sciptis non valet,
fallentiam adducit,ꝙ.s.fallit in casibus in quibus li
bellus non est necessarius, non esse autem necessa-
rium inter casus quinquaginta per eum enumera-
tos,in casu in quo de plano & sine figura iudicij agi
tur,dicit ipse in tit.de libel.obla.§.nunc dicendum.
10 col.1.ver.primo.ibi.Cui.n.vti † patri practicæ pas-
. sim per doct.appellato magis esse credẽdum fas est
quàm Gemi.qui in d. c.fin.col. 3. ver.itẽ licet,de re
iud.in 6.expresse dicit.Nõ sequitur solennitas scri-
pturę libelli tollitur. ergo sublata est solennitas scri
pturæ sententię,dicit hoc probare text.in c.si cleri-
11 cus. † 11.q.1.subtiliter intuenti, qui id mihi semel
terq; quaterque eum legenti nequaquã probat, ma
gis facit tex.in c.præceden. si quis cum Clerico.ea.
ca.& q.1.ibi. vbi autẽ dirimere episcopus vult cãm
sine scriptura oĩa procedant, & diffinitiua snĩa sine
scriptis ab eo feratur,quasi primum dictum (oĩa si
ne scriptura)non sufficiat ad ferẽdã sententiam etiã
sine scriptura, & propterea subiungit, & diffinitiua
sententia sine scriptis, &c.
Sed respondeo,hunc textum non tollere dictam
consequentiam, cum appell.processus contineatur
snĩa,vt supra probatum est,verũ subiunxisse(& diffi
nitiua sententia sine scriptis &c.)ad tollendam du-
bitationem maioremque declarationem inducen-
dam, per l. quæ dubitationis. de regu. iur. cum
concord. ibi per gloss. Dec. & Cagnol. in prin-
cipio.
Quinimò declaratio ipsa fit à text.in d.clement.
sæpe.vers.sententiam verò. ꝙ sententiam in sciptis
& prout magis sibi placuerit stans vel sedẽs profer-
re potest Iudex.Credo ex mẽte legislatoris, vt etiã
post Archi.Gofred.intelligit Francisc.Aret.in trac.
de senten.diffi.& interloc. in 12.q.ꝙ verba hæc (&
pront magis sibi placuerit)referantur potius ad prę
cedens verbum in scriptis,quàm ad sequentia,stans
vel sedens, cum hæc sequentia secum afferant vigo
12 re alternatiuæ.†Vel optionem,per not.in reg.in al
ternatiuis,de reg.iur.in 6. adeo ꝙ ad eadem verba,
(stans vel sedens)superflua videtur alia relatio illo-
rum verborum(& prout magis,&c.)vt sit in volun-
tate Iudicis seruare solennitatem standi vel seden-
di,igitur verus sensus est,quòd magis sit in arbitrio
Iudicis proferre sententiam,omittendo vel seruan-
do solennitatem scipturæ,ita nouissimè arguendo
tenet Menoch.in tract.de arbitra.iudi.in q.40.li.1.
vbi in prin.allegat Ruin.consi.13.col.2.nu.5.lib.2.
& Bar.in extrauag.ad reprimendum.in versic.& fi-
gura.ad fin.Aduertatur quòd propriè loquuntur in
foro ciuili,addo idem tenere Petr.de Anchar.in d.
cle.sæpe.in col.9.à car.fi. sic posset euitari contra-
rium supra tenentiũ,ꝙ loquantur in foro canonico
seu Ecclesiastico.
Vlterius tñ corroboro prædicta,ꝙ relatio verbo
rum(& prout magis,&c.)non debet ferri ad sequẽ-
tia(stans vel sedens) per dictam alternatiuam (vel)
vti habentia suam determinationẽ expressam, per
c.cum dilecti.de donati.& l.talis scriptura. de leg.j.
tradit Ias.in l.1.in 3.fall.C.de lib.præte. & in d.l.ta
lis scriptura.in 1.fal. Deci.in c.secundò requiris.in
3.limit. de appell.Alexan.consi.48.colum.penulti.
nu.8.9.lib.1.hanc fallentiam cõmuniter sequi scri-
bentes,dicit Cur.Iun.consi.146.col.2.ver.præmis-
sis tamen. sed ad precedentia in scriptis.s.quòd in
his remissum sit ad placitum Iudicis quia dictio,&,
13 † inducit repetitionem qualitatis pręcedentis. Gui.
14 Pa.in q.527.Secundò, quòd copula, & † copulans,
tam præcedentia quàm sequentia circa dictum Iu-
dicis placitum,æqualiter & eodem modo censetur
& debet ea determinare, per l.cum qui ædes.de vsu
cap.l.nam hoc iure.de vulg.& pupil.cap.cum in tua
de deci. cap.cognouimus. 12.q.2.cap.quia. de pri-
ui.tradit Stepha.de Feder.in tract.de interpret. iur.
15 in 3.par, nume.28. ita † in quolibet copulato Iudi-
cis placitum verificatur, Bart.in consi.141. statuto.
num.4. & cum hoc vult Pontifex virtute ipsius co-
pulæ, &,sic responderi ad pręmissum, & pręcedens
verbũ in scriptis,vt stet in scriptis,& supple,vel non
in scriptis,sicut ad similia solẽnitatis sentẽtię verba
(stans vel sedens)statim respondetur,hęc est in simi
li expositio gl.primę.in l.si sic.ff.quẽad. serui.amit.
quam valde not. dicit & sequitur Ias.in consil.228.
col.pen.post princip. lib.2. vbi plura dicta adducit

16 & probat,de natura & vigore copulæ est† quòd in-
ducit repetitionem qualitatum præcedentium sub
vniformi terminorum paritate, & restringit copula
ta ad vniformem interpretationem & non disfor-
mem, requiritq; paritatem terminorum, inducẽdo
æqualitatem,& exæquat copulata per oĩa cum ple-
na repetitione,vt ibi per eũ.& Nic.Euerar.in sua cẽ
turia locorum legal.in loco 50.à natura copulæ.

Tertiò,retinendo vim copulæ,&,prout cõsidero
perlegendo totam periodum seu clausulam d.vers.
sentẽtiam verò deffinitiuam. vsq; ad fi. ibi.in causa
fuerit faciendum,ꝙ bis continet dictionem, prout,
primo loco eam,quæ respicit sententiam circa eius
solemnitates,secundo loco eam,quæ respicit ipsam
sn̄iam circa eius merita causæ & eius iustitiam, in
hoc secundo loco dictio (prout) non tribuit iudici
aliam potestatem aliamve limitationem,nisi vt fa-
ciat ea in causa quæ ex petitione, ex probatione &
aliis actitatis fuerint facienda, illo verò primo lo-
co circa solennitatem sententiæ prçter citationem,
17 quæ est de iure diuino & naturali,omnia alia† quæ
sunt de iure ciuili,vt expressio peremptorij, scriptu
ra & recitatio sententiæ,stans vel sedens,& conclu
sio causæ censentur remissa placito & voluntati Iu
dicis limitanda & qualificãda vno vel alio modo,
scilicet exprimendo,vel non, peremptoriè,in scri-
ptis vel verbo solo proferendo sententiam, stans
vel sedens, facta vel non conclusione causæ, vt de-
18 signat dictio ipsa(prout) †scilicet limitationem cir
ca tempus & qualitatem,secundum gl.Bar. & alios
in l.edita.C.de eden.& Bar.in d.extrauag. ad repri
mendum.in ver.prout.& talem credo verum intel-
lectum d.cle.sæpe.dummodo petita & probata per
partes & pronunciata ac diffinita per iudicem inse-
rantur in actis pro pleniori certitudine & clariori
diffinitione, nè veritas occultetur,vt dicitur in tex.
in d. cle.sæpe. Et tantò magis prædicta locum ha-
19 bent,vbi causa debet cognosci † sola veritate inspe
cta,quę plus operatur,quàm clausula,summariè de
plano, &c. quia Iudex debet iudicare vt Deus in-
specto iuregentium,non attento ordine nec solen-
nitate iuris ciuilis,alios concor.alleg.probat Deci.
in d.c. quoniam contra.col.2.num.5.vers.tertiò. &
Marant. de ordi.iudi.in 9. distincti. princip.nume.
32.versic.secundò quæro.fol.50. & Pedemon. de-
cis.1.nume.20.

Secundò,principaliter moueor pro validitate di
ctæ sententiæ, quòd Iudex videns forsan causam
dubiam ex consiliis & allegationibus doct.contra
20 tiis ab vtraque parte, † quæ faciunt rem ambiguã,
per not.in l.non possunt.ff.de legi.dicit Batto. in l.
qui Romæ.§.duo fratres.sub num. 8. de verborum
obligatio.ex se potuit eligere consulentem, etiam
partibus inuitis, & ei committere causam consulen
dam,latè probat Deci.in cap.intimasti.nume.2.de
appe.ponit & firmat Pac.Scala Pata. in trac.de cõ.
sapien.c.21.lib.1. potuit etiam ab eodem consulto
re & sapiente habere sententiam ferendam in scri-
ptis,quia etsi dicatur,deberi sn̄ias esse scriptas, non
tñ iure expressum vel cautũ reperitur,ꝙ sint scriptæ
manu propria Iudicis,ergo permissum est eas posse
scribi manu aliena, per reg. l. nec non.§.quod eis.
ff.ex quib.ca.ma.& c.1.de proc.in 6.& c.vnaquaq;
21 §.fi.13.q.2.s.quod omne † permissum sit si non re-
peritur prohibitum.Item D. Consulens scripsit for
mam sn̄ię,ẽt in prima persona Iudicis, qui cum eã
vocatis testibus legerit & recitauerit partibus(vt
etiam testes examinati dicunt) eam propalando &
manifestando esse in fauorem d. do.Giraldi, nihil
impedit quòd testes dicant non vidisse tunc scribi
dictam sententiam, quia sufficit apparere produ-
ctam in actis illam scripturam sententiæ manu D.
Consulentis, & ad eam esse relatam prolationem
Iudicis,vt sententia valeat de præsenti,secundũ ma
* gis comm.opin.attestatam per Alex.in l.1.§.si quis
ita.col.4.sub nu.26.de ver.obli.& Fel.in c.cum ve-
nerabilis.nu.43.de excep. itaq; non procedit Ang.
consil. 250. D.Liberina. & ꝙ cum sequentes supra
in contrarium allegati dicunt,nõ procedit (inquã)
quando forma sententię est inserta in consilio sa-
pientis loquens in primam personam Iudicis, qui
22 ideo † enim legens & recitans præsumitur senten-
tiare ex scripto, vt tenet Specu. in titu. de sentent.
§.iuxta.colum.5.versi.& nota ꝙ scriptura.& Vanti.
in tract. de nulli. in Rubr. de nulli.ex defect. pro-
cess.nume.76.& sequitur Barto.in l.3.num.4. C.de
sentent. ex breui.recitand. Nihilque impedimenti
præstat ꝙ testes vocati in prolatione sententiæ di-
cant non vidisse tunc notar. scribere, quia sufficit
23 † quòd notarius fuerit rogatus ad conficiendum in
strumentum de actu vel contractu. quod si faciat
ex interuallo postquàm fuit rogatus ad hoc, non vi
ciaret,respondit Alexand.consi.122.column.2.sub
num.3.lib.2.& ita de consuetudine seruatur, quòd
notarii rogati de sententiis prolatis à Iudicibus ac
cipiunt cedulam seu scripturam sententiæ lectam
per Iudicem sibi datam,tunc solum in calce scribũt
nomina testium vocatorum, postea extendunt in-
strumentum sententiæ ex se cum expressione nomi
nis Iudicis & partium cum exemplo scripturæ sen-
24 tentię & alijs clausulis consuetis, ad quas † ponen-
das semper notarius censetur rogatus, & tenetur
ponere,per l.quod si nolit.§.quia assidua.& ibi Bar
thol.Cep.nume.41.ff.de ædil. edic.& l.fina. ad fin.
C.de fideius.Hyer.Cagno.in l.si librarius. nu.9. &
10.de reg.iur.cum concord.vulg.& sic ex potestate
delegata Iudicis circa summarietatem, & ex pote-
state ordinaria dicta sententia iure ualere defendi-
25 tur,ea † quidem potestate lata præsumitur qua me-
lius valere potest.Abb.in cap.nisi.nu.4. de præben.
& c.quod sicut,de elec.& Alex.in l.si seruus. §.si nu
merus.col.2.nu.4.de leg. 1.& per not.in l. quoties.
de reb.dub.

Postremò,& si dicta sententia non valeret prætẽ
so defectu scripturæ,vel prolationis(quod nullate-
nus conceditur)tali defectu existẽte in sn̄ia ipsa, &
26 non aliis partibus processus,† cum tamen bene cõ-
stet ex probatis & allegatis de bono iure & iustitia
super meritis,p d.D.G.& omni casu dicta sn̄ia p D.
Iudi. appellationis cõfirmãda est scd̄m Bar.& alios
in l.

in l.si vt proponis.la 1. C.quomodo & quãdo Iud. Alex.cons.79.col.1.& consi.122.ad fi.li.2. & cons. 73.column.fi.nume.10.& consil.181.colum.fina. nume.14.lib.6.& consi.31.col.fi.lib.7.Bald.consi. 298.Præmittendum est.ad fin.lib.3.Ay.consi.140. col.fin.nume.8.& consi.179.nu.7.Gra.cons.ci.14. & ita est com.opin.doct.Rol.à Val.con.41.nu. 39. 40.& seq. lib.1. etiam quòd id fiat pro non appellante & non petente. Et ita existimo de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXXII.

ARGVMENTVM.

Vxor hæres à marito cum vno filio sibi solum substituto quando morietur, vel secundò nubet instituta in certis bonis seperatis à portionibus duorum aliorum filiorum institutorum in suis certis portionibus & prius adinuicem ẽt per fideicommissum substitutorum & alij fratri, & isto sibi substituto præmoriente postea secundò nubens ab aliis filiis defenditur, quoniã dum viuit retinet legatum.

SVMMARIVM.

1 *Syluester Aldrobandinus nobilis Florentinus laudatur.*
2 *Coditionẽ implere debens ut capiat relictum, si stat per eum, nihil consequitur.*
3 *Dispositio conditionalis non operatur ad agendum vel excipiendum, nisi adimpleta fuerit & verificata conditio.*
4 *Prælegatum in muliere tenente illud etiam quousq; steterit vidua, pro tempore præsenti dicitur purum, pro sequenti conditionale.*
5 *Grauari quis non potest nisi per fideicommissum.*
6 *Vocati soli veniunt ad fideicommissum.*
7 *Testator quod non expressit vel dixit nec nos dicere debemus.*
8 *Testator quod non dixit noluit.*
9 *Substitutione nitens debet ostendere concludenter eam probare & continere suam intentionem.*
10 *Testatoris verisimilis responsio habetur pro sua dispositione.*
11 *Coniectura verisimilis mentis testatoris cessat vbi facile ei fuisset prouidere & non prouidit.*
12 *Casus contingens præter dispositionem & ordinationem testatoris non continetur in sua dispositione.*
13 *Extensio in substitutionibus fit de vno casu ad alium ex verisimili mente testatoris, non tamen ita fit de persona ad personam, etiam si eadem ratio & præsumpta mens testatoris militant in alia persona.*
14 *Testatoris voluntas colligitur ex forma eius dispositionis.*
15 *Fideicommissum quo casu efficiatur caducum.*
16 *Paris.consi.97.col.1.& 2.lib.2. quo casu loquatur declaratur.*
17 *Portio non reperta tempore purificata conditionis non venit in restitutione fideicommissi.*

CHRISTI SAPIENTIA NOS SAPERE doceat, quantum oportet.



Vbtiliter & copiosè in fauorem D.Frãc. secundo loco nuptæ cõtra filios scripsit insignis & Celeberr.Iurisc.D.Syluester Aldobrandinus nobilis Florentinus,
1 † quem olim cum acutissimũ discipulum suum appellauerit, Dec.consi.598. In præsenti potest meritò appellari peritissimus legum magister, adeo vt post eum alij in eadem facti specie consulto relictus videtur nullus scribendi locus. Vt tamen eius opinioni assentiens adducta per eum degustasse videar, arguendo à sufficienti enumeratione remediorum iuris, quibus isti filij contra matrem experiri quandoque potuissent, eos modo nullo ex his contra eam posse obtinere puto. Cum enim ea à marito pleno iure sit instituta hæres cum filiis suis Ioan. Francis. Anton. Maria & Pompeo cohæredibus institutis æqualibus portionibus, & inuicem decedẽtibus substitutis, etiam per fideicommissum, & omnibus substitutis suæ matri decedenti vel transeunti ad secundas nuptias, cum expressa conditione, si eo tempore dicti filij & D.Fran. starent in communi & pro indiuiso inter se.

Aut ergo ex hac substitutione filij superstites volunt venire ad portionem dominæ Franciscæ iam secundò nuptæ, & quidem non possunt, quia accipiendo portiones in casu diuisionis eis à patre testatore factas in testamento & assignatas sponte recesserunt à dicta conditione standi in communione, & consequenter cessat petitio dictæ portionis dominæ Franc. per casum.l.3.C.de condit.inser.& per glo.in l.hoc iure.de cond.& demonstrat.ad re-
2 gulam † in eo qui habet implere conditionem vt capiat relictum, quia si stat per eum nihil consequitur, quam ibi doct. sequuntur, regula autem ipsa ge-
3 neralis est, quòd dispositio conditionali † non operatur ad agendum vel excipiendum nisi adimpleta fuerit & verificata conditio. l.cedere diem.de verborum signific.l.fina. C.de his quæ sub mo. Anch. cõs.296.efficacius.col.2.ver.tertiò dicitur. Alex.in l.1.col.fin.ver.in ea.ibi.respon.C.de pact.Soc.consil.99.colum.7.versicu.tertiò confirmatur.lib.3.& Dec.consi.585.nu.1.cons.629.nu.1.& seq.& Abb. consi.78.in princip.libro secundo.& Paris.con.89. nu.13.lib.2.

Aut in casu diuisorũ bonorũ ꝑ testatorẽ, & portionũ acceptarũ ꝑ filios (prout ẽ nr̃ casus) volũt cõsequi portionẽ D.Franc.isto ẽt casu minus possunt.

Quia cum ipsa D. Francisca & Pompeus eius filius
habeant ex dicto testaméto suas portiones certorũ
bonorum simul indiuisas, separatas tamen à portio
nibus assignatis aliis duobus filiis, hoc quoque ca-
su sint substituti Pompeus & sui filij dictæ dominæ
Franciscæ matri & non alii sui filii, si moriatur vel
transierit ad secunda vota, vt expresse in testamen
to disponitur, cumque postea prædecesserit Pom-
peus sine filiis, superstite matre, quę postmodum
etiam transiuit ad secunda vota, eius portionem ha
bere non possunt dicti alii filii, vti ad eam non vo-
cati, quinimò expresse exclusi eo modo quo dictũ
est per testamentum. Probo ꝙ dicta dom. Francisca
Pompeus & alii filii habuerunt bona eis distributa
in testamento vti prælegata. l. ex facto. §. 1. ff. de hę-
red. instit. l. qui filiabus. §. fina. & l. sequen. de leg. j.
& ibi Bal. Castr. Imol. & alij & Bart. in l. quid ergo
la 2. eo. ponit Paris. consil. 34. nume. 17. lib. 2. quod
4 † prælegatum in ipsa domina Francisca tenente il-
lud etiam quousque steterit uidua pro tempore prę
senti dicitur purum, pro sequenti conditionale, vt
doct. dicunt, attestatur Salyc. in l. fina. nume. 3. ver.
quærit gloss. C. de indic. vidu. tol. quinimò est ex-
presse grauata post mortem, vel post secundas nup
tias ad restituendum Pompeo vel suis filiis, hoc ali
5 ter † esse non potest nisi per fideicomissum, vt ple-
nè declarat Imo. in l. hæreditas. colu. 5. ad fi. nu. 7.
& column. sequen. versicu. item circa prędicta. ff. de
hered. instit. & Alexand. consi. 111. lib. 2. Sic videri
* commun. opin. comprobat Socin. consi. 14. col. fin.
lib. 1. ad hoc ergo fideicommissum Io. Fran. & An-
6 ton. Maria alij filij non possunt venire, † quia ad id
ipsum non sunt vocati, adduco text. in l. Titia. in
princip. ibi. nec possit vtile fideicommissum puta
ri quod datum non sit, & in l. si alienus. ibi. quia ro-
gatus nõ est, de leg. 2. & in l. Lucius. §. collegio. ibi.
respondi non rectè peti quod legatum non esset, de
lega. 3. & in l. prædia. §. affini. de fun. instruc. ibi. re-
spondi in huiusmodi scriptura posse respõderi hoc
solum quærendum, an manifestè appareat defun-
ctam id de quo quæreretur dari voluisse. & in l. hæ
reditas ad Statium. ff. de hęred. insti. ibi. cum insti-
tutus heres non sit. & in l. quoties. ff. eo. ibi. quoniã
scriptus nõ est. & in l. facta. §. si. hęres ante. ibi. quia
de ea rogatus non esset. & in l. epistola. in princ. ibi.
respondi Semproniũm quidem non proponi roga
tum. & in l. Lucius. §. tres. & §. filiam. & in l. vxoré.
§. sorori. de lega. 3. ibi. respondeo quæ postea agna
ta esset verbis fideicommissi non contineri. & in l.
illud. in princip. de iure codicil. ibi. cum ab ea pa-
ter nihil petierit, & ex his ac simil. in resolutioni-
bus quęstionum in materia vltimarum volũtatum,
sæpius doct. arguunt à non expressis vel omissis per
testatorem, vt in institutione directa facta de fratri
bus, non contineri filios fratrum, eo quia testator
7 hos non expressit, † non dixit, neque nos dicere de
bemus, per l. si seruum. §. non dixit prętor. ff. de acq.
hæred. probat Soci. consi. 77. colum. 3. lib. 3. & Ioã.
de Ana. consi. 66. visis his. colum. 4. versicu. sed his.
idem in substitutione fideicommissaria vocante so-
rorem, non contineri filios sororis, quia de his nul
la facta est mentio à testatore, tradit Alexand. con-
sil. 93. colu. 2. lib. 3. idem in consil. 55. col. 5. nu. 13.
versicu. quantum verò. lib. 4. & in consi. 167. col. pe
nult. versic. nec etiam potest. lib. 5. vbi quẽ non uo-
catum in substitutione dicit apparere à sufficienti
partium enumeratione, prout ego velle me hãc cõ-
sultationem resoluere prefatus sum. Si. n. non existẽ
te Pompeo vel suis filiis tempore quo moreretur,
vel secundò nuberet dicta D. Francisca, testator vo
luisset vocari Ioannem Franciscum & Antonium
8 M. vtique dixisset & expressisset, non dixit † ergo
noluit. l. 1. §. sin autem deficientis. C. de cad. tol. An
ge. consi. 257. quia. colum. 5. Roman. consi. 503. di-
ligenter. col. 2. Ioan. de Ana. consi. 22. Anch. consil.
120. Alexand. consi. 12. sub nume. 8. lib. 2. Tiraq. in
l. si unquàm. versi. libertis. nume. 3. de reuo. donati.
& Aym. consi. 161. nume. 8. & seq. Ex his quoq; fit
regula, ꝙ semper dici potest, hoc casu non loquitur
9 substitutio, ex qua † quidem nitens debet ostende-
re concludenter eam probare & continere suam in
tentionem, est originale dictum Oldradi in consil.
21. thema tale, vltra med. & Io. An. in add. inci. cum
patronus. ad fin. in Specu. de testam. §. 1. approbatũ
per Soci. con. 62. col. 2. ver. & in primis ista conclu
sio. consil. seq. col. 7. versi. sed præmissis. consil. 104.
colum. 5. versi. sed prædictis. consi. 116. col. 6. versi.
pręterea regula est. lib. 3. Paris. consil. 31. nu. 6. con-
sil. 38. nu. 21. & alibi in lib. 2. Goz. consi. 29. colu. 3.
nume. 13. Soci. Iun. consi. 90. nu. 2. con. 111. nu. 27.
lib. 1. Bero. cõs. 99. nu. 4. li. 2. vbi dicit hoc maximè
procedere in substitutione fideicommissaria, idem
in consil. seq. nu. 7. cum concord. aliis pluribus quæ
possent ad hæc allegari. Esset enim contra volun-
tatem testatoris quid fieri de quo nihil testator
ipse dixit, est gloss. penultima. in l. Titia. ff. ad le-
ge. Falcid.

Aut & tertiò, quęrunt venire ex illa generali pro
positione, quòd si testator fuisset interrogatus de
hoc casu existente dictorum Ioan. Fran. & Ant. M.
deficiente Pom. respondisset eos admittẽdos, cum
10 sint sui filij, prout erat P. & hęc † verissimilis sua re-
sponsio habetur pro sua dispositione, per glo. Bald.
& Castr. & Ias. in l. tale pactum. in fin. ff. de pact. &
Bart. & alij in l. Titius. §. 1. de lib. & posthum. Sign.
de Homod. consil. 206. nume. 3. cum concord. per
Tiraq. in d. l. si vnquàm. in præfa. nume. 56. & Cast.
consi. 378. primò videndum est. col. 2. nu. 3. lib. 1. &
ex hac tacita & præsumpta dispositione etiam non
debent ad dictam portionem admitti ex pluribus
responsionibus & declarationibus quæ ad eam dã
tur, ꝙ in hoc casu locum non habeat. Primò, quòd
ad casum talem omissum facilis fuisset prouisio te-
11 statoris, † vocando dictos alios filios, si voluisset
in dictum casum venire, ideo cessat coniectura di-
ctæ verisimilis mentis testatoris, ita Cor. con. 297.
col. pen. ver. tacita est illa. lib. 1. Secundò, quòd con
ditio & dispositio ista, si moriatur vel secundò nu-
bat domina Francisca sit ei substitutus P. est volun
taria, ideo præcisè in hac ipsa forma debet seruari

vt

12 vt à teſtatore appoſita eſt,& caſus† contingens prę-
ter diſpōnem teſtatoris & ordinationē non cōtine-
tur in ipſa diſpōne, ēt ſi maior ratio cōpręhēſionis
eſſet in ipſo caſu contingenti,per c. cui de ſacerdo-
tali.de præben.in 6.not.per Cyn.in l.quod fauore.
C.de legi.ſic in ſpecie reſpondit Ancha.conſi.245.
& 356. ſequitur Deci. alios concord. allegando in
conſi.89.col.pen.ver.ſecundò poteſt reſponderi. &
conſi.291.col.pen.ſub ver.capio vltimam.& conſi.
218.col.5.ver.& quia.Pariſ.conſi.89.nu.20.libr.2.
Soci.Iun.conſi.128.in ſubſcrip.Decij nu.198.li.1.
13 Tertiò,licet in ſubſtitutionibus † ex veriſimili men
te teſtatoris fiat extenſio de vno caſu ad alium,non
tamen ita fit de perſona ad perſonam, etiam ſi ca-
dem ratio & præſumpta mens teſtatoris militaret
in alia perſona,ita ad hoc reſpondit dicens eſſe ve-
ram & peregrinam theoricam Iaſ.in conſ.220.col.
4.ver.in primis.& ver.nec obſtat.& conſi.228. col.
2.lib.2.& conſi.29.col.2.in fin.& col.ſeq. & conſi.
30.col.pen.ver.quintò,pro iſta.lib.3.& Deci.conſ.
211.col.pen.ad fi.ſub nu.5.& conſi.218. col.4. nu.
9.& conſi.291.col.4.& conſi.377.num.3. & conſi.
465. nu. 16. & maximè in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria dictum argumentum locum nō habere &
de hoc parum curari per doct.dicit Bero. conſi.99.
nu.12.13.libr.2. vt etiam latiſſimè dominus Con-
ſulens reſpondit.

Aut,& quartò,venire tentant ex quodā iure tem
poralitatis vel conſolidationis,eo ꝙ poſt ſecundas
nuptias teſtator noluerit amplius dictam portio-
nem eſſe & ſtare penes olim dictam ſuam vxorem,
ſed ꝙ reuertatur ad hęredes ipſius teſtatoris,& cum
hæreditario iure conſolidetur, vt tradit Barto. &
Caſtr.declarat in l. Titia.§. Titia. nume.4. ad Bar-
to. de legat. 2. & Caſtr. conſi.225. colum. 2.lib.2.
& Pariſ. conſi.21. numé. 44. & conſi.97. colum.2.
lib.2.& iure huiuſmodi etiam experiri nō poſſunt,
quoniam attendendo in hoc teſtatoris diſpoſitio-
14 nis formam,ex qua † eius volūtas colligitur. Aret.
in l.ita ſtipulatus.col.13.ver.dicendum eſt ergo.de
verb.oblig.& reſpiciendo qualiter verba teſtamen
ti ſunt concepta,dicit Barto.in l. qui liberis.§.hæc
verba.ad fin. de vulg.& pupil.cautè enim inſpicias
verba teſtamenti,de cuius vigore dubitatur,dicunt
Bal.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.in fin. ſolu.mat.&
Ang.in l.ſi ſeruitus.col.pen.ver.exemplum ſi lego.
de ſeruitu.vrba.prædio. & Guil. Benedic.in c.Ray
nu.in ver.eidē impuberi.col.1. & ſeq. Luc. de Pen.
in l.2.col.2.C.de delator.lib.10.& Barb.conſi.10.
col.1.libr.1.& Corn.conſi. 242.col.4.tamen licet.
lib.4.verba quidem teſtamenti de quibus quęritur
non ſunt concepta.ꝙ vxori teſtator ſimpliciter reli
querit quandiu vixerit & vitam vidualem ſeruaue-
rit, & nihil vltra dixerit, ita quòd videatur velle ꝙ
reuertatur ad ſuum hæredem, reſpectum non ha-
bēdo ad perſonas, ſed potius ad ius hæreditarium,
per l.ſi ita.de ſta.liber. vt formaliter loquitur Bart.
in d.§.Titia.nu.4.ſed aliter ſonant,ꝙ teſtator ſtan-
do in communi, & tenēdo portiones indiuiſas, D.
Frāciſca & Pompeo,ſubſtituit eidem D. Franciſcæ
poſt mortem,vel poſt tranſitum ad ſecunda vota di
ctūm Pompeum & eius filios,& non alios dicti te-
ſtatoris filios, & ſic habuit reſpectum ad perſonas
dicti P. & eius filiorum, & non ad ius hæreditariū,
vel ad alios ſuos filios,quo ſtante, & præmoriente
15 Pompeo ſine filijs† efficitur caducum dictum fidei-
commiſſum,& remanere debet penes D. F. graua-
tā.l.1.§. ſin aūt aliquid ſub conditione. de cad.tol.
declarando tenet Caſt.in d.§. Titia, per l. in cauſæ.
§.Pomponius.de minor.& l.ſi quis Titio. de leg.2.
dicendo,ꝙ iſta ſunt liganda digito, quia millies ha
bentur in facto, & in hoc ꝙ vidit errare ſolemnes
viros,idem probat in l.fi. C.de leg. quæ incipit. il-
lud.& ibi eum ſequitur Alex.idem tenet Imo.in d.
l.hæreditas.col.6.ſub nu.7.ff.de hęred.inſtit. vbi,ſi
ſubſtitutus vxori tēporaliter inſtitutę pręmoriatur,
tota hęreditas ſic relicta remanebit penes vxorem
& eius hęredes, & hoc dicit eſſe tenendum menti,
quia ſępe per teſtatores fiunt ſimiles inſtitutiones,
idem firmat Caſtr. conſi. 426. ad primum. libr. 2.
& Alex.conſi.173.col.pen.& fi. lib.5. & Gualden.
16 de arte teſtan.tit.de leg.cau.60.Allegata vero † per
Pariſ.d.conſi.97.col.1.& 2.lib.2. procedunt quan-
do poſt mortem vel ſecūdas nuptias vxoris alij eſ-
ſent inſtituti purè,non ſub cōditione,prout ſub con
ditione eſt ſubſtitutio in ſpecie propoſita, ſic etiam
in terminis ſentit Bal.conſi.267.proponitur.col.fi.
lib.5.contra ſubſtitutum ſubſtituti præmortui con-
cludendo pro vxore,inſtituta in vita, & ſeruando vi
tam vidualem, & ſecundò nupta, bene concedo ꝙ
hæc vxor habita à primo viro moriens tenetur di-
mittere filiis ex primo matr.iuxta.l.fœminæ. C.de
ſecun.nupt.

Nec, & quintò,poſſunt niti ex ſubſtitutione reci
proca etiam fideicommiſſaria facta Pompeo dece-
denti ſine filiis. Quoniam & ſi ex ea poſſunt obti-
nere portionem Pompei. Tamen duplici ratione
nequeunt hac via conſequi portionem Do.Franci-
ſcæ. Prima, ꝙ iſta portio nunquam fuit acquiſita
Pompeo, ſed erat acquirenda, ſi ſuperuixiſſet tem-
pore ſecundarum nuptiarum matris, ideo non ve-
nit in reſtitutione ſuæ portionis facta fratribus ſu-
perſtitibus ſubſtitutis,vti non reperta in eadem por
tione tempore purificatæ conditionis fideicom-
17 miſſi, † vt in ſpecie probat Deci.in conſi.80. col.fi.
ver.tertiò conſiderandum eſt.hanc opi. Decii. cla-
ram putat & ſequitur Hiero.Zanch. in repet.§.cum
ita.l.hæredes mei.num.383.ad Trebel.Secunda,ꝙ
iſta portio in ordine literæ teſtamēti poſt recipro-
cam fidecommiſſariam ſubſtitutionem prælegata
& relicta etiam acquiſita d.Pompeo non veniret in
fideicōmiſſo ſuæ portionis per eum fratribus reſti-
tuendo,per glo.in l.cum virum.C.de fideic. tradūt
Bar.& alii in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad
Trebel.Alex.in l.ſi Titius.de vulga. & pupil. ſic eſt
* com.opin.ſecundum Dec.d.conſi.80.col.1.& con-
cord.citat Hier.Zanch.in d.repet.§.cum ita. nume.
397. Et ita pro D. Franc. pertranſeo cum opi.dicti
Excellentiſſimi do.Conſulentis. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc.Piſaur.

CON-

CONSILIVM CXXIII.

ARGVMENTVM.

Pactorum initorum inter fratres de inuicem succedendo materia tractatur, & quomodo tale pactum de futura successione probatum vel improbatum dicatur, copiosè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Solicitus nemo esse debet de hæreditate viuentis.*
2 *Laudum à partibus ratificatum & emologatum est quoddam pactum.*
3 *Pactum reciprocum de succedendo sine filijs decedenti inter fratres, maximè in quibusdam bonis expræssis, valet.*
4 *Bonorum mobilium vel immobilium appellatione non continentur nomina debitorum, & lucra quæ per quemlibet fratrem diuidentem in vita potuissent acquiri. nu.4.*
6 *Votum captandæ mortis in pacto de futura successione inito inter fratres cessat vbi factum fuit vtroque fratre volente & consentiente.*
7 *Promissio bonorum post mortem valet, & veniunt bona quæ tempore donationis habebat promissor.*
8 *Donatio causa mortis requirit quinque testes.*
9 *Promissio facta ob honestam causam reuocari non potest per testamentum.*
10 *Pactum de futura successione, vt continens votum captandæ mortis, & impediens libertatem testandi, non valet, & dicitur iniquum.*
20 *Pactum, per quod non inducitur successio, sed obligatio inducitur per hæredem post mortem promissoris soluenda, valet, ex communi.*
12 *Pactum conceptum verbis significantibus successionem vel obuentionem non valet.*
13 *Successio futura non datur pacto.*
14 *Contractus vt cautè iniri possit de futura successione, quid requiratur.*
15 *Pactum de succedendo non firmatur etiam iuramento.*
16 *Testamenti factionem an quis habuerit, inspici debet tempus testamenti, & tempus mortis.*
17 *Bona non habens non potest testari & non habere hæredem.*
18 *Testamentum vanum efficitur absque hæreditatis aditione.*
19 *Fictio est contraria iuri, quòd non habens bona habeat hæredem.*
20 *Verba cum effectu sunt accipienda.*
21 *Res magis quàm verba sunt attendenda.*
22 *Pacto non potest tolli nec restringi libertas testandi.*
23 *Pactum designans successionem & obuentionem, vt contra bonos mores non valet, & tollens factionem testamenti, quam princeps tollere non potest.*
24 *Pactum de succedendo quo casu valeat.*
25 *Lex non debet esse ludibrio.*
26 *Proniores sumus in amittendo quàm in lucrando.*
27 *Pactum nudum non parit actionem specialem de iure ciuili, secus de iure canonico in terris Ecclesiæ.*

DEVS ADSIT ADIVTOR.



Audum de quo agitur latum super non contentis in compromisso, in eo quòd determinatur bona fratris prius decedentis esse fratris superstitis, quod in compromisso sub generalibus verbis de omnibus
1 litibus &c. compræhendi non potuit, quia † de viuentis hæreditate nemo solicitus debet esse, vt not. in l.fi.C.de pact.& glo.fi.no.in l.Statius.§.fi.de iu. fis.& per tex.in l.2.§.interdum.de vulga. & pupil.à
2 partibus † ratificatum & emologatum præsuppono esse quoddam pactum, per not. in l. 2. C. com. vtr. iud.& dicta per Barto.in l.obseruare.in fi.ff.de offi. procon.& in l.1.col.3.C.quãdo prouo.non est neces.per Soci.in consi.104.nu.8. & consi.105. nu.4. & con.66.num.4.vol.4. De cuius transactionis vel pacti viribus validitateq; perscrutãdum ferè necessarium puto, & quia doct. de tali pacto vario modo scripserunt. Cumq; ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum, vt vtar verbis Imper.in l.fi.C. per qua. per. Casus ideo videt dubius, sed ego in re nostra clarum reddam iure cõcludendo vt infra.

Primò igitur videtur, quod tale pactum reciprocum de succedendo sine filijs decedenti inter fratres,
3 † maximè in quibusdam bonis expressis, valeat, vt habetur per Oldra.in consi.139.ad habendam.quẽ refert Ias.in l.stipulatio hoc modo.col.8. nu.14. de verb.obli.& videtur in terminis tenere Alex.in cõs. 59.lib.5.ad idem in consil.83.col.3. lib.2. nec obstare videtur quod sit impedita facultas testandi, cõtra l.stipulatio hoc modo.de ver.oblig.& l.ex eo.C.de inut.stipul. quia dictum pactum se restrinxit vt ibi, (& tutto quello se trouarà &c.) ita non continen-
4 tur nomina † debitorum appellatione bonorũ mobilium vel immob.vt l.quam Tuberonis.§.fi.ff. de pecu.& tradit Alex.in l.à Diuo.§. in uenditione, in
5 prin.ff.de re iud.& † non sunt inclusa lucra, quę per quemlibet dictorum fratrum in vita potuissent acquiri, vt præsumitur. l.si defunctus.C. arb.tut. & l. cura.§.deficientium.ff.de muner. & honor. ita per Bar.in illa l.stipul.in illa q. si quis simpliciter donaret bona sua, & in d.l.fi.col.3.versi.si verò esset donatio, super quibus nominibus debitorum & lucris remansit factio testamẽti cuilibet dictorum fratrũ, reseruauit etiam sibi dominium suorum bonorum in vita Zannettus vnus de duobus fratribus prædictis de quo agitur, vt ibi, (Che el ne sia patrone sin che viue &c.) super quo dominio, dato etiam quod omnia bona sua venirent in d.promissione, potuit testari, vt per Alex.in d.l.stip. col.6.versi. si autem.& Deci.in d.l.fin.C.de pact.nu.33. nec obstare vide-
6 tur quòd contineat votum captandæ mortis † quia factum fuit vtroque fratre volente & consentiẽte, propter quod tale votum cessat.per tex.in d.l.fi.ibi.

nisi

nisi forte &c. C. de pact. volenti enim nõ fit iniuria
l. cum donationis. C. de trãsact. cum simi lib. vt per
Bar. in d. l. fin. col. 3. versi. Itẽ nõ inducitur. & tenet
Dec. in l. licet. in fi. C. de pact. Præterea pro ista par
te facit quod firmat glo. in versi. accommodauerit
7 in d. l. fi. ꝙ valet † promissio bonorum post mortẽ,
& veniunt bona quæ tempore donationis habebat
* promissor, quod est bene not. & est magis com. op.
dicit Alex. in d. l. fi. nu. 3. Quæ promissio, an sit do-
natio causa mortis, vel inter viuos. in d. l. fin. doct.
quærunt post Bar. in col. 3. versi. & primò, & conclu
dunt ꝙ sit causa mortis donatio, si adfuerunt quin-
8 que testes, vt in donatione † causa mortis requiri-
tur. per l. fi. C. de donat. cau. mor. aliàs vt actus ma
gis valeat q̃ pereat. per l. quoties. ff. de reb. dub. est
donatio inter viuos, & ita tenet Alex. in d. l. stipula
tio, col. 5. nu. 15. Ad propositum videtur ergo dicẽ
dum in casu nostro, cum quinque testes nõ fuerint
adhibiti ad dictum pactum, esse donationem inter
viuos, vel potius promissionem quandam factam
esse ob honestam causam, secundum Oldra. d. con.
9 131. & Alex. d. consi. 83. col. 3. quæ † reuocari non
potuit per testamentum factum, à d. Zannetto per
l. cum Ancillam. cum l. seq. C. de cond. ob ca. da. &
l. pe. C. de dona. quæ sub mo. quæ donatio fieri po
tuit ad tempus incertum vel certum, vt l. 2. C. eod.

His non obstantibus, contrarium de iure in casu
nostro verius esse, & tenendum arbitror, ꝙ tale pa-
ctũ non valeat, & nullius sit momenti. Primò pro-
batur per communem regulam d. l. fin. l. pactum,
quod dotali. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo.
de verb. obli. & l. ex eo. C. de inut. stipul. & l. si fra-
tres. §. idem respon. ff. pro socio, quę est, ꝙ pactum
10 † de futura successione, vt continens votum captan
dæ mortis, & impediens libertatem testandi, non
valet, & dicitur iniquum, ar. l. ex facto. §. nam si. de
vulg. & pupill. ꝙ verò pactum in casu nostro sit de
factura successione, & nõ valeat, ostendo sic, destin
guendo. Aut pactum concipitur per verba impor-
tantia obligationem post mortem, hoc vel simili
modo. Titius promittit donare, vel promittit dare
bona sua post mortem Gaio, tunc tale pactum va-
11 let, † per quod non successio, sed obligatio induci-
tur per hæredem post mortem promissoris soluen-
da. per l. 1. C. vt act. ab hæred. ita potest intelligi &
loquitur glo. in ver. accommodauerit. in d. l. fi. per
* docto. communiter secuta teste Deci. consil. 225.
col. pen. & iste non est casus noster. Aut pactum fit
verbis significantibus successionem vel obuentio-
nem, vt post mortẽ talis succedat, vel ad talem bo-
na perueniant, aut bona sint talis, vt in casu nostro,
ibi, (Che li detti beni siano de Nicolo,) quia talia
12 † verba in d. pacto important successionem & ob-
uentionem, probatur per theoricam Bar. in l. Cen-
turio. col. 4. nu. 18. de vulg. & pupil. cõmuniter ibi
per doct. approbatam, tunc pactum nullius est mo
menti, tanquam continens obuentionem & succes
13 sionem futuram, quæ † non datur pacto. l. hæredi-
t. s. C. de pact. cõuen. probat Alex. consi. 28. col. 2.
& seq. lib. 3. quia pactum non est modus succeden
di. Oldra. in consil. 127. vbi concord. iura allegat,
& hic vltimus est casus noster, quæ distinctio opti
mè probatur in terminis per Bar. in con. 212. pro-
mitto tibi. & Alex. in d. consil. 28. nu. 12. & per tot.
lib. 3. Cur. in d. l. fin. nu. 14. & seq. & Deci. in consi.
225. nu. 5. & consil. 236. nu. 13. & 14. consil. 300.
col. 1. nu 3. & consi. 351. col. 1. & per eundem Dec.
in l. pactum. col. 2. nu. 3. C. de colla. vbi sentiens &
affirmans supradictam distinctionem, dat cautelã
14 † quibus verbis concipi debeat huiusmodi contra-
ctus, & ꝙ contrahentes à principio consulant peri-
tiores, ne decipiãtur, sequitur plura allegando Ay-
mo consi. 139. colum. 2. ad idem eleganter Alciat.
etiam si pactum huiusmodi sit de re particulari nõ
valere, tenet in l. pactum quod dotali. versi. quapro
pter quoties. cum seq. C. de pact. & in terminis con
suluit Ang. in consi. 66. Comes. col. penul. versi. his
non obstantibus, & Dec. in d. consi. & 225. sub. nu.
5. quod non valet in toto nec in parte.
15 Quod † pactum de succedendo non firmatur et
iuramento, vt per Bar. in l. stipulatio hoc modo. &
* ibi Alex. col. 2. nu. 6. tenet & dicit cum Bar. cõmu-
niter doctores tenere, & Bar. in d. consil. 212. nu. 1.
& per Dec. in d. consi. 300. num. 3. latè comprobat
Paris. consi. 24. nu. 55. 56. lib. 2. ita etiam destinguẽ
do in rebus tamen certis non expressis tenet Bero.
con. 157. nu. 13. & seq. & consi. 180. nu. 39. lib. 2. idẽ
hoc præsenti consil. meo viso pro hac parte consu-
luit latissime comprobando ipse Bero. con. 30. lib.
3. eandem conclusionem firmat Ruin. con. 16. col.
5. nu. 16. & seq. lib. 2. & Alex. con. 130. col. 2. nu. 3.
& Io Cepha. consi. 44. nu. 12. & seq. etiam de rebus
certis non valere, tenet Rui. consi. 178. col. 3. nu. 8.
lib. 1.

Secũdò, si quęratur an dictus Zannettus habue
rit factionem testamẽti super alijs bonis, in hoc ca
16 su † inspici debet tempus testamenti, & tẽpus mor
tis eius. per tex. in l. 1. §. exigit. ff. de sec. tab. in qui-
bus temporibus ipse Zan. reperitur non habuisse ni
si bona, de quibus in d. pacto continetur, & qui ve-
lit dicere contrarium probare debet. per reg. l. 2. ff.
de proba. & l. actor. C. eod. & per l. fi. §. licentia. &
ibi Bar. & alij. C. de iur. delib. & glo. in l. cum de le
ge. ff. de proba. quod actum non fuit, ideò conside
randum est ꝙ iura & doct. volunt huiusmodi pa-
cta prohiberi, quia inter alia tollunt testamenti fa-
ctionem, non respectu personæ, sed respectu nõ exi
stentiæ rerum, quas hæres capere possit. Nã videns
hæres nihil esse in hæreditate, non vult esse hæres
17 frustra, exinde † dicitur non habentem bona non
posse testari, & non habere hæredem. vt per Bal. in
auc. ingressi. col. 1. in 3. not. de sacro. sanct. eccle. &
in l. lex cornelia. de vulg. & pupil. & ibi Imo. nu. 2.
18 & Alex. nu. 3. & vanũ † efficitur testamentũ absque
hęreditatis aditione. vt. §. 1. inst. ad l. Falci. & l. 1. in
prin. ff. de su. & legit. & l. si nemo. ff. de test. tu. & po
test dici quem non potuisse facere, vel non fecisse
testamentum cui hæres non vult vel non potest co
gi esse hæres. ar. §. 1. instit. qui. ex causis. & dicta
l. 1. in prin. de suis & legitimis, fictio est contraria

iuri

19 † iuri,q non habens bona habeat hæredem, Bald.
Inio.& Alex.in d.l.lex Cornelia. Itaque factio te-
stamenti quæ est publici iuris,à dicto pacto omnia
bona defuncti absorbēte tolli non potuit. vt l,3.ff.
de testamen.d.l.pactum quod dotali.& facit l.cer-
donem.ff.de oper.liber.Et re vera cum dictus Zan
nettus tempore mortis nihil habuerit,nisi bona in
pacto comprahensa, totam eius hæreditatē exhau
stam dicto pacto constat,secundum diffinitionem.
l.hæreditas.de reg.iur.nec obstat q in pacto esse ap
20 pellantur bona,& nō hæreditas,quia † verba cum
effectu sunt accipiēda.vt l.1.§.hoc edicto.ff. ne vis
fi.ei,& l.pe.§.docere.& ibi not.ff. ne quis eum qui
in ius, aliàs non rebus sed verbis esset imposita lex
21 contra.l.2. in fi.C. com. de leg.quæ res † magis q̃
verba sunt attendenda.vt l. promittendo. in pri.ff.
de iure dot.cum simil. accedat quòd non solum pa
22 cto non potest tolli † libertas testandi, sed nec etiā
restringi tex.est in l.si fratres.§.idem respon.ff. pro
soci.

Nec obstant in contrarium adducta. Primò, di-
co ad con.139.Oldra.& d.consi.59.& d. consi.83.
Alex. quòd loquuntur in terminis primi casus su-
pra factæ distinctionis. Videlicet in pacto inducen
te obligationem ab hęrede adimplendam secundū
d.l.1.vt act.ad hæred.& contra hær. & sic etiam lo
quuntur allegata per Paris.in con.26.nu.87.& 88.
lib.2.& non in pacto designante successionem, &
obuentionem,vt in casu nostro, quod nō valet per
23 supra allegata † vt contra bonos mores, & tollens
factionem testamenti, quam Princeps tollere non
potest,vt d.l.ex facto.§.nam si furioso. de vulga. &
pupil.est bonus tex.in l.siquando.in pri.C.de inof.
testa.Præterea procedunt dicta contraria.quia vbi
24 fuit reseruatum certum quid † super quo posset te
stari,quo stante doct.volunt in dictis locis,& Soc.
Iun.consi.143. lib.1.valere tale pactum,aliàs non,
vel erat pactum inter nobiles de certis bonis,& nō
super omnibus,vt in casu nostro, quod forte potest
admitti ratione agnationis conseruandæ.iuxta l.1.
§.denunciare.ff.de ventr.inspi.& l. vel singulis, de
vulg. & pupill. vltra quòd etiam super certis bonis
non valet. vt concludit Alcia. in d.l. pactum quod
dotali.ita etiam vel simili modo ad d. contraria re
spondetur per Dec. in d.l.pactum. col.2.C.de col.
& in d.consil.225.& 236.& consi.11.col.3.in fin.
& col.sequen.

Secundò,non obstat aliud, quòd remanserit te-
stamenti factio super nominibus debitorum,& su-
per lucro faciendo,quia nullo modo valet dictū pa
ctum per obuentionem, vt supra, & si modò talia
no mina debitorum non reperiuntur, quod proba-
tur ex eo,quòd non pobatur contrarium,vt l.super
C.qui mil.non pos.lib.12. quæ dicitur probatio li-
25 quida,ne lex sit † ludibrio, quod esse non debet,l.
fi.§.vbi autem.C.de bon.quæ lib.& l.cum alijs, in
fi.C.de cura. fu. Item id quod quis præsumitur lu-
crari,per l.si defunctus, procedit in administratore
aliorum bonorum causa euitandi prauam suspicio
nem malæ administrationis. facit l. Quintus.ff. de
donat.inter vi & vxo.& l.etiam.C.eo.& l. meritò,
ff.pro soci.imò facilius amittitur q̃ acquiratur,pro
bat tex.in l.1.§.in amittenda. ibi, igitur amitti &c.
26 ff.de acquir.posses. & proniores † sumus in amittē
do q̃ in lucrando, quod docet experientia,quæ est
rerum magistra. c.rescriptum.in princi. de rescript.
in 6.& c.vbi periculum.& ca. q̃ sit.de elect.eo. lib.
& etiam hoc non facit valere tale pactum per ob-
uentionem,per supra alleg.Nec illud de dominio,
quod super eo possit testari, obstat, quia reprobat
Deci. in d.l.fin.de pact.nu.33.& seq. Nec obstat q
non continent votum capt.mortis,eo quòd fuit v-
troque consentiente,quia contrariū est verius, per
supradicta,quòd si non continent,tamen ex alio re
probatur,quia tollit factionem testamenti,propter
quod etiam non valet.d.l. stipulatio hoc modo. &
l.ex eo.C.de inut.stipul.cum simil. supra adductis.

Vltimò,nec obstat quod firmatur per glo.in d.l.
fi.in ver.accommodauerit,quia per eam dicta pro-
cedunt in primo casu supra factæ distinctionis, &
non in casu nostro,vt supra conclusum est, in quo
etiam nulla fuit stipulatio, sed solum simplex con-
sensus,licet in casu diuerso,per no.in d.l.2.C.com.
vtr.iud.& ex eo solo dicebatur tenere, vt per Soci.
in locis supra alleg.in fi.quod tamen non tenet,per
supra alleg.in casu nostro,in quo requiritur stipula-
tio,vt post Soci.firmat Paris.in d.consi.24.in fi.lib.
27 2.huiusmodi verò pactum dicitur nudum, † ex quo
nō ageretur in specie,tenet Bal.in consi.101. No-
biles.in fi.lib.3.licet ex eo ageretur de iure canoni-
co in terri Eccclesiæ.Corn.consi.125. col.2.versic.
idem.lib.2. nō tenet etiam super his de quibus par
tes paciści nequeunt.Deci.con.475.nu.33.& cons.
499.in fi.& successiuè dicto pacto non tenentes, &
inualido,testari potuit dictus Zanettus,per reg.l.in
re manda.C.manda. & in eius hæreditate sunt po-
tiores hæredes scripti, alio non ostenso, secundum
l.fi.C.de edic. di.Adri. per supra dicta, & diffusius
cribrata in hac specie eadem per Bero. d. consi.30.
libro tertio. Quæ de iure vera & firma eē arbitror.
Ad laudem Dei.

Simon de Prætis Iurison. Pisauren.

CONSILIVM CXXIIII.

ARGVMENTVM.

De compromisso & laudo ex eo sequuto, & de reclamatione à dicto laudo, quidque posit super eo ille ad quem reclamatum est, & de quibus dicatur factum compromissum, & quo casu à laudo non posit reclamari.

SVMMARIVM.

1 Surrogatus in locum vnius vice illius fungitur.

2 Laudū præsumptionem habet vt sit iustè & rectè latū.

3 Com-

3 *Compromissum fieri potest de omnibus ciuilibus controuersiis,& rebus,nisi iure de re aliqua sit prohibitum.*
4 *Permissũ creditur quod à iure non reperitur ꝓhibitũ.*
5 *Exceptio rei iudicatæ nõ obstat causæ ortæ post sentẽtiã.*
6 *Compromitti non potest super iudicatis,ea ratione,quia pro veritate res iudicata accipitur.*
7 *Transactio est eiusdem vigoris prout res iudicata.*
8 *Prohibitionis ratione cessante,cessat & ipsa prohibitio.*
9 *Liberatio per quæ verba intelligatur legata.*
10 *Verbum (volo) in præsenti prolatum determinationem certam habet,& tractum in futurum.*
11 *Persona loquentis non continetur sub impersonali & generali sermone.*
12 *Mulieres habiles sunt ad testificandum in donatione causa mortis,etiam non rogatæ,ex communi.*
13 *Pisaurum est de terris Ecclesiæ.*
14 *Testes duo & sacerdos sufficiunt in qualibet vltima voluntate de iure canonico.ex magis communi. & si non adsit sacerdos,quatuor testes sufficiunt. ex magis communi.nu. 15.*
16 *Compromissi verba (alto & basso prout ei videbitur) quid importent.*
17 *Statuto stante,quòd de facto procedatur,remissa dicitur omnis solemnitas iuris ciuilis,& manu regia procedi potest secundum naturalem æquitatem.*
18 *Factorum pluralitas non præsumitur.*
19 *Sententiarum pluralitas non præsumitur.*
20 *Pecunia indebita soluta vigore sententiæ denegatur repetitio.*
21 *Heredis ignorantia præsumitur iusta.*
22 *Indebitum dicitur non tantum si verè non debeatur, sed si exceptio aliqua competat vt peti non possit.*
23 *Reclamatio non datur à laudo in quo adsint verba (alto & basso prout voluerit.*
24 *Absolutio à iuramento peti debet quando reclamatur à laudo.ex magis communi.*
25 *Iuramentum semper est seruandum,dummodo non vergat in periculum animæ.ex communi.*
26 *Petitio reductionis à laudo quando non detur.*
27 *Læsio enormissima non potest tolli per quascunque clausulas & renunciationes adinuentas & insertas in compromisso,ex communi.*

DIVINVM ADSIT AVXILIVM.



IN causa reclamationis inter Ioan. Iaco-
bum & Anronium de Castronouo (vt
audio) commissa ad consilium sapien-
tis decidenda , vtique arbitror fore &
esse partes domini Consulentis in decidendo bene
laudatum & arbitratum in fauorem d.Io.Iacobi &
malè reclamatum pro parte ipsius Antonij & victũ
victori &c. Aduertat itaque. Primò do. Consulens
se primi arbitri & officio & vice cum eadem pote-
state functurum , cum in eius locum subrogatus sit,
1 † vt scribit Soci.in consi.121. in causa reclamatio-
nis & nullitatis.col.fi.lib.3.& Abb. in consi.2. col.
j.lib.j.& in c.Quintauallis.sub nu.36. de iureiur.&
Saly.in l.si societatem.nu.26.ver.19.Quæro.ff.pro
soci. & Blanc. de compro. in vlti.q.sub nu.20. ver.
præterea in his. Soci.in l.mulcta.in princi.col.2.de
cond.& demon.facit tex.in l.licet.in fi.C.loca.oc-
currarq; illi prima facie præsumptio quam laudum
2 habere,† vt sit videlicet ritè & iustè latũ, dicit Dec.
in consi.375.iuridicam esse arbitror.col.j. & Cast.
consil.260.Visis compromisso col. pen.nu.6.versi.
circa tertium. lib.j. vbi idem de sententia arbitri &
arbitratoris . Deinde rem ipsam considerans inue-
niet per dictas partes potuisse compromitti , & per
arbitrum bene laudatum,& per Antonium malè,&
non potuisse reclamari.
3 Et primò, indubitati iuris est, de omnibus † ciui
libus controuersijs & rebus posse compromissum
fieri.vt l.si cum dies.§.plenum.ff.de arbitr.& c.j.ex
tra de arbi. vt latè discurit Blanc. in d.tract. in 4.q.
& suę rei quemlibet moderatorem esse. l.in re man
data.C.manda. & l.Polla.in princ.C.de his qui. vt
4 indig.nisi iure de aliqua re sit prohibitum , † quod
si non reperitur, permissum creditur . l. necnon. §.
quod eis.ff.ex qui.cau.maior.& c.j.de procur.in 6.
erat enim inter dictas partes controuersia, vt ex cõ
promisso,colligitur , an creditum ex quadam sen-
tentia per Blasium donnæ Angelettæ esset remis-
sum nec ne , & nullo quidem iure puto prohibitum
hanc causam compromitti,& sentienti contrarium
sine lege non est credendum,per l.illam.C.de col-
la.Nec obstat ꝙ aduersarius excipit , cõpromissum
non tenere tanquàm cõtra rem iudicatam,& tran-
sactionem factum , quia per id nequaquàm rescin-
ditur res iudicata , deq; eius viribus non cognosci-
tur. Imò præsupponitur valida , sed alia causa post
sententiam orta,de remittendo debitum sententiæ
5 tractatur, † cui exceptio rei iudicatę non obstat.vt
l.cum quæritur,cum duabus ll. sequen.ff.de excep.
rei iud.& declarant Bar.Bal. & alij in l.1.C. de iu.
& fac.igno.& in l.ab executione.quor. appellat. &
Cyn.& alij. in l.1.C.de cond.indeb.Quod nõ pos
6 sit super iudicatis compromitti † ratio est,quia pro
veritate accipitur res iudicata.l.ingenuũ.ff. de stat.
ho.& factum per sententiam redditur certum.§.cu
rare.inst.de actio. transactio verò fit de re dubia.l.
1.ff.de transac.hanc rationem ponit glo.quam ibi
probant Bar.& alij.in l.eleganter.in prin.ff.de con
7 dit.indeb.& eiusdem vigoris est trãsactio, † prout
res iudicata.l. non minores. C. de transact. illa ra-
tione etiam super transactis non fit transactio , &
consequenter neque cõpromissum,vt volunt doct.
in l.post rem.& in l.1.ff.de transact.& in l. si causa
cognita.C.eo.& in d.l.eleganter, sed præsens cau-
sa præsensq; dubium in compromisso contentum
nullibi per sententiã apparet aliàs decisum & red-
ditum certum,vel super eo transactum,ergo prohi
8 birionis † ratione cessante cessat & ipsa prohibitio.
arg.l.adigere. §.quamuis.de iure patro.c.cum ces-
sante.de appel.Ita quòd arbiter rectè & iuste secũ-
dum auctoritatem sibi à compromittentibus tradi
tam laudauerit demonstratur . Quia Blasius egro-
tans dixit Angellettæ vt scripturas , quas contra se
habebat,acciperet,& nolebat vt contra eam de eis
aliquid quęreretur,quod idem importat,ac si dixis
set

ſet. Quod mihi Angelleta debet amplius peti no-
9 lo, † & per verba iſta intelligitur legata liberatio.
vt l.quod mihi.& l.3.in prin.ff.de liber.leg.& l.hu
iuſmodi.§.ſi ita.& l.ſeruū filij.§. cum qui.de leg.1.
Nā dicta verba à Blaſio prolata in diſcrimine vi-
tæ poſito,ſi benè conſiderentur,vltimam volunta-
tem ſapiunt,facit d.l. quod mihi. & l.Pamphilo.§.
propoſitū.de leg.3.& l.& ſine.C.ad Trebel.& ali-
qua per Ioan.Fab.in §.1.inſt.de mili. teſta. & facit
doctr.Bar.in l.1.col.1. ſub nu.3.ver. aut habet de-
terminationem.C.de ſum.tri.& fi.cat. vbi ſignifi-
cationem verbi,volo,declarans dicit.ſi verbū, vo-
10 lo, † in præſenti prolatum determinationem certā
habeat, & tractum in futurum, puta per infinitum,
& determinationem accipiat ab actu explicando
per alium,diſpoſitionem inducit,& allegat.l.quo-
niam indignum.C. de teſta. & l. omne verbū.§.1.
C.com.de leg.per quæ iura allegata intelligit Bar.
& loquitur expreſsè in diſpoſitione vltimæ volun
tatis, ad idem Bal.in d.l.1.num.2.in 3.oppo. idem
Bar.& alij in l.ſerui electione.in prin.nu.4.de leg.
1.quæ declaratio verbi, volo, conuenit etiā verbo
nolo, in his quæ diſponuntur per verbum nolo, vt
eſt ī d.l.quod mihi.& quia eius eſt nolle &c.l.eius.
de reg.iur. Quod ad rem noſtram applicatur, in eo
quod dixit Blaſius, (perche non voglio ſe ne ricer
chi altro contra di voi) quæ verba in latinum ſer-
monē rectè poſſunt verti.quia nolo contra te aliud
inquiri,& habet determinationem ab actu per aliū
explicando,& non ab ipſo loquente, quia illa ver-
ba, (che ſe ne ricerchi altro,) in quibus eſt actus
determinationis, ſunt imperſonaliter & generali-
11 ter prolata,& † ſub imperſonali & generali ſermo-
ne non continetur perſona loquentis.auct.ſi quan-
do.C.de conſti.pecu.per l.inſulam.§.fin.ff. loca.&
ita dicendum eſt,dicta verba vltimam voluntatem
ſapere, vt magis diſpoſitio valeat quàm pereat. per
l.quoties. de reb. dub.l. quoties. de verbo.obliga.
quæ etiam fauorabilem mereatur interpretationē,
quia tendunt ad liberationem,iuxta.l.Seia. §.fi.ff.
de donat.cau. mor. vbi ſi decedens abſque mortis
mentione donet præſentj, nō mortis cauſa, ſed in-
ter uiuos donare dicitur, quæ donatio inter viuos
in re noſtra forte abſque inſinuatione diceretur in
ualida. Sed ad hoc reſpōdetur,quòd procedit quā-
do poſſet valere vt donatio inter viuos,quando au
tem valere non poſſet, vt fit ab exiſtente in mortis
periculo,valet in vim donationis cauſa mortis.per
l.apud Celſum.§.Iulianus.ff.de excep.do.iſta eſt re
ſponſio in terminis tradita per Soci.in conſil.130.
lib.1.duplicato in conſi.135.Viſa contingentia fa-
cti.col.3. in 2. dubitatione. ver. quoniam ad hoc
reſpondeo.lib.2.vbi pulchrè vſque ad fi.d.conſ. lo
quitur & tenet ad propoſitum caſus noſtri, pro cu-
ius deciſione eum allego,eaſdem rationes & deciſ.
repetit in conſi.137.col.2.ver. pro his etiam.lib.1.
quæ reſponſio confirmatur per glo.1. in l.fi.C. de
don.cau.mor.quę vult,ſi dubium ſit an inter uiuos
vel cauſa mortis donatio ſit,ſi ſit propè mortem,ꝙ
ſit donatio cauſa mortis,& hoc conceditur per ge-
neralem regulam,vt actus potius valeat.per l.quo-
ties.de reb. dub. qua in ſimili etiam vtitur Corne.
conſi.124.ver.donatio autē.lib.4. & Aym. in con.
139.nu. pen. & vlt. Quæ quidem vltima voluntas
ſeu donatio cauſa mortis hic probata eſt ꝑ presby-
terum parochianum, qui eſt dominus Iacobus, &
12 per tres mulieres, quæ † habiles ſunt ad teſtifican-
dum in donatione cauſa mortis, etiam non roga-
* tæ,vt per glo.communiter approbatam.in l.fin.C.
de codicil. & in l. qui teſtamento.§. mulier. & ibi
doct.ff.de teſta.& ſufficiēter eſt probata de iure ca
nonico. quod ſeruādū eſt Piſauri, quod dicitur de
13 terris † Eccleſiæ,ex cuius iuris diſpoſitione † in qua
14 libet vltima voluntate ſufficiunt duo teſtes & ſacer
dos.c.cum eſſes.& c.relatum.de teſta. & hanc eſſe
* magis com.opin.doct.atteſtatur Soci. in d. conſil.
235.col.2.ver. circa ſecundam dubitationem, etiā
15 † ſi non adſit ſacerdos,ſed quatuor ſint teſtes,ſuffi-
ciunt, vt per Spec.in tit.de inſtr.edi. §.compendio
ſe. verſi. item per ius canonicum, cum quo magis
* communiter doct. tenent, vt inquit Deci. qui hoc
plenè examinat in conſil.284. Viſo puncto & dili-
genter conſideratis.col.4.nu.7.8.vltra locum con.
Alex.allegati per Deci. adduco idem tenere Alex.
con.17.col.pen.nu.9.lib.3.& Couar.in c. cū eſſes.
nu.13.de teſta.& pro com. opin. ponit & ſequitur
Clar.in §.teſtamentum. in q.57. Verum cū hic in-
teruenerit parochianus cū tribus mulieribus aliàs
idoneis teſtibus in donatione cauſa mortis vel fi-
deicommiſſis,ſumus extra difficultatem, quòd ve-
rè probata ſit dicta vltima voluntas, & hoc ſuade-
tur præcipuè in caſu noſtro habere locum, cū cau-
ſa ſit in arbitrum de iure & de facto cōpromiſſa,&
(alto,e baſſo,) prout ei videbitur decidenda, quo
16 caſu † Arbiter etiam ſecundum eius conſcientiam
iudicare debet, & poteſt admittere & recipere pro
bationes etiam non plenas ſed perſuaſiuas, vt fir-
mat Dec.in conſi.178.in cauſa quæ proponitur.in
fi.vbi ad hoc alleg.Bald.in l.ſolam.in fi.C.de teſt.
& Aret.in conſil. 127. in cauſa dominæ Antoniæ.
& in l.cum qui.§.filius.in 2.not.ff.de acq.hær. Nā
per uerba hæc,(de facto & alto è baſſo,) in cōpro-
miſſo inſerta commiſſa eſt arbitratori facultas iudi
candi ſecundum eius liberā uoluntatem,ut ad ſen-
ſum patet, & probatur de uerbo (de facto) per ea
quæ ſcribit Bar.in extrau.ad reprimendum. in ver.
videbitur,propè finem,vbi dicit, quòd ſtante ſtatu
17 to † vt de facto procedatur,quòd remiſſa ſit omnis
ſolemnitas iuris ciuilis, & manu regia procedi poſ
ſit ſecundū naturalem æquitatem.Ideo ſolutus erit
arbiter à regulis iuris ciuilis, & ſolum tenebitur ſe
qui regulas iur. gentium & naturalis æquitatis, vt
per Bar.in d.ver.videbitur.ver.tertio caſu principa
li.de iure.n.gentiū & naturali & diuino in ore duo
rum vel trium ſtat omne verbum,inquit Bar.in l.fi
liusfamilias. ff.de donat.liberum fuiſſet ergo d. ar
bi.duobus teſtibus credere,& hæc pro iuſtificatio-
ne laudi ſufficiant.

Inſuper poſſet adhuc dubitari, quòd non cōſtat
Blaſiū in d.diſpoſitione ſenſiſſe de dicta ſententia.

Reſponſio

Responsio est facilis, quia non apparet ipsum Blasium in alia re esse creditorem Angeletta, vel aliàs litigasse, nisi quò ad dictam sententiam obtinendã ex causa famulatus, de ea ergo sentit in dicta dispo-
18 sitione, cum factorum † pluralitas non præsumatur, vt l. asseueratio. C. de consti. pecu. not. Bald. in l. neque natales. colum. 2. sub nu. 3. C. de probati. quod verum esse, dicit Fel. in cap. auditis. column. 15. de præscrip. & in cap. cum Ioannes. column. 3. & sequ. de fi. instrum. & plenissimè Ias. in l. 2. colum. 4. uersi. primum est. C. de bon. poss. secundum tab. vbi pro-
19 priè dicit, quòd † pluralitas sententiarum non præsumitur, secundum Bal. sub nu. 5. & Sal. nu. 3. in l. 2. C. de erro. aduo.

Posset forsitan oriri q̃stio & dubitatio, in quantũ arbitrator Antoniũ hæredem dicti Blasij condemnauit pecuniam per eum acceptam ad restituẽdum donnæ Camillæ filiæ & hæredi dominę Angelletæ prædictæ tãquàm indebitè solutam, cum fuerit soluta vigore sententiæ, qua de re indebitæ solutæ
20 pecuniæ denegatur repetitio, † vt l. 1. C. de cond. in deb. facilis pariter est responsio, quia fuit indebitè soluta ex causa post sententiam orta, & per eius repetitionem non venitur contra sententiam, sed ea præsupponitur vera, quo casu repetitionem dari tenet Bar. in d. l. 1. in fi. & l. 1. §. & parui. in fi. ff. quod vi aut clam. Ignorans enim dicta Camilla dictam liberationem soluit, ut iusta pręsumitur ignorantia,
21 quia hæres † per l. qui in alterius. de reg. iur. & aliàs ignorantia semper præsumitur, vt l. verius. ff. de proba. Concedenda est ergo repetitio indebitè & ignoranter soluti, vt l. 1. & l. quod indebitè. ff. de condi.
22 indeb. dicitur autem indebitum, † non tantum si verè non debeatur, sed si exceptio aliqua competat vt peti non possit, vt l. si non sortem. §. indebitam. & l. qui exceptionem. in pr. ff. eo. & d. Camilla non solum exceptionem habet, sed fideicommissum petere potest, ut liberetur, per d. l. quod mihi. & l. 3. §. nunc de effectu. & ibi Bart. & in l. Aurelio. §. Gaius. nume. 2. de libe. legat. & l. si creditores. C. de fideicommi. ergo pro isto legato liberationis eius, quod ipsa domina Camilla ignorans soluit, sibi competit repetitio, per text. in dict. l. si non sortem. §. adeo autem. & ibi Barto. Salyce. Fulgo. & Castrens. tradunt. Ideo dictum laudum iustè latum apparet.

Superest vltimò breuibus ostendere, quòd dictus
23 Antonius à dicto laudo non potest reclamare, † ẽt si læsus sit propter potestatem arbitratori datam. (alto & basso) arbitrandi vt voluit Host. in c. humilis. de maior. & obed. quam ibi Feli. dicit ꝙ omnes doc. extollunt, & cum fuerit iuramento promissum stari & non veniri contra laudum, dato ꝙ potuisset
24 reclamare, † debuit tamen peti absolutio à iuramẽto, vt per Papien. in pract. in for. libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso. in uersicu. nec reductio. & Corne. consi. 221. colum. 5. uer. tam quando. lib. 2. & Paris. consi. 44. colum. 3. nu. 16. lib. 1. dicit magis
* esse comm. opin. prius habendam fore absolutionẽ à iuramento antequàm reclametur à laudo etiã iui
25 quo, per tex. in c. 2. de arbi. quia † iuramentum semper est seruandum, dummodo non vergat in periculum animæ. c. cum contingat. extra. de iurei. cum
* simil. ita etiam esse communem doctrinam non da
26 ri † petitionem reductionis vbi interuenerit iuramentum & nõ appparet dolus, sordes, vel gratia arbitratoris, nec interuenerit enormissima læsio in toto, tenet Castr. consi. 260. uisis compromisso. col. 2. sub ver. si verò vellet. lib. 1. licet daretur reclamatio
27 allegando enormissimam læsionem, quæ non † potest tolli per quascunque clausulas & renunciationes adinuentas & insertas in compromisso, ita esse
* commun. opin. & obseruantiam, alios allegãdo, probat Dec. consi. 11. colum. 5. nume. 6. & consil. 39. column. penult. nume. 6. refert & ali. Ancha. Reg. in q. 4. nume. 3. & sequen. lib. 2. & Bero. consil. 33. lib. 3. & Menoc. de arbitr. Iudi. cas. 73. lib. 2. centu. 1. sed hanc disputationem hic superfluam credo, quia nullus dolus arbitratoris probatur, & arbitramentũ apparet iustè & rectè latum. Ideo cõfirmandũ à Domino Iudice, idque à partibus obseruandum puto. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CXXV.

ARGVMENTVM.

Consilij materiam per capita in eius initio habes, & per discursum, eiusque lecturam tractatam materiam confessionis extraiudicialis, eiusq; probationis cognosces.

SVMMARIVM.

1 Confessio de incerta quantitate nõ valet, nisi vt fiat coactio ad certificandum.
2 Stipulatio in his quæ pondere, mensurane constant, sine adiectione mensuræ, vel ponderis inualida est.
3 Confessio extraiudicialis non est noua dispositio, sed probatorum probatio.
4 Confessio, sicut qualibet alia probatio, debet esse certa & concludens, vt probet.
5 Testis tantum probat quantum dicit.
6 Testes interrogati de formalitate verborum alicuius, si deponant de forma valde differenti, nõ sunt contestes, neque probant.
7 Testes singulares non probant.
8 Affinis est testis suspectus.
9 Cohabitans & comedens cum aliquo est testis suspectus.
10 Impedimenta duo magis impediunt.
11 Testes singulares in suo dicto non debent iungi ad plenã probationem faciendam.

Di-

12 *Diuersitas temporis vel loci in actu reiterabili induceit singularitatem, vt testes videantur loqui de diuersis factis.*
13 *Testium singularitas alia est obstatiua, alia diuersificatiua, alia adminiculatiua.*
14 *Testes singulares non sufficiunt quãdo agitur de probando vnam certam confessionem vnius debiti tantum, quia possent intelligi deponere de alio debito, aut de cõfessione alterius debiti quàm illius de quo agitur,*
15 *Species plures imperfectæ nihil operantur.*
16 *Indicia plura simul iuncta non faciunt vnum perfectũ inditium, nisi ipsa separata vnumquodque de per se in genere suo sint perfecta.*
17 *Confessio non acceptata non præiudicat confitenti. ex communi.*
18 *Debitor non liberatur soluendo alij sine iussu creditoris, vel nisi creditor ratam habuerit solutionem.*
19 *Ratihabitio fit verbo vel aliquo actu.*
reuocari. ut. l. quod iussit. & l. iudex. ff. eo. & hoc indubitatum & notissimum est, uerum primus Iudex, (ut audiui) motus fuit ad reuocandam primam pronunciam & executionem uigore Rescripti Illustriss. Ducis ad preces uxoris hæredis usufructuariç dicti Ioā. Vincentii, quod quidem Rescriptum minimè refragatur.

Primò, quia dictum rescriptum non loquitur de aliqua reuocatione, neque etiā nos loqui debemus argu. §. cum igitur. in authen. de non eligen. secun-
3 do nuben. & l. penulti. ff. si quis à par. fuc. manu.
& l. uentri. ff. de cur. dat. ab his, & rescriptum † ad litem debet strictè interpretari. Felin. in cap. causam quæ, colum. 8. uer. Quarta declaratio. de rescrip. in quantum dicit super uer. rescripta ad liteș strictius sunt Interpretanda, & Paris. consil. 107. colum. fin. nume. 23. & consil. seq. nume. 18. lib. 4. & Bero. consi. 112. nu. 6. lib. 3. & Soci. consi. 96. col. 3. uer. & maximè. lib. 1. ubi dicit huius sentētiæ assignatam rationem esse, ne derogetur iurisdictioni ordinariæ, neve derogetur ordinario modo procedendi à lege introducto. c. causam quæ inter. de rescript. ac ne derogetur parti q̄ lçderetur ex tali rescripto. l. ij. §. si quid à principe. ff. ne quid ī lo. pub. & c. quamuis, de pact. in 6.

Scdō, d. prima pronuncia transiuit in rē iudicatam, & dictum rescriptum non ualeret contra sen-
4 tentiam, † quæ in rem iud. transiuit. l. fin. C. sent rescin. nō posse, & l. fi. C. de erro. Aduo. & dicit Dec. in consi. 198. col. 2. & Ias. plenè in consi. 47. lib. 3. neque etiam potest præiudicare iuri quæsito ipsius
5 creditoris † ut per Bar. in proẹm. ff. & Dec. in dicto
consi. 198. col. fi. etiam facit tex. in l. 2. C. de preci. impera. offer. esset enim præiudicium dicto creditori si non posset uenire contra hæredem d. Io. Vincentij, qui forsan melius est soluendo, quàm sint hæredes Anto. itaque interest plures habere
6 obligatos † institu. de fideiuss. in princip. & rescri-
ptum Principis non prçiudicat iuri singularis per-
7 sonæ † etiam ex certa scientia, nisi contineat clau-
sulam (non obstante) tenet Felin. qui alios alleg. in cap. cum nulli. colum. 20. uer. limita secundò, & col. 22. uer. considera tertiò. de rescrip. nāq; rescripti est nemini præiudicare, inquit Dec. consi. 209. nu. 5. & seq.

Quòd non lædat ius creditoris dictū rescriptū, declaro, rescriptum habet uim legis in negotio sup
8 quo impetratum est † inst. de iu. nat. gent. & ciui. §.
sed & quod Principi. & l. 2. de leg. C. uerba legis, q̄ referuntur ad iudicem important officium Iudicis. glo. est in uer. restitui. in l. si soror. C. de collat. & Bar. in l. j. col. 3. sub. nu. 6. ff. de condi. ex. l. Iudex
9 officium suum non impartitur † nisi petenti. l. 4. §.
hoc autem iudicium. de dam. infec. & l. si quis apud aliquem. §. fin. & ibi not. Bar. ff. iud. sol. & sic dictū

rescriptum dirigit uerba ad iudicem, cum dicat, Potestas cogat Antonium &c. & officium Potestatis requiri non debet nisi à domina Gigantina, cũ tendat ad conseruationem eius indemnitatis p copulam, & † coniungentem sensum & uerba ipsius
10 rescripti iuxta diffinitionem gramatici, facit.l.si ita quis promiserit.de uerb.oblig.& l.si hæredi plures ff.de condi.insti.cum simil. Nam creditor non habet attendere dictum rescriptum, quia non curat indemnitatem D. Gigantinæ, sed ipsa quærat seruari indemnis conueniendo hæredes Antonij, & creditori salua est electio conueniendi insolidum quemcunq; uult, & per rescriptum non fuit adempta, cũ in eo dicatur (prout de iure) quod est de na
11 tura † rescripti. Dec. in d. consi.209. num.4.in fin. & nume.5.proinde dicit, naturam rescripti esse nõ præiudicare alicui, ideo esse modici præiudicij, & eius uerba reduci ad ius commune debere. Barb. inter consi.Alexan.consi.fin.in fi. lib 4. nec adimi potest talis electio ut non eundo per mẽdicara suffragia & aliter in rationibus, auctoritatibus & argumentis non insistendo, allego in terminis tex. in l.2.C.de duob.reis.ubi dicit tex. quòd quis in precibus debeat exprimere, an eius correus insolidum uel pro parte sit obligatus, & in decisione dicit, si correus pro parte sit obligatus, creditor utrunque non potest nisi pro parte conuenire, iuxta fidẽ contractus, si uerò quisq; insolidum obligatus sit, electio quam habet creditor per rescriptum adimi nõ debet, itaque per d.tex.decisa est omnis dubitatio, & ibi Bal.& Sali.tradunt, & Fulgo. dicit Principẽ
12 † suo rescripto tollere non posse electionem creditori nisi ex certa scientia hoc fecisset, remittendo se ad no.in l.Quoties.C.de prece.imp.offer.& debet esse specialis derogatoria d. legis prohibentis rescriptum, latè scribit Fulg.consi.62.col.fi.& Rui. consi.107.nu.18.lib.4.& Anguissola.consi.17.nu. 6.in mate.cri.ut per Bar.& alios in l.fin. C. si contra ius uel utili.pub.& Ayni. consil. 126. col. 1. & seq.ubi concord.& discord.cumulando firmat esse
* commu.opin.de clausula speciali derogatoria requisita in rescripto, idem Ias.in l.quod in rerum. §. fin.in.1.not.de leg.1.quod sic factum non apparet: Ergo & malè reuocauit commissam executionem primus Iudex, creditorem priuans electione conueniendi quemcunque uelit ex debitoribus sibi in solidum obligatis, idq; corrigendum est per d. Iudicem appellationis, iux.d.l.5.de appel.& in expensis
13 pars aduersa condemnanda est, † cum ex primis actis succumbere debet.ut uoluit Bar.in l.generaliter.§.sed iuramento si iudex.C.de reb. credit. quã sequitur & plenè tradit Ias.in l.properandum. §.siue autem alterutra.col.8.C.de Iud. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXXXI.

ARGVMENTVM.

De legato, an possit ab hæredibus peti non adita hæreditate, & an legatarius certæ rei possit aliqua exceptione repelli à re petita. & de cessionario eodem iure valente vti quo cedens.

VMMARIVM.

1 Remedia pro consequenda re legata quot in iure tradita sint.
2 Rei vindicatio requirit dominium ex parte agentis, & competit legatario cum hæreditas sit adita, quia verè tunc dominium in eum est translatum, & cedit dies vt peti possit. nu.3.
4 Actio hypothecaria competit legatario contra alias res testatoris, non autem pro ipsa re legata. & est communis opinio.
5 Regula, quòd legatum non debeatur non adita hæreditate, remanet firma in casibus non exceptuatis.
6 Officium iudicis quo casu non competat.
7 Possessorium interdictum quorum bonorum non datur contra titulo possidentem.
8 Instrumentum diuisionis productum inter easdem personas, probat.
9 Cessionarius eodem iure retentionis utitur quo cedens.
10 Recipiens per generalem obligationem prior, potior habetur eo qui post accepit obligationem specialem.
11 Confessio in diuisione facta inter fratres, probat contra eos.
12 Legatum rei alienæ, & rei obligatæ æquiparatur.
13 Litigans temerè condemnandus est in expensis.

VERE DEVS DOCE ME QVAESO
viam veritatis & iustitiæ.



Viso processu inter hæredes ser Orphei ex vna agentes, & dominum Federicum ex alia se defendentem mediantibus eorum procuratoribus agitato, De duobus principaliter quærendum arbitror.

Primò, an petitum legatum debeatur & peti possit, ex quo non apparet adita hæreditas Lucani testatoris. Secundò, dato quòd peti possit dictum legatum, an aliqua obstent vt consequi à petentibus legatum prædi. non possit. Et primò præmitto, q

pro

2 pro consequenda re legata † in iure sunt tradita tria remedia, personalis actio ex testamento, & rei vindicatio, & actio hypothecaria, quæ habentur in l. 1. circa prin. C. com. de leg. & in §. 1. insti. de leg. vtro bique doct. & in l. 1. ff. de leg. 1. & actio personalis pro legato ualido & continente vtilitatem alterius datur contra hæredem d. l. 1. com. de leg. & oritur ex quasi contractu celebrato per actum aditionis hæreditatis inter hæredem & legatarium. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & obliga. & l. apud Iulianum. §. fina. ex quib. in possess. ea. & §. hæres. inst. de obliga. quæ ex quasi contrac. tradit Math. Felic. inter consi. Castr. consi. 259. omnis. column. 1. lib. 1. & Lauren. Calcan. consil. 18. column. 3. nume. 14. Cum enim hæreditas adeatur, tunc nascitur actio personalis ex testamento, vt per Io. Fab. in §. peculium. inst. de legat.

2 Rei vindicatio † quę dominium ex parte agentis requirit. l. in rem. in princip. de rei vindi. cum simil. legatario competit cum hæreditas sit adita, quia verè tunc dominium in eum est translatum, gloss. est in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & gl. in vers. statim. in l. 3. §. si rem. de leg. 3. & Bart. in l. si quis ita. la 3. ff. de condit. institut. & doctor. in d. §. cum seruus. namque à morte testatoris in legatarium dominium rei legatæ transit fictè. per l. à Titio. de fur. & tale dominium solũ operatur transmissionem ad hæredes, si legatarius decedat, sed

3 post aditam † hæreditatem verum est translatum dominium in legatarium, & cedit dies vt peti possit. l. cedere diem. de verborum significat. ita habetur per gloss. magistram. in ver. cedere. in l. 1. §. causa igitur. de cadu. tol. & ibi Bart. & Alexand. in l. 3. col. 3. versicu. item adde circa responsionem. de lega. 1. vbi refert Bald. d. gloss. singu. reputare in l. fi. in princip. C. de testamen. milita. & quòd pro legatis competat vindicatio adita hæreditate dicit expressè Bart. in dict. l. 1. versicu. item oppo. quia per fideicommissum. C. com. de lega. per d. l. si tibi homo. §. cum seruus. adita hæreditate ex testamento per hæredes scriptos in eo, vel ex clausula codicillari per venientes ab intestato, sic omnes sequuntur, dicit Alexand. consi. 5. colum. fin. num. 9. lib. 2. & Nat. consil. 23 t. ad fin. & Gomes. tit. 11. de lega.

4 nume. 11. to. 1. Actio † hypothecaria competit contra alias res testatoris, non autem pro ipsa re legata. vt l. 1. in fin. com. de leg. & gloss. in versi. hypo-

* tecaria. in §. 1. insti. de leg. & ita communiter teneri inquit Ias. in l. 1. col. fin. versicul. secundò, de legat. 1.

Ex quibus præmissis, licet notis, Indubitata iuris cõclusio colligitur, dictis hæredibus ser Orphei pro dicto legato non competere actionem personalem ex testamento, neque rei vindicationem, cũ hæreditas Lucani testatoris non appareat adita, nec videtur ꝙ præsens casus sit vnus de exceptuatis, per gloss. & Barto. & doct. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Videlicet vt dictum legatum debeatur etiam si non sit adita hæreditas, vt ibi potest vi-

5 deri, vnde regula, ꝙ † legatum non debeatur non adita hæreditate, remanet firma in casibus non exceptuatis. l. quęsitum. §. denique de fundo instruc. cum simil. Et quo ad hypotecariam actionem non est pertractandum, quia ipsam rem legatam petere videntur dicti legatarij. Præterea ex serie petitionis dictorum legatariorum videtur intentari personalis actio, quæ datur contra hæredem, neque rei vindicatio, quę cõcernit dominium, sed quoddam possessorium, & non est possessorium, quorum legatorum, quia in eo concluditur vt possessio hæredi restituatur à quo eam possit legatarius consequi,

6 vt l. 1. in prin. ff. quo leg. nec officium iudicis † cum ante possessionem domini Federici nunquàm possederint, vt requiritur per Guid. Pap. quę. 362. circa m ed. cum qua transit, non tam aduertens de possessione prius habita sic potius recuperanda quàm adipiscenda alioquin acutissimi ingenij Menoch. de adipiscen. possess. remed. 2. num. 84. & sequen. & repetit in remed. sequen. nume. 32. sed videtur conclusum ad restitutionem possessionis, iuxt. l. fina. C. de edic. di. Adri. tol. & minus etiam competit legatario remedium. dict. l. finalis. vt ibi per glos. in ver

* sicu. ex parte, & doct. ibidem communiter tradunt Item possessorium quorum bonorum à dictis hæredibus intentari non potest contra dictum dominum Federicum, quia ipse dominus Federicus titulo emptionis dictam domum possidet, & eius auctrix titulo adiudicationis insolutum seu secundi decreti possidebat, qui sunt tituli validi, vt per docto. in l. traditionibus. C. de pact. & quorum bo-

7 norum † non datur contra titulo possidentem. vt l. 2. C. quorum bon. & l. 1. ff. eo. & ibi gloss. & docto. & Alexand. consil. 4. colum. 1. nume. 5. lib. 2. comprobat Menoch. dict. tract. de adipiscend. remed. 1. quæst. 14. nume. 60. Ergo debent omnino succumbere dicti actores tanquàm sine actione saltim cõpetenti experientes, quod non permittitur, vt l. quoties. §. item si temporali. ff. de administra. tuto. & l. si pupilli. §. si. de nego. gest. cum vulga.

Capio secundam quæstionem supra formatam. Vnde dato (quod quidem negatur) per supradicta ꝙ dictum legatum debeatur & peti posit, nihilominus multa obstant ꝙ d. legatarij nõ possint obtinere, & primò D. Io. quæ vẽdidit D. Federico pro sua dote, quam dederat ser Io. Petri d. Lucani dictã domum, vt dicitur legatam & remanentem in hæreditate dicti ser Ioan. vt constat in instrumẽto diuisio

8 nis producto, quod inter † easdem partes probat, ꝑ l. optimam. C. de contrahen. & com. stipu. legitimè posset retinere fauore dotis, vt per Ias. qui alios allegat in l. si non sortem. §. si centum. in fi. ff. de cõ di. indebi. qui hoc reputat menti tenendum, id esse de iure clarum auctoritate Bald. & per c. ex literis. de pign. dicit Dec. consi. 235. col. 3. nu. 7. cõsi. 449. nu. 23. & eo magis posset dictam domum retinere ipsa D. Ioann. quia ei pro sua dote adiudicata fuit insolutum, propter quod dominium eius in ipsam translatum est. per l. si finita. §. Iulianus. & ibi doct. de damn. infect. & Alexand. in d. l. traditionibus.

9 nume. 5. C. de pact. & eodem ergo iure † retentio-

 nis

nis vti posset ipse domi. Federicus cui cessa fuerunt
omnia iura super dicta domo, per dict. domi. Ioan.
vt constat in instrumento emptionis cum suis clau
sulis. l. de accessionibus. ff. de diuer. præscri. l. empto
ri. C. de euict. vt in terminis plura allegando com-
probat Aym. con. 148. nume. 1. 2. Secundò, sub ge-
nerali obligatione facta per ser Ioann. recipientem
dotem à d. D. Ioan. eius uxore dicta domus erat o-
bligata eidem D. Ioan. pro dote, per l. final. C. quæ
res pigno. obliga. pos. & per generalem obligaiio-
10 nem qui prior recipit † potior habetur eo qui post
accepit obligationem specialem. l. si generaliter. C.
qui pot. in pign. habe. & l. qui generaliter. C. qui po
te. in pigno. hab. & l. qui generaliter. ff. eo. & si non
adesset dicta obligatio & hypoteca pro dote, ta-
men à lege tacitè inducitur, vt l. 1. §. & vt plenius.
C. de re. vx. act. & l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.
& apparet manifestè per dictum instrumentum di-
uisionis inter Lucanum testatorem & Anselmum
fratrem factum, quòd dicta domus & non alia bo
na stabilia hæreditatis dict. ser Ioan. per eorum pa-
ctum expressum est hypotecata pro dotibus d. ser
11 Ioan. vt ibi. contra quos fratres diuidentes † pro di
cta domina Ioanna fauore suæ dotis probat dicta
eorum confessio, Barto. consi. 123. factum sic se ha-
bet. Castr. consil. 92. q præfata. libro secundo Ale-
xand. consil. 99. columna prima. lib. 7. latè compro
bat Bal. Nouel. in tract. de do. in 6. par. in priuileg.
78. Vnde cum dicta domina Ioanna pro parte sua
ostenderit per publicum instrumentum ser Ioann.
eius maritum ab ea recepisse dotem per dictam ge
neralem obligationem, & secundum conuentio-
nem dictorum fratrum & hæredum ser Ioan. sit hy
potecata d. domus pro dotibus, & d. Lucanus eā
dem domum legauerit, scienter vel ignoranter nō
curo, dicti legatarij non possint vindicare eam, sed
sibi prouideant, prout habetur in text. & per doct.
in l. si res obligata. de leg. 1. & in l. prædia. C. de fi-
deicommiss. ponit Ioseph. Assien. in decis. Peru. 23.
nume. 38. Videlicet eundo contra hæredes, vt eam
luant, si tenentur quod pro nunc non determina-
tur, fat est pro casu nostro, quòd dictam domum
obligatam vt supra non possunt vindicare dicti le
12 gatarij, & probatur, quia † legatum rei alienæ & rei
obligatæ æquiparātur. §. si rem suam. instit. de leg.
Ias. in dict. l. si res obligata. nu. 13. & libellus pro le
gato rei alienæ debet concludere contra hæredem
vt rem redimat, & prestet vel soluat estimationem,
vt per Bart. in l. cum alienam. versi. vlterius oppon.
C. de le. & est expressum in tex. dict. §. si rem suam
versi. idem rescripserunt. in fin. Imò cum d. domus
à d. Domina Ioan. creditrice fuerit uendita, legata-
rij non possunt conuenire heredem nisi pro pretio,
text. est in d. l. prædia. C. de fideicomm. & ubi text.
habemus, vanum existimo concord. doctorum cō-
gerere cumulum. Itaque ex prædictis omnibus re-
manet firma conclusio, q D. Federicus emptor nō
potest molestari super dicta domo à dictis legata-
13 rijs, qui omnino vt temerè litigantes † condēnādi
sunt in expēsis, iuxt. l. eum quē temerè. ff. de iud. cū
vul. Adde decisionē dictæ quæstionis traditam per
Bald. in l. finali. §. etsi præfatam. C. de iure delibe-
ran. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXXXII.

ARGVMENTVM.

Petitorij, Possessorij & Præscriptionis materiæ latissimè tractantur. quò ad prioritatem, potioritatem & probationem in ipsis. Et de primo & secundo decreto, & immissione in possessionem ex ipsis. Et de nullitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio libelli semper est attendenda pro cognoscenda actione intentata.*
2 *Coniecturis non est opus in claris.*
3 *Cumulatio possessorij recuperandæ possessionis & petitorij de iure fieri potest, & regulariter permissa est actionum cumulatio.*
4 *Testimonium de auditu alieno regulariter non admittitur.*
5 *Testis de auditu quibus concurrentibus admittatur in probanda consanguinitate.*
6 *Testis de auditu non est verus testis, & tale testimonium est præter & contra formam iuris.*
7 *Antiquum inducitur solum per metam centum annorum. ex communi.*
8 *Probationes fiunt iudici.*
9 *Probationes non verisimiles sunt rejciendæ.*
10 *Probari quod potest, legitimè probandum est.*
11 *Testes super interrogatorijs tenentur dicere veritatem pro vtraque parte.*
12 *Remedio recuperandæ possessionis vt quis obtinere possit, quid sit necessarium.*
13 *Possessio antiquior probatur per tantum tempus cuius initij non sit memoria in cōtrarium, quod habet vim constituti & priuilegij.*
13 *Possessio antiquior præualet in possessorio iudicio.*
15 *Possessio antiqua præsumitur habere iustitiam permanentem.*
16 *Remedium Canonis reintegrandæ competit spoliatis & citatis contra spoliantes existentes.*
17 *Testes actoris & rei si contraria deponant, statur dignioribus & verisimiliora deponentibus. Quid si pa*
res

res sint in dignitate & verisimili depositione.

18 *Testes si sint in omnibus aequales, nihilominus pro reo praesumendum est.*

19 *Possessio vacans quando dicatur.*

20 *Possidere, saltem naturaliter, eandem rem non possunt.*

21 *Exceptio (non possedisti, vel non potuisti possidere) excludit agentes etiam remedio recuperandae.*

22 *Reus in dubio est absoluendus.*

23 *Fauor qui reo praestatur in sententia etiam locũ habet in probationibus.*

24 *Dominium in iudicio petitorio principaliter probandũ est in rei vindicatione.*

25 *Dominium transfertur ex secundo decreto.*

26 *Probare quis se debet talem qualem se facit.*

27 *Testis de auditu alieno non probat.*

28 *Praepositi artium non cognoscunt de non pertinentibus ad artem.*

29 *Priuilegij causa limitata facit priuilegiũ non posse trahi extra suos limites.*

30 *Rectores alicuius artis non habent iurisdictionem nisi in his quae pertinent ad illam artem.*

31 *Officialis quilibet hodie non habet iurisdictionem nisi in quantum à statutis ei tribuitur.*

32 *Arbiter non habet potestatem nisi ad contenta in compromisso.*

33 *Fatetur quisque quod narrat in libello.*

34 *Obligatio de facili non conceditur.*

35 *Instrumentum depositi habet paratam executionem.*

36 *Aequiparatio est inter non apparere, vel non esse,*

37 *Verba vniuersalia nihil excludunt.*

38 *Petitio super qualitate tribuente iurisdictionem fundari & probari debet.*

39 *Iudex scire debet illud ex quo principaliter sibi iurisdictio competit, quod si ignoraret, processus coram eo factus esset nullus.*

40 *Contrario vno cognito & reliquum cognoscitur.*

41 *Adiudicationes concedi debent per iudicem competentem.*

42 *Exceptio nullitatis ratione incompetentiae iudicis nunquam est sublata. & semper potest opponi, si etiam extet statutum, vel dicatur quòd dici non possit de nullitate.*

43 *Contumax non intelligitur consentire in iudicem non suum.*

44 *Sententia incerta non habet vim iudicati, & est nulla.*

45 *Nullitas patens ex inspectione sententiae semper potest opponi, non obstante statuto quòd nulla exceptio opponatur.*

46 *Missio in possessionem bonorum & adiudicatio non potest concedi nisi pro mensura & quantitate debiti declarati.*

47 *Dominium ex secundo decreto non transfertur nisi facta traditione.*

48 *Genitiuus de sua propria & stricta significatione importat dominium.*

49 *Nominum diuersitas inducit diuersitatem personarum.*

50 *Vnius quae sunt non possunt esse alterius vno & eodem tempore.*

51 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione validum est in iure.*

52 *Sententia qualibet est stricti iuris.*

53 *Rescriptum est stricti iuris*

54 *Pluralitas rerum praesumitur.*

55 *Defectus dominij agentium quomodo appareat.*

56 *Negatiua alicuius actus qui debuit interuenire tempore sententiae probatur per inspectionem ipsius sententiae & eius verborum narratiuorum.*

57 *Argumentum à communiter accidentibus & à solitis, validum est in iure.*

58 *Absens quis dicatur.*

59 *Absens quis in dubio praesumitur nisi probetur praesens.*

60 *Praesens in iudicio non est aliter vocandus & citandus.*

61 *Sententia pro absente & non contumace lata valet. ex communi.*

62 *Opponi semper potest id quod euidenter constat ex scriptura sententiae.*

63 *Interloquutoria ferri pro absente potest, ex Angelo.*

64 *Interloquutoria secundi decreti habet vim diffinitiuae.*

65 *Interloquutoria diffinitiuae vim habens etiam pro absente ferri non potest ex Alex. & Socino.*

66 *Defectu sententiae apparente ex inspectione ipsius, pro ea non praesumitur etiam in facto antiquo.*

67 *Exceptio quae patet ex sententia semper potest opponi.*

68 *Exceptio nullitatis quae patet ex inspectione actorũ semper potest opponi.*

69 *Ius excipiendi est perpetuum.*

70 *Sententia nulla ratione incompetentiae iudicis, ratione incertitudinis, & propter absentiam partis pro qua fuit lata, nunquam transit in rem iudicatam.*

71 *Sententia aliqua ratione nulla nullum operatur effectum.*

72 *Possessorio tempore triginta annorum praescribitur remedio Canonis reintegranda.*

73 *Praescriptione triginta annorum, cum non sit contra ius commune, sufficit continuata possessio cum bona fide, etiam sine titulo.*

74 *Verba (quietè & pacificè) intelliguntur sine controuersia iudiciali vel extraiudiciali, iuris vel facti.*

75 *Bona fides semper praesumitur nisi probetur contrarium.*

76 *Bona fides probatur ex possessione decem annorum.*

77 *Praescriptio quinquaginta annorum & vltra quãcunque malam fidem purgat & bonam inducit.*

78 *Praescriptionum interrumpendi modi, remissiuè.*

79 *Praecepta fieri non possunt absenti, etiam cum clausula, si senserit se grauatum.*

80 *Praescriptio vt interrumpatur, requiritur quòd moueatur actio contra quam currebat praescriptio*

81 *Processus defectu iurisdictionis nullus praescriptionem non interrumpit.*

82 *Citatio non interrumpit praescriptionem triginta annorum*

rum, nisi actor in termino citationis se præsentauerit,
& debitum suum fecerit.
83 *Tempus etiam mille annorum non facit præsumi man*
datum.
84 *Exceptio falsi procuratoris semper potest opponi.*
85 *Mora quis non constituitur per interpellationem à pro*
curatore factam, nisi prius ipse procurator fidem fece
rit de mandato.
86 *Denunciatio facta ab eo quem nescit denunciatus habe*
re ius denunciandi non constituit denũciatum in ma
la fide. ex communis.
87 *Citatio & litis contestatio nulliter facta non interrum*
pit præscriptionem
88 *Actus necessarius ad interrumpendam præscriptionem*
si fiat ineptè & nulliter nihil operatur.
89 *Præscriptio non intelligitur interrupta per contestatio-*
nem litis, quando actores desistunt à lite.
90 *Præscriptio triginta annorum non procedit sine bona*
fide.
91 *Exceptio præscriptionis est litis finita.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO
viam veritatis & iustitiæ.


N causa illorum de Bernarduciis contra
Antonium Ard. mota, videtur simul in
tentatum possessorium & petitorium,
vt colligitur ex conclusione libelli agẽ
1 tium. Quæ quidem conclusio † semper est attenden
da pro cognoscenda actione intentata, Bar. in l. cer
ti condictio. in princ. col. 1. ff. si cert. pet. & Deci. in
consi. 136. in prin. & Ias. in §. 1. nu. 116. inst. de act.
De petitorio constat conclusum. ibi. dicta possessio
ad principales domini Lucæ spectasse ac pertinuis-
se iure dominij vel quasi &c. per ea quę vult Bar. in
l. Pomponius. §. sed etsi. ff. de procu. & in l. & ex di-
uerso. §. ubi autem. in princip. ff. de rei vindi. de pos
sessorio quoque clarius liquet per cætera uerba con
clusionis dicti libelli, & per expressam deductio-
nem. cap. reintegranda. 3. q. 1. in libello factam, qđ
est remedium reintegrandæ possessionis, vt est no-
tissimum, & sumus in claris vbi non est opus conie
2 cturis, † vulg. l. continuus. §. cum ita. de verborum
oblig. & l. si quis ad declinandam. §. hæc tamen. de
episcop. & cler. & faciunt dicta per Dec. in con. 57.
3 col. 1. & quãuis † cumulatio possessorij recuperan-
dæ poss. & petitorij de iure fieri possit, vt per doct.
in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss.
& in cap. pastoralis. de cau. possess. & propri. & regu
lariter permissa sit actionum cumulatio, vt per Fe-
lin. post alios in c. significantibus. col. 13. de libel.
obla. De vtroque ergo est videndum, qui nam me
liora iura habeant, an reus vel actores, & primò er
go ad possessorium.

Vt melius de iuribus agentium & rei conuenti
perscrutari possit, diligenter videnda sunt dicta &
attestationes testium pro vtraque parte examinato
rum. Capio itaque attestationem Bartholomæi pri
mi testis pro actoribus examinati, qui super primo
cap, & sequentibus de persona & possessione Iaco-
bi asserti actoris, & fratris Vici & Petri, nihil dicit
4 scire nisi de auditu alieno, & sic non probat, & † te
stimonium de auditu alieno regulariter non admit
titur, vt not. in l. testium. C. de testi. & in c. quoties.
5 extra eod. & licet † in probanda consanguinitate,
videlicet ꝙ d. Iacobus esset frater dictorum V. & P.
recipiatur testis de auditu, vt in d. c. licet. tamẽ hoc
intelligitur pluribus cõcurrentibus. Primò, ꝙ testis
sit bonæ opinionis & famæ. Secundò, ꝙ singulos
gradus specificet. Tertiò, ꝙ affirmet ita ẽt esse se cre
dere. Quartò, ꝙ deponant se audiuisse quòd cõsan-
guinei pro talibus se habebãt, & aliis de quibus in
d. c. licet. quæ quidem pręsertim omnia non inter-
uenerunt, vt videri potest, hæc omnia habentur in
terminis per Soc. in consi. 47. In præsenti consulta-
tione. nu. 16. ver. postremò non omitto, &c. li. 4. &
aliqua per Dec. in consi. 321. col. 3. cũ sequ. & mirũ
est ꝙ in causa sint examinati testes ætatis, aliqui 60.
& aliqui 70. ann. & non dicunt vidisse & cognouis
se dictum Iacobum, qui (vt ponunt actores) decessit
non sunt 30. ann. vel vltra, quemadmodum dicunt
vidisse & cognouisse Perleonẽ, qui à principio ne-
gociationis præsentis facti interuenit, ideo testimo
nia dictorum testium de auditu alieno deponen-
tium, ꝙ Vicus & Petrus erant fratres dicti Iacobi, &
ꝙ eius hæreditatem adiuerunt, & alia de auditu di
centium non sunt admittenda minimeq́; probant,
per not. in d. l. testium. & in aliis locis notissi. & al-
leg. per Bero. consi 170. column. 3. nume. 11. lib. 3.
6 & Feli. in c. tam literis. num. 2. de testi. nam † testis
de auditu non est verus testis, vt inquit Anton. de
Butr. in c. quoties. in fi. extra de testi. & Abb. in d. c.
licet. in 2. not. dicit testimonium de auditu non di-
ci propriè testimonium, & quòd tale testimonium
est præter & contra formam iuris, vt tradit Hyp. de
Mar. in consil. 41. nume. 8. & in consil. 20. nume. 5.
& 6. & idem sæpius in aliis suis consil. & Roland. à
Val. consi. 24. nume. 87. lib. 1. & eo magis non pro-
bat testis de auditu, vbi non dicit à quibus audiuit,
vt post alios per Mars. in d. consi. 20. nume. 2. Quia
per tempus 30. vel 40. ann. quo ponunt actores di-
ctum Iacobum fuisse in humanis & decessisse, non
sumus in tempore de quo memoriam non possint
habere dicti testes examinati modò ætat. ann. 60.
7 & 70. nec in antiquo, quod solum inducitur † per
metam centum ann. secundum com. opin. doct. de
qua per Alex. & Ias. in l. cum aliquis. C. de iure deli
be. & Dec. in d. con. 321. nu. 11. Et sic ratione anti-
quitatis non possunt validari probationes dictorũ
testium de auditu, quæ aliàs in antiquis dicti tem-
poris admitterentur centum annorum, vt in d. cap.
licet. & in l. si arbiter. ff. de probati. cum simil. Nan-
8 que dominus Iudex, cui fiunt probationes, vt l. 2.
in principi. C. commu. diuidun. & l. 1. C. de condi.
ob turp. cau. & l. eos. C. de test. cum simil. non so-
lum dictis attestationibus de auditu non debet
credere, per dictam regulam, quòd testis de au-
ditu non probat, de qua nota. in in dicta l. te-
stium. & in d. cap. licet. sed etiam per istam diuersi-
tatem, quare est, ꝙ plenè per d. testes probatũ fuit
de

de vita & morte Petri Leonis, qui à principio inter
uenit in negocio, vt colligitur ex proceſſu, & nõ eſt
ita probatum de dicto Iaco. qui poſtea aſſeritur in-
teruenisſe in dicta adiudicatione & inſtruměto miſ
ſionis in poſſeſſionem, & quidem in animo & opi-
nione cuiuſque ſani capitis non poteſt cadere, niſi
quòd ſi dictus Iacobus fuiſſet, vt capitulãt actores,
conſtaret de eo, quemadmodum de dicto Petro
9 Leone. dictæ probationes † ergo tanquàm non ve
riſimiles etiam ſunt reiiciendæ, per Bald. in l. fin. in
fin. C. de eden. & quantum ſit attendendi veriſimi
le in teſtibus & probationibus multa not. cumulat
Felin. quæ ibi videri poſſunt in cap. auditis. col. 13.
de præſcrip. & Dec. conſi. 94. nume. 2. & conſ. 100.
colum. penulti. & Tiraquell. in dict. l. ſi vnquàm. in
præfat. nume. 44. 45. de reuocand. donation. Illud
10 enim quod poteſt † probari, legitimè probandum
eſt, Dec. in conſi. 18. in fin. & conſi. 37. col. 5. verſic.
ſextò & vltimò. per not. à Barto. in l. in quæſtioni-
bus. ad fin. ff. ad l. iu. ma. Itaque remanet firma con
cluſio, quòd dicti actores debeant ſuccumbere
tanquàm non probantes id, quod eſt fundamen-
tum eorum intentionis, per l. qui accuſare. C. de
edend. & l. fin. C. de rei vind. cum vulg.

Primò, quòd melius & efficacius eſt probatum
de poſſeſſione rei conuenti, & eius auctorum, vt ap
paret per dicta trium teſtium pro dicto reo exami-
natorum, vt per dicta ſecundi teſtis, & quinti teſtis
& 6. teſtis ipſorum agentium ſuper interrogatoriis,
11 qui † tenebantur dicere veritatem pro vtraque par
te, auctẽ. ſed iudex. & ibi not. C. de epiſco. & cleri.
qui teſtes quidem concorditer probant de anti-
quiori continua & pacifica poſſeſſi. dicti rei, & eius
auctorum à 30. 40. & 50. ann. & vltra, & tanto tem
pore cuius initij memoria non eſt in contrarium.
Etenim pro victoria reportanda in dicto remedio
12 neceſſaria eſt † probatio de antiquiori poſſeſſione
actoris, quæ poſtea peruenit ad reum conuentum
abſque ipſius actoris facto, & per Canoniſt. in cap.
ſæpe. de reſtitu. ſpoli. & Abb. in cap. cum ad ſedem.
eodem titu. & Alexand. in conſil. 6. in 2. dubi. nu. 5.
col. 2. lib. 2. & Dec. in d. conſi. 57. Verùm d. reus an
tiquiorem poſſeſſionem probauit, quàm fuerit poſ
ſeſſio dictorum agentium, vt dicti teſtes deponunt
Petrum Leonem ab annis 50. & ultra, & poſt eum
Anto. & poſt Bernardinum reum conuentum con-
tinuò poſſediſſe dictum petium terræ, & ita proba
tur poſſeſſio cõtinua ipſius rei, per ea quę vult Bar.
in l. Celſus. in fi. ff. de vſucap. & Feli. in c. licet cãm.
13 col. 1. & ſeq. de prob. & antiquior † probatur per tã-
tum tempus cuius initij non eſt memoria in cõtra-
rium, quod habet uim conſtituti & priuilegij. l. hoc
iure. §. ductus aquę. ff. de aq. qu. & ęſt. facit l. fi. ff. de
aq. plu. arc. & habet vim tituli. c. 1. de præſcrip. in 6.
& tradit Feli. in c. cũ nobis. de præſcrip. & cum pro
betur antiquior poſſeſſio dicti petij terræ, quò ad
ipſum reum, & modo penes eum reperiatur eadem
poſſeſſio, & facit acquiri directum dominium, vt
volunt Bal. & Sal. & Alex. in l. traditionibus. C. de
pact. per dict. l. hoc iure. §. ductus aquæ. quos refert
idem affirmans Deci. in conſil. 85. col. 4. vbi multa
dicit de pręſcrip. dicti temporis, cuius initij &c. &
Soci. in conſi. 127. col. pen. li. 1. & in poſſeſſorio iu
14 dicio præualet † antiquior poſſeſſio, vt not. in d. c.
licet cauſam. & Abb. in c. ſi diligenti. de præſcrip. tã
to magis pro parte rei conuenti antiquioris poſſeſ-
ſoris, & in præſenti poſſidentis, vt in ſpecie probat
15 Tobi. Peruſi. conſi. 71. nume. 20. quia poſſeſſio † an-
tiqua præſumitur habere iuſtitiam permanentem,
Afflict. deciſ. 277. nume. 6. refert Rolan. à Val. con
ſil. 3. nu. 96. lib. 1. Nec obſtat dictum ſecundum de
cretum, & ex eo miſſio in poſſeſſionem, vt dicatur
Petrus Leo priuatus poſſeſſiõe d. petij terrę, iux. gl.
qui vniuerſas. §. item cum prætor. ff. de acqu. poſſe.
vt infra demonſtrabitur ſuper petitorio. Neq; n. po
teſt dici d. reum ſpoliaſſe dictos agentes ſeu eorum
auctorem aliqua poſſeſſione, cũ ipſe & eius aucto-
res continuè poſſederint d. petiũ terræ, vt veri Dñi
ex tanto tempore, cuius initij, &c. vt patet ad ſen-
ſum, & facit l. meritò. ff. pro ſoci. Contra eum ergo
non datur remedium d. Canonis reintegranda, qđ
16 competit † ſpoliatis & eiectis contra ſpoliantes eii-
cientes, vt patet in litera, quia non poteſt intentari
niſi contra eos, contra quos militat qualitas à Ca-
none cõſiderata, ita dicit Soc. in conſ. 266. col. 7. in
princ. lib. 2. per l. cum à te. ff. de vi & vi ar. & facit q
cui vel contra quem non conueniunt verba legis,
neq; eius diſpoſitio poteſt cõuenire. l. hos accuſare.
§. fi. ff. de accuſ. & l. pen. ff. ſi quis à par. fu. manu. &
l. 4. §. toties. de dam. infect. cum vulg.

Secundò, cum plures teſtes & magis veriſimilia
deponentes ſint in probando antiquiorẽ poſſeſſio
nem dicti rei conuenti & eius auctorũ, præualet &
eſt potentior probatio eius poſſeſſionis q̃ ſit proba
tio poſſeſſionis auctorũ ipſorum agentium, per ea
quæ vult Bar. in l. ſi duo. ff. vti poſſid. & tradit Soci.
in con. 54. nu. 13. & 18. li. 4. & not. Canoniſtę in d.
c. licet cauſam. & eſt tex. in ca. in noſtra. de teſti. vbi
habetur prout Fel. & alij doct. ſummãt illum tex. q
17 ſi teſtes † auctoris & rei contraria deponant, ſtatur
dignioribus, & veriſimiliora deponẽtibus, & ſi pari
ter ſint in dignitate & veriſimili depoſitione, prefer
tur maior numerus. Contraria. u. deponunt teſtes
agentiũ, & ipſius rei, quia illo tpe quo teſtes agen-
tium dicunt Petrum & Vicum eorũ auctores poſſe
diſſe dictum petium terræ, eodem tempore & mul
to plus ante, & poſt deponunt teſtes dicti rei conuẽ
ti eum, & eius auctores cõtinuè & pacificè pro ſuo
18 poſſediſſe idem petium terræ, & ſi dicti † teſtes etiã
æquales in omnibus eſſent, nihilominus pro reo
præſumendum eſt, per glo. in d. c. in noſtra. & ita ſe
practicaſſe & perpetuò notãdũ dicit Alex. in apoſt.
in ver. ſunt æquales. ad Bar. in d. l. ſi duo. ẽt ſi proba
tiones actoris in aliquo excederent probationes
rei, huic tamen pręrogatiua nõ tollitur quin abſol-
uatur Abb. in c. 3. col. 2. nu. 1. de prob. & ibi Feli. in
2. col. n. 5. per gl. ſing. c. clerici. 81. diſ. ſequitur Dec.
con. 9. in fi. ver. primò q.

Ex his quidem duo poſſunt inferri. Primũ, ſtante
cõtinua antiquiori, & p̃ſente poſſeſſione penes ipſm

reum & eius auctores,dicta possessio nunquàm fuit
vacans,saltem naturalis , quam principaliter testes
intelliguntur probare,per glo.not.in l.hæc stipula-
tio.§.hæc quoque. ff.de verborum obli. de qua ibi
per doct.& Bar.in l.naturaliter.§. nihil commune.
in 5.lect.ff.de acq.pos.& per Alex.post Imo. in l.3.
§.ex contrario.col.8.ff.eo.facit gl.in ver. possessio.
19 in l.1.ff. quo.bon. & possessio † vacans dr̃ quando
à nemine detinetur corpore vel animo. gl.est sing.
in l.fi.C.vnde vi.dicti actores agentium aliquãdo
etiam ingredientes dictam possessionẽ, nõ possunt
dici neq; clam neq; alio modo possedisse,quia duo
20 † insolidũ saltem naturaliter eandẽ rem possidere
non possunt,vt d.l.3.§.ex contrario.& ibi docto.&
d.c.licet causam.& l.duo.ff.de præca.cũ simi.ita di
cit Alex.in l.clam possidere.circa pt. ff.de acq.pos.
& facit quod dicit Fel.in d.c.licet ꝙ.& qđ not.Bar.
in l.Pomponius.§.sed & his.circa princi.nu.3.ff.de
procu. ꝙ id quod meum est non potest esse alterius
vno & eodem tempore , ex parte eorũ igitur nulla
21 probatur possessio,ita hæc exceptio † non possedi-
sti vel non potuisti possidere,excludit agentes ẽt re
medio recuperandæ,per plura probat Nat.cõ.474.
nu.37.Rol.à Val.consi.72.nu.10.& seq.li.2. Secun
dũ inficiari non põt,quin saltem res sit dubia,& in
22 dubio † reus est absoluendus , vt in regula cũ sint
partium iura.de reg.iur. in 6. & l.fauorabiliores.ff.
eo.& l.Arrianus.ff.de acti.& oblig.& l.inter pares.
23 de re iud.cum simil.& fauor † qui reo præstatur in
sententia,etiam locum habet in probationibus , vt
l.lege Iulia.ff.de manumiss.& si probationes acto-
ris etiam in aliquo excederent probationes rei, ta-
men ipse reus est absoluendus , vt dictum est per d.
glo.in c.clerici.81.di.& post alios Feli.not.in ca.3.
col.2.de probat. & firmat Deci.in dict.consil.303.
col.penult.

Superest vt quo ad petitorium de iuribus agen-
tium pertractetur,in quo quidem iudicio dominiũ
principaliter ex parte actoris probandum est in rei
24 vindicatione , † vt l.in rem. in prin. ff.de rei vindi.
& l.1.C.de ali.iud.cum simil.& in publiciana titu-
lus debet probari,vt l.1.ff.de publ.& ista dicti acto
res videntur se velle probare per adiudicationem
ex secundo decreto factam per iudices mercantiæ
cuidam Iacobo , vnà cum immissione in possessio-
nem per Plazarium ex commissione dictorum iudi
cum facta , vt patet in sententia dictæ adiudicatio-
nis & in instrumento dict.immissionis in possessio
25 nem.Dominium enim transfertur † ex secundo de
creto,vt l.si finita.§.Iulianus.& ibi Barto.& docto.
de damn.infect. & Alexand. in l.traditionibus. C.
de pact.& glo.in l.sed si res.ff.com.diui.si conden-
natus est dominus , aliàs transfertur vsucapiendi
conditio ex qua datur publiciana.l.eum qui. de pu
bli.& per Alexand.in l.iustè possidet. in pr. de acq.
possess. Attamen in petitorio quoque dicti actores
nequaquàm possunt obtinere. Quod similiter mul
tis modis demonstratur.

Et primò,ipsi actores ex persona dicti Iacobi to
tum quidem fundamentum faciunt in dicto secun
do decreto,dicentes Vicum & Petrum eorũ aucto
res fuisse fratres & hæredes ipsius Iacobi, quod ple
26 nè debuerunt probare , quia † quis talem probare
debet,qualem se facit,vt per Bart.in l.non ignotat.
C.qui accusa.& in l.falsus tutor.ff.quod fal.tuto.&
tradit Dec.in con.321.col.2.& consi.61.col.1. sed
hoc minimè fuit probatum, nisi ꝙ aliqui testes de-
27 ponunt de auditu alieno,& testis † de auditu alie-
no non probat.vt not.gloss.& doct.in l.testium.C.
de testi.& in l.2.§.item labeo.de aq.plu. arcẽ. & in
c.licet.el 2.de testi.& in c.tua nos.de consag. & affi
ni.vt supra dictum est.

Secundò,etiam si probantur dictos Vicũ & Pe-
trum fratres fuisse & hæredes dicti Iac.quod nega-
tur per supradicta,tamen dicta in solutũ adiudica-
tio ex 2.decreto nihil adiuuat ipsos actores, quia ẽ
nulla,& nullius est momenti defectu iurisdictionis
dictorum iudicum mercantiæ,qui limitatam iuris-
dictionem habent solum in causis mercatorum,fa-
cit.l.ita.§.ex hoc edicto.ff.naut. caup. & stabul. &
28 quod ibi inquit Bald.ꝙ præpositi † artium non co-
gnoscunt de non pertinentibus ad artem , & quod
tradit Feli. in c.cum ordinem.col.3.versic.limitata
29 causa. de rescr.ꝙ causa limitata † priuilegij facit pri
uilegium non posse trahi extra suos limites , ita di-
cit glo.ibi probare,& quod notanter dicit Bar.in l.
30 fina.C.de iurisd.om.iud.ꝙ rectores † alicuius artis
non habent iurisdictionem , nisi in his quæ perti-
nent ad illam artem.latè tradunt. Bart. idem nu.6.
& Bald.sub nume.8.versic.hic quæritur,Ias.col.10.
versicul.an autem statuta. Cacialup. nume.11. 12.
Crot.nume.17.& sequen.in l.omnes populi.de iu-
stit.& iur.Bald.& Salyc.in l.2.C.de constitu.pecu.
prosequitur Stra.de mercat.in prima particu. vlti-
mę part.nume.10.& sequen. Non possunt ergo di-
cti Iudices se ingerere in causa non mercantili , &
non expressa in statuto eis tribuente iurisdictio-
31 nem,quia † quilibet officialis hodie non habet iu-
risdictionem nisi in quantum à statutis ei tribui-
tur,vt per Bald.in auctẽn.cassa.colu.1. C.de sacro.
sanct.ecc.quam & alios refert & sequitur Socin. in
consi.275.colum.penul.lib.2.& Dec.in rub.C.qui
admitti.& in consi.18.col.2. Quemadmodum di-
32 citur de arbitro † qui potestatem non habet nisi ad
contenta in compromisso. l. non distinguemus. §.
de officio.ff.de arbi.cum vulga. & est denegata iu-
risdictio dictis iudicibus extra casus in statuto ex-
33 pressos,argumen.l.prætor.ff.de iudi.& quisque† fa
tetur quod narratur in libello.l.cum precum. C.de
lib.ca.& l.mercalem.C.de cond.ob tur.ca.& aliud
debitum nõ apparet,quod Petrus Leo deberet Io.
Bernardini, & in dubio pluritas obligationum nõ
34 est præsumenda,quia † de facili non conceditur o-
bligatio,ar.l. Arrianus.ff.de acti.& obligat. nisi ꝙ
docetur causam dictę adiudicationis nõ fuisse mer
cantilem,neque de compræhensis in dicto statuto,
sed per illud depositum expositum per Petrũ Leo-
nem cuidam Io. Bernarducij, ex quo credito ortũ
fuit dictum secundum decretum . Quod fatentur
dicti agẽtes in eorũ libello.ibi.quidã Iac.Nic. Ber
nar-

narducij tanquam hæres Io. Bernar.&c.facit q plu
ralitas actuum non præsumitur, & hoc verum esse
dicit Fel.qui alios alleg.i c.auditis.col.15.de præs.
35 Præterea,instrumentum depositi † habet paratã
exequutionem,vt l.penult.C.depos.vnde si in aliis
fuisset obligatus Petrus Leo dicto Ioa.intelligitur
facta dicta adiudicatio de dicto deposito, vt de
causa grauiori,per l.1.cum iiij.ll.sequen. ff.de solu.
quę inter alia dicitur,quando habet paratam execu
tionem,vt per Bart.in l.cum ex pluribus.ver.quin-
tò dicitur.& in l.si quid ex famosa.ff.eo. sic actores
(vt dixi)fatentur Iacobum obtinuisse dictum secũ-
dum decretum vt hæredem Ioannis, qui non appa
ret q fuerit creditor dicti Petri Leonis,nisi in quã-
titate in dicto instrumento depositi contenta, &
36 † non apparere,vel non esse, æquiparantur, vt l.in
lege.ff.de contra.empti. & quia pluralitas actuum
(vt dixi) non præsumitur. Verum in dicta causa
erat competens iudex Potestas qui est iudex ordi-
narius ex forma statuti omnium primarum causa-
rum ciuitatis & comitatus, & ista est regula ex di-
37 cto statuto sumpta per verba vniuersalia, quæ † ni-
hil excludũt.l.Iulianus.de leg.3. cum simil. & facit
ius,vt per Barto.in l.1.ibi.& dicit quandoq; regula
fit de legibus & statutis,&c.de reg.iur.in qua regu-
la fundata est intentio dicti rei,qui vult se tueri ex-
ceptione,quia possunt esse aliqui casus per alia sta-
tuta excepti in quibus alij iudices iudicant, id pro-
38 bet,& ista de causa potest dici, quòd petitio † super
qualitate tribuente iurisdictionem fundari & pro-
bari debeat.vt per Innoc.in capi.cum sit generale.
de fo.comp.& ibi Soci.sub nume.18. vers.est tamẽ
necessarium.& Fel.in c.si clericus.col.pen.co.ti. cũ
aliis ibi per eum cumulatis,& per doct. in l.cũ qui-
dam.§.1.ff.de iurisd.omni.iudi.& Alexan.con.79.
nu.5.lib.1.vt etiam Iudex sciat illud ex quo princi
39 paliter sibi iurisdictio competit, † quod si ignoret,
processus coram eo factus esset nullus, vt Barto.vo
luit in l.multum.ff.de condi.& demonstra. argum.
l.quæro.ff.de eo qui pro tut. & habetur per Soci.in
consi.39.nume.49.lib.4.& Ang.in consi.6. lata est
sententia, decidit q si sit lata sententia per iudices
alicuius artis,& non appareat debitum, de quo la-
ta est sententia,esse per negocijs spectantibus ad il
lam artem,sententia est nulla & inualida. Cogni-
to ergo quòd Potestas erat iudex competens dictæ
causæ,sequitur(alio non apparente)quòd consules
mercantiæ erant iudices incompetẽtes,maximè cã
apparente de qua agitur non compræhensa in iuris
40 dictione Iudicum mercatorum,quia† vno de con-
trariis cognito,& reliquum cognoscitur,vt insti.de
his qui sunt sui vel ali.iu.in princip. nanque huius
41 modi adiudicationes † concedi debent per iudicẽ
competentem, vt l.cum proponas.C.de bon.auct.
iud.pos.& sententia lata à non suo iudice non tran
sit in iudicatum,remota etiam appellatione, vt l.2.
& tot.tit.C.si à non compet.iud.Ideo exceptio nul
42 litatis † ratione incõpetentiæ iudicis nunquàm est
sublata,& semper potest opponi,si etiam extet sta-
tutum,vel dicatur quòd dici non possit de nullita-
te.est glo.fi.in cle.1.de seq.poss.& fruct.de qua per
Fely.in c.ex parte.col.5.de offi.deleg. & in rub. de
for.comp.& in c.ea quæ.col.2.de sent.& rer.iud.&
Doct. in l.1.§.fin.nu.5.ff.quod quisque iur. & hoc
præsertim sibi locum vindicat in contumace, qui
43 † non intelligitur consentire in iudicem nõ suum,
vt not.in l.nõ videtur.& ibi Bar.ff.de indi.& Alex.
in l.iustè possidet.col.fi.ff.de acq.poss. cum simil.
Item videtur nulla dicta sententia adiudicatio-
nis ratione incertitudinis,quia nõ legitur in ea ali-
qua certa quantitas,pro qua fieri debeat adiudica-
tio in solutũ, nec refertur ad acta, ex quibus ea fiat
certa.iux.l.ait prætor.§.1.& l.in summa.in prin.ff.
44 de re iudi.& sententia † incerta non habet vim iu-
dicati,& est nulla, vt probatur in l.fin.& tot.tit.C.
de senten.quæ sine cer.quant. & habetur per doct.
in §.curare.insti.de act.& Papien.in sua pra. in for.
senten.diff.in glo.1.ver.Item est nulla si non conti
neat expressam condemnationem &c. & cum ista
45 nullitas † pateat ex inspectione dictæ sentẽtiæ, nõ
obstante statuto,q nulla exceptio opponatur, sem-
per potest opponi, vt per Fely. qui alios adducit in
d.ca.ex parte.col.6.& certitudo quantitatis debitę
præsertim debet contineri in adiudicatione inso-
lutum,vt sciatur pro quanto fieri debeat, non po-
46 test enim concedi immissio † in possessionem bo-
norum & huiusmodi adiudicatio nisi pro mensura
& quãtitate debiti declarati.auc.& qui.C. de bon.
aut.iud.possi.& glo.in ver.vsque ad modum.in l.fi.
C.de his qui ad eccle.conf.& si vltra debitã quan-
titatem fieret, in totum est nulla, vt per Bar. in l. si
non sortem. §.si centum.ff.de condic.inde. quę ibi
alij sequuntur.
47 Præterea † Dominiũ ex secundo decreto nõ trans
fertur nisi facta traditione. per l. traditionibus.C.
de pact.& est glo.not.in §.fi. inst.de offic.iud. cum
simil.traditis per Alex.in consi.1.col.2.lib.5.& Pa
tis.consi.42.nu.30.lib.j. sed dicta possessio olim Pe
trileonis, & nunc successiuè dicti rei conuenti nun
quam ibi apparet tradita alicui vigore alicuius sen
tentiæ.Nam possessio quæ fuit per Plazarium tradi
ta Iacobo fuerat Petri Angeli Magistri,vt cãtat in-
strumẽtum immissionis in possessionem in duobus
locis,cum enim dicatur in d.instrumento immissio
nis in poss. de quadam possess.Petri Angeli Magi-
48 stri, per talem genitiuum † de eius stricta, & ꝓpria
significatione dominium d. Petri Angeli significa
tur.per l.2.ff.de relig.& sump.fun.& de magis lar-
ga & impropria significatione demonstratur pos-
sessio & detentio ipsius Petri Angeli in bonis ibi
descriptis,per ea quæ vult Bar. & doct.in rub.ff.de
no.op.nunt.& cum sint diuersa nomina Petri Leo-
nis,Bartoli & Petri Angeli Magistri,nominum di-
49 uersitas † inducit diuersitatem personarum.arg.l.si
idem.C.de codicil.& ibi doct.& vitiat dispositio-
nem, vt probatur per tex.in §. si de alia re. inst. de
inut.stipul.& ad sensum patet,inducit etiam diuer-
sitatem rerum.glo.in ver.formam.in c. Prouinciæ.
50 99.dis.quia quæ sunt vnius † non possunt esse alte-
rius vno & eodem tẽpore.l.j.§.si duobus.ff. como.
& d.l.3.

& d.l. 3.§.ex contratio cum ŝ.alleg.Qua diuersita-
te stante,probanda erat identitas, per ea quæ not
Innocen.in d.c.auditis. faciunt dicta per Alexã. in
consi.96.col.3.nu.4 lib.5.Inane est ergo petitoriũ
absque dominio,iuxt.vulga.iura. sed dato etiam ꝙ
dicta immissio fuisset facta in possessionem d. Petri
Leonis,quod negatur per supradicta, nihilominus
cum fuerit erratum in nomine proprio, & iudicia
& dictæ immissiones non numerantur in §.actio-
num.inst.de act.sunt stricti iuris, arguendo à suffi-
51 cienti partium numeratione, † quod in iure validũ
est,vt not in l.patre furioso.ff.de his qui sunt su.vel
alie.iu.cum iudicia & eorum executiones reddan-
tur in inuitum.l.inter stipulantem.§.Stichũ.de uer.
oblig.regulariter omnia sunt stricti iuris, nisi con-
trarium inueniatur,probat Calca.consil.20. col.4.
52 nume.10. & quælibet † sententia est stricti iuris.
Bal.in l.cum hi.§.si cui.de transa.& commissiones.
idem Bald.in l.non sine.supra fi.de bon.quę lib.ita
dicta immissio in possessionẽ nõ valet, & hoc pro-
batur per rationem alleg.à Io. Andr.in addi. Spec.
in tit. de rescrip.pręsen. & in §.ratione autem cau-
sæ.in versicu.quid si indubitatè,&c.vbi dicit, si im
53 petraui † rescriptum super tali ecclesia contra talẽ
p̃sbiterum, sed erraui in noĩe proprio p̃sbiteri,cũ
constet de ecclesia nihil valet rescriptum, quia re-
scriptum est stricti iuris,& hanc doctri. refert & se-
quitur Ias.in l.3.col.1.de legat.1. & dicit bene esse
ponderandam rationem Ioã.Andreæ, quia rescri-
ptum est stricti iuris,& dicit esse magnam limitatio
nem ad regulam, ꝙ error in nomine proprio regu-
lariter non uiciat, addo ad prædicta, Barto.in l.in
testamento.la 1. ff. de conditio.& demonstration.
decidentem quæstionẽ,ꝙ qui vocatur Petrus Mar-
tini,si citatur sub nomine,Petrus Ioannis,non com
parendo non incidit in pœnam contumaciæ, sanè
si citatur sic ex commissione iudicis, firmat idem
Barto.in l.demonstratio.in pr.nu.13.co. & ibi Im.
sequitur in 2.col.ver.& ex bis. & ibi Castr.nu.4. 5.
Alia verò persona est Petri Leonis,& alia Petri An
geli Magistri, vt patet ex nominũ & cognominum
diuersitate.

Non obstat, ꝙ bona descripta in sententia adiu
dicationis videntur eadem, quæ sunt in instrumen
to immissionis in possessionem, per eadẽ latera &
eundem locum, quia in dicta immissione habetur
cannetum quod non describitur in adiudicatione,
ex quo etiã diuersitas inducitur,& quia Petrus An-
geli Magistri potuisset quoque habere bona in di-
cto loco iuxta bona Mathęi Pasquutij & viam,hoc
modo describendo bona Mathæi Pasquutij in me-
dio bonorum Petrileonis ab uno latere, & ab alio
latere Petri Angeli Magistri, & à capite ponendo
viam quæ cohęreat omnibus bonis istorum, & ita
tam Petrus Leo quàm Petrus Angeli potest dici ha
buisse bona iuxta uiam & bona Mathęi Pasquutij
in eod.loco. Alexand. in consil.73.lib.3. vbi nu.6.
& seq.bene loquitur in terminis nostris, & ad hoc
54 facit quòd pluralitas † rerum præsumitur, vt post
Io.Andream habetur per Feli.in ca.auditis.col.15.
ver.nec obstat ꝙ pluralitas.de præscrip.quia etiam
dicta executio commissa sub diuerso nomine non
arctauit dictum Petrum Leonem,per doctri.Ioan.
And.& Bar.supra alleg.

Qua diuersitate stante dicendum est,aut certum
est dictam possessionem Petri Leonis nunquàm
fuisse traditam Iacobo,& dominium non fuit trãs-
latum,quod demonstratur, quia continuè ea pos-
sedit ipse Leo & eius hæredes,vt dictum fuit supra,
iuxt.d.glo.in §.fina.insti.de offi.iudi.sine quo in pe
titorio non potest obtineri.d.l.in rem.in princi. cũ
notissi. aut inficiari non potest rem fore dubiam,
quo casu reus est absoluendus. d.l.fauorabiliores.
& ibi no.& d.reg.cum sint partium iura, cum vulg.
55 est etiam alius defectus dominij † agentium in di-
cto petio terræ,quia non apparet per Iudicẽ appre
ciatum, ideo non fuit de eo translatum dominiũ,
vt in specie probat Rui.consi.48.ad fin.lib.5. sentit
Afflі.decis.187.sub nu.3.

Ostenditur etiam d.sentẽtiæ adiudicationis nul
litas ac inualiditas alio fundamento, pro cuius cla
riori deductione.Præmitto,Primò,quòd negatiua
56 †alicuius actus,qui debuit interuenire tempore sen
tentię,vtputa non fuisti præsens ad sententiam,ego
non fui citatus,& similia,probatur per inspectionẽ
ipsius sententiæ, & eius verborum narratiuorum,
per ea quæ vult Bar.in l.hi qui.C.de appell. & in l.
Titiæ textores.in 2.no.de leg.1. & in l.fi.C.de reb.
cred.& not.Abb.in c.1.in 3.not.de lit.contest. Vel
tu non fuisti pręsens ad sententiam pro te latam,eo
ipso probatur quòd contrarium nõ ostenditur,iux.
l.super.C.qui mil.non poss.lib.10. & ista dicitur li
quida probatio,vt per glo.& ibi Bar.iuxt.tex.in l.j.
C.de testa.milita.stantibus præsertim his proximè
dicendis.

Secundò, à communiter accidentibus & à soli-
57 tis arguendo, † quod argumentum validum est in
iure, vt l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer. pet.
glo.in l.neque natales.C.de probatio. & in l. cum
dotem.C.de iure doti.& dicit Barto. in l.librarius.
de reg.iur.si præsens ad sententiam sit ille pro quo
lata est sententia, Notarius semper in fine sentẽtiæ
scribit,presente T.& acceptante,&c.

Tertiò præmitto,quoad interessendum his quæ
58 fiunt in Iudicio,ꝙ ille dicatur absens † qui non est
in loco Iudicii.tex.est in.l.4. §.prætor ait. de dam.
infe. & in l.non tantum. §.senatusconsultum. ff.de
fideicõmiss.liber.& in l.absentem.de uerbo.signif.
& est glo.in l.fin.uer.inter absentes.C.de præscrip.
long.temp.

59 Quartò, in dubio quis p̃sumitur absens † nisi
probetur p̃sens,Spec.in ti.de actore. §.j.uer. Quid
si postq̃.& ver.seq.quem sequitur Alexan. cõsi.92.
in fi.lib.5.& Feli.in c.tenor.uer.ad illud.de re iud.
& hoc maximè procedit in loco iudicii, in quo nisi
quis præsumeretur absens,superfluum fuisset edict.
de in ius uocan. quod dicendum non est,arg.§.qui
60 bus.in prin.const.C.quia præsens † in iudicio non
esset aliter uocandus & citãdus ut pleniſſimè exa-
minando tenet Ias.in l.j.ff.de in ius uocan.

Quibus

Quibus ergo præmissis, dico ꝙ non legitur nec
apparet Iacobum pro quo lata fuit dicta sententia
adiudicationis ad eam fuisse præsentem, sententia
61 enim pro absente † & non contumace lata non ua-
let. Bar. in l. furioso. cum glo. ibi, & in l. quæsitũ. ff.
de re iud. & in l. ea quæ, post gloss. ibi. C. quom. &
quando Iud. & in l. properãdum. §. sin autẽ reus. C.
de iud. & Petr. de Ancha. in cons. 116. uiso proces-
su. circa med. cum concord. traditis in apostil. ad
Bar. in d. l. furioso. glo. & Canonis. in c. causam. de
iudi. & Alex. & Ias. in d. l. furioso. dicunt dictã opi.
* communiter teneri per doct. Quæ igitur in consu-
lendo & iudicando utique tenenda est.
62 Istud autem semper potest opponi, † cum eui-
denter & oculis corporeis legatur, & constat ex ip-
sius sententiæ scriptura, per ea quæ tradit Feli. in d.
c. ex parte. in 5. & 19. fal. & Mars. in consi. 16. col. 2.
Sed uidetur obstare, quòd sententia secundi decre-
ti dicitur interlocutoria glo. in uer. usque admodũ.
in l. fi. C. de his qui ad eccle. conf. quæ quidem in-
63 terlocutoria ferri † pro absente potest. secundùm
Ang. in l. 1. C. quib. non obst. long. temp. præscrip,
refert Alex. in d. l. furioso. tamen ad hoc facilis est
64 responsio, q a † interlocutoria secundi decreti habet
uim diffinitiuæ. Bar. in l. nec quicquam. §. ubi decre
tum. in secunda. lect. col. 1. ff. de off. procon. & leg.
Bal. in l. per hanc. col. fi. sub. nu. 29. C. de temp. ap-
pel. sequitur Franc. in c. cum cessante. col. fin. uer.
65 Decimo quarto. de appel. Interlocutoriam. n. † dif-
finitiuæ uim habentem etiam pro absente ferre nõ
posse, probant Alex. in d. l. furioso. sub. nu. 5. & So-
ci. consi. 96. col. 3. in fi. lib. 1.
Cum autem huiusmodi deffectus, ut s̃ dixi, appa
reat ex inspectione dictæ sentẽtiæ, sanè pro ea non
66 præsumitur etiam in facto antiquo † per ea quę tra
dit Pau. de Castr. in consi. 81. in causa quæ uerti-
tur. col. 3. nu. 3. lib. 2. & Alex. consi. 1. col. pen. uer.
pręterea. lib. 4. Dec. consi. 13. col. 1. Aym. cõsi. 157.
sub. nu. 11. vbi solemnia substantialia non præsu-
muntur nisi ea exprimantur in sententia. ad idem
in consi. 134. sub. nu. 44. & in tract. de antiq. temp.
in 3. par. nu. 15. & Crot. in l. sciendum. sub. nu. 12.
de uerb. oblig. & Nat. consi. 162. nu. 29. lib. 1. quia
67 † exceptio quæ patet ex sententia & quidem nulli-
tatis exceptio semper potest opponi. Feli. in d. c. ex
parte. in 5. & 19. fal. & ult. & latè ad propositũ Ro-
ma. in consi. 42. & Bar. in l. ambitiosa. col. fi. nu. 32.
68 ff. de decre. ab ord. faci. Rursus † exceptio nullita-
tis, quæ apparet ex inspectione actorum semp po-
test opponi, per plures concord. probat Alex. cons.
186. col. pen. in fi. nu. 12. lib. 2. cum aliis modo al-
69 leg. s̃. Ius. n. excipiendi † est perpetuum. l. purè. §. fi.
ff. de do. mal. excep. & §. perpetuæ, inst. de excep. &
glo. in uer. priuatum. in l. omnes. C. de præscrip. 30
an. quare per uiam exceptionis perpetuò excipi &
dici potest de nullitate sententiæ, etiam post. xxx.
an. cum perpetuæ sint exceptiones. Spec. in tit. de
senten. §. iusta. ad fi. & Franc. in c. dilecto. uer. Quin
to quæritur. de appel. Vnde quoniam demonstrata
fuit nullitas dictæ sententiæ, & ratione incompe-
tentiæ Iudicis, & ratione incertitudinis, & propter
absentiam partis pro qua fuit lata, & per consequẽs
70 † nunq̃ trãsiuit in iudicatum. per. c. in nostra. de p-
cu. dicit Feli. in c. quoniam cõtra. col. 17. uer. limi-
ta uno modo. de proba. & Soci. in consi. 255. uer.
primo cum procurator. lib. 2. & successiuè quoad re
ctitudinem non præsumitur pro sententia, quæ in
rem iudicatam non transiuit. Feli. in loco citato, &
ibi alij in d. c. quoniam contra. Quia quod ab ini-
tio non ualuit tractu temporis non conualescit. l.
71 qđ ab initio. de reg. iu. itaque sententia † aliqua ra-
tione nulla nullum operatur effectum. l. 4. §. con-
demnatum. ff. de re iud. cum ibi traditis per doct.
Vnde paria sunt ꝙ non sit lata sententia, & quòd sit
nulla. c. 2. de transl. prælat. dicit Feli. in. c. gratum.
col. 2. in pr. de offi. deleg. Et ex his cõcluditur dictã
sententiam in nullo adiuuare dictos actores.
Postremò, si quod ius dictis agentibus compete
bat (quod per supradicta concedi non potest) id pe
nitus exclusum fuit præscriptione. 30. & 40. anno.
tam in possessorio q̃ in petitorio, de possessorio au
72 tem cõstat † ꝙ tempore 30. an. ꝑscribitur remedio
d. c. reintegranda. tenet Dec. consi. 302. col. fin. al-
legãdo Abba. ita tenere in. c. solicita. de resti. spol.
& Soci. in l. rem quæ nobis. in 8. quæst. prin. de ac-
qui. possess. idem Soci. etiam in consulendo firmat
* in consi. 39. nu. 10. lib. 3. sic esse com. opin. doct. fir
mat Rollan. à Val. in consi. 72. nu. 19. lib. 2. & cons.
6. nu. 8. & 41. lib. 3. concurrente bona fide præscri-
bentis, Cui opinioni uti ueriori & communi adhæ
ret Bero. cons. 56. nu. 40. lib. 3. & nouissimè Ioseph.
Assisien. in decis. Perus. 59. nu. 9. ubi etiam concor-
dantes allegat attestantes de communi obseruan-
da maximè in partibus extra rotam Romanam.
De petitorio etiam & in rem actione est expres-
sum in l. sicut. in princ. & §. penul. & in l. omnes. C.
73 de præscrip. xxx. an. in qua † quidem præscrip. cum
non sit contra ius commune sufficit continuata pos
sessio cum bona fide etiam sine tit. ut. l. si quis em-
ptionis. §. j. C. eo. gloss. j. circa fi. in. c. possessor. &
glo. j. uer. & nota quòd hæc possessio. in c. seq. de
reg. iur. in 6. Pract. Papien. in for. respon. rei conuẽ.
in glo. præscriptionis col. j. Soci. in consi. 33. prope
fi. lib. 4. & dicit Ias. in §. quædam. nu. 28. inst. de act.
& Dec. consi. 267. col. pen. & consi. 272. in secunda
quæstione. bene loquitur ad propositũ, sed in casu
nostro quo ad domum & sua adhærentia adest titu
lus emptionis, & quo ad alia possessio adest tanti
temporis, de qua supra diximus, quæ habet uim ti-
tuli. d. c. j. de præscrip. in 6. adeo quòd sufficit præ-
scriptio 20. anno. d. l. si quis emptionis. & §. j. instit.
de usucap.
Nam possessio continuata per 30. & 40. an. & ul
tra probatur concludenter pro dicto reo ut s̃ dictũ
fuit super possessorio per tot testes qui dicunt au-
ctores dicti rei & ipsum reum per dictum tempus
possedisse eadem bona continuè, quietè & pacifi-
74 cè, † quod nempe intelligitur sine controuersia Iu-
diciali uel extra li. iuris uel facti. ut Feli. inquit in
c. cum Ioannes. col. 8. de fid. instru. deponuntq; eos
posse-

possedisse dicta bona ut ueri dominĩ pro suis &
tanq̃ sua, quòd facit præsumi eos dominos, secun-
dum Bar.in l.Titia.ff.de solu.& in l.2.C.de acqui.
75 possess.bona fides quoque † semper præsumitur,
nisi probetur contrarium.glo.Bar.& Bal. in l. pen.
C.de præscrip.longi tempo.& glo.in uer.qui bona
fide.insti.de usucap.in prin.ex possess.x.an proba-
76 tur bona fides.† Dec.dicto consi.267.col.pen. al-
legando ad hoc plura consi.Alex.& eo magis in re
nostra probatur ex longissima possessione 30.an.&
ultra,quo temporis cursu si qua adfuisset mala fi-
des purgatur, ex tunc retro bona fides præsumitur.
ut p Bar.in l.fin.in fi.C.vnde ui.& late scribit Dec.
d.consi.267.col.pen.in fi.Soci.consi.128 col.pen.
circa med.lib.1.& Cur.Iun.consi.52.col.pen.nu.
11.cum simil.per eos accumulatis,& per Feli. in c.
si diligenti.de præscrip.

Nam animaduertendum est, quòd immissio in
possessionem allegata & producta per actores fuit
de anno 1485.& si nihil obstet,ut ante dictum est,
tamen ex illo tempore decursa est præscriptio 30.
77 40.& 50.an.& ultra, quæ † quamcunq; malam fi-
dem purgauit & bonam induxit. Bar. in d.l. fin. in
fi.cum aliis modo allegatis, & possessio probata p
aliquos testes dictorum agentium non est atten-
denda,cum possessio ipsius rei conuenti & eius au-
ctorum per plures testes continua & pacifica, & de
longiori & ex tanto tempore &c. probata sit, cum
duo insolidum eandem rem possidere nequeant.l.
* 3.§.ex aduerso.& ibi Bar.& communiter scribẽtes
ut s̃.dictum fuit super possessorio.

Qualis autem fuerit aduersariorum possessio,ea
non fuit nec est modus interumpendi præscriptio-
78 nes secundum glo.in uer. innouata † in l. cum no-
tissimi. §.pen.de præscrip.30.an.quos quidem mo-
dos præscriptionis interumpendæ per dictam glos.
traditos attendendos esse dicit Oldra.consi.176.fa
ctum tale est.in uertice,& per Balb. in tract. de præ
scrip.in tertia par.6.par.principalis.similiter interu
pta præscriptio non intelligitur per quoddã præ-
ceptum anno 1568.factum per Vicarium gabella-
rum in processu productum, quia solum loquitur
de relaxando & disgomberando domum, & non
de aliis bonis,unde dici potest,de hoc non loq̃tur
prætor.l.si seruum.§.non dixit prætor.ff. de acqui.
hæred. & l. uentre. ff.de tut. & cur.dat.ab his,talis
etiam non est modus præscriptionis interumpen-
dæ,ut potest uideri per dictam gloss.quia à præce-
ptis non est inchoãdum.l.j.C. de exequu. rei iud.&
79 præceptum † fieri non potest absenti, etiam cum
clausula si senserit si grauatum,quod perpetuò no-
tandum mandat Bar.in d. l. nec quicquam. §. ubi
decretum.in fi. in secunda lect. de offi. procons. &
80 leg.requiritur.n.ut interrumpatur præscriptio † q
moueatur actio contra quam currebat præscriptio
ipsa.Corn.consi.181.col.pen.uer.nec ob. quòd an
te impletos.lib.2.Præterea ut diximus solus pote-
stas est iudex ordinarius in Ciuitate, & eius cõmi-
tatu,Vicarius uerò gabellarum iudex est super ga-
bellis.ergo dictum præceptum, etiam si dicamus

id habere uim simplicis citationis secundum Bart.
in d.l.j. de executione rei iud.aliquam præscriptio-
nem interrumpere non potuit, tanq̃ ab incompe-
tenti iudice emanatũ,per ea quæ dicit Bal.in auct.
81 offeratur.col.pen.C.de lit. contest. quòd † proces-
sus deffectu iurisdictionis nullus præscriptionem
non interumpit,quem refert & sequitur Feli. in c.
illud.col.3.de præscrip.tex.est & ibi Saly. in l.pen.
C.ne de stat.defunct. sentit gloss. in uer. deposita.
in l.sicut.de præscrip.30.anno.

82 Præterea, citatio † non interumpit præscriptio-
nem 30.anno. nisi actor ĩ termino citationis se p-
sentauerit,& debitum suum fecerit, ut in terminis
consuluit Alexan.consi.100.col.2. sub nu.3. lib. 5.
Verum etiam cum auctores dicti rei habuerint ti-
tulum super dicta domo,& locum habuerit præscri
ptio.x.anno.inter præsentes.d.l. si quis emptionis.
præscriptio interumpi non poterat nisi per litis cõ
testationem.per l.moræ.C. de rei uindi.& Bar.in l.
2.§.fin.ff.pro empt.pari modo respondetur, quòd
dicta præscriptio intertupta nõ fuit per assertum iu
dicium super dicta domo inceptum olim per asser
tum procuratorem pro aliis comparẽtem, quia in-
ter alia dictum iudicium motum & agitatum fuit
83 per personam legitimo mandato carentẽ, nam † tẽ
pus etiam mille anno.non facit præsumi mandatũ.
secundùm Bal.in l.2.C.si ex fals.instru.quem seq-
tur Alex.in l.sciendum.col.4.de uerb.obli. & alios
concordantes referendo attestatur dictum Bal.esse
* communiter approbatum,& usque ad mille annos
posse opponi de nullitate processus deffectu man-
dati, tradit Vant.in tract.de nul.in titu.de nulli.ex
deffectu inhabil.seu manda.nu.59.cum seq. Nam
84 † exceptio falsi procuratoris semper potest oppo-
ni.l.licet.C.de pcur.Dec.cõsi.198.col.4. cũ simil.

Quòd autem in huiusmodi interruptione præ-
scriptionis per procuratorem faciẽda requiratur à
principio ostendi mandatum, hoc simili optimo
85 probatur, q in mora † quis non constituitur per in-
terpellationem à procuratore factam,nisi prius ip-
se procurator fidem fecerit de mandato.per.l.si qs
inficiatus.ff.deposi.tenet ibi Bar.& in l.non solum
§.morte.col.8.uer.quæro an talis protestatio. ff.de
no.op.nunc.quia uere quis ignorat procuratorem,
86 nisi fuerit certus de mandato, Denunciatio † quo-
que facta ab eo quem nescit denũciatus habere ius
denunciandi non constituit denunciatum in mala
fide,ut notanter dicit Bar. in l.si id.in tertia lect.ff.
q fals.tut.etiam acta litisq; contestatio a falso pro-
* curatore sunt nulla.d.l.licet.& ibi communiter scri
87 bentes,citatio † uerò & litis contestatio nulliter fa
cta nõ interrumpit præscriptionem.secũdùm Bar.
in l.accusatutus.ff. de adult. & Bald. in l. si pater.
C.ne de stat.defunct.quos sequitur Ias.in §. pæna-
les.nu.130.& seq.inst.de act. & ponit Feli. in c. il-
88 lud.col.2.in fi.quòd actus † necessarius ad interũ-
pendum præscriptionem si fiat ineptè & nulliter nĩ
hil operatur,p̃terea ab asserta lite destiterunt acto-
res,quo casu per contestationem litis non intelli-
89 gitur interrupta præscriptio † ut tenet Ias. in d. §.
pœnales

pœnales.col.fin.nu. 134. per glo.quæ hoc tenet in
c.placuit.el.2.§.poteſt.uer.interupra. xvj. q. 3. quã
etiam ſequi & ad aſtra commendare dicit idẽ Iaſ.
Ludouic. Roma.in l.ſi uerò.§.de uiro. in 24. fallẽ.
ſolui.matri.

Qua quidem pręſcriptione non interupta, ipſe
reus & eius auctores ſemper fuerunt in bona fide,
90 ſine qua non procedit.30.anno. præſcriptio † d.l.ſi
quis emptionis.§.j. quia uno cõceſſo omne id con
ceditur ſine quo conceſſum ſtare non poteſt. l.2. ff.
de iuriſd.om.iudi. l.ad rem. & l. ad legarum. ff.de
procu.cum uulg.in dubio.n.ſemper præſumitur bo
na fides etiam ſine tit.ut dixi,& eſt com.opin.ui di
cit Feli.in c.ſi diligenti.col.3.uer.pro opin.com.de
præſcript.Quam bonam fidem ſufficit allegari a p̃-
ſcribenre,ut plene tradit Dec. in d.conſi. 267. col.
fin.& allegata apparet pro parte dicti rei in.v. exce
91 ptione,itaq; dicta exceptio † pręſcriptionis eſt litis
finitæ,ut voluit Bart. in l. fin. ff. pro ſuo. & firmat
Alex.in apoſt.magiſtr.ad Bar.in l.uir bonus. ff.iu-
di.ſol.tollit actiones in rem, & quodcunq; ius, &
officium iudicis ceſſare facit,in iudiciisq; attenden
da & ſeruanda eſt.d.l.ſicut.in prin. & ibi Bar. & in
l.j.in prin.ibi,in tex.aliæ omnes legitimæ exceptio
nes uel præſcriptiones &c. C.de anna. præſcrip. &
l.hæreditas.in fi.C.de pet.hęred.Balb.de pręſcrip.
in 4.par.quartæ par.in quęſt.4.Et intrepidè tenen-
dum & iudicandum in fauorem dicti rei conuenti
ita concludendo arbitror. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CXXXIII.

ARGVMENTVM.

Chirographo,& literis cambii concurrentibus,quid attendatur, & plura de nouationis materia.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio non habet locum in contractibus.*
2 *Plus dicitur loco quemadmodum re.*
3 *Nouatio fit ubi ſecunda promiſſio continet plus quàm prima.*
4 *Tempus longum nouationem inducit.*
5 *Nouatio fit ope exceptionis,ſi uerbis apparet contrahentes uoluiſſe transfundere primam obligationem in ſecundam,licet non dicant, animo nouandi. ex magis communi.*
6 *Doctor referens multas opiniones, nullam expreſſe affirmans,cenſetur approbare ultimam.*
7 *Nouatio tollit pignora.*
8 *Dilatio ſola temporis non inducit nouationem,ſed quando eſt nouus contractus.*
9 *Argumentum à communiter accidentibus & à ſolitis, ualet.*
10 *Literas cambii producens & penes ſe habẽs fatetur & approbat omnia in eis contenta.*
11 *Poſitum de uno tempore uidetur de alio negatum.*
12 *Nouatio hodie requirit expreſſam partium cõnẽtionẽ.*
13 *Mutuum fictum dicitur quando pecunia uerè non interceſſit,ſed ius fingit eum numeraſſe qui non numerauit.*
14 *Variatio fieri non poteſt in detrimentum alterius.*
15 *Contractus cambij eſt licitus,& uidetur contractus pecunia empta & uendita.*
16 *Exceptio(non interuenit ſtipulatio) nõ poteſt opponi in curia mercatorum*
17 *Arguere licet ab auctoritatibus.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



AN iuſta uel iniuſta ſit ſententia Domino
rum Vicarii & Conſulum Mercantiæ
in fauorem Emanuelini lata cognoſci
tur,nunquid debear attendi chirogra-
phus crediti Guariſchi contra Trauaiolum ſcriptũ
ſub die 23 Iulii 1540,uel literæ Cãbii ſcriptæ ſub
die 26.Iunij 1541. ſi enim attendendæ ſint dictæ
literæ Cambij,pro dicto Emanuelino, aliæ literæ
Cambij contra eundem Trauaiolum ſunt priores,
cum ſint ſcriptæ ſub die.x.Iunii 1541.& dicta ſen-
tentia eſt iuſta,ſi uerò d. chirographus attendere-
tur,ſecus eſſet,pro cuius cognitione neceſſe eſt ui-
dere an ſit facta nouatio d' crediro dicti Guariſchi
ex dicto chirographo in dictas literas Cãbii ſcri-
ptas ſub die 26.Iunii.Breuiter puto quòd ſic, Pri-
mò moueor, quòd dictus Trauaiolus ex dicto chi-
rographo per illa uerba (uoglio me poſſa conueni-
re in qualunque luogo &c.) non porerat conueni-
ri in Nundinis Rachanati, neque alibi niſi perſona
1 liter ibi repertus fuiſſet,quia † in contractibus non
habet locum remiſſio.l.hæres abſens. §. fi.ff.de iu.
ſecundum Bar.in l.Titium.§.1.ff.de admi. tut.& l.
ſi conuenerit.ff.de iuris.omni.iudi.ita ibi declarat
Iaſ.in col.pen.uer.Tertio aduerte.ſed per dictas li-
teras Cambii conueniri poterat in dictis nũdinis,
etiam ſi ibi perſonaliter non reperiebatur,cum ha-
beant & contineant certam promiſſionem de loco
certo & limitato tempore,ut limitat Iaſ.in d.l.ſi cõ
uenerit.col.fin.in ulti.limit. & quantũ interſit mer
catoribus ſolui in nundinis docet experientia re-
rum magiſtra.c.quàm ſit.de elect.lib.vj. quaſi ibi-
dem uoluerint expendere pecuniam.arguit glo. in
l.eum qui certarum.in prin.de uerb.oblig. plus er-
go continent dictæ literæ Cambii, q̃ dictus chiro-
2 graphus,† plus.n.dicitur loco quemadmodum re.
§.ſi quis agens.uer.plus autem.inſtit.de act. & ubi
ſecunda promiſſio.continet plusq̃ prima,fit noua-
3 tio † de iure digeſt.l.qui uſumfructũ. & ibi Bar. &
Alexan.& alii in l.ſcire debemus.de uerb.obli.con
tinent etiam longius tempus, quod pariter noua-
4 tionem † inducit.l.pen.ff.de præt.ſtipul. & in caſu
quo ipſo iure fit nouatio de iure digeſtorum ho-
die fit nouatio ope exceptionis,ut tenet glo. fin. in
l.fin.C.de nouat. in d.l.pen. de prætor. ſtipul. po-
nentes

nentes exemplum simile ad casum nostrum, sequi-
tur Bal.& Sa.in d.l.fi.& Bar.in l.2.ff.de no.& in d.
l.pen.& Bal.in l.rescriptum.§.si pacto.col.fin.ff.de
pact. Ioan.Fab.in §.præterea.insti.quib.mod. tolli.
oblig.& Ang.in d.l.qui usumfructum.& Ang.Are.
in d.§.præterea.colum.fina.tenet declarando, q si
verbis apparet contrahentes voluisse transfundere
primam in secundam, licet non dicant animo no-
5 uandi fit nouatio † ope exceptionis, & hoc purat
verissimum, & ita obtineri in practica etiam con-
* suluisse dicit, & hanc opin.magis commun.sibi con
trarius dicit Fulg.in consi.130.Mathæus.& Barba.
& Corn.ita consuluisse refert Deci. in l.pecunia.in
fin.ff.si cer.per.quam opin.etiam Dec.ibi sequitur,
cum referat post contrariam, nam doctor referens
6 † multas opiniones nullam expresse affirmans cen
setur approbare vltimam, secundum Ange. in l.si
idem.§.fin.ff.de iurisd.omni.Iudi.& Curt. Seni.in
con.1.nu.23.idem citat Dec.in con.400.viso.in fi.
& Ias.in l.quibus.in 3.colum.de verborum oblig.
dicit quòd communiter omnes tenent cum glo. &
Bar.licet ibi Ias.teneat contra. & in l.eum qui. §.fi.
colum.3.ff.eo. & in.l.1.colum.fin.C.de iud.& mo
uetur (dicit ipse) noua ratione, quòd nouatio
7 tollit pignora.l.nouatione.ff.de nouat.sed non tol
lit pignora prorogatio termini. l.item quæritur. §.
qui impleto.ff.loca.cum simil. sic etiam tenet refe-
rendo Cephal.consil.66.nume.22.Ad hanc ratio-
nem respondet autem Bal.in d.l.rescriptum.§.si pa
8 cto. col.fin.vbi dicit solam dilationem † temporis
non inducere nouationem, sed quando est nouus
contractus, idem Bal.cons.128.nu.2. lib.2.vt sunt
literæ cambij in casu nostro de facienda solutione
in dictis nundinis, vbi videtur de nouo ob id con-
traxisse promittens.l.contraxisse.ff.de act.& obl.&
quando est noua dilatio, dicit Bald. & patet per
exempla.d.glo.in d.l.penul.etiam remouentur alia
remedia contraria.Ias.in dictis locis, quia hic vltra
longius tempus adest plus ratione loci, vt supra di-
xi, & adest voluntas partium de nouando, vt dicam
inferius.

Non obstat etiam q post Io. de Imo.moder. præ
sertim Alex.in d.l.qui vsumfructum. & in multis
consil. & alij relati per Dec. in d.consi.400.col.1.
teneant contra Barto.& glo. ponderantes verba d.
l.fina.& dicentes contra glo.& Bart.esse commun.
opin.quia prædicti doctores tenentes contra, vt di
cit & Dec.in d.consi.400.colum.1. fatentur noua-
tionem hodie fieri quando euidenter, & ex conie-
cturis manifestis apparet voluisse facere nouatio-
nem, & in hoc se remittunt & formant exempla tra
dita per dictã glo.in d.l.pen. de prætor.stipul. in d.
l.fin. C.de nouat.& firmat Alexan.consi.10.col.3.
sub vers.ita non esset.& consil.13.col.fin. num.14.
15.& consil.72.colu.2. ver.item non esset.lib.2.&
Gabri.Rom.de com.opi.tit.de nouat.conclu.1.nu.
57.lib.3. quæ quidem exempla si rectè intueantur
conueniunt & sunt similia casui nostro, nam dicta
exempla sunt, si quis faciat multas cautiones de eo
dem credito per varia tempora, puta in nundinis,

vt foro Maij & Augusti, ita in casu nostro Traua io-
lus vltra cautionem chirographi fecit aliam cau-
tionem per literas cambij dicto Guarischio de sol-
uendo eosdem scutos 415. in nundinis proximis
Rachaneti, ergo casus noster est talis, in quo nulla
est doctorum discrepantia.

Præterea & secundò, demonstrantur coniecturæ
per quas liquet dictas partes de credito chirogra-
phi fecisse nouationem in literis cambij, Prima est,
quòd arguendo à communiter accidētibus & à so-
9 litis † iux.l.certi cōdictio. §.si nummos.ff.si certum
pet.mercatores tenent libros pro eorum negocijs
& creditis & debitis, & q ipse Guarischius tales li-
bros habeat, fatetur eius procurator in petitione fa
cta sub die 20. Aprilis 1532.ibi. (che tanto n'è an-
dato creditore detto Fra. da Salò in li libri de cōti
del detto M.Francesco Guarischio, per virtù d'vna
letera d'esso Fratino, &c.) Quo stante de communi
stilo mercatorum debet apparere in dictis libris di
cta partita de scutis 415. vigore dicti scripti, & po-
stea factis dictis literis cambij debuit cassari parti-
ta dicti scripti & reportari ad partitam literarum
cambij, quia de stylo mercatorum est, vt pro eo-
dem credito non teneant duas partitas vigētes sed
vltima remanet cassata priori & soluta ab vltima.
Ergo vltima est attendenda, arg.l.pacta nouissima.
C.de pact.Secunda est, q literæ cambij prædictæ
fuerāt productæ per procuratorē dicti Guarischij,
10 & erant penes ipsum, adeo q † fatet & approbat om
nia in eis contenta, per doctri. Barto.in l.si filiusfa-
mil.ff.ad Maced.& Abb.in c.pen.col.2. de procur.
& Feli.in cap.2. columm.6. de fi.instrum.& Barto.
in l.post legatum.ff.de his qui.vt indi.& Canon.in
c.venerabilis. de except. & in dictis literis cambij
dicitur, (per tanto sarà debitore dell'anno come ap
pare per vn scritto, &c.) Ergo amplius non est debi
tor pro dicto scripto, sed solum ex dictis literis cā-
11 bij, quia quod de vno † tempore pono de alio vi-
deor negare, ita dicit Bar.in l.certum.§.1.ff.de con
fess.& ibi Alexand.in Apostil.Fit enim mentio di-
cti scripti in dictis literis, vt declarentur dictæ lite-
ræ circa causam, agitur ergo ex scriptura declarata,
non ex declarante.l.asse toto.& ibi Bar.& Ioan. de
Imo.ff.de hæred.insti.& fuerunt factæ dictæ literæ
ex priori obligatione dicti scripti ex partium ex-
12 pressa conuentione, † quod hodie requiritur ad no
uationem, vt tex.d.§.præterea.ibi.q propter noua-
tionem prioris obligationis conuenerunt, &c.& in
l.fi.C.de nouat. ibi. & generaliter definimus volū
tate &c.& stante illo pluri ratione loci, quia in Nū
dinis Rachaneti, tenet in terminis Saly.in d.l.fina.
ver.Idem dico si obligatio. sequitur Alexā.in con-
sil.12.visis.columm.fina. versicu. idem tenet Salyc.
lib.2.nam per dictas literas cambij videtur dice-
re Trauaiolum soluisse dicto Guarischio suum cre
ditum chirographi, & postea dictum Guarischium
mutuasse vel vendidisse dicto Trauaiolo soluendū
& restituendum eidem G.in d.nundinis, ita in si-
13 mili dicitur mutuum † factum, quando pecunia ve
rè non intercessit, sed ius fingit cum numerasse qui

ratio

non numerauit,vt per Bart.& alios.in l.2.§.in mu-
tui.ff.si cert.pet.& Abb.in c.in ciuitate.de usur. vbi
dicit. fingitur enim solutio facta ab ipso emptore
& pretium sibi restitutum quasi de nouo contra-
har mutuum,&c.idem in cap.nauiganti. extra eod.
& in consi.5.& in consil.21.quanquàm. lib.1.facit
l.filiusfam.§.is autem. ff. ad Maced. & l.vir ab eo.
ff.de inr.do.

Tertia est, quòd dictus Guarischius usus est di-
ctis literis cambij in dictis nundinis, protestan-
do sub die 8.Aprilis 1542.& in dicta petitione sub
dicta die 20. Aprilis, licet postea fecerit mentio-
nem de dicto scripto, sed nō potest fieri talis varia
14 tio in detrimentum dicti Emanuelini, † per regu.
capitu. mutare. de regul. iur. lib.6. & l. nemo po-
test mutari. ff. eodem. & ista declarant volunta-
tem & intentionem dictarum partium fuisse in
faciendo dictam nouationem, contra quam etiam
si opponatur, quòd non potuit fieri sine stipulatio-
ne.l.si ex pretio.C.si certum peta.respondeo, quòd
potuit fieri per alium contractum, vt tenet Bart. in
l.prima.columna prima.versic.sed quæro. ff.de no
uatio.per l.si mandato meo.§.finali.ff.manda. con
tinent autem alium contractum dictæ literæ cam-
15 bii, quia huismodi dicitur contractus cambij, † &
est licitus, & videtur contractus pecuniæ emptæ
& venditæ,vt tenet Bal.in consilio trecētesimono
nagesimo octauo.factæ fuerunt. columna penulti-
ma.lib.3. Præterea sumus in curia mercatorum in
16 qua non potest opponi ista exceptio † non inter-
uenir stipulatio, vt tenet Bar.in l.Quintus. ff.man
da.sequitur in specie & probat Bero. consilio 198.
nu.13.lib.primo.& Deci.consil.septimo. columna
secunda. versicu.similiter non obst.Et si non inter-
uenit stipulatio ad consequendam exceptionem,
satis est tacitum pactum,in terminis respōdet Cor-
ne.in cons.33.columna penultima.lib.2. & per ista
arbitror dictam nouationem esse factam, vt supra
supra fuit declaratum, & per consequens fore at-
tendendas dictas literas cambij sub die 26. Iunij,
1541. & literas cambii sub die 10. dicti mensis d.
anni pro Emanuelino fore priores & potiores, quę
opinio etiam si videretur dubia,ab ea tamen in iu-
dicando non est recedendum propter maximam
auctoritatem gloss.& Bart.Bald.& Ang. & Salyce.
in terminis dicit Bologn.in consilio quinquagesi-
monono.visis igitur.columna secunda.de auctori-
tate gloss.plenè scribit Ias.in l.vt vim.columna pe-
nultima.de iusti.& iur. de.Bar.dicit Roma.in con-
sili469.quo ad primum.columna secunda.de Bal.
& Salyce.dicit Corne. in consil.202. circa præsen-
tem.column.3.lib.4.& in alijs plerisque locis do-
17 cto.hæc attestantur. licet.n.arguere † ab auctoritati
bus.capit.primo.& ibi not. de deci. & capit. in ca-
nonicis.19.distinct.Et ita puto de iure responden-
dum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXXXIIII.

ARGVMENTVM.

De testamento aui an dicatur ruptum præteritione nepotis posthumi legitimati per subsequens matrimonium. Tractatur etiam materia probationis filiationis per omnes modos quibus probari solet.

SVMMARIVM.

1 Allegationes aduocatorum breues esse debent.

2 Testamentum aui paterni an sit ruptum præteritione nepotis.

3 Matrimonium sufficit probari per duos testes.

4 Annuli subarratio facit præsumere matrimonium interueniente consensu per verba de præsenti.

5 Annuli subarratio etiam si alia indicia non essent, facit præsumi matrimonium.

6 Matrimonij est tantus vigor, vt filij postea nati dicantur patris & legitimi.

7 Parentum dictum prodest filio quò ad legitimitatem.

8 Facta sunt vero proximiora quàm nuda vocabula.

9 Testes de credulitate rationem credulitatis reddentes probant.

10 Testimonium credulitatis admittitur de his quæ non possunt cadere in ueram certitudinem testis, nisi per credulitatem, vt super filiatione.

11 Filiationis quasi possessio probatur per nominationem, tractatum & publicam famam.

12 Filiationis quasi possessio sufficit filio ad petendum hæreditatem paternam.

13 Matrimonium suam habet validitatem ex solo mutuo consensu, & dicitur verum absque carnali copula.

14 Matrimonium ad legitimandum filios potest contrahi in articulo mortis.

15 Instrumenta dotalia de iure canonico non requiruntur in matrimonio.

16 Testium dicta non sunt cauillanda, sed ad bonum & ciuilem intellectum capienda.

17 Mulier dicens se grauidam ex aliquo qui sit præsens & non contradicat, exinde facit quòd tacens fateri uideatur.

18 Filius vbi est certus per confessionem matris & patris, licet procreatus sit non ex concubina, legitimatur tamen per subsequens matrimonium.

19 Bartoli dictum in l. penultima.de concubin. reprobatur.

20 Ciuitatis Pisauri est de terris Ecclesiæ mediatè.

21 Legitimus filius ad omnia quando quis dicatur.

22 Probatio mortis in causa pecuniaria sufficiens per successionem quæ sit.

Præsume-

23 *Præsumptio de vita tollitur per unum testem de visu mortis.*
24 *Clausula codicillaris in testamento quid operetur.*
25 *Filia exclusa à successione per statutum, dicitur etiam exclusa a legitima.ex communi.*
26 *Ius exclusa femina debet applicari illi cuius fauore excluditur.*
27 *Cognitio de matrimonio non potest fieri coram iudice layco.*
28 *Iudex laycus incidenter de matrimonio cognoscere potest.*
29 *Dicta testium examinatorum valent in his quæ dixerūt extra capitula, cum iurauerint dicere veritatem super capitulis & tota causa.*
30 *Succumbere debens ex eisdem actis condemnatur in expensis.*

VERE DEVS DOCE ME QVAESO viam veritatis & iustitiæ.



PRo Euangelista contra Baptistā de Mar
tijs eius patruum longas allegationes
non faciendas duxi, tum quia aduoca-
torum allegationes breues esse debent,
1 vt inquit Bald.in l.pen.circa fin. ff.de his quæ in te
stam.delen.tum quia iura dicti Euangelistæ viden
tur clara & manifesta, & aliàs in scriptis non alle-
gassem si possem oretenus allegare, vt feci coram
primo Iudice, sed cum causam sit expedienda con-
silio sapientis secretè ex petitione alterius partis,
quem alloqui non datur facultas, non diffidens de
maxima iuris scientia & prudētia D. Consultoris,
sed Aduocati fungens officio pro clientulo hæc ra-
ptim scripsi.
Dicit itaq; Euangelista, testamentum Mathęi sui
aui paterni ruptum, & nullam esse eiusdem Euange
2 listę nepotis præteritione,† per not in l.Gallus.§.1.
de lib.& posth.& in §.1.insti. de exhęred.liber.ne-
gatur verò pro dicto Baptista d. Euangelistam esse
talem qualem se facit.Ideo fuerunt factæ probatio
nes pro dicto Euangelista. Quibus attentis primus
D.Iudex pronunciauit, vt legitur in sentētia, à qua
d.pars aduersa appellauit, & ad huc persistit, in sua
intentione, quòd non sit probatum dictum Euan-
gelistam esse nepotem ex filio præmortuo dicti
Mathæi.
Ego verò hoc probatum esse, Primò ostendo, ꝙ
Paulus probatur fuisse filius Mathæi per quinque
testes examinatos pro dicto Euangelista, & ipse Ba
ptista fatetur in suis capitulis, in primo capit.& suc-
cessiuè probatur dictum Euangelistam fuisse & es-
se filium d.Pauli legitimum & naturalem, vel legiti
mum per subsequens matrimonium, & consequen
ter nepotē d.Mathæi.Probatur enim dictum Euan
gelistam filiū esse d.Pauli. Primò, per matrimoniū
contractum per verba de præsenti cum annuli sub-
arratione cum donna Hieronyma matre d. Euan-
gelistæ. Secundò, per nominationem parent. Ter-
tiò, per publicam vocem & famam, ꝙ pro tali repu
tatur ab alijs publicè.
3 Primò, matrim cum sufficeret† probari per duos
testes, iuxt.not.in c.4.de testi. hic quidem probatur
per quinq; testes publicè & palam inter d. Paulum
& d.donnam Hieronymam per verba de præsenti
cū subarratione annuli, vt patet discurēdo & legē-
do examen dictorum testium concorditer & cōclu
denter probantium consensum cōiugum verbis &
nutu expressum media interrogatione Capellani lo
ci, & eo interueniēte, vt requiritur.c.aliter. 30.q.5.
not.Abb.in c.fi. de cland. despon. ita matrimoniū
dr̄ verè contractum, vt c.tuæ.& c.pen.& ibi Cano.
de spons.& matr.cum alleg.à Paris.cons.55.nu.14.
4 li.4.& annuli† subarratio facit præsumere matrimo
niū interueniente consensu, vt in re nostra, p verba
de præsenti, secundum gl.& ibi Ioan. Andr.Butr.&
Abb.in c.fi.de desponsa.impub.& gl.in d.c.pen.stā
te consuetudine probata per dictos testes, ꝙ matri-
monium est contractum qn̄ interuenit annuli im-
missio, quę ēt si alia indicia nō essent inducit matri
5 monium,† vt concludit Aret.in con.13.viso diligē
ter.col.3.& seq.& Deci.in cōs.163.in causa matri-
moniali.col.2.vbi dicit facere nominationē coniu
gum & publicam famam, quæ etiā hic concurrunt,
idem probat Grat.con.58.nu.5. & seq.li.2. sed non
puto insistendum super præsumptione, cum habea-
mus veritatē d.matrimonij contracti, cuius quidē
6 matrimonij est tantus vigor, † vt filij postea nati di
cantur patris & legitimi. l.filium. ff.de his qui sunt
su.vel ali.iu.& antea etiam geniti legitimi habean-
tur.c.tanta.qui fi. sint legi. existens quoq; in vtero
conceptus tempore cōtracti matrimonij, vt euenit
in casu nostro, legitimus nascitur.l.pen. C.de natu.
libe.dicit Bal.l.fi.de his qui sunt sui.ita cōiter velle
doct.attestatur Bero.in con.166.nu.9.lib.2.
Secundò, d.Paulus nominauit & habuit d. Euan
gelistam pro suo filio legitimo & naturali, vt depo
nit Bernardinus primus testis super 13.capi.& cla-
rius & sępius deponit Vicus quartus test. super d.c.
13.& super interrogatorijs partis aduersæ, & domi
nam Hieronymam vocasse, & lactasse d. Euangel.
vti filium legitimum & naturalem.d.Pauli, attestā-
tur.2.3.4.& 5.Testes super cap.13. Prodest enim fi
7 lio dictum parentum,† not.glo.in vers.carbo. edic.
in l.1.§.parui.ff.de carbo.edic.& not. in l.fin.ff.de
proba.lex pręsumit filium, qui per patrem & matrē
vocatur filius, inquit Bal.in l.non ignorat.col.j. C.
qui accu.coadiuuatur ꝙ quartus testis ad car.14. di
cit Marcum de Martijs dixisse eidē testi se dedisse
vestimenta & alimenta d.Euangel.per duos annos
continuos post discessū d.Pauli.Et primus test. sup
c.15.dicit, ꝙ dicebatur d.Marcum noīe Mathæi pa
tris d.Pauli dedisse quædā vestimenta puerilia pro
d.Euang.& Mathæus primus test.partis aduersæ su
per interrog.dicit audiuisse Marcum patruū d. Pau
li emisse quædam vestimenta d.Euange.adeo ꝙ cū
8 nomine concurrūt facta † quæ sunt vero proximio
ra q̄ nuda vocabula, dicit Bald.in d.l.non ignorat.
col.1.nu.4.5.coadiuuatur & tertiò per publicam fa
mam probatam per quinq; testes super 14.cap.ꝙ d.
Euangel.fuit & est filius d.P.vt deponit 5. testis ad
car.

car.3.3.& 2.T.ad car.6.& 3.T.ad car.10.dicit plus
ꝙ pro tali ipse testis habuit & habet, & aliquid di-
cit ad car.12.& 4.T.ad cart.14. dicit etiam plus ꝙ
ipse credit eundem Euãgelistam esse filium d.Pau-
9 li,& assignat causam credulitatis, quare testes † de
credulitate ratioñe credulitatis reddentes probant
secundum Bal.in l.siue possidetis.col.2.nu.6. C.de
prob.refert & concor.allegat Hyp.Mar.in cõsi.14.
nu.12.13.& Bal.in l.quid tamen.§.1.ff.de arb.Fel.
in c.quoties.col.fi.de testi.Corn.con.61.col.5.li.3.
Alex.cons.187.col.fi.nu.18.li.2.& consi.88.col.2.
vers.ex qua apparet.li.4.& Ang.in §.hinc nobis.co
lu.fi.ver.super gl.in auctẽ.de hær.& falci.dicit ꝙ de
10 his † quæ non possunt cadere in veram certitudinẽ
testis nisi ꝑ credulitatẽ admittitur testimonium cre
dulitatis,vt super filiatione probat Alex. consi.24.
col.4.nu.16.li.2.idem in simili cõcor.alleg. firmat
Soci.consi.146.col.4.ver.sed ad hoc.li.1.& Corn.
consi.80.col.3.ver.alia fuit q̃stio.li.3.& Rol.à Val.
consi.57.nu.31.& seq.li.1.Et 5.T.ad cart.20.& ad
car.22.dicit ꝙ iudicio ipsius testis d.Euan.est filius
d.Pauli,& sui iudicij rationem assignat.

Itaque per dictam nominationem,tractatum &
publicam famam probata est quasi possessio filia-
11 tionis,† Bar.in d.l.filiũ.& in l.1.C.quor.bon. & in
l.1.§.itẽ per cõtrariũ.ff.de lib.agno.Petr.de Anch.
in consi.225.videtur.col.fi.Soc.consi.89. in causa.
col.4.li.1.& Canonis.in c.per tuas.de prob.glo.in
12 c.lator.qui filij sint legit. Hæc † autem quasi posses
sio filiationis sufficit filio ad petendũ hr̃ditatẽ pa-
ternam,Ant.de Butr.in c.transmissæ.col.3.qui fili.
sint legi.sequitur Dec.cõs.54.in causa D.An.col.2.
Verum hic(vltra quasi possessionem filiationis) cõ
currit probatio matrimonij, qđ facit(vt dixi) nasci
legitimum filium existẽtẽ in vtero tempore matri-
monij.d.l.pen.de nat.lib. Nihil.n.refert ꝙ non pro
batur consumatio matrimonij post illud contractũ
13 per copulam carnalẽ,quia matrimoniũ † suam ha-
bet validitatẽ ex solo mutuo consensu,& dr̃ verum
absq; carnali copula.not.Abb.in c.licet.& in c.fin.
de spons.duo. & Paris.con.86.nu.39.lib.3.ꝙ pro le
gitimatione sobolis procreatæ carnalis copula nõ
14 requiritur in matrimonio,ex eo probatur,ꝙ † ad le
gitimandum filios põt in articulo mortis matrimo
nium contrahi. Ange.Are.post alios per eũ relatos
tenet in §.fi.circa fi.inst.de nup. Alc.ĩ l.qui posthu
mos.de lib.& posth.cum simil.non ĩpeditur ẽt d.le.
gitimatio ꝙ instr̃a dotalia non interuenerint secun
15 dum ius ciuile, quia † de iure canonico talia instr̃a
non requiruntur d.c.tanta.Iuri.n. canonico stari &
* ita cõiter teneri per Cano.& sequi in pract.per legi
stas dicit Abb.in d.c.tanta. col.1. & ab ista cõi opi.
in iudicando non esse recedendum,firmat Dec.cõ
si.155.& diligenter.col.2.Ias.in l.sed & quæsitum.
col.2.de lib.& posth.& Paris.cons.13.nu.46. lib.2.

Non obstat quoq; ꝙ Bar.dicat in l.pen.ff.de con
cub. nõ legitimari ꝑ subsequentes mr̃imoniũ filios
procreatos ex ea q̃ non fuit retenta domi. Quoniã
satis est in casu nostro ꝙ per cõfessionem matris &
Pauli patris certũ sit Euã.eẽ filiũ d.Pauli ex d.Hie
ronyma & d.Hierony. tpe d.matrimonij esse præ-
gnantem ex d. Paulo , vt ipsa confessa fuit petẽdo
veniã à Mathæo suo socero, qui vnà cum d.Paulo
tunc præsente petitã veniam concessit, & hoc cõfir
mauit seu non improbauit,vt probat 3.T.& 4.T.&
5.T.qui T.in effectu cõcorditer attestãtur d.D.Hi.
tpe d.matrimonij contracti dixisse, & palam cõfes
sam esse se prægnantem esse ex d.Paulo, quorũ di-
16 cta † non sunt cauillanda sed ad bonum & ciuilem
intellectum capienda,secundum Bal.in rub. col.fi.
ff.de rer.diuis.censet Alex.consi.186.num.4.lib.7.
consi.43.nu.29.& seq.li.4.Ias.in l.si fideiussor.§.1.
ver.circa illud.ff.qui satisd.cog.& Dec. consi.272.
Viso.col.1.

17 Nam mulier dicens † se grauidam ex aliquo qui
sit præsens & non contradicat exinde facit ꝙ tacẽs
fateri videatur,text.est.in l.1.§.1.iuncta glo.ibi. in
versi.contra denunciauerit,qui non improbat pro-
bat &c.& in §.Iulianus.iuncta glo.1.in versic. mu-
lier cum testatò dixerit per hoc videtur fateri, &c.
ff.de lib.agnosc.In casu autem nostro Mathæus so
cer d.Hieronymæ nedum approbauit hoc tacendo
sed confirmando expressis verbis ei indulsit, vt te-
stes prædicti dicunt,qui etiam multa alia attestan-
tur ꝙ d. Paulus tacitè & expresè cõfessus fuit rem
habuisse cum dicta Hieronyma,& ex eo grauidam
eam effectam esse,vt patet legendo eorum dicta,fa
cit dictum Hostien.relatum per Abb.in ca.sicut.de
homicid.à contrario sensu, quòd creditur mulieri
dicenti se grauidam ex aliquo si ille non contradi
18 xerit. Vbi ergo filius † est certus per confessionem
matris & patris,licet procreatus sit non ex concubi
na,legitimatur tamen per subsequẽs matrimoniũ.
Bald.in l.eam quam.col.6.num.24.versicu.deinde
quæro.C.de fideicom. & in l.si qua illustris. nu.3.
C.ad Orphi.Quo quidem stante,non videtur pro-
19 cedere quod dicit † Bar.in d.l.pen.de concu. quod
ẽt non procedit, quia procreatus ex soluto & solu-
ta ex furtiuo accessu,etiã muliere non domi retenta
per subsequens matrimonium legitimatur, post gl.
firmat Abb.in c.innotuit.col.pen.de elec.& in d.c.
* tanta.col.fi.ita contra Bart. esse commun.opini. &
ab ea non esse recedendum, pariter firmat Deci.d.
consi.155.per iura & auctoritates per eum allega-
tas, quæ quidem opinio maximè procedit in loco
20 istius iudicij ciuitatis Pisauri,quæ est de terris † Ec-
cle.mediatè.Rolan.à Val.consil.22.nume.8. lib.2.
vt est notorium, & Dec.in d.consi.155.in col.fina.
resoluendo dubium motum tenet legitimatum per
subsequens matrimonium excludere filiam, stante
statuto de quo in casu nostro agitur per sententiam
Anton.de Butr.in cap.per venerabilem.qui fil. sint
legit.quam refert & sequitur Castr.consil.221. su-
per eo. column.fina.in antiquis. & in nouis con-
sil.180.lib.1.& Deci.consil.52. viso eleganti. ple-
nè scribit Ias.in l.cum acutissimi.C.de fideicomm.
licet hanc in re nostra aggredi quæstionem neces-
sarium non sit, quia statutum simpliciter loqui-
tur, stantibus filiis masculis, & non dicit legiti-
mis, nihilominus textum in §. tribus autem.

in auct.quib.mo.nat.effi.fui. dicit.femel eos efficiẽ
tes legitimos damus habere etiam fucceffiones il-
las, quas habent qui ab initio legitimi funt, &c. &
in d.l.penul.de natur.liber.funt hæc verba. Iufta pa
tri foboles nafcatur,& in poteftate efficiatur, & hæ
res exiftat moriente fiue ab inteftato, feu ex tefta-
21 mento,&c.Sic † eft ad omnia legitimus. Nat.confi
lio 121.nume.13. lib.1. maximè in fucceffione le-
gali, idem Nat.confi.602.nu.6.&.7.lib.3. & latius
per Burfat.Mant.confi.98.nu.20.& feq.& Parif.cõ
fi.13.nu.36.& feq.lib.2.

Mortuo ergo dicto Paulo in partibus Lombar-
diæ, & fic in longinquo & remoto loco, vt depo-
nit de vifu vlti.T. & alij teftes de fletu parentum d.
Pauli & attinentiũ,& de publica voce & fama,quæ
22 † his fimul iunctis eft de dicta morte in caufa ifta
pecuniaria per fucceffionem fufficiens probatio, vt
Bart.& alii tradunt in l.2.§.fi dubitetur.ff.quemad
modum teftamen.apper. & in l.fi quidem.C.folut.
matrimo.& in terminis Alexan.confi.27.confide-
ratis.lib.7.& confi.4.nu.6.15.lib.2.& confi.25.nu
me.3.& fequen.lib.4.& Aym.con.127.ad fi. & Fe
23 li.in c.fin.§.fin.ad fin.vt lite non conteft.dicit† per
vnum teftem de vifu mortui tolli præfumptionem
de vita.& Boer.decif.288.& nouiffimè Iofeph Affi
fien.in decif.Peru.12.nume.14.15.& feq. Vnde d.
Euangelifta fuccedit in locum fui patris prædefun
cti.vulg.Iur.& ex difpofitione ftatuti fuccedit cum
Baptifta fuo patruo in hæreditate dicti Mathæi aui
paterni, exclufa pęnitus filia fęmina ipfius Mathæi
fuccedit quidem in legitima, ob claufulam codicil
larem appofitam in teftamento dict.Mathæi rupto
24 † præteritione d.Euangeliftæ nepotis ex filio præ-
defuncto,per not.in auct.ex caufa.de lib.præteri.fe
* cundum commun.opini. etiam nouiffimè relatam
per Burfat.confil.92.nume.4. Quæ legitima quidẽ
iuxta formam fententię primi iudicis eft augumen
tata,vt confuluit Ang.confi.300. Punctus talis eft.
fequuntur Cuma. & Caftr.in l.huiufmodi. §.fi Ti-
tio. de legat. 1. licet aliqui contra teneant in dicto
§.fi Titio.& in l.planè.§.fi duobus.ff.eo.

25 Tamen quia filia exclufa † à fucceffione per fta-
tutum dicitur etiam exclufa à legitima, commun.
effe opin.atteftatur Soci.confi.127.rectè.colum.1.
lib.4.& Dec.confi.296.col.2. & plenè examinan-
do in eadem opinione communi refidet Albert.
Bru.de ftat.fœ.exclu.13.arti.in q.3.fola igitur dos
eidem filiæ Mathæi debetur ex forma ftatuti, vt ap
paret in teftamento ipfius Mathęi, nunquid autem
poffit hæc filia aliud confequi,eft longa & perple-
xa quæftio,de qua per Socin.in confi.150. lib.1. &
vltra dictam dotem portio dictæ filiæ eft applicata
dictis mafculis,quorum fauore exclufa eft.no.doc.
26 in l.maximum vitium.de liber.præterit. Quia † ius
exclufæ fœminæ debet applicari illi cuius excludi-
tur fauore.l.2.§.fi duo.ff.de coll.bon. cum concor.
allegatis per Soc.in confi.16.colum.4.lib.4.& Al-
ber.Bru.in dicto articulo 13.in dicta q.3. col.6. &
feq.in q.4. & feq. ꝙ nepos fuccedit cũ patruo,vt eft
cafus nofter,

Infuper non refragatur, ꝙ videtur non potuiffe
27 † cognofci de matrimonio coram Iudice Layco,per
c.lator.qui fi.fint legi. & cap.fuam. de ordi. cogni.
quia refpondetur hoc in cafu principalis caufa fuit
petitio hæreditatis,& negata filiatione d.Euange-
liftæ venit incidenter cognofcendum de matrimo
28 nio, quod fieri † poteft coram iudice layco, tenet
Bar.in l.Titia.ff.folu.matri.& ibi Alex. & cæteri fe
quuntur, & dicit fic diftinguendo & tenendo Bal.
in l.filium.col.fina.in 1.lect. de his qui funt fui vel
alie.iur.quòd quando quæftio eft de mero facto.i.
prolatione verborum, ex quibus credit matrimo-
nium effe contractum, quare Iudicis fecularis au-
res fint ad hoc audiendum impotentes, dicat Ap-
* pello,& hanc effe veram & communem opinio. te
net Alex.in d.l.Titia.col.3.fub.num.7. quando eft
quæftio facti,ita cõmuniter fequi & feruari de con
fuetudine,dicit Iaf.in l.quoties.col.2.in 3.no.C.de
iudi.eandem commu.opin. fequitur & comprobat
Deci.in c.decernimus.col.antepen.ver.quartò fal-
lit.extra eo. etiam fi effet quæftio facti fuper metu
circa matrimonium, latè infiftit Aym. confi.253.
col.1.& feq.

29 Item valent dicta† teftium examinatorum in his
quæ dixerunt extra capitula cum iurauerint dicere
veritatem fuper Cap.& tota caufa. Bar.& moderni
in l.fi duo patroni.§.item Iulianus. ff.de iureiur. &
Bal.confi.457.factum fic proponitur.num.3.lib.4.
adiuuat refcriptum Principis,ꝙ veritate infpecta lis
decidatur,cuius vigore creditur probationi per fua
fiuæ & non concludẽti,& mera veritas attenditur,
Iaf.in l.certi condictio.§.fi nummos,col.6.ff.fi cer.
pet.& poteft attendi fola caufa probata, Alexand.
in l.fi ita ftipulatus.§.Grifogonus.col.5.num.8.de
verborum obliga.& confi.114.nu.6.lib.6. & Soci.
confi.11 in fi.lib.3.& Aym.confi.202.nume.8. Ex
quibus arbitror fore iudicandum in fauorem dicti
Euangeliftæ,& condemnandum partem aduerfam
30 in expenfis,cum ex eifdem actis † debet fuccumbe
re,Bar.in l.generaliter.§.iuramẽto. in fi. C.de reb.
credi.& Iaf.poft alios in l.properandum. §.fiue aũt
alterutra. columna quinta. C. de iudi. & alibi per
doct. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pifauren.

CONSILIVM CXXXV.

ARGVMENTVM.

De audientia bannitis deneganda,& de inualiditate cefsionis repugnante ftatuto factæ.

SVMMARIVM.

1 *Refellenti fatis eft vni docere non conuenire.*
2 *Banniti ecclefia non poffunt receptari in ftatu Pifauri,* &c.

& impunè offendi possunt.

3 *Exceptio banni potest quandocunque opponi ad excludendum bannitum ab audientia.ex communi.*

4 *Banniti,durante banno non possunt succedere, possidere bona,nec ea recuperare.*

5 *Confessio in capitulis & precibus emanata valet.*

6 *Statutum ciuitatis est ius validum in ea.*

7 *Iudex non potest ferre sententiam contra statutum.*

8 *Contrauenient statuto etiam non recepto vel in consuetudinem ito,incidit in prohibitionem eius.*

9 *Filius sequitur originem sui patris.*

10 *Instrumentum producens debet probare de notariatu eius qui illud confecit,aliàs non probat.*

11 *Scriptura priuata nullam fidem facit.*

12 *Fidem facere de legalitate notarij spectat ad habentem iurisdictionem in loco.*

13 *Contractus filijfamilias sine consensu patris non valet.*

14 *Obligatio non oritur nec ciuilis nec naturalis ex cessione prohibita in personam filijfamilias.*

15 *Statuta Arimini,de filijsfamilias,& de vsufructu rerum vxorum declarantur.*

16 *Statuti qualitates probandæ sunt à fundante se in eis, aliàs ei non opitulantur.*

17 *Statutum habilitans filiumfamilias ad obligandum, non habet locum in alienatione & donatione.*

18 *Mulier nupta acquirit omnia aduentitia patri, præter operam quam tenetur præstare viro*

nihil dicat quod concludat ad rem, est singularis ,
38 † & ei non creditur,d.l.iuri iurandi,neque facit in-
39 dicium , quod à remotis probari debet † per duos
testes secundum Bar.in l.fi.vers.quæro qualiter. &
ibi

ibi Alex.in apost.ff.de quæst.non potuit etiam examinari post publicationem processus timore subornationis, † dicit Bar. in extra.ad reprimendum. in
40 versi.& figura.col.fin.sequitur Pet.de Anch.in cle. sæpe.col.9.de verborum signifi.Nam per rescriptũ de summarietate & visa veritate,de quo infra dicã,
41 non tollitur defensio, † quæ est de iuregentium. l. vt vim.de iusti.& iur.vt volunt Bart.in d.extr.in d. glo.& figura.& in alijs glo.& Bald.in c.1.in fin. de no.for.fidel.& Dec.in c.dilecti.col.2.de iudi.& cõ
* muniter Canon.in d.clemen.sæpe. per clemen.pastoralis.§.cæterum.de re iud.Isto ergo respectu, nè tollatur defensio, dictus testis non potuit examinari post publi.procef.& absente & non citata parte, vt firmat Bar.in d.glo.& figura. col.fi.& in l.filiusfamil.ff.de donat.& Pet.de Anch.in d.clem.sæpe. colum.9.& Abb.in d.c.dilecti. col. 2. neque etiam
42 ex officio iudicis † parte non citata testis examinari potest termino elapso,Felin.in cap.licet causam. col.12.in 9.limitatione.iuncta 7.de probat. Testis
43 autem examinatus † parte non citata non facit indicium,Bar.in l.maritus.ff.de quæst.cum multis relatis per Hyp.de Mar.in consi.8.num.21.Ex his apparet dictam attestationem Camilli non facere ad rumbum,& non fore attendendam.

Et consequenter ex prædictis liquet per dictos actores non esse probatum legitimè contra dictam quasi possessionem filiationis. Nam intendunt probare dictum Andream reuersum non esse verum Andream Rentij Bratti, in hoc quidem cadit crimen falsi.l.falsi nominis.ff.de fal.Falsum est autem
44 mutatio veritatis, † vt in auc.de instru.ca.& fide. in prin.& l.quid sit falsum.& ibi Barto.ff.eo.de fal. cum simil. falsum vero nunquàm demõstratur nisi appareat veritas, quia ista sunt contraria. Menda-
45 cium enim opponitur † veritati secundum B. Augustinum in lib.contra mendacium,inquit Soci.in cõsil.15.colum.4.volumi.1. quorum si non probetur vnum.s.veritas, non probatur aliud.s.falsum, qui verò cognoscit vnum contrariorum,cognoscit reliquum, & qui nescit probare vnum, nescit probare reliquum,sunt verba Bal.in l.j.in prin. ff.de his qui sunt sui vel ali.iu.sequitur Ang. Aret.in pr.insti.eo. Sed veritas hic nequaquàm reperitur probata,quæ vt detegeretur asserta falsitas,de necessitate erat demonstranda his cognitionibus,videlicet vel per signa & demonstrationes vnius corporis diuersas ab alio,& istæ non docetur, vt supra super vltimo modo dictum fuit,vel verè probandum erat cuiusnam esset filius, & quo vero nomine appellabatur ille Andreas reuersus, quoniam sine patre natus non
46 erat,vt ratio naturalis dictat, † quę sufficit allegari. l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tuto. Verum hic non probatur nisi quòd fuerit filius Rentij Bratti, ergo &c. vel post aduentum dicti reuersi probandum erat de superexistẽtia,uita & corpore veri Andreæ,vt vno cognito reliqui cognosceretur. d.l.1. de his qui sunt sui.& vno ex istis non probato,stante dicti Andreæ reuersi quasi possessione filiationis tot & tantis gestis coadiuuata (si bene considere-

tur) nullo modo potest demostrari dicta falsitas ratione supra assignata.

Sed dato & non cõcesso ꝙ dictus Andreas reuersus fecisset se filium aliarum personarum, vt capitulant actores,nihilominus non concluditur illũ nõ esse vel posse esse non filium Rentij Bratti,arg.l.nec quæ natales. C.de probat.& d.l.non hoc.Probatio
47 † autem non concludens interpretatur contra probare volentem,vt voluit Bar. in l.inter stipulãtem. §.1.& ibi moder. de verborum obligatio. & Deci. in consil.321.nu.6. Nam hic tractatur de maximo præiudicio reorum conuentorum & omnium qui
48 cum eo contraxerunt, vnde † concludens & plena requiritur probatio, per ea quæ vult Bart.in l.1.C.
49 quo.bon. Plena probatio † dicitur quæ mouet ita formiter Iudicem ad credendum vni parti, ꝙ non putat aliquo modo posse esse contrarium, vt docet Bar.in d.extra.ad reprimendum. in ver.summariè. vers.circa modum probandi. & in d.l. admonendi. ff.de iureiurã. Nempè nullus Iudex etiam credulus potest vel debet taliter inhærere dictis attestationibus agentium,ꝙ etiam non credat dictum Andreã reuersum esse, vel posse esse filium verum dicti Rentij Bratti per supradicta super testibus reorum con-
50 uentorum. At quis† non debet esse nimis credulus. l.fi.in principi. C.de accusat.not.in l.1. in principi. ff.de eo per quem fac.er. qui enim facile credit leuis est corde, inquit Salomon in Ecclesiasti. decimonono.

Si autem opponatur ꝙ Andreas ille se supposuit pro filio aliorum habentium filios absentes, ergo præsumitur se supposuisse pro Andrea absente filio dicti Rentij.ex vulg.regula. c.semel malus. de reg. iur.in 6.& l.non omnis.§.à barbaris. ff.de re mili. cum simil.

Respõdeo primò, non sumus in terminis d.regulæ,quia(vt supra declaraui)legitime non cõstat dictum Andream reuersum se pro filio alicuius supposuisse.

Secundò,dato(absque preiudicio veritatis)ꝙ dicta regu.obstet, & ideo necesse sit probari contrarium.i.non suppositum filium Rentij,dico ꝙ stante confessione agentium de vera filiatione Andreę dicti Rentij in precibus & in capitulis facta, probatur dict. Andreas esse verus filius dicti Rentij Bratti per Dominicum 3. T. dicentem dictum Andreã reuersum recognouisse ad effigiem faciei, & Ioan. Franciscum 7.Test.dicentem dictum Andreã agentem dixisse (ben sai ch'egli è desso &c.) & D. Vincentium 8.T.deponentem audiuisse Cichinum affinem dicti Andreæ dicere palam & publicè illum esse verum Andream, & illum recognoscere,&c. vt hæc omnia supra recensui.quæ attestationes,una cũ dicti instrumenti proœmio & alijs instrumentis publicis,in quibus apparet scriptus Andreas filius q.Rentij Bratti,plusquàm semiplenam probationem certè faciunt,& coniunctæ cum attestationibus aliorum sex testium de publica fama amplè deponentium plenam inducunt probationem, per
* commu.doctr.Bal.& moder. in l.Gallus. §.fina.de

lib.

51 lib.& posthum.quæ est, quòd † dictum vnius testis
de veritate,& dicta duorum testium de publica fa-
ma super eodem negocio in causa ciuili simul con
iunguntur ad faciendam plenam probationem, de
qua ibi per Ias.in col.2.& Dec.in consi.57.num.3.
Non diminuitur de fide dictus Dominicus testis ꝙ
sit compater & laborator magistri Vincentij. De
52 compatre enim admittendo, † firmat Ias.in l.gene
raliter.ff.de in ius vocā. de laboratore habetur per
Soc.in consi.228.col.penult.lib.2. & quādo etiam
adsunt aliæ præsumptiones, vt in casu nostro per
53 alios testes probatæ, Testis † non idoneus efficitur
idoneus, Alex.in cons.55.col.fi.vol.2.& in l.si duo
patroni.in prin.col.2.ff.de iureiur. per ista remoue
tur quoque contrarium, quod oriri posset arguen.
ex.l.pen.C.de prob.quod melius soluitur,cum illa
54 lex habeat duplicem intellectum,nō possumus † ex
ea facere fundamētum,ita Bar.in l.in ambiguo. de
reb.dub.refert Alex.in l.cum mulier.la 1.num.19.
sol.matri.

Tertiò, in terminis d.regulæ semel malus,Hyp.
de Mar.in suo con.44.quoniam omnis potestas.nu
55 me.4. dicit ꝙ solitus † delinquere habet contra se
indicium delicti,allegat hoc dicentem Alex. in cō
sil.77.in cā accusationis.col.3. vol.1.per l.de mino
re.§.tormenta.ff.de quæst.& Bar.in l.fina. ff.eo. &
Alex.in consi.50.visis & oportunè.in 2.cart.col.2.
vol.1. cum aliis ibi per eum allegatis & deductis ꝑ
primum consulentem. Verum hoc indicium noce-
ret ipsi Andreæ, non ipsis reis conuentis bona fide
emētibus ab eo qui publicè reputabatur pro vero,
56 cū pęna † non debeat transgredi suos auctores.l.san
57 cimus.C.de pęn.& alterius dolus † alteri nocere nō
58 debeat.l.electio.§.fin.ff.de noxal. & quisque † do-
li sui pœnā sufferat.l.si ex duobus.ff.de tu.& ra.dis.
59 Rumor.n.& publica fama † quæ erat in castro Flo-
renzolæ de dicto Andrea reuerso fuit iusta causa
contrahentibus cum eo ad credēdum illum esse ta
lem qualis dicebatur,per text.& ibi not.Bar.in l.fi.
ff.de hær.inst.quæ sufficit esse tempore contractus.
ar.l.si tamen.ff.ad Maced. contra eos igitur non fa
cit neque sufficit dictum indicium cum tractetur
de eorum maximo præiudicio,plenè erat proban-
60 dum,vt supra dixi.Iudicium autē † est minus quàm
semiplena probatio,gl.ord.in l.cum probatio.ff.de
prob.not.Bal.in l.fin.in fi.C.eo.cum simil. adiun-
ctis per Ias.in dict.l.admonēdi.in mag. rep.col.64.

Si uerò ex parte agentium arguatur, ꝙ hæ sint cō
iecturę, & dictę suppositionis sit difficilis probatio,
61 & ꝙ ratione difficilis probationis † admittātur pro
bationes minus legitimę & per coniecturas, Barto.
Alex.& alij.in l.in illam.de verb. obli. & in l.de pu
pillo.§.siquis ipsi prætori.de no. op.nunc.per.l.si vi
cinis.C.de nupt.cum simil.

Respondeo, cum dictus Andreas à principio re-
uertens publicè & palam in conspectu omnium di
xerit & fecerit se Andream filium Rentij Bratti, &
pro tali fuerit habitus & cognitus, vt supra, si fuisset
falsus & simulatus de sui natura hoc posset fieri ab
omnibus personis dicti loci, præsertim cognoscēti
bus Andreā ipsum antequàm discederet. Nā ante
discessum & post aduentum d.And. nō stetit ocul
tè & in abscōdito, sed palā & publicè versatus fuit,
62 quæ.n.fiunt & sunt palam † ab omnibus cognosci
& sciri possunt.not.gl.& doct.in l.si turor. C.de pe
ric.tuto.præsertim à uicinis, qui & consanguinei ꝙ
63 sciant, † est præsumptio iuris, dicit Bar.in l.1.col.4.
ver.cōtra hanc decisionem.& ibi alij sequūtur.ff.si
cer.pe.Nō opitulatur ergo dictū argumentū, quod
64 locū sibi nō uindicat, † nisi qn̄ res & actus de sui na
tura cōiter probari nō posset, ita hoc procedere te-
net Dec.in l.in actionib.in fi.ff.de in lit.iur. & post
Ant.de Butr.& Imol.in c.tertio loco.de prob. imò
cum hoc sit insolitū & cōtra verisimile, magis gra
uatur actor in probando, & clarior probatio requi
ritur, vt infra dicā.alleg.Dec.in cons.94.in fin.col.
Rem nostram.n.intuentes recto iudicio semper di
cent reos conuentos in specie probasse de filiatio-
ne dicti Andreæ, & actores in genere aliquid & pa
65 rū contra.vnde præsumptio specialis † præfertur ge
nerali præsumptioni, dicit Alex. in l.si prius. col.8.
in fi.de no.op.nun.& etiam in dubio pro reo iudi-
candum est, iux.vul.iura.

Item ex parte agentiū si instetur & contra oppo
natur, ꝙ licet per eos deducta & probata separata
non sufficiant, tamen simul coniuncta probant, per
reg.& quæ non prosunt singula, &c.de qua in l. cū
scimus.C.de agr.& censi.lib.9.

Respondeo breuiter, in casu nostro quælibet in-
dicia de per se esse imperfecta & legitimè non pro
bata, quod pōt uideri.primò, indiciū de solita sup-
66 positione est imperfectū, quia non probatur † per
duos testes de ueritate, ut requiritur scd̄m glo.ord.&
cōiter approbatā in l.fi. C.fami.erci. & demonstra
tur s̄.in alleg.cōtra testes de eo aliqd deponentes.
Itē est imperfectū aliud indiciū de diuersitate æta-
tis & signorum, quia legitimè & cōcludēter nō pro
batur, ut s̄.ostendi super ultimo modo.& testibus
duobus de hoc deponētibus dixi nō esse credendū
in aliquo, qm̄ dixerunt expresse falsum, in eo quod
dicunt dictum Andreā fuisse reputatum pro ficto
& simulato filio d.Rentij à maiori parte hoīum &
personarum de eo loquentiū. Contrarium.n.de di
recto dicūt dicti noue testes fide digniores & in di
gnitate cōstituti, ut alleg.primus Cōs.ꝙ imò dictus
Andreas publicè & palā indifferēter fuit habitus &
reputatus pro uero filio dicti R.ab omnibus homi-
nibus dicti Castri ipsum uidentibus & de eo collo-
67 quentibus.&c.& hoc † manifestū est, quòd multitu
dine testium comprobatur. Bal.in d.l.per hanc.col.
1.& sic de hoc indicio non est curandū. Itē est im-
perfectum aliud indiciū de illo sene uocante d. An
dream pro filio, & rogante ut domum rediret, & s̄.
multifariam fuit dictum, qn̄ igitur separata, unum
quodq; de per se in genere suo, non sunt perfecta,
68 in probationibus nō procedit dicta regula † & quę
non prosunt &c.tenet Bal. in l. si quis ex argenta-
riis.§.j.ff.de eden.& in l. obseruare. vers. sed pone.
C.quo. appel. sequitur Feli. in c. cum causam, col.
pen.vers.limita istam.de prob. cum multis concor.
alleg.

alleg.per Hyp.de Mar.in consil.20.nume.50.& se-
quent. & Roman. in consilio 91. Visis ac percun-
ctatis.colum.pen. & fi.dicit q depositiones diuer-
sorum actuum à diuersis probatæ nõ possunt simul
coniungi ad conficiendam vnam plenam & perfe-
ctam probationem. Præterea dictus Andreas secus
viuendo, si aliquas contra se præsumptiones indu-
xisset,id alteri nocere non debet. d.l.electio. §.fin.
& d.l.sancimus.cum simil. Cũ ergo agatur de præ-
69 iudicio alterius in re nostra † non sufficit præsum-
ptiua probatio,sed plena requiritur,not.dicit Abb.
in c.cum in iure.circa prin.de off.deleg. facit quod
scribit Caro. Rui.consi.3.nu.8. vol.5.& melius per
Dec.consi.410 sub nu.13.

Prædicta quoque istam partem defendunt ab
argumento quod fieri posset ex vulg. doctri.Bal.in
l.solam.propè fin.C.de test.virtute rescripti . q so-
la facti veritate,&c. de qua per Ias.in l.certi condi-
ctio.§.si nummos. colum.6. ff.si certũ pet.q Iudex
70 † probationibus etiam persuasiuis credere possit,
Quãuis ex dicto rescripto actores, cum veritatem
in precibus non expresserint,dicendo saltem fuisse
reuersum vnum,qui fuit habitus vel se faciebat An
dream,non adiuuantur,per l.fi.C.de diuer.rescrip.
& l.si quis obrepserit.ff.de fal. & in commissioni-
bus ad lites est casus in cap.significantibus. de offi.
delega.

71 Præterea † d.doctr.Bal.in l.solam.& aliorum in
ea se fundantium in casu rescripti,de quo agitur,
non est alleganda, quia Bald.loquitur quando Iu-
dex habet arbitrium de iure & de facto in procedẽ
72 do & iudicando ad instar arbitratorum, †qui mo-
uentur probationibus, quæ non concluderent iudi
ci,dicit Bal.in l.fi. C.eo.de test. Ita intelligit Ias.in
§.bonæfidei.nu.47.inst.de act. & Dec.in con.178.
in fi.Idem cõprehenditur In pract.Papien. in 1.for
ma libel.in glo.summariè.circa fi.ibi. cognoscat &
determinet sola veritate,&c. Sed Iudex per dictum
rescriptum mandans prouideri prout de iure, non
arbitratoris, sed arbitri potestate fungitur. quoniã
73 arbiter dicitur † qui de iure & de facto potest co-
gnoscere,pronunciare verò tantum de iure, secun-
dum Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.vers.quæ
74 ro quid si est dictum.ff.pro soc.& arbitri † non pos-
sunt lædere partes sicut arbitratores, Bar.ĩ l.si quis
Iudex.§.recepisse.ff.de arbitr. Sed iudicant sicut Iu
75 dices,arg.l.1.ff.eo. Rescripta † autem ad lites & ad
iuris obseruantiam sunt strictè intelligenda & re-
ducenda ad ius commune, tradit Ias.in l.fin.col.7.
ff.de const.prin.& Dec.in consi.209.num.5. De iu
re communi est vt probatio valida sit concludens.
d.c.in præsentia.& dict.l.neque natales.cum simil.
76 Nam dicta verba,† visa tãtum veritate,intelligũtur
de veritate,cui ius patrocinatur,inquit Bal.in l.ne-
mo.C.de sent.& interlo. habito respectu ad iura ci
uilia quæ veritatem negocij tangunt, Bar.in l.si fi-
deiussor.§.quædam.ff.mand.& important vt dila-
tiones ad probandum abbreuiari possint, & solen-
nitas libelli & lit.contestat. omitti possit, dicit Ro-
ma.in consi.419.in casu proposito.Importãt etiam
vt Iudicare Commissarius debeat solo iure gentiũ
inspecto, ommisso ordine & solennitate iuris ciui
lis,scribit Dec.in c.dilecti.col.2.de iud. & in c.quo
niam contra.in 4.not. de probatio. & illa adiectio
77 † (prout de iure) in fine rescripti apposita limitat
præcendentia in disponendo ad metam iuris,argu.
l.edita.C.de eden.& not.per Bar. in d.extr.in glos.
in versicu.prout.Non significant igitur dicta verba
liberam voluntatem iudici datã. in quo casu loqui
tur,Bal.in d.l.solam.in fi.cum de arbitratore faciat
æquiparationem.

Quare talis Iudex non debet fidem adhibere at
testationibus non concludentibus, & quibus de iu
re non creditur, quia istæ respiciunt probationem
facti principalis,& sic non processum, sed decisio-
nem tangunt,per ea quæ scribit Aret.in d.c.dilecti.
& ibi sequitur Feli.in col.2. ver.limita omnia præ-
dicta . In decidendo autem limitatam habet pote-
73 statem,prout de iure,& † commissionem non debet
transgredi.l.diligenter.ff.manda. cum simil. Vnde
magis videtur requiri vt probatio concludat, qua
ita iudex moueatur ad credendũ, vt non putet pos-
se esse aliter, & possit dicere ita est sicut Deus est,
qui est ipsa veritas,& non fallit neque fallitur, vt l.
fi.C.de ponderat.lib.10.& Bal.in cap.1.de no.sor.
fid. at persuasiuis probationibus credendo fallere
& falli posset. Veritas autem in re præsenti dicitur
illa qua habetur ex instructione testium & famæ,
not.Dec.in cap.dilecti in 6.not.de appell.filiatio-
nis quasi possessio vt supra probata, quia naturali-
bus conuenit,veritatis præsumptionem inducit, se
cundum Bald.in d.l 2.col.13.versicu.sed his obii-
citur.de ser.& aqua. licet verè (vt in sensu nostro ca
dit) dicta filiatio sit probata, vt supra demonstra-
ui , nullus vero auctor reperitur qui dicat etiam in
semel malo,nominato ab aliquo eo negante pro fi
lio, & in eo qui vno tempore videbatur vnius fa-
ciei & coloris, & alio diuersi, q inducat veritatis
præsumptionem,quamuis hæc(vt supra apparet)mi
nimè sint legitimè probata.Imo cum actores dicãt
79 proceis esse coniecturas, vbi coniectura † ibi nõ est
veritas per se nota, Bald.in l.ciues. C.de appel.po-
test igitur dici quoad ipsos actores,veritatem(quæ
non apparet)haberi pro nihilo quo ad ius nostrum
inquit Bar.in l.duo.ff.de test.tu. Verum cum huius
modi probatio de aliquo se ipsum supponente pro
filio alieno sit cõtra solitum & verisimile, & quòd
fortè nunquàm fuit auditum,magis grauatur actor
in probando,& clarior probatio requiritur. c quia
verisimile.& ibi Abba.& alij. de præsumptio. dicit
Deci.in consil.94.column.fina.quæ quidem plena
80 probatio † vbi tractatur de magno præiudicio re-
quiritur etiam in summariis,vult Bar. in d extra.in
d.glo.summariè. & vbi proceditur de æquitate re-
iectis apicibus iuris, probationes quæ de iure non
debent admitti non admittuntur,probat Socin. in
81 consi.120.col.7.vol.1.& D.Iudex,† non vt sibi vi-
detur, sed secundum acta & probata pronuntiare
debet in casu rescripti de summarietate, est text. &
ibi not.Car.Zab.in 19.no.in d.clem.sępe.§.& quia
de

de verborum signification.& gloss. melior de iure. in capit.1.in versicu. secundum quòd Canones. de offic.ord. Ex his omnibus concluditur probari aduentum d. Andreæ absentis & reuersi habiti & cogniti pro filio Rentij Bratti, & mortui superstite filia, & non probari cum falsum & simulatum, ergo petitæ curæ cessat fundamentum.

Postremò, licet prædicta sufficiant pro victoria reorum conuentorum, tamen superfluum non arbitror, hanc considerationem addere, q actores deducunt Andream absentem nunquàm post mortem patris bona paterna apprehendisse. Imò in precibus & in procemio capitulorum fatentur contrarium, ibi. (li beni hæreditarij del detto Renzo spetanti & pertinēti al detto Andrea assente, &c.)

82 Bona enim hæreditaria † dicuntur antequàm adeatur hæreditas, postquàm verò est adita efficitur patrimonium adeuntis, & amplius non dicuntur bona hæreditaria, vt declarat Bar. in rub. ff. de acq. hæred. Socin. in consi. 147. column. 2. lib. 1. quæ con-
83 fessio † in precibus & capitulis facta hoc probat. l. cum precum. C. de lib. causa. gloss. mag. in capitulo
84 primo. de conf. in 6. cum vulgar. Præterea † aditio, & in filio hæreditatis apprehensio, est quid facti, argument. l. denique. ff. ex qui. causis in integr. quod non præsumitur nisi probetur. capit. solennitate. de conse. dist. 2. & cap. cum in iure. de offic. delega. cum notiss. probatur per text. in l. prima. C. si min. se ab hæred. abst. & non præsumitur neque potuit interuenire aditio seu immixtio in dicto absente, quia quando discessit erat minor 14. ann. vt fatentur ip-
85 si actores, & sic erat pupillus, † qui non adit hæreditatem absque tutore. §. neque. instit. de auct. tut. Et quamuis continuetur dominium bonorum pa-
86 ternorum in filium, tamen † est necessaria noua possessio & noua apprehensio, dicit Barto. in l. in
87 suis. de lib. & posthum. Aditio † autem hæreditatis obligat hæredem ad debita & onera hæreditaria. l. prima. C. vt act. ab hæredi. & contra hære. & est quasi contractus. l. apud Celsum. §. finali. ff. ex qui. ca. in possess. eat. quia aditio est alicuius præiudicij, pupillus non adit sine tutore, etiam si hæredi-
88 tas sit lucrosa. dict. §. neque. & in filio † est præiudicialis immixtio, & obligat sicut aditio in extraneo, probatur per l. eum. C. arbitr. tute. & l. si te. C. de iure deliberan. & per locum à speciali in l. fina. C. de primip. lib. 12. & gloss. in dict. l. prima. Si minor ab hær. & in l. necessarijs. in versicu. teneantur. ff. de acquiren. hæredita. & l. si cum dotem. §. trans-
89 grediamur. in fin. ff. solut. matrimo. & † immiscere est ius, sicut adire, vt l. licet. C. de iure deliberand. Sed potestas curatorum bonorum est solummodo
90 † in conseruando & custodiendo bona. l. inter bonorum. ff. de administr. tuto. not. doct. in d. l. tertia. de capt. & postlim. reuer. Spec. in titu. de cur. §. fiu. versicu. si verò datus. dicit, quòd curator bonis datus leue & debile officium habet, non potest ergo huiusmodi curator hæreditatem adire rationibus præmissis, & ita in terminis consulendo firmat Socin. in consi. 234. omisso ordine. versic. in prima difficultate. lib. 2. per l. cum in vna. §. primo. ff. de appel. iuncta declaratione Bald. in l. potuit. C. de iu
91 re deliberan. Aditio enim est animi † & facultatis, quæ autem sunt animi & voluntatis non separantur à persona, est dictum Bald. in l. si infanti. columna sexta. C. eod. & dependet à mero & solo consensu adeuntis. Ange. dicit in consil. 218. Visa nar-
92 ratione. columna penultima. Curator † verò adulti cum eo hæreditatem adit. l. cum quædam. C. de administratio. tutor. quia plenam rerum administrationem habet, & non limitatam sicut bonorum curator. d. l. inter bonorum. & quia curator adulti datur vt habeat curam bonorum & personæ, licet bonorum principaliter, sed curator bonorum datur bonis tantum, vt dicit Barto. in d. l. 2. §. quæritur. de cur. bon. dan. Cum igitur talis curator non valeat hæreditatem adire, dicti curatores darentur frustra. Si verò dicatur hanc curatoris dationem vtilem fore, quoniam interim curator iste poterit administrare & conseruare bona, & recolligere fructus, & similia facere, quæ sunt facti, secundum Barto. in l. curator. ff. de tut. & cur. dat. ab his. dico doctrinam Barto. intelligi quando bona à nemine detinentur, quando verò ab aliquo, vt in casu nostro, possidentur, præsertim iustis titulis & bona fide, prout possident rei conuenti, & alij qui habuerunt causam & acquisierunt ab eo, qui communiter reputabatur filius Rentij Bratti. Ipsi quidem sunt conueniendi competentibus actionibus, & nō
93 potest curator † propria auctoritate possessionem ingredi, alioquin puniretur, vt l. meminerint. C. vnde vi. Verum talis curator habens leue & debile officium, vt inquit Spec. non potest actiones actiuè intentare, gloss. & Barto. in l. penult. ff. de bon. auc. iud. poss. & Socin. in d. consi. 234. nisi tempore perituras, quæ quidem in casu nostro non sunt perituræ, vt declarat secundus Consu. Item curator in casu de quo agitur nō potest intentare actionem, quæ competeret. s. petitio hæreditatis, quam intentarūt vt ex petitione colligitur, vel quorum bonorum, quoniam his experiri non potest absque hæreditatis aditione, saltem animo, iuxt. not. per Barto. in l.
93 gerit. ff. de acqui. hær. quæ cum sit † animi & facultatis non potest separari à persona, vt Bald. ait in d. l. si infanti. Hæres enim agendo dicitur immiscere
95 vel adire, † dicit Ias. in d. l. licet. col. 1. versi. nec ob. iste text. C. de iure deliber. optimè ad rem loquitur Aret. in cons. 136. in princ. quod per talem curatorem fieri non potest, vt dictum est. Et sic omnino est dicendum dictam curatorum dationem inuti-
96 lem & nullius effectus esse. Ideo † fieri non debet quod factum non releuat. l. ad probationem. C. de probatio. & l. hæc stipulatio. §. 1. ff. vt leg. no. cauc. cum simil.

Itaque per prædicta omnia causam rationemq; non video, qua D. Iudex appellationis non debeat dictam sententiam contra dictos curatores proferre, seu decretum reuocare quocunque casu considerato. Vt et determinant præfati tres pstant. celeberrimiq; Do. D. Franc. Zuchella primus. Do. Franc.

Seta

Seta secundus, & D. Lelius Taurellus tertius in hac re consulens, & quidem uertices legum prudẽtum, ita meritò eos appello, quemadmodum de Cheridio, Bolate, & Paulo & Domicio Vulpiano, Iureconsultus Modestinus scribit.l.scire oportet.§.sed etsi.ff.de excus.tut. Quod autẽ in hac specie illi senserunt. Idem ego puto. Laus Deo.

Simon de Prætis minimus Iurisconf. Pisauren. qui scripsi & subscripsi, saluo saniori iudicio.

CONSILIVM CXXXVII.

ARGVMENTVM.

Materiarũ argumenta & capita in principio consilij.

SVMMARIVM.

1 Testes & instrumenta publica pari gradu adiuuant litigantes.
2 Testatoris dispositio sicut lex seruanda.
3 Fideicommissi in restitutione ueniunt fructus percepti & qui percipi potuerunt à die mora facta.
4 Hæres in mora communi constitutus tenetur ad fructuum restitutionem, quæ mora facta dicitur per litis contestationem.
5 Mora fit per interpellationem siue protestationem fructuum insertam in libello.
6 Negatiua requiritur quòd sit coarctata loco & tempore.
7 Testes ad inuicem contrarij & diuersi non probant.
8 Testis unus si deponat de minori summa, & alius de maiori, sunt contestes in summa minori.
9 Testes quando taxatiuè testificantur de diuersis summis, sunt contrarij.
10 Testis affirmans negatiuam non coarctatam loco & tempore, & suspectus de falso.
11 Argumentum valet à communiter accidentibus.
12 Diuisio vt rescindatur, probari debet deceptio vltra dimidiam.
13 Testis non debet iudicare.
14 Læsio requiritur in tempore diuisionis vel contractus, vt succuratur alicui tanquàm læso.
15 Deceptio non præsumitur in homine canto & diligenti.
16 Testis dictum super negatiua vt releuet quibus verbis conceptum esse debeat.
17 Testis id quod non cecidit in vnum ex eius sensibus, & ad quod non fuit præsens non potest probare.
18 Testis dictum non concludens non valet ad probationem.
19 Testis ratio semper debet reddi per illud quod ipse aliquo sensu corporis percepit
20 Coniecturas probandi onus incumbit allegant & proponenti.
21 Pauper an diues sit aliquis, statur arbitrio iudicis.
22 Diues quis dicatur.
23 Esse hoc non probatur quod ab hoc contingit abesse.
24 Lex mandas seruari æqualitatem inter fratres ad tollendam inuidiam.
25 Probatio non releuans non admittitur.
26 Verba ablatiui absoluti inducunt conditionem.
27 Conditio impleri debet in forma specifica.
28 Dotes relicta filiabus grauati, non ex legitima & trebellianica, sed ex residuo per fideicommissum restituẽdo videntur detrahenda.
29 Conditio apposita ad commodum & prouisionem filiorum non est reycienda à legitima.
30 Filias suas dotare quilibet tenetur.
31 Testatoris dispositio præsumitur conformis iuri communi.
32 Conditio habetur pro impleta quo ad commodum eius per quem non stetit quominus impleretur.
33 Ablatiui absoluti licet vim conditionis habeant, aliqualiter tamen accedunt ad naturam dispositionis.
34 Creditor quando succedit debitori, confunditur omnis obligatio & actio.
35 Filia quo casu debeant in suas dotes imputare legitimã patris.
36 Legitima est libera à fideicommisso.
37 Bona subiecta fideicommisso alienari vel obligari non possunt.
38 Prolatum à lege cum aliqua qualitate debet cum illa qualitate probari.
39 Factum non præsumitur nisi probetur.
40 Fundamentum suæ intentionis quisque probare tenetur, aliàs succumbit.
41 Fundans se in fallentia illam probare debet.
42 Fideicommissum diminuere volenti propter dotem, incumbit onus probandi legitimam non sufficere pro cõgrua dote.
43 Prohibitionis causa præsumitur, vt plura bona remaneant penes masculos, causa agnationis conseruanda.
44 Alienatio rei fideicommissariæ etiam pro dote facta non valet contra prohibitionem quantitatis pro dote danda.
45 Testator si mentem suam declaret, ea seruanda est.
46 Pater dummodo relinquat legitimam liberis, potest de residuo hæreditatis facere & disponere prout sibi placet.
47 Fraus præsumitur per alienationem omnium bonorum.
48 Testatorum iudicia non sunt fraudanda.
49 Delicti suspitio remouenda est.
50 Præsumptio & coniectura vna tollit aliam.
51 Pater non tenetur præstare alimenta filio maiori et operanti.
52 Alimenta quis consequi debet ex suis operibus.
53 Societas censetur contracta inter patrem & filios simul operantes.
54 Filij viuente patre dicuntur quasi domini.
55 Societas videtur tacitè contracta inter stantes in communione.
56 Aequalitas est attendenda, & absurdum euitandum.
57 Compensatio admittitur in eo quod vtrinque debetur.

Frater

58 Frater non tenetur communicare sua lucra cum fratribus.
59 Documenta publica dicuntur probationes probatæ.
60 Fratres tenentur fratri absenti restituere portionem fructuum perceptorum ex suis bonis paternis quæ tenuerunt pro indiviso cum eorum bonis.
61 Testificari quis non potest de eo ad quod non interfuit.
62 Divisio iurata inter fratres non potest retractari, etiã si probata fuisset deceptio.
63 Remedium.l.2.C.de rescin.vendi.tollitur per iuramentum.
64 Remedium.l.3.C.comm.utr.iudi.inductum ad instar remedij.l.2.C.de rescin.vendi. tollitur per iuramentum.
65 Hæres pactum defuncti servare debet.
66 Filius etiam suo speciali privilegio ad irritum revocare non potest quod pater gessit & confirmavit, & de eo, maximè in vita sua, nunquam conquestus est.
67 Compromissi meta transgredi non potest.
68 Bona fides præsumitur nisi contrarium probetur.
69 Exceptio præscriptionis est litis finita.
70 Divisio æquiparatur transactioni.
71 Compromissum super finitis & transactis fieri non potest.
72 Compromissi verba generalia restringuntur ad res super quibus factum est compromissum.
73 Verbum generale subiici quo specialia complectantur non est novum, quibusdam specialibus positis.
74 Reconventio non habet locum coram arbitro.
75 Compensationis exceptio non habet locum coram arbitro.
76 Lex prima.ff.de compensa.quo casu non procedat.
77 Legitima debita filio in bonis paternis quomodo detrahenda sit.
78 Fideicommissarius universalis pendente conditione si quam rem emat de comprehensis in fideicommisso, non sibi præiudicat, nec fideicommisso renunciat.
79 Pretium in universalibus succedit loco rei.
80 Trebellianica an amittatur per non confectionem inventarij.
81 Fideicommissum quo casu per divisionem censeatur remissum.& nu.87.
82 Lædi quis non dicitur ab actu ex quo damnum vel lucrum casu variante consequi possee.
83 Exceptio repellit agentem qui tenetur de evictione.
84 Fideicommissi petitio tẽdit ad declarationem dominij, & possessionis relaxationem.
85 Traditum semel, auferri amplius non potest.
86 Iuramentum facit valere actum eo meliori modo quo valere potest.
88 Actus agentium non operatur ultra eorum intentionem.
89 Verba specialia, imò specialissima requiruntur ad remissionem fideicommissi.
90 Ius futurum remitti & repudiari non potest nisi pacto expresso
91 Presbyter non potest gravari fideicommisso cum conditione si decesserit sine filijs masculis.
92 Presbyter secularis non habet ecclesiam pro filio, sed potest relinquere bona sua cui vult.
93 Ecclesia quando habeatur loco filij.
94 Fideicommissum non reciprocum quod non remittatur per divisionem.
95 Fideicommissum petens quod ex facto defuncti provenit non tenetur, de evictione.
96 Dominium rei fideicommissariæ sub conditione quis nõ consequitur nisi facta restitutione re vel verbo, & adveniente conditione.
97 Iuramentum habet illam cõditionem quam habet promissio cui adhæret, & ad plus nõ extẽditur quàm extendatur virtus promissionis.
98 Divisio non se extendit ad fideicommissum.
99 Iudex prohibetur quis esse in causa in qua fuit advocatus.
100 Auctoritas non patrocinatur, sed ratio.
101 Scientiam paterni testamenti sufficit probari per coniecturas.
102 Divisio cum clausulis de non contraveniendo tollit fideicommissum conditionale.
103 Verbum (perpetuo) exponitur, sine temporis præfinitione.
104 Divisione concepta verbis amplius futurum tempus designantibus, quod fideicommissum sit remissum.
105 Dispositio generalis tantum operatur in genere quantum specialis in specie.
106 Iuramentum habet vim specialis & expressi consensus.
107 Legi de his.de transac.renunciari potest cum iuramento.contrarium vide nu 140.
108 Compromissum dividendi factum inter unum ab una parte, & plures ab altera, nihil operatur inter plures separatim & inter se.
109 Dispositio legis non convenit cui non conveniunt verba.
110 Fideicommissum non remittitur per simplicem divisionem.
111 Fideicommissum divisione non dicitur remissum quando verba divisionis referuntur ad iura præsentia.
112 Fideicommissum conditionale inter scientes per divisionem cum promissione adinvicem de non contra faciendo vel veniendo minimè remitti.ex Bart. & cõi.
113 Proœmium contractus declarat mentem contrahentium.
114 Verbum (quæ omnia) positũ sine copula restringit antecedentia ad quæ refertur, & ea limitat.
115 Terminus referens omnia in se continet cum omnibus suis qualitatibus quæ sunt in termino ad quem fit relatio.
116 Fideicommissum non remittitur per clausulam (ad habendum, &c.
117 Clausula generalis in fine posita referri debet ad omnia specificata.
118 Fideicommissum futurum non venit in divisione.
119 Clausula apposita ad executionem principalis dispositionis non ampliat ipsam.

120 *Promissio qualibet intelligitur, rebus sic stantibus,& de causa de præsenti.*
121 *Verba (promitteus non molestare,& similia) apposita in contractu diuisionis debet intelligi respectu iuris competentis de præsenti,& non ex causa de futuro.*
122 *Scientiam fideicommissi probare difficile est.*
123 *Solicitus quis esse non debet de hæreditate uiuentis.*
124 *Ignorantia præsumitur propter absentiam*
125 *Obliuio inducitur per decennium.*
126 *Fideicommissi ignorantia quo casu præsumatur.*
127 *Fideicommissum purificatum remitti potest.*
128 *Fideicommissum futurum non tollitur, etiam si promissio sit inter diuidentes facta de non contraueniẽdo in perpetuum.*
129 *Aduerbij, perpetuò, qua sit natura.*
130 *Clausula posita in diuisione (non contrauenire aliqua ratione uel causa) non impedit fideicommissum.*
131 *Promissioni cuilibet ex causa de nouo superueniente potest contrauenirt.*
132 *Dispositio generalis restringitur etiam ad habilia.*
133 *Generalitas non extenditur ad futura nisi exprimatur.*
134 *Lex qui iure.ff. De testam. mil. in quibus terminis loquatur.*
135 *Mandatum specificum ubi requiritur, non sufficit generale.*
136 *Baldi dictum in l. 1. col.2.C.comod.declaratur.*
137 *Fideicommissum petendo quis non facit contra diuisionem.*
138 *Iuramentum non se extendit ad incogitata, & ubi nõ est consensus partium.*
139 *Iuramentum non auget promissionem extensiuè, sed intensiuè.*
140 *Legi de his.De transact.cum iuramento etiam renuntiari non posse,ex Bar. & alijs.*
141 *Renuntiatio generalis non tollit dispositionẽ. l. De his. De transact.*
142 *Clausula generaliter posita, facta expressione aliquorum iurium, ualet ad similia uel minora casibus expressis,non quo ad maiora.*
143 *Iuramentum ad illos casus refertur ad quos refertur generalis renuntiatio.*
144 *Iuramentum super facto præstitum extenditur ad omne ius ex illo facto dependens, & descendens.*
145 *Specialia duo circa idem concurrere non possunt.*
146 *Fideicommissum non remittitur per diuisionem cum clausulis de non contrafaciendo,etiam inter scientes. ex communi.*
147 *Iuramentum intelligi debet stantibus terminis de iure,& ex causa de præsenti.*
148 *Fideicommissi conditionalis ius non intelligitur remissum per simplicem diuisionem. ex communi.*
149 *Diuisio est actus necessarius,non uoluntarius,quia nemo cogitur stare in communione, cum communio pariat discordiam,socordiam & negligẽtiam circa rem communem.*
150 *Actus necessarij sunt stricti iuris, & interpretantur ut non præiudicent facientibus.*
151 *Fideicommisso conditionali non censetur præiudicatũ ex promissione inter diuidentes facta de non contrauenendo.& nu. 166.*
152 *Fideicommisso reciproco & æquali renuntiari potest.*
153 *Pretium quo casu succedat loco rei.*
154 *Iuri quod non competit de præsenti non intelligitur renuntiatum, sed competiturum est post alicuius conditionis euentum.*
155 *Renuntiatio iurata non includit casus quos non iurata non includeret.*
156 *Clausula renuntiationum, prout alia clausula, regulantur secundum naturam contractus principalis.*
157 *Contractus diuisionis de sui natura nõ extenditur ad renuntiationem fideicommissi conditionalis. ex communi cum Bartolo.*
158 *Clausula adiecta ad executionem principalis dispositionis non ampliant illam,& clausula accessoria non mutant naturam principalis.*
159 *Testamenti ignorantia præsumitur in suis hæredibus ex communi post Bartolum.*
160 *Scientia potest probari per coniecturas.*
161 *Confessio in iure facta procuratori fisci nocet confitenti seu profitenti quo ad alios.*
162 *Enuntiatiuum uerbum non probat etiam inter partes ubi de eo principaliter disputatur.*
163 *Renuntiatione iuris proficiscentis ex testamento uel transactione requiritur specifica scientia eius temporis.*
164 *Scientiam alicuius rei ut quis dicatur habere, requiritur quod habeat scientiam facti cum suis qualitatibus.*
165 *Informatus quis non præsumitur ex simplici & trãscursiua lectura instrumenti.*

DIVINI AETERNIQ. NVMINIS inuocato suffragio.



Ideicommissum ex paterno testamento morte Terẽtij fratris & cohæredis sine filiis masculis debitum petunt donnus Bartolomæus & Ioannes fratres super stites, donna Elysabeth & donna Gentilis filiæ uerò dicti Terentij occasione dicti fideicommissi cõ uente ut possidentes contra opponere ac probare multa conantur: Vnde toto processu perspecto pro clariori intelligentia dicendorum, de sex dubiis principalibus separatè perscrutandum arbitror.

Primò, recensendæ sunt probationes & dicta testium ab utraque parte examinatorum, an probent deducta, & inquantum releuent.

Secundò, an cesserit dies fideicommissariæ substitutionis ex quo dictæ Elysabeth & Gentilis filię dicti Terentii non fuerunt dotatę prout insertũ est in testamento, dotatis filiabus &c. & in quibus bonis se dotare possint.

Tertiò, bona acquisita uiuẽte Marino testatore, filiis effectis maioribus, & cum eo operantibus, an aduentitia filiorũ sint, uel propria dicti patris, &

& sic subiecta fideicommisso.
Quartò, an aliqua resartio vel refectio dictis fi-
liabus Terentij facienda sit à dictis D. Bartolo-
meo & Ioanne fideicommissum petentibus?
Quintò, per dictas filias Terentij in restitutio-
ne dicti fideicommissi quanta earum patri debita
ex bonis auitis legitima detrahenda sit, & an per
non confectioonem inuentarij amittatur quarta tre
bellianica.
Sextò & vltimò pertractandum superest, an per
diuisionem cum clausulis generalibus de non con
trafaciendo &c. & cum promissione de euictione
inter dictos fraties facta remissum sit fideicom-
missum, & dicti donnus Bartholomæus & Ioan-
nes fideicommissum petentes teneātur de euictio
ne dictis filiabus Terentij?
Et primò qui bene viderit ac perlegerit dicta te
stium ab actoribus inductorum & pro eis exami-
natorum vnà cum publicis documentis ab eisdem
productis secus dicere non poterit nisi omnia ne-
cessaria pro victoria reportanda ab actoribus præ
dictis fuisse & esse clarè & concludenter probata
1 per testes & instrumenta publica, quæ † pari gradu
adiuuant litigantes. l. in exercendis. C. de fide in-
strum. & l. indicia. C. de rei vindi. Super his enim
aliter insistere superfluum credo. Ex quibus colli-
gitur indubitata iuris conclusio, diem cessisse ac ve
nisse fideicommissariæ substitutionis morte dicti
Terenti sine filiis masculis, per quam in eo adim
pleta fuit inserta cōditio in testamento Marini pa
tris, ibi. & si aliquis filiorum suorum masculo-
rum &c. iuxta l. j. §. si autem aliquid. C. de cadu.
toll. & l. si post. §. sed si. ff. quando dies lega. ced. &
bona descripta in fine petitionis dictorum acto-
rum detracta legitima, vt infra in v. dubio. iure di-
ctæ substitutionis fore esse præstanda ac restituen-
da eisdem actoribus fratribus superstitibus dicti
Terentij, vt voluntatis & dispositionis testatoris
2 fuit, † quæ sicut lex seruanda est. §. disponat, in au-
ctēn. de nupt. & l. pen. §. fin. de leg. ij. cum vulg. In
3 qua quidem restitutione † veniunt fructus perce-
pti & qui percepi potuerunt à die moræ factæ, vt l.
in fideicommissaria, & ibi gloss. & docto. ff. ad tre-
bel. Constituti enim fuerunt in mora rei conuen-
ti à die petitionis porectæ ab actoribus in præsen-
ti vniuersali iudicio, & statim mota controuersia.
per l. item veniunt. §. petitam. & ibi glo. in ver. pos-
sessor. & l. sed si lege. §. sed & fructus. & §. si ante,
& ibi Bar. ff. de petit. hæred. quæ iura licet loquan-
tur in petitione hæreditatis, tamen idem dicen-
dum est de præsenti fideicōmissaria her. petitione.
per l. ij. ff. de fid. hæred. pet. & ista dicitur specialis
mora, vt per magistralem gloss. circa medium in l.
mora. ff. de vsu. Sed obstare videtur gl. in l. mulier.
§. si hæres. in versi. percepti. ff. ad trebel. quæ dicit,
hæredem in mora communi cōstitutum teneri ad
4 fructuum restitutionem † & mora communis in re
nostra facta videtur, per lit. contest. vt l. nemo. §. j.
de verb. oblig. & gl. in d. l. mora. Respondeo, quòd
in casu nostro etiam mora communis cōmissa fuit
à die oblati libelli in quo inserta est interpellatio
5 siue protestatio fructuum † per quam fit mora. vt
no. in l. si ex legati. de ver. ob. & in glo. circa princ.
d. l. mora. cum ipse libellus quoque dicatur prote-
statio, vt voluit Bar. in l. non solum. §. morte. in fi.
1. q. ff. de no. oper. nunt. vt in terminis probant idē
Bart. in consi. 53. Picaredus. in fi. & Aret. in consil.
156. diligenter visis, ad fin. & Soci. consil. 42. col.
fin. ver. circa id quod secundo. lib. 3. & Bero. con-
si. 116. num. 13. lib. ij. vbi à die moræ etiam extra-
iudicialiter commissæ venire restitutionem fru-
ctuum ex bonis fideicomm. subiectis perceptorum
concludit, cum concord. nouissimè allega. a Marz.
Vicent. in suo epito. in materia fideicommis. io 3.
par. in q. lxiij.
Quò verò ad deducta, & probationes reorum con-
uentorum, si rectè dicta testium suorum intuean-
tur, in multis defficiunt pro inducentibus, & pro-
bant pro actoribus. Quod clarissimè demonstra-
tur. Nam Marcus primus testis sup. 1. 2. 3. & 4. cap.
contra intentionem inducentium dicit Marinum
duo alia petia terrarum possedisse de suo patrimo
nio veteri, & quòd statim postea dicit Marinum
non potuisse possidere alia bona, quia sciret, nihil
6 probat, quia † talis negatiua non est coarctata lo-
co & tempore prout requiritur, secundum Bart. &
docto. in l. actor. C. de probat. præterea est in hoc
singularis, & sic testimonium eius non admittitur.
l. iurisiurandi. C. de testi. & c. quoties, de test. Nec
ei est contestis in hoc dicto Ludouicus vltimus te-
stis super iiij. interrog. actorum, quia non deponit
dictus vlt. testis de duobus petijs terrarum, sunt er-
go ad inuicem contrarij & diuersi, ideo non pro-
7 bant, † vt voluit Spec. in tit. de testi. §. j. versi. Item
quòd testes sunt varij. &c. Hyp. de Mars. consil. 20.
8 nu. 13. Nec obstat, quòd si vnus testis † deponat
de maiori, & alius de minori summa sint contestes
in summa minori, vt dicunt Bar. & doct. & in l. j. §.
si stipulanti, de verb. obl. & in alijs locis relatis per
Alex. in l. ex facto. §. item quæro. de vulg. & pupill.
quia dicti testes cum dicant dictum Marinum non
potuisse habere, vel acquirere alia bona quin sci-
rent, deponunt taxatiuo modo, vt patet ad sensum,
9 & quando testes † taxatiuè de diuersis summis te-
stificantur, sunt contrarij, vt sentit Bartol. in l. fina.
§. j. de lega. ij. præterea cum dictus Ludouicus vlti.
testis nominet in contestem dictum Marcum pri-
mum testem, non procedit, quòd sint contestes, in
minori summa, imò sunt singulares, ita limitat Phi
lipp. Franc. in c. j. in fine. de arbi. in vj. & habetur
in apost. ad Alexan. in d. §. item quæro. & hinc est,
10 quòd testis † affirmans negatiuam loco & tempo-
re non coarctatam est suspectus de falso. c. cum ec-
clesia. de cau. poss. & propr. habetur per Alexand.
in l. ij. quod quisque iur. & quod dicit dictus pri-
mus testis, quòd Marinus acquisiuit cum filijs,
prout etiam dicunt omnes alij testes, facit pro a-
ctoribus, vt dicetur infra. in iij. dubio. Redeun-
do etiam ad dictum contrarium, quòd dicti te-
stes videantur contestes in minori summa, cla-

rius ostenditur hoc in re nostra nō habere locum,
quia vna fuit principalis intentio aduersariorum
capitulare quantitatem bonorum d.Marini, & su-
per hoc examinati fuerunt dicti testes, vt demon-
straretur dictum Marinum fuisse pauperem. Si mō
vnus testis deponat de paucioribus, & alter de plu
ribus bonis, sunt omnino contrarij, diuersi & sin-
gulares in negocio principali, quia maxima quan-
titas bonorum facit quem esse & videri diuitē, &
11 modica pauperem, arguendo à communiter † acci-
dentibus, per l. certi condictio. §. si nummos. ff. si
cer. pet. cum simil.

Ex ista ergo diuersitate summæ bonorum, quæ
diuersos operatur effectus, resultat singularitas te-
stium, & non probant, cum maximè non constet
ꝙ deponant de eisdem bonis, vt voluit Alexā. in d.
§. si stipulanti. nu. 12. & in l. inter pares. sub nu. 10.
de re iud. & Ias. indistinctè in d. §. si stipulanti. col.
pen. ver. septimò limita. Item non probatur D. Bar
tholomeum post mortem patris stetisse in commu
nione cum aliis fratribus. Item quòd primus, secun
dus & tertins testes dicunt iudiciis suis plus valere
portionem Donni Bartholomei quàm valeat por
tio Terentij, & propterea arbitrantur dictum Te-
rentium læsum, nihil probant, hoc modo deponen
tes vt post alios in multis locis, tradunt Dec. in cō-
sil. 256. nu. 5. & Hyp. d. cons. 20. num. 234. & Paris.
consi. 54. nu. 20. lib. 4. & potuit dictum Terentium
esse læsum in parua quantitate, quæ non attēditur.
12 l. scio. ff. de in integ. resti. Vt. n. rescindatur † diuisio
probari debet deceptio vltra dimidiam, glos. est in
l. 3. in ver. vel perperam. C. com. vtr. iud. & dicti te
stes neque in dimidia neque in alia quantitate pro
bant aliquam deceptionem, & si vltimus testis di-
cat iudicio suo partem d. Barth. valere mille flore-
nos, & partem Terentij florenos 200. tamen non
13 est validum eius dictum, quia iudicat † quod testis
facere non debet, vt per Dec. d. consil. 256. nu. 5. &
est singularis, & non admittendus. d. l. iurisiurandi.
& non concludit de tempore diuisionis, vt requiri
14 tur læsio † in tempore diuisionis vel contractus, vt
succurratur alicui tanquàm læso. l. si voluntate. in
fi. & Bar. in l. 2. nu. 16. & ibi alij. C. de rescin. vend.
Ang. in §. pen. in auc. de non ali. Sal. in l. pen. C. de
sol. Itē d. primus testis contra capitulata super 43.
& seq. cap. dicit Terent. fuisse hominem cautum &
15 diligentem, ergo † verisimile non est deceptū fuis-
se, iux. l. 1. & ibi not. C. qui & aduer. quos Franc. 2.
testis in eius dicto in multis est singularis, & cū ip-
se & 3. T. respondendo super 1. 3. & 4. & 6. interro.
partis aduersæ dixerint, Marinum potuisse posside
re & acquirere alia bona stabilia absq; scientia eo-
rum, minimè probant negatiuas in capitulis contē
tas, quia in hmōi testificatione debet testis dicere
non potuisse esse aliter quin ipse testis sciret, aliàs
16 nihil releuat, † vt p Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ver
si. vlterius quæro, &c. ff. de iti. actuq; priua. & in l.
hæredes palā. in pr. ver. vltimò quæro, hæc lex, &c.
ff. de testam. quem & alios ad propositum adducit
Dec. in consi. 94. in fi.

Item prædicti testes de directo non probant bo
na in 2. lista descripta fuisse acquisita & empta à fi
liis dicti Marini, quia dicunt non interfuisse ac-
17 quisitionibus dictorum bonorum, quare testis † id
quod non cecidit in vnum ex eius sensibus, & ad
quod non fuit potestas non potest probare, vt l. te-
stium. & ibi Bart. not. C. de testi. §. si verò. in auct.
de hær. & fal. & Bar. not. in l. qui testamento. §. fin.
ff. de testa. nec sufficientem rationem eorum dicto
rum reddunt, dicentes scite, quia dictus Marinus
incępit possiderē dicta bona postquàm eius filij fue
runt effecti homines, non concluditur, ergo filij
18 acquisierunt, & dictum testis † non concludens nō
valet ad probationem. l. non hoc. C. vnde leg. & c.
in præsentia. de proba. & ratio testis semper debet
19 † reddi per illud quod ipse aliquo sensu corporis
percepit, dicit Bart. in d. l. qui testamento. §. fi. ver.
vltimò nota. & c. text. gl. & Can. in c. cum causam
de testi. Neque iidem testes per cōiecturas probāt
dictos filios acquisiuisse dicta bona, quia non di-
cunt eos industriosos & diligentes, prout requiri-
tur, secundū gl. in §. j. inst. per quas per. & gl. & do-
cto. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. nisi quem
admodum sunt alii rustici. Onus enim probandi ta
20 les coniecturas † incumbit alleganti & proponen-
ti, Alexan. consi. 171. sub nu. 5. li. 6. & quia nō pro-
bant paupertatem dicti Marini. Nam rusticus qui
habet domum in villa & in castro, & possessionem
& vineam, & tanta petia terrarum, prout ipsi testes
dicunt dictum M. habuisse, non est ita pauper, imò
diues reputari potest à quocunque Iudice, cuius
21 † arbitrio in hoc standum est, vt per Bar. in l. si con
stante, & ibi communiter doct. sol. matr. & in auc.
præterea. C. vnde vir & vx. cum concord. ad opus
hoc suum oportune alleg. per Menoc. de arbi. iud.
cas. 65. nu. 7. li. 2. cent. 1. Et quando bona sufficiunt
ad victum, & quis potest se & familiam suam ali-
mentare, vt d. M. contigisse testes prædi. deponunt
22 dicitur diues, † vt per Soc. consi. 30. in causa domi
næ Agnetis. columna prima. versicu. præterea vt in
specie. lib. 4.

Et per ista constat non fuisse plenè & cōcluden
ter probatam intentionem d. reorū, pręsertim quo
ad aliquam deceptionē, vel paupertatem Marini
testatoris, vel quo ad aliquam acquisitionem per
filios patre viuente factam. Quę paupertas Marini
patris ēt si probata fuisset nihil inducentes adiu-
uaret, quia dato ꝙ dictus Marinus tempore mino-
ritatis filiorum fuisset pauper, & postea eis maio-
ribus effectis aliqua bona acquisierit, & possidere
incęperit, quæ antea non possidebat, vt dixi, non
concluditur, ergo filij ex eorum industriis ea ac-
quisierunt, quoniam ipsi patri etiam pauperi aug-
mentum patrimonij, quod multis casibus quæri-
tur, interdictum non fuerat. l. si defunctus. in fi. C.
23 arb. tut. hoc igitur † esse non probatur quod ab hoc
contingit abesse. d. l. non hoc. & l. neq; natales. C.
de prob. cum vulg. & commodè d. pater acquirere
potuit dicta bona, maximè habita consideratio-
ne, vt infra. in tertio dubio. Nec infertur etiam

ꝗ in

q in portionibus dictorum D. Barth.& Io.non assignata bona paterna fuerint tanta, quanta sunt in portione Terentij, quia contrarium apparet ex inspectione assertæ descriptionis bonorum paternorum & instrumenti diuisionis per eadem latera & vocabula locorum. Nam ex diuersis non fit illatio.
24 l.Papinianus.de min.cum simil.& cum lex † æqualitatem seruari mandet.l.vt liberis.C.de collati.& non seruata generet inuidiam inter fratres. d.l.si oportet.§.1.& glo.in l.cum pater. §. cuictis.de lega.2.ob id in diuisione bonorum paternorũ æqualitas præsumitur fuisse inter dictos fratres ne factũ sit contra legem, & remoueatur suspitio inuidiæ, & sic ne præsumatur delictum, argumen.l.merito. ff.pro soc Nec obstat quòd portio Donni Bartholomei videatur maior aliis portionibus, quia (vt dicetur infra in 4.dub.) eam absens ab aliis fratrib. augumentauit ex suo proprio.

Prætererea dicta portio Terẽtij eo magis est subiecta dicto fideicommisso, quòd in ea dicuntur esse bona testatoris & paterna, per l.ex facto.in princi. & §.non tantum.& l.Lucius.§.idem quęsiit. in fin. ff.ad Trebel.& sat est probatum esse contra habentes causam ab hærede grauato ea per testatorem fuisse possessa tempore suæ mortis, Guid.Pa.in q. 442.testator quidam.Aym.consi.3 t 6.colum.finæ. versi.ideo saltem.referendo firmat Excell.Iurisc͂o. Marz. Vicen.in suo epito. in materia fideicomm. in 3.& vlt.part.in q.60.vers.reperio tandem.idem Gui.Pa.in tract.de præsumpti.nume.118.Rolan.à Val.cons.46.nu.10.li.3.& Nat.consi.400.lib.2.& Bursa.con.75.nu.21.Probata ergo per reos conuẽtos in nullo eos releuant quin restituant dictum fideicommissum,vt etiam in sequẽtibus apparebit,
25 propter quod ad dictas aliquas probationes † admittu non debuerunt.l.ad probationem. C.de proba.& glo.fin.l.fi.C.qui leg.perso. facit.l.si pcario. ff.com.pręd.& c.cum contingat.de off.deleg.& c. per tuas.de simo.

Secundum dubium aggredior, & primo aspectu dicendum videtur dicti fideicommissi diem adhuc petendi non venisse conditione non impleta, quæ in testamento apposita videtur ibi. dotatis filia-
26 bus,&c.quæ verba † ablatiui absoluti conditionem inducunt,vt l.à testare. & ibi Barto.ff.de condi.& demonstr.quæ conditio in forma specifica expleri
27 debet, † vt vindicet sibi locum dispositio testato-
28 tis.l.Meuius.& l.qui hæredi. ff. eo. & † dotes relictæ filiabus grauati non ex legitima & Trebellianica,sed ex residuo per fideicommissum restituendo patruis videntur detrahendæ, vt latè in specie probare nititur Corne.consil.197.in 2.quæsi. vsq; ad fin.lib.1.

Verum hoc non obstante contrarium puto verius quòd licet dotatæ non fuerint dictæ filiæ Terentij,tamen prædicti fideicommissi petitio minimè impeditur.Nam clarissimè constat testatorem conditionem ac grauamen imposuisse filio decedenti sine filiis masculis, vt filias si habuerit dotaret in summa de qua in testamento,& talis condi-tio apposita est ad commodum & prouisionem fi-
29 liorum, † ideo reiicienda non est à legitima, vt limitat Ias.in l.quoniam.in prima limitatione.C.de
30 inofficios.testament.cum quilibet † teneatur filias suas dotare,iuxta l.finali.C.de dot. prom. & l.qui liberos.ff.de rit.nupt.& ita præsumitur testatorem voluisse onus dotandi neptes imponi filio & ea-
31 rum patri decedenti, vt sua dispositio sit † conformis iuri communi, secundum Barto. & alios. in l. hæredes.§.cum ita.ff.ad Trebelliani. & l.si duo. & ibi Bald.ff.de acquirend.hęred.& in l.quanquam. in fin.C.de testament.mili.& Alexand.consili.55. columna tertia.nume.4.lib.4. Aretin. in l.Gallus. §.primo.in 1.not.de liber.& posthum. Vnde si dictus Terentius non dotauit suas filias, quin deberetur fideicommissum, non potuit nocere fratribus eius superstitibus, quibus cum imposita non fuerit dicta conditio, & per eos non steterit, quin
32 adimpleretur, † quo ad eorum commodum habetur pro expleta,per l.3.§.si quis hæredi.ff.de statulibe.l.Iulianus.ff.de conditio.& demonstration. & l.si post.§.si qua.ff.quando di.leg.ced.Aut dicamus dicta verba(dotatis filiabus,&c.) non conditionem,sed dispositionem importare,cum referantur ad eum quem testator grauare potuit, per l.fideicommissa.§.cum esset. & ibi Barto. de legat.3.
33 Nam ablatiui † absoluti licet vim conditionis habeant , aliqualiter tamẽ accedere ad naturam dispositionis , dicit Alexand . in l. in ratione. §. tametsi.in fin.ff.ad l. Falcidi. quando proferuntur ab habente potestatem disponendi, per dict. l.fideicommissa.§.cum esset.de legat.3.tradunt Bart. & alij in dict.l.à testatore. & Roman. consilio trigesimo secundo. columna penultima. versicu. clarum enim est.Paris. consilio sexagesimosexto. columna quarta.num. 19.lib.3.quamobrem dici potest dictas filias Terentij fuisse dotatas à testatore earum auo,per not.per Bart.in l.Titio. §.Titio genero.col.fi.de cond.& demon.

Determinatur ergo, siue dictæ donnæ Elysabeth,& Gentilis fuerunt dotandæ ex dispositione testatoris ab earum patre, cuius hæredes se esse dicunt,& tunc adempta & confusa est omnis obliga
34 tio & actio, quemadmodum si creditor † succedat debitori,per tex.in l.Sticum.§.aditio.ff.de solu. & l.debitori.& ibi plenè not.C.de pact. Siue velint consequi dotes ab auo in testamento constitutas, quas dotes vel certum sit auum eis constituisse intuitu earum patris pro exoneratione legalis obligationis.d.l.fina.de do.pro.iuxta glo.f.in l.obligamur.in versicu.lege.ff.de act.& obligat.quod comprehenditur, quia in testamento non sunt nominatæ,& dotes sunt dandæ post mortem ipsius aui,tẽpore quo sunt in potestate patris,vel sit dubiũ cu-
35 ius intuitu sint dotatæ,vt est casus noster,& † tũc in legitima patri debita iure naturę ex bonis earũ aui d.dotes computare debeant, vt Ange.& post eum tenet Alex.in l.in quartam.col.13.nu.17. ver.quæ tit etiam Ang.ibi.sed si dotauit,&c.& ibi Ripa nume.202.ff.ad l.Fal.& firmat De.in c͂o.81.i͂ 6.dub.

& quādo tractatur de successione ipsius aui, prout fit in pręsenti persecutione fideicōmissi, per l.fi.§.si verò. ff.qui pet.tut.& l.cohęredi.§.cū filiæ.de vul. & pupil. Alex.consi.33.nu.30.li.2.& con.15.in fi. li.4.& Paris.consil.93.nu.36.li.3.cōputatur vel detrahitur ex legitima filiis, vt per Ang. & Ale. supra alleg.in d.l.in quartam. & facit l.quoniā nouella. C.de inof.testa.& pōt esse q vltra taxatam summā filius possit augere dotem ex residuo suæ legitimæ quæ est libera.d.l.quoniam in prioribus. Sed supra dictam legitimam igitur procedit, de bonis fideicōmisso subiectis d.probibitio excessiōis dotium, aliàs nihil operaretur, vel adderet, contra.l.si qñ. & ibi not.de leg.1.

Itē cum prædictæ mulieres iam diu nuptæ fuerint, & non appareat eas dedisse vel constituisse dotes suis maritis de bonis præsertim fideicommissatiis, nisi q post motam pñtem litem in suis capitulis posuerunt fecisse talē dationem dotiū de oībus bonis possessis p earum patrem tpe eius mortis & vitæ. Quod quidē inficiari non pōt factum esse in fraudem fideicōmissariæ restitutionis, per l.oēs.§.
47 Lucius.ff.q̄ in fra.cred.vbi dr̄. † p alienationē omniū bonorū p̄sumi fraudem, qđ ita nō est in parte, gl.est ibi.in ver.vniuersa.& sic in fraudem non valet d.dotium cōstitutio, per gñalem rationē. §.hęc igitur.in auc.de rest.& ea q̄ pa. in 9.men.vbi habetur iuncta gl.in vers.augumētū, non ualere fieri augumenta dotis vel etiā dotes constitui vbi nō sunt constitutæ in fraudem & ad insidias restitutionū
48 fideicommissorum. Iudicia †. n. testatorū non sunt defraudanda.l.si quis hæredem.in fin.C.de inst.& subst.& l.si cui.ff.de cond.& dem. Imò vbiq; tuenda sunt.§.hinc nobis.in auct.de hær.& fal.cum notiss.ex prædictis omnibus itaque censeo prædictas mulieres de aliquibus dictis bonis fideicommissarijs non posse se dotare, & fideicommissum deberi, ex his etiam remouetur de facili contrariū supra allegatum & aliter respondendo non insistam.

Tertiū dubium assumens, pręmitto, q filiusfam. quando acquisiuit, an ex re patris vel aliunde acquisierit, in dubio præsumitur ex re patris aquisiuisse causa remouēdi quamlibet suspicionem delicti,
49 † & hanc esse ueritatem dicit Io.Fab.in §.1.ver.dic tamē q hæc est veritas, &c.inst.per qu.per.idē Bar. in l.cum oportet.nu.5.de bon.quæ liber.& Alexā. consi.133.col.3.nu.5.li.7. Sed vt ibidem habetur, probatio in contrarium admittitur directè & per coniecturas, & quia directè contra hoc nihil fuit probatum, vt supra in 1.dub.neque etiam per coniecturas prout requiritur. Veruntamen pro omni ambiguitate tollenda, dicendum est q talis probabatio fit per coniecturas & præsumptiones, de quibus in glo.& ibi Bar.in d.l.cum oportet.de bo.quę lib.& in d.§.1.inst.per q.per.no.nob.acq.in versic.
50 prospera. Quo stante, certi iuris est, † vnā præsumptionem & coniecturam tollere aliam, vt l.Diuus. & ibi not. Bar.ff.de in int.rest.& c.literas, & c.gñali.de p̄sump.& plenè adducit Mars.in suo cōs.119. num.29.& seq.itaq; maior ac vehementior coniectura colligi potest, q omnia bona acquisita viuente dicto Marino & in dicta lista descripta sint per eum acquisita, & potius ex eius bonis prouenerint quàm ex laboribus & industrijs filiorum. Et considerandum est, q ipse Marinus habebat aliqua bona cum quibus & industria sua alimentabat se, vxorem & familiam suam octo filiorum paruulorum & inutilium, partim masculorum & partim fœminarum, vt in processu constat, & isto respectu fortè non potuisset acquirere multa bona tempore minoritatis filiorum. Item quòd postea filias fœminas matrimonio copulauit, saltem duas, vt testamentum probat, & filij masculi effecti fuerunt ma
51 iores & operantes, quapropter † eis amplius nō tenebatur dictus pater præstare alimenta, vt l.si quis à liberis.§.sed si filius.& ibi glo, à contra.sensu dicit probari, & ibi Bar.ff.de lib.agno. & Soc.in consil.30.col.fi.n.13.lib.4. ita q dictus pater fuit exoneratus & alleuiatus ab expensis & onere familiæ diminutæ & effectæ vtilis.igitur dicta bona.in 2. lista notata commodè ex se superlucrari potuit, & emisse ea pręsumitur sua propria pecunia & sua fuerunt, cum instrumenta emptionum de eis cōfecta canient in personam eius, per notab.doctr. Bart.in l.2.C.pro soc.& Ioā.de An.consil.65. & Alex.consi.134.ad fi.& consi.137. versic.tamen in proposito.lib.5. & per hoc sumus in claris, & coniecturis opus non est, per d.l. continuus.§.cum ita. Insuper considerandum est quid & quantum potuissent acquirere dicti filij ex eorum operibus ruralibus, nisi fuissent bona eorum patris, cum sua industria, certè non solum lucrari nihil, sed vix alimenta sibi parare potuissent, vt docet experientia, quæ est rerum magistra.cap.rescriptum, in princi.de rescript.in 6. & cap. vbi periculum. & cap. quàm sit,
52 de elec.eo.lib. quæ † alimenta consequi debebant ex dictis operibus.dic.l. si quis à liberis. & gloss. & Barto.ibi. Ideo.ē dictis filiis nihil habentibus, nisi operantibus, & labores imponentibus non excessiuos sed solitos præstari per alios rusticos, vt testes dicunt, simul cum eorum patre aliqua bona habente & pariter operante ac nogociante cum filiis aliquid fuerit acquisitum, id potius ex bonis paternis prouenisse, vel eorum occasione, quod idem est.vt d.§.1.ibi. ex re patris, &c.inst. per q.p.quàm ex industrijs ruralibus filiorum arbitrandū, & magis verisimile est, per ea quæ sentit gl.in ver.prospera.in d.§.1.facit quod dicunt gl.& Bar. in d.l.cum oportet.q ex re patris accipitur largè.& vt p Alex. consi.23.ad fi.li.3.& Corn.consil.247.col.pen. & fin.lib.3.& Bal.cons.259.factum.lib.5.acquisitum ergo propter partem vnius non communicatur.l. verum.§.penulti.ff.pro soc.& acquisitum ex re patris vel eius occasione eiusdem patris efficitur, vt d.§.1.

Præterea cum d.filij cōtinuò habitauerint cum eorum patre, & simul cum eo operati fuerint, non
53 censetur † contractam societatem inter eos esse, & cum fructus aduentitiorum, si quę sint, ipsi patri debiti fuerint, intelligitē eos p patre negociatos esse

ita habetur per Iaſ.in l.1.col.5.verſ.ſed ſi uiuo.reſe rentem Bald.in pleriſq; locis hoc tenentem.C.qui teſt.fac.poſ.& per Alex.in conſi.47.col.2.verſic.& & idem dico.lib.1.& conſi.138.propè fin. lib.5.& ꝑ Lud.de Bol.conſil.7.in princ.nec aliqua inuidia inter fratres oriri poterat, cum acquiſita peruene-
54 rint ad communem patrem. Cuius bonorum † & eo viuente dicebantur quaſi domini,vt l.in ſuis. ff. de lib.& poſthum.& l.in ſuis.ff.de ſu.& leg.hęr.Itē ſi dicti filij ex induſtriis aliquid lucrati fuerint, qđ negatur per ſupradicta, illud lucrum cum prouenerit ex operibus rutalibus,non poterat conſiſtere niſi in grano,vino, oleo & ſimil. quæ vſu cōſum muntur,quibus vſufructuando dictus pater, ſecundum d.l.cum oportet. & d.§.1. habuit vſumfructū & proprietatem, quia aliter non poterat conſtitui vſusfructus,per ea quę dicit Bar.in l.ſi quis pro eo. §.1.propè fin.ff.de fideiuſ.præſertim per tex.in l.ſi tibi.ff.de vſufr.earum rerum,quę vſ.conſu.& Dec. in l.ſi filiusfam.col.2.verſ.ſecundò reſpondetur.ff. ſi cert.pet.ex quo vſufructu emere potuit pater bona quæ ſua effecta ſunt propria,vt per d.l.cū oportet.§.non autem. in fin.& ſic per ſupradicta omnia de iure tenendum credo,bona in d.2.liſta deſcrip. vt propria ipſius teſtatoris eſſe dicto fideicommiſſo ſubiecta.

Quartum dubiū aggredienti cuique prima fronte dicendum videtur,bona in fine petitionis actorum prædictorum vigore dictæ fideicommiſſariæ reſtitutionis eis non eſſe reſtituēda, quia poſt mortem patris dicti fratres per multos annos ſteterunt
55 in communione † ex quo tacitam ſocietatem inter eos fuiſſe videtur,per l.vt ſit pro ſocio.ff.pro ſo. vt per Bar.in l.Titio.§.altero.ff.de adminiſt.tut.& in l.ſi patruus.C.com.utr.iud. & bona deſcripta in 3. liſta acquiſierunt,vt teſtes dicunt, quæ erant inter eos communicanda,per ea quę volunt Bar.& doc. in d.§.altero.& in l.ſi patruus.& in l.cum duobus. §.Papinianus.ff.pro ſoc. Deinde omnia eorum bona communia diuiſerunt in tres partes,& dicto Terentio data fuit pars ſuper qua lis agitur,in qua parte poſita videntur quaſi omnia bona antiqua ſubiecta fideicommiſſo, alij verò fratres habuerunt bona acquiſita, vnde dictus Terentius videtur deceptus,quia habuit minorem portionem,& quia habuit bona obligata.nam æqualitas eſt attendenda
56 & abſurdum euitandum eſt.d.l.vt liberis.C.de colla.& l.abſurdum.de reg.iur. inæquale autem & abſonum eſſet ꝙ tota pars Terentij ſit onerata fideicommiſſo, & portiones aliorum fratrū ſint exemptæ tanquàm bona propria hæredum, æqualitatis ergo cauſa ſeruandæ, quia in portiotibus dictorū actorum,ſunt etiam bona acquiſita per ipſum Terentium, quæ reſarcienda videntur dictis filiabus & hæredibus dicti Terentij à prædictis actoribus. Ideo de his cum eo quod petunt dicti actores fien
57 da vr compenſatio,†quæ admittitur in eo quod vtriq; debetur.l.1.ff.de cōp.& l.1.§.pe.ff.ſi pars hæ. pet. ac ēt dictis hæredibus Terentij decepti ſuccurrendum videtur,iuxt.l.3.C.com.vtr.iud.

Sed his non obſtantibus contrarium abitror, ꝙ dicta bona petita ſint reſtituenda, vt ſupra fuit dictum in 1.dub.abſque aliqua refectione.& primo, prætermittendum eſt,quòd ſupra in d.dub.fuit dictū, non conſtare in portionibus actorum non eſſe tanta bona paterna pro rata,quanta ſunt in portione Terentij.Item de portione Ioannis nihil fuit dictū vel probatum aliquo modo eſſe maiorem portione Terentij,ideo pro parte ipſius Ioāiis ceſſat omnis deceptio,& nihil eſt reſarciendum. Quo ad dictum Donnum Bartholomeum, cum non ſteterit in communione cum alijs fratribus, & quāuis patrimonium in communi tenuerit, tamen habitando ſeparatè,& cum ſit pres byter, & ſic diuerſi exer
58 citij,& lucra non communicando † non intelligitur ſocietatem contraxiſſe cum ſuis fratribus, nec lucra quæ fecit tenebatur cōmunicare.l.cum duobus.§.ſi fratres. ff.pro ſoci. & habetur per Pett. de Anch.in con.31. & dicit Bar.in d.§.ſi fratres.per l. ex parte.§.filius.ff.fam.erci.& firmat Dec. in conſil.21.nume.3.Nam ferè omnia bona in d.3. liſta deſcri.fuerunt empta à dicto Dōno Bartholomeo ſuo proprio nomine,vt extant publica documēta,
59 † quæ dicuntur probationes probatæ, eſt dictum Bald.in l. quoties.C.de ſid.inſtr. & dicta bona fuerunt & ſunt ſua præcipua & de propria pecunia acquiſita,vt voluit Bar.in d.l.2.C.pro ſoci.& Ioā. de An.d.conſ.65.Idem dicit Bar.in d.l.ſi patruus. vel ſi.aut dubitatur ex qua pecunia, vbi ēt dicit non fore requirendum vnde habuerit emptor pecuniā & cuius artificij ſit.licet in caſu noſtro de facili conſiderari poſſit,vnde habuerit pecuniam ipſe d. Bartholomeus,quia ſemper tenuit eccleſias ad aſſictus & fuit vir multum deditus lucris , & fuit & eſt rector eccleſiæ boni reditus, quæ omnia poſſunt eſſe notoria domino Arbitro , & abſque alia probatione attendi,per not.in glo.1.in l.1. C. qui & aduerſ.quos.& in l.ſi verò.§.1.ff.qui ſat. cog. Imò cū ſteterit abſens dictus Donnus Bartholomeus, alij
60 † fratres tenētur ei reſtituere portionem fructuum perceptorum ex ſuis bonis paternis,quæ tenuerūt pro indiuiſo cum eorum bonis,iuxta l.cohæredib. C.fa.erci. Non eſt mirum igitur ſi portio dicti D. Barth.ſit amplior quàm ſint portiones aliorū,quia eam augumentauit ſtando abſens ab alijs fratrib.

Non obſtat quod dicunt teſtes partis aduerſæ ſuper 14.& 15.cap.quia dicunt non interfuiſſe emptionibus dictorum bonorum non poſſunt in hoc
61 caſu † ergo teſtificari de eo ad quod non interfuerunt,per d.l.teſtium.& Bart.in l.ſolam. C. de teſti. cum ſimil.ſupra allega.in 1.dub. & ſi ea aliquando poſſederūt alij fratres,id fuit ex permiſſione ipſius D.Bartholomæi,& iure familiaritatis, per l.qui iure & ibi Bar.& doct.ff.de acq.poſſ.& Soc.conſ. 13. col.4.nu.17.ver.ſed quando fratres.lib.4.vbi dicit ꝙ quando plures fratres poſſident rem aliquam, & vnus ſolus habeat titulum etiam inualidum, quòd habens titulum nomine proprio,& cæteri iure familiaritatis præſumuntur poſſidere,ſequitur Curt. Iun.conſi.168.nu.33.& Aym.con.61.col.1. nu.2.

Nec

Nec obstat, quod dicitur in instrumẽto diuisionis, uolentes dicti fratres uenire ad diuisionem de bonis inter eos communibus &c. & ꝙ dicta bona apposita sint in diuisione, quasi uideantur uoluisse ea communicare cum fratribus diuidẽdo cum nõ habentibus partem, per l. cum putarem. ff. fam. erc. q̃a dicta uerba, de communibus bonis uerificantur & intelliguntur de bonis communibus paternis, & quia dicta bona posuit in portione sua don. Bat. si enim uoluisset ea communicare cũ aliis fratribus, de eis etiam portionem assignasset dictis eius fratribus in diuisione. Vnde pro communicanda aliqua re non communi cum aliquo uerba non sufficiunt. ut. l. epistola. in prin. ff. de pact. & est glo. in d. l. cum putarem.

Nec etiam nocent supra in cõtrarium adducta, ad quæ licet congrua responsio colligatur ex proximè dictis supra. tamen clarius respõdetur, & ea uel his similia contraria remouentur per infra dicẽda. Et primò, quia nulla fuit probata deceptio ultra dimidiam uel in aliquam partem ut supra uisum fuit in primo dubio, remanet firma diuisio. l. si iter uos C. com. utr. iud. & l. si maior. C. com. diui. Verum

62 etiam si probata fuisset deceptio, † nihilominus ui g... iuramenti non potuisset inter fratres diuisio retracta i. ut per Ias. in l. si post diuisionẽ. C. de iut. & fac. igno. ubi extendit d. l. cum putarem. habere locum non solum si interuenerit sententia iudicis, sed etiam si fuerit iuramentum uel transactio, ut in

63 casu nostro. Confirmatur hoc, quia † remedium. l. 2. C. de res. uend. tollitur per iuramentũ, ut ibi Bar. nu. 9. & istam esse communem opi. doctorum dicit Soc. in consi. 136. col. fi. lib. 1. & Hier. Cagno. in d. l. 2. nu. 91. & seq. idem attestatur de communi & la

64 tè eam defendit, tollitur † ergo etiam remedium. l. 3. C. com. utr. iud. per iuramentum, cum inductum fit ad instar remedii d. l. 2. ut per glo. & Bar. Bal. & alios in d. l. 3. Secundò, quia cum Terentius fuit cum al... fratribus in faciendo diuisionem, & ei acquieu... & promisit non cõtrauenire, nec in uita sua incepit unq̃ tractare de aliqua reuisione deceptionis, nec ergo dictæ eius filiæ hæredes possunt contrauenire, per reg. l. cum à matre. C. de rei uindi. & l. ex

65 qua. de reg. iur. pactum. n. defuncti hæres † seruare d... bet. d. l. epistola. §. 1. & quod defunctus facere nõ potuit nec hæredibus concedendum est. l. si postulan... in prin. uer. cæterum. ff. ad Trebel. & filius

66 † etiam suo speciali priuilegio ad irritum reuocare non potest quod pater gessit & confirmauit, & de eo maximè nnnq̃ in uita sua conquæstus est. tex. est iũcta glo. in l. pe. C. de test. mil. tradit Ang. in consi. 353. Florentiæ. col. 1. uer. maximè autem. Tertiò, cum agatur coram domino Locumtenente ut arbitro, tota eius potestas in præsenti causa pẽ

67 det ex compromisso † cuius meta transgredi nõ potest. l. non distinguemus. §. de officio. & §. fin. ff. de arb. cum concord. alleg. per Soc. in consi. 20. col. 1. & consi. 27. col. 1. lib. 1. compromissum uerò factũ fuit super dicto fideicomisso, & non super reuisione partium, super quibus non fuit nec erat discordia uel lis, inter fratres. ita in simili arguit Alex. cõ si. 94. nu. 6. & consi. 119. col. 2. in fi. nu. 9. lib. 2. quia inter eos dum in humanis ageret Terentius sopita fuit omnis differentia super diuisione bonorum, ut constat publico documento iurato, & quilibet ipsorum fratrum per quindecim annos post diuisionẽ factam tenuit separatè suam portionem quietè & pacificè. & sic titulo diuisionis ualido, scd̃m. l. 1. C.

68 com. utr. iud. & bona fide † quæ præsumitur, nisi cõtrarium probetur, ut per glo. in l. pen. C. de præscr. long. temp. & ita quilibet eorum etiam bona, quæ non fuissent sua, præscripsit per decennium inter p̃sentes. auc. malæ fidei, C. eo. & l. pen. C. qui. nõ obst.

69 long. temp. præs. nam exceptio † præscriptionis est litis finitæ, ut uoluit Bat. in l. fi. ff. pro suo. & tenet Alex. in apost. mag. ad Bar. ĩ l. uir bonus. ff. iud. sol.

70 Accedat, ꝙ diuisio † ęquiparatur transactioni. ut not. glo. in l. tres fratres. ff. de pact. & dicit Ias. in l. q. Romæ. §. duo fratres. col. 14. infra de uerb. obli. & ubi interueniunt transactio, præscriptio & iuramẽtum, dicitur negocium finitum. ut per Bar. in l. oẽs populi. in illa q. an statuta extendantur ad præterita. uet. Iuxta pdicta quæro, de iust. & iur. Super fi-

71 nitis † ergo & transactis fieri non potuit compromissum, ut per Ias. post alios. in l. 3. ff. de transact. & Soc. cõsi. 220. col. 1. uol. 2. & minus intelligi potest dictam cognitionem circa portiones fuisse comprę hensam in compromisso, sub generalibus uerbis, uidelicet super oibus aliis differẽtiis &c. quia talia

72 sunt uerba generalia † & restringuntur ad rem, super qua compromissum factum fuit. l. si cum dies. §. sed si forte. ff. de arb. & plenè per Ias. in l. si de certa. C. de transact. & Parif. consi. 24. nu. 123. & seq. lib. ij. & non est nouum ut quibusdã specialibus po

73 sitis subiiciatur generale uerbũ † quo specialia cõplectantur. ut. l. si seruus. §. inquit lex. ff. ad l. Aq. & quia duntaxat compromissum fuit factum sup cõpromittibilibus, unde sumus in claris &c.

Vltimò, cum prædicta resarcio uel refectio à dictis reis conuentis non possit peti in præsenti iudicio nisi per modum reconuentionis. & cum agatur coram arbitro, coram quo quidem non habet locũ

74 reconuentio † ut tenet Bat. in auct. & cõsequenter. in fi. C. de sent. om. iud. & in d. l. non distinguemus §. item siquis. & Bar. & Ias. in l. est receptum. in fi. de iur. om. iudi. & sicut non habet locum reconuentio

75 ita nec exceptio † compẽsationis, habetur in apost. ad Bar. in d. auc. & consequenter. ponit Alex. in cõsi. 119. col. 2. nu. 8. lib. ij. & eo magis non est admittenda aliqua compensatio. quia nullum eorum creditum ostensum fuit, quod possit consequi à dictis actoribus, ut supra fuit demonstratum, non proce-

76 dit † igitur d. l. 1. ff. de comp. uel aliqua lex. loquẽs de compensatione.

Quintum principale dubium capio. Cuius de-

77 terminatio ita fit, ꝙ legitima † debita iure naturæ dicto Terentio ex bonis paternis extrahenda est pro nu. octo filiorum. i. decimam sextã partem bonorum hæreditatis paternæ. iux. uul. auc. nouissima C. de inof. test. arbitrio iudicis, ut per Oldr. in consi. 113.

113.& Ben.Capr.conf.32.ver.Circa tertium. & fa
cit l.poteft.de leg.2.& in d. legitima imputari de-
bet domus uendita per dictum Terentium pofita
in caftro Farneti. & ita arbitrari debet iudex.ut di-
cit Bar.in l.Marcellus.§.res quæ.nu.2.& ibi p alios
ff.ad Trebel.& Ben.Capr. confi. 49. in fi.& confi.
89. in fi. ita effe com.fententiam,in re alienata per
filium ualidè dici electam legitimam probat Aret.
confi.18.col.fi.in prin. Ripa in d.l.in quartam. nu.
120.Gram.in decif.93.nu.5.& Bero. confi.93. nu.
26.& feq.lib.ij.& Rolan.à Val.confi.xxv.nu.17.li.
1.& Soci.Iun.confi.129.nu.42.lib.1. nec dicto Ioā
ni aliquod præiudicium factum fuit emendo dictā
78 domum,quia fideicomiffarius † uniuerfalis pendē
te conditione fi quam rem emat de comprehenfis
in fideicomiffo,non fibi præiudicat,nec fideicomif
fo renuntiat.arg.l.fundo.ff.ad l.Fal.cum concor. &
iftam effe communem op.dicit Alex.in d.§.duo fra
tres.col.17.fub nu.35.uer. adde φ Ioan. & quo ad
dictum Terentium uel eius hæredes fatis eft eū ha-
buiffe precium dictæ domus, quod in uniuerfalib.
79 † fuccedit loco rei.l.fi & rem.ff.de pet.hær.& quod
receptum & habitum fuit ex fubftantia patris,pro-
ut requiritur in confequendo legitimam. fecūdum
l.Scimus.§.repletionem.C.de in of.teft.Quarta ue
80 rò Trebel.retineri non poteft, quia † eam amifit di
ctus Terentius hæres grauatus non conficiendo in
uentarium fecundum l.fi.§. pen. C. de iure deli. &
iftum paffum.ne fim nimium prolixus, aliter nō di
fputabo.Sed in omnibus me remitto ad ea, quæ ab
utraque parte latè deduxit.Dec.in confi.236. in 5.
dubio.ubi concludit & tenet.φ Trebellianica amit
tatur per non confectionem inuentarii.& iftam ef-
fe magis com.opi.idem in confi.480. col.fi. nu.17.
fequitur Parif.confi.126.col.pen.& fi.lib.1. & cōf.
9.col ij.nu.17.& confi.93.nu.53.ubi de magis cō-
muni,lib.ij.& confi.1.nu.88.& conf.52.nu.14. lib.
3.cum concord.duas paginas implentibus ab utra-
que parte adductis per Gabr.Rom.in hanc partem
affirmatiuam inclinantem in tract.de com.opinio.
lib.4.tit.ad Trebel.conclu x. dicā tamen alibi meā
fententiam fuper hoc dubio,in quo nunc & φd hoc
in cafu pronunciādum fit dimitto iudicare debēti.

Sextum & ultimum dubium fupereft nūc etiam
expediendum.& quamuis articulus fit tritus & pri-
ma fronte renuntiatum ac remiffum uideatur dictū
fideicomiffum In cafu noftro per diuifionem inter
fratres factam.& primò infpectis uerbis inftrumēti
dictæ diuifionis,quæ diligenter intuēda funt,ut ait
Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in fi.8.q.de uerb.
obli. apparet adinuicem dictos fratres promififfe
obferuare & nihil facere contra diuifionem aliqua
ratione uel caufa.&c.quapropter remiffum uidetur
81 fideicomiffum † fecundum opi.Rog.de qua in glo.
d.§.duo fratres.quam Dyn.& Guil. de Cun.fequi-
tur, ut refert Bar.ī d.§.duo fratres, in ij.q.nu.11.&
quæ procedere uidetur in cafu ifto, quia reciprocè
facta eft fideicomiffaria fubftitutio inter fratres. p
ea quæ tenent Angelus & Paul.de Caft.in d.§.duo
82 fratres,aliquis.n.lædi † non dicitur ab actu ex quo
damnum & lucrum cafu uariante confequi poffet.
l.de fideicomiffo.C.de trāfact.& faciliores fumus
ad liberationem l.Arrianus.ff.de act.& obli.& l.fa
uorabiliores.de reg.iur.

Secundò, cum per expreffam promiffionem in
diuifione factam de euictione teneantur ad inuicē
83 dicti fratres,† uidentur excludi agēdo exceptione
de qua in l. exceptione. C. de euict.& l. uindican-
tem. ff.eo. & eo maximè quia dicitur in portione
Terentii φ pofita fuerunt bona fubiecta fideico-
miffo,& in portione dicti domini Bartolomei bo-
na acquifita & libera, & fic ceffat ratio mutui peri-
culi,& refectio euictionis procedit, ut tenet Alex.
in d.§.duo fratres.in.v.car.

Tertiò,fuerunt affignationes portionum cū om
ni dominio uel quafi. & cum omni poffeffione, &
84 petitio fideicomiffi † tendit ad declarationem do-
minij & poffeffionis relaxationem,ut habetur toto
85 titulo.ff.de fid. hær.pet.quod femel † ergo traditū
eft amplius auferri nō poteft.ar.l.inciuile. C.de rei
uind. & l.ficut.C.de act.& oblig.cum fimil.

Quartò,remiffum uidetur fideicomiffum uigo-
86 re iuramenti,† quod facit ualere actum eo meliori
modo,quo ualere poteft.l.cū pater.§. filius mrem.
de leg.3.& habet uim cafus expreffi,ut per Alexan.
in apoft.ad Bar.in l.ij.C.com. de leg. & femper eft
feruandum quando poteft feruari fine periculo æ-
ternæ falutis.c.cū contingat.cum fimil. de iureiur.
& hoc uidetur tenere Alex.in d.§.duo fratres, in 8.
car.& de iftis fparfim habentur aliqua per Dec. in
confi.287.col.fi.& conf.267. col.1.& Lud.de Bol.
confi.42.maximè in diuidentibus data fcientia te-
ftamenti paterni,ut latè Parif.cōf.46.nu.14. & feq.
lib.ij.& conf.71.lib.iij.Rui.cōf.133.et 139.et 44.
col.fi.et 152.poft nu.8.lib.ij.et Soci.Iun. conf.116
poft nu.41.lib.1.Cur.Iun. conf.49.col.pen. et fi.et
Bero.conf.130.lib.ij.

His tamen non refragantibus exiftimo contra-
rium de iure tenendum, φ dictum fideicomiffum
87 † nequaq̄ remiffum intelligatur per diuifionē cum
dictis claufulis generalibus factam, ut tenet Bar.in
d.§.duo fratres. in ij.q. et cum eo ibi magis com-
muniter tranfeunt doct.præcipue Alex. fub nu. 32.
et Iaf.in col.12.et feq.dicentes op. Bar. effe cōem,
à qua in iudicando non eft recedendū.& idem di-
cit & latè profequitur Dec.in conf.86.nu.4.& Rui.
confi.137.fub nu.6.lib.ij.& Soci.Iun.conf.128. in
iij.q.poft nu.105. lib.1. quia nullū verbum in diui
88 fione de fideicomiffo aliquo factum fuit,actus †.n.
agentium non operātur ultra eorum intentionē.l.
non omnis.ff.fi cer.pet. & in fortioribus terminis
etiam fi facta fuiffet mentio fideicomiffi,& dictum
non effet ex quo teftamento, fideicomiffum mini-
mè tollitur.ut per Bar.in d.§.duo fratres.in v.q.Nā
89 uerba † fpecialia imò fpecialiffima requiruntur ad
remiffionem fideicomiffi.dicit Lud.de Bol. in cōf.
51.col.2.ver.ex quo liquidè.arg.l.de his.ff.de tran
fact.& expreffam mentionem teftamenti & fideico
miffi in diuifione faciendam effe pro remittendo
fideicomiffo tenet & in terminis dubij noftri loq-
tur

tur Ben.Capt.in consi.89.viso dicto puncto. & nõ solum mentio aliqua de dicto fideicommisso in contractu diuisionis facta non fuit, sed etiam nullibi ex ipsa diuisione colligi potest dictos fratres voluisse remittere inter se aliquod ius futurum, qđ
90 † quidem remitti & repudiari nõ potest nisi pacto expresso.l.si ita scriptum.§.1.& ibi glo.& Barto.& doct.de leg.2.& l.ij.& l.cum proponas fratrem. C. de pact. actus ergo agentium non operantur, &c. d.l.non omnis. & l. obligationum substantia. §. 1. & vlt.ff.de actio.& obliga. & cum ista sit communis opini.docto. aliter super his insistere superuacuum est.

Verum contrariis respondere superest,& primò cõtrarium primum supra factum per ista proximè dicta remouetur,quia commu.opin. est in contrarium, & quia fideicommissum in casu nostro nequaquam est reciprocum & coæqueuum, cum D. Bartholomeus sit presbyter,& non potuerit ipso re
91 spectu grauari ad dictum fideicommissum † cum conditione si decesserit sine filiis masculis,& intelligitur ex se natis,Barto.ait in d.l.si quis ita.§.1.de leg.2.vt voluit fideicommissum esse nullum,Bart. in l.hæredibus.§.1.ff.ad Treb. & tenet Ang. in l.j. §.lex Fal.ff.ad l.Fal.& ibi Alex.infra refert. De cuius dicti veritate aliter non puto perscrutandum, nisi inquantum quòd ibi Bart.& Ange. vt referunt Imo.& Alexand.in l.si quis posthumos.in princip. ff.de libe. & posthum. volunt quòd possit intelligi de filiis,id est ecclesia, per text.in §.sed & præsenti.in auctenti. de sanct. episcop. Credo hoc non
92 procedere in presbytero seculari, qui † non habet ecclesiam pro filio, sed potest relinquere bona sua cui vult. §. presbyteros. in dict. auctentic. de sanctissim.episcop. & sentit gloss. in dict. §.sed & præsenti.in uer.Clerici.ideo Ias.in l. si ita q.s pro
93 miserit.§.ea lege.col.4.de uer. obli. firmat q † ecclesia habeatur loco filij,quando quis ingreditur monasterium uel fit monachus,& nõ aliter.& Bar. in d.l.hæredibus.§.1.sequitur Dec. consi.299. col. penu.nu.9.est opin.ferè ab omnibus communiter recepta dicit Bero.consi.107.col.pen. nu.31.lib.2. siue sic fuerit grauatus fideicomisso ante uel post clericatum,ut ibi latè per eum,& in consi.73.col.ij & seque.eo.Cum ergo Donnus Bartholomæus potuerit alios liberare,& ipse nullam recipere liberationem,hoc fuisse factum uerisimile non est, p uulgare dictum.l.cum de indebito.§.j.ff. de prob.& p ea quæ dicit Dec.in d.consi.86. respõdendo dicto contrario. & cum fideicomissum non sit reciprocũ
94 † q non remittatur per diuisionem prædictam, reputat casum indubitabilem.Bar.in d.§.duo fratres. in d.ij.q.in fine. ibi. Tertius,si non essent substituti &c.etiam si adessent clausulę generalissimę Grat. consi.29.nu.32.lib.ij.

Non obstat secundum arg.dé euictione, quia petens fideicommissum.quod ex facto defuncti prouc-
95 nit,ut l.fi.§.si uero. ff. qui pet. tut. non tenetur † de euictione.ut per Bar.in d.§.duo fratres.in 1.q.in fi. & in 11.q.& in ult.q.in fi.,quem affirmant Alex. & alij doct.ibi.& Soc.consi.31.nu.7.uol.4. nec impedit q bona portionis Terentij sint subiecta, & portionis Donni Bartholomei sint libera, quia hoc non constat esse verũ,vt visum fuit supra in 1.& 3. dub.præterea Alexand.ibi.in d.car.5.loquitur,qñ habens bona subiecta in portione esset grauatus restituere cuidam tertio,& non illi, cum quo diuisit, in quo casu ipse Alexan.transit cum Bart. Multum enim refert an vindicet cohæres vel alius tertius. quia si cohæres petat,præsertim ex dispositione de functi,non tenetur de euictione, si verò tertius vel extranens vindicet, tenentur de euictione diuidẽtes habita distinctione an fuerint scientes vel ignorantes,vt per Bar.in d.§.duo fratres.in vlti.q.circa finem.Nanque factum defuncti multum operatur ad remouendam euictionem,& ita dicit intellige- re hãc materiam,Bar.in d.loco, per l.licet placeat. de dot.pręleg.& l.fundum meum.ff.de euict.idem Bar.in consi.72.ex facto.col.fi. Nec tertium argu-
96 mentum nocet,quia † quis dominium rei fideicõmissariæ sub conditione non consequitur nisi facta restitutione re,vel verbo,& adueniente conditione. l.restituta. & ibi doct.ff.ad Trebel.& l.si q.s ita hæreditatem.ff.de condi.insti.ergo, quod quis non habet,nemini potest dare.l.nemo plus. de regu.iur.cum vulg.similiter non obstat vltimum de
97 iuramento, † quia iuramentum habet illam conditionem quam habet promissio cui adhæret, & ad plus non extenditur quàm extendatur virtus promissionis.l.fina.C.de non nume.pecu.cum aliis cumulatis per Dec.in l.1.colum.penult.nume.27.C.
98 de pact.sed diuisio † non se extendit ad fideicommissum.l.cum pater.§.hæreditatem.de leg.2. & sæpius dicunt doct. in d.§.duo fratres. & quod dicit Alexand.in d.loco alleg.pro contrario,tenens op. Ange.propter iuramentum procedit, vt ipse loquitur, qñ in diuisione à partibus essent remissa omnia iura,quod in re nostra minimè fuit actum.

Vlterius dici solet,quę de nouo emergunt nouo indigent auxilio.l.de ætate.§.ex causa. ff. de interrog.act.& l.ij.C.si sep.in integ.resti.post. Namque euenit,q dictæ partes primo Arbitro relicto, Arbitros elegerunt aduocatos. Quod quidem incautè egerunt, nam dimittentes, cum quo dissentiret, non habebat,& duos assumentes arbitros,qui de facili dissentire possunt, propter naturalem hominũ ad dissentiendum facilitatem, ut l. item si unus.§. principaliter.ff.de arbitr. & non præcogitantes, q segnius expediunt comissa negocia plures. ut not. in l.3.§.quippe.ff.de admin.tut.cum uulg. & q aduocati communiter habent affectionẽ ad causam, & quisq; eorum semper quærit causam sui clienculi
99 defendere. Vnde ius prohibet eos iudices † esse in causa,in qua fuerunt aduocati.ut per Bar. in l.quisquis.C.de postul.& si efficiantur iudices,possunt recusari.c.postremo.de appel.& not.Dec.in l.præter. de iurisd.om.iud.Sed prædictæ partes in animo habuerunt:ut eas à lite aduocati ipsi remouerẽt, & de plano & æquo causam diffiniendo arbitrarentur, apices iuris non curando, ut fieri debet. per.l.si ti- deiuſ-

deiussor.§.quędam.ff.mand.cum simil.Quod uerò
minimè actum fuit.Quia unus producto coram eis
æstimo, seu catastro,in quo scriptum apparet, Dñ-
num Bartolomæum & fratres habere bona ex
æstimo, eorum patris uigore testamenti manu ser
Frācisci per dictam diuisionem cum clausulis in ea
appositis fideicomissum esse remissum dicit & re-
net.At alter contra. Cuius nam sit melior & de iu-
re tenenda opinio, ommissis nominum auctoritati
bus & seruatis traditis in c. 1.de sent.& re iud.in vi.
æstimabit ac discernet Dñs tertius eligendus, cu-
ius aucto itati parebitur ut d.l.Item si unus. §.si.nō
100 enim auctoritas † sed tātum ratio patrocinatur ait
Bal.in l.siquis ad declinandam.col.7.C. de epis. &
cler.& non quis dicat sed quid dicatur est conside-
randum.c.ij.19.dis.& nō auctoritati sed ueritati in
hęrere debet iudex.ut Bal.in l.pen.ff.de aq.hær.

Aggredjor igitur rem ipsam, & ponam cōtraria
allegata per Dñm Dubitārem uel quæ allegari pos
sunt,Deinde conclusionem quam teneo, firmabo,
Postremo contrariis pro tenui facultate mea respō
debo.Hæc sunt quæ allegat uel allegare potest D.
Dubitans.Et Primò,omnia quæ supra pro contra-
rijs adduxi.Secundò,per dictum æstimum uidētur
diuidentes, habuisse scientiam paterni testamenti,
101 quæ sufficit † probari per cōiecturas, secundū Bar.
in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 3.q.ut inquit Dec.
in consi.79.col.3.& in cons.268.col.2.&consequē
ter infertur habuisse scientiam fideicomissi in eo
contenti.per.l.non est ferendus.ff.de transact.Qua
102 testamenti scientia præmissa diuisio † cum clau-
sulis de non contraueniendo tollit fideicomissum
conditionale.ut Dyn.Ray.&Guil.de Cun.in l. qui
cum tutoribus.ff.de transact.&Alber. de Ros.in d.
§.duo fratres tenere refert Ias. in d. §. duo fratres.
col.11.& Dec.tenere uidetur in d. consi. 267. & in
consi.287.col.fi.& alij supra in contrarium allega.
& hoc uidetur posse procedere in re nostra propter
generalitatem & prægnantiam uerborum dictæ di
103 uisionis,præsertim ob uerbū,perpetuò, † quod in-
ter alia,exponitur sine temporis præfinitione. ut p
glo.in l.1.ff.pro soc. & est geminatum in dicto cō
tractu diuisionis,ibi,perpetuò faciendum &c.& ibi
perpetuò habere rata firma &c.qua de re dispositio
nem reddit efficaciorē.ut l.si mulier. C.ad sen.Vel.
& per Bar.in l.cum scimus.C.de agr.& cens. lib.xj.
104 Cum.n.diuisio † est concepta uerbis amplis futu-
rum tempus designantibus, q fideicomissum sit re-
missum tenet Io.Andr.in add.Spec. in tit.de testa-
men.§.imprimis.Ver.quid si duobus.quem referre
& sequi Alex.in d.§. duo fratres,dicit hoc affirmās
Dec.in cons.345.col.1.& ita opinionem Bar. in d.
§.duo fratres,contrarium tenentis limitari ibidem
scribit Ciotus. Nam per talia generalia uerba uide
tur cogitatum in genere de remissione dicti fidei-
comissi,& de eo quod dicitur in d.l.de his.ff.de trā
sact.quia sub uerbis generalibus omnia includun-
105 tur.l.Iulianus. de leg. ij. & quia † tantum operatur
generalis dispositio in genere quantum specialis in
specie.l.si duo.ff.de adm. tut. & de ista cogitatione
in genere est bonus tex.in.l.qui iure.ff.de test. mil.
hæc sunt uerba Decij in d. consi. 345. & Cur.Iun.
per eadem ferè uerba ita dicentis. in suo consi. 49.
Et ulterius dicti Dec.& Curt.prosequūtur in d.co-
rum cons.q fideicomissum remittatur per dicta ge
106 neralia uerba saltem concurrente iuramento † qđ
habet uim specialis & expressi cōsensus,ut not. Bal.
in l.1.col.ij.uer.Secundò quæritur.C.comod. per.
l.cum pater.§.filius matrem.de leg.ij.& haber uim
specialis clausulæ derogatoriæ.ut per Bal.in l.sanci
mus.col.fi.C. de testa. ideo per idem iuramentum
107 uidetur renuntiatum d.l.de his.† cui.l.cum iuramē
to posse renuntiari tenet Alex.qui alios refert.in d.
§.duo fratres.in pen.carta.

Accedat maximè in casu nostro, q dicti fratres
renuntiatis quibusdam exceptionibus in specie re-
nuntiarunt in genere & omni alii. ll. & iuris auxi-
lio,per quam renuntiationem interueniente iura-
mento d.l.de his,renuntiatum fuisse uidetur,ut per
Soc.in consi.103.col.fi.lib.3.& in consi. 125. col.
fi.lib.4.ubi allegat Alex.ita tenere in consi.11.uiso
ac(ut oportet) cōsiderato themate.lib.ij. mouentē
se inter alia per doctr.Bar.in auc.matri & auiæ.col.
pen.uer.sed quæro quid si renuntiauit.cum seq. C.
quando mulier of.tut.& in l.siquis sub conditione.
ff.de test.tut. col. pen. ubi dicit Bar.per huiusmodi
renuntiationem quibuscunq; auxiliis,uideri renun
tiatum. & in l. sciendum. uer. iuxta prædicta quæ-
ro &c.de uerb.obli.& in auc.sacramenta puberum.
C.si aduer.uēd.ubi dicit idē Bar. in sua q. quòd ad
hoc ut quis sibi præiudicet per iuramentum,nō re-
quiritur q illud sciat,sed super facto sufficit iurare,
& iuramentum extēditur ad omne ius quod ex il-
lo facto descendit, & per ista uidetur remissum di-
ctum fideicomissum. Ad quod remittentibus ergo
non datur regressus.ut l.quæritur. §. si uenditor. ff.
de ædil.ed.& §.pen.inst.de bonor.possess.

Ego uero his non obstantibus in casu nostro pu
to contrarium de iure tenēdum esse. Et primò quo
ad personam Ioannis nemini dubium est disputa-
tionem istam non esse necessariam, quia per instru
mentum diuisionis productum, solum constat do-
num Bartolomęum ab una parte diuisisse cum Te
rentio & Ioanne ab alia parte. & inter Ioannem &
Terētium nullam diuisionem cum aliqua promis-
sione apparet interuenisse,& consequenter nullam
obligationē inter eos adinuicem exinde uigere, p
responsum Ant.de Butr.consi.77.uisis actis. col.ij.
108 & Bal.consi.309.cum essent plures.lib.1.ubi † cō-
promissum diuidendi factum inter unū ab una par
te & plures ab altera parte nihil operatur inter plu
res separatim & inter se,refert & sequitur Dec. cōs.
253.col.pen.in fi. optimè facit quod tradit Bal. in
l.mater.col.pen.nu.11.uer.sed hic quæro. in fi. C.
de rei uind. per l. fi.ff.de inter. act.sequitur Afflict.
109 decis.209.nu.4.quibus ergo † non cōueniunt uer-
ba dicti.§.duo fratres.& l.tres fratres.ff. de pact. &
l.qui cum tutoribus.ff.de transact.& simil.neq; ea-
rum dispositiones conuenire possunt. ut l.hos ac-
cusare.§.fi.ff.de accus.& l.pe.ff.si q̄s à par. fu. man.
& l.4.

& l.4.§.toties. de dam.infect.cum cõcord. & si inter ipsos Ioannem & Terẽtium facta fuit aliqua di-
110 uisio,ea fuit simplex diuisio † per quam minimè remittitur fideicõmissum, secũdum communem opi. doct.in d.§.duo fratres. de qua ibi per Ias. col. 11. aut si interueniente aliqua promissione & renuntiatione inter eos facta fuerit diuisio(quod tamen nõ liquet ex processu,ut audiui)concepta est uerbis ad præsens tempus relatis, Videlicet de obligationib. tunc temporis,usq; in præsentem diem, nam uerba
111 † diuisionis quando referuntur ad iura præsentia, indubitatum est fideicõmissum non esse remissum, ut firmat in terminis nostris Dec.in consi. 86. uiso puncto.col.3.qui allegat ita tenentes Ang.in cons. 286.pro clariori.col.4.& Corn.in consi.340. Quã uis uideatur.col.fi.in primo lib. & dicit Bar.in d.§. duo fratres.in 5.q.in fine.idem in specie latè comprobat Barb.consi.43.col.4. & seq. uer.modò ueniendo.lib.1.& Dec.cons.495.col.5.ad nu.18. qui in eodem casu consuluit pro hac parte & contra id quod consuluit Cur.Iun.consi.49.superius in contrarium alleg.idem pro hac parte tenet Goz.consi. 36.col.fi.& consi.45. nu.17.& Rui. consi. 147.nu. 15.lib.2.ita pro communi cumulando concor.ampliando & limitando ponit Gabri.Rom. de cõmu. opi. lib.4.tit.de fideicom.conclu.1.

Sed quo ad Donnum Bartholomeum, in cuius personam ab una parte diriguntur uerba dictæ diuisionis productæ, insistendum uidetur.& licet pro eius uictoria saltem respectu fideicõmissi consequẽdi sufficerent supra in ult.q. pro hac parte deducta, factis tamẽ supra proximè dictis appos. à Domino C. narbirro, uiq; omnis scrupulus auferatur,iux. l. 3.C.de interd.matr.hæc pauca uolui(ni fallor)pro ... a ueritate adducere, in fauorẽ dicti Donni Bar
112 tholomei.Namq; † conditionale fideicõmissum inter scientes (Quamuis nulla in casu nostro fideicõmissi scientia tempore diuisionis probetur ut infra ostendam) per diuisionem cum promissione adinuicem de non contrafaciendo uel ueniendo minimè remitti,tenet Bar.in d.§.duo fratres. in ij.q.ibi. ego idem dico in sciente &c.& in l.Paulo Callimaco.§.1.de leg.3.dicit ꝙ hanc opi. semper tenuit & tenet pro uera,& Ias.in d.§.duo fratres.col.12.dicit istam opinionem Bar.esse communem à qua in iudicando & consulendo non est recedendũ,ubi etiã refert Bal.Alex.& alios. in plerisq; locis tenere cũ Bar.& Pau.de Castr.in d.l.tres fratres. dicit opini. Bar.esse communem,& procedere etiã si sint adiecta uerba, promiserunt nõ contrauenire aliqua ratione uel causa,ut per eundem Pau.de Cast. in cõs. 188. Quia dubia supra formata. lib.ij. quẽ refert & sequitur Alex.in d.§. duo fratres. in 4. car. & hanc opin.latè tenet,& optimè loquitur ad propositum nostrum.Dec.in consi. 86. supra alleg. & in consi. 495.Viso eleganti consilio.col.4.quem omnino uideat Dñs tertius eligendus, alios s.pro hac parte allegatos, & nouissimè in terminis pro hac parte tenet Ioseph.Assisien.in decis.Peru.19.nu.10.& seq. & Ben.Cap.in consi.89.uiso puncto. Voluerunt.n.

dicti fratres diuidere inter se bona communia, ut dicit præfatio siue procemium dictæ diuisionis, quod
113 declarat † mentem contrahentium, ut est casus. in l.fi.& ibi not.doct.ff.de hær.instit. & nõ renuntiare alicui futuro fideicomisso,ideo promissiones postea incontinẽti in eadem diuisione factæ, ad eam, sunt repetitæ, quia quæ in præfationibus dicuntur, in stipulationibus etiam sunt repetita. ut l. Titia.§. j.de uerb.obli.& ibi per doct.

Et profectò lecto ac sæpius perlecto dicto instrumento diuisionis, ut mãdat Bar.in d.§.duo fratres. in 8.q.in fine.non uideo quomodo possit in eo cõpræhendi de aliqua remissione seu renũtiatione iuris futuri,præsertim per clausulam in qua se fundãt aduersarii, ibi. Quæ omnia & singula in pñti instrumento contenta dictæ partes solemni stipulatione &c.Primò pondero relatiuum, Quæ omnia,
114 † quod positum sine copula restringit antecedẽtia ad quæ refertur,& ea limitat,& nõ alia,ut per. Bar. in l.à filio.§.Titia.ff.de alim.& cib.le.& in l.si quis ita. de aur. & arg.leg. & de hoc nulla uidetur dubitatio,quia dicit in præsenti instrumento conten-
115 ta &c. omnia.n.quæ † sunt in termino ad quem fit relatio cũ omnibus suis qualitatibus censentur esse in termino referente, ut per Soc.in consi. 169. col. 2.lib.2.Et in dicto instrumento ante dictam clausulam aliud non continetur, nisi ꝙ dicti fratres eorum bona diuiserunt in duas partes. & unam partẽ accepit d.Donnus Bartolomæus, & aliam dicti Terentius &Ioannes.cum clausula,ad habendum &c.
116 per quam † non remittitur fideicomissum. ut per Bar.in d.§.duo fratres.in 8. q. & cum promissionibus de euictione,de qua non tenetur petens fideicõmissum,ut per eundem Bart.in d.§.in fine.& dictum fuit supra in ult.q.& alia continentur, quæ solum tendunt ad ualidationem dictæ diuisionis, ad
117 ea igitur refertur dicta clausula. Quia † etiam clausula generalis in fine posita referri debet ad omnia specificata.ut.l.stipulatiões comodissimũ. de uerb. obli.& per Soc.in d.consi.169. col.3. & ad ea tantum restringi debet. l. si de certa, & ibi doct.C. de transac.& dicta clausula locum sibi uindicat in his in quibus potest contrauenire per partes.ut Dec. in
118 consi. 2.col.fi.& cum in diuisione † non ueniat futurum fideicomissum.l.cum pater. §.hæreditatem. de leg.2.ut per doct.in d. §. duo fratres. non uenit contra diuisionem qui fideicomissum petit. & infra dicetur.
119 Facit etiam ad prædicta,ꝙ clausula † apposita ad essequutionem principalis dispositionis nõ ampliat ipsam principalem dispositionem. ꝑ tex. in cl.1. in fi.de præben.in casu nostro dicit Ias. in d.§.duo fratres. col. 14.in fi. & idem ad aliud simile propositũ Dec.in d.consi.ij.in fi.& in cons. 305. nu.8. & latè comprobat Gabri.Rom.de com. opin. lib.6.tit.de clausulis,concl.x.& Ioseph.Assisien.d.decis.Perusi. 19.nu.12.& sequen. usq; ad fi. Præterea, quælibet
120 † promissio intelligitur rebus sic stãtibus & de casu de præsenti.l.quod Seruius.& ibi no.ff.de cond. indeb.& l.cõtinuus.§.cum quis.& l.si filiusfam. de uerb.

uer.præterea illud dictum Io.And.
Tertiò,non obstat quod habetur per Deci. in d.
consi.345.super quo aduersarij faciunt maximum
fundamentum,quia inter alia ibi fideicommissum
præsuponitur purificatum, & in casu cons.Cur.Iu.
verba erant multum prægnantia, quę non sunt in
diuisione nostri casus, vt potest videri, & magis in
specie respondeo,inquantum dicitur in dicto con-
tractu diuisionis,non contrauenire aliqua ratione
130 vel causa, † non impedit fideicommissum, vt per
Pau.de Cast.in d.consil.188.quia dubia supra for-
mata & in consi.36.lib.ij. & si quæ generalitas ver
borum est in dicta diuisione,est quò ad causas con
trasactionis,quæ intelliguntur de iure de pręsenti.
d.l.quod Seruius.& Petr.de Anch.in d.cõsil .291.
col.3.& non respiciunt aliquod ius de futuro.Imò
131 est communis regula, quòd † cuilibet promissioni
ex causa de nouo superuenienti potest contraueni
ri,vt per Soc.in consi.xxij. Visa prædicta facti con
tingẽtia,col.fi.nu.18.cum seq.lib.4.& Dec.in cõs.
335.Viso cõsilio.ver.præterea & dato. cum simil.
132 Et dispositio † generalis restringitur etiam ad ha-
bilia.arg.l.vt gradatim.ff.de mun. & hon. & nullũ
uerbum adeo uniuersale uel indistinctè est, quod
consideratione debitarum circunstantiarum non
debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipe-
re,sunt uerba Oldr. in consi. 148. factum est tale.
Ver.ad alia autem argumenta.idem Abb.in c.P.&
G. nu.11.de off.deleg.ergo dicta clausula ĩ d.diui
sione debet intelligi & restringi ad ius de præsen-
ti,& non de futuro,prout se extẽdit principalis di-
spositio,ut supra sæpius fuit dictum, facit etiam, ꝙ
133 generalitas † non extenditur ad futurum, nisi ex-
primatur.ut.l.si à colono.de uerb.oblig.
Ad illud quod dicebatur per. l.ꝗ iure ff. de test.
mil.sufficere esse cogitatum in genere de remissio-
ne dicti fideicommissi, & de eo quod dicitur in d.
134 l. de his. respondeo † ꝙ d.l.qui iure. loquitur ubi
ex expressis in instrumento potest coniecturari de
scientia iuris uel facti de quo agitur,ut latè decla-
rat Barb.consi.60.col.1.&seq.lib.2.& ubi non re-
quiritur specifica sciẽtia, secus ubi requiritur,ut in
casu d.l.de his. ita not. dicit Feli. in c. si diligenti.
col.4. Ver.responde tenendo Abb. de foro comp.
& probatur,quia ubi specificum mandatum requi-
135 titur † non sufficit generale mandatum.ut.l.Illud.
in fi.ff.de minor. c.qui ad agendum, de proc.in 6.
& l.siquis mihi.§.sed utrum.ff.de aq.hær.cũ simil.
ubi autem aliquid specialiter fieri debet non suffi-
cit generalibus uerbis fieri.Ias. in l.si quando.§. &
generaliter. Ver.confirmo per tex. C.de inoff.test.
facit quod dicit Bar.in l.1.C.de iure dom.impetr.
refert Feli.in c.1.col.6. Ver.2.nota.de iud. sub nu.
12.ꝙ specialis commissio non expletur per genera
lem cum pluribus aliis simil. expresse fiendis non
completis generaliter alle.à Ias. in l.1. in prin.col.
4. nume.16. & seq.de uul.& pup. & ibi Ripa num.
56.& sequen.
Postremò, non obstat quod dicitur de iuramen
to in contractu diuisionis apposito, ad quod respõ
deo pluribus modis.& primò,in casu consi.Dec.&
Cur.supra in contr.alleg. cum iuramento concur-
rebant uerba ualde prægnãtia,& fideicommissum
purificatum, quæ quidem hic non concurrunt,ut
136 dictum fuit supra.Secũdò † dictum Bal.in l.1.col.
ij.C.comod. debet intelligi secundum legem quã
allegat.iux.uul.dictum Bar.in l.non solum.§. si li-
berationis.de lib.leg. allegat enim.l.cum pater. §.
filius matrũ.de leg.2.Vbi dicitur, quòd si testator
mandet fideicommissum pręstari cum iuramento,
& testamentum non sit solemne, fideicommissum
tamen debetur ab intestato,quia quocunque casu
id potest pręstari ibi est testatoris uoluntas expres-
sa uigore iuramenti. Ergo hic dicendum est,quòd
in quocumque casu uenitur contra diuisionem &
diuisio non valeat, ibi vinculo iuramenti est ex-
pressa voluntas partium de non contrauenien-
137 do,& vt diuisio valeat, sed † petendo fideicom-
missum quis non facit contra diuisionem. vt per
Bar.in d.§.duo fratres. in 2.q. & ibi Alexan. in 4.
car. ver. Bald. etiam in d.§.hæreditatem, & ob id
magis communiter doct. dicunt fuisse malè iudi-
catum in casu d.§.duo fratres,& idem Io.de An.in
cons.29.Visa Imperiali & Apostolica.col.fina.Ad
quem casum petendi fideicommissum igitur nul-
lum expressum consensum partium non contra fa
ciendi,& sic fideicommissum remittendi extendit
dictum iuramentum. Quod etiam non se extendit
138 ad incogitata † & vbi non est consensus partium.
vt Bar.in l.si quis pro eo.col.fi.ff. de fideiuss. & ca.
139 veniens.& ibi glo.& c.pen.de iureiur. nam † iura-
mentum non auget promissionem extẽsiuè,sed in-
tensiuè.vt inquit Oldra.in cons.294. vltra iam di-
cta,circa finem & firmat pactum, sed non ampliat
actum,dicit Bal.in l.pen.col.pen.C.de cond.inser.
& quod dicitur, iuramentum habere vim expressi
& specialis,consensus,procedit in eo,quo expressè
consentitur, vt per Cur.Sen.in consi. 76. nu.42. &
140 iõ nulla renũtiatio intelligit̃ facta d.l.de his.† cui.
l.cum iuramento etiam renũciari non posse est de
mente Barto.in l.cum hi. in prin.ff.de transact. &
voluit Ang. in cons. 94. cum lis & quæstio.& Fe-
der.in cons.135.Quæritur an donna Margarita. &
Fulg.in d.l.de his.quos refert idem dictus Soci.in
cons.214.in causa Honofrij.col.5.ver.secundò re-
* spondeo.lib.2.sic esse com.opi. firmant Paris. cõs.
95.nu.26.lib.3.Soci.Iun. 129.nu.63.lib.j.Rolan.à
Val.cons.13.nu.27.lib.j.
Tertiò,ad argumentum de clausula (& omni.ll.
& iuris auxilio) respondeo secundum Socin. in d.
consi.103. in casu conuentionis.in ij.& iij.col.lib.
iij. vbi formaliter respondendo cõcludit in termi-
nis propter dictam clausulam,non extendi consen
sum per iuramentum ad renunciationem. d. l. de
his.per iura & rationes vt ibi per eũ,& per Rolan.à
Val.in d.cons.13.num.37.in specie respondentem
141 ad dictam clausulam ꝙ inducat † generalem renun
ciationem,quę nõ tollit dispositionem d. l. de his.
potest etiam alio modo responderi ad fundamen-
tum Alex.in d.cons.xj.lib.ij.factum de dicta clau-
sula

ſula cum iuramento, & ſic dicendum eſt, ꝙ dicta
clauſula generaliter poſita facta expreſſione ali-
quorum iurium valet ad ſimilia vel minora caſi-
142 bus expreſſis,non quò ad maiora.† vt per Bar.poſt
Guil.de Cun.in l.iij.§.quæſitum. circa medium &
prope fin.ff.ſi quis caut.per ca.ſedes. de reſcript. &
cle. non poteſt,de procur. & Iaſ.in d. §. quæſitum.
col.iij.& Rom.in conſ.472.ſub nu.3.& Bero. cõſ.
25.nu.18.lib.iij. Ideo non poteſt referri ad renun-
ciationem d.l.de his.quia non ad ſimilia vel mino
ra expreſſis,ſed ad maiora referretur.nãque maius
eſt tranſigi vel paciſci de contentis in teſtamento.
non viſis & cognitis verbis teſtamenti, contra d. l.
de his.quàm ſit exceptio doli mali & ſimulati cõ-
tractus expreſſa ante dictam generalem renuncia-
tionem omnium. ll. vt patet ad ſenſum, & proba-
tur,quia nõ poteſt renunciari d.l.de his.vt ibi com
muniter doct. tradunt. quod ita non eſt de dicta
expreſſa exceptione doli mali & ſimul. contr. vt
143 notiſſimum eſt. & iuramentum † ad illos caſus re-
fertur ad quos refertur generalis renunciatio. vt
Bar.in d.§.quæſitum, in fi.& Iaſ.ibi.in fi.dicit eſſe
tenendam deciſionem Bar.cõiter approbatam.

Item quod dicunt Baſ.& doct.in d. l. ſciendum
144 & in d.auc.ſacramenta puberum ꝙ † iuramentum
ſuper facto præſtitum extendatur ad omne ius ex
facto deſcendens.per l. ſi duo. §. idem Iulianus.ff.
de iureiur. intelligitur de iure cauſato ex facto iu-
rato,id eſt de in integrum reſtitutione non conce-
denda propter læſionem ex contractu iurato pro-
uenietem,& ita præmiſſo d.vulg.d.Bar.in d.l.non
ſolũ.§.ſi liberationis,intelligi debet per d.§. Idem
Iulianus . vbi dicitur iurantem furtum non feciſſe
non teneri actione furti,neque condictitia,quæ ex
furto oritur,& in d.l. §. ſi quis iurauerit allega. per
Bar.in d.auc.ſacramenta,habetur.ſi iuratum fuerit
de aliqua re certo precio vẽditionẽ fuiſſe factam,
venit traditio rei,& promiſſio de euictione,quę ex
ipſa venditione procedunt, verum in caſu noſtro
petitum fideicommiſſum non ex contractu iurato
diuiſionis, ſed ex facto & iudicio teſtatoris deſcen
dit.per tex.in l.fin.§. ſi verò maritus.ibi. ex alieno
iudicio deſcendit.&c.ff.qui pet.tuto. & ſic videtur
remotum, & non militare in iſto caſu quod dicit
Alex.in d.conſ.xj.& facit ad prædicta,ꝙ dictum iu
ramentum,prout aduerſarij allegant, inducit duo
ſpecialia,primum, vt renunciatio generalis exten-
datur ad ſpecificam renunciationem d.l.de his. ſe-
cundum,vt poſſit renunciari d.legi,cui aliàs renun
ciari non poſſe communiter doct.tenent in d. l. de
145 his. Quod permittendum non vſ, quia † duo ſpe-
cialia circa idem concurrere non poſſunt. vt l.j. &
ibi.not. C.de dot.prom.& eſt glo.in ver. gener. in
l.cum poſt.§.in domum.ff.de iure dot.
146 Quartò, fideicommiſſum † non remittitur per
diuiſionem cum clauſulis de non contrafaciendo
etiam inter ſcientes.vt tenet Barto.in d.§.duo fra-
tres,in 2.q.cuius opinio (vt dixi) cõmuniter appro
batur, nec remiſſum etiã intelligitur per iuramen-
tum in dicta diuiſione appoſitum, quia illam taci-
tam conditionem habet dictum iuramentũ quam
habet promiſſio cui adhæret,& vltra non ſe exten-
dit quàm extendatur dicta promiſſio. vt per Deci.
in conſ.379.Requiſitus pro cõſilio.col.4.ver.præ-
terea illud dictum Cum.& in conſ.240.nu.3.& in
conſ.351.nume.8.& ſæpe in alijs conſ. & alibi per
doct.& quemadmodum promiſſiones in dicta di-
uiſione appoſitæ intelliguntur rebus ſic ſtantibus
& ex cauſa & de iure de præſenti d. l. quod Ser-
147 uius.ita †dictum iuramentum intelligi debet ſtan-
tibus terminis, de iure & ex cauſa de præſenti, vt
per Alex.in d.l.quod Seruius.ver.in glo.fi. ibi &c.
& Deci.in d.conſ.351.nu.6.cum concord. Quibus
contrarijs per ſupradicta ſubſtãtialiter remotis ac
ſolutis arbitror remanere firmam concluſionem,
ꝙ fideicommiſſum per dictam diuiſionem mini-
mè ſit remiſſum, & id dicti donnus Bortolomęus
& Ioannes petentes conſequi poſſint.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

DIVINO NVMINE REPETITO.

Placet mihi cõcluſio facta per ſupradictum do
minum Conſulentem in fauorem donni Bar-
tholomæi & Ioannis, quòd per diuiſiones
bonorum inter eos celebratas cum Terentio eo-
rum quondam fratre & cohærede non ſit præiudi-
catum vel renunciatum fideicommiſſo inter eos
iniuncto in teſtamento paterno, & demum purifi-
cato per mortem Terentij prædicti ſine filijs ma-
ſculis . Dato etiam ꝙ ipſi diuidentes noti am ha-
buiſſent de teſtamẽto,& fideicommiſſo prædicto,
148 Nam † per ſimplicem diuiſionem ſecundũ omnes
non intelligitur remiſſum ius fideicommiſſi con-
ditionalis, vt concludunt communiter Doct. poſt
Bar.in l.Qui Romæ.§.duo fratres.in 2.quæſt.ff. de
verbo.obl.& iſtud prout dicit Io.An.in addi.Spec.
in titu.de teſta.§.imprimis,ſuper verſi.quid ſi duo-
bus.non habet dubium.& vt dicit Bal.in c.1.in tit.
Imper.Lotha. Diuiſio ſimplex nõ cõprehendit ca-
ſus futuros . Itẽ quia conditionis euẽtus licet quan
doque fingat retrò conſtructiuè, non tamen de-
149 ſtructiuè,Et diuiſio † eſt actus neceſſarius,non vo-
luntarius, quia nemo cogitur ſtare in communio-
ne,l.fi.C.co. diui. Cum communio pariat diſcor-
diam.l.cum pater.§.dulciſſimis.de leg.2. Item pa-
rit ſocordiam & negligentiam circa rem commu-
nem.l.2.C.quando & quibus quarta pars debetur,
150 lib.10.& actus † neceſſarij ſunt ſtricti iuris,vt dicit
Aret.in l.ſcire debemus.in 4.col.ff.de verbo. obli.
& interpretantur vt non præiudicent facientibus,
vt per Alex.in l.ſi quis ante,col.3.ff.de acqui. poſſ.
& not.in c.ſuborta.de re iudi.& per Feli.in c.quod
ad conſultationem,col.4.eo.tit.& not.in l. ſi fide-
iuſſo.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cog.& in l.tuto-
151 rem.ff.de his qui.vt indi. ſed nec ex eo † ꝙ præfati
diuidentes promiſerint nil ſe facturos contra diui
ſionem cenſetur dicto fideicommiſſo conditiona-
li præiudicatũ, quicquid aliter dixerint Din. Ray.
& Guil.quia cõtrariam opi. tenet.Bart. in d.§.duo
fratres,

fratres. In secunda quæstione, per plura funda-
menta quæ latè defendit Alexander in dicto §.
contra impugnationes Ange. & aliorum sequa-
cium, post Ioann. de Imol. & opinio. Bartol. est
communis & communiter approbata, quam
ipse Bartolus tenet etiam consulendo, vt patet
in consilio quinquagesimo octauo. ex themate
prædicto tria dubia oriuntur, & Bald. in dicto
capitu. primo. Imper. Lotha. Eu. Pa. & in le. cum
pater. §. hæreditatem. de legatis secundò. & in l.
qui cum tutoribus. ff. de transactionibus. & in l.
tres fratres. ff. de pact. & in consilio 84. Res prohi
bitæ. libro primo. & in consilio 440. Franciscus
decessit. libro tertio. & Paul. de Castr. in dicta l.
tres fratres. vbi dicit opinionem Bartoli esse
communem. & in consilio nonagesimo secun-
do. quia dubia. & Ioann. de Imo. in consilio vlti-
mo. in casu præmisso. & Ioann. de Ana. in consi-
lio vigesimonono. visa imperiali & apostolica.
in vltimo dubio. & Alexander in consilio qua-
dragesimo. super primo dubio, libro quinto. vbi
dicit quòd opinio Bartol. est communiter ap-
probata, & qui eam pluries secutus fuit consu-
lendo & legendo, & in consilio centesimo septi-
mo. in causa Nicolai. libro quarto. vbi etiam
attestatur esse communem. & in consilio octa-
uo. viso themate. libro quinto. & in consilio vi-
gesimoprimo. viso compromisso. eodem lib. &
Andreas Barba. in consilio quadragesimo octa-
uo. illud afferam in medium. libro primo. &
quam opinio. sequuntur Modern. legendo in di-
cto §. duo fratres, à qua in iudicando & con-
sulendo non est recedendum, vt ibi dicunt, pro
qua etiam opinio. plurium Doctorum consilia al-
legat Decius, qui eam sequitur in consilio octua-
gesimo sexto. viso puncto. in primo dubio. in se-
cunda eius difficultate.

Et maximè in præsenti casu tenenda est di-
cta opinio. quia ex primo instrumento diuisio-
nis factæ inter Donnum Bartholomęum ex vna
& Ioannem & Terentium ex alia, non potest di-
ci renuntiatio aliqua fideicommissi facta inter
Ioannem & Terentium, cum ipsi simul & inter
se nullam faciant in eo instrumento diuisionem;
sed ipsi ex vna parte, cum Donno Bartholomęo
ex alia, vnde nec aliquæ clausulæ instrumenti pr
dicti eos possunt respicere, vel inuicem præiudi-
cium generare, cum principalis contractus diui-
sionis inter eos non celebretur, vnde nec clausu-
læ accessoriæ possunt eos inuicem respicere, &
hoc est clarissimum. Sed nec etiam inter eos ex
vna, & Donnum Bartholomęum ex alia potest
dici remissum fideicommissum conditionale;
cum non esset inter prædictos æquale & recipro-
cum fideicommissum. Nam in persona prædicti
Donni Bartholomęi sacerdotis non potest dici
valuisse grauamen sub conditione (si decesserit
sine filiis) per ea quæ relata sunt per prædictum
dominum Consulentem. Vnde cum in eo non es-
set necessaria remissio fideicommissi, nec ipse cen
sendus est voluisse remittere fratribus suis secum
diuidentibus, & maximè prædicto Terentio qui
non habebat nisi filias fœminas, & carebat ma-
sculis, & erat ætate prouectus, ita quod nõ suberat spes
de masculis suscipiendis, & sic cessat opi. Ang. qui
legendo & consulendo tenet aliam opinionem
152 contra Barto. Tamen limitabat † se quando erat
reciprocum & æquale fideicommissum, prout in
his terminis tenet Decius consilio dicto octuage
simosexto. viso puncto. vbi in tertia columna. ver
sicu. præterea. in casu isto ponderat inæqualita-
tem diuidentium, inter quos erat reciprocum fi-
deicommissum, & sic non erat par ratio remit-
tendi fideicommissum, pro quo allegat etiam
quod nota. Bald. in l. si pater puellæ. in fine. C. de
inofficios. testamen. & l. si ea pactione. C. de vsu.
& Lau. de Rodol. in cap. consuluit. in decimaquin
ta quæst. de vsur.

Non obstant etiam alia verba quibus diuiden-
tes prædicti concedunt bona diuisa ad habendũ
tenendũ, vtendũ, fruendum, vendendum & alie-
nandum, & quicquid ipsis & hæredibus placue-
rit perpetuò faciendum, quia per verba prædi-
cta non remittitur fideicommissum, vt declarat
Barto. in dicto §. duo fratres. in octaua quæstio-
ne. & maximè cum non fuerit secuta alienatio, li-
cet si secuta fuisset, non potuisset emptor mole-
stari in bonis, licet fideicommisso subiectis, sed
153 agi potuisset ad pretium receptum, cum † in hu-
iusmodi pretium succedat loco rerum. l. impera-
tor. §. finali. cum ll. sequent. ff. de legatis secundò.
Prout declarant Doct. post Barto. in dicta octaua
quæstione. & Socinus in consi. 43. viso testamen
to. in princ. libro 4.

Similiter non obstat promissio inuicem facta
de perpetuò attendere & obseruare & non contra
facere, quia ista verba referuntur ad præmissa, &
sic ad diuisionem, prout colligitur ex illis verbis
quæ determinant, scilicet: Quæ omnia & singula
in præsenti instrumènto contenta &c. prout præ-
dictus dominus Consultor notanter declarat, &
idem dicendum de renunciationibus annexis, &
illa renunciatio omni. ll. & iuris auxilio. quæ re-
nuntiationes apponuntur pro confirmatione &
roboratione contractus initi inter partes, & sic di
uisionis, non autem operantur respectu iuris futu
ri & conditionalis, de quo inter partes nulla præ-
cedit conuentio. Nam renuntiationes prædictæ
tendunt ad tollenda remedia iuris vel statuto-
rum, ex quibus possit impugnari diuisio præfacta,
& probatur ex his quæ decidit in renuntiatione
huiusmodi beneficiorum & iurium Roman. con-
silio 472. in eo quod quæritur, versiculo secũdum
154 obsistens, vbi dicit † non intelligi renuntiatum
beneficio & iuri quod non competit de præsenti,
sed competiturum est post alicuius conditionis
euentum, pro quo plura allegat, & maximè text.
singu. in l. Paulo. §. Pomponius. ff. de leg. 3. & quia
generalis renuntiatio iurium seu ademptio iura-
ta non extenditur ad exclusionẽ illius iuris quod

habet ortum ex causa de futuro, & sic vult ꝙ etiā
huiusmodi iurata renuntiatio non excludat bene
ficia & iura habentia ortum de futuro, & sic con-
ditionalia. Quod etiam probatur ex his quæ deci
dit Soci.consil.103.in causa conuentionis & re-
155 conuentionis.columna tertia.lib.3.vbi dicit, † ꝙ
renuntiatio iurata non includit casus quos non
iurata non includeret.l.fin.C.de non nu.pe.l.fin.
ff.qui satis.cog.secundum Bar.Bald.& Doct. in l.
sed & siquis.§.quæsitum. ff.si quis caut.& Io. An.
& do.Ant.& Pet.de An.in c.1.de commo. & Sal.
156 in l.1.C.commo. Et clausulæ † renuntiationum
huiusmodi prout aliæ clausulæ regulantur se-
cundum naturam contractus principalis, secun-
dum gloss.nota.in l. si patronus. §.patronum. ff.si
quid in frau.patro.& est text.in l.prima. §.primo.
& §.debitum.ff.de consti. pec. quem ad hoc alle-
gat Bald.in l.absentis.C.si cer.pet.& not.Bald. in
l.etiam.C.de exe.rei iudi.& Ci.in l. in cōtractib.
C.de non nu.pec.

157 Cum ergo† diuisionis contractus ex sui natura
non extendatur ad renuntiationem fideicōmissi
* conditionalis, vt tenent Docto.communiter post
Barto.in d.§.duo fratres.q.1.ergo nec huiusmodi
renuntiationes etiam iuratæ, quia per illud non
extenduntur ad contractum ad quem non exten-
derentur sine iuramento, vt dictum est, vt decla-
rat Salyce.in d.l.1.C.commo.& Pau.de Castr.in
consi.142.Primò videndum.& in consil.309.ad-
uertendum.& Ang.in cons.94. cum lis & quęstio
quæ omnia in proposito similis responsi alle-
gat Soc.in d.consi.103.Pro quorum confirmatio
158 ne facit.quia † clausulæ adiectæ ad executionem
principalis dispositionis non ampliāt illā, & clau-
sulæ accessoriæ non mutant naturam principalis,
per text.sing.in cle.1.de preb. & latè prosequitur
do Feli.in ca.licet in corrigendis.col.3.& 4.in 3.
declaratione.de offi.ordi.& in proposito declarat
Dec.consi.195.studendo breuitati.col.pe.versi.se
cundò diligenter.& col.fi.vers.quintò hoc idem.
maximè quia huiusmodi clausulæ apponuntur de
consuetudine tabellionum, vt dicit do. Card.con
si.120.quem allegat & sequitur Soc.in d.cons. Et
prædicta procedunt etiam præsupposita sciētia te
stamenti & fideicommissi. Quanto igitur maiori
ratione procedunt cum non probetur concluden
ter scientia fideicommissi prędicti, vel etiam testa
159 menti, quorum † in suis hæredibus præsumitur
* ignorantia, vt communiter concluditur post Bar.
in d.§.duo fratres.& in l.eius qui in prouincia. ff.
si certum petat. in quibus latè per do. Alexand. &
160 Ias.& licet † scientia secundum Bar.& doc. posset
probari per coniecturas, tamen hic non allega-
tur vel probatur alia coniectura quàm surgens ex
professione facta in æstimo seu catasto, in quo bo-
na allibrantur, per longum tempus præcedens
facta per dictos fratres. Cui, vltra responsa data
& concludenter per dominum Consulentem, re-
sponderi potest, quòd huiusmodi professio non
probat, tanquàm res inter alios acta, & in fauo-
mi&

rem Communis, seu Camerę exigentis & reci-
pientis talem professionem, per tradita in dicto ti-
161 tulo. C.res inter alios ac. nec † confessio in iu-
re facta procuratori fisci nocet confitenti seu pro-
fitenti quo ad alios. l.finali. ff. de inter. action. &
maximè cum simus. in verbo † enunciatiuo
162 † quod non probat etiam inter partes, vbi de eo
principaliter disputatur, vt tradunt Doctores in
capitulo illud. de præsumptionibus. & licet Bar-
tolus in dicto §. duo fratres. dicat præsumi
scientiam in suo etiam hærede qui asserit se hære-
dem ex testamento quem efficaciter impugnat &
redarguit Roman. suo consilio quadrigentesimo
tertio. Pro decisione propositæ consultationis in
vltimo dubio. tamen tenendo limit. Barto. puto in
telligendum quando in actu de quo tractatur fiat
talis assertio, vt si in terminis nostris in instrumen
163 to diuisionis fieret, & maximè quia † in renun-
tiatione iuris proficiscentis ex testamento vel tran
sactione requiritur specifica scientia eius tempo-
ris, vt probatur in l.de his.ff.de transactionib. vbi
dicitur inspectis & cognitis verbis testamenti, &
164 maximè cum ad hoc † vt quis dicatur habere sciē
tiam alicuius rei requiratur quòd habeat scien-
tiam facti cum suis qualitatibus, vt declarat gloss.
not.in cap.concertationi. in versicu.sciuit. de app.
in sexto.quam gloss. sequitur & commendat Ale-
xand.consilio centesimo decimoquarto.pondera-
tis his.lib.primo.& Felin.in cap. quod ad consulta
tionem.de re iudi.& dicit Deci.consilio ducente-
simo decimoquarto. in causa cathedralis ecclesiæ.
165 columna secunda.in tertio dubio. quòd † ex sim-
plici & transcursiua lectura instrumenti non præ-
sumitur quis informatus, allegando Domi.in cap.
cum prima.de priuileg.in sexto. Inserentem quòd
ex sola visione attestationum quis non præsumi-
tur percunctasse dicta testium, & ibi alia pertinen
tia ad hoc allegat & deducit.

Et propterea ex prædictis, & quia per præfa-
tum dominum Consulentem concludenter re-
sponsum extitit consilio Decij ducentesimo sexa-
gesimoseptimo. & ducentesimo octuagesimosepti
mo.& consilio trecentesimo quadragesimo quin-
to. concludo cum præfato domino Consulente
quòd non intelligatur remissum dictum fideicom
missum per diuisionem celebratam inter dictum
Donnum Bartholomeum ex vna, & Ioannem &
Terentium fratres ex alia. Nec etiam censeatur re-
missum fideicommissum prædictum per diuisio-
nem factam post modum inter Terentium &
Ioannem, per rationes & iura supra allegata, &
maximè, quia in dicta diuisione fit restrictio ad
præsentem diem, vnde non potest dici compre-
hendi fideicommissum futurum & conditionale,
166 † ad quod ius non competebat de præsenti, pro-
ut in terminis latè tenet Alexand.consilio ducen-
tesimo octauo.libro sexto.& Corne. consilio cen-
tesimo secundo.licet in hac.libro quarto, & consi-
lio centesimo quinto.eodem lib. & Decius in su-
pra allegato consilio octuagesimo sexto. & ma-
ximè

ximè cum non esset æqualis ratio renuntiandi, cum Ioannes haberet filios masculos, & Terentius filias fœminas, & grandeuus, adeo quòd non esset spes de masculis suscipiendis, vnde cessat omnis verisimilitudo huiusmodi renuntiationis ex parte Ioannis.

Et propterea de subscriptione requisitus. Ego Hypolitus Fidus inter Doct. & Aduocatos Collegij Prouincialis minimus, ad præsens Vrbini Locumtenens me propria manu subscripsi, & sigillo quo in talibus vtor sigillaui, rectius sentientis consilio semper saluo.

CONSILIVM CXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Filia dotata minus congruè, an (resistente statuto) possit petere supplementum, & in hoc an attendatur tempus mortis vel dotationis. Et de alimentis, & an præstita peti possint ab eo qui præstitit. Et plura de statuto excludente filias dotatas.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas non patrocinatur, sed ratio.*

2 *Patria minimum adscribi, doctrina verò, facundiaque plurimum, ex Alciato.*

3 *Statutum excludens fœminas propter masculos, licet factum propter bonum publicum, & vt bona conseruentur in familia, est contra ius commune & contra naturalem æquitatem, iniquum & odiosum.*

4 *Vtilitas maxima publica versatur vt fœminæ suas dotes præcipuas habeant*

5 *Dos competens dicitur & arbitranda est vsque ad legitimam.*

6 *Legitima dicitur quota bonorum, non hæreditatis.*

7 *Succedere non dicitur qui venit ad legitimam.*

8 *Statutum excludens filias stantibus masculis, & mandans eas dotari, & quòd sint dotibus contēta, nec plus petere possint, si non facit mentionem de legitima, eā non minuit. & nu. 1 e.*

9 *Exclusus ab vno remedio non censetur exclusus ab alio.*

10 *Legitima dicitur tertia portionis quàm quis habiturus esset ab intestato.*

11 *Statutum potius ab alio statuto quàm à iure communi recipit declarationem.*

13 *Statutorum interpretatio pertinet ad eum qui habet potestatem illa confirmandi.*

14 *Dos non debet constitui minor legitima, ex communi.*

15 *Dictio (penitus) quandoque in totum nōn adimit potestatem actus.*

16 *Testator potest Trebellianicam prohibere, ex communi.*

17 *Dispositio statuti & testatoris æquiparātur, & de vna ad aliam argui potest.*

18 *Statutum simpliciter excludens filiam à successione parentum ab intestato, intelligitur etiam excludere à legitima, ex communi. cui tamen dos danda est non minor legitima, ex communi. nu. e 94.*

19 *Expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.*

20 *Legitima dicitur quasi æs alienum.*

21 *Verba eadem repetita quādo plus non operantur quàm simplicia.*

22 *Verba præcisa recipiunt suppletionem & interpretationem ex natura & qualitate rei super qua proferuntur.*

23 *Verbum nullum adeo vniuersale vel indistinctum est, quod consideratione debitarum circunstantiarum non debeat ciuiliter intelligi, & limitationes recipere.*

24 *Statuta intelligi debent vt minus lædant ius tertij.*

25 *Filiæ in terminis statuti eas excludentis propter masculos dicuntur dotatæ, quando eis est dos constituta inter viuos vel in vltima voluntate.*

26 *Contractus dotis non dicitur nisi incipiat à traditione, non autem à promissione.*

27 *Lex non se extendit ad præterita gesta nisi expressè dicatur.*

28 *Statuta æquiparantur testamentis.*

29 *Aliàs, est aduerbium qualitatis.*

30 *Dotata intelligitur mulier per promissionem dotis absque matrimonio, inspecto communi vsu loquendi.*

31 *Asserenti mulierem esse dotatam incumbit onus probandi.*

32 *Instrumentum dicitur probatio probata.*

33 *Scripturæ priuatæ, etiam defuncti, soli non creditur absque testibus.*

34 *Iuramentum seruari debet in forma specifica. ex communi.*

35 *Contractum iuratum non seruans perdit ipso iure omnia commoda illius contractus.*

36 *Dictio (si) importat conditionem.*

37 *Conditio impleri debet in forma specifica.*

38 *Dotis pars præsupponit residuum.*

39 *Aestimatio fundi dati in dotem fieri debet secundum tempus quo datus est.*

40 *Legalitas personæ nihil operatur contra regulas iuris communis.*

41 *Arbitratore non arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri.*

42 *Futurum subiunctiui rem perfectam significat, non autem cœptam.*

43 *Dotis congruæ scrupulosa inquisitio cessat cum pater dotat.*

44 *Excessus maximus arguit dolum.*

45 *Mortis tempus inspicitur quando agitur de concernentibus*

tibus successionem.

46 Opinio seu ratio ultima doctoris vel glos. censetur approbata.

47 Distinctio facienda est à respondente de iure quando imminet necessitas distinguendi.

48 Tempora diuersa in vna re considerantur diuersis respectibus.

49 Dictis in vltima & maturiori decisione optima consideratione firmatis standum est.

50 Læsio excessiua quomodo consideretur in filia dotata renuntiante

51 Dos est quid vniuersale.

52 Verbum (dotata) de iure communi intelligitur arbitrio boni viri.

53 Argumentum à contrario sensu cessat vbi inducitur correctio iuris communis.

54 Particula nulla debet esse sine effectu operandi.

55 Contractus filij cum patre etiam iuramento apposito quo casu non valeat.

56 Bonorum sub generali renuntiatione non continetur renuntiatio legitimæ, cui debet specialiter renuntiari.

57 Iuramentum non porrigit vires nisi in eo, in quo expressè consentitur, & vltra non trahitur, nisi ad casus ad quos traheretur renuntiatio non iurata.

58 Statutum mandans quòd filia sit dote contenta intelligitur de dote congrua & competenti.

59 Dos succedit loco alimentorum.

60 Argumentum de dote ad alimenta non semper procedit.

61 Alimenta vt debita de iure naturali per statutum tolli non possunt

62 Ius naturale immutabile est, & statuentes per quæcunque generalia verba non censentur disponere circa sibi impossibilia.

63 Pater naturalis tenetur ad dotandam filiam vsque ad quantitatem ex qua possit alimentari.

64 Maritus tenetur ad alendam vxorem etiam sine dote.

65 Mulier ob delictum viri non perdit dotem.

66 Dos dicitur patrimonium mulieris ex qua viuere debet.

67 Dos dicitur parua si non sufficiat ad victum & vestitum ex comm sui.

68 Argumentum de alimentis ad dotem valet vbi legitima non deberetur.

69 Dos non potest arbitrari & constitui minus quàm sit legitima.

70 Baldi & Saly. auctoritas quanta sit.

71 Dotis mentio intelligitur arbitrio boni viri de dote congrua.

72 Relatiuum (quibus) refertur ad antecedentia cum omnibus suis qualitatibus.

73 Relationis natura, sicut natura demonstrationis est natura veritatis ex coniunctione scripturarum patentis.

74 Consequens qui vult, vult & præsuponit antecedens.

75 Determinatio vna respiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.

76 Res eadem non debet diuerso iure censeri.

77 Statutum non præsumitur quod in vno capite concedit in alio auferre.

78 Statuti particula non debet esse superflua & sine effectu operandi.

79 Statutum ita debet intelligi ne sequatur absurdum, ne ne possit à sapiente reprehendi, minusq; lædat ius tertij.

80 Tacens non videtur consentire in præiudicialibus.

81 Dotis congruæ supplementum peti posse respectu facultatum secundum tempus mortis patris. ex Bald. nouel.

82 Ratio magis attenditur quàm verba, & ea declarat et limitat dictum.

83 Dictio (aliàs) multas habet significationes.

84 Sensus verborum præualet literæ.

85 Actus debet attendi tempore quo robur sortitur.

86 Dos potest peti à filia etiam si statutum non disponat.

87 Statuta quibus possunt adaptari regulæ iuris secūdum eas & argumenta legum intelligi debent.

88 Statutum quod non prohibet nec nos prohibere debemus.

89 Tempus mortis quod attendi debeat in legitima. & nume. 104.

90 Filius habet potentius ius in bonis patris, quàm patronus in bonis liberti.

91 Alimenta filio debentur officio iudicis, & an præstita & præterita peti possint.

92 Persona primùm inspicitur quàm iuris ratio quæratur.

93 Mater præstans alimenta filio ætatis vltra triennium, ea repetit à patre.

94 Fratribus stantibus in cōmunione, si vnus habeat vxorem & filios paruulos nihil operantes, alter frater carens, familia potest repetere à patre pupillorum pro portione sua expensas eis præstitas.

95 Expensa alimentorum dicitur expensa necessaria.

96 Dos & alimenta præstita ab extraneo filio alieni possunt repeti contra patrem ab eo qui præstauit vel dotauit, actione negotiorum gestorum. contrarium nume. 97.

98 Statuti excludentis fœminas propter masculos ratio finalis est, vt bona conseruentur in familia.

99 Defectus causæ finalis vitiat dispositionem.

100 Agnatus vbi naturaliter vel per accidens est impotens ad conseruationem generis & bonorum in familia, cessat dispositio statuti excludentis fœminas propter masculos.

101 Pronuntiandum est in fauorem eius qui tractat de damno vitando.

102 Indicium est firmum quod plurimorum consensu comprobatum est.

103 Tempus dotationis quod debeat attendi in dote congrua.

105 Dos est necessaria non solum ad maritandam mulierem, sed etiam ad onera matrimonij sustinenda.

Obli-

106 Obligatio sortita effectum & extincta non debet reuiuiscere.

107 Officium iudicis nullam præsupponit obligationem.

108 Pater quandoque cogitur filiam iterum dotare.

109 Obligatio non tollitur nisi integra solutione eius quod debetur, siue à debitore, siue ab alio sit facta solutio.

110 Admitti quis non debet ad petendum illud cuius contrarium non esset postulaturus.

111 Dos succedit loco legitimæ.

112 Dispositio.l.pen.C.de solu.non attenditur in legitima, quia de ea remouetur omne grauamẽ, quod etiam posset euenire.

113 Dos debet constitui & suppleri vsque ad quantitatem legitimæ.

114 Dos an sit competens quale tempus attendi debeat, dotationis, scilicet an mortis dotantis.

115 Verba cui non conueniunt nec dispositio conuenit.

116 Statuto quis non iuuatur nisi alleget & probet qualitates à statuto inductas

117 Fundamentum suæ intentionis non probans succumbit.

DIVINI AETERNIQ. NVMINIS inuocato suffragio.

PVtabam dominos Arbitros in fauorem
dominæ Paulæ sententiam seu laudum
laturos. At dominus N. Consultus
contra respondit, cuius æquidem
responso non obstante adhuc eiusdẽ sum opi
nionis, cui non me latet prima facie magis obstare
nominis patriæq; auctoritatẽ, quàm rõnes & iura
per eum adducta. ita arguit Cicero in principio
primi libr. de offici. Nam ipsum Consultorem
fertur publico stipendio conductum iura profiteri.
Vnde præsumitur iura non ignorare, quia turpe
est, &c. vt l.2.§.Seruius autem Sulpirius. de ori.
iur. & quasi nefas videatur Dominum Iudicem ad
quem fuit prouocatum tanti viri sententiam reuocare,
sed hæc paruifacio, dum non ea curet Iudex
sed & iustitiæ & legum vestigia veritatemque sequatur,
vt Imperator iubet in l.nemo.C de senten.
1 Non enim auctoritas † sed tantum ratio patrocinatur,
ait Bal. in l.si quis ad declinãdum. col.7.C.de
episco.& cler.idem Bald.scribit in l.Clodius.in fi.
ff.de acquirend.hæredi.quòd Iudex non debet sequi
consilium quantæcunque auctoritatis sit consulens,
nec debet inhærere auctoritati, sed veritati.
Imò de eo dicat vt dici solet, quòd quandoque bo
2 nus dormitat Homerus. Patriæ † quoque minimũ
adscribi, doctrinæ verò facundiæque plurimum.
Sic And. Alci. inquit in suo 1.lib.de verborum significatio.
cart.25.& argumẽ.cap.nos qui.40.dis.
Demonstrabo igitur adducta per dictum Consultorem
non refregari, eaque veris (ni fallor) rationibus
& iuribus & maiorum nostrorum auctoritatibus
refutabo.

In primis mouetur ille principaliori fundamento
per eum sumpto ex statuto Pisauri, cuius verba
ponderat quò ad rationem fauorabilem pro masculis,
etiam dictiones, pœnitus, intregrè & in totum,
& quòd fœminæ iubentur stare contẽtę, &c.
ad inculusionem masculorum & exclusionem fęminarum
tacitam & expressam reperita habere iuris
ministerium, ex quibus infert dominam Paulam
in bonis petitis nullam partem habere, & allegat
nota.per doct.in l.fina.ff. de hæred. institu.&
Dec.in consil.10.& Barto.in l.exceptionem.ff.de
condi.indeb.& doct.in l.maximum vitium.de lib.
prætet.& Dec.in consil.decimotertio & l.cum prętor.
ff.de iud.& Domin.in cap.romana. de senten.
excommu. libro sexto.& gloss.in verbo diœcesanos.
in clemen.prima.de iu.patr.respectiuè ad prædicta.

Quibus respondens, dico inficiari nõ posse dictum
statutum esse contra ius commune, & contra
3 naturalem æquitatem, † secundum Bald. in l. inter
filios.C.famil.ercisc.& licet factum sit propter
bonum publicum, vt bona conseruentur in familia,
est tamen iniquum & odiosum, firmat Bald.in
l.certum.in princip.C.vnde cog.Ang.in cõsi.210.
statutum. in princip. & Curt. Senior in consi. 45.
columna decimaquarta, cum simi.relatis per Dec.
* dicentem istam esse communem opinio.& imò negantem
dictum statutum esse fauorabile in d.consi.
13.colum.3.versi.secundò dato.& in consi.261.
colum.penul. Hoc verum quippe est respectu fœminæ,
de cuius exclusione cum hic agatur, strictè
& propriè interpretanda est ista lex municipalis,
4 Deci.in d.consi.13.& alibi doct.volunt.Nam † versatur
quoque maxima vtilitas publica, vt fœminæ
suas dotes præcipuas habeant, per nota.in l.prima.
solut.matrimo.quæ eis necessariæ sunt, nedum ad
maritandas eas, sed etiam ad onera matrimonij sustinenda,
dicit Barto.in l.nupta.in princip.eo.solu.
matrimo. solum autem in casu proposito tractatur
5 de dote congrua supplenda, quæ † competens dicitur,
& arbitranda est vsque ad legitimam, secun-
* dum commun.opinio.docto.vt attestatur Deci. in
consil.181. columna secunda.vt plenius deduxi in
primo consilio. Potest etiam demonstrari dictum
statutum non tollere legitimam.

Primò, cum dicit in hæreditate defuncti succe-
6 dere debeant, legitima † verò non hæreditatis, sed
bonorum quota dicitur.l.Papinianus.§. quarta autem.
ff.de inofficio.testam.l.cum quæritur.C.eo.&
Alex.in consi.132.præmittitur.in fin.volu.6.vnde
7 non dicitur succedere † qui venit ad legitimam.
Socin.& Caccialup.probant in consi.150. columna
duodecima.versicu.septimò confirmatur.volu.
primo.

8 Secundò (vt aliàs dixi) statutum excludens † fœminas
stantibus masculis, & mandans eas dotari,
& quòd sint dotibus contentæ, & plus petere non
possint, non minuit legitimam, ex quo de legitima
non facit mentionem, secundum Salycet. cuius
opinionem æquiorem & rationabiliorem di-

cit Iaſ.in auctẽn.nouiſſima.colum.fin.C.de inoffi.
teſtam.& tenet Bald.in conſil.341.quæritur. volu
mine primo.ſequitur Alexan.in conſilio ſeptimo.
uolumine ſecundo. & conſi.88.volum.6.& Curt.
Seniot in conſilio vigeſimoſeptimo. verſic.venio
ad quartum.

Tertiò,Socin.in dict.conſil.150. columna 20.
verſicu. ex quibus patet. enumerat tria remedia,
quorum vnum non eſt alterum. Primum, ſucce-
dere ab inteſtato.Secundum,impugnare teſtamen
9 tum. Tertium, petitio ſupplementi,excluſus † er-
go ab vno remedio non cenſetur excluſus ab
alio. lege prima. §. videndum. ff. de ſucceſſorio
edict.

Quartò,tenentes per ſtatutum excluſam ab In-
teſtato non poſſe petere legitimam, mouentur,
10 quia †legitima dicitur tertia portionis,quam quis
habiturus eſt ab inteſtato.l.parentibus. C.de inof
ficio.teſtament.& Socin.in conſilio centeſimo vi-
geſimoſeptimo,column.prima. volumine quarto.
ſed hoc verum eſt de iure antiquo, de iure autem
nouiſſimo eſt ſecus, quo cauetur legitimam eſſe
trientem totius ſubſtantię defuncti, vt legitur in
auctent.de trien.& ſemiſ.§.primo. & hoc fortè di-
ſpoſitum eſt cum miniſterio, vt referunt Socin. &
Caccialup. in dict. conſil.130. columna decima-
ſexta. & in conſilio trigeſimo. columna decima.
volum.1.

Quintò,in ſtatuto proximè præcedenti dictum
ſtatutum excludente matrem & ſororem pœnitus
& integraliter ab hæreditate filiorum expreſſa ſit
mentio,etiam quò ad legitimam non contenti ſta
tuentes verbis preciſis, pœnitus & integraliter,
pariter ergo in d. ſtatuto excludente filias expreſ-
ſam dicti ſtatuentes feciſſent mentionem etiam
11 quoad legitimam ſi voluiſſent † per id eam
tolli, argument. l. prima. §. ſin uerò. de caduc.
tollend.& cap.ad audientiam. de deci.& nota.per
Bar.in l.ſed hoc nimium.ff.de excu.tut. Sic.n.ſtatu
12 tũ † potius ab alio ſtatuto q̃ à iure cõi recipit decla
rationem,Dec.in conſ.65.circa med.& conſi.309.
colu.2.hoc præſertim ſuadetur, quia dictum ſtatu-
tum declarant ſtatuentes non habere locum niſi
in caſibus tantummodo in eo expreſſis, in cæte-
ris verò ſeruari ius commune, at caſus in ſtatuto
exprimitur, quòd filia ſtantibus maſculis excludi-
tur ab hæreditate defuncti, non verò à petitio-
ne ſupplementi legitimæ, quod eſt remedium ſe-
paratũ,vt ſupra. nec credi debet declarationi quæ
fieri videtur ab vno ex ſtatuentibus, quia non ad
13 eos, † ſed Illuſtriſſi. Ducem ſuperiorem pertinet
ſtatuta interpretari, à quo fuerunt confirmata, ſe-
cundum Bald.in l.ex facto. in princip.de vulga. &
pupil.& Abb.in cap.cum olim.columna prima. de
arbitr. Satis enim per ſtatutum maſculis prouiſum
eſt, vt excepta legitima, filiarum portionem ha-
beant. Nam Paul.de Caſtr.in conſil. 362. ſi ſtatu-
tum.in 1.part. & poſt eum Socin.in conſil.30. co-
lumna decima.verſicu.16.volum.1. intelligunt fi-
liam excludi per ſtatutum ab eo quod eſſet habitu
ra vltra legitimam & non à legitima. Cuius loco
ſuccedit dos aſſignanda ex forma dicti ſtatuti, quæ
14 cum minor legitima conſtitui non debeat, † iuxta
communem doct.ſententiam, non dicitur diminu
ta à ſtatuto, vt firmat Dec.in conſi.106.verſ.nonò
bene facit &c.& Alexand.in conſil.55. viſo titulo.
colum.fin.volum.2.affirmando ſcribit hæc verba,
quòd ſtatutum excludens filias à ſuccedendo ſtan
tibus maſculis, qui tamen teneantur eas dotare,
non videatur excludere velle filias à legitima, ſed
dotem habere loco legitimæ &c. Et alia inferius
dicam oportunè ad dictum conſilium contrarium
reſponſiones ſequendo.Habet ergo domina Pau-
la partem in bonis petitis, ratione legitimæ non
diminutæ, ei aſſignandæ pro dotis congruæ ſup-
plemento (vt aliàs fuit dictum) ideo non præcisè
15 per verbum pœnitus † fuit excluſa in totum, vt ille
ponderat,ſed ab eo quod eſſet habitura vltra legi-
timam,ſecundum Pau.de Caſt. in d.conſil.362. &
etiam ab ipſo ſtatuto ei dos competens reſerua-
tur. Sic enim quandoque dictio (pœnitus)in to-
tum non adimit poteſtatem actus,ęquiparando di
ctioni,prorſus eiuſdem ſignificati intentiui,ſecun-
dum grãmaticos.text.eſt iuncta gloſſ.in ver. actio.
in l.cum patrem. C.de iure dot. ibi. nec prorſus ei
vlla competit actio,&c.d.gloſſ.exponit, ſcilicet di
recta,vtilis. Sic ergo licet ſit præcisè ſignificatio-
nis,congruam tamen recipit determinationem, &
vt per Bald.in l.fina.columna prima. C.de contrã.
empti.refert Dec.in l.penulti.in 4.not. C. de pact.
facit gloſſ.1.in cap.ſine exceptione. 12.quæſtio.2.
quod procedit etiam in ſtatutis, vt plenè ſcribit
Iaſ.in l.omnes populi.columna duodecima.de iu.
& iur.& in l.quanuis.ff.de in ius vocand. Nec per
particulam integrè & in totum &c. à legitima pro
condecenti dote fuit excluſa, nam huiuſmodi rei
16 argumentum eſt, † quòd teſtator poteſt Trebellia
nicam prohibere,ſecundum Barto.in auctent. ſed
cum teſtator. C.ad l.Falcid.cuius communem eſſe
* opinionem atteſtatur Dec. in conſi.81.columna ſe
cunda. ſi verò iubeat hæredem totam & integram
hæreditatem alij reſtituere, poteſt tamen hæres
Trebellianicam retinere,vt voluit Roman. in con
ſi.75.neſcio.reprobata glo.in l.decem. ff.de fidei-
commiſ.liber.per text.in l.prima. §.inde Neratius.
& l.Lucius.§.hæres inſtitutus.ff.ad Trebellian. ſe-
quitur Socin.in conſil.14. colum.fina.volum.1.in
diſpoſitione ſtatuti facit dictum Bald. in l.prima.
columna ſecunda. verſicu. pone dicit ſtatutum.C.
17 de fruct.& lit. expen.& diſpoſitio † ſtatuti & teſta-
toris æquiparantur, & de vna ad aliam argui po-
teſt, vt plenè per Curti.Seni.in conſilio vigeſimo
ſeptimo.verſicu.capio ſecundum paſſum. Addo q
ſi opponatur contra Roman.in dict.conſil.75.eſſe
commun.opin.vt latè defendit Alexand. in conſi.
201.perſpectis verbis.volum.6. retenta æquipara-
tione & argumentatione de ſtatuto ad teſtamen-
tum.Cur.in dict.conſilio vigeſimoſeptimo. quòd
imò concludatur ſtatutum intelligi per dicta ver-
ba integrè & in totum &c.prohibere & tollere le-
gitimam

gitimam filiarum. Respondere non recedendo ab
argumentationibus supra factis, quòd sine dictis
18 verbis † statutum simpliciter excludens filiam à
successione parentum ab intestato intelligitur etiã
* excludere à legitima, vt dicit esse commun. opini.
Socin. in dict. consil. 127. column. 1. volumi. 4. Er-
19 go † expressio eorum quæ tacitè insunt nihil ope-
ratur. l. aliquando. de conditio. & demonstra. & ta-
men filiæ ita exclusæ dos danda vel supplenda est
* non minor legitima. ex commu. doctorum senten-
tia vt sæpius dictũ est. Sunt enim masculi integrè
& in totum hæredes, respectu hæreditatis defun-
20 cti, non legitimæ filiarum, † quæ dicitur quasi æs
alienum. l. Papinianus. §. siquis impubes. de inoffi-
cios. testament. & ex quo tota ab ipso statuto reser-
uata dos condecens de communi docto. consen-
su constituenda est, ex qua etiam habentur alimen
ta, quæ à municipali lege (vt inferius dicam) ne-
21 quaquàm tolli possunt. Vnde † eadem verba repe-
tita non videntur plus operari quàm simplicia, tra
dit Deci. in dict. l. penulti. in princip. C. de pact.
saltem circa dotem reseruatam ad quantitatem le
gitimę, vt supra, facit gloss. in versicu. adiectum. in
l. cum pater. ff. de pact. dot. Quæ verba etiam prę-
22 cisa † recipiunt suppletionem & interpretationem
ex natura & qualitate rei super qua proferuntur,
dicit Alexand. in consil. 36. viso themate. columna
23 secunda. volumine quarto. † Nullum enim ver-
bum adeo vniuersale, vel indistinctum est quod
consideratione debitarum circunstantiarum non
debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipe-
re, sunt verba Oldr. in consilio centesimo quadra-
gesimo octauo. factum est tale. versicu. ad alia au-
tem argumenta. & Abb. in ca. P. & G. nu. 2. de off.
deleg. & Soc. in con. 30. col. 9. vers. 15. vol. 1. Hoc
præsertim verum est in d. statuto, quod fœmina-
rum exclusionem ad dotem limitat, & sic magis iu
ri communi est consentaneum. Notum est enim
24 statuta † intelligi vt minus lædant ius tertij, in simi
li casu dicit Alexan. in d. consil. 7. col. 2. vol. 2. & in
consi. 88. col. 2. versi. pro hoc etiam facit. vol. 6. Itẽ
particulam d. statuti, qua fœminæ iubentur stare
dotibus contentæ, non refragari, inferius quoque
demonstrabo.

Verũ ille subiungit prædicta animaduertens, &
respondet ea habere locum ex d. statuto, quando fi
liæ aliàs non sunt dotatæ à patre, & ꝙ hic Guliel-
mus pater dominam Paulam filiam dotauit per il-
lud instrumentum promissionis, itaque dicti fra-
tres eam non tenentur dotare, & contra illud, ꝙ di
cebatur eam non dotatam per promissionem, asse-
rit esse veram & com. opin. relatam per Bal. nouel.
in trac. de dote. in 1. par. col. 9. & in 6. par. super 17.
speciali. & per Soci. in consil. 128. vol. 4. quæ est, ꝙ
25 in terminis † talis statuti filiæ dicuntur dotatæ, qui
bus est constituta dos inter viuos vel in vltima vo-
luntate.

Hæc quidem de facili refutantur, quoniam (vt
aliàs dixi) in terminis d. statuti sola promissione fi
liam non dici dotatam, consuluit Soc. in con. 207.
in causa dominæ Annæ. col. 2. volum. 2. facit quod
scribit idem Soc. in consi. 92. circa primum. col. 4.
26 volum. 1. dum dicit, quia † non dicitur contractus
dotis, nisi incipiat à traditione, nõ autem incipiat
à promissione, vt per Bart. in l. iurisgentium. in fin.
pr. ff. de pact. &c. & in consil. 63. in causa vertente.
col. pen. d. volum. cum dicit. nam ex quo statutum
loquitur de filia dotata, videtur primò requirere,
ꝙ iam sit consumatum matrimonium, cum dos
sine matrimonio esse non possit, &c. maximè quia
tempore dictę promissionis d. Paula filia nondum
erat nupta.

Secundò, dicta promissio dotis & ea quæ soluit
Gul. pater fuerunt ante impressionem dicti statuti,
vt constat ex processu, & statutum loquitur per ver
bum temporis futuri subiunctiui, non fuerint do-
tatæ, &c. vnde requiritur ꝙ dotata fuerit post statu
27 tum conditum, quia † lex non se extendit ad præte
rita gesta, nisi expresè dicatur, vt l. leges. C. de leg.
not. Bar. in d. l. omnes populi. col. 13. ita in termi-
nis putat esse verum Ang. in auct. hæc constitutio
interpretatur, per tex. ibi. licet non firmet, hoc pu-
28 to firmandum, æquiparando statuta † testamentis,
secundum plenam determinationem, Cur. Seni. in
d. consi. 27. versic. capio secundum passum, &c. per
tex. in l. solemus. ff. de condit. & demonstrat. quem
ibi Bar. & Pau. de Cast. summant, ꝙ vbi verbum re
peritur in pręterito & in futuro, in vltimis uolunta
tibus intelligitur in futuro, & ibi Bart. expresè di-
cit, ꝙ idem est in legibus quæ dant formam futuris
negotiis, per d. l. leges. facit quod tenet Barto. in l.
hoc articulo. col. 1. versi. & ista sunt vtilia. ff. de hæ
red. institu. & in l. quoties idem. de reg. iu. & in l. 2.
in fi. de con. & demon. Non obstat quod Bal. in le
ge illa. C. de donat. & in d. l. omnes populi. dicit ꝙ
statutum excludens filiam dotatam excludit dota
tam etiam ante statutum, quia secundum Bal. statu
tum continet actum præteritum propter partici-
pium dotata, quod est temporis præteriti, secus es-
set in verbo futuri temporis, per prædicta, neque
obstat dictio, aliàs, quia statutum mandans dotari
filias, nisi aliàs fuerint dotatæ à patre, loquitur qua
litatiuè respectu dotationum, & potest exponi
29 aliàs. i. aliter. vel alio modo, & † sic est aduerbium
qualitatis, secundum Bar. in l. 1. in pr. versi. quintò
quæro. de cond. & demon. & credo quòd intelliga
tur in futuro, secundum Bar. in d. l. solemus. respe-
ctu temporis conditæ legis, sed in præterito post
tamen legem conditam respectu contingentię ca-
sus legis.
30 Tertiò, intelligitur † dotata per promissionem
dotis absque matrimonio inspecto communi vsu
loquendi, vt per Bald. in l. non fine. C. de bon. quæ
lib. & ita intelligit Bal. nouell. in loco allegato per
d. Consultorem, sed communis vsus loquendi est
quid facti, dicit Alex. in consi. 26. videtur fortasse.
colum. pen. volu. 3. quod fuit negatum per d. Pau-
lam in libello & toto processu, dicentem se non
31 fuisse dotatam. Ideo † per eos qui asserunt erat pro
bandum, per doctr. Bar. in l. Labeo. de suppe. leg. &

in l.de quibus.circa fin.ff.de legi.& Ange.in con-
ſil.26.ſtatutum.& Alexand.in d.ſuo conſi.26.& in
conſi.13.circa primum.col.4.d.vol.3.& Cur.Sen.
in conſi.9.Ticinenſi.col.8.cum ſimil. quod non re
peritur actum,quare ceſſat fundamentum.d.Con-
ſultoris.

Item ille ſubiungit ſecundò, ꝙ dicta promiſſio
fuit adimpleta per dictum Gulielmum maritan-
do ſuam filiam & dando ſocero ducatos centum;
Item centum florenos. Item nouem pluuinas ter-
ræ.Item bona mobilia de quibus in liſta producta;
& cætera quæ ſequuntur in ſuo conſi. quæ breuita
tis cauſa non replico, ſed ad ea omnia congruas
dabo reſponſiones.

Conſideret quæſo D. Iudex quomodo Conſul
tor iſte partibus iudicantis functus ſit diligenter
cuncta rimando,vt tenebatur per tex. in c.iudican
tem.30.q.5.quõ autẽ in perſcrutandis iuribus pro
dict.Paula adductis ſe habuit, cum in facto ipſo ex
proceſſu claro & liquido in multis errauerit. Nam
dicit Gulielmum genero dediſſe nouem pluuinas
terræ de quibus in proceſſu,in quo quidẽ non con
ſtat hoc niſi per vnum teſtem etiam referentem ſe
ad menſurationẽ,vt in proceſſu d.Paulę ad car.62.
& nõ vidit in ipſo proceſſu ad car.67.apparere di-
ctas terras emptas per d. Gulielmum eſſe pluuinas
32 ſeptem vel circa,per inſtrumentum † quod dicitur
probatio probata,ſecundum Bald. & Bart. relatos
per Dec.in conſi.36.col.1. & per Rol.à Val.conſi.
57.nume.2.lib.3.& Gram.deciſ.45.nume.9. Item
fuit dictum,renũtiationem factam per dictam do
minam Paulam non valere obſtantibus ſtatutis,
& fuit productum ſtatutum,ꝙ filiifam. non poſſint
in ſui præiudiciũ,&c.vt in d.proceſſu, ad car.82. &
ille dicit ꝙ non vidit productum in proceſſu,& for
tè intelligit de alio ſtatuto, ſed in eo fecimus fun-
damentum.Item dicit,ꝙ iſta filia donauit patri il-
lud quod ei vendere non poterat, quia remiſſit ius
quod ſibi non competebat propter pręciſam exclu
ſionem dicti ſtatuti,& non aduertit ꝙ tempore di
ctæ remiſſionis quæ fuit de anno 1524. vt in pro-
ceſſu, ad car.65.dicta filia non erat excluſa à dicto
ſtatuto,quod fuit conditum & impreſſum de an-
no.1531.vt in proceſſu ad cart.81. Itẽ circa veziũ
perlarum pro d.domina Paula noluit credere vni
teſti de veritate,vt in proceſſu ad car.31.& vni te-
ſti de confeſſione extraiudiciali,ad car.28. & con-
tra eam fidem adhibuit dictæ liſtæ(vt dicitur) con
tinenti bona mobilia,contra iura expreſſa, ne cre-
33 datur † ſoli ſcripturæ priuatæ etiã defuncti abſque
teſtibus,vt l.rationes.& l.exemplo. C.de proba.&
per Bart.& alios in l.admonendi. de iur.iurand.&
Franc.Aret.in conſi.44.in propoſito.colum.1. Ad
rem,dico dictam promiſſionem non fuiſſe adim-
pletam per dictum patrem ſoluendo aliqua gene-
ro,quoniam ei ex ea non tenebatur,per ea quę no.
Bald.in l.ſi pro te.C.de dot.prom. quæ adimpleri
debebat in forma ſpecifica ſoluendo ipſi filiæ tem
pore nuptus totam ſummam ratione iuramenti;
34 † quod ſeruari debet in forma ſpecifica,ſecundum

comm.opin.relatam per Feli.in c.ad noſtram.el 1.
col.fin.de iureiuran.quamobrem ad caſum deuen
tum eſt ac ſi facta non eſſet,ſecundum Alexand.in
conſi.105.magnifice prætor col.4.verſ. item reſpõ
35 deo ꝙ vbicunque &c.vol.4.dicentem † non ſeruan
tem contractum iuratum perdere ipſo iure omnia
commoda illius contractus ac ſi non eſſet factus,
per caſum ſing.l.ſi quis maior.C.de tranſact.ſequi
tur Dec.in l.cum proponas.la 2.columna ſecunda.
C.de pact.

Quartò,dico dictos fratres teneri ad dotandam
ſuam ſororem ſub conditione negatiua, ſi à patre
36 non fuerit dotata,nam † dictio(ſi) importat condi
tionem,gl.in l.1. C de his quæ ſub mo. & Paul.de
Caſt.in conſi.275.ſuper primo quæſito.col.pen.in
1.par.in terminis dicit, ꝙ talia verba ſtatuti loquũ
tur conditionaliter.& Soc.in d.conſi.128. colu.1.
ver.tertium quod habet.vol.4. vbi non verificatur
conditio negatiua ſtatuti, quia filia præſuponeba-
37 tur congruè dotata.Conditio † autem impleri de-
bet in forma ſpecifica.l.Meuius. de conditi. & de-
mon. & cum denotet formam,ex omnibus ſuis par
tibus debet conſtare, tradit Iaſ. in l.ſiquis arbitra-
tu.colum.5.verſi.aduerte tu rationem.de verborũ
oblig.non ſufficit quoque ad impletam eſſe condi-
tionem pro parte,vt l.qui duobus.ff.eo. de condit.
& demonſt.& d.l.Meuius. vbi ſub conditione iuſ-
ſus dare 200.debet parere cõditioni, & dare 200.
At dicti fratres non ſunt liberati à dotatione præ-
dicta,quia eorum pater vltimo loco centum duca.
dedit ſuo genero, & dixit pro parte dotis, vt con-
ſtat vltimo inſtrumento de anno 1531.de d.duca.
38 100.in proceſſu ad car.71. Pars enim dotis † præ-
ſuponit reſiduum. probat l. ex pecunia. C. de iure
doti.& l.3.C.de pact.conuen. Nihil enim dicitur
actum donec &c.vt l.pen.C.de his qui.vt indi.Prę
terea non fuit adimpleta dicta promiſſio, quia de
ea ſoluenda ſuo genero d.Gulielmus nunquàm fe
cit mentionem,& apparet ꝙ primò de anno 1526.
ſtatim emptis dictis ſeptem pluuinis terræ pro flo-
renis 70.eas aſſignauit d.ſuo genero, vt in proceſ-
ſu,& præſumitur pro eodem pretio quo eas emit;
39 aſſignaſſe,& ita earum ęſtimatio † fieri debet ſecun
dum illud tempus quo eas dedit,argum.l.Titia.ff.
de iure dot.facit quod ſcribit Soci.in conſil.60. in
cauſa dominæ Lauræ.volumi.3. Secundo loco de
anno 1527.ſoluit florenos centum pro parte dotis,
vt in proceſſu ad cart.69. Tertiò & vltimò ſoluit di
ctos 100.duc.& dixit pro parte dotis.& præſuponi
tur ſupereſſe reſiduum (ut dixi)nam dictæ ſummæ
aſcendunt ad florenos 327.de dicta autem liſta bo
norum minimè eſt curandum, quoniam ei crede-
re eſſet contra iura expreſſa,vt ſupra.

Non obſtat ꝙ fatetur in proceſſu eum eſſe (ut
vulgò dicitur,huomo da bene & bono & real mer
câte)quoniam iſta confeſſio in genere prolata de-
bet intelligi ne contrarietur his quæ fuerunt aſſer-
ta in libello & proceſſu pro parte d. dominę Pau-
læ,in quo dicitur eam non fuiſſe dotatam, & Gu-
lielmum non ſeruaſſe promiſſa,&c.ita in ſimilibus
terminis

terminis respondet Alex.in consil.88.in causa comitis.versicu.non obstat q confessus.vol.7.& Fel.
40 in c.2.col.7.de fide inst. dicit † legalitatem personæ nihil operari contra regulas iuris communis. Quod quidem residuum dicit consulens ab ea posse peti,& non aduertit quòd Bal.in consi.340.qui dam ciuis.col,3.vol.3.dicit dotatam intelligi,quę realiter est dotata,non quę potest agere ad dotem. Et illud residuum ad quam quâtitatem ascendat, etiam si attenderetur dicta promissio, nunquàm fuit declaratum per dictum Gulielmum, ad cuius
41 benè placitum fuit remissum,quapropter† eo mortuo & non declarante recurritur ad arbitrium boni viri,& debet arbitrari, vt dixi in primis allegat. per not in d.l.si quis arbritratu.& per Abb.in c.verum.in vltimo not.de for.comp.& non potuit declarare i extremis, quia morte violêta & repêtina fuit interfectus,per prædicta.ergo verius & ęquius arbitror, dictam conditionem negatiuam esse ad impletam,dictumque Consultorem non bene dicere dictam dominam Paulam esse propriè dotatam. Nam statutû fundat se in determinatione do tationis à patre factæ, quæ si non apparet certa. cessat ratio statuti,ergo & dispositio,argum.§.quâ uis.l.adigere.de iur.pa.Aut dici potest dictum Gulielmum incępisse dotare suam filiam,sed non per fecisse.vt supra fuit ostensû,propter illud residuû quòd præsuponitur supresse.Quæ quidem res cœpta nô sufficit ob naturam & significatum dicti fu-
42 turi†subiunctiui,non fuerint dotatę.quod rem per fectam significat. non autê cęptam, secundû Bar. in l.si cui legetur.in prin.de leg.1.per.l.1.in fi.iuncto princi.eiusdem.quod quisque iu.Idem propter naturam participij (dotatæ) dicendum est, vt per Bar.in l.tutor qui repertorium.in princ.col.penul. ver. venio ad quartam.ff.de adminis.tut.& Alex. in consi.28.sub nu.7.vol.1.

Insuper retenta sua opinione,ille respondet ces-
43 sare scrupulosam inquisitionê dotis côgruę,† cum pater dotauerit, vt per Alex.in consi.33.vol.4.alleg.Pau.de Cast.in cons.108.& in nouis sub num. 275.incipit.super primo quæsito.&c.

Hæc etiam non refragari respondeo, primò,vt supra declaraui, dicta filia non potest dici dotata. Item illud,quod dicit Pau. de Cast. in alleg. cons. 108.vel 275.& reliqui post eum,limitatur non habere locum quando dotatio facta à patre resultat in fauorem masculorum,prout hic nempe resultat, quia tunc cessat illa confidentia quam lex habet de patre propter parem vel maiorem affectionem masculorum,ar.l.non solum.§.j.ff.de rit. nupt.ita not.limitat Deci.in l.pactum.in fi.C.de coll. & est rationabilis limitatio . Item dictum Pau. de Cast. in d.cons. reprobat Bal.Nouel.in d.trac.de dot.in d.6.par in 17. speciali. colum.2.versi. Quid enim dicit ipse.

Prætereà,ipse Pau.de Cast. & omnes excludunt
44 à dotatione patris maximum excessum † q. arguit dolum re ipsa. An verò interuenerit in re nostra perscrutandum est quod tempus debeat attendi, an dotationis,vel mortis,Bald.in auc.res quæ.ver. modo quæro. C. com. de leg. videtur tenere esse inspiciendum tempus dotationis, per dictum Iac. Butr. in d.l. pactum. vel quia debet stare contenta quacunque dote &c. & ibi Pau. de Cast.& Alex.in conf. 33.vol.4.

Quinimò inspiciêdum sit tempus mortis patris in filia exclusa à statuto, & quòd secundum facultates repertas d.tempore mortis supplenda sit dos filiæ exclusæ,tenent Pau.de Cast. in cons.73. aliàs 131.in veteribus,licet ista dña Lisa.& in cons.210. Ego Pau.in j.par.in nouis.Bal.Nouel.in d.trac. in 6.part. speciali 17.col.3.Corn.in cons.107.in hac côsultatione.ver.tamen quòd dos &c.vol.2. Soci. in cons.100.super controuersia.colum.3. vol.3. & Deci.in cons.276.proponitur.vbi ad partes disputat articulum hunc, & ita concludit distinguendo vt infra,facit quod dicit Alex.in l.illud. C.de col-
45 lati.quòd†vbi agitur de concernentibus successionem inspicitur tempus mortis.& facit tex.in §.pro ximus,insti. de leg.agn. success. & quod tenet Socin. in consil. 42. subtiliter. volum. 4. Non obstat quod dicunt Bald. & Pau. de Castr. in d. auc. res quæ,quia se fundant in dicto Butr. quod communiter reprobatur,vt per Ias. in d.auc.nouissima. col.2. prætereà Bal. & cæteri qui se fundant in dicto Bal.in d. auc.res quæ, loquuntur in statu to disponente q filia dotata debeat stare contenta dote sibi per patrem data vel promissa, sed d. statutum in casu nostro non ita disponit, vt inferius dicam Item Bal. ibi non residet in illa opinione seu dicto q inspiciatur, si dos est congrua tempore dotationis, sed postea dictum suum firmat per aliâ rationem, videlicet vel quia debet stare contenta qua-
46 cunque dote &c.ita enim vltima † opinio seu ratio doct.& glo. censetur approbata, alleg. glo.in l.qui filium §.Sabinus.in ver.& alia.ff.ad Trebel. tradit Cur.Senior in cons.1.nu.23.

Pro côcordia tamen dictarum opinionum, non est indecês deuenire ad eam per distinctionê, arg. l. j. §. quibus.de no. C.facien.distinctio enim fa-
47 cienda † est à respondente de iure quando immlnet necessitas distinguêdi c.literas.de restit.spol.& c.per tuas.de simo.not.Abb.in c.sacris.in princ. de his quæ met.cau. Ideo Deci.in d.cons.276.proponitur. Quoad congruitatem dotis inspiciendam notanter distinguendo considerat duo tempora Primum in vita patris,& tunc dicitur dos congrua secundum facultates patris & pro numero liberorum & secundum qualitatem personarum . iux. l. quæro.ff.de iure.do.& l.si filiæ.de leg.3.& isto casu non curatur de legitima. Secundum est in filia exclusa à successione propter masculos morte patris obueniente,& tûc siue disponat statutum, siue non de dote,filiæ exclusæ debetur dos,& isto casu congrua dos dicitur,vsque ad legitimam.secûdum
* communem doct.opin.ita firmat Deci.sic enim in
48 vna re † diuersis respectibus considerantur diuersa tempora.vt per Bar.in l.si à domino.§.quo tempore.ff.de peti.hæred.& in tali statuto distinguendum

dum esse de tempore, & inspiciēdum tempus quo
hæreditas defertur, & hic potest dici, quo aufertur,
tenet Bald. in conf. 396. Quædam mulier. ver. Mo-
do venio. vol. 1. & dici solet, distingue tempora &
concordabis scripturas. glo. in l. pen. in ver. omni-
bus discretis C. de fur. & in l. fi. de term. mot. & in
l. j. de accus. & remouebis dubia dicit Bal. in l. fi. C.
de sentent.
Non obstat quod idem Deci. dicit in consi. 26.
49 quia † prædictis in vltima & maturiori decisione
optima consideratione firmatis standum est. ita in
simili de Pau. de Cast. dicit Curt. Sen. in consi. 45.
col. 8. ver. & mirandum est. Præsertim quia Dec. in
d. vlti. consi. 276. expressè reprobat quæ dixerat in
d. conf. 26. in his quæ casum nostrum respiciunt, &
istum vltimum casum considerādo, ista filia nimis
indiscretè à suo patre dotata fuisset in florenis 400.
cum sua legitima ascendat ad quātitatem mille &
quingētorum florenorum, decepta est quidem vl-
tra dimidium, quod proculdubio dicitur magnus
50 excessus, per not. in l. 2. C. de rescind. vend. ita † in
renunciatione hæreditatis paternæ per filiam fa-
cta cum promissione dotis interuenisse excessiuam
læsionem commensurando dotem promissam ad
quantitatem legitimæ, consulendo tenet Corn. in
conf. 258. Quamquàm. col. 3. versi. his tamen non
obstantibus &c. & melius in col. 6. ver. tamen licet.
vol. 4. & Deci. in conf. 379. col. pe. ergo secundum
communem doct. consensum non attenditur do-
tatio à patre facta in nimio excessu, hoc verum es-
se probatur eo ipso, q si non fuisset (vt asseritur) do
tata, tanta esset sua dos, & probatur per dotatio-
nem per ipsos fratres factam alteri sorori dominæ
Paulæ in mille florenis, vt in processu, vnde ad
propositum lo quitur Soci. in consi. 57. in causa re
stitutionis. col. 6. volu. 4. dum dicit. sed ad hoc re-
spondeo clarè & dupliciter, primò quòd talis pro-
batio nō est concludens, maximè aduersus decre-
tum, cum interpositum sit cum causæ cognitione,
quod patet, nam Bal. quem doct. sequuntur, vt dixi
in l. fi. C. de dot. promis. tenet, q si soror dotata ex-
cludatur ex forma statuti, stante masculo, & fuerit
dotata à patre, potest dicere se incongruenter do-
tatam & petere supplementum vsque ad congruā
dotem, ergo datur intelligi q non est concludens
probatio, dos est constituta à patre ergo est con-
grua &c. quæ ponit. Soci. in d. conf. valde conferen
tia ad casum nostrum. & Cur. Senior in d. conf. 27.
in 4. dub. vers. quia illud verbum dotata &c. cuius
verba præcisa essent hic rescribenda, quia in termi
nis cantant, sed breuitatis causa remitto me ad li-
brum omnino legendum per dominum Iudicem,
ad idem Soci. in d. consi. 150. col. 22. vol. j. ibi. pro
quo text. in d. auctent. de trien. & sem. §. j. multum
facit, dicit erubescere debere leges dātes minus ter
tia pro legitima, præsertim filiabus quarum patres
fuerunt ditissimi, quanto fortius deberēt erubesce
re leges & statuta magis diminuentia enormiter,
longè fortius erubescere deberēt illi qui statutum
dubiissimum interpretarentur ad diminutionem
valde enormem legitimæ &c. sunt verba Socin. in
d. conf. & in fin. d. conf. 150. quòd in causa ardua.
Soci. & Caccialu. cum longa examinatione & ma
xima deliberatione simul composuerunt, dicunt q
multi doct. consuluerunt posse peti suppleri dotes
vsque ad congruitatem non minorem legitima,
quod est maximum testimonium pro hac parte.
Quod tamen nō determinant ipsi Caccialu. & So-
ci. quia de hoc non fuerunt consulti, tamen hoc ui
dentur sentire & approbare dum respondent taci-
tæ obiectioni, q stante opulenta hęreditate ista es-
set nimis excessiua dos si ascēderet ad legitimam.
respondent, q ita, ut filię participent de fœlicitate
& opulentia parentis. Idē Soc. in consi. 30. Quam-
uis. col. 2. uol. 1. dicit q si pater non congruè & di-
screiè dotaret uel promitteret, satis potest substine
ri agi posse contra fratres. ad idem Dec. in d. consi.
276. qui loquitur in terminis, unà cum Pau. de Ca.
& Bal. nouel. & Soci. in locis supra proximè alleg.
51 Nam † dos est quid uniuersale, ut per Bart. & alios
in rub. solu. matri. & recipit augumentum, ut l. pen.
C. de don. ante nupt. & l. etiam. C. de iu. dot. augu-
mentum quidem vsque ad legitimam, vt tanti do-
ctores volunt. Non procedit ergo argumētum per
dictum Consultorem sumptum ex verbis d. statuti
loquentis negatiuè à contrario sensu, si fuerint do-
tatæ, ergo fratres non tenentur, dato q d. Paula di-
catur dotata, quod negatur per supradicta. Quia
52 vltra prædicta respondeo, q verbum, dotata † de
iure communi. intelligitur arbitrio boni viri. l. j. de
leg. ij. & l. iij. C. de dot. prom. dicit Bald. in d. l. fin.
ver. sed. pone. C. eo. q statutum ergo velit à cōtra-
rio sensu, si etiam sit incongruè dotata, q fratres
non teneantur ad supplemētum dotis, quippe cor-
53 rigitur ius commune secundum quod Bal. & cæte-
ri tenent posse peti d. supplementum. quo casu † ta
le argumentum summi non potest. vt dicunt com-
muniter scribent. in l. j. de offi. eius. per iura vulga.
per hoc. n. statutū traheretur ad iniquum intelle-
ctum, & induceret captionē in filia, quod non per-
mittitur, secundum Bald. in d. l. omnes populi. col.
pen. vers. quintò nota. & Alex. in conf. 116. viso &
examinato: vol. 3. Prætereà ipse Pau. de Cast. in d.
consi. 275. aliàs 108. col. fi. in terminis dicti statuti
per verba negatiua, si nō fuerint dotatæ &c. in pa-
tre excludit maximum excessum vt supra dictum
fuit, quo interueniente sentit fratres teneri. Nam
casus noster petitionis supplementi congruæ dotis
non est expressus in statuto, ergo in eo seruari de-
bet ius commune, vt disponitur in d. statuto in par
ticula. Declarantes tamen &c. quæ non debet esse
54 † sine effectu aliquid operādi. c. si Papa. de priui. in
6. & dotata à patre etiam quando est enormissimè
læsa potest petere supplementum congruæ dotis,
ita esse magis com. opin. firmat Io. Cephal. consi.
142. nu. 27. & tenet Rui. conf. 98. sub nu. 4. lib. 2.
Item dicit ille non obstare, q pater cōtraxit cum
filia sine solemnitate statuti, quod dicit non videre
in processu, secundum doct. per eum alleg. intelli-
git de statuto ne minores possint contrahere &c.

hoc etiam.facit pro d.domina Paula, quia dictum
Bal.vt sup.limitat Deci.in d.l.pactum.in fi.nõ ha-
bere locum. quando contractus patris cum filio
resultaret in fauorem aliorum filiorum, vt hic in-
teruenit.& Deci.in d.consi.26.loquitur in casu re-
nunciationis specialiter factæ de supplemẽto do-
tis & legitimæ,quæ hic non sic fuit facta,& ibi erat
dos mille aureorum &c.sed noluit videre statutum
productum in processu ad car.82.sub rub. Qui filij
non possint contrahere &c.quod multum facit pro
d.Paula,quæ stante d.statuto non poterat etiã cum
patre contrahere in sui præiudicium (vt remissi ad
marginem d.statuti) quibus addo ꝙ in terminis d.
55 statuti † non valere contractum filij cum patre etiã
iuramento apposito expresse cõsuluit Pau. de Ca.
in cons.nu. mihi.465. viso compromisso facto in-
ter Bernardinum &c.in 1.par.aliàs sub nu. 459. in
veteribus.in 2.par. Itaque non est verum ꝙ renun-
ciatio aliquid operetur etiã iurata, sicut ille dicit,
qui allegat quædã generalia,& adducit vulg.quo-
tas vbi tractatur de materia iuramenti, circa quæ,
vt ait Philosophus.& refert Franc.Aretin.in consi.
99.sermones sunt faciliores, sed circa particularia
veriores,ego autẽ allegaui particularia iura & par-
ticulares decisiones Bal.& aliorum in l.si quando,
§.generaliter. C.de inoffic.testa.& in l.de his. ff. de
transact.& Alex.in cons.219.Ponderatis.in fi.vol.
6.& Perus.in c.quamuis.de pact. in 6. concorditer
56 firmantium sub generali renũciatione † bonorum
non contineri renunciationem legitimę,cui debet
specialiter renunciari per d.§.generaliter.idem te-
net Bertran.cõsi.4.visis.in 5.q.vol.3.idem de sup-
plemento dotis tenet Pau.de Cast. in d. consi. 73.
aliàs 129.licet ista domina Lisa.colum. fi.sequitur
Alex.in d.cons.219. in fi.vol.6.& Dec.in cõs.301.
In causa quæ Ferrariæ.col.1.& fi. Neque extendi-
tur ad legitimam seu dotis supplementum ratione
iuramenti,vt per Ias.in d.§.generaliter.se remitten
tem ad ea quę scribit in l.sed & siquis.§.quæsitum.
ff.si quis caut. & per multas auctoritates Alex. &
aliorum dicit Cur.Senior in cons.76.ꝙ iuramen-
57 tum † non porrigit uires,nisi in eo in quo expresse
consentitur, & vltra non trahitur nisi ad casus ad
quos traheretur renunciatio non iurata, cum alijs
adductis in 1. consi. ergo mei sermones circa par-
ticularia &c.

Non tamen posse d. dominam Paulam pete-
re supplementũ congruæ dotis aduertens ille con-
cludit per doct.Bald.in d.l.fi.C.de dot.prom.& in
auc.res quæ.com.de leg. & aliorũ in ea se fundan-
tium,& volẽtium,vbi dos est data, & statutum vl-
tra procedat disponendo, ꝙ talis dotata teneatur
stare contenta &c. tunc filiæ tale supplementum
denegatur.

Ad hoc quidem quod satis videtur vrgere mul-
tifariam respondeo.

Primò, ꝙ d. Paula (vt sup.fuit deductum) nõ po-
test dici dotata per promissionem non seruatam in
forma specifica, saltem quantitate dotis, quæ pos-
sit demonstrare deliberationem certam dotis à pa
tre constitutæ, & ꝙ sit dos congrua quin fratres
teneantur dotare condecẽter computatis quæ ha-
buit eius maritus pro parte dotis vel supplere arbi-
trio boni viri vsque ad legitimam.

Secundò, non est verum ꝙ dictam doctr. Bald.
doctores non impugnent, vt dicit Corn. in consi.
77. vol.2. Imò postea in dote parua & in casu stri-
ctiori statuti ꝙ deberet esse contenta quacunque
dote &c. ipse Cor. eam impugnat in d. consi. fir-
mans agi posse ad supplementum dotis congruæ,
& Soci.in consi.76.viso testamento,col. fi.volu.3.
dicit, ꝙ licet statutum ꝙ Titia stet dote cõtenta di-
cat, tamen pater non potest nimis indiscretus esse,
d.statutum intelligitur ꝙ in dubio præsumitur pro
patre, sed si appareret de nimia indiscretiõe patris,
filia non cogetur stare contenta, sed potest petere,
se congruè dotari,& alleg.Pau.de Cast.in d.consi.
108.aliàs 275.& Deci.in d.cons.106.versi. Nonò
58 bene facit, dicit tale † statutum mandans quòd fi-
lia dote sit contenta, intelligi de dote congrua &
competenti.& Curt.Sen. in d.cons.27. circa fin.4.
dub.impugnat Bald. quando appareret de excessu
magno arguente dolum patris re ipsa, & indiscre-
tam dotationem. vt ad hanc etiam alios concord.
allegat Iac.Menoch.in tract.suo vtili de arbitr. Iu-
di.lib.2.cent.2. cas.149. nu. 15.& Ioseph. Assisien.
in decis. Perusi. aduertit in decis.21. nu. 54. & seq.

Tertiò d. doct. Bald. non procedit qñ dos da
ta vel promissa à patre non esset congrua respectu
mensuræ alimentorum, ita not.tenet Bald.Nouel.
in alleg.tract.in 6.par.in 17.priuilegio.col.fin.ap-
probat Socin. in d. consi.100. super controuersia,
59 col.3.lib.3. Quoniam † dos succedit loco alimen-
torum.Bar. in l.fi.ver. Quis erit ergo modus.ff.de
his qui.vt ind.cum simil.adductis per Soci.in cõsi.
25.col.6.lib.1.& licet argumẽtum de dote ad ali-
60 menta non semper procedat † vt per Alexan. post
Imo.& Rom.in l.j. solut.matri. tamen quoad mo-
dum & mensuram dos assimilatur alimentis, quo
verò ad vitam & durationem legitimæ. vt firmat
61 Bal.Nouel.in loco præalleg. Alimenta autem † vt
debita de iure naturali.l.j.in fi.de iust.& iu.& c.ius
naturale.dis.j.per statutum tolli non possunt.secun
dum Bald.in d.l.§.ius naturale.& in l.fin.§. ipsum
autem. C. de bo. quæ lib. vbi dicit quòd statutum
potest augere vel minuere legitimam non tamen
in tantum quòd filius non habeat vnde se alat.Idẽ
Bal.in l.cum lege.C.de epis.& cler.sequitur & latè
approbat Alex.in consi.134. Animaduersis,col.7.
62 vol.6.Nam ius naturale † immutabile est.§.penul.
institu.de iusti.& iur. & statuentes per quæcunque
generalia verba non censentur disponere circa sibi
impossibilia, hoc est dictum à multis approbatum
& relatum per Cur.Sen.in consi.60.Dux.col.fi.&
in consi.123.scripsit. lib.4. Itaque secundum hanc
conclusionem per d.doct.firmatam, dos supplen-
da est dominæ Paulæ quæ sufficiat ad alimẽta,quę
non posset percipere ei cõuenientia nisi ex sua le-
gitima, & minus nõ arbitraretur pro eius alimen-
tis attentis numero filiorum & diuitijs & conditio
ne

ne d.sui patris, quia erat diues vltra decem millia
scutorum æstimatis mobilibus & nominibus de-
bitorum, & qui erat ciuis de consilio ciuitatis, &
attenta conditione ipsius d.Paulæ & alijs necessa-
rijs ad alimenta in ciuitate conuenientia d.d.Pau-
læ, iux.l.verbo victus.ff.de verb.sig.& l.penul.de
63 alim.& cib. leg. ita † pro alimentis concedit legi-
timam imperator in l.quisquis.§. ad filias C. ad l.
Iu.maie.facit quod dicit Bal.in l. neque mater.C.
de iure dot. vbi tenet patrem naturalem teneri ad
dotandum filiam vsque ad quantitatẽ ex qua pos-
sit alimẽtari,& quod dicit Bar.in l.Meuius.§.duo-
bus.col.pen.de lega.2. vbi qua ratione spuriæ sunt
alendæ,eadem ratione sunt dotandæ. & in auc. ex
complexu.C.de incest.nupt.Idem Bar dicit, quòd
pater vsque ad quantitatem sufficientem pro ali-
mẽtis potest relinquere filiæ spuriæ pro dote.Con
stat ergo hic congruam dotem constituendam &
supplendam esse, ex qua domina Paula possit habe-
re sufficientia alimenta,& per ea quæ tenet Ang.in
consi.359.præsupposito,in fi.

Ad hoc autem ipse Consultor tacitè responder,
dum dicit dotem fuisse introductam loco alimen-
64 torum, ad quæ † maritus tenetur etiam sine dote.l.
quòd si nulla.ff.de relig.& eo mortuo mulier statu
to disponente conferendo dotem suam potest te-
dire in domum paternam & ibi habere opoituna
alimenta, quasi inferat circa competentiam dotis
non haberi cõsiderationem alimentorũ, quę mu-
lieri nuptæ vel viduæ deesse non possunt secun-
dum eius tacitum sensum.

Sed ego dico hanc suam tacitam responsionem
esse imperfectam.Nam in defectu alimentorum ei,
à marito præstandorum, casum duntaxat mortis
mariti cõsiderat,quo prouisum est mulieri ex for-
ma statuti,de alimẽtis in domo paterna. Cum plu
res alij casus possent euenite quibus mulieri de ali
mentis non foret prouisum nisi de sua dote. Posset
enim maritus uergere ad inopiam, & mulier non
haberet alimenta nisi ex dote, iuxt.not.per docto.
in l.si constante.solu.mat.& in l.vbi.C.de iure.do.
65 Posset † quoque vir delinquere vnde eius bona es-
sent publicanda fisco, & solum mulieri remaneret
sua dos,per not.in l.2. C.ne uxor pro ma.& in l. si.
marito.in principi.ff.solut.matrimoni. qua posset
frui.l.res vxoris.C.de don.inter virum & vxo. qui
bus aũt casibus euenientibus dos florenorum 400.
vt asseritur,promissa vix sufficeret domi.Paulæ pro
pensione domus & pro salario ancillę seu massarię
sine qua attenta eius qualitate stare non posset,pro
reliquis verò ad alimenta requisitis necesse ei esset
quærere,quod esset valde absonum & indecens, ꝙ
filia Ciuis & diuitis decem mill. ducat. laboraret
inopia,& egeret oportunis alimentis.posset etiam
contingere eam propter infirmitatẽ prohiberi esse
in seruitio mariti absque sua culpa,& tunc maritus
teneretur ei tantum ad expensas secundum quan-
titatem dotis,vt l.si cum dotem. §. sin autem in se-
uissimo.solu.matri.& ibi doct.& in l.quod in vxo-
rem.C.de nego.gest. Hi casus quidem contingere
possent,quemadmodum casus mortis mariti inspe
ctus ab ipso consultore, pariter ergo inspici debẽt.
l.si quis fundum.§.1.ff.loc. & l.in diem,& ibi glo.
fi.ff.de aqu.plu. arcen.cum simil.vt domina Paula
congruam habeat dotem quæ sufficiat ei ad con-
66 uenientia alimenta per supradicta.Dos † enim di-
citur patrimoniũ mulieris, ex qua viuere debet. l.
3.§.sed vtrũ.de minor.ita dicit Bal.in l.fi.in fin.C.
67 de sent.quæ sine certa quan.& † si nõ sufficiat & ad
victum & vestitum dicitur parua.secundum.Bald.
in auc.præterea.in fi.C.vnde vir,quem communi-
* ter docto. ibi. teste Decio sequuntur. optimè facit
text. in l. assiduis.C.qui poti.in pig.hab.circa me-
dium, ibi. non de dote mulieris quam ad suos vi-
ctus suasq; alimonias mulier possidet &c.vbi enim
68 legitima non deberetur † valet argumentũ de ali-
mentis ad dotem,Ripa in l.4.sub nu.66.ver.secun-
dò responde.sol.mat. & Euerard. latè in sua Cent.
loco 29.ab ali. ad dot. sic assentit Ioseph. Assisten.
in d.decis.Perusi.21.nu.53.aliàs dicitur dos parua
quæ non sufficit ad alimenta.Rol. à Val. consi.14.
nu.21.lib.3.

Quartò,Bald.in d.l.fi.de dot.prom.& in d.auc.
res quæ.& cęteri post eum loquuntur in statuto vl-
tra procedendo disponente, ꝙ dotata debeat stare
contenta dote sibi per patrem data vel promissa.
Sed declaro statutum nostrum non ita procedere.

Primò enim defert successionem masculis ex-
clusis fœminis.

Secũdò, mandat vt filij masculi teneantur, si &
quatenus aliàs non fuerint dotatæ à patre, filias
condecenter dotare inspecta antiqua consuetudi-
ne casatæ, cum cõsensu duorum propinquorũ &c.

Tertiò disponens dicit.quibus dotibus tenean-
tur stare cõtentæ &c.Vnde super dicto statuto non
puto perscrutandum,an dos subrogetur loco legi-
timę,de quo faciunt differentiam doct.in l. Titio.
§.Titio genero.de condit.& demon.Quoniam sa-
69 tis est mihi † ꝙ eo disponẽte vt filij teneantur con-
decenter dotare filias cum consensu propinquo-
rum, dos non potest minor arbitrari & constitui
quàm sit legitima. vt post Salycet. & Fulg. per
Iaso. in d. auct. res quæ. in septimo not. Alexand.
in consi. 69.super primo dubio. volu. primo. cum
multis concor. per me adductis in primis alleg. ad
* quas causa breuitatis me remitto. & ita est cõ. opi.
doctorũ teste Dec. in d.consi.276.& in consi. 181.
col.2. & in alijs suis consil. Idẽ quoq; est cum sta-
tutũ dicat,attẽta qualitate personarũ, ut per Corn.
in cõs.1.col.6.ver.videlicet ꝙ dos. uol.4.nã d.qua
litas legitur in d.auc.res quæ,ex qua Saly.& Ias.no
tant.d.conclusionẽ exprẹsse firmat Dec.in d.379.
col.penul.Non obstat ꝙ Corn. in consi.91. Quo-
niam.& in consi.162.incip.primò lib. 2. & in aliis
suis consi.uidetur limitare dictam com.opi.nõ pro
cedere,si aliter appareat de cõsuetudine loci circa
dotes congruas, quia ipse Corn.in consi.202.cir-
ca pręsentem.col.3.uol.2.dicit,quòd licet aliàs di
xerit non esse attendendum, quòd dos non sit mi-
nor legitima,docto de consuetudine dotis cõgruę
nihi-

70 nihilominus maxima † dicit ipse, est auctoritas Bal. & Saly. nec de facili ab eis est recedendum in decisiuis. Præterea dicta limitatio nō habet locum in statuto de quo agitur, quod cum dicat attenta antiqua cōsuetudine casatæ, excludit omnē aliam consuetudinem.arg.l.maritus. C.de procurat. & l. cum prætor.ff.de iud. Quæ cōsuetudo casatæ Gulielmi aliter non apparet circa dotandas fœminas,ergo seruandum est ius cōmune, iuxta d.com. doctorum conclusionem.

Hoc autem verum est, si à patre filia non fuerit dotata,si verò dotata fuerit, sed incongruè, quo-
71 niam (vt dixi) mentio † dotis intelligitur arbitrio boni viri de dote congrua.not.Bal.in d.l.fi.Com. in d.consi.162.primo aspectu col.1.vol.2.Alex.in consi.134.col.6.ver.non refrico.lib.6.potest petere supplementum vsque ad congruam dotem. secundum Bal.in d.l.fi. quem doct. sequuntur dicit Soci.in d.consi.57.col.6.ver.sed ad hoc respōdeo. volu.4.ad idem Bal.Nouel.in d.tract.in 6.part. in 17.priui.col.2.ver.quid enim dicit ipse.& Deci. in d.consi.276.& in consi.392.col.2.& in auc.præterea.col.3.nu.5.C.vnde vir & vx.& Cor.in d.consi. 162.col.fi. litera Q.vbi residet in ista opinione,ꝙ debeat dos congrua suppleri vsque ad quātitatem legitimæ,nisi appareat alia consuetudo patriæ secundum eum cum supra alleg. iuncta limitatione Deci.in d.l.pactum. in fin. vt habeat dotem vsque ad legitimam,ad quam(vt supra) tenentur filij masculi. Hoc non prohiberi imò concedi debere patet ex dicta particula statuti. Quibus dotibus teneantur &c. in qua facit fundamentum ipse Consultor contra dominam Paulam, & re uera est pro ea,Quod liquet manifestè, Nam dictum statutum primò disponit de dotationibus filiarum,quas dotes (vt supra dixi) in tali statuto cōmuniter doc.volunt filiabus exclusis esse dandas uel supplendas non minores legitima.Postea ponit d.particulam. Quibus dotibus &c. unde uult statutum quòd filiæ sint cōtentæ dotibus, & intelligitur de cōgruis modo quo supra, & dicit Dec. in d. consil. 106. Versi. nonò bene facit.& hoc rōne relatiui. Qui-
72 bus † quod quidem refertur ad antecedentia cum omnibus suis qualitatibus. l.à filio.§.testator.ff.de ali.& cib.leg.& intelligitur de qualitate circa tempus, & circa modum & alia similia, ita in statuto intelligit Barto. in.l.Sanctio legum.colum. penul. versicu. quæro ergo pone. ff. de pœnis & in l. 1. ff. de recept. & in l. siquis seruum. §. fina. versi. Sed quæro aliquis. de legat. 2. & Pau.de Cast. in consi. 140. Visa reformatione.circa fi.in j.par.& alibi p
73 doct.natura.n.relationis†sicut natura demōstrationis est natura ueritatis ex cōiunctione scripturarū patentis, inquit Bal.in cōsi.333. ea quę lib.2.aliàs cōs.212.vol.5.et oīa quę sunt in termino ad quē sit relatio cum oībus suis qualitatibus censentur esse in termino referēte l.asse toto. ff. de hęr.inst.& l.si ita scripsero.& ibi Bar.de cond.& demon.& Bal. in d.consi.338. clara ergo conclusio est, ꝙ filia tenetur stare contenta de dote,q̄ sit cōdecens & cōgrua ad quātitatem legitimę ut s. & non aliter.per dictum elatiuum (Quibus dotibus)referens se ad præcedentia, quę talē dotem designant, facit ꝙ cū statutum iubeat filias dotari & dotandę sint quantitate coęquata legitimę,& si sint dotatę incōgruè possit peti supplemētū ut supra, & postea hoc modo iubeat, quibus dotibus teneantur stare cōtentę &c. quòd cum uelit hoc consequens, uult etiam &
74 pręsuponit † antecedens, videlicet dotes esse congruas.ar.l.ad rem mobilem & l.ad legatum.ff. de procu.&.l.illud.ff.de acq. hæred.cum sim.

Secūdò,dicta particula (Quibus dotibus &c.)ex ordine scripturę & natura dicti relatiui respicit ac refertur ad dotes tam per patrem quàm per filios constitutas, cum per filios ergo ex communi doct. consensu non debeat dos cōstitui minor legitima, pariter tanta debet esse dos à patre vel auo facta, sin verò nō sit tanta, potest agi ad supplementum, vt æqualis sit determinatio dotium,quibus filiæ iubentur stare contentæ,& hoc verum esse probatur
75 ex vulg.regula quæ est,ꝙ vna † determinatio respiciens duo determinabilia debet ea æqualiter determinare.vt l.nam hoc iure.§. sed si aliter. de vulga. & pu. & l.quamuis. C.de impub.& vtrobiq; doct. quæ habet locum etiam in statutis,vt per Ange. in consi. 143.tria videntur.refert Ias. in d. l. nam hoc iure.col.5.& per Socin.in consi. 122. Visa contingentia. colum. 2. in fin. volumi.j. & in consil. 89. nume.6. volum.4.quam hic infallibilem puto,saltem ob naturam dicti relatiui facit etiam, ꝙ cum dos omnino ad quantitatem legitimæ per filios constituenda sit, ad eandem quantitatem requiritur constituta per patrem, si verò non sit, debet suppleri,cum ob eandem dotem filia excludatur à parentis hæreditate, pariterq; una sicut alia indifferenter iubeatur stare contenta, quia una & eadē
76 res † nō debet diuerso iure censeri.l.eum qui ędes & ibi.not.Bar.ff.de usucap. nam uerisimile nō est
77 statutum illud quod in uno capite concedit † in alio auferre,ita dicit Bal.in cōs. 103.statuto Tergesti uol. 1. allega. l. non ad ea.de condi.& demonstrat: & per prædicta censeo inconuincibiliter (ni fallor)respondisse doctrinam Bal.in d.l.fi.de dot. prom.& in d.auc.res quæ.dom.Paulę non obstare

Si uerò opponatur,ergo d.particula statuti,Quibus dotibus &c.est superflua & sinę effectu aliquid
78 operandi,quòd esse † non debet.ar.l. si quando.de leg.j.& c.si Papa,de priui.in 6. ut dicit Consultor, alleg. Cor.in d.cōs.77.Respōdeo, quòd magnum habet effectum operandi, si enim non adesset, surgeret quęstio quòd filia uideretur non debere excludi nisi ab hereditate dotantis,de qua per Bal.in l.1.C.de leg. hęrdi. & Petr.de Ancha.in consi.80. Retento ordine. cum simil. adductis per Deci.in cōs.346. omissis. Quam quidem quæstionem expresse remouet d. particula statuti ulterius disponentis, quòd filia teneatur stare contenta vna dote & vltra petere non possit de bonis maternis,pa-
79 ternis & auitis, & ita debet intelligi, † ne sequatur absurdum, neuę possit à sapiente repræhendi, minusque

nusque lædat ius tertij.l.nam absurdum.ff.de bon.
lib.l.Saluius,Aristo.ff.de leg.præstan.& l. 2. C. de
noxal.ne etiam sequatur contrarius intellectus iu-
ris communis,tradit Alex. in consi.33.Viso thema
te.col.2. volu.1. ne etiam trahatur ad iniquum in-
tellectum Bal.in d.l.omnes po.& ad d. particulam
& aliam subsequētem,videlicet imò dicti filij ma-
sculi vt supra &c. adaptatur responsio tradita per
gl.in.l.generaliter.ff de in ius voc. p l. si seruus.§.
inquit lex.ff.ad l. Aquil. ibi. sed non est notū,&c.
Insuper ille dicit ꝙ cum domina Paula sit nu-
pta, & addit condecenter, vt ipsa fatetur, sed talis
confessio non legitur in processu, & nempè ex suo
capite dicit & facit consequentiam . ꝙ cum domi-
na Paula cum suo marito tèmpore matrimonij fue
rint contenti dote constituta, & dicit patere,ex eo
quia hucusque non contradixerunt, sequitur quòd
& nunc debent stare quieti : & non aduertit quòd
ita asserens dicit contra grandem auctoritatem
Alex.in consi.84.In causa comitis.in fi.volu.7. ita
ad literam dicentis.Prætereà non sequitur,non est
80 conquastus ergo consensit vel approbauit, † quia
in his quæ præiudicialia sunt, tacens non videtur
consentire.l.filiusfam. §.inuitus.ff.de procur. &c.
Et quasi inferat quòd ipsa do.Paula aliud non de-
beat inquirere de dote,& hanc rōnem assignat.Nā
dos fuit introducta ut mulieres inueniant uirum.
& similiter nō aduertit quòd etiam concurrit alia
ratio,ut per Bar in.l.nupta.in pr.ff.solu.matr.dicē-
tem ita formaliter.Sed Iac.de Are. dicit & bene,ꝙ
dos non solum est necessaria ad maritandam mu-
lierē, sed etiā ad sustinēda onera matrimonii. &c.
Item ille respondet adductis per me in primo cō-
silio, & non ualens aliter respōdere utitur respon-
sione generali unius glo.quæ ubi sit in præsentia-
rum non recordor,quæ respondens dicit, aliud est
hic,aliud ibi,assignata tamē ratione differētię. no.
Bal.in.l.post sententiam.col.1. C.de sent.interlo.
om. iud.Replico quòd immo maior est ratio iudi-
candi pro do.Paula quàm sit in cons.& doctr.pro
ea allegatis in eorum Themate, ut patet ex dedu-
ctis in præsenti & in primo consi. Nititur tamē spe
cialiter respondere notatis per Bal.Nouel. in loco
81 supra allega. volentem † posse peti supplementum
congruę dotis respectu facultatum secundum tem
pus mortis patris, allegantem Pau. de Castr. in d.
consi.73. aliàs 129. licet ista domina Lisa. & dicit
ꝙ Pau.de Castr. loquitur ibi in casu valde diuerso
à nostro, quia pater ibi maritauerat filiam in pau-
pertate sine aliqua dote, & ꝙ ibi non erat statutum
vltra procedens &c.
Replico,quòd Pau.de Ca.ibi se fundat in ratio-
ne,quòd quia tempore mortis exclusio à successio-
ne paterna cępit ortum habere, & per consequens
ius petendi dotem, ergo secundum facultatem &
quātitatem bonorum illius temporis dos est con-
stituenda.arg.l.2. de aur.& arg.leg.& l.in delictis.
§.si extraneus,de noxal. act. ff. quæ ratio similiter
82 concurrit in casu nostro.ratio enim magis † atten-
ditur quàm verba,& ea declarat & limitat dictum.

secundum Bat.in l.1. in princi. ff. de leg. tut. & similis casus dicitur non idem formaliter sed in effectu & habens eandem rationem. vt per Bal. in l. qui liberis.in princ.de vulg. & pup.& Alexan. in l. Gallus.§.& quid si tantum.col.4.de lib. & posthu. per eandem rationē idem affirmat Soci. in d.cōsi. 100.uol.3. ubi in suo casu filia erat dotata.& Dei. in d.consi 276. vbi etiam in suo themate filia erat dotata in quingentis ducaris. Imò idem Paul. de Cast.tantundem affirmat in vna quę erat dotata in d.consil.210.in prima par.aliàs sub num.206.in 1. par.in veteribus.Incipit. Ego Paulus de Castr.Iur. doctor puto iuris esse, vt supra conclusum est per suprascriptos egreg. D.&c.quem non reperio allegatum ab alijs.sed nihil posset proprius allegari in terminis nostris.dicit enim ibi circa medium cōsi. ista formalia verba,videlicet.& sic inspicitur augumentum & diminutio superueniens in facultatibus, ex quo iudicabitur an dos data fuerit excessiua, vel non, & ita hic debebit inspici ut sciatur an fuerit vel sit competens vel non &c. & postea subiungit Pau.ibi,videlicet.licet statutum dicat, si filia fuerit dotata excludatur,non dicetur dotata respectu augumenti quod sibi debetur. & ideo tractari debet ac si dotata non esset quantum ad superuenientes facultates &c.hæc sunt formalia verba Pau.de Cast.in d.consi.& particula statuti vltra procedentis,vt supra latè ostendi,non refragatur. Item dicit contra opin.Bal.nouel.uigere auctoritates magnorum doctorum per eum relatorū sed eos relatos ego nō uideo nisi ut supra dixi,imò ad hoc pro eo est primò opin.Pau.de Ca.in d.cōsi.Soci.& Deci.distinguentis ut supra.& Corn.& facit opin. Pau.de ca.in d.con.col.15. Super primo quesito. per doct.in plerisque locis relata,quòd non attendatur dotatio patris in magno excesu,quam tamen Bal.nouel.reprobat ut supra.& Dec.limitat in d.l. pactum,in fi.& magnum excessum & lęsionem excessiuam colligunt Cor. & Dec.ut supra.comensurando dotē promissam ad legitimam secundū quā, ut superius dictum est,constituitur dos competens filię exclusę à statuto,& leguima non debetur nisi post mortem, & secundum illud tempus est certa, ergo illud tempus inspici debet. & ꝙ ista sit veritas in hac specie Corn.quem pro se allegat Consultor in consi.1.col.6.ver. circa quartum quæsitum .lib. 4. videtur sentire, quia ad probandum fore inspiciendum tempus dotationis & non mortis, non se fundat in alio nisi in statuto habente verba præteriti plusquàm perfecti temporis,videlicet. si mulieres inueniantur fuisse dotatæ conuenienter &c. & ita dicit ibi debere attendi secundum verba statuti,ꝙ sufficit mulierem reperiri fuisse aliquando dotatam congruè, hoc est tempore dotationis, licet tēpore mortis eius de cuius hæreditate agitur non esset censenda congrua dos, hoc videntur significare verba dicti statuti,ita dicit Corn.sed in statuto nostro non sunt talia verba præteriti plusquàm perfecti,ergo &c.Quinimò in simili statuto habente verba futuri subiunctiui,videlicet,si fuerit dotata,fore

ta, fore attendendum tempus mortis seu successionis. Idem Corn. tenet in consi. 202. circa præsentem, col. 3. versi. Nec etiam obstat lib. 2. Quamuis aliqua possent dici super verbis statuti nostri ratio
83 ne dictionis, aliàs. † quæ multas habet significationes. vt per Bar. in l. 1. in princ. col. 5. de condi. & demon. quæ (vt dixi supra) potest stare qualificatiuè, vel significet tempus, tamen dico, verus sensus statuti est, ꝙ filij masculi tenentur dotare filias nô dotatas à patre vel auo, interpretatio. n. ad lite-
84 rā fieri nô debet sed ad sensum, quia † sensus verborū præualet. l. si quis filium. & ibi Bal. de lib. præte. & quandocunque ergo sint dotatæ à patre, illa quā litas, nô dotatæ, refert ad verbū teneātur, & verbū teneantur, refertur ad tempus mortis, & secundū il lud tēpus intelligitur. d. l. in delictis. §. si extraneus. & l. Titius. ff. de mil. test. ita in simili dicit Pau. de Ca. in d. consi. 210. & si sit dotata non dicetur dotata respectu augumēti &c. verba Pau. de Ca. ut supra relata, quòd augumentū in nostra re interuenit industria patris & morte quatuor filiorum ante patrem. Ideo super dictis uerbis statuti non expedit aliter insistere per supra dicta. prӕterea contra Cor. in d. consi. 1. de directo loquitur Pau. de Ca. in d. cōs. 210. quem si Corneus de recenti uidisset for te nô ita dixisset, causa breuitatis nô rescribo eius uerba. Sed illud consilium omnino perlegat Dominus Iudex. vbi Pau. alleg. l. 2. & 3. de au. & arg. leg. uidetur etiam melior tex in l. pen. ff. de test. tut. ubi cōditio negatiua, si is non niuit &c. refertur ad
85 tempus mortis, & ibi Bal. dicit † quòd actus debet attēdi tempore quo robur sortitur, in simili idem dicit Bar. in l. ex facto. col. 2. versi. primo casu &c. de uulg. & pub. ibi. Ideo requiritur ꝙ qualitas duret usque ad tempus quo substitutio summit effectum. & hoc Bar. dicit in suo primo casu qui etiā nô est similis nostro. Postea statim in suo secundo casu distinctionis, qui reuera est similis nostro, qđ demonstratur, nam dotatio facta à patre determinat uerbum, teneantur, per quod significatur tempus, à quo talis dotatio summit effectū, qđ est post mortē patris, & effectus est talis, si cōgrua sit dotatio per supradicta. ꝙ filii non tenentur dotare vel supplere, illud enim uerbum, teneātur, refertur ad tempus mortis, ut dixi, saltem natura dictionis tūc superius sermone cōnexo posita in statuto, secūdū expositionē glo. in d. l. pen. de test. tut. & Bar. in illo secundo casu decidit, requiri ꝙ qualitas adsit illo tempore quo dispositio sumit effectum per d. l. 2. de au. & arg. leg. & d. l. Titius. ff. de mil. test. & cum eo communiter transeunt doct. in d. l. ex facto. sequitur Bal. in l. si quis hæredem. C. de instit. & substi. cum simil. relatis per Alex. in consi. 143. viso titulo. in princi. vol. 6. Igitur congrua dos quæ in hoc casu intelligitur vsque ad legitimam (vt superius dictum est) debet adesse tempore mortis patris, quo sortitur robur & effectum, per supradicta.

Item Consultor dicit cōcurrere quandā legem quam vocāt Platonicam secundum eum, ꝙ statuta inuiolabiliter obseruētur, quā, vt detur actio & exceptio, Accurs. gloss at in auc. sacramenta. in ver. custodiatur. C. si aduer. vend. fortè ille intelligit eam, ꝙ domina Paula ita agēdo non obseruet statuta inuiolabiliter, sed errat, cum ipsa conditione ipsius statuti saltem tacita agat, vt allegaui tenere Alex. in consi. 169. visis instrumentis. col. fi. vol. 7.
86 cum concor. potest enim peti † dos à filia, etiam si statutum non disponat. vt tradit Deci. in d. consi. 276. & in consi. 379. col. pen. Quod statutum habens verba ambigua & dubia, videlicet, nô fuerint dotatæ, & teneantur dotare cum consensu &c. & quibus dotibus. &c. & alia, ambigua enim quoad dotis quantitatem & eorum intellectum de iure communi recipit declarationem & intellectum, vt superius declaraui, & intellectus quem dedi est sanus, iuridicus & quidem æquus, vt statuta Pisauri intelligi debere cauetur statuto sub Rub. 19. de ambiguitate statutorum. in additionibus. sine eo, ita statuta sote intelligenda etiam præcisa tenet Bart. in d. l. omnes po. col. pen. & ibi Bal. & Ias. nam sta-
87 tuta † quibus possunt adaptari regulæ iuris secundum eas & argumenta legum intelligi debent. dicit Bald. in l. si defunctus. C. de suis & leg. & Alex. in l. fructus. col. 1. in fi. solu. matr. Non fit ergo violentia statuto id declarando & intelligendo prout de iure, ipso statuto permittente. ar. l. Gracchus. C. de adul. & l. si donationis. C. de transact. & melior text. in l. quia autem. §. plane. ff. si quis om. causa test. facit quod dicit Abb. in c. item. col. 2. ver. sicuti si statutum. de resti. spolia. & si dictum statutum
88 † non prohibet filiam petere cōgruam dotem vel eius supplementum, neque nos prohibere debemus. ar. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acq. hæredi. & per Bal. in d. l. omnes po. in fi. Imò intelligitur permittere. l. necnon. §. 1. ff. ex qui. ca. maio. & c. 1. de procura. in 6. & dicto statuto etiam cauetur, ꝙ in casibus non expressis in statutis recurratur ad ius commune.

Item ille adhuc instat, ꝙ attendatur tempus con stitutionis dotis quoad eius congruitatem, & non tempus mortis, dicit facere dicta Cur. in consi. vlti. col. 2. & Alex. in consi. 180. col. 1. & consi. seq. col. 2. vol. 5. &c.

Respondeo, ꝙ imò dicta Cur. faciunt pro d. do.
89 Paula cum dicat in legitima † debere attendi tempus mortis. l. cum quæritur. C. de inoffi. test. faciunt etiam illę duę leges. si patronum ex debita. §. fin. & l. etiam. §. fi. ff. de bon. libert. cum dicāt fore inspiciendum tempus mortis liberti &c. quibus, dicit Cur. quòd non responderet vniuersus orbis, tamē eis respondet Nic. de Neap. vt refert Alex. in l. serui
90 qui. ff. ad leg. Fal. Diuersa enim ratio potest assignari, quia potentius ius habet † filius in bonis patris quàm patronus in bonis liberti, vt dicit esse notū Rom. in consi. 277. non est dubium. col. 2. ergo diuersum ius &c. & in quantum Cur. dicit fore attendēdum tempus assignationis legitimæ, per dictum Iaco. Butr. in d. l. pactum. intelligit quando fuit assignata integra legitima, aliàs dicit procedere illam decisionem. Bald. in cap. cum M. Ferrarien. de const.

const.& aliorum tenentium q non inspiciatur tempus assignationis legitimæ.& Alex.in d. consi. loquitur in casibus vbi interuenerat specialis renunciatio legitimæ cum iuramento. præterea assignari potest diuersa ratio, quia qui accipit legitimã tunc se abdicat à successione, sed quæ accipit dotem, à statuto non excluditur nisi tempore mortis parentum. Clarius quoque hoc non obstare patet ex his quæ superius dixi scilicet D. Paulam non fuisse dotatam a patre.

Tertiam quæstionem assummit Cõsultor de linea margaritarum seu vezio perlarum,& putat resi conuentum esse absoluendum defectu probationis, quæ quidem adimpleta est in causa appellationis, ideo sequi debet condemnatio iuxta petita.

Vltima verò quæstio superest de alimentis præstitis per dictum ser Michaelem Angelum do. Helisabeth filiæ q. d. Gulielmi, de quibus fuerunt conuenti dicti fratres vt hæredes dicti Gulielmi. Consultor autem eos à petitis absoluendos dicit, & ausu nescio quo, tenet contra Soci.in consi.161. pro decisione.vol.2. quæstionem hãc in specie decidentẽ,& hac consideratione mouetur, quòd ali-
91 mẽta † filio debẽtur officio iudicis, proprerea præstita & præterita repeti non possunt. aliqua allegat sed est clara doctr. Bar.in l.libertis.§.1.de alimen. & cib.leg. Quam quidem (testis est mihi qui nihil ignorat) pra uidi non obstare, ideo in primo consi. aliter non curaui respondere, tamen saluando opi. Soci. dicit quòd ea procedit quãdo daretur actio, sed hic ille non videt aliquam actionem dari ipsi ser M. Angelo contra dictos hæredes.

Profecto facilis est cognitio actionis quę in hac specie competat, solum respiciendo personam re-
92 petentis, vt vulgò scitur † primò de personis esse inspiciendum.l.4.ff.de de testa.& §.fi.insti.de iust.& iur. Postea autem iuris ratio est quęrẽda.l.quidam. §.1.ff.de iu.codic. Si ergo in hac re inspiciatur persona repetens alimenta, de facili scitur, an procedat conclusio firmata per Consultorem.

Nam dicta conclusio procederet quando alimenta præterita repeterentur ab ipsa domina Helisabeth alita, contra suum patrem vel eius hæredes, cui verum est alimenta deberi officio iudicis secundum eum. Non ita autem dicendum est in aliena persona quæ filio alieno exhibuit alimenta (vt fecit ipse ser M. Angelus) hoc quidẽ probatur & ratione seu argumento & auctoritate. Nam huiusmodi rei inconuincibile argumentum est, quòd
93 mater † præstans alimenta filio ætatis vltra triennium, ea repetit à patre. est tex. in l.si quis à liberis. §.si mater.ff.de lib.agno.firmat.Bar.& cæteri in l. alimenta.C.de nego.gest.& in l. Nesennius.ff.eo. Secundum est, quòd pater exhibens alimenta filię nuptæ quæ alenda est à marito, ea repetit ab ipso viro, secundum Cin.Bal.& Alex.in l.quod in vxorem. C. eo. Tertium est pro nunc, quòd stantibus
94 † fratribus in communione & vnus frater habeat vxorem & multos filios paruulos nihil operantes, alter frater carens familia potest repetere à patre pupillorum pro portione sua expensas eis præstitas, vt tradit. Bal.in l.si paterno, in fin.C.eo. sequitur Ange.Aretl.in §.actionum.in materia actionis negotiorum gest.insti.de actio. Igitur ita concluditur, quòd ipse ser Michael Angelus potest repetere ab hæredibus dicti Gulielmi eo mortuo alimenta præstita per ipsum domi. Helysabeth. quæ erat alenda à dicto Gulielmo patre. d. l. si quis à liberis. §.1. & non est diuersa ratio, imò maior quàm in casibus prædictis, vt detur alimentorum repetitio, vt patet inspiciendo coniunctionem personarum, ergo idem ius statuitur & fortius.l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.3.§.1.ff.de iniu. & rupt.test.& datur ei actio negociorum gestorum, sicut matri dari exponit glo.1.in d.l.si quis à liberis.§.si mater.& Alex.
95 in d.l.alimenta.in princ. Nam expensa † alimentorum dicitur expensa necessaria, not. Bald. in l. siue hæreditaria.ff.eo.de nego.gest. expensa autem necessaria dicitur pertinere ad nos re ipsa. Bald. sequendo Barto. tenet in l.si pupilli.§.si Titij.ff.eod. qui ergo eam facit, negocium nostrum gerit vtiliter re ipsa & ipso gestu.ar. l.soluendo.eo. vnde tenemur indistinctè, vt per gloss. mag. communiter approbatam.circa princip.in d.l.si pupilli. §. item quæritur, & tenet Bal.in l.3.§.apud Marcellum.ff. eo. similiter dicta actio ei competit contra hæredes d. Gulielmi, vt in simili decidit Pau. de Cast. in consi.443.viso puncto supradicto. libr. 1. & est tex.in l.si præcedente.in fi.prin.ff.mand. Hæc autem sunt argumenta per quæ deciditur iste casus iuxt. l. qui filium. §. Sabinus. & ibi gloss. not. ff. ad Trebellia.

Secundò, pro dicto ser M. Angelo adest auctoritas Soci. in d.consi.161. idem & in consi.26.col. 2.ver.quod etiam probatur.volu. 1. Ad hoc quoq; non abest auctoritas Alexan.in cons.110. videretur.volu.7.firmantis, non modica alimenta in dubio an filiali amore vel amicitia paterna nec ne ac simpliciter (vt in re nostra) præstita etiam contra alitũ repeti posse.licet, quando sit aliquis ad quem spectet onus alendi hic indistinctè teneatur reficere d.alimenta per supra dicta. Ad idem etiam concurrit auctoritas Bald.Nouel.in d.tractatu dę dot. in 6.par.col.penul.ver. Nec ibi distinguitur. vbi te-
96 net dotem † & alimenta. præstita ab extraneo filiæ alicuius, posse repeti contra patrem ab eo qui præstauit vel dotauit actione neg. gestorum. Ad quid perditio, reseruasse ipsi ser M. Angelo per d. Consultorem de dictis alimentis actionem contra ipsam do. Helysabeth. Cum de eis contra eam tunc habentem patrem à quo poterat consequi alimen-
97 ta nulla possit dari actio. † vt decidit Bar. post glos. ibi in d. l. alimenta. sed contra patrem & eius hæredes datur actio nego. gest. quæ & non alia compræhendi potest dari in casu deciso per Soci. in d. consil. 161. per iura quæ allegat & expresè dicit Bald.Nouel.in loco præallegat. & Corn. in consi. 54. in fin. libr. 1.& ista (vt dictum est) competit ser Michaeli Angelo, quam non vidit, aut noluit videre Consultor.

In his

In his itaq; & in prędictis omnibus censeo satis clarè pro tenui facultate mea docuisse, malè fuisse contra d.ser M. Angelum & dominã Paulam suam vxorem consultum & iudicatum.

Addo quæstioni de statuto, ꝙ illius esse ratio fi-
98 nalis dicitur, vt bona conseruentur in familia † vt
per doct.in d.l.maximum vitium, per l.1.§. denun ciasse.de ven.inspicien.verum in casu nostro isti fratres dilapidant bona paterna, & iam in vno anno post mortem eorum patris dissiparũt pro mille scutis,& est publica fama secũdum eorum vitam ꝙ in breui omnia dissipabunt,vt constare potest ex processu, & sic non conseruantur bona in familia, de-
99 fectus † ergo causæ finalis vitiat dispositionem l.fi.
ff.de test.tute.& c.cum cessante.de reg.iu.in 6.cum
100 simil.ita vbi agnatus† naturaliter,vel per accidens
est ineptus ad cõseruationẽ gñis & bonorũ in familia cessare dispositionem d.statuti cõcludit Ang.in cons.283. Inaduertentia.in fi.& Soci.in cons.128. circa præsentẽ.ver.3 confirmatur.volu.4. Igitur & iustitię & ęquitati valde cõsonũ est,vt do.Pau.consequatur supplementum dotis cõgruæ ad legitimã ex bonis parẽtũ anteq̃ ea à fr̃ibus sint dilapidata.

Prętere,credo iura & ratiões & auctoritates pro do.Paula claras & exprẽssas deduxisse.Si tamen in aliquo videretur superfuisse dubitatio, quæ nulla est,si rectè intueatur, cũ ipsa sit in danno,quæ perdit hæreditatem paternam,vt tenet Dec.in l.j.col. 16.sub nu.59.de offi.eius.& altera pars in lucro, in
101 eius fauorem,† ne excludatur saltem à legitima lo-
co dotis congruæ,iudicandum est.l.verum,in §.fi. ff.de min.in simili tradit Dec.in cons.261.superioribus.in fi.quia bono & æquo non cõuenit lucrari aliquem cum damno alterius.inquit Iurecon. in l. iure.ff. de iu. dot. hoc autem ei concedendum est, quemadmodum matura consideratione cõcordes dicũt Caccialup.& Soci.in d.cons.150.in fi.vt ipsa quoq; filia Gulielmi participet de fęlicitate & opulentia parentis. Eo magis mihi libet supras. conclusionem tenuisse, quia video in ea mihi assentire celeberrimos & excellen.Iurisc.Magn. do.Io.Iacobũ Illu.Comitem Montis Abbatis & do.Io.Anto.Rubeum eminentis.docto.Alexandrinum, & do. Petrum Filippum ęxemptum doct.Perus.& do. Hieronym.Giganiem,& dom.Othonellum Paxinum, adeo ꝙ firmum sit iudicium quod plurimorũ consensu † comprobatum est c.prudentiam.in princip. de offi.deleg.scribit Petr.de Anch.in clem. 1. in 6. not. de sent. excom. Quæ magis est tenenda, quia dicti omnes do.Doct.fatentur eam maxima æquitate esse fulcitam,& certè in iudicando est sequenda.in simili dicit Cur.Senior in consi.52.super testamentis.col.9.sub nume.39.& Alex.in consi.57. quoniam.prope fi.vol.1. Quæ opinio fauet causæ dotis,ideo in dubijs pro dote iudicãdũ est l. in ambiguis.ff.dę iur.dot.& c.fi.de re iu.& ibi not.Abb.

Ego idẽ Simon de Prętis minimus Iurisc.Pisauren.q ita aliàs sentiebam,& nunc quoq; prædictis excogitatis audatius opinor iuris esse vt supra fuit conclusum.Saluo tamen &c.

ADDITIO.

AVdio pro fratribus do.Paulæ cõtra eam fieri præcipuum fundamentum, ꝙ Alber. Bru. in suo tract.de statu.fęm.excluden.in 9.artic.in
103 2.casu principali 1.q.col.fi. tenet † debere attendi
tempus dotationis in dote congrua. Ad quod quidem eleganter respondet Comes do.Io. Iac. Leonar. ꝙ sua excellen.teneret contrarium si casus occurreret,& mouetur per doctr.Bal.in c.cũ M. Ferrarien.in 3.col.de constitu.quæ est,ꝙ vbi filia,quæ receperit dotem pro legitima, promisit nihil amplius petere post mortem patris,poterit augumentũ petere, si facultates excreuerint, & dicit refutando contraria cum d.doctr. Bal.dominum de Ripa in d.c.cum M.col.16.tenere & dicere esse communem opi.doctorũ à qua (vulgò scitur) in iudicãdo & consulendo non esse recedendum. Respondeo ẽt,ꝙ salua reuerentia Alber.Bru.auctoritates quas ad hoc allegat id non dicũt,& loquuntur in diuerso casu,& rõnes quas adducit nõ militant, sed contra eũ, saltẽ in casu nostro sunt rõnes manifestæ & auctoritates magnorum doct.expressę. Nã allegat & dicit hoc tenere Bal.in l.fi.col.2.C.de dot. promis.& Iac.But.in l.pactũ.C.de coll.& Bal. & Pau. de Ca.& domi.præceptorem suum.(qui fuit Ias.vt sæpius dicit in d.suo tract.) in auc.res quæ,C.com. de leg. At Bal.in d.l.fi.ver.sed pone,dicit ꝙ filia dotata à patre põt agere ad supplementum congruæ dotis, nisi statutum dicat ꝙ teneatur stare cõtenta dote à patre data vel promissa.& Iac.But.in d.l.pactum.(cum enim legi in fonte) dicit ꝙ si do aliquid filio pacto facto, ꝙ illud computet in legitimam,hoc valet,& non poterit agere ad supplementum,si illud non sufficit,quia accepit pro legitima, & dubium est an minuantur in futurum bona paterna,ergo neque Bald.neque Iac. But. dicunt hoc ad quod allegat eos Alber.Bru. & Bal.Pau.de Ca. & Ias.in d.auc. res quæ. non se firmant ꝙ attendatur tempus dotationis quoad congruitatem dotis, quia ad hoc allegant Butriga.in d.l.pactum.& Butrig.ibi.Bald.reprobat & communiter reprobatur eius dictum, per l.si quando. §. generaliter. C.de inof. testam.vt dicit Ias.in auc.nouissima.col.2.C. eo.& in l.quod Seruius. col. fi.ff.de cond.ca.da.dicit ꝙ cõmunior opinio est ꝙ in omni legitima † semper attendatur tempus mortis,ideo Bald.in d.auc. res quæ.probat suum dictum per aliam rationem, ꝙ filia stare debet contenta quacunq; dote &c. & loquitur in statuto diuerso à nostro, vt declaraui in præcedentibus,& ibi Ias.dicit se hoc dixisse plenius in d.auc.nouissima.vbi (vt dixi) dicit communiter reprobari d.Butr.in loco præalleg. & vẽ tenere contrariũ,dum allegat Bal.in d.c.cũ M.Ferrari. cum quo cõiter doct. tenent secundum Rip. ibi in col.16.vt refert d.D.Co.Io.Iac.& pro sua opin.Alber. Bru. dicit facere quod not.Bald. in d.c.cũ M. Ferra.& re vera de directo facit contra, vt patet legendo suam lect.in d.c.& ita refert & alleg.eius dictũ Ias.in d.auc.nouissima. & in d.l.quod Seruius.

Non procedunt quoque rationes adductæ per d.
Bru. quas refutando fateor dotem esse debitā propter
matrimonium & tempore matrimonij, vt dicit
ipse Bru. & ita in casu nostro propter matrimonium
& marrimonio duranre petitur dotis supple-
105 mentum, quæ est necessaria † non solum ad maritandam
mulierem sed etiam ad onera matrimonij
substinenda, secundū Bar. in l. nupta. in prin. ff. sol.
mat. Sed nego ꝙ dote data per patrē post eius mortem
liberentur filij à supplemento prædicto, per ea
quæ latius fuit dictū in alijs allegationibus, non. n.
militat ratio quam adducit Bru. ꝙ dote data pater
106 liberetur ab obligatione, & obligatio † sortita effectum
& extincta non debet reuiuiscere. l. cum res.
§. aream. ff. de solu. quia pater tenetur dotare filiā
officio iudicis. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. firmat
Alex. in cons. 169. Visis instrumentis. col. fi. vol. 7.
107 officium autem iudicis † nullam præsupponit obligationem.
l. qui per collusionē. in fi. ff. de act. empt.
Bar. inquit in l. deposita. in fi. C. depo. & in l. quæ-
108 ro. in 2. not. ff. locat. & habetur, † ꝙ pater quandoque
cogitur filiam iterum dotare. vt per gl. & doct.
in l si cum dotem. §. 1. ff. solu. matr. licet etiam dos
regulariter non recipiat reiterationem, recipit tñ
augumentum, ad quod aptatur casus noster, ita
in indiuiduo ad literam dicit Alex. in consi. 134.
Animaduersis. col. 8. ver. Ad quintum. lib. 6. non facit
ergo in hac materia regula. §. aream. & simil. ꝙ
obligatio semel extincta amplius nō reuiuiscat, cū
(vt dixi) pater teneatur dotare filiam officio iudicis,
quod nullam præsupponit obligationem, & eo
mortuo filii teneantur condictione ex statuto, vt ꝑ
Alex. in d. cons. 166. col. fin. Qui filij in casu nostri
statuti tenentur quidem ad dotem non minorē legitima,
vt in alijs alleg. probatū fuit, & ab ipsa dotatione
seu supplemento filij non videntur liberati,
nisi pater vsque ad dictam quantitatem legitimæ
109 ad quam ipsi tenentur, dotauerit, quia † obligatio
non tollitur nisi integra solutione eius quod debetur,
siue à debitore, siue ab alio sit facta solutio. per
tex. in prin. insti. qui. mo. tol. obl. Ideo tempus mortis
patris debet attēdi pro taxatione dotis cōgtuę,
tunc habendo respectum ad legitimam, cum illo
tempore filij teneantur, & filia sit exclusa à successione,
vt aliàs demonstraui.

Insuper dicit Bru. pro sua opin. sentire Laur. in
repet. §. cæterum. col. 21. ver. Sed an filia. & refert
vnam rationem adductam, per d. Laur. ꝙ sicut hæreditate
diminuta dos data nō minueretur, ita de-
110 bet esse econuerso, quia † quis non debet admitti
ad petendum cuius contrarium non esset postulaturus.
l. pen. C. de solu. Respondeo, ꝙ licet videatur
ita sentire Laur. in d. loco, tamen postea in eodem
loco concludit debere cōsiderari tempus dotationis
cōiunctum cum tempore mortis. & ad dictam
rationem respondet in terminis Deci. in cons. 276.
col. fin. ꝙ illa procedit rebus sic stantibus, secus est
superueniente postea exclusione. Potest aliter &
111 nō minus notanter responderi, ꝙ dos † succedit loco
legitimæ. l. Sancimus. C. de nupt. & ibi. Bald. &
Saly. & dicit Lau. in loco præalleg. sentit Alex. in
cōs. 55. viso tit. col. fi. li. 2. Soci. in cōs. 25. do. Franc.
col. 7. li. j. & Dec. in cōs. 106. col. pe. ver. 10. & vlti.
vbi dicit dotē habere oēs qualitates legitimæ secundū
Pa. de Ca. in cons. 73. licet ista do. Lisa. col.
112 fi. lib. j. Sed in legitima † non attenditur dispositio
d. l. pe. C. de solu. quia de ea remouetur omne grauamen
quod ēt posset euenire. est glo. in l. si pater.
* in ver. poterat. C. de inof. test. quam ibi doc. cōiter
sequuntur, & in ea pro eius taxatione debet attēdi
tempus mortis. l. cū quæritur. C. eo. ēt si in vita patris
esset accepta. ita dicit esse cōiorem opin. Ias. in
d. l. quod Seruius. col. fi. & latius Io. Crotus. in l. frater.
à fratre. col. 7. ff. de con. ind. vbi ēt respōdet ad
argu. sumptum ex. d. l. pen. C. de solu. & ex. l. de fideic.
C. de transa. maximè qñ mulier nō est exclusa
per suam renunciationem & quietationē, de qua
loquitur Aym. in cōs. 11. maximè ꝙ vbi dos etiam
non esset congrua tpe cōtracti matrimonij, de qua
loquuntur decis. alleg. per Iac. Menoc. in d. trac. de
arbitr. iud. li. j. centu. 2. cas. 149. nu. 16. & seq. Ita de
113 dote dicendū est, † quæ & cum debeat constitui &
suppleri vsque ad quantitatē legitimæ, vt allegaui
tenere Bal. in l. fi. C. de dot. promis. Corn. in cons.
162. col. fi. lib. 2. Soci. in cons. 57. col. 6. lib. 4. sentit
in cons. 150. col. fi. li. j. & Deci. in d. cons. 276. & in
cons. 392. col. 2. & in legitima inspiciatur tempus
mortis, non video qūo possit inficiari ꝙ ēt in dote
pro eius taxatione quando petitur suppleri vsq; ad
dictam quantiratem legitimæ non debeat inspici
tps mortis, dicant quicquid velint & Albe. Bru. &
alii quos audio consuluisse contra d. do. Pau. præsertim,
cum ambiguum sit an d. do. Pau. sit dotata à
patre, vt in præcedentibus fuit dictum, saltem eo
inspecto ꝙ pater ipsius do. Paulæ nō se firmauit in
certa dote, considerans fortè & sperans se dotem
prædictā posse augere, quod non fecit, quia vt fuit
probatum morte violenta & repentina fuit interfectus,
& ita in dote non constituta vel data ante
mortem patris, dotem esse taxandā scd'm facultates
repertas tpe mortis, tenet ipse Albe. in lo. præalleg.
sequendo Pa. de Ca. in d. cons. 73. licet. Verū
& si diceretur dotata à pre. Idem tñ tenēdum puto
rationibus prædictis & auctoritate Pau. de Ca. in
cons. 210. Ego Paulus. lib. 1. Bal. Nouel. in tract. de
dote in 6. par. speciali 17. col. 3. & dicit in discursu
Corn. in cons. 107. in hac. ver. tñ vr ꝙ dos. vol. 2. &
Soci. in cōs. 100. sup cōtrouersia. col. 3. li. 3. & Dec.
in cons. 276. in proprijs terminis expresse tenen-
114 tium, dos † an sit competēs debere inspici tps mortis
& scd'm facultates repertas. d. tpe mortis eā suppleri
vsq; ad quantitatem legitimæ, facit qđ tradit
Alex. in l. illud. col. 1. nu. 3. C. de coll. & ab ista opinione
quæ videtur verior & æquior & magis cōis,
rōnibus & auctoritate tātorū virorū fulcita in iudicādo
recedere quasi nefas & temerariū videretur.

Dicitur quoq; pro sororijs ser M. Ange. allegari
& exhiberi statutū in 5. li. stat. sub rub. 124. quo cauetur.
eū qui intuitu miserationis ad sua seruitia in
domo famulū aliquē seu famulā receptauerit, non
posse

posse repetere alimēta ab ipso receptato, neq; famu
lũ salariũ petere, q̃a pręsumit statutũ donationem
ad inuicem factam. Ita vt vigore d. statuti videatur
ser M. Angelum petita alimenta præstita dominę
Helysabeth. à dictis sororijs consequi non posse.
Sed respondeo hoc statutum, vt dici solet, non fa-
cere ad rumbum, quia neque mens, neque verba,
neque aliqua qualitas inducta à dicto statu. con-
ueniunt casui, de quo agitur, vt cõstat ex inspectio-
115 ne tam rub. quàm nigri d. statuti, ideo † etiam dispo
sitio non potest conuenire. l. hos accusare. §. omni-
bus. ff. de accus. & l. si seruum. §. non dixit. de acqu.
hære. & dicit Bal. in l. omnes po. circa fi. de iusti. &
iu. cum multis concor. alleg. per Feli. in c. nonnul-
li. col. 35. de rescript. à verbis enim statuti non re-
ceditur l. quod constitutum. & ibi Barto. ff. de mil.
test. Nam allegatio & probatio nulla facta est q̃ ser
M. Angelus receptauerit dictam Helysabeth. intui
tu misericordiæ, & ad sua seruitia, & q̃ d. Hely. fue
rit famula. Imò videtur cõtrarium liquere, scilicet
ser M. Angelus pro famula ad seruitia non tenuisse
dictam Helysabeth, quia tunc habebat duas famu-
las seu ancillas, vt omnes testes deponũt, nõ iuua-
116 tur † ergo statuto quis nisi alleget & probet quali-
tates à statuto inductas. l. 1. §. quod autẽ. & ibi Bar.
ff. ne quid in flu. & Deci. in cons. 105. diligenter.
col. 6. in princ. & Corn. in consi. 202. col. 3. volu. 2.
& Soci. in consi. 164. col. 2. volu. 2. cum simil. Suc-
117 cumbit enim † non probãs id quod est fundamen-
tum suæ intentionis. l. cum qui. ff. ad Trebel. cum
vulg. sufficiant hæc raptim dixisse. Laus Deo.

Simon de Prætis Iutiscon. Pisauren.

CONSILIVM CXXXIX.

ARGVMENTVM.

Probatio ætatis an & qualiter per aspectum, vel alio modo fiat.

Ratificatio per lapsum quinquennij inducta per l. fi. C. si maior fact. quomodo & quando procedat.

Petens plus debito an & quando incidat in pœnam.

De vẽditione facta ad mensurã, & plus de statutis loquentibus circa cõtractus mulierum vel minorum.

SVMMARIVM.

1 *Dicta sine ratione & causa scientia pro inducente non probant.*

2 *Testes super ætate probant reddentes causam scientiæ ex aspectu, & de certo tempore alicuius nouitatis memorabilis.*

3 *Testes sufficit quòd sint concordes in effectu ad vnum rei finem probantes.*

4 *Probationem aliàs dubiam sufficit concludere in quolibet intellectu pro intentione partis.*

5 *Testes super ætate alicuius deponentes, alijque dicant de maiori, alij de minori, si in minori summa annorum sunt concordes, sufficit.*

6 *Testium dicta producens videtur fateri contenta in eis.*

7 *Mulier & minor facilius decipiuntur, ob eius simplicitatem vnusquisque, mulier enim habet consilium inualidum, & minor imperfectum.*

8 *Vendere malum reputatur.*

9 *Lex fi. C. si maior fac. quo iure & in quibus terminis procedat, declaratur.*

10 *Habilitate cessante cessat actus.*

11 *Ratificatio contractus dolo initi in minori ætate, facta à maiore non valet, statuto præsumente dolum inductum contra minores contrahentes non seruata forma in ipso tradita.*

12 *Iudex super obseruantia alicuius statuti potest à se ipso interrogare Notarios, Aduocatos, & alios seniores loci.*

13 *Parisius consilio 49. libro 1. arguitur de imperfectione.*

14 *Præsumptio iuris pro plena & liquidissima probatione habetur.*

15 *Iuramentum dolo extortum non valet.*

16 *Minoris rei licet causa famis vendi possit, intelligitur tamen, causa cognita, & decreto interueniente, quæ solemnitates si non interuenerint, statutum præsumit minorem dolo inductum.*

17 *Mulier habens maritum obligatum eam alimentare non præsumitur in necessitate famis esse.*

18 *Venditio rerum minoris vt fieri possit, requiritur quòd alio modo non possit minori prouideri, & succurri, idque debet cognosci per iudicem interponentem decretum, & per propinquos consentientes.*

19 *Testes plus non probant nisi quantum dicunt.*

20 *Probationes aliquæ non valent contra præsumptionem iuris & de iure.*

21 *Iuramentum testis non probatur ex scriptura dicente, testis iuratus, &c.*

22 *Consensus excluditur per similia verba, præsente & contradicente.*

23 *Probatio non admittenda, quæ de iure non debet admitti.*

24 *Iniustitia nulla maior est quàm nullitas.*

25 *Reprobatio dictorum & personarum testium in iudicijs etiam summarijs admitti debet, quando præiudicium non esset reparabile.*

26 *Petens plus debito non incidit in pœnas nisi id dolo petat, vel cautionem pluris dolo exigat.*

27 *Pecuniæ alicui solutæ non possunt repeti nisi probentur versæ in eius vtilitatem.*

28 *Doli replicatio non datur.*

29 *Probationes veræ & legitimæ requiruntur contra præsumptionem statuti, quæ dicitur liquissima probatio.*

30 *Venditio facta ad mensuram conditionalis est ante factam mensurationem.*

31 *Venditione annullata à statuto, veniunt etiam fru-
ctus.*
32 *Titulus à principio reprobatus à statuto nullo modo
potest causare bonam fidem.*
33 *Statuta debent seruari per omnes, etiam rusticos, &
in comitatu.*
34 *Rusticitas non excusat nisi in casibus expressis in iure.*
35 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priui-
legio.*
36 *Melioramenta quo casu sint reficienda.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

Dubitationes subtiliter ac ingeniose ex-
citatę & excogitatæ contra do. Violan
tem & Michaelem Angelam causa ve-
ritatis indigādæ eis non obstant, & re-
spondetur.

Ad primā, q solum duo testes examinati pro reo
conuento in secūda instantia scilicet primus & se-
cundus testis super 11. interrogatorio dicunt, quan
do Violantes nupsit poterat habere xx. an. in circa,
& tertius testis dicit q erat maior an. 15. hæc d. cō-
cludenter non inferre probationem ętatis maioris
an. 20. d. Violantis, quando vendidit, patet primò
1 q talia dicta † sine ratione & causa sciētiæ pro reo
conuento inducente non probant. l. solam. C. de te
sti. & ibi Bal. & Bar. & Castr. & Imo. in l. qui testa-
mento. §. fi. ff. de testa. Alex. cons. 150. col. 4. nu. 16.
lib 5. Deinde maior numerus testium pro Actrici-
bus examinatorum contrariam probationem ne-
cessariò concludit, testificationes enim quatuor te
stium Actricum concorditer in hunc vnum rei fi-
nem tendunt & firmantur, q ante annum 1510. d.
Violantes non esset nata, & sic ostenditur, accipien
do initium certi temporis de anno 1517. probatū
per dictos omnes testes, quo fuit bellum magnum,
cuius belli tempore decessit Astulfus pater d. Vio-
lantis, vt deponunt 2. 3. & 4. testis super 2. c. Actri-
cum. Tempore mortis patris vel post tale tēpus d.
Violantes erat huiusmodi ætatis, primus testis di-
cit de an. 5. & non dicit, vt in dubijs asserit, q Astul
fus decesserit de anno 1520. sed q fuit de d. anno
1520. in circa q testis conuersabatur etiā post mor
tem Astulfi in domo olim d. Astulfi, etiam q iste te
stis dicat de anno 1520. ex aspectu tunc d. Violan-
tem videri paruam ætatis an. quinque, concluditur
q non esset nata de anno 1510. & q de anno 1527.
quo vendidit non erat maior 20. an. & 2. testis di-
cit q tempore mortis patris erat ætatis ann. 5. & 3.
testis dicit q d. tēpore mortis patris erat ann. 6. vel
7. & 4. testis dicit de an. 5. licet enim isti testes, prę-
sertim primus & tertius in cortice verborū ab alijs
discordent, tamen in effectu concordes sunt cum
alijs testibus ad vnam ipsam intētionem Actricū,
q de anno 1527. quādo vendidit d. Violantes erat
minor 20. an. etiam q attendatur testificatio tertij
testis dicentis d. Violantem tempore mortis patris
quæ fuit de anno 1517. esse tunc an. 7. vt ex anno-
2 rum computatione patet, qui testes probant † red-
dentes causam scientię ex aspectu & de certo tem
pore alicuius nouitatis memorabilis, vt pulchrè
tradit Bal. & cæteri consulen. in cons. 219. testes &
attestationes. & consi. seq. 220. lib. 4. aliàs cōs. 112.
lib. 4. antiquioris impressionis, & ad Barto. in l. de
ætate. ff. de minor. & nouissimè accuratè quidem
tradit Moder. Assisien. in Perusi. decisi. 55. nu. 8. &
3 seq. & sufficit † q sint concordes in effectu ad unū
rei finem probantes. l. qui sñiam. C. de pœn. Alex.
consi. 105. col. fi. lib. 4. & cons. 186. num. 3. lib. 7. &
latè per Ias. in l. fi. col. pe. C. de bon. pos. secundum
tabu. De anno 1517. siue d. Violantes esset an. 7. si-
ue an. 5. conclusiua fit probatio secundū intentio-
nem Actricum q de an. 1527. erat minor an. 20. &
4 sic in quolibet intellectu † pro intētione partis suf-
ficit probationem aliàs dubiam concludere. Ias. in
l. non hoc. in 4. & 6. fallen. C. vnde leg. & Deci. in
c. in pręsentia. nu. 31. de probat. Cum etiam minor
summa annorum attestata per aliquos ex d. testi-
bus non arguat diuersitatē in substantia ætatis d.
Violantis, quæ potest ex aspectu videri alicui esse
5 ætatis an. 7. & alteri an. 5. sufficit † q d. quatuor te-
stes omnes in minori summa annorum sunt con-
cordes. Ant. de But. cons. 52. Alex. consi. 64. col. pe.
li. 2. Cui maiori numero 4. testium Actricum ma-
gis ergo credi debet. l. ob carmen. §. fi. & ibi glo. ff.
de testi. eo maximè q sunt fide digni, & possunt es-
se informati & de ætate dictarum Actricum, vt di-
cunt testes rei conuenti super interrogatorijs, qui
6 † reus conuentus per productionem dictorū suo-
rum testium videtur fateri contenta in eis. Ro. cō s.
104. itaque cessat q Iudex posset arbitrari contra
ctum factū à maiore an. 20. valere per allegatum
statutum, quia tempore contractus venditionis d.
Violantes non maior sed minor ann. 20. probatur,
vt supra deductum est. etiam q esset maior an. 20.
deberet tamē arbitrari cōtractum nullum à mulie
re minore factum, quæ ex eo læsa & decepta præ-
7 sumitur, quia mulier † & minor facilius decipitur
ob eius simplicitatem, & vt mulier habet cōsilium
inualidum, vt minor habet imperfectum. Bald. in
rub. ver. Item quare donatio. C. de re. permu. refert
Deci. consi. 551. sub nu. 4. concurrente sua fragili-
tate. Patis. consi. 75. nu. 30. lib. 3. & Rui. consi. 179.
8 col. 7. sub nu. 22. lib. 1. eo maximè quia † vendere
malum reputatur, vt dictum est, per gloss. in versic.
strangulatur. in l. 1. C. de prædi. decu. lib. 10. & non
appatet eandem Violantem recepisse precium, nisi
per confessionem, quę nulla est, vt aliàs dictum est,
licet per statuta antiqua quæ seruabantur tempore
dictæ venditionis in minore 25. & maiore 20. non
esset, vt dicitur, remissa arbitrio Iudicis validitas
alienationum, & sic sublata effectualiter remanet
prima dubitatio, quæ personam Michaelis Ange
læ non tangit.

Secunda quoque dubitatio soluitur q non pro-
cedat tacita ratificatio per lapsum quinquēnij in-
9 ducta † per l. fi. C. si maior fac. lib. 5. primò quòd d.
l. fi. de iure cano. non procedit. Ant. de But. cōs. 45.
nu. 3. sequitur Rui. cons. 41. col. fi. lib. 1. Deinde per
legem

legē municipalem quoad cōtractus minorum pa-
tria sunt minorē habere curatorē, vel habere duos
propinquos, dictæ mulieres habebant duos pro-
pinquos.s.Io Francis.& Ludoui. fratres, vt depræ-
henditur ex instrumēto vēditionis de anno 1528.
factæ d.reo conuento per eosdē Io.Francis.& Lud.
qui tunc adesse in loco præsumebantur. Bart. in l.si
potest.col.4.ff.de acq.hære.Corn.conf.169.col.2.
lib.1.itaque venditiones factæ per dictas mulieres
minores sunt nullæ non solum defectu decreti Iu-
dicis sed etiam defectu consensus duorum propin-
quorum,quo casu dispositio d.l. fi. quæ locum ha-
bet quādo solus Iudicis decreti defectus adsit,non
militat,quia non subest verus titulus etiam annul-
latus per d.statutum, & sic nō habet locum d.quin
quennium.vt per glo.in d.l.fi.ibi.Porrò vbi vendi-
dit &c.quam ibi Cy.& doct.sequūtur,& Cor. cōs.
207.col.pen.& fi.lib.3.item d.l.fi. loquitur quādo
per lapsum quinquennij minor cōtrahens effectus
maior posset contrahere & sic ratificare contra-
ctum iam factum cessante defectu minoris ætatis,
sed dictæ mulieres etiam effectæ maiores haben-
tes maritos, vt constat de donna Violante tunc nu
pta,non poterunt vendere sine consensu mariti re-
quisito per aliud statutum Pisauri, ergo nec ratifi-
10 care saltem tacitè per d.quinquennium,quia † ces-
sat habilitas ergo & actus,per doctr. Bar.in l.bono
rum.rem rat.hab. & consensus mariti per statutum
requisitus debet interuenire tempore quo celebra
tur contractus aliàs validè per mulierem, Alex.in
l.1.§.fuit quæsitū.col.fi.ff.ad Treb.& ibi Rip.nu.6.
Postremò,cum statutum præsumat dolum indu
ctum contra minores contrahentes nō seruata for
11 ma ipsius statuti, ratificatio † contractus dolo initi
in minori ætate facta à maiore non valet.l. 1.& ibi
glo.C.si ma.fac.lib.2.vt per Roma. cons.54. Barb.
cōs.42.lib.1.& 70.lib.3.Cor.& Cur.Iun. d.cōs.50.
vt deducit in dubitatione prædicta,refutando hāc
conclusionem per aliqua media,quę actibus prędi
ctis non refragantur,qm̄ id statutum sic dolū præ-
sumens nō est nouum, sed antiquum statutum Pi-
sauri vigens amplioribus verbis loquens in fauorē
minorum,non remittere arbitrio Iudicis, sed Do-
mini validitatem seu inualiditatē obligationis ini
tæ per minorē 25.& maiorē 20.& dicit personalis,
& non alienationis,vt ostēsum fuit in illo libro sta
tutorū Pisauri non impresso & manu scripto,quod
esse antiquum statutū Pisauri ante impressionem
12 statutorum semper obseruatum,pōt † D. Iudex à se
ipso interrogare doctores,notarios & alios senio-
res ciuitatis, per doctr.Bart.in l.lege. seu in l. 3. §.
fi.ff.de testi.Alex.cōs.82.col.2.ver.nec obstat.li.3.
& cons.14.circa prin.lib.5.& Aym.cons.104. col.
2.nu.9.& Rui.cōs.144.col.7.nu.14.li.4. absq; alia
productione,vt per Bart.in l.oēs populi.col.fin.de
13 iust.& iu.Et quia † Paris.d.cons.49.li.1.vt euitetur
dispositio d.l.1.C.si ma.fac.lib.2.circa dolū non vē
bene distinguere in casu proposito dolū verum, &
dolū præsumptū,quia iure & auct.alleg.per eū cir-
ca dolum præsumptum loquuntur de dolo pręsum
pto pręsumptione iuris,nō aūt de pręsumptione iu
ris & de iure,prout est in casu isto, qa si dolus pro-
batus sit pręsumptione iuris & de iure, dr̄ de eo cō
stare liquidissimis probationibus,quales sunt pro-
bationes legum.gl.in l.si tutor.C.de pericu. tut. &
14 † præsumptio iuris pro plena & liquidissima proba
tione habetur.Dec.in l.1.in vlt.lect.n.14. si cer.pe.
15 & plura p Aym.cōs.6.nu.42.facit, † q iuram.dolo
tali extortū non valet. c.quāuis.de pact.in 6.cū si-
mil. & dolus sic à statuto præsumptus tollit vires
iurā.Ias.in auc.sacramenta.circa fi.C.si aduer.ven.
vbi de cōi attestatur,& ita obseruat Dec. cōs. 532.
in fi.ergo dolus sic probatus à statuto tollit ratifica
tionē.per d.l.1.si ma.fact.li.ij.& circa dolū cogni-
tū rīdet Cur.Iun,cons.51.& magis se firmat Paris.
in d.cōs.49.eo q esset ibi facta ratificatio expressa
verbo vel re,vt ibi col.ñ. & cōtra eum tenet Ro. &
Barb.& Cur.Iun.in alleg.cōs.& me aduocāte aliàs
fuit obtentum per cōformes sn̄ias,quia cōiter ser-
uantur talia statuta dicit Alex.cons.196.col.fi. sub
nu.7.lib.6.Paris.consi.86.ad fin.lib.3.Goz. consi.
16.col.pen.nu.15.
Contra dispōnē d. statuti vt dolus dicatur ab-
fuisse non pōt dici probatum per testes examina-
16 tos pro reo conuento,quia † licet causa famis pos-
sit vendi res minoris,per glo.in l.ob ęs.C.de pręd.
mino.tū intelligitur causa cognita & decreto Iudi
cis,per tex.in d.l.ob ęs. quæ solemnitates si nō in-
teruenerint,statutum præsumit minorem dolo in-
ductū,& sic omnimodo dolus adest,cum potuisset
subueniri necessitati famis aliter q̄ vēdendo bona
stabilia, & propterea non interueniente cognitio-
ne & solemnitate requisita à statuto dolus adest
probatus ipso facto ab ipso statuto. Non probant
quoque concludenter d. testes aliquam necessita-
tem famis dictarum mulierum, saltem tempore
venditionum primus testis de aliquo tempore præ
tensæ penuriæ,saltem existentis tempore venditio
nis non deponit, ergo ambigua & non concludens
probatio nulla reputatur per vulga. secundus &
tertius testis quoad tempus articulatorū annorum
1527.28.29.non possunt verisimiliter aliquid de-
ponere,quia super quarto interrogatorio dicūt ne-
scire millesimum quomodo vadat,quibus testibus
meritò non est integra fides adhibenda, secūdum
Alex.consi.29.sub nume.11. lib.7. quatenus super
3. c.dicant (che de l'anno 1527. cominciò la care-
stia &c.) non cōcluditur q tempore vēditionis fa-
ctæ per d.Violantem, de mense Feb. & sic quasi in
principio d.anni 1527. esset adhuc cępta penuria,
ergo &c. & non potest dici d. Violantem fuisse in
17 tanta necessitate famis tūc,cum haberet † maritum
obligatum eam alimentare.doct.in l. quod in vxo
rem.C.de neg.gest.& in l.si cū dotem. §.sin autem
18 in seuissimo.sol.mat.vt venditio † rerum minorum
fieri possit, requiritur q alio modo non possit mi-
nori prouideri & succurri.l.magis puto.§.non pas-
sim.ff.de reb.eorum.& tradit Cor. d.cōs.207.li.3.
idque debet cognosci per Iudicem interponētem
decretū,& p propinquos cōsentientes,quibus non

interuenientibus, meritò statutum præsummit dolum illatum cōtra minorem, ꝙ modo non fuerint dolo inductæ dictæ minores ad vendendū, ēt non
19 dicunt dicti testes, qui † plus nō probāt nisi quantū dicunt. Cur. Sen. cōs. 73. nu. mihi 19. Nihil facit ꝙ dicta bona essent modici valoris seu deuastata, quia qualiacunque essent magni momenti esse viderur ipsis pauperculis mulieribus. per gl. in ver. lumine. in l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de offi. præsi. Præterea contra dictam præsumptionem iuris &
20 de iure non valent aliquę † probationes. vt per Deci. in terminis consi. 301. sub nu. 13. vt præsupponitur in dicta dubitatione, sed respōsio datur ꝙ valeat dicta probatio in casu isto ob consensum partium habitum à contrario sensu ex scriptura dictarum attestationum, dum super 9. & 15. capitu. dicitur, non fuit examinatus de cōsensu partium, ergo super alijs fuit examinatus de consensu &c. puto hanc respōsionem clarè tolli posse. primò, quia dicta scriptura fuit facta tempore quo fiebant examinationes testium, quæ cum fiant in secreto, vt notū est, non potuerunt tunc partes adesse & consentire aliquid, ergo talis scriptura in sensu directo non probat talem consensum partium, sicut dicitur
21 hanc scripturam, † testis iuratus &c. non probare iuramentum testis. Alexan. consi. 42. circa fi. lib. 4. Lanfr. in c. quoniam contra. in princ. nu. 49. & Bal. in l. gesta. in fi. C. de re iud. vbi cōclusionem facit, verba enunciatiua actus remoti loco & tempore ad notarium vel iudicem emanata, actum illum non probare, igitur minus probat à sensu contrario. Secundò, dicere, ommissis 9. & 15. Capitulis de consensu, est sermo priuatiuus & negatiuus ex quo non resultat habitus & non summitur argumentum à contrario sensu, Bald. in l. 2. ad fi. C. de condi. inser. Deinde ex actis confectis sub die 18. Aprilis 1556. constat, quādo fuerunt inducti testes pro parte rei, & petitum fuit vt examinarentur super dictis Capitulis. quòd procurator dictarū mulierum tunc contradixit & protestatus est de nullitate, ex quo apparet expresè pro parte dictarum mulierum non fuisse consensum sed contradictum ne dicti testes examinarentur, sic per similia verba
22 † præsente & contradicente, excluditur consensus. Bart. in l. 1. versi. vltimo no. C. de relati. Felin. in c. cum in iure. col. penul. de offi. deleg. Ias. in l. admonendi. col. 10. versi. Confirmantur. de iureiuran. in 2. lectu. seu repeti. ideo dici non potest fuisse discessum ab ista contradictione, arguendo à sensu contrario dictæ scripturę, ommissis 9. & 15. Capitulis de cōsensu &c. ne inducatur absurdus & correctorius intellectus, per. not. in l. 1. de offi. eius.

Itaque firma remanet conclusio, quòd probatio non admittatur cōtra dictam præsumptionem iuris & de iure. Et consequenter non obstat quòd attentatur adhuc posse credi dictis depositionibus ex clausula visa veritate, & ex summarietate causæ per statuta de modo procedendi in causis appellationum, quia talia statuta præsertim sub rub. 9. lib. a. non sic loquuntur, sed quòd procedatur absque libello & lit. contestat. & alijs solemnitatibus &c. non propterea potest inferri & intelligi quòd non habeatur respectus ad iura ciuilia, Bart. in l. si fide-
23 iussor. §. 1. ff. mand. & probatio † non est admittenda quæ de iure non debet admitti. Soci. consi. 120. col. 7. ver. Nec ex eo. lib. 1. quod autem de iure fieri non debet est nullum. l. non dubium. C. de legi.
24 & nulla † est maior iniustitia quàm nullitas. Bellame. in decis. 343. appellans. per dictum Inno. in ca. dilecto. de appell. refert Vanti. in tract. de nullita. in prin. nu. 20. In iudicijs etiā summarijs quinimò
25 † admitti debet reprobatio dictorum & personarum testium quando præiudicium non esset reparabile. declarat Feli. in d. c. veniens. il a. col. 5. ver. Quinta conclusio. de testi. & sic denodata redditur dicta secunda dubitatio.

Ad tertium deueniēdo, dicendum est ꝙ si dictæ Actrices habuerint alios fratres, ex eis tam Iulius absens à patria ante mortem patris nunquàm rediens, nūquàm etiam possedit bona aliqua paterna, nec contrarium probatur in processu, petium terræ dimissum in hæreditate patris dictarū Actricum per primam earum positionem cōfessam per reum conuentum constat esse pluris trium pluuinarum, de quo apparet Io. Franciscum & Ludouicum fratres eum vendidisse reo conuento solum vnam tornaturam, qua dempta, cum non petitione hęreditatis dictę mulieres egerint, vt possit dici eas non posse agere nisi pro eorum portionibus hęreditarijs, sed possessorio reintegrandæ, & cōstet eas possedisse dictum petium terræ de quo litigatur, vt fatetur reus in sup. positione Actricum, & deponūt testes earum, super capitulis, & testes ipsius rei con uenti super interrogatorio tertio maximè 2. & 3. testis, & intelligitur eas possedisse in totum per gl. in ver. totum. in l. si in rem. ff. de rei vind. communiter approbatam, vt per Alex. in l. à diuo. §. si pignora. col. 5. nu. 22. ff. de re iud. ergo in totum sunt reintegrādæ in pristina earum possessione, per iam alleg. ergo in aliquas pœnas plus petentis non inciderunt, cum saltem dolo non sic petierint, nec de
26 pluri dolo cautionem exegerint † vt declarāt doct. in l. 1. de plus pet. & in c. 1. eo. & Ias. in §. si quis agens. sub nu. 2. insti. de act.

Quarta etiam dubitatio cessat, quòd imò debet reuocari particula sententiæ D. Iudicis à quo, de precio restituēdo, quia (vt dictum est) nō probatur illud fuisse versum in vtilitatem Actricum, & fuisse per eas habitum & receptum, de hoc testes examinati non deponunt, vt videre est in eorum examinibus, nisi quòd dictæ mulieres erant in necessitate ob penuriā, non propterea dicunt eas habuisse dictum precium, & non potuisse aliter prouidere necessitati famis nisi vendidissent, cum aliter possit apparere eas potuisse habere alimenta aliunde. s. d. Violantem à suo marito. & Michaelemangelā ex operibus suæ personæ famulando & inseruiendo alijs, prout fecit manēs in domo Marsilij hospitis, & probatum fuit in instantia alia appellationis, ad tradita per Corn. d. consi. 207. col. 1. lib. 3. cū, vt dictum

ctum est, non appareat maximè per d. Violantem
fuisse receptũ aliquod precium nisi per suã confes-
sionem nulliter etiam factam in dicto instrõ vẽdi-
tionis, cessat illud quod appareat ex actis & Iudex
possit supplere absq; petitione partis, q̃a ẽt in termi-
nis de q̃bus agitur requiritur oppõ partis, p text.
in l. vtere. C. de præd. minor. non possunt etiã repe-
27 ti pecuniæ † vt dicitur solutę D. Mich. Angelę, quia
non probantur versę in eius vtilitatẽ, vt dictum est
& plenè tradit Ari. Pinel. in l. 2. par. 2. n. 67. & par.
3. nu. 25. C. de rescin. ven. Nat. cõsi. 631. nu. 5. to. 3.
quæ etiam solummodo vendidit Cannas 30. terræ
& nulliter & dolo fuit inducta, vt d. statutũ decidit
contra quẽ dolũ non datur replicatio doli ꝙ ipsas
mulieres, ꝙ malè faciant petendo bona sua & non
28 restituendo precium, ꝙ non detur † replicatio doli
est tex. in l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de excep.
29 dol. & cõtra d. præsumptionẽ statuti † quæ dr̃ liqui
dissima probatio requiruntur verę & legitimæ pro-
bationes. Paris. cõs. 62. nu. 4. li. 1. facit. l. prout q̃s-
q; in fi. ff. de soluti. & l. nihil tñ naturale. de reg. iu.

Quinta & vltima resoluitur dubitatio, ꝙ circa
partes dicti petij terræ possessi per dictas mulieres
in totum vt sup. dictum est, & non apparentes per
eas venditas dicto reo conuento, res est pro Actri-
cibus extra hanc & cæteras dubitationes superius
etiam solutas; & posita est in claris, tantum enim
apparet venditio dicto reo facta per d. Violantem
de tornatura terræ aratiuæ, & per d. Mich. Ange-
lum de canis 50. terræ à grano, de terra autem vi-
neata d. petij terræ nihil apparet reo venditũ. Quo
ergo ad venditã bona per dictas mulieres dicendũ
est, primò ex quo dicta venditio ex cõtrahentium
expressione & denominatione rei vẽditæ, cępta est
30 à mensura, dicitur facta ad mensuram † & condi-
tionalis est ante factam mensurationem. Bart. in l.
Iulianus. §. si Titius. ff. de act. emp. Pau. de Cast. in
l. sicut. C. eo. Alex. cons. 8. lib. 4. & alibi per doct. &
antequàm sit facta mẽsuratio, etiã ꝙ sit secuta pos-
sessio emptoris, non esset legitima possessio acqui-
sita emptori, & potest venditor in possessione rei
venditæ reintegrari. vt firmat Alex. cons. 90. lib. 5.
repe. in cõsi. 33. lib. 6. bene faciũt scripta per Aym.
cõs. 248. col. fi. & Soci. cõs. 104. col. fi. nu. 22. li. 4.
& interim fructus vti à non domino percepti sunt
restituendi. per nó. in c. ad nostram. de emp. & vẽd.
31 & in c. illo vos. de pigno. Deinde † dicta venditio-
ne annullata ab ipso statuto, cum bona vẽdita sint
restituenda dictis venditricibus, veniunt etiã fru-
ctus, per tex. in l. si prædium. C. de præd. minor. ve-
niunt quoque in remedio restitutorio & possesso-
rio reintegrandæ. vt simpliciter tradũt Soci. & in-
distinctè in l. rem quæ. in q. pe. ff. de acq. pos. Decl.
cõs. 57. in fi. & cons. 252. sub nu. 1. & Bellame. post
Arch. & Doml. in c. reintegrãda. 3. q. 1. ita ꝙ ab ista
decisione tantorum doct. in iudicando non vide-
tur recedendũ. non inspecto qualis esset titulus seu
fides rei cõuenti, prout alleg. doct. nõ dicunt aliud
esse inspiciendum, titulus autem dicti rei conuen-
ti, quia à principio fuit reprobatus per d. statutum
efficaciter resistens & reprobans contractum mino
32 rum non seruatis solemnitatibus, nullo † modo po-
test causare bonam fidem. idẽ Balb. in d. l. Celsus.
in 4. not. nu. 20. circa fi.

Quatenus testes dicerent tunc non seruari per
omnes solemnitates statutorum, nugæ sunt, & lo-
33 quuntur sine ratione, quia statuta debent † seruari
per omnes etiam rusticos & in comitatu. per text.
in §. fin. instit. de satisdat. firmat Roma. consi. 217.
præsens casus in princ. & ante eum Bart. in l. 1. col.
pen. nu. 41. in q. 36. C. quæ sit long. consuetu. Grat.
consi. 11. nu. 11. & seq. lib. 2. Bero. consi. 124. num.
19. lib. 2. & rusticitas non excusaret reũ à fructuum
34 restitutione vbi essent restituendi de iure, quia † ru-
sticitas nõ excusat nisi in casibus expressis in iure,
Doct. in l. iuris. C. qui admit. & in l. fi. C. de iuris &
facti igno. quoad ignorantiam iuris æquiparantur
35 rusticus & mulier. l. 2. in fi. ff. de iure fis. & sic † pri-
uilegiatus contra priuilegiatum etiam non vtere-
tur priuilegio. Bart. in auc. quas actiones. de sacro
sanct. eccle. De aliquibus melioramentis non ap-
paret exceptum neque probatum, quæ saltem es-
36 sent reficienda † per not. ad Bart. in l. in fundo. ff.
de rei vindi. & per Neg. de pignori. in 4. memb. 5.
par. & Pau. de Cast. consi. 270. Viso puncto. lib. 2.
& Tiraquel. de retract. titu. 2. §. 7. per totum. Et ex
his omnes dubitationes remanent solutæ & claræ
ad fauorem dictarum mulierum, & si labor su-
perat mercedem, id & Magnifico D. Iudici &
Aduocato efficitur commune. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXL.

ARGVMENTVM.

De remedio reintegrandæ possessio-
nis, in quo vt quis obtineat quæ expe-
diant. Et de vtroque intentante tam in
possessorio, quàm in petitorio, vt sibi
in huiusmodi competat actio, quæ re-
quirantur. Et de probationibus in
vtroque remedio, plura.

SVMMARIVM.

1 Experiri in iudicio nemo potest absque actione.

*2 Remedium quo quis agit cognoscitur ex medio conclu-
dendi in petitione.*

*3 Remedio reintegrandæ vt quis obtineat, necessaria est
probatio de antiquiori possessione, qua postea absque
ipsius actoris culpa & facto peruenerit ad reum con-
uentum.*

*4 Testibus pluribus & masculis creditur quàm fœminis
& paucioribus.*

*5 Testis arguitur de falso etiam ex depositionibus testium
partis aduersæ.*

6 *Testibus in vno falsis in nullo credendum est.*
7 *Probationes cum deficiunt, consequenter deficit ius.*
8 *Possessio non cadit in parte rei incertæ.*
9 *Infans non adit hæreditatem sibi delatam, neque adipiscitur possessionem, neque pater adit pro infante, nisi expressè dicat se adire nomine infantis.*
10 *Hæreditate adita possessio non pertinet ad hæredem, nisi naturaliter fuerit apprehensa.*
11 *Possessio acquiritur nobis per nosmetipsos.*
12 *Bonorum possessio delata ex edicto prætoris est iuris.*
13 *Pater habet vsumfructum in bonis obuenitis filio infanti, ratione cuius vsusfructus dicta bona possidet naturaliter.*
14 *Filius proprietarius non acquirit possessionem ciuilem patre vsufructuario acquirente naturalem.*
15 *Vsufructuario perdente naturalem, proprietarius non perdit ciuilem.*
16 *Patre tenente bona filij materna, penes filium remanet dominium & proprietas.*
17 *Dominium & proprietas est diuersa à possessione.*
18 *Copula (&) cadit inter diuersa.*
19 *Spoliatus non dicitur qui non possedit.*
20 *Actionis nomen quo quis agat, ex qua persona, & qua forma, semper attendi debet.*
21 *Petitorio vt quis possit obtinere, requiritur vt probet dominium vel quasi.*
22 *Dominij probatio difficilis reputatur.*
23 *Testati causa facit cessare causam intestati.*
24 *Clausula (& si dicto iure non valeret) futurum tempus designat, & quid operetur. nu. 25.*
26 *Venditoris iura prosunt emptori.*

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.



Radita sunt remedia à iure nro ad perse
quendum in iudicio quod cuiq; debe-
tur, quæ dicuntur actiones, vt §. 1. insti.
1 de act. notissimi autem iuris est † in iu-
dicio absque actione experiri posse neminem. l. si
pupilli. §. fina. ff. de neg. gest. perspiciendum est igi
tur qua actione & quo remedio Floralisia agat ad
2 uersus Io. Francisc. quod quidem cognoscitur † ex
medio concludendi in sua petitione, Bart. in l. cer
ti condictio. in princip. ff. si certum peta. Ias. in §. 1.
nume. 116. institu. de act. & Deci. in consil. 136. in
princip. declarat etiam in capitulis eam intentasse
3 remedium reintegrand. poss. in quo remedio † vt
quis obtineat necessaria est probatio de antiquiori
poss. actoris, quæ postea absq; ipsius actoris culpa &
facto peruenerit ad reum conuentum, vt per Abb.
& canon. in c. cum ad sedem. & in ca. sæpe. de rest.
spol. & Alex. in consi. 6. circa. col. 2. vol. 3. & Soc.
in l. 1. quę nobis. in 7. q. prin. ff. de acq. pos. Ad pro
bationes faciendas pro parte actricis reperiuntur
examinati tres testes, qui cum dicant non remāsis
se post mortē D. Io. alios filios nec filiā nisi ipsam
Floralisiam, & illæ mulieres testes dicant Flora-
lisiam tempore mortis suę matris nondum com-
pleuisse mensem, & quinque testes & viri exami-
nati pro d. Io. Fran. dicant post mortem d. Ioannæ
superstites remansisse Euangelistam, Ant. & Lucre
tiam eius filios leg. & naturales, ac postquàm d. Io.
peperit ipsam Floralisiam vixit dicta Ioanna per
annos duos vel tres, apparet in his dict. testes
actricis falsum dicere. magis enim credi debet te-
4 stibus dict. Ioann. Francis. vt pluribus † & mascu-
lis. gloss. in versicu. in pari. in l. ob carmen. ff. de te-
sti. & c. in nostra. de test. & cap. forus. de verborum
sign. & vt affirmantibus. l. diē. §. si plures. ff. de arb.
tradit Aret. in consi. 71. diligenter. col. 2. Acceden
te enim falsi suspitione in teste negatiuam depo-
nente. iux. c. cum ecclesia. de caus. possess. & propr.
Alex. in l. 2. ff. quod quisque iur. manifestè docetur
in his d. tres testes dicere falsum per claras attesta-
tiones d. quinque testiū contrarium deponentium.
5 sic † testis arguitur de falso etiam ex depositioni-
bus testium partis aduersę, vt concludit Aret. in d.
consi. 71. col. 2. & per totum hoc sępius dicit. testi-
6 bus † quidem in vno falsis in nullo credendum es
se determinant Oldr. in consi. 37. Ad primam. Bal.
in l. si ex falsis. propè fi. C. de transact. & ibi Alex.
col. fin. Canon. in c. fraternitatis. de heret. sic esse
* com. opi. attestatur Alex. con. 53. col. 3. sub nu. 12.
lib. 7. Igitur actrici omnino videntur deficere pro
7 bationes & consequenter † deficere ius, Aym. cōs.
48. nu. 4. & in tract. de antiq. temp. in 2. par. nu. 32.
Et quatenus diceretur testes d. Io. Franci. proba
re poss. Hieron. q. asserti patris. d. Floralisiæ cum
primus testis Io. Baptist. super interrogatorijs dicat
dictum petiū terræ in parte fuisse possessum à præ-
dicto Hier. & idem dicant tertius & quartus testes
respondetur cum non dicant de qua parte dicti pe
tij terreni d. Hie. possederit, quæ sit certa ratione lo
ci & quotę, non probant aliquam possessionē, quæ
8 † non cadit in parte rei incertę. l. 3. §. incertam. &
ibi Bar. & doct. ff. de acq. poss. Quinimò in hoc di
cti testes ostendunt petium terrę petium à d. Flo-
ralisia, cum se fundet in possessione sui patris, es-
se illud & idem de quo Io. Franci. demōstrat suum
titulū, vt per instrumēta in processu exhibita, quā
uis etiam attenderetur possessio dicti Hier. non ta
men esset probata possessio d. Floralisię, vt de ea
ipsa possit dicere se spoliatam & in ea se reinte-
grādam. nec verum est eam possedisse per patrem
vt eius legitimum administratorem. Sic docetur
clarè. Ipsa Floralisia tempore mortis Ioannæ ma-
tris, vt ipsa fatetur in precibus & omnes testes di-
9 cunt, erat infans. infans † autem non adit hęre-
ditatem sibi delatā neque adipiscitur possessionem
l. si infanti. C. de iure deliber. & l. quamuis. §. 1. ff.
de acq. po. rationes sunt manifestæ. Neq; pater adit
pro infante nisi expressè dicat se adire nomine in
* fantis. vt Bar. Bal. Sali. & Ias. & cōmuniter doct. no
tant in d. l. si infanti. in princ. quod non reperitur
fuisse dictū à dicto Hier. & quia poterat possidere
dicta bona etiam filiæ & materna pro vsufructu,
iux. l. 1. C. de bo. mater. ideo non præsumitur adiis
se, vt firmat in terminis Corn. in cons. 1. col. 2. uol.
2. & si quoque adijsset, non tamen fuisset quęsita
possessio dictæ Floralisiæ filię, quia adita hæredita
te † pos-

10 te †possessio non pertinet ad hæredem nisi natura
liter fuerit comprehensa.per tex.in l.cum hæredes
11 in pr.ff.de.acq.pos.Possessio†autẽ acquiritur nobis
per nosmetipsos,vt est regu.tradita per text.in l.s.
§.adipiscimur.de acq.pos.quæ ad propositum no
strum in infante non reperitur pati exceptionẽ,nisi
per tutorem infantis, quòd acquirat possessionem
pro infante,vt est tex.in dict.l.quamuis.§.s. & in l.
donatarũ. C.eo. & per seruũ & per procuratorem,
vt ibidem per doct.non obstat tex.in l.j.ff.de bon.
infan.fur.compen.quia loquitur in bonorũ possess.
12 delata ex edicto prætoris, † quæ est iuris, vt l.3.§.
bonorum.ff.de bon.possess.quemadmodũ est adi-
tio,vt per doc.in d.l.si infanti.ratio diuersitatis in-
13 ter patrem & tutorem assignatur, quia † pater ha-
bet vsumfructum in bonis obuentis filio infanti.
d.l.1.de bon.mater.cum simil. ratione cuius vsus-
fructus d. bona possidet naturaliter. l. naturaliter.
in princip.ff.de acquirend.possess. non sic habetur
14 de tutore.Namque† filius proprietarius non acqui
rit possessionem ciuilẽ patre vsufructuario acqui-
rente naturalem,per doctr.Bart.in l.si homo. in fi.
ff.de vsucap.quam ibi comprobat Pau. de Cast.ad
ducens rationem,quòd sicut vsufructuario perdẽ
te naturalem proprietarius non perdit ciuilem, ita
eo acquirente,non acquiritur ciuilis proprietario,
15 quòd vsufructuario † perdente naturalem proprie
tarius non perdat ciuilem,tenet etiam Abb. in ca.
olim.col.5.num.12.de rest.spoli.& cum illa posses
sio Hieronymi à testibus vulgaribus probata intel
ligitur de naturali detẽtione,no. ĩ l.stipulatio ista.
§.hoc quoque.de verb.obli.& gl.in vers.possessio.
in l.1.ff.quo.bo.
16 Præterea, patre † tenente bona filij materna
iura dicunt ꝙ penes filium remanet dominium &
proprietas,vt in d.l.1.de bon.mater. & in l.2. & in
l.cum oportet.de bonis quæ lib.exinde filius ergo
17 nõ acquirit possessionem,quia † dominium & pro
prietas est diuersa à possessione,per tex.in d.l.natu
raliter.§.nihil cõmune,& demõstrat rub.ex.de ca-
18 us.poss.& propri.propter copulam (& †)quæ cadit
inter diuersa. gl.in rub. ff.de.iur.& fact.ign.Itaque
ex prędictis omnibus constat d. Floralisiam, quę
non probat aliquã suam possessionẽ antiquiorem,
nõ posse obtinere dicto remedio recuperandę pos
sess.agendo saltem ex suo spolio,& ꝙ ipsa fuerit spo
19 liata prout agit,quia†nõ dicitur spoliatus qui non
possedit.l.1.§.interdictũ.ff.de vi & vi arm.& non
potuisset agere ex spolio suę matris, quia non fuit
spoliata, sed possedit vsque ad mortẽ, & non dicit
Hieronimũ patrẽ spoliatum, neque ex suo spolio
uenit vt eius heres,sed(vt dictũ est) ex sua persona
20 & ex suo spolio caperitur, quo.n.noĩe † & ex qua
psona &qua forma quis agat semper attẽdi debet.
l.filius.§.si.ff.de inof.te. l.item.in pr.quod cuiusq;
vniuer.l.si filius qui patri. in pr, de bon.liber. l.cũ
quædam.C.de admi. tut.l. cũ vxor.ff.de iure dot.
& Ias.in l.exigendi.col.3.ver.sextò fallit.C.de pro
cur.qui alia & non d.ll.allegat.
Insuper minus petitorio potest obtinere, quia
21 † non probat aliquod dominium vel quasi, vt re-
quiritur per.l.in rem.ff.de rei vindi. & l.1.de alie-
na.Iud.mut.car.& in c.cũ ecclesia.de ca.pos.& pro
22 prie.cum simil.cuius probatio†difficilis reputatur
vt habetur in l.cum res. C.de prob.nec petitione
hæreditatis,seu quorum bonorum posse agere cen
setur,quia asseruit se possedisse & fuisse spoliatam,
vnde his modis agendi venire non potest. Bar. in
l.fin.ff.de fideic.hær.pet.Cor.in consi.254.princi-
palis.col.fi.vol.4.&glos.in c.1.de cons.in 6. Dicit
se vt hæredem Ioannæ possedisse per patrem di-
ctũ petium terreni,& tacet alios filios dictæ Ioãnæ
Euangelistam Anto & Lucret.& tacet eas fuisse he
23 redes institutos in testamento d.Ioannæ, vnde† cã
testati facit cessare causam intestati .l.e,quamdiu.
la s.ff.de acq hær.& si dicatur illud esse nullũ præ
teritione ipsius Floralisię. Respõdeo illud substine
ri per clausulam codicillarem, quæ cum sit conce-
24 pta per verbum,& si dicto Iure non valeret,†quod
futurum tempus designat, vt per Bar.in l.1.in q 3.
ff.de iure cod.Bal.in l. fin.col. pen. vers.& quæro
vtrum.C.de codicil.Corn. in consi.118. videtur,
col.pen.vol.2.Capr.in consi.106.&Dec.in consi.
342.In casu.col.fin.versi. sed respondetur.respicit
tempus quo posthumus præteritus nascitur, & te-
stamentũ in quo est præteritus posthumus facit va
lere vt codicillum, in quo venientes ab intestato
censentur rogati per fideicomissum ad restituen-
dam hæreditatem heredibus scripti in testamento
vt l.ex testamento.& ibi glos. C.de fideicomm.ita
reprobata gloss.finali.& quicquid teneat Socin.in
consi.93.volu.4.firmant Barto. Bald. Alexand. &
Ias.in aucten.ex causa.C.de libe.præter.& Bald.in
consi.36.proponitur.volu.3.dicit quòd hanc opi-
* nionem communiter tenent modern. & quòd se-
cundum eã sæpe consuluit.& Paul.de Castr.in con
si..200. Clarum est,nume.2. lib.1. & Corne. in d.
consi. 118.volum.2.& in consi.158.dict.volum.&
Capr.in dict.consi.105. idem tenet alios allegans
Dec.in dict.consi. 243.colum.2.versicu. sed breui
ter.vbi refert multos dicentes hanc esse veram &
communem opinionem. idem tenet Socin. Iuni.
in consili. 107. nume. 24. vbi dicit quòd nephas
esset ab ista opinio: ita concorditer approba-
ta recedere. Quæ opinio procedit siue scienter vel
ignoranter fuerit posthumus præteritus, vt dicit es
se magis commun.opin. Alexand.in consil. 123.di
scussis.colum.fina.volum. 1. etiam ignoranter præ.
25 terito dicta clausula † operatur,tanto magis quan-
do testator (vt in casu nostro euenisse probatum
est) post natiuitatem posthumi præteriti per ali-
quot annos superuixit & potuisset mutare testa-
mentum si voluisset,per text.in l.athletæ. §.dat re-
missionem.ff.de excusat.tuto. firmat Pau.de Cast.
in consi.271.quicquàm.colum.fina. & in consilio
55.incipiendo.in ij.part. sequitur Corn. in consil.
158.pro decisione.colum.15. & consil.244. colu.
7.volum.2.& Ias.in dict.aucten.ex causa. & quare
nus requiratur aditio hæreditatis facta à venienti
bus ab intestato,vt dicta clausula operetũ, vt innuit.
Ias.

Iaſ. in dict. auctent. ex cauſa. In fine. ſatis probatur aditio cum Floraliſia agens dicat ſe vt hęredem dictæ Ioannæ poſſediſſe, argumen. l. cum precum. C. de lib. cau. & l. mercalem. de condi. ob tur. cau. per not. in l. gerit. ff. de acquirend. hæredi. obſtat ergo dictæ actrici exceptio doli mali, cum ſit reſtituitura ſuis fratribus hæredibus ſcriptis, qui vigore emptionis & conceſſionis dotis debet reſtituere ipſi reo conuento, adeo quòd talis exceptio militat, vt per Barto. in l. ſi donaturus. §. 1. verſicu. ad fi. iſtius

26 l. no. ff. de cond. ca. da. namque eidem reo proſunt iura dictorum fratrum qui ſibi vendiderunt, vt l. emptori. C. de euict. & ſi aliquod ius cõpetat actrici pro legitima condi. l. omnimodo. C. de inoffici. teſtamen. non poteſt agere cõtra tertium poſſeſſorem, ſed actione perſonali contra hæredes, vt per Dec. in conſi. 235. in caſu. col. fi. & Mat. de Affli. in dec. 162. nume. 5. Alexand. conſi. 78. col. pen. ad fi. nu. 6. lib. 3. & conſi. 117. col. pen. nu. 18. lib. 6. Ruin. conſi. 51. nu. 6. lib. 4. Ex quibus omnibus putarem dictum Ioannem Franciſcum fore abſoluendum à petitione facta per dictam Floraliſiam, eamque condẽnandam in expenſis, &c. & ſi aliç contra d. Ioan. Franc. dubitationes oriantur, oretenus allegando eas abſoluam. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſc. Piſauren.

CONSILIVM CXLI.

ARGVMENTVM.

De debito contracto ratione ſocietatis, & chirographo ſuperinde confecto, quomodo à creditore exigi poſſit, & contra quem. Et plura de huiuſmodi ſcripturis & chirographis ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentium mens ſola in contractibus attendi debet, & quid actum ſit, & non verba ſcripturæ.*

2 *Societatis natura eſt ut ab utraque parte aliquid ponatur.*

3 *Actione duobus contra aliquem competente, ſufficit alterutrum poſſe iure agere.*

4 *Actio naturalis ſufficit in foro mercatorum.*

5 *Aes alienum quod ſocij debent ſoluere alijs non uenit in computo & ratione ſocietatis.*

6 *Renunciatio debet tam ſtrictè interpretari, vt in ea nõ ueniant niſi expreſſa.*

7 *Debitum in diem ante diem peti non poteſt.*

8 *Contractus & renunciationes ſunt ſtricti iuris. & nume. 16.*

9 *Verba debent intelligi ſecundum tempus quo proferuntur in diſpoſitione.*

10 *Verba præſentis temporis in pactis non extenduntur ad futura, & non comprehenduntur debita in diem.*

11 *Verba (teneretur & obligatus eſſet) intelliguntur de debitis puris, & non in diem.*

12 *Contrahentium verba intelligi debent ſecundum communem vſum loquendi.*

13 *Debitum cuius dies non ceſſerat non comprehenditur in quietatione generali cum verbis, vſque in præſentem diem.*

14 *Priuatio non datur abſque habitu.*

15 *Literæ miſſiuæ recognitæ probant contra ſcribentem.*

17 *Signum vniuerſale relatum ad verbum temporis præſentis intelligentiam & limitationem recipit ad actũ præſentis temporis, quò ad verba, quæ cum effectu, & pro aliquo, ſeipſo, & nomine gerentis actũ verborum ſunt accipienda.*

18 *Superflua non nocent.*

19 *Conuentio & promiſſio bis vel pluries eidem creditori de eadem re à diuerſis perſonis facta, valet.*

20 *Pactum nudum producit de iure canonico actiones & omnes effectus quos producit ſtipulatio.*

21 *Pactum nudum in curia mercatorum idem importat quod ſtipulatio, & non poteſt opponi, non interueniſſe ſtipulatio.*

22 *Participium (tolte) poſitum in chirographo, facit præſumi actum interueniſſe tempore confecti chirographi.*

23 *Præſentia cum taciturnitate habet vim taciti pacti & conſenſus.*

24 *Promiſſio & ſtipulatio pro altero facta valet.*

25 *Stipulatio pro altero facta, de iure canonico valet. ex communi.*

26 *Solutioni adiectus poteſt agere tanquam procurator eius cui adijcitur.*

27 *Scriptura ſemper loquitur, & eã acceptans poteſt agere contra ſcribentem, ſi non ſit facta per ſcribentem reuocatio de promiſſis in ipſa.*

28 *Agendo & petendo quis dicitur hæreditatem adire & acceptare.*

29 *Lex pen. C. ad exhiben. licet loquatur in depoſito, tamẽ generaliter & indiſtinctè in promiſſione de dãda mihi re mea, allegatur per doctores.*

30 *Actio & ius quæſitum alieni non poteſt ex pacto inter alios inito tolli.*

INVOCATO DIVINO SVFFRAGIO.



Abita cognitione quæſtionis vertentis inter Gabrielem & Valentinũ, pro certo & indubitato præmittẽdum eſt primo, quod ex chirographis inter eos factis & ſcriptis probatur quemlibet eorum dare debere dominæ Catherinæ Marettæ octo milliaria guanti, vt ibi (à dargli per tutto Agoſto milliara 16. de guado, cioè, milliara 8. per ciaſcun di noi &c.) Poſuerũt. n. pro capitali vtriuſq; in ſocietate bona de quibus in chirographis, cũ pacto & promiſſione reci-

ne reciproca verisimiliter inita de dando Marettę d. miliaria octo guati per quelibet eorum pro pretio rerum in socitate positarum, ut colligitur ex
1 mente contrahentiũ, quæ sola † in contractibus debet attendi, & quid actum sit, & non verba scriptura. l. in conuentionibus. ff. de ver. signi. l. nec ordo. de solut. & l. fin. C. quæ res pig. ob. pos. cũ multis simil. alleg. per Ias. in l. si tibi. in pr. col. 1. & 2. ff. si cer. pe. in quibus pactis & promissionibus verisimiliter inest stipulatio, per tex. in l. 1. C. de cont. & com. stip. & in l. sciendum. & ibi per doct. de verbo. obli. Si enim Gabriel obligatus non esset ad guatũ pro parte sua de precio dictarum rerum, diceretur nihil posuisse in societate, quod dicendum non est
2 cum esset contra naturam societatis. † vt l. societas §. 1. ff. pro soc. & hoc habito pro certo, vt supra præmissum est, videndum est, quis, an Valentinus vel Maretta actionem habeat experiundi in Iudicio contra d. Gabrielem, vt det & soluat dictam suam partem guati, cum ambo contra eum simul in iu-
3 dicio agãt, sufficit alterutrũ posse iure agere, † p ea quæ not. Bal. in l. Polla. in 3. no. C. de his qui. vt in dig. Dec. in consi. 28. col. fin. Alex. in consi. 44. nu. 4. vol. 7.

Si non adesset pactum & renuntiatio de non petendo facta inter prædictos Gabrielem & Valentinum, vt patet instrumẽto manu ser Thomæ, vtique Valẽtino daretur actio, quia validè pacisci potuit de soluendo suæ creditrici, si ea erat absens promissioni, propter suũ interesse, vt liberaretur ab ea de parte soluenda per promittentem. vt. §. ergo. inst. de inut. stipul. & l. stipulatio. §. si stipuler. & ibi per doct. de verborum obl. & cessante interesse sibi cõpeteret naturalis actio, vt per gloss. & communiter
4 docto. in d. l. stipulatio ista. §. alteri. & in l. 1. ff. de pact. quæ † sufficit in foro mercatorum. Socin. in Rub. col. 2. & ibi concor. in apostilitera E. de verborum obli.

Nihilominus defendi potest dictum pactum & quietationem ad hoc ipsi Valentino non refragari. Nam dictam quietationem fecerunt factis ad inuicem computis, vt in d. instrumento, ibi. Vnde factis computis &c. in computo autem & ratione so-
5 cietatis non venit æs alienum † quod socij debent soluere aliis, vt l. sed nec æs. & l. omne. ff. pro soci. quia quilibet soluere debet suum debitum, & nõ venit in renuntiatione etiam generali, videtur tex. reprobato ibi intellectu glo. per Bar. Bal. Pau. Cas. Ange. & communiter per doct. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. non obstant verba generalia, tam de causis prædictis quàm aliis quibuscunque, tam expressis & cogitatis quàm non, quia sunt verba ex consuetudine notariorum solita poni cum parua aut nulla consideratione & cognitione causæ partium, ideo tamẽ debet strictè interpretari renuntia-
6 tio † ut in ea non veniant nisi expressa, Dec. in consi. 379. col. 2. versic. sed tamen his. & in consil. 352. col. penul. nume. 7. & consil. 495. num. 18. in fin. & Ruin. consi. 98. in fin. lib. 1. cum cumula. concord. per Tira. in præfati. nu. 126. C. de reuo. dona.

Præterea in specie proposita inconuincibili ratione (ni fallor) ostẽdo, dictum Gabrielem contra dictum Valentinum non posse se tueri dicta quietatione & pacto. Quoniam quietatio facta fuit de anno 1545. die 10. Decembris, vt legitur in d. instrumento, & debitum guati erat soluendum per totum mensem Augusti, vt in chirographis apparet, & intelligitur de mense Augusti, post conuentiones proximè futuro. l. cum qui calendis. de verborum oblig. adeo q tempore quietationis erat de-
7 bitum in diem † & ante diem peti non poterat. l. cedere diem. de verborum signi. In instrumento autẽ quietationis post causas speciales & generales quo ad tempus sit expressa relatio & restrictio, & ad id quod vnus teneretur & obligatus esset alteri & alteri vsq; in præsentem diem, ita sumus in claris, vt i simili p Dec. cõs. 86. viso pũcto. col. 3. alle. Ang. in consi. 386. pro clariori. col. 4. & Corne. in consi. 340. colum. fi. vol. 1. facit quod dicit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5. q. in fi. de verborũ obliga. quòd non intelligatur pactum & renuntiatio de debito, cuius dies nondum cesserit. Cum si-
8 mul in contractibus & renuntiationibus † quę sunt stricti iuris. l. si domus. & ibi Bar. de seru. vrb. præd. & Dec. in d. consi. 379. column. 2. propriè & strictè sunt accipienda illa verba (teneretur & obligatus esset) & cum effectu vt possit tunc exigi ab inuito, vt l. debitor. & ibi glo. de verb. sign. & intelligi de-
9 bent † secundum tempus quo proferuntur in dispositione. l. in delictis. §. 1. ff. de nox. act. l. si ita legatum. de aur. & argen. leg. & l. Titius. de mili. testament. cum simil. Tempore autem dictæ quietationis paciscentes non tenebantur ad dationem guati, & non erant obligati propriè & strictè, secundum glos. in dict. l. debitor. ergo ad obligationem guati tunc in diem non se extendit renuntiatio & pactum de non petendo ad inuicem factũ propter expressam dictionem vsq; in præsentẽ
10 diem, & quia aliàs † in pactis verba pñtis tpis non extenduntur ad futura & non comprehẽdunt debita in diẽ. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. l. si à colono. & l. cum stipulamur. de verb. obl. & l. si ita scripsisset. de. leg. 2. vbi est tex. in legato, licet in eo fiat larga interpretatio, & super his iuribus firmãt Bart. Alex. & doct. res autem nostra videtur clara ob dictã dictionem expressam, vsque in præsentẽ diẽ, & cessant omnes limitatiões traditæ per Ias. in d. §. cum stipulamur. cum pręsertim appareãt aliæ obligationes & societatis & negociorũ habitorum inter dictos paciscẽtes ante diem quietationis, ad quas cõmodè potest referri quietatio. Confirmatur hoc, q ratio & causa, qua motus est Valentinus ad quietandum, fuit, quia, Gabriel promisit soluere creditori d. Valen. scn. 28. pro residuo, & toto eo q dictis de causis teneretur & obligatus
11 esset ipsi Valentino, pariter d. verba † teneretur & obligatus esset, intelliguntur de debitis puris & nõ in diẽ, p d. l. si stipulatus fuerim. §. cũ stipulamur cũ alijs s. alleg. & debitis persoluẽdis & dandis ipsi Valentino & non alteri personę, prout est d. debitũ

guati

guati, quia talis est cõmunis vsus intelligendi, se-
12 cundum quem † verba contrahentiũ intelligi de-
bent.l.librorum. §.qđ tamẽ Cassius. de leg.3.& c.
ex literis.de spon.& quis presumitur de creditis &
gestis suis pro se & noĩe suo tractare & intelligere
& non pro alijs.ar l.& magis.ff.de solut.& not.per
Bar.in l.Titium§.altero.nu.2.ff.de admt.tu. & per
Pa.de Ca.in l.certi condictio.§.1.nu.12.si cer.pe.
Vnde verba quãtuncũq; vniuersalia restringuntur
vt non comprehendant hoc debitum guati alteri
dandi, & cuius dies tunc non cesserat, cui quidem
debito p̃dicto vt s̃.nõ adaptatur dicta causa quie-
tationis. in d.instrumento expressa, per casum.l.cũ
pater.§.dulcissimis.& ibi.Bar.de leg.2.& arg.l.si is
qui.ff.de his q.vt ind.& in proprijs terminis ĩ quie
13 tatione generali † cũ dict.verbis, vsque in præsentẽ
diem, non comprehendi debitum, cuius dies non
cesserat, quietatum, comprobat Ang.in consi.189.
Visa dicta quietatione, quem sequitur aliqua
ex prædictis allegando Aret.in consi.158.Verum
est.col.4.idem probat Rui.consi.137.col.7.n.15.
lib.2.& Dec.consi.86.col.3. circa med.

Nec Gabriel se defendere põt dicendo socie-
tatem non fuisse deductam in esse, q res nõ fuerint
descri.in chirographis, vt in eis dicitur, & q dictas
res Valentinus habuerit subpignoratas hebreis Vr
bini. quia respondetur q Valentinus habuit paleã
& Gabriel granum.s.pecunias & alias res, vt aliqua
liter constat ex processu sufficienter ad hoc infor-
mante Dominos Iudices, societatem autem fuisse
sequutã inter eos probat dictum instrumentum
14 quietationis, priuatio enim nõ datur † absque ha-
bitu.l.decem.de verb.obli.& probant literæ ipsius
Gabrielis sub die.27.Octobri.1545.scriptæ ad
Valentinum existentem in nundinis Rachaneti ad
15 vendendas res societatis, quæ recognitę † contra
eum probant.l.Publia.ff.depos.cũ simil.alleg. per
Paris.consi.45.in in pr.lib.1.& consi.73.col.3.nu.
23.lib.3.hæc tamen non faciunt ad liberandum
ipsum Gabrielem à solutione suæ portionis debi-
ti guati, quia non sunt de comprehensis in titu.
inst. qui.mod.tollitur obli.& sic quoad personam
Valẽtini agentis pro Maretta res videtur in tuto.
Obiectiones verò, quę forte fieri possent ob dictio
nes vniuersales, qũocunque & qualitercunque &c.
16 cessant, quia sumus in materia renũtiationis † & cõ
tractus quæ est restrictiua.l. quicquid astringendę.
de verb.obli.& d.l.si domus.& per Dec.in consi.
supra alleg.& remouentur propter dicta supra in
confirma.facta ob causam quietationis, presertim
per dicta & adducta per Are.in d.consi.163.col.4.
& in specie vbi erant verba similia & magis vniuer
salia, idẽ firmat Ang.in d.consi.189.propter ver-
ba vsque in p̃ntem diẽ apposita, quę declarant ani
mum quietãris, q ad illas extendere noluit quarũ
dies non cesserat.ita Ange. ibi inquit, facit quod
dicit Bart.in l.1.§.nuntiatio.colum.2.versi.venio
17 ad quædam.de no.ope.nun.quòd signum † vniuer
sale relatum ad verbum temporis præsentis intelli
gentiã & limitationem recipit ad actum præsentis
temporis quoad verba quæ cum effectu & pro ali
quo seipso & nomine gerentis actum verborum
sunt accipienda, vt superius dictum est, & per termi
num restrictiuum restringuntur verba generalia,
Bal.in l.pactum.col.3.in 17.quæst. C.de collat.

Quamuis inquirere de alia actione ex persona
Marettæ per supradicta superfluum videatur, tamẽ
18 cum dici soleat † superflua non nocere.l.testamen-
tum.C.de testamen.& vt omnis scrupulus penitus
auferatur, iuxt.l.3.C.de inter.matr.Superest igitur
nos pertractare, quatenus Valentino deficeret a-
ctio, an Marettæ actio aliqua competeret, puto de
nique competere, in primis propter duo.s.q Marec
ta prius validè pro toto guato obligatum habebat
Valentinum, vt in chirographo Valentini legitur,
& q in conuentionibus de quibus agitur in chiro-
graphis Gabrielis & Valentini non leguntur illę
solemnes stipulationes & factæ pro & nomine al-
terius, Præmittenda sunt duo. Primum, q conuen-
19 tio † & promissio bis vel pluries eidem creditori
de eadem re à diuersis personis facta valet. l. cum
qui.§.pen.not.Alexand.in 1.not.& Ias.in 5.limit.
in l.qui bis.de verb.obli.quia nostra interest habe
re plures obligatos, inst.de fideius.in prin.& habe-
re plures actiones, Dec.in d.l.certi cond.§.si num-
20 mos.nume.16.ff.si certum pet. Secundum, q † pa-
ctum producit de iure canonico seruando in terris
Ecclesiæ actionem & omnes effectus quos produ-
* cit stipulatio, secundum commu.opin.doct.de qua
per Alexan.in consi.17.nume.8.volum.2.& in cu
21 ria mercatorum, † etiam pactum nudum idem im
portat, quod stipulatio, & non potest opponi, non
interuenit stipulatio, secundum Bart.in l.Quintus.
ff.mand.& Ias.in l.lecta.col.8.versi. quartus casus.
ff.si cer.pet.vbi dicit in curia mercatorum & inter
mercatores non esse curandum de vebis, & Salyc.
in l.non codicillũ. colum.pen.versi.primo casu. in
fi.C.de testam.dicit in mercatoribus spreta forma
& apicibus iuris solum attendendum, q fuerit ani
mus obligandi, his præmissis, plures occurrunt ra-
tiones, quibus vel saltem iunctis liquet Marettam
posse iure agere contra Gabrielem.

Prima est, q omnes tam ipsius Marettæ contra
Valentinum quàm alij societatis chirographi con
fecti fuerunt in eodem loco Pisauri de eodem an-
no 1545.sub eadem die 8.Octobr.& ab eisdem te-
stibus subscripti, adeo q incontinenti unus chiro-
graphus videtur factus post alium & cõtemplatio-
ne alterius, per regulam traditam per Bald.in l.pe
tens.colum.pen.C.de pact.& Corn.in consi.36.li
tera N.vol.2.cum multis simil. allegatis per Deci.
in l.certi condictio.§.si nummos.nume.14.& seq.
ff.si certum pet.quia quæ fiunt incontinenti viden
tur inesse.l.lecta.ff.eo. quam contemplationem &
successiuam proximitatem ostendit chirographus
societatis, ibi.(di vno scritto & robbe tolte da Ma
donna Catarina Maretta, &c.)quia hoc participiũ
22 † (tolte) facit præsumi interuenisse actum tempore
confecti chirographi, Bart. in l.post dotem.col.4.
in 1.quæst.ff.solu.matr. Alex.in consi.2.nume.18.
volu.

volumi.4.& sic Maretta præsumitur fuisse præsens dictis chirographis societatis, per gloss. in versicu. inter præsentes. in l.1.C.de contra.& comit. stipu. quam ibi Salyc.& doct. sequuntur, & in chirographis verba exequutiua, vt ibi. (à dargli per tutto Agosto migliara 16.de guato, cioè migliara 8. per ciascun di noi &c.) cum dirigantur in Marettam iuxta not. per Alexand.& doct. in l.1.ff.de pact. præ-
23 sentia† Marettæ etiam tacentis habet vim taciti pacti & consensus. Ale.in consi.113.nume.15.vol.6. & gloss.& doct. in l.filiusfamil.§.inuitus. ff.de procur. ergo ipsa acquisiuit actionem ex pacto contra paciscentes dare sibi guatum.

Secunda est, quatenus Maretta non interfuerit chirographis, quòd promittentes adinuicem promiserunt dare æquales portiones guati Marettæ, & si ex parte promissorum nō legantur verba obligatiua vel impersonalia sint, & appareāt verba exequutiua (vt dixi) directa in Marettam, valet tamen
24 promissio † & stipulatio pro altero facta, vt post Imo. Cum. Roma. & Alexand. indubitanter tenent, dum firmat Ias. in l. stipulatio ista. §.si stipuler. col. 4. ver. tertius modus. de verbo. obligati. Cum talis sit inridicus intellectus, secundum quem intelligi debent statuta Pisauri, vt statuto cauetur, rub.19. in additionibus. Habemus ergo statutum Pisauri in 2.lib.rub.83. in effectu & in sui ratione compræbēsa, mandans quem posse absque cessione agere ex stipulatione & promissione per aliū facta pro agente, aliter non instando super verbis d.statuti, sat est ꝙ corrigit ius commune, in d.l. stipulatio ista. §.alteri.& d.§.si quis alij. institu. de inut. stipu. & valet. vt per Ange. in consi.73. Alexand. in consi.63. colu.fi.vol.4.& Deci. in d.l. certi condictio. §.si nummos. nume.3.

25 Tertia, ꝙ de iure canoni. multi doct. tenēt † pro altero stipulationem valere, per gloss. in cap. quoties.1.q.7. vt per Ange. in l.1.ff.de pact. Aret. in §. alteri. inst. de inuti. stipu. dicit hoc communiter dici, & Feli. in c.si cautio. col.6. de fide instr. Alexā. in consi.91.nume.5. volum.4.& Soci. in regu.470. in 5.fallen. quādo præsertim est geminata, vt in re nostra in duobus scriptis, per ea quę latè cumulat Fel. in d.c.si cautio. col.10. in vlt. fall.

Quarta ratio adducitur, quòd Valentinus contrahendo societatem cum Gabriele super rebus ꝑ eum etiam prius acceptis à Maretta habebat Gabrielem obligatum sibi ad soluendum milliaria octo guati pro medietate precij dictarum rerum, paciscendo ergo Gabriel cum Valentino de dando Marettæ, videtur Maretta adhibita solutioni tā
26 quàm procuratrix Valentini, †. & potest agere, per l.si cum Cornelius. & ibi Bart. & Pau. de Cas. ff. de soluti. & Barto. in l.2. in fine. ff. de pact. vel verius cum Maretta sit creditrix Valentini eiusdem rei habet actiones negociorum gest. ratum habendo, secundum Bald. in l.3.C.de contrahen.& commi. stipulatio.

Quinta, quòd solum fundamentū est Gabrielis, quòd Maretta non fuit præsens conuentionibus per eum factis cum Valentino, sed refutatur, quia tales conuentiones fuerunt per paciscentes factæ & redactæ in scriptura per eos confecta, vt in chirographis, ibi. (per il præsente scritto, &c.) adeo ꝙ
27 talis scriptura † semper loquitur Abb. in c.1. nu.8. de lit. conte. & peruenta ad manus Marettæ, ipsa videns in ea aliquid sibi dandum etiam ex interuallo potest acceptare & agere ex ea contra scribentes & promittentes, præsertim non facta reuocatione prius per scribētes de promissis in tali scriptura, vt per Alexand. in consi.113. nume.16. cum sequen. versicu. præterea scriptura. vol.6. & in consi.91. colum.1. volum.4. quod verum est in qualibet scriptura etiam si non sit epistola vel liber rationum, secundum Paul. de Castr. in l. nuda. ff. de donat. vbi etiam dicit quòd sufficit quandocunq; perueniat ad absentem. Agendo enim contra Gabrielem dicitur acceptasse & rata habuisse contenta in tali scriptura & respicientia eius fauorem, per
28 l.Paulus. ff. rem. rat. hab. quemadmodū agendo † & petendo quis dicitur hereditatem adire & accepta re. Ias. in l.licet. C.de iu. delib. & Are. in cons.136. in principio.

Sexta allegatur ratio, ꝙ prius Valentinus tenebatur dare totum guatum Marettę, quæ habens actionem videbatur illud habere, per l. qui actionem. de regu. iur. Ideo ex pacto aliorum de dando sibi rem suam, quæ durat sua ipsi Marettæ contra promittentes acquisita est vtilis actio, per l.penult.
29 C.ad exhib. † quæ lex licet loquatur in deposito, & per Bar. sit exemplificata in procuratore, tamen generaliter & indistinctè in promissione de dāda mihi re mea allegatur per doct. vt per. Ias. in d.l. stipulatio ista. §.si stipuler. col.6. super 5. fall. tradita per Barto. & Ioan. Fab. in dict. §.si quis alij. versicu. in ea gloss. & Rom. in consi.86. viso quæstionis. circa finem. faciunt adducta per doct. in dict. l. certi condictio. §. quoniam. & §.si nummos. Quæ actio &
30 ius quæsitum ipsi Marettæ † non potuisset tolli ex pacto & quietatione facta inter dictum Gabrielē & Valentinum, Bald. in l.si constante. C.de do. ante nupt. Alexan. in consi.27. volumi.3 Soci. in consil.137. circa. fin. volum.1.& consi.91. nu.7. vol.4. cum simil. & hæc sufficiant.

Oportet itaque ex prædictis nos concludere Gabrielem, si non vni, alteri tamen obligatum esse, & sufficit (vt superius dixi) alterutrum ex ipsis agentibus contra eum habere actionem. Condemnandus est igitur Gabriel reus conuentus ad dandum & soluendum petita per Hanibalem procuratorem agentium, vnà cum expēsis, quia temerè litigat contra propriam promissionē & obligationē de dando suam portionem guati Marettæ, cui solutionem factam per ipsum de guato prædicto nec allegat nec probat. Siquidem Iudex essem ego, ita iudicarem, & id me facturum crederem & iure & æquitate, & recta bonaque (vt dicunt) conscientia. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CON-

CONSILIVM CXLII.

ARGVMENTVM.

Alimentorum præstitorum materia latè discutitur circa eorum repetitionem.

Quantitas impensarum petitarum qualiter probetur.

Liber rationum an & quomodo probet contenta in ipso.

Communio inter fratres ex quibus præsumatur & probetur, & quæ veniunt in diuisione inter ipsos fienda.

Et qualis in præmissis sit arbitrorum potestas.

SVMMARIVM.

1 *Potestas in procedendo de iure et de facto à partibus attributa importat vt possit manu regia procedi omissa omni solemnitate ciuili.*
2 *Processus totus fieri potest consensu partium sine solemnitate.*
3 *Arbitrium habens de iure & de facto potest credere testibus non plenam sed persuasiuam rationem reddentibus,*
4 *Arbitri æquitati potius quàm rigori inhærere debent.*
5 *Societas non præsumitur contracta inter fratres, si sit vnus minor, propter impedimentum minoris ætatis.*
6 *Societas contracta non dicitur quando in communi nō sunt posita aliqua lucra.*
7 *Societas ex quibus coniecturis remoueatur.*
8 *Bona possunt esse communia absque societate.*
9 *Alimenta præstita an repeti possint.& nu. 15.*
10 *Impensa pro fratre animo donandi facta videtur.*
11 *Frater fratrem alere tenetur. declara vt nume. 16.*
12 *Mater intra triennium filium alere tenetur, & interim alimenta, etiam si fuerit protestata non repetit.*
13 *Animus præsumitur talis qualia sunt verba vel facta.*
14 *Liber rationum confectus de expensis probat.*
17 *Pauper non præsumitur donare.*
18 *Pater non tenetur alere filium qui suis operibus possit sibi victum lucrari.*
19 *Liber rationum probat quantitatem expensarum.*
20 *Alimenta possunt arbitrari & taxari inspecta ætate persona,& pretia rerum tempore variantur.*
21 *Liber rationum cum attestationibus testium adminiculantibus & verisimilitudinem facientibus talem qualis mouere potest arbitros ad sic credendum,plenè probat.*
22 *Affines inducentis admittuntur ad probationem eorū quæ domi facta fuerunt,& verisimiliter per alios sciri non possunt.*
23 *Testium numerus supplet eorum defectum.*
24 *Affectionis paritas tollit suspitionem à teste.*
25 *Diuidere volens bona communia tenetur reficere portionem suam expensarum ab alio factarum in ipsis bonis.*
26 *Funeralia matris imponuntur hæredibus.*
27 *Expensa facta in funeralibus probantur per librum rationum & per iuramentum.*
28 *Actio hypothecaria requirit quòd bona petita sint in bonis eius,qui asseritur obligatus.*
29 *Bona aliena non possunt obligari.*
30 *Pronomina possessiua (meum & suum) important dominium vel quasi.*
31 *Argumentum validum est à contractibus ad vltimas voluntates.*
32 *Retentio procedit quando creditor sciuisset rem obligatam esse alienam.*
33 *Actio in rem non datur nisi sit obligata res testatoris.*
34 *Testator non potest plus in legatarium transferre quàm ipse habeat.*
35 *Intentionis sua fundamentum non probans succumbit.*
36 *Demonstratio inducitur per relatiuum iunctum verbo præteriti vel præsentis temporis.*
37 *Verba enuntiatiua per modum demonstrationis prolata non disponunt.*
38 *Voluntates defunctorum non enuntiatione sed dispositione seruanda sunt.*
39 *Inuentary verba etiam narratiua inter partes probant.*
40 *Fratres domum communem possidendo,videntur communiter possedisse bona in ea existentia & reperta.*
41 *Frater de gestis per eum in re communi debet fratri rationem reddere.*
42 *Perceptum ex re communi debet communicari.*
43 *Fratri sæpe grauius est sua lucra ad fratrem quàm ad extraneum peruenire.*
44 *Liber rationum probat contra tenentem illum.*
45 *Veritas semper quærenda est.*
46 *Iuramento partium standum est in his de quibus testes verisimiliter haberi non possunt.*
47 *Compensatio ipso iure fit debiti ad debitum.*
48 *Sententia arbitrorum in summa excedente,facta compensatione,valet.*

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.



T clarius pro tenui facultate mea consulam Arbitris de lite inter Q. & C. fratres dirimenda, vtque dubitatio aliqua ob processus defectum insurgens remoueatur, præmitto ꝙ eorum potestas de iure & de facto

facto in procedendo à partibus attributa importat
1 vt potuerit manu regia procedi † omissa omni so-
lemnitate ciuili, iuxta l.2.in princip. ff.de orig.iur.
per ea quæ dicit Bar. in extrauag. ad reprimendũ.
in vers.videbitur. prope fin. Angel.in consi.367.in
quæstione.col.pen. & Roma.in consi.149.versicu.
Quantum autem.& Socin.in consi.12.col.2.lib.1.
2 consensu enim partium † absque solemnitate totus
processus fieri potest, vt Zab. inquit in clem. sæpe.
col.1.in fi.de verb.sign.& Bar.in auct.offeratur.in
fi.C.de lit.cont.testibus etiã, non plenam, sed per-
suasiuam rationem reddentibus credere potest, ha
3 bens † arbitrium de iure & de facto, tenet Bald.in
l.solam. circa fi.C.de testi.quem refert Aret. in cõ
sil.126.in causa dominæ Antoniæ.sub vers.præte-
rea ẽt si hoc non sit notorium &c.& Dec.consi.54.
col.2.ad fin.Secundò æquitati potius quàm rigori
4 † inhęrere Arbitri debent.secundùm Ang.in con-
sil.305.in quæstione.facit quod scribit Soc. in con
sil.4.in fi.lib.1.in consi.263.col.3.lib.2. & text.in
l.placuit. C.de iud.& in l.si fideiussor. §. quædam.
ff.mand. cũ vulg. postremò inter dictos fratres nul
la apparet societas contracta, qua existente vel nõ,
in huiusmodi materia multifariam casus variantur
diuersaq; doct.consulentium leguntur responsa, vt
ait Pet.de Anch.in consi.311. materia de qua agi-
5 tur.in princ.non fuisse societatem † inter ipsos fra-
tres constat propter impedimentum minoris æta-
tis C.per ea quæ dicit Bar.in l.Titium.§.altero.ver
sic.ex prædictis.ff.de adm.tut. & in l.cum duobus.
§. Papinianus. ff. pro soc. & si eo adulto effecto &
sine curatore existente contrariũ procedere videa-
tur. per l.si curatorem. C.de integ.rest.min.vt limi
tat Alex.in consi.49.maturè.col.3.vol.1.quem re-
fert Ias.in l.1.col.3.C.qui test.fa.poss.tamen dicen
dum est non esse inter eos contractam societatem,
6 † cum non appareat eos in communi posuisse ali-
qua lucra.arg.l.1.in fi.ff.pro soc.& C.petat sibi ra-
tionem reddi de salarijs, & ipsum à principio fuisse
pupillum & compura exhibeantur quibus Q. cre-
7 ditorem & debitorem se facit, quæ † quidem sunt
coniecturæ societatem remouentes, vt volunt Bar.
in d.§.altero.& Bal.in l.si patruus.col.pen.C.com.
vtr.iud.& Pet.de Anch.in consi.31.Quia quæstio.
& Dec.in consi.21.Viso puncto.col.2. Ideo nullus
eorum deducit vel allegat fuisse societatem inter
eos, neque nos dicere debemus.argu.l.si seruum.§.
non dicit.ff.de acquit.hære.& l.pen.si quis à pa.fu.
man.& l.ventri.ff.de cur.& tut.dat. ab his. cum si-
mil. Nam secundùm allegata & deducta iudican-
dum est l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præsi.sed in-
8 tendunt diuidere bona communia † quæ possunt
esse absque societate.vt l.2.ff.com.diuid.& §.item
si inter aliquos.instit.de obl.quæ ex quasi contr.

His breuiter præmissis, toto processu perspecto,
9 principale dubium exoritur. An alimenta † per Q.
C. præstita ab eo repeti possint, prima quidem fa-
cie videtur dicendum, quòd non, quia ratione san
guinis & pietatis intuitu videntur collata, vnde ea
donata de iure præsumuntur.per l.vtrum.ff.de do-
nat.inter vir.& vxor.& l.ex duobus.in fi.ff.de neg.
10 gest. & impensum pro fratre † animo donandi fa-
ctum videtur tenere Alex. in l.si negocium. in fin.
C.eo.& latè firmat Dec.consil.628.col.fi.nu. 6. &
Cęphal.consi.94.nu. 17. præterea satis vrget quòd
11 † frater fratrẽ alere tenetur, vt firmat gl. & ibi Bar.
in l.si quis.§.vtrum.ff.de lib.agn.& gl.in l.1.C.de
alen.lib.& Ioã.Fab.Ang.Aret. & Ias.in versi.sed &
si quis. institu. de act. non releuat ergo protestatio
seu liber rationum de expensis confectus, vt repeti
tio detur iuxta l.Nesennius.ff.de neg.gest. sicut ha
12 betur de matre † quę intra triennium filium alere
tenetur, & interim alimenta, etiam si fuerit prote-
stata, non repetit.secundùm Glo.in l.alimenta. &
ibi scriben.& Alex.in l.1.C.eod.

Verum his non obstantibus contrarium puto te
nendum, quòd Q.expensarum pro C.factarum re-
petitio dari debeat. & moueor, quòd iura præsu-
munt impensas fratri præstitas animo donandi, ra
tione sanguinis ac pietatis intuitu d.l.ex duobus.&
13 l. verũ. animus † verò præsumitur talis qualia sunt
verba vel facta, vt inquit Oldr.in consi.53.col.2.&
Bal.in l.sed & reprobari.ff.de excus.tut.& in l.& in
epistola.in fi.C.de fideicom.& Alexã.consi.1.col.
pe.in fi.sub nu.39.lib.3.Sed animus dicti Q. quòd
non fecerit dictas expensas vt donaret; sed vt repe-
tere posset, probatur per suum librum rationũ, quẽ
14 de dictis expensis confecit, qui † hoc plenè probat
secundùm Bar.& Bal.in d.l.Nesennius. per tex.ibi
maximè si etiam in ratione impẽsarum &c. & Bar.
in l.si paterno.C.eo.ita huiusmodi repetitionẽ ex-
pensarum fratri dandam in terminis libri impensa
rum retenti & conscripti consuluit Dec. in d.cons.
21.col.pen.vers.sed his.comprobat isto casu, etiam
si impensa esset modica. Menoch.de arbit. iud.cas.
88.num.26.lib.2.cent.1.& Grat.consil. 128.in fin.
libro primo.

Non refragantur in contrarium allegata, quia
15 locum sibi vindicant in dubio, † cũ per protestatio
nem vel librum priuatum rationum vel alio modo
non constet de animo repetendi, vt respõdet Dec.
in d.consi. Ad id autem quod dictum est, teneri fra
trem fratri alimenta præstare, & per hoc protesta-
tionem seu librum rationum non releuare, respon-
16 deo, quòd frater diues † cogitur alere fratrem ino-
pem, vt dicit Ang. Aret.in §.prin.inst.de iure natu.
& doct. dicunt in contrarium allegati non sic dicẽ
dum est de fratre paupere, prout est ipse Q. quia pri
ma charitas incipit à seipso.l.præses.C.de ser.& a-
17 qua & pauper † non præsumitur donare à cõtrario
sensu.glo.in l.sed si ego.§.1.ff.ad Velle. & in l.vxo
ri.§.fin. de leg.3.& maximè quando impensæ non
sunt paruæ, vt per Corn.consi.214.col.fi.libr.4.re-
fert & alios concordantes Aymo cons.86.num.2.
Secus est etiam de fratre sibi valente victum quæ-
rere, vt se fuisse talem ipse Cornelius fatetur, quia
18 † imò pater non tenetur alere filium, qui suis ope-
ribus possit sibi victum lucrari. d.l.si quis. §. sed si
filius.de liber.agn.præterea dicti fratres habebant
auiam, de qua, cum idem disponatur prout de ma-
tre,

ære, vt nota.in d. l. Nesennius. ad ipsam priusquam
ad dictum Q. spectauit onus alendi dictum C. per
ea quæ tenet Alex.in d.l.alimenta.in fi. Quæ auia
etiam poterat excusari ab onere alendi ipsum C. si
bi valentem suis operibus victum quęrere.per d.§.
sed si filius. ne dicatur contra ipsam seu eius hære-
ditatem pro dictis expensis Q. competere actionē,
iuxta not.in d.l.alimenta.

Qua cōclusione firmiter retenta, quęrendū est,
quantæ sint dictæ impensæ, quarum quantitas qui
dē cognosci potest de annis qui descripti sunt per
19 dictum librum rationum † qui earum quātitatem
probat: secundùm Bald.in d.l.Nesennius.in addit.
seu apostilla.& Bart.in l. 1.§.officio. ff.de tu.& rat.
dist.vbi loquitur de libro tutoris probante,& quia
emit carnes & similia parua, quibus summaris &
cognito quanti essent in familia dicti Q. & C. de
facili habebitur rata, quæ per C. ipsi Q. reficienda
20 & restituenda sit, vel etiam quia † alimēta possunt
arbitrari & taxari inspecta ætate psonæ, vt l.cū hi.
§.modus.ff.de transact.& l.hæreditatum.ff.ad leg.
Falci. & pretia rerum tempore variantur. l. pretia.
§.fi.ff.eo. possent arbitri habito respectu ad perso-
nam ipsius C.& ad tempora quibus alitus fuit, qui
bus etiam fuit absens pro seruitijs Cæsaris Floren
tini, taxare & arbitrari quantum pro eo potuis-
set expendere dictus Q. pro quolibet anno, dedu
cto vino & grano recollecto ex vinea eorum auiæ,
quod pro parte sua ad C. etiam spectabat ea viuen
te, stante obligatione alimentorū filiorum vel ne-
potum, secundùm d.l.si quis.§.1. extractis tamē ex
pensis per d.Q. ad d.vineam factis, per regu. l.fru-
ctus.ff.sol.mat. Tempus verò quo fuerunt præstita
dicta alimēta probatur fuisse octo annorum, cum
testes pro Q. examinati deponant à tempore mor-
tis eorum matris vsquequo C. accepit vxorem ip-
sum fuisse alitum à Q. & dictum tempus apparet
21 descriptum in libro d. Q. qui † cum attestationi-
bus dictorum testium adminiculantibus & verisi-
militudinem facientibus talem, qualis mouere po
test arbitros ad sic credendum, plenè probat vt l.in
strumenta.C.de proba. & l.indicia. C.de rei vind.
Dec.consi.510.col.1.nu.2.Aymo consil.75.col.5.
nu.23.& consi.275.nu.8. licèt contra dictos testes
opponi posset, quòd sint affines inducentis, ideo
non maiores omni exceptione, iuxta l.3. ff.de rest.
& l.2. C.eod.cum vulg.nihilominus cum probent
ea quæ domi facta fuerūt. & verisimiliter per alios
22 sciri non possunt, vtique † ad probationem admit-
tendi sunt.l.consensu.§. super plagijs. C.de repud.
not.Bald.in l.lex quæ.C.de admi.tuto. & alibi per
23 doc.præterea numerus † dictorum testium supplet
eorum defectū, per plenissimè cumulata ab Hypp.
de Marsi.in suo consi.68.nu.29 Domina Ludoui-
ca vna ex testibus eorum auia ob paritatē affectio-
24 nis † non censetur suspecta.l. pen.§.1. ff.de rit.nup.
Secundò C. volens diuidere, & consequi tertiam
partem domus & bonorum mobiliū inter eos cō-
25 munium tenetur † reficere Q. tertiam partem ex-
pensarum per eum factarum in dictis bonis, per l.
4.& l.in summa.ff.com.diui.& l.filię.C.fam.ercis.
26 & factarum in funeralibus eorum matris, quę † im
ponuntur hæredibus.l. si quis sepulcrum. §.prætor
ait.ff.de relig.& sumpt.fune. Quarum expensarum
quantitas stantibus testimonijs d. dominæ Ludo-
uicæ & dominæ Magdalenæ de eis deponentium
27 probatur † per d.librum rationum. d.l.instrumen-
ta.& facit dictum Bar.in d.l.j.§.officio.& per iura-
mentum eidem Q. deferendum, vt petit.iuxta not.
in l.admonendi. ff. de iureiuran.facit quod scribit
Dec.in l.in actionibus.col.5.sub nu.13.ff.de in lit.
iur.& in l. fi.C.de eden.vbi alleg.Rayn.de Forli.in
l.j.ff.eo.de in lit.iur.& quod idem probat d.consi.
510.nu.2. & Mars.in singu.322.vbi habetur, quòd
probato debito impensarum circa alimenta per li-
brum & testes prædictos, quantitas probatur iura-
mento creditoris, firmat & Alex.cons.69.col.pen.
sub nu.7.lib.2.& Boer.decis.243. ad fin. & quò ad
alias expensas & res petitas à dicto Q. arbitri de
earum veritate, vt infra perquirant.

De florenis quinquagintaquinque quos Q. sibi
vt hæredi ex testamento dictæ suæ auiæ deberi as-
serit, vt relictos per Sanctem Gnagni eidem auiæ
in testamēto super casalino & horto & alijs bonis
mobilibus, dicendum est ipsum Q. non posse eos
consequi super camera, cortile, andata & caneua vt
petit. Quoniam Q. vt hæres dictæ suæ auiæ dicens
dictos florenos 55. esse super dicta camera inferio
ri,& eam velle retinere pro se, donec ei dicta pecu
niarum quantitas à C. soluta fuerit. Aut intēdit di
ctam cameram pro dicta pecunia esse sibi obligatā
iuxt.doctr.Bar.in l.fundus.ff.de an.leg. Aut inten-
dit eam esse suam vt suæ auiæ pro dicta pecunia re
lictam & legatam.

Et primo casu, cum nō apparent dicta bona fuis
28 se in bonis Sanctis testatoris, † vt requiritur in a-
ctione hypothecaria, secundū Bar.in l.rem alienā.
ff.de pign.act.& in l.& quæ nondum.§.quod dici-
tur.vbi tex.ff.de pign.non potest obtinere, per reg.
29 l.qui accusare.C.de edē.ratio est, quia † bona alie-
na non possunt obligari.l.2.& l.aliena res. ff.de pi
gnor.act.& toto tit. C.si ali.res pig.data sit.præser
tim testamento, probat text.in l.j.ibi.cum enim iā
hoc iure nostro increbuit, licere testatori hypothe-
cam rerum suarum.&c. C.com.de lega.& in l.Lu-
cius.ibi.obligatos.&c.ff.de ali.& cib.leg.pondero
30 ibi, pronomina possessiua † mea & sua, quæ impor-
tant dominiū vel quasi.vt l.Quintus.§.argento, &
§.cui legatum.de auro & arg.leg.& l.non solùm.§.
j.ff.de rei vind. si enim pacto & contractu inter vi
uos hoc fieri non possit.d.l.res aliena, neque etiam
testamento fieri permittitur, à contractibus ad vlti
31 mas voluntates arguendo † quod validum est.vt l.
seruum filij.§.cum qui. de leg.j. & insti.de leg.fa C.
can.tol.in fi.cum simil. nec etiam retentio est con
32 cedenda, quia † illa procedit, quando creditor sci
uisset rem obligatam esse alienam. vt dicit Bart.in
l.cum res. C.eo.si ali.res pign.data sit.per l.j.§.j.ff.
de pig.sed in dicta auia creditrice, dictam rem fuis
se alienam, ignorantia præsumitur potius quam
scientia

ſcientia.vt l.verius.ff.de proba.& c.præſumitur.de
reg.iur.in 6.& quilibet pręſumitur ignorare.per d.
l.verius.dicit glo.j.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de
condit.inſtit.

Secundo caſu, ſi pro dicta pecunia dicta res vt
propria teſtatoris legata peteretur, fuiſſet etiã ne-
ceſſe oſtendere eam fuiſſe in bonis prædicti teſta-
33 toris, cùm † actio in rem non detur niſi ſit legata
res teſtatoris. vt per Bar.in l.j.ibi.op.de l.cum alie
nam.&c.C.com.de leg.& in l.2.in fi.reprobata ibi
34 glo.C.eod.nam plus iuris † in legatarium teſtator
transferre non poteſt quàm ipſe habet.l.ſi domus.
§.fi.& l.quod in rerum.§.j.de leg.j.& gl.j.in l.cum
alienam.C.de leg. facit.l.nemo plus. de reg.iur.&
reg.nemo plus.eo.in 6. & iuribus tertij non poteſt
præiudicare.l.verba. & ibi Bald. C. de teſta. facit,
quia res inter alios acta.&c. & tenet Ang.in conſi.
229.prope fi.Neque occupata re legata ius ſibi ipſi
dicere debet legatarius, ſed ab hærede petat.Iure-
35 con.inquit in l.j.in princi. ff.quo.leg. Vnde † quis
non probans id quod eſt fundamentum ſuæ inten
tionis ſuccumbit.l.pen. §.docere. ff.ne quis eum.l.
fin. C. de rei vind.l.in exceptionibus.in princ.& l.
cum de indebito.§.ſi autem pro parte.ff.de proba.
cum notiſſimis. Iſta autem procederent, ſi teſtamẽ
tũ dicti Sanctis in hac re diſponeret. Sed conſide-
randum eſt quòd verba in d.teſtamento inſerta vi-
delicet, Quos dixit eidem dediſſe in vno caſalino.
&c.ſunt verba enunciatiua, cum non ſint principa
lia orationis,& per ea actus de præterito enuncia-
tur, vt declarant Bald.in l.j.verſ.quæro quid ſit di-
ctum.C.de fal.cauſa adi. & Dec.in l.ex his.col.j.&
ibi Mod. C.de teſt.mil.& ſunt prolata in modũ de
36 monſtrationis † quæ per relatiuum iniunctum ver
bo pręteriti vel præſentis temporis inducitur, vt di
cit Barto.in l.demonſtratio.colum. j.verſ.ſecundò
quæro. de conditio.& demonſtrat. Bald.& alij in
l.Stichum. de leg.j. Verba autem enunciatiua per
37 modum demonſtrationis prolata † non diſponunt
vt gloſ. & ibi Barto.in l.ex hac ſcriptura.verſic.ve-
nio ad tertium. ff.de donat. cum quo tranſit, mul-
tos referendo in materia.Alex.in d.l.ex his. & Pa-
pien.in pract. in forma ſent.diffini. in glo.viſaque
verſ.quarto caſu quando proferuntur. & Bal.in l.ſi
voluntate.C.de fid.liber.dicit,quando enunciatio
dirigitur ad aliud propoſitum tunc eſt quoddã di-
38 ctum,& non diſpoſitum. Voluntates † enim defun
ctorum non enunciatione, ſed diſpoſitione ſeruan
dæ ſunt,dicit gl.in l.ſcriptura.C.com.vtr.iud.& in
d.l.verba. & conſequenter verba prædicta non in-
ducunt probationem actus iam celebrati extra te-
ſtamentum, vt per Bart.in d.l.ex hac ſcriptura.col.
pen. & in l.cũ proponebatur. de leg.2.& Dec.poſt
Iaſ.facit regulam in d.l.ex his. vbi ea fallat multos
caſus enumerat. in caſibus ergo non exceptis rema
net firma.l.quæſitum.§.denique.de fun.inſtruct.

Puto igitur,omiſſa dictorum flor.55. detractio
ne, C. fore aſſignandam tertiam partem domus &
bonorum mobilium deſcriptorum in inuentario,
exceptis bonis vxoris Q.& alijs quæ arbitri cogno
uerint propria ipſius Q.& ſi opponeretur dicta bo
na non probari communia, & ſic diuiſionem non
permitti per l.j. ff.com.diui. reſpondeo ea probari
39 communia per inſtrumentum dicti inuentarij † cu
ius verba,& narratiua inter ipſas partes probant.l.
optimam. C.de contr.& comit.ſtip.præterea habi
tarunt communiter domum dicti fratres, vt ex pro
ceſſu liquet, ex qua quidem habitatione oſtẽditur
poſſeſſio domus, poſt alios tenet Dec.in cõſi.400.
viſo eleganti.nu.4.& ſucceſſiuè dicti fratres domũ
40 communem poſſidendo † videntur cõmuniter poſ
ſediſſe bona mobilia in eã exiſtentia & reperta. l.
clauibus.ff.de contr.empt.l.quod meo.§.pen.ff.de
acqu.poſ.& firmat Soc.in conſi.128.col.2.& conſ.
131.In præſenti cõſultatione. col.2.lib.j.& Bal.in
l.ſi ego.§.fi. ff.de iure dot.itaq; per arbitros dicta-
rum rerum communium facienda eſt diuiſio com
modè prout res ipſæ diuiſionem patiuntur. iuxta l.
3.C.com.diui.& §.ſi familiæ.& §.eadem quidem.
inſtit.de offic.iud.

Tertiò, de his quæ Q. habuit de ſalarijs C.& de
penſionibus cameræ diuerſis perſonis locatę,& de
alijs rebus mobilibus communibus venditis tene-
41 tur ipſi C. reddere rationẽ. Quia † frater de geſtis
per eum in re communi debet fratri rationem red-
dere.vt tenet Rom.in conſi.413.Quò ad primum.
in princ.Iaſ.in l.ſi hæres. ff.de cond.cauſa da.Dec.
in conſi.255. caſus de quo quæritur.coll.j.& alibi
per doct. & de prædictis penſionibus & pretio re-
rum venditarum tertia pars debetur ipſi C. quod
42 enim † ex communi re percipitur communicari de
bet.l.ſi vnus.ff.pro ſoc.l.itẽ ex diuerſo. ff.fam.erci.
& l.3. ff.com.diui. & dicta ſalaria in totum ſpectãt
ad ipſum C.vt extra rem cõmunem acquiſita d.l.ſi
inter fratres.& arg. l.verum.§.ſi ſeruo.ff.pro ſoc.ſæ
43 pe enim grauius eſt fratri † ſua lucra ex laboribus
ad fratrem, quàm ad extraneum peruenire. l. cum
oportet.circa med. C.de bon.quæ lib.Quantitatẽ
44 dictarum penſionum & ſalarij † percepti contra ip
ſum Q. probat ſuus liber rationum. per l.publia.
in fine.ff.depo.& ibi Bar.Bald.& cæteri,& in hoc
nullus diſcrepat dicit Iaſ.in l.admonendi. coll.47.
verſ.primo caſu. de iureiur.

Quò verò ad alia bona mobilia deſcripta in vna
liſta C. & in fine vnius ſcripturæ Q. non probata
per teſtes vel confeſſiones partium, Arbitri de fa-
cto, quia tractatur de minimis, pro veritate inue-
45 nienda,quæ ſemper † quærenda eſt.30.q.5.c.iudi-
cãtem.& l.ſi eum. in prin.ff.ſi quis caut.& l.nemo.
C.de ſent.& interlo.om.iud.cum multis ſimil. cu-
mulatis per Dec. in l.2.nu.2. C.de eden. & vt liti-
bus finis imponatur iuxta l. fratris. C. de tranſact.
cum vulg.poſſunt interrogare dictas partes,medio
iuramento de veritate dictarum rerum mobilium,
& quas inuenerint ipſas partes habere, iubeant in
communi ponere, vt de eis poſſint portiones fieri
& conſignari cuilibet fratrum pro ſua rata.Nam in
46 † his de quibus veriſimiliter teſtes non poſſunt ha
beri ſtandum eſt eorum iuramẽto,arg.l.ſi quis pro
redemptione.in prin. C.de don.præſertim in mo-

dicis,& de fratre rationem reddente loquitur Soc. in consi. 192.Capio difficultatem.colum.pen.& in consi.213.Cum in pręsente.col.2.vol.2.& in consi.73.col.j.volu.j.& plenè Rom.in consi.76.col.2. & Imo.consi.75.col.2.nu.4.& Io. Bapt.in tract.de arbit.lib.10.c.15.vers.salua pace. Itaque causa circuitus euitanda iuxta.l.fi.§.sed cum antiquitas. C. de cur.fur. certamque sententiam ferendi causa.§. curare.instit.de act.De eo quod Q.debet C.ratione dictæ suæ tertiæ partis pensionum & pretij rerũ vẽditarum, & salarij percepti,detracto eo quod C. expendit pro sua persona, & eo etiam computato quod C. expendit in domo, fiat compensatio cum parte eius quod C. ratione alimentorum,habito respectu vt supra, debet ipsi Q. debiti enim
47 † ad debitum fit compensatio ipso iure.l.fi.in prin. C.de compen.& §. in bonæ fidei. inst.de act.huius enim compensationis & excomputationis opposi tio iuxta glo.ordi.in l.si constat. C.de compens.& petitio censetur facta ab vtraque parte in compromisso continente mutuam petitionem satisfactionem,cognitionem & diffinitionem litium, contro uersiarum debitorum & creditorum hincinde & ab vtroque, quibus ergo hincinde compensatis in
48 summa debiti excedente valet † arbitrorum condemnatio.per tex.in l.Meuius.§.arbiter.ff.fam.ercis.probat Bal.in l.j.col.2.nu.6.ver.quæro arbiter. C.de arbit.& Alex.consil.119.col.2.nu.7.8.lib.2. & in specie de compensatione fiẽda probat Aymo consi.231.col.2.nu.6.Reliquum verò debiti dictarum expensarum, vt supra conclusum est. C. dicto suo fratri reficere ac restituere tenetur. Laus Deo.

Ita iuris esse arbitror & consulo vt supra fuit conclusum,saluo tamen saniori iudicio, ego Simõ de Prætis Iurisc on. Pisauren.

CONSILIVM CXLIII.

ARGVMENTVM.

Vindicanti bona tam in possessorio, quàm in petitorio, an obstet exceptio rei uẽditæ. Et an talis exclusus sit præscriptione decem annorum ex tacita ratificatione inducta lapsu quinquennij per l fin C.si mai.fact. Et plura de statuto requirente solemnitates in cõtractibus minorum.

SVMMARIVM.

1 Testes dicentes contenta in capitulis vera esse, & causam scientiæ reddentes, probant.

2 Tempus vbi est fundamentum intentionis alicuius,id debet præcisè probari.

3 Principium temporis si ignoramus oportet nos ignorare processum.

4 Iudicare non pertinet ad testem,sed ad iudicem.

5 Probatio non concludens non releuat.

6 Confinium diuersitas inducit diuersitatem rerum.

7 Rerum pluralitas præsumitur nisi probetur identitas.

8 Identitas vt dicatur probata in fundo, debet demonstrari nomen loci cum duobus confinibus huic fundo congruis.

9 Confines quando sunt mutati, quid probandum sit & quomodo.

10 Instrumenta probant contra producentem.

11 Clausula, produco in parte & partibus,non habet locum in instrumento proprio nec in capitulis conexis.

12 Tutorem admittens pro aliquo, fatetur ipsum minorem & pupillum.

13 Administratio debet decerni à iudice etiam in tutore testamentario.

14 Tutor non conficiens inuentarium est pro non tutore.

15 Dispositio.l.fin.C.si maior factus.quo casu cesset.

16 Absens quis præsumitur nisi probetur præsens.

17 Regula,quod nihil interest quid ex æquipollẽtibus fiat. quo casu locum non habeat

18 Remedium quando deficiunt propinqui requisiti à statuto in contractibus minorum.

19 Solemnitates extrinsecæ non præsumuntur interuenisse etiam ex diuturnitate temporis.

20 Statutum potest inducere præsumptionem doli in contrahente.

21 Legi municipali licitum est fingere, & præsumptionem iuris & de iure inducere.

22 Iuramentum dolo extortum non tenet, nec propter dolum præsumptum à statuto.

23 Conuentio facta cum vna persona de vna re non prodest alij.

24 Quietatio & liberatio facta curatori non refragatur quin possint vindicari actione reali bona occupata per alios.

25 Res pupilli empta scienter vt res pupilli non præscribitur decem vel viginti annis.

26 Emens bona pupilli non seruatis seruandis & contra iura,est in mala fide.

27 Præscriptio longi temporis cessat vbi est mala fides,quæ etiam impeditur nullo titulo extante ob dolum præsumptum à statuto annullante contractum.

DIVINO INVOCATO SVFFRAGIO.

PRæsupposito quòd tam in possessorio, quàm in petitorio Antonius petita bona cum fructibus perceptis vindicare & obtinere possit,eaque sua esse & possedisse ꝓbauerit per testes pro eo examinatos,
1 qui † dicentes cõtenta in capitulis vera esse & causam scientiæ reddentes probant, Bal.in cons.10.in quæstione quæ vertitur.nu.6.volu.5.& Soc.consil. 89.col.4.vers.præterea probatur.volu.j.est dictum Bart.in l.labeo.nu.7. de suppel.leg.sequitur Paris. consi.

consi.88.nu.8.9.lib.3. Videndum est an obstent ex
cepta & adducta per Guidonem & Alexandrum
aduersarios & reos conuentos, qui excipiendo se
fundant, quòd Antonius petita bona eorum patri
vendiderit & exclusus sit præscriptione x.anno. &
tacita ratificatione inducta lapsu quinquennij per
l.fi.C.si maior fac.ali.rat.hab. Vtique multifariam
respondetur, hæc obiecta intentioni & iuribus d.
Antonij nõ refragari. Primò clarè colligitur ex tex.
d.l.fi.C.si maior fact. quòd nitens se defendere ex
tacita ratihabitione inducta per lapsum quinquen
nij in contractu oneroso totum fundamentum fa-
cit in tempore scilicet quòd post xxv. annos & æta
tem impletam enumerando sint elapsi quinq; an-
2 ni, vbi autem tempus † fundamentum est intentio
nis alicuius id debet præcisè probari. l. cum actũ.
& ibi not. Bar.ff.de neg.gel.& l.matrem. C.de pro
bat.cum simil.alleg.per Soc.in consi.42.col.2.ver
sic. tunc succedit regula. vol.j.& dicit not.Bald.in
l.de diuisione.circa princi.ff.sol.matr.quòd quan-
3 do disputamus de tempore † si ignoramus princi-
pium oportet nos ignorare processum, idem in l.si
minorem.nu.4.C.de in integ.restit.min.& Saly.in
l.2.in princ.in fi.C.de temp.appel.& Fel.in c.inter
dilectos.col.4.de fide instr. & Ias.in l.talis scriptu-
ra.col.j.in 3.notab.de leg.j. At nõ apparet de prin
cipio ætatis dicti Anto. nec de progressu potest li-
quere, & consequenter quòd post xxv.an. suæ æta-
tis præcisè sint elapsi quinque anni. Nam per ad-
uersarios Anton. super hoc sunt examinati duo te-
stes, Alexander Barzoldi & Franciscus Troili, qui
Alexander primus testis deponens & causam scien
tiæ reddens iudicio suo impræsentiarum d. Anto.
esse ætatis annorum 37. vel 38. non probat, vt per
Bar.in consil.92.in q. vertente inter dominum Si-
monem. & Bald.in l.solam.col.fin.C.de testi. quia
4 † potius iudicat, quod ad solum iudicem pertinet.
quàm testimonium perhibeat, idem hac ratione te
net Alex.in consi.29.clarissimè.col.j.ver.præterea
quòd dictus testis.vol.7. & Aret.in cons.64.col.3.
& Dec.in consi.256.col.3.vers. non obstat etiam.
nec videtur probatus excessus vltra xxx.annos, iux
ta doctr.Bart.in l.de ætate.de minor.quia excessus
relatus à testibus non est in tempore litis motæ qđ.
fuit de mense Aprilis 1544. sed in tempore eorum
examinis quod fuit de mense Nouembris, vt appa
ret per exhibitionem interrogatoriorum d.Ant. &
5 dicti testes dicunt imprę sentiarum &c. ideo † pro-
batio non concludens non releuat. c.in præsentia.
de probat. cum vulg. Nec obstat quòd Franciscus
secundus testis dicit quòd d.Antonius in bello del
1517. poterat habere x.annos, quia non probat cũ
non dicat se vidisse aliquid propter quod moueа-
tur ita deponere. vt per Alexan.in d.cons.29.col.j.
volu.7. præterea ei soli hoc dicenti non creditur. l.
iurisiurandi. C.de testi.c.veniens. & c.licet vniuer
sis.extra.eo. ecce quòd præcisè non videtur proba
tum tempus.

Secundò, in alio d. reis probationes deficiunt,
nam volentes ostendere se esse dños bonorum pe-
titorum & d. Anto. vendidisse & facto suo cecidis-
se à possessione d. bonorum, produxerunt duo in-
strumenta, vnum confectum sub die 12. Nouem-
bris, alterum sub die 26. Ianuarij anni 1520. in isto
de mense Ianuarij continetur ipsum Anto. cum au
ctoritate Barnabæ sui asserti tutoris, & cum consen
su Francisci asserti proximioris, & cum prętẽso de-
creto Potestatis Pisauri vendidisse Bñdicto Lazari
de palatio vnum petium terræ iuxta bona hęredũ
Seraphini Ioannis Pera, & viam & alia lat. in alte-
ro de mense Nouembris continetur dictum solum
Barnabam tãquam tutorem hæredum Franc. Ioã.
Piccini vendidisse dicto Benedicto vnum petium
terræ iuxta viã, bona hęredum Feriani, bona Pari-
dis de monte Barrocio, & bona Baptistæ Bartoli
Guiducioli, seu eius hæredum, item aliud petiũ ter
ræ iuxta bona hæredum Bernardini Crescentini
bona magistri Frãc. Fabri de Pisauro, & viam. Sed
inspiciantur confines antiqui & moderni descripti
ad bona petita in p̃paratorio in fine petitionis & in
fine capitulorũ d.Ant. quantum sint diuersi à præ-
dictis descriptis in dictis instrumentis, vnde diuer
6 sitas † confinium inducit diuersitatem rerum. l. in
testamento. la j.de cond.& demõ. præsertim quòd
7 præsumatur pluralitas † rerum nisi probetur iden-
titas. Bald.in l.2.C.de err.adu. Ias.in l.non hoc.co
lum.3.C.vnde leg.& canon.in ca.auditis. de præ-
8 scrip. vt identitas † dicatur probata in fundo debet
demonstrari nomen loci cum duobus confinibus
congruis huic fundo. vt per Bar.in l.demonstratio.
in princ.col.pen.versi.item ad demonstrandam.&
9 quando confines sunt mutati † fiat positio & pro-
batio de identitate rei & confinium, aliàs non ob-
tinetur, ita docet & firmat Bart.in d.l.demonstra-
tio.in prin.in fin.quem doct.sequuntur. idem data
diuersitate confinium tenet Alexan. in consil. 96.
Consideratis. colum.2. versicu. præterea confines.
volumine 5. Quæ identitas non est probata per di
ctos reos, igitur excepta per eos & dicta instru-
menta non impediunt quin Antonius petita bona
consequi valeat.

Tertiò, quamuis prędicta essent probata conclu
denter (quod inficiatur) tamen dicta instrumenta
& excepta ex aduerso non obstarent. Quoniam ip
se Antonius tempore dictarum venditionum erat
minor xiiij. ann. & sic pupillus, & pro eo interue-
nit dictus Barnabas vt eius tutor, vt legitur in di-
ctis instrumentis, quæ cum fuerint producta per di
ctos Guidonem & Alexandrum ipsi fatentur vera
10 omnia in eis contenta † & contra eos probant. vt
per Bar.in l.post legatum.col.2.ff.de his qui.vt in-
dig. Bal.in l.j.§.editiones. ff.de eden.cano.in c.cũ
olim.de censi.& in ca.cum venerabilis. de except.
adeo quòd producenti non prodest illa clausula,
produco in parte & partibus &c. quia Fel.in d.c.cũ
11 venerabilis.col.6.limitat † eam non habere locum
in instrumento proprio, nec in capitulis connexis,
vt tenet etiam Bar.in l.Aurelius.§.idem.de lib.leg.
vt est in casu proposito. Prętérea non valet & de ea
non est curandum, secundùm Bal.Paul.de Cast.&

Alex.in l.j.C.vt quę def.aduo.& Iaf.in l.edita.col.
fi.C.de eden.& Dec.in l.fi.in fi. C.eo.vbi tenet in
distinctè quod sit verior illa opinio, quòd huius-
modi clausula & protestatio non attẽdatur, & qui
12 præsuponit † & admittit tutorem pro aliquo fate-
tur ipsum minorem & pupillum, Bal.in l.1.§.quod
obseruari.colum.3.versicu.hinc quæro.C.de iu.ca
lum.& Salycet.in l.si minorem.colum.fin.C.de in
integr.rest.min.sequitur Alexan.in consi.21.col.1.
volum.1.& in consi.92.colum.3.volu.5. & magis
expressè Barto.in consi.46.viso quodam libro.ver
sicu.præterea ex dicto instrumento.& si fuerit ad-
missus tutor pro ipso Antonio in dictis instrumen
tis emptionum per dictum Benedictum,hoc tamẽ
præiudicat,& talis confessio defuncti nocet dictis
Guidoni & Alexandro filiis & hæredibus, & præ-
sertim dictis instrumentis vtentibus. l. postulan-
te. §. cæterum. ff. ad Trebellian. l.ex qua per-
sona.de regu.iur.

Hoc præmisso pro vero, vt dicta instrumenta
probent. Præmittitur etiam ꝙ dictus Barnabas nõ
erat tutor d. Anto. quamuis enim esset tutor datus
testamento patris ipsi Antonio, tamen non erat tu
tor & non poterat administrare bona pupilli, præ-
sertim vendendo,cum non appareat eum fecisse in
uentarium & seruasse seruanda, & ei fuisse decretã
13 administrationem à Iudice † vt requiritur in tuto-
re etiam testamentario,per tex.in l.fi.§.fi.& ibi gl.
Bar.& Saly.C.arb.tute. & glo.in ver.personarum.
& ibi Saly.in l.tutores.C.de admini.tuto.Bar.in l.
legitimos.ff.de leg.tut.Ange.Aret.in §.actionum.
colum.2.versi.septimò quæro.cum versi.seq.inst.
de act.Guid Pa.in q.330. & Capy.in deci.Neapo.
in decis.129.nu.1.& in decis.50.incip. In causa Ia-
cobi.ideo rationem assignat Iurecon.in l.apud.§.si
quis nõ tutor ff.de. except.doli,ꝙ tutori nõ fuerit
rerum pupilli cõcessa administratio.& Spec.in tit.
de tutore.§.generaliter.ver.Quid si pupillus,tenet
nõ valere venditionem per pupillum factam cum
auctoritate tutoris qui inuentarium non confecit,
14 tamen adhibito etiam decreto Iudicis, & dicit † ꝙ
pro non tutore est ex quo inuentarium non fecit,
per l.fin.C.de tut.& cura.qui non satisd. & l.tutor.
in qui.cas.in integ.rest.non est nec. Quæ iura vo-
lunt esse irrita ipso iure gesta à tutore qui legitimè
administrationem non suscepit. idem vbi decreta
non est administratio tutori,gesta ab eo esse nulla,
tenet Corn.in consi.164.videtur.volum.4.& Bar.
in d.consi.46.viso quodam libro.circa fin.tenet pu
pillum non esse obligatum auctoritate tutoris qui
non fecit inuẽtarium,idem in terminis nostris fir-
mat Corn. in consi.207.videtur.colum.2. versicu.
item peccat dicta venditio.vol.3.& Bald.in consi.
205.quæstio est.volu.1. probat tutorem qui non
fecit inuentarium nec recepit administrationem
per Iudicis decretum, non posse obligare nec au-
ctoritatem pupillo præstare in aliquo actu, . idem
in tutore testamentario comprobat Pau. de Castr.
in consil.355.postquàm.col.2.in 1. par.nouorum,
tutorem cui non fuit decreta administratio per Iu

dicem non posse præiudicare pupillo,& facta per
eum non valere.

Ex quibus infertur primò,venditionem de duo
bus petiis terræ factam per d. Barnabam vt tuto-
rem d.Anto. & promittentem de suo dicto Bene-
dicto,vt in instrumẽto sub die 12. Nouemb.1520.
esse nullius momenti & valoris defectu potestatis
dicti Barnabæ,& defectu Iudicis, adeo ꝙ cessat di
15 spositio. † d.l.fi.C.si maior fact.5.lib. in qua quan
do præsertim curator vel tutor vendit vel indiferẽ
ter consideratur solummodo defectus decreti, vt
colligitur ibi. minimè possit retractari occasione
prætermissionis decreti. si autem alius defectus in
teruenerit, vt quòd vẽditio sit facta per personam
non legitimam, illa lex non habet locum vt Cyn.
vult ibi post Iac. de Are. refert & sequitur Corne.
in d.consi.207.col.penult.ver. quicquid autem sit.
Præterea d.l.fin.secundum glos.ibi quam ibi, non
improbando saltem,sequũtur Bar.& Bal.& Sal.ex
presse approbat, habet locum in quatuor casibus,
videlicet quando minor vendit auctore tutore vel
curatore, & quando tutor vel curator vendit præ-
sente & volente minore, & quando minor carens
curatore vel turore, nec impetrauit veniam ætatis
vendit,& quarto casu quando impetrauit veniam,
& vendit sine curatore vel decreto,sequitur Corn.
in dict.consil.207.column.penulti.versicu.& pos-
set etiam attentari, & Capy.in dec.92.In causa no
bilis.

Casus autem de quo agitur non est similis ali-
cui ex dictis quatuor casibus traditis p gl. in d.l.fi.
Nam d. Barnabas tutor etiam sine potestate tuto-
ris per supra alleg.vendidit sine præsentia & volũ-
tate d. Anton. pupilli & eo ignorante,vt præsumi-
tur, per l.verius.ff.de probat. & ca.præsumitur. de
16 reg.iur.li.6.Præsumitur etiam quis absens nisi pro
betur præsens.Spec.in tit.de acto.§.1.vers.Quid si
postquàm.& versi.seq.& Alex.in consil.92.in fin.
volumi.5.sumus ergo extra dictos quatuor casus,
& consequenter extra dispositionem d.l.fina.Item
infertur secundò,paruifaciendum esse de venditio
ne facta per ipsum Antonium pupillum cum au-
ctoritate d.Barnabæ vti tutoris & præsentia Fran-
cisci Pasqualini vti proximioris & cum decreto Iu
dicis vt in instrumento sub die 26. Ian.1520. quia
extat statutum Pisauri ꝙ contractus minorum abs
que decreto Iudicis & auctoritate tutoris & con-
sensu duorum propinquorum facti de venditione
super eorum rebus etiam si iuramento fuerint val-
lati sint ipso iure nulli, & eo casu minores præsu-
mantur dolo inducti,quod statutum debet seruari
ad vnguem & in forma specifica,nec locum habet
17 regula † ꝙ nihil interest quid ex æquipolentibus
fiat,vt per Bald.& alios,in l.1.de lib.& posth. Ale.
in consi.137.column.3.nume.12.cum seq.volu.2.
& in consi.212.colum.1.nume.6.vol.6.Soc.in con
sil.24.visis.col.7.& in consi.33.prosequẽdo.col.3.
in princip.volum.1.& plenè Feli.in c.cum dilecta.
colum.11. cum sequen. vsque ad colum.19.de re-
script. & in dicto contractu venditionis factæ per
dictum

dictum Antonium deest auctoritas tutoris, quia
nulla reputatur auctoritas tutoris qui non confe-
cit inuentarium, & isto solo defectu venditionem
non valere decidit Spec.in d.titu. de tutore. §.ge-
neraliter.vers.quid si pupillus. deest quoq; consen
sus duorum propinquorum, quos si dictus Anto-
nius habebat, debebat interuenire, aliàs in eorum
defectu de communi stylo interuenit Vicarius ga-
bellarum, vt probant testes examinati per domi-
num Potestatem Pisauri, quod est conforme cum
remedio tradito per Salycet.in l.dudum.circa fin.
18 C.de cõtr.empt. vt deficientibus † propinquis eo
rũ loco ex tali statuto alius Iudex adhibeatur, sed
non deerant propinqui ipsi Ant.vt in processu pro
batur, iuxta tradita per Pa.de Ca.in consi.124. lib.
1.& per Corn.in consi.250.col.3.volum.2.& istæ
19 sunt solemnitates extrinsecę, quę † non presumun
tur interuenisse etiã ex diuturnitate temporis præ-
sertim nõ 30.annorum, per ea quę in terminis tra
dit Alex.in consi 179.& in consi.218.vol.6.& Fe-
li .in c.sicut.in aduertentiis tertię fall.de re iud. cũ
appareat ex inspectione productorum instrumen-
torum non interuenisse. Math. de Affli.decis.107.
cumque non fuerit allegatum interuenisse dictas
solennitates, per reg. l.si adulterium.§.Idem Polio
ni.ff.de adult.itaque non solum dicta venditio si-
ne solennitatibus requisitis annullatur à statuto,
sed ab eodem statuto præsumitur minorem dolo
20 inductum ab aduersariis, namque † statutum potest
inducere præsumptionem doli in contrahente. in
simil.dicit Alexand.in consi.196.perspectis. nu.6.
volum.6.& consi.151.colum.penul.nume.12.vo-
lum.7.& Corn.consi.135.colum.3. versic.& hanc
tenet. lib.1. vbi tenet idem in statuto solum præsu
mente simulationem, & consi.121.colum.2.& cõ
sil.252.colum.2.versi. idem voluit.lib.4.vbi idem
probat in statuto maximè confirmato per summũ
Pontificem etiam simpliciter prohibente minoris
contractum iuratum, & Deci.consil.532. ad fin.&
consi.301.columm.fina.versicu.& ideo stat.dicit ꝙ
contra talem præsumptionem iuris & de iure non
admitteretur probatio in contrarium, & Bero.con
sil.37.nume.23.& sequen.lib.1.& Rolan.à Val.cõ
sil.99.num e.19.lib.3.& Bal.in consi.483. statuto.
21 vol.4.dicit ꝙ † licitum est legi municipali fingere,
& præsumptionem iuris & de iure inducere, per l.
omnes populi, & subiungit ꝙ dolus potest probari
auctoritate statuti, idem firmat Curt.Iun. in consi.
50.nume. 5 . hoc verum esse demonstratur, cum
22 iuramentum dolo extortum non teneat. cap. cum
contingat.de iureiurand.& cap. quamuis.de pact.
lib.6.pariter non tenet propter dolum præsumptũ
* à statuto.secundum communem opinionem doct.
relatam, per Ias.in auct.sacramenta.colu.fina. C.si
aduer.vend.& Barb.in consi.21.& quidem.col.1.
vol.1.

Adeo ꝙ solida sit conclusio, ipsum Ant. effectũ
maiorem & ignorantem dictum dolum, vt præsu-
mitur, & suo iuramento probauit, vt in processu,
iuxta glo. in §.aliæ.inst.de acti.non potuisse tacitè
neque expresse confirmare dictam venditionem
& eam conualidare, per tex.in l.1.iuncta gl.in ver.
dolo.C.si maior fact.lib.2.ita consulendo decidit
per d.tex. Rom.in consi.54. uisis circa id. sequitur
Barb.in consi.42.illud.col.6.uol.1.& magis in ter
minis in consilio decisiuo firmat Curti.Iuni.in d.
consi.50.cum seq.per d.text. in d.l.1.C.si ma.fact.
& alias rationes vt ibi per eum, ex quibus tollun-
tur contraria adducta per Paris.consil.49. lib.1. &
per Cephal.in consi.51. quia loquitur in ratifica-
tione expresse & scienter facta.& consequenter o-
stenditur non obstare aliud instrumentum in quo
ipse Ant.adhuc minor 25. an. sine decreto Iudicis
(ut dicitur) fecit quietationem d. Barnabæ asserto
curatori de quacunque re administrata & alienata
per dictum Barnabam, & aliàs per d.quietationes
non prohiberetur bona per prætensum tutorem
alienata vindicare, quoniam sua est electio agendi
tam contra tutorem quàm contra possessorem bo
norum, vt l.fin.C.si tutor interue.si pacto exclusus
esset vt contra tutorem agere non posset, non vi-
detur impeditus, quin possit experiri contra posses
sores uindicando bona sua, quoniam conuentio
23 † facta cum vna persona de vna re non prodest alij
l.si unus.§.ante omnia.& ibi doct. ff.de pact.& to.
titu.C.res inter ali.act. & sic instrumẽta producta
ex aduerso non impediunt victoriam ipsius Anto.
in hac causa.hac etiam ratione, quia quietatio & li
24 beratio facta † curatori non refragatur quin pos-
sint vindicari actione reali bona occupata ꝑ alios.
l.Aurelius.§.Meuia.& ibi not.Bar.de lib.leg. com
probat Alex.consi.46.nume.3.lib.1.& consi.170.
* nu.6.lib.2.vti ferè communem sententiam sequi-
tur Couar.in tract.vari.resol.cap.14.vers.primò de
ducitur.& versi.sequ. & adhuc contra dictam quie
tationem à minore factam, quòd ei non obstet, ad
duco quod in specie consuluit Bar.cõs.162. in quę
stione.& minus dispositio d.l.fina.C.si maior fact.
5.lib.per supra alleg.

Neque etiam obstat exceptio præscriptionis
30.annorum, quia non fuit decursa, neque præscri
25 ptionis 10.vel 20.annorum, quia † res pupilli em-
pta scienter vt res pupilli, vt in specie nostra, & ille
gitimè, non præscribitur tali præscriptione 10. vel
20.ann.vt l.bonæfidei.in pr.ff.de acqu.re.dom. &
glo.in l.apud.§.si quis non tutor.de excepti.dol.&
26 in l.2.de eo qui pro tut.nam † d. Benedictus emen
do bona pupilli nõ seruatis seruandis & cõtra iura
erat in malafide. l. quemadmodum . C. de agr.&
cens.lib.10.& c.qui contra iura.de regu.iur. lib.6.
firmat expresse in terminis Corn.in d.consil.207.
column.2.versicu.nec obstant adducta. volumi.3.
& vbi est mala fides, cessat hæc præscriptio longi
temporis, auc.malæfidei.C.de præscrip.lon.temp.
27 quæ etiam impeditur † nullo titulo extante ob do
lum præsumptum à statuto annullante cõtractum.
l.& si fraude.C.eod.quæ nocent filijs d. Benedicti
eius heredibus & eius accessione vtentibus.l.vitia.
& ibi gloss.& doct.C.de acquire.poss. & d.l.apud.
§.de auctoris. Itaq; ex his censeo d.Antoniũ posse

d. bona sua vindicare iuxta petita & contra reos conuentos obtinere. Laus Deo.

Simon de Prætis Iu.vtr.Doct.Pisauren.

CONSILIVM CXLIIII.

ARGVMENTVM.

De agente remedio Can. Reintegranda. 3. quæstio. 1. vt in ipso quis obtinere possit quæ sibi incumbant. De probationibus admittẽdis uel reiicien dis in tali uel simili causa; De confinium seu rei per confines demonstrandæ probatione. De scriptura seu partita libri, quomodo & ex quibus reddatur suspecta. De donationis ualiditate uel inualiditate. Et plura de legato facto ecclesiæ uel loco pio, quomodo & ex quibus censeatur reuocatum.

SVMMARIVM.

1 *Allegationes aduocatorum debent esse breues.*

2 *Possessorio recuperandæ quid probari sufficiat.*

3 *Remedium reintegrandæ transmittitur ad hæredes.*

4 *Testes reddens causam scientiæ (quia vicinus) probat.*

5 *Probatio ambigua quo casu sufficiat.*

6 *Testis deponentes per dictionem (vel circa) non probant.*

7 *Culpa sua cadẽs à possessione excluditur à remedio possessorio.*

8 *Examen religiosi examinati absque licentia sui superioris non attenditur & non vales.*

9 *Testi singulari & de auditu alieno deponenti, etiam in magna dignitate constituto, in nullo est credendum.*

10 *Testis repellitur ratione affectionis.*

11 *Liber monasterij seu ecclesiæ, non scriptus per personam publicam, neque custoditus per officiales publicos in archiuio uel loco publico ad hoc deputato in fauorem ecclesiæ contra alios non probat.*

12 *Res debet demonstrari saltem per duos confines.*

13 *Probatio ambigua & non concludens nullius est momenti.*

14 *Partita scripta diuersis literis, & diuerso charactere literæ redditur suspecta. & nu. 15.*

16 *Suspitio vbi est in scripturis probatorijs, facit veritatem haberi & esse contra tales scripturas.*

17 *Antiquum non dicitur nisi excesserit metam centum annorum.*

18 *Factum non præsumitur sine probatione. & nu. 27.*

19 *Ratio & causa dicti inspicitur in testibus, non dictum*

20 *Libri priuati vt probent, quid requiratur.*

21 *Scientia præsumitur de facto proprio.*

22 *Mulierum genus est auarissimum, & in illis præsumptio donationis non cadit.*

23 *Præsumptio vna expellit aliam præsumptionem contrariam.*

24 *Mutatio & diuersitas qualibet minima factorum totam iuris decisionem mutare facit.*

25 *Probatio semiplena non sufficit in possessorijs, sed plena requiritur.*

26 *Alexandri auctoritas quanta sit.*

28 *Legatum dicitur donatio à testatore facta, ab hærede præstanda.*

29 *Possidere quis dicitur ex capite quod sibi vtilius sit.*

30 *Confines duo sufficiunt ad quamque rem demonstrandam.*

31 *Donatio continens reciprocas promissiones non videtur requirere insinuationem.*

32 *Dolus seu deceptio non præsumitur inter patrem & filiam.*

33 *Vicedux omnia potest quæ dux ipse vel ille qui eum in locum ducis constituit.*

34 *Legatum dicitur ademptum per donationem etiam inualidam.*

35 *Legata adimuntur etiam nuda & tacita voluntate testatoris postea cognita.*

36 *Donatio aliàs inualida confirmatur morte.*

37 *Donatio morte confirmata habet vim legati, & non indiget insinuatione.*

38 *Tacens in præiudicialibus non videtur consentire.*

39 *Possessio rei legatæ quòd acquiratur ecclesiæ ipso iure, quomodo intelligatur.*

40 *Argumentum de statuto ad iura communia vel consuetudinem, valet.*

41 *Possessio propria auctoritate per legatarium verum apprahensa impedit vsucapionem vbi adfuerit vitium.*

42 *Animus est talis qualia sunt verba vel facta.*

43 *Possessio in dubio præsumitur iniusta & clandestina.*

44 *Possessor prior non iustè & absque suo facto priuatus possessione debet reintegrari, omni exceptione proprietatis omissa, vbi actor contradixerit.*

45 *Clausula libelli (petens ius & iustitiam, & omni modo meliori) quid operentur.*

46 *Dominium vel quasi indifferenter habetur ex causis veris & legitimis, possessio verò etiam sine causa legitima.*

47 *Possessio habetur pro traditione.*

48 *Probans melius de dominio vel quasi, obtinet.*

49 *Protestatio tollitur per actum contrarium.*

50 *Remedia possessoria quot sint*

51 *Tituli præsupositi in l. fin. C. de sacrosan. eccles. l. quoties. C. de rei vindicat. & l. sine autem. §. si duobus. ff. de publici. di quibus titulis intelligantur.*

52 *Voluntatibus vltimis & legatis præualet vltima.*

53 *Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.*

54 *Legatum si non sit ademptum ipso iure, sed ope exceptionis, melior dicitur conditio possidentis.*

55 *Iura communia etiam in causa pia seruanda sunt, praesertim vbi causa pia non est haeres, sed legataria.*

56 *Legatum ad pias causas sicut dari, ita adimi potest coram duobus testibus, & intelligitur reuocatum ipso iure.*

57 *Ecclesia est cultrix iustitia, & non vult lucrum odiosum, in quo contra ipsam interpretatio fit.*

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.



Onifacius & fratres de Cernis expresso remedio.c.reintegranda. 3.quaest.1. ac omni alio magis competenti remedio experientes agunt ad possessionem praeti restituendam contra fratres & conuentum Sancti Dominici. A R.Domino Vincentio Episcop. pro eis sententiam obtinuerunt. Contrariam verò ex nouiter (vt asseritur) deductis in causa appellationis reportauerunt latam à Collegio. Quae collegij sententia an iniusta sit nunc pertractandum
1 est, breuibus vt allegationes † aduocatorū esse debent, secundum Bald.in l.fina.in fi.ff.de his quę in test.delen. Putarem à Domino Iudice appellationis electo iniustam haberi ac reuocandam esse. Nā collegium ad ita sentiendum mouere non potuit defectus probationis iurium actorum, quoniā per tres testes examinatos probant actores possedisse pratum vnà cum eorum matre, antequàm fratres & conuentus cępissent possidere, & quòd eorū possessio est longè antiquior praesenti possessione con
2 uentus, quod † absque alia spoliatione in possessorio recuperandae sufficit probari. Abb. in c.cum ad sedem.de rest.spol Bald.in l.penulti.colum.fin.C. si non à comp.Iud. Lap.in alleg.52. Alexan.in consi.91.lib.5.& consi.6.nume.5.lib.3.Deci.in consi. 57.col.2.& Socin.in l.rem quae nobis. in 7.q.ff.de acquir.possess. Siue dicamus monasterium coepisse possidere viuente Camilla, vt vidētur velle fratres. Siue post eius mortem, vt videtur attestari Rētius testis pro Cernis. Vtroque casu habemus pro Cernis intentum. Quia si viuente matre, quatenus dicantur possedisse cum ea habente titulum pro donato vel legato iure familiaritatis, ipsa fuisset spoliata, & dicti actores vt eius haeredes, vt etiam in libello videntur deducere, possunt experiri reme-
3 dio reintegrandae, † quod etiam transmittitur ad haeredes, Soc.in d.l.rem quae nobis.in 2.q. circa fi. Corn.in consi.329.col.7.lib.1.& consil.18.col.3. d.lib.& Cagn.in l.haeredem. nu.22.& nu.23. ff.de reg.iu. Et quia si post dictam mortem cępisset conuentus possidere, ipsi Cerni dicerētur spoliari, qui mortua matre possederunt iure proprio, per not. p Dec.in consi.400.viso.col.3. Cum indifferēter & indistinctè testes dicāt Bonifacium & fratres semper possedisse antequàm monasterium cępisset pos
4 sidere, qui testes ex hac sola scientiae causa † per eos reddita, ꝙ dixerunt se vicinos, probant, Barto. Alex.& Dec.& caeteri in l.1.ff.si cer.pet. ergo & ipsi sunt spoliati & reintegrandi. Alex.d.consi.6.vol,
5 3.cum simil. Sic enim ambigua † probatio sufficit quae in vtroque casu concludens est secundum intentionem & intellectum probantis, Deci.in ca.in praesentia. col.9.versi.quartò limitatur.de prob.& Ias.in l.non boc.column.penult.in 4.& 6.limit.C. vnde leg.

Non obstat, quòd aliqui testes examinati pro monasterio dicant ipsum monasterium pratū possedisse iam sunt antū 24.vel circa, quasi confundatur examen testium pro Cernis non probantium de aliquo tempore praeciso, vel praesertim primi testis dicētis ab an.10.in circa ipsos fratres posside re vidisse, quia primò circa tempus possessionis fratrum dicti testes propter dictam dictionem, vel cir
6 ca, † non probant, Alexand.in consil.149.col.fin. volum.5.Corne.consi.197.litera F.lib.2.& consi. 59.litera E.lib.4. Deinde quia sufficit probari pro actoribus eos possedisse ante dictos fratres, & eorum possessionem esse antiquiorem in dicto prato, quàm sit praesens possessio d.fratrum, & sic aliter vis non est in tempore, nisi ꝙ actores possederint prius, & hoc optimè probant d.tres testes, vt supra, sic in simili respondet Corn.in consil.247.colum.10.litera L.lib.2.& fratres videntur fateri possessionem illorum de Cernis esse antiquiorem, cum ab eis dicant habuisse dictum pratum vigore legati, ita ponderat in simil. Dec.dict.consi.57.colum.penult.versicu.& ad hoc bene consonat. Apparet itaque dictos Doctor. Collegij non potuisse moueri ad iudicandum in fauorem reorum conuentorum defectu probationum iurium actorum.

Sed fortè moti sunt ex probationibus Iuris ipsorum reorum conuentorum, quod videntur innuere dicentes ex nouiter deductis se ita iudicare, ac si probatum esset actores eorum facto & culpa cecidisse à possessione prati, propter quod
7 † excluduntur à remedio possessorio, vt per docto. in dict.ca.cum ad sedem. & in d.l.rem quae nobis.

Verum asserta nouiter deducta non adiuuare ipsos fratres reos conuentos multifariam multisque modis ostenditur. Primò, testes pro eis examinati non dicunt actores eis tradidisse vel consignasse dictum pratum, nisi quòd possederunt iam sunt anni 24.vel circa, & nisi quòd frater Petrus primus testis dicit audiuisse dici à fratre Antonio Siciliano se vigore legati facti in testamento Thomae Cernae de voluntate & commissione donnae Camillae accepisse possessionem prati. At examen
8 † istius testis & aliorum religiosorum examinatorum pro eis conuentis absque licentia eorum superioris non est attendendum & non valet, vt tenet summus prat. Specu.in tit.de test.§.opponitur. versicu. Item excipitur quòd est monachus. Ange. consi.231.In causa. circa princip. Aret.in cap.cum nuntius.de testi.& ibi Feli.dicit ꝙ opin. Abb.contraria difficile seruaretur in pratica, & Soc.in con-
9 si.17.column.fina. lib.1.& ei † singulari etiam in magna dignitate constituto & de auditu alieno deponenti in nullo est credendum.l.testium. l.iurisiurandi.C.de testi.c.licet ex quadam.& ca.tam litteris.

ris. extra eod. ſtante maximè affectione quam ta-
les religioſi atteſtantes pro monaſterio habeat.
10 Ideo † repellendi ſunt. Corneus in conſilio 217.
volumine 4.
Et minus probat ac attendendus non eſt, quidã
liber (vt dicitur) dicti monaſterij, continens hære-
des Thomæ Cernæ conſignaſſe pratum conuen-
tui relictum. Quia hic liber non apparet exhibitus
in iudicio in termino probatorio, vt requiritur per
text. & not. in c. quoniam contra. de probat. & quia
11 † liber monaſterij ſeu Eccleſię nõ ſcriptus per per-
ſonam publicam neq; cuſtoditus per officiales pu-
blicos in archiuio vel loco publico ad hoc depu-
tato in fauorem Eccleſiæ contra alios non probat.
Alex. conſil. 187. viſa copia. num. 2. volu. 7. Matth.
de Afflict. in deciſ. 364. & Felin. in cap. ad audien-
tiam. colum. 6. ver. Decima & vltima concluſio. de
præſcript. præſertim quò ad traditionem poſſeſſio
nis, quæ conſiſtit ex conſenſu duorum, ſcilicet tra-
dentis & accipientis. per not. in l. traditionibus. C.
de pact. ideo non probat contra tradentem, niſi ap
pareat ſcriptus de eius conſenſu, vt declarãdo pro
bat Feli. in c. cum cauſam. col. j. verſi. extra iſtos ca-
ſus. de probat. præſertim etiam quòd talis partira
in dicto libro deſcripta eſt ambigua & incerta tam
12 ratione rei, quæ † debet demonſtrari ſaltem per
duos confines. Bart. in l. demonſtratio. in princ. co
lum. pen. & circa fin. de cond. & demonſt. Alexan.
in conſi. 10. num. 6. vol. 4. & Dec. conſil. 109. col. j.
& ſequen. quàm ratione perſonæ, quia dicit hære-
des, qui autem ſint iſti hæredes non probantur, er-
13 go † ambigua & non concludens probatio nullius
eſt momenti. c. in præſentia. de probat. l. neque na-
tales. C. eod. cum ſimilib. & quia etiam dicta par-
tita eſt ſcripta diuerſis literis & diuerſo charactere
literæ, vt clarè apparet ex eius inſpectione, igitur
14 † ſuſpecta redditur, Alex. conſi. 104. ſtantibus. cir-
ca principiũ. vol. 7. Diuerſitas literatum primò pa-
ter vna manu ſcripta quò ad mentionẽ legati vul-
gari ſermone Siculo, & alia manu ſcripta, quò ad
nominationẽ notariorũ de teſtamẽtis rogatorum,
& alia manu quò ad conſignationem prati ſcripta
latinè magis ordinatè & ſtrictioribus literis & di-
uerſo charactere literarum, maximè quò ad literã,
R, in qua litera in omnibus locis & dictionibus
vbi eſt inſerta apparet manifeſta diuerſitas litera-
rum, quòd præcipuè dicta partita conſignationis
prati non ſit ſcripta manu fratris Antonij Siculi, vt
facile eſt cognoſcere etiam ex alia partita in dicto
libro ad car. 53. in qua frater Antonius Siculus no
minatur, inter alias diuerſitates habendo ſemper
15 oculos ad literã, R, ex quibus † diuerſitatibus (pat
cant fratres) dictæ partitæ redduntur valdè ſuſpe-
ctæ. Alex. d. conſi. 104. in princ. arg. l. eos. ff. de falſ.
& in conſi. 41. col. j. vol. j. & Dec. conſi. 175. col. 3.
verſi. ſexta quia. quantam fidem mereantur præſer
tim quò ad conſignationem prati (vt aſſeritur) fa-
ctam per hæredes Thomæ, Tu magis ſcire potes
16 &c. iuxta. l. 3. §. j. ff. de teſtib. & vbi eſt ſuſpitio † in
ſcripturis probatorijs, facit veritatem haberi & eſ-
ſe contra tales ſcripturas. Archid. in cap. in memo-
riam. colum. final. 19. diſtinct. Alexan. in conſi. 77.
colum. fin. verſi. corroborantur prædicta. volum. j.
& Marſil. conſil. 27. nume. 9. & Curt. Iunior. conſi.
132. numer. 10. vbi dicit in cauſa ciuili hoc com-
* muniter approbari.
Non opitulantur fratribus adducta per Aymo.
conſi. 158. quia conſuluit in caſu diuerſo, & ſex ra-
tiones, quibus mouetur ad fidem adhibendam li-
bro monaſterij nequaquam militant in caſu no-
ſtro, vt quanque earum recenſendo patet. Nam
prima ſua ratio eſt, quòd de antiquo facti ſunt ta-
les libri, hoc ceſſat in re noſtra, quoniam dictus li-
ber factus eſt à quadraginta ann. infra, antiquum
17 † verò non dicitur niſi exceſſerit metam centum
* annorum. ſecundùm communem opinionem do-
ctor. vt per Alexan. & Iaſ. in l. cum aliquis. C. de iu-
re deliberã. & in caſu conſultationis Aymo. erant
plures libri, cum eos nominet in plurali, hic verò
ſolus apparet. Ratio ſecunda eſt, quòd illi libri Ec-
cleſię eſſent reperti & cuſtoditi ſemper in archiuijs
publicis monaſterij, hoc vtique ceſſat & non appa
18 ret in ſpecie noſtra, & cum ſit quid facti † non præ-
ſumitur abſque probatione. l. aſſeueratio. C. de nõ
nume. pecun. & c. ſolemnitate. de conſecrat. diſt. 2.
Tertia eſt ratio, quòd libri in alijs partitis in eis de
ſcriptis apparebant veri, veritatem autem noſtri li
bri in aliqua parte certam apparere hucuſque non
video, retenta ſemper concluſione, quòd facta nõ
præſumũtur &c. & quòd probatio debet eſſe certa
& concludens. d. c. in præſentia. & non ſufficit ve-
rificatio vnius partitæ, vt ponderant docto. alleg.
per Aymo. ſed plurium partitarum. Quarta ratio,
quòd libri fuerint ſcripti per plures & diuerſos pro
curatores monaſterij defunctos, ſed in caſu noſtro
quis iudicialiter reuellat illos, qui ſcripſerunt di-
ctum librum & præſertim partitam dictę conſigna
tionis, eſſe mortuos, nullus quidem, niſi frater Pe-
trus primus teſtis fratrũ, qui dicit quòd frater An-
tonius fecit mentionem in quodam libro mona-
ſterij de huiuſmodi prato, ſed nihil probat, quia ſo
lus. d. l. iuriſiurandi. & quia nullam ſciẽtiæ cauſam
reddit, niſi ſe referendo prout in dicto libro, quæ
ratio fatua eſt in teſte, quinimmo ſuper interroga-
torijs dicit ſe non vidiſſe fratrem Antonium ſcri-
bere in dicto libro, nota autem iuris regula eſt, in
19 teſtibus † non dictum, ſed rationem & cauſam di-
cti probare & inſpiciendam eſſe. Bald. & doctores
in l. ſolam. C. de teſtibus. & in cap. cum cauſam. el
primo extra eodem, Alexan. conſi. 120. num. 6. li-
bro 5. cum ſimilibus. Præterea dictarum partita-
tum diuerſitas literarum ſupra inſpecta demon-
ſtrat partitam conſignationis prati non eſſe ſcri-
ptam manu dicti fratris Antonij, ideo vt ſuſpecta
non probat, vt dictum eſt ſupra, cum non appareat
concludenter quando & cuius manu ſit ſcripta.
20 Requiritur enim vt huiuſmodi libri probẽt † quòd
appareat eſſe ſcriptos manu illius cuius dicitur, &
in dubio recurritur ad comparationem, ſecundùm
Bartol. in l. admonendi. mihi colum. 6. numer. 29.
sub

sub versic.si verò in libro rationum. ff. de iureiurā. hic ergo non apparet cuius manu sit scriptus, & comparatio reddit diuersis manibus scriptum, & sic intrepidè dicendum est fidem in iudicio non mereri. Quinta Aymo. ratio est, quòd illi libri con tinebant verisimilia, hoc autem alienum est in libro de quo agitur, imò contra eam viget præsumptio & verisimilitudo, illa domina Camilla, quam volunt consignasse pratum fratribus, habebat donationem de eodem prato & alijs bonis à Thoma patre sibi factam (de qua dicetur infra) de qua etiam semper habuit verisimiliter scientiam, quia ei fuit præsens & interuenit aliqua promittendo

21 patri, sic † de facto proprio præsumitur scientia. l. finali. & ibi gloss. ff. pro suo. non enim verisimile est, mulierem habentem maximè plurimos filios pratum sibi donatum & rem suam alijs consignasse,

22 se, cum † auarissimum sit genus mulierum, gloss. in l. quæ dotis. solu. matrimo. & in ea donationis præsumptio non cadat; gloss. in l. si stipulata. ff. de donat. inter virum & vxorem. & Ias. in dict. l. quæ dotis. quinimò deceptionis præsumptio, Soci. in con sil. 20. colum. fina. volum. 3. Cumque generalis sit iuris præsumptio, neminem iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat. & commune votum parentum esse bona eorum deuenire ad filios. l. scripto. in fine. ff. vnde leg. & eā infringere testamentum & pro se velle bona donata intenderit dicta Camilla, pro efficaciori validitate donationis post mortem sui patris instando & supplicando de insinuanda donatione, adeo quòd istę efficaciores pręsumptiones iuris tollunt alias præsumptiones, & quæcunque adminicula tam ex dicto fratris Petri testis quàm ex aliis ex aduerso allegatis existentia

23 pro d. libro & intentione fratrum, quia † vna præsumptio expellit aliam præsumptionem contrariam. l. diuus. ff. de in integrum restitut. cum similibus allegat. per Marsil. in consil. 109. nume. 29. Sextam & vltimam rationem adducit Aym. quòd fides illorum librorum videbatur inuari ex illo quodam instrumento, & ad hoc nihil allegat, verum hoc ad rem nihil facit, quia instrumentum testamenti non loquitur & est diuersum ab illo libro, maximè in partita consignationis prati, & ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus. ff. de minoribus. Ex istis autem simul iunctis mouetur Aymo, & dicit plenè probatum de iuribus monasterij, in nostro verò casu istas suas rationes non solùm omnes simul non concurrere & militare, sed etiam vnam non facere & non adesse supra sigillatim demonstratum est, non debet ergo contra actores al legari & non facit dictum Aymonis consi. centesi-

24 mumquinquagesimūoctauū. quoniam † quælibet minima mutatio & diuersitas factorum totam iuris decisionem mutare facit. Speculat. in titul. de aduoc. §. nunc tractemus. circa principium. & Decius in l. precibus. columna secunda. C. de impuber. & in consil. quingentesimononagesimonono. numero 6.

Itaque cum non appareat neque per testes neque per comparationem cuius manu sit scriptus iste liber, non probat etiam semiplenè, vt declarat Bartol. in dict. l. admonendi. columna 6. nume ro vigesimonono. & Felinus in capit. secundo, colum. 4. in septima fallentia. de fide instrumentorū.

25 Quamuis † etiam in possessorijs non sufficeret semiplena probatio, sed plena requiritur. per auctor. gloss. Bartol. Iacob. Butri. Angeli & Salycet. tenet & dicit communiter teneri & esse magis communem opinionem doctorum Alexand. consilio centesimotrigesimonono. in fine volum. 6. & in dicto consil. centesimooctuagesimoseptimo. volu. 7. à qua in iudicando non est recedendum, & in practica est magnum verbum, quando magnus Doctor dicit in aliquo articulo pro vna parte esse communem opinionem, inquit Ias. in l. j. §. sublata. columna penult. ff. ad Trebellianum. prout est

26 Alex. † cuius auctoritas in excelso loco adeo sita est, vt ab eius responsis quodammodo nephas sit recedere. Decius in consilio sexagesimosecundo. columna tertia. & de quo in sil. nupt. libro quinto cart. 190.

Non obstat actoribus, quòd fratres non fuissent ingressi possessionem prati, nisi fuisset eis consigna tum & traditum, cū sint religiosi. per not. per Ias. in auct. iubemus. col. fin. C. de iudi. quia talis consignatio est facti, ideo debet concludenter probari, vt actores dicantur facto eorum vel culpa eorū auctorum cecidisse ab eorum antiquiori posses-

27 sione, quoniam regula iuris est † vt facta absq; probatione non præsumantur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postil. reuer. & in c. cum in iure. de offi. deleg. cum vulg. à qua non reperitur exceptio in cau sis religiosorum.

Non obstat etiam quòd dicantur possidere ex titulo præcedēti scilicet pro legato. per not. in l. quædam. ff. de rei vind. quoniam hoc legatum non arguit factum hæredum, vt dicantur eorum facto à possessione cecidisse, nisi eorum pręstatio legati o-

28 stēdatur, cum † legatum dicatur donatio à testatore facta ab hærede præstanda. l. legatum. cum glo. de leg. 2. vel nisi probetur hæredes scriptos hæreditatem adiuisse, vel se immiscuisse, vt indistinctè debet probari, ex adduct. per Alex. in l. si cum do tem. §. transgrediamur. col. 4. sol. mat. quod hic allegatum probatumque non reperitur, & sic cessat ille quasi contractus de quo per tex. & glo. in l. 3. in fi. ff. ex quib. cau. in possess. eat. Non probatur quidem immixtio D. Camillæ hæredis pro medietate per possessionem prati cōtinuatè probatam post mortem Thomæ, quia possedit & potuit possidere

29 re vigore donationis sibi à patre factæ † cum hoc esset sibi vtilius, per ea quæ firmat Bart. in l. gerit. col. v. versi. Ad secundum quando. ff. de acqui. hæred. erat enim sibi vtilius, quòd per dictam donationem fuit reuocatum & ademptum dictum legatum prati, quod intelligi de eodem donato postea, demonstrant idem fundus & confines, præsertim duo, scilicet, via & bona Hieronymi Ciocci, qui

30 † sufficiunt secundùm Barto. in l. demonstratio. in princ.

princ.colum.pen.de condi.& demon.Nam aut di-
camus donationem prædictam postea scilicet de
anno 1517. factam filiæ iure donationis inter vi-
uos valere, prout videtur dicendum, cum cõtineat
31 reciprocas promissiones, ideo † non videtur requi
rere insinuationem. Bar.in l. Aquilius.ff.de donat.
Alex.consil.91.col.2.volu.3.præcipuè iuramento
interposito.Alex.consi.7.nu.8.vol.6.& Soc.consi.
* 91.col.4.vol.1. vbi dicit hanc esse communem o-
pin. & Dec.consil.239. col. 1. Cui non obest doli
præsumptio inducta à statuto requirente insinua-
32 tionem, quia † inter patrem & filiam non præsumi
tur dolus seu deceptio. Bal.in l.pactum quod dota
li.col. pen. C. de donat. & quia dictum Statutum
Pisauri non præsumit dolum in donante cum iura
mento, sed in renunciante ipsi statuto, ergo sumus
extra casum statuti quò ad præsumptionem doli.
Præterea iuxta stilum apparet dicta donatio insi-
nuata ex rescripto tunc Principis in loco, quare o-
mnino videtur valida, per ea quæ in terminis ad-
ducit Paul.de Castr.in consil.178.donatio prædi-
cta, lib.1. Qui Dominus rescribens licèt esset Vice
33 dux, tamen expulso tunc vero Duce, cõstitutus † à
Leone X. Põtifice supremo principe, vt notorium
est, omnia potuit quæ põt gerere ipse Dux & Prin-
ceps. Bar.in l.j.§. hi quibus.de leg.3. & ibi Bald.in
versi.à prefectis.& Guid.Pap.in q.234. & Ang.A-
ret.in rubr.col.3.& seq.insti.de except.igitur dictũ
legatum fuit ademptum per dictam donationem,
vt est tex.in l.rem legatam.ff.de adimen.leg.

Aut dicamus dictam donationem esse inualidã
& inutilem defectu insinuationis seu patriæ pote-
34 statis, & tunc pariter dicendum est per eandẽ † do
nationem etiam inualidam intelligi fuisse & esse
ademptum dictum legatum. per text.in l.legatum
sub conditione.ff.eo.de adi.leg.& ibi Bar.per quẽ
text.Alex.in l.si quis ante.col.3.num.8. & ibi Soc.
col.3.in vlti.notab. ff.de acquir. poss.firmant, pri-
mum actum tolli per sequentem actum etiam nul-
lum, ratio est secundùm Bart.in d.l.legatum. quia
secundùm propositum testatoris res donata inua-
lidè in vita eius exit de bonis. per l.sequens quæ-
35 stio. de legatis 2. ratio quoque est, quia † lega-
ta adimuntur etiam nuda & tacita voluntate te-
statoris postea cognita.l.3.§.fi.& ibi glo.& Bar.eo.
de adi.leg. quæ volũtas probatur etiam per actum
nullum & inualidum. l.fi.& ibi Bar.& Bal.ff.de re
bus eorum. Adeo attenditur talis ademptio, etiam
si ille in quem facta est translatio non possit habe
re.l.& si transferam. & ibi Bart.de alimen.leg.sed
dicta Camilla filia potuit capere & habere res do
natas, & possidendo post mortem patris d.pratum,
vt probant testes, intelligitur sibi facta traditio, &
eam possedisse ex titulo precedenti donationis.gl.
& Ang.in l.quædam mulier.ff.de rei vind.& Bart.
36 in l.cum solus. circa fin.de vsucap. ideo † donatio
prædicta fuit morte confirmata, quando aliàs esset
inualida.glo.& doct.in l.2. C.de inoffic.donat. &
in l.j.§.j.ff.pro don.& Ias.in l.frater.ff.de cond.in-
deb.col.pen.& fi.cum maximè huiusmodi confir-
matio sit vtilis filiæ, quæ aliàs ex testamento patris
nõ successisset ei nisi pro medietate, vt firmat Pau.
de Cast.in d.l.j.§.j.circa fi.pro don. Quæ donatio
37 † morte confirmata habet vim legati, & sic non in
diget insinuatione. Bal.in l.fi.versi.decimo oppo.
C.eo.pro don.Alex.in appostil.ad Bart.in d.l.j.§.
j.in versi.morte.& Soc.consi.288.in princ.lib.2.

Redeundo itaque ad propositam q.fratres pos-
sidentes etiam diu viuente dicta Camilla & acto-
ribus scientibus non dicuntur habere ab eisdẽ pos
sessionem prati traditam vigore legati, cum tale le
gatum fuerit ademptum, quamobrem hæredes scri
pti non tenebantur præstare & tradere, ideo cessat
præsumpta traditio ex titulo præcedenti, vt probat
glo.in ver.vt dominũ.in l.2.C.de acqu.poss.& ibi
Bar.& Paul.de Cast.& in §.interdum. inst.de rerũ
diuis.ita in terminis similibus adducit Alex.in con
sil.90.viso processu.col.2.vers.nec obstat.lib.5.re-
petitio.in 6.lib. consil.33.idem inter consil. Curt.
Sen.consi.22.nu.2.3. idem probat Soc.consi.104.
col.fi.nu.22.vers.sed regulariter.lib.4. ex alio quo
que cessat, quia titulus præcedens non est verus ti-
tulus, sed fortè penès fratres putatiuus, ideo nõ po
test concurrere etiam præsumpta & putatiua tra-
ditio.Bald. & Angel. in l. super longi.colum.fina.
versicu. an sicut. C. de præscriptio.long.temp. per
gl.in vers.emissæ.in l.fi.ff.pro suo.In his enim quæ
38 præiudicialia sunt † tacens non videtur consenti-
re.l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procura.& Alexan.in
consi.84.in fi.lib.7. & Paul.de Cast.in l.improba.
in fi.C.de acquir.poss.vbi in terminis loquitur.

Ex his etiam tollũtur quæ pro fratribus possent
allegari per doctr.Bal.in l.sancimus.§.j.in fi.C.ad
Treb. approbatam per Paul.de Cast.in consi.152.
nu.3.lib.2. quòd possessio rei legatæ acquiratur ec
39 clesiæ ipso iure, quia † intelligitur de iusto & vero
legato, & nisi possessio rei legatæ post mortem te-
statoris reperiretur occupata per alios, vt de statu-
to continuante possessionem in hæredem intelli-
gunt Alex.consi.82.col.2. vers. præterea dictũ sta
tutum.lib.2.& Ias.in l.si sorori.C.de iure delibe.&
in l.Pomponius.§.quæsitum.ff.de acqui.poss.cum
concord.alleg. per Tiraqu. in libello le Mor.sai.in
40 5.par.in 3.decla. Valet enim argumentum † de sta
tuto ad iura communia vel consuetudinem.per no
tar.in l.omnes populi. de iust.& iur.& in l.de qui-
bus.de legibus.

Non refragatur quoque text. in l. pro legato. &
in l.fi. ff.pro leg. quia loquitur vbi hæres simplici-
ter tradidisset rem legatam & ademptam, vt intel-
ligit & declarat glo.in d.l.pro legato.quod hic ne-
quaquam videtur probatum, vt supra dictum est.
41 Imò possessio † propria auctoritate per legatarium
vetum appræhensa impedit vsucapionem vbi ad-
fuerit vitium, probat à contrario sensu.l. si non tra
ditam. ff.eo. & facit legatariũ cadere ab omni suo
iure vt l.nõ est dubium. C.de leg. Vitium non ad-
esse & loco traditionis haberi, ibi Pau.de Cast.te-
net scientiam & patientiam hæredis, verum hic nõ
solùm scientia & patientia hæredum, sed etiam qui
hæredes

hæredes ſint non probatur, nam mortuo Thoma
teſtatore Camilla filia poſſedit pratum cum alijs
bonis donatis vigore donationis, vt demõſtratum
eſt ſupra, & non vt hæres, quod etiam declarant a-
ctores eius hæredes producendo inſtrumentum di
ctæ donationis, per quam dicunt dictum legatum
reuocatum, declaratur etiam animus dictæ Camil
læ non iure hæreditario, ſed donationis iure velle
bona donata per ſuam petitionem, & preces in in-
ſtrumento donationis regiſtratas de inſinuãda do
42 natione. Animus enim eſt talis † qualia ſunt verba
vel facta. Oldr. conſi. 53. col. 2. Bal. in l. ſed & repro
bari. ff. de excuſ. tut. Rom. conſi. 96. nu. 2. cum ſimi.
& hoc maximè verum in caſu noſtro eſt, quia hæ-
reditas dicti Thomæ non erat opulenta, ſed de lib.
xxv. den. duntaxat ſibi reſeruatis in dicta donatio-
ne, quo caſu ceſſat præſumptio aditionis hæredita
tis, ſecundùm Bart. in l. pro hærede. in princi. ff. de
acq. hæred. Cum ergo ex præmiſſis non appareat,
ſed dubium ſit de iuſtitia vel iniuſtitia poſſeſſionis
fratrum, & appareat prius actores poſſediſſe, eorũ
quidem fratrum poſſeſſio in dubio præſumitur in-
43 iuſta & clandeniſta. † Bal. & Ang. in d. l. ſuper lon-
gi. col. fi. verſi. ſi verò dubitatur. & doct. in l. clam.
in prin. ff. de acqui. poſſ. & in c. licet cauſam. de pro
bat. & in quæſtione noſtra ſat eſt ſummaq; rei eſt,
quòd fratres rei conuenti non probant actores eo
rum facto cecidiſſe à priſtina eorum poſſeſſione,
quomodocunque aliàs ipſi poſſeſſionẽ habuerint,
nitentes ſe ex dicto legato adempto, iniuſtè & con
tra voluntatem defuncti habent, & contra eos ſo-
nãt verba d. ca. reintegranda. 3. q. 1. ibi. & per quaſ
cunque cauſas iniuſtas &c. ponderata per Lap. in
d. alleg. 51. lætatus. nu. 7. & doctores tam in lectu-
ris, quàm in conſilijs tractantes materiam poſſeſſo
44 rij recuperandæ paſſim affirmant, priorem † poſſeſ
ſorem non iuſtè & abſque ſuo facto poſſeſſione pri
uatum debere reintegrari omni exceptione pro-
prietatis omiſſa, vbi actor contradixerit, vt per A-
lex. d. conſil. 90. 91. & 92. lib. 5. & conſil. 6. lib. 3. &
Dec. conſi. 57. & conſi. 252. & alibi.

Cenſentur autẽ omnia remedia poſſeſſoria ma-
45 gis competentia pro actoribus intentata † per clau
ſulas libelli, petens ius & iuſtitiam &c, & omni mo
do meliori. &c. doct. in ca. 2. de ord. cogni. Alex. d.
conſi. 6. nu. 7. Soc. conſil. 39. col. pen. verſi. inſuper.
& conſi. 128. in fi. lib. 1. & Iaſ. in §. omnium. nume.
148. inſt. de act. poſt alios firmat ſuper libello nar-
rante reſpicientia petitorium & poſſeſſorium & cõ
cludẽtes expreſſè in poſſeſſorio, vigore dictæ clau
ſulæ poſſe ſuper petitorio probationes induci & p
iudicem pronunciari, quod poteſt attentari in caſu
propoſito; cum fuerit in libello narratum actores
poſſediſſe ex veris & legitimis cauſis, ex quibus in-
differenter habetur dominium vel quaſi, poſſeſſio
46 † verò etiam ſine cauſa legitima, vt per doct. in l. 1.
§. ſi viro. ff. de acq. poſſ. & fuerit concluſum in ſolo
poſſeſſorio, & poſtea fratribus adducentibus titulũ
legati, actores replicauerint & probauerint de titu
lo donationis vel quaſi legati reuocante dictum le
gatum fratrum, & ſic probauerint de eorum domi
nio vel quaſi accedente eorum priori poſſeſſione
47 † quæ habetur pro traditione. per ea quæ habentur
in d. l. quædam mulier. & per Bart. in l. cum qui. §.
fi. ff. de publici. Igitur pro eis poſſet quoq; pronun-
48 tiari ſuper petitorio, qui enim probat † melius de
dominio vel quaſi obtinet, vt in c. cum dilectus, de
cau. poſſ. & propr. & in l. fi. de edict. diui Adr. toll.
Alex. conſi. 76. lib. 2. vbi alleg. Ant. de Butr. in c. cũ
cauſam. in vlt. car. de probat. poſſet autem hoc fieri
cauſa euitandi circuitus, & finem litibus imponen
di, vt fieri debet. l. dominus. ff. de cond. indeb. l. fra
tres. C. de tranſact. & c. finem. de dol. & contumac.

Tunc quoque non obſtaret contradictio actorũ
de non admittenda cognitione ſuper proprietate,
quoniam inducta eſt in eorum fauorem, & non de
bet retorqueri in eorum odium. l. quod fauore. C.
de legi. quia etiam admiſſa exceptione fratrum de
legato facto, placuit actoribus replicare de titulo
eorum donationis reuocantis dictum legatum, &
ſic diſcedere licet à lege quam ſibi quis impoſuit,
maximè in dependentibus à voluntate vnius. l. ſi
quis in principio. de leg. 3. & in replicando, cũ tan-
tum ſe habeat replicatio ad exceptionem &c. l. 2. §.
j. ff. de except. Regulaque iuris ſit, proteſtatione
49 † tolli per actum contrarium. Fel. in c. cum M. Fer-
ra. col. 28. de conſtit. & vt per Goz. conſil. 10. num.
33. & Bero. conſi. 45. col. 1. nu. 28. & ſequ. lib. 3. vbi
in poſſeſſorijs, etiam poſt litem conteſtatam, etiam
poſt ſententiam latã in alia inſtantia, poteſt vtrum-
que remedium cumulari, vel vno ſuſpenſo tranſiri
vel rediri ad aliud, idem in conſil. 74. num. 6. 7. co.
Verum tamen actoribus ſufficiunt remedia poſſeſ-
50 ſoria, quæ plurima † ſunt, vt condictio. d. c. reinte-
granda. quæ competit antiquiori poſſeſſori priua-
to iniuſtè & abſque facto ſuo. Abb. in d. ca. cum ad
ſedem. col. x. & actio triticaria, per quam cõſequi-
tur poſſeſſio debita & amiſſa. l. 2. in fi. ff. de condi.
triti. & condictio. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet. vt
per Bar. in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. lib. 10. &
condictio indebiti, per quam recuperatur poſſeſ-
ſio indebitè tradita. l. indebiti. §. j. & ibi doct. ff. de
cond. indebi. & officium iudicis, quod generaliter
poteſt implorari, quãdo quis à poſſeſſione cecidit.
glo. in verſi. furtiuam. & ibi Barr. & Bal. in l. fi. §. cũ
in ſecunda. C. de furt. Lap. in d. alleg. 52. Alex. di-
cto conſi. 92. lib. 5. & Barb. conſi. 43. col. 5. verſi. &
adduco. libr. 2. & Guid. Pap. in q. 362. vtrum. & de
his magis competens & fauorabilius intelligitur
intentatum ab actoribus, vt in libello ibi, & omne
aliud remedium &c. & ſic libellantes non ſe reſtrin
xerunt ad vnum remedium tãtum, ita in ſimili in-
quit Alex. d. conſi. 91. verſ. competunt etiam. lib. 5.

Nullo caſu putarem expedire aggredi materiã.
l. fi. C. de ſacr. ſan. eccle: & l. quoties. C. de rei vind.
& l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publici. ob priui-
legia Eccleſiæ & poſſeſſoris, quoniam intelligitur
de titulis veris vltimarum voluntatum, ſeu inter vi
51 uos, qui tituli † à dictis legibus præſuppoſiti debẽt
verificari, vt earum diſpoſitiones locum habeant.

Bar.

Barto.in l.1.§.quod autem. ff.ne quid in flu.publ.
Salycet.& Fulgo. in l.mancipia. C.de serui.fug. &
de iustis titulis, Alexand.d.consi.82.colum.2.ver-
sicu.preterea dictum statutum.lib.2. & habentibus
voluntatem defuncti & non reuocatis, quia in vo-
52 luntatibus† vltimis & legatis præualet vltima. l.di
uus.§.licet.ff.de iure codicil.& l.translatio. in fin.
de adimen.legat. & loquitur text.in dict.§.si duo-
bus. & in dict.l.quoties. in contractibus inter vi-
uos, qui de eadem re per diuersos ab vno possunt
haberi & obtineri, cum fiant consensu. l.consensu.
ff.de acti.& obligat.& instit.de obliga.quæ ex con
sen.tot.titu.qui & possit pluries præstari à contra-
hente in vita & irreuocabiliter, per l. sicut. C.de
actio.& obligati. Non sic dicendum est de vltimis
voluntaribus vel quasi contractu cum hærede ini-
to ex eis proueniente, quia non potest id pro se ha
bere, nisi ille in quem postremò à statutore fuerit
collata voluntas morte confirmata. l. si mihi. §.in
legatis.de leg.1.l.à Titio, de furt.ca.cum Marthæ.
53 §.cæterum. de celebr. mis. quia † ambulatoria est
vsque ad mortem.l.4.de adim.leg.cum vulga. Sed
non fratres & ecclesia in dicto prato. Verùm dicta
Camilla per dictam donationem postea factam, vl
timam d. Thomæ voluntatem morte confirma-
tam & prius possessionem habuit, iux.not.in d.l.2.
de inoffic. donat.ad quam actores eius hæredes de
bent reintegrari, vt sæpius dictum est, per quam
quidem donationem adimentem legatum dicitur
dictum pratum effectum esse extra bona testato-
ris.dict.l.sequens quæstio.de leg.2. & Bart. in d.l.
legatum sub condirione.§.1.ac etiam esse acquisi-
tum ius & titulum pro donato vel saltem pro lega
to d.Camillæ, iux.not.per Bar.& doct.in d.l.1.§.j.
ff.pro don.

Cessarent ergo tradita per docto.in l.militis. §.
veteranus.ff.de mili.testament. & in l.si ita sit scri-
ptum.de leg.1. & in l.fideicommissum.C.de fidei
54 commiss.Vt † si legatum non sit ademptum ipso iu
re, sed ope exceptionis, dicatur melior conditio
possidentis.d.§.veteranus, quoniam ipso iure intel
ligitur ademptum legatum in casu proposito per
dictam donationem, cum ea sit solemnis saltem
morte confirmata ad tollendum legatum, per tex.
express.in d.l.legatum sub conditione. §.1.de adi.
leg.vt de codicillo arguunt gloss.Bar. & doct.in d.
l.fideicommissum. Barto. & alij. in l.hæredes pa-
lam.§.si quid post. ff.de testamē.& sit sufficiens ad
acquirendum dict.Camillæ, per alleg.superius. &
per gloss.& docto. in l.fina.C.famil.erciscund.Ip-
saque per eam habuerit posteriorem voluntatem
ad dictum pratum. Ideo fratres possidentes etiam
exceptione tueri se non possunt, Pau.de Ca.in d.§.
si quid post.column.penult. sub versicu.tertius ar-
ticulus.sentit Bart.in d.§.veteranus. ibi. quia petit
quasi non habeat voluntatem defuncti &c. & Ale.
in d.l.si ita sit scriptum. versic. quid autem referat.
vbi doct.loquuntur in hærede petente contra le-
gatarium possidētem legatum ademptum, nos ve-
rò sumus in donataria vel eius hæredibus petenti-
bus ex donatione & priori possessione, & habenti-
bus potiora iura ipsis fratribus reis conuentis, vt
est ostensum supra. Quamuis aliqua ex prædi-
ctis magis procedant in petitorio quàm in posses-
sorio.

Dicendum est insuper, cum tractatum sit de a-
demptione legari per iura communia superius al-
55 leg.quòd hæc † seruanda sunt etiam in causa pia,
per not.in c.j.de no.oper.nunc. præsertim vbi non
est hæres, sed legataria pia causa.Soc.consi.115.nu
me.7.vers. & pro hoc.lib.4.differentiæ ratio est, ꝗ
vna reuocatione indistinctè facta adimuntur lega
ta, & firma permanet hæredum institutio. tex.in d.
56 §. veteranus. † legatum enim ad pias causas sicut
dari ita adimi potest coram duobus testibus, & in-
telligitur reuocatum ipso iure, vt expressè auctor.
Card.& Io.de Imol. firmat Alex.consi.209.col.fi.
nu.23.vers.vltima ratione.lib.2.

Itaque ex prædictis omnibus pro actoribus vi-
dentur iura clara, quæ si adhuc dubia dicerentur,
vt sumeretur occasio, in dubio pro religione in fa-
uorem monasterij pronunciandi. arg.l.minimè.ff
de relig.& sumpt.fun.Respondetur hoc non habe-
re locum in præiudicium filiorum vel nepotum, vt
sunt isti actores, argu.c.quicunque.17.q.4. & quia
57 † Ecclesia est cultrix iustitiæ.c.j.vers.sed diuersum.
de alie.feud. ita respondet Barb.consi.13.col.7.li.
j. vbi adducit quod not. Bald. in l. cum acutissimi.
col.j.versic.quæro quid si pater. C. de fideicom.&
ista responsio comprobatur, quia si Ecclesia exclu-
deret filios & nepotes testatoris, esset lucrum odio
sum, & in tali lucro odioso debet fieri interpreta-
tio contra Ecclesiam, vt no.Abb.in c.filius noster.
in vl.notab.de test. facit tex.in c.suā.de pœ.hæc est
formalis responsio tradita per Dec.in consil.259.
col.4.vers.non obstat. Vnde absque vlteriori pro-
gressu iuxta superius pertractata in fauorem acto-
rum & nepotum & filia Thomæ Cernæ pronun-
ciandum de iure putarem. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.Pisauren.

CONSILIVM CXLV.

ARGVMENTVM.

Tria continet, Primum, de instrumen-
tis quietationum & renuntiationum,
an & quomodo posit quis se in eis
fundare.
Secundum, an per literas Cardinalis in
telligantur reuocatæ literæ Papæ.
Tertium, de absolutione à iuramento.
Quomodo & ad quid prosit.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Interpellatio requiritur vt quis constituatur in mora.*
2 *Implere aliquid obligatus non tenetur nisi petatur ab altera parte.*
3 *Iudex non debet attendere quod pars non excipit seu replicat.*
4 *Instrumenta consignationis bonorum stabilium promissorum, licet nõ probent traditionem possessionis bonorum promissorum, probant tamen licentiam intrãdi propria auctoritate.*
5 *Papa supra ius & contra ius omnia potest, tollendo etiã ius quæsitum ex contractu.*
6 *Pœnam non meretur qui facit auctoritate legis.*
7 *Frangenti fidem quòd frangatur fides, quomodo intelligatur.*
8 *Iura & defensiones vẽditoris & eius hæredum prosunt emptori.*
9 *Cardinali asserenti de re aliqua speciali se habere commissionem specialem à summo Pontifice, non creditur in præiudicium alicuius.*
10 *Iuramentum non perdit suas vires & effectum quem habebat ante absolutionem limitatam ad effectum agendi.*
11 *Pacta, liberationes & quietationes à minoribus facta cum auctoritate curatoris, consensu attinentium, & decreto iudicis, valent absque iuramento.*
12 *Principis placitum habet vim legis.*

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.



D primum quæsitum per modum dubitationum magn. D. Vicarij appellationum. Respondens, dico ex pluribus hæredes domini Ludouici posse se fundare in instrumentis quietationum & renuntiationum factarum per dominas Margaritam & Ioannam, non obstante quòd scuta ducenta & qninquaginta per ipsum dominum Ludouicũ promissa per suos hæredes soluenda, adhuc per dictos hæredes soluta non essent.

Primo, dicti hæredes habenres ignorantiã promissorum scutorum 250. per eorum patrem, iuxt. l. qui in alterius. de regu. iur. non dicuntur in mora,
1 † cum ad eã soluenda interpellari nõ fuerint. l. mora. ff. de vsu. & l. si ex legati. & ibi doct. de verborũ obliga. Ergo per eos non videtur stetisse, sed per dictas Margaritam & Ioannam, quæ tenentur accedere ad domum dictorum hæredũ & petere d. scuta 250. vt per Barto. in l. item illa. ff. de const. pecu.
2 quia † vbi etiam ab vna est aliquid adimplendum, pars obligata adimplere potest agere, & adimplere non tenetur, nisi petatur ab altera parte, per ea q̃ plenè adducit Ias. in l. vniuersa. colum. 1. & sequẽ. C. de præci. imper. offer. & in l. iurisgen. in princip. in 3. nor. ff. de pact. & per Boer. in deci. 124. sub numer. 30. in 1. par. Eo maximè quòd pro parte dictarum dom. Margaritæ & Ioannæ, facta pro domino Antonio & opposita exceptione de dictis quietationibus & renuntiationibus, non reperitur facta replicatio de obseruatione non facta per dictos hęredes in soluendis d. scu. 250. nisi quòd in processu dicti domini Antonij, ad car. 25. reperitur simplex replicatio, quòd dictus dominus Ludouicus pactis contrauenir, & ea obseruare neglexit, de eius hæredibus quòd non obseruauerint nullum verbum le
3 gitur in dictis replicationibus, ergo † q̃ pars non excipit seu replicat, Iudex non debet attendere, in sti. de except. to. tit. Alexand. in l. Iccta. column. antepenult. & ibi docto. ff. si certum pet. & Calc. consil. 116. nume. 10. quia ad non petita nullæ sunt Iudicis partes, Barto. & docto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de damn. infect. & quod dicitur de exceptione idem est de replicatione. l. quoniam Alexãdrum. C. de adult. & tot. tit. instit. de replica. & videtur text. in l. siue apud acta. C. de transact. Quòd verò dominus Ludo. viuens obseruauerit per eum promissa, cantant instrumenta dictarum quietationum, vbi expresè legitur ipsum dedisse & consignasse bona stabilia promissa, per quæ instrumen-
4 ta licet † non probetur traditio possessionis bonorum promissorum, probatur tamen licentia intrandi propria auctoritate, Barto. & alij in l. prædia. ff. de acquirend. possess. Corne. cons. 142. column. 3. versicu. nec obstant. lib. 3. & Socin. consil. 55. nu. 3. lib. 4. vbi dicit quòd id communiter sequuntur docto. qua licentia si dictæ mulieres adhuc vsæ non fuerint, stat per eas, & quo ad aliam partem contractus habetur pro impleto, Alexand. consi. 49. nume. 2. volum. 2.

Secundò, in literis Summi Pontificis Pauli iij. in processu, ad cart. 80. expresè reuocatur tenuta de bonis appręhensis pro dictis scut. 250. & mandatur ac disponitur dictos hæredes non teneri dictis Dominabus neque earum maritis ad aliquid aliud vltra bona assignata, ergo tolliĩ quòd d. scut.
5 250. peti non possunt. Quoniam Papa † supra ius & cõtra ius omnia pote st, tollendo etiam ius quę situm ex cõtractu, Bal. & Ias. & doct. in l. rescripta. C. de preci. imper. offere & in l. fin. si con. ius vel vtili. publ. Alex. consi. 1. nu. 40. vol. 2. & plenè Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 12. cum seq. de const. & quatenus aliqui velint hæc cũ causa fieri posse, in Papa semper præsumitur causa. Alex. d. consi. 1. nu. 23. & consi. 101. num. 5. vol. 7. licet causa exprimatur in d. literis, q̃ bona assignata ascendant vltra quinque mil. scu. pro qualibet, & vltra quàm cõueniat conditioni & statui dictarũ mulierum,
6 & ex alijs narratis in dictis literis, ergo † qnod quis faceret auctoritate legis non meretur pęnam, ar. l. Grachus. C. de adul. per not. in c. venientes. & in ca. quemadmodnm. de iureiur. Papa enim ipse est lex, Alex. consi. 2. nu. 31. vol. 1.

Tertio, dictæ mulieres in dictis quietationibus & transactionibus liberauerunt d. domi. Ludouicum de gestis venditis & omnibus alijs per acceptilationem præcedente aquiliana stipulatione, vt in processu ad car. 47. vnde sunt sublatæ omnes actiones reales & personales, ad quas intentandas re- uer-

uerti nõ poteſt, etiam ſi ab alia parte aduerſa non ſeruētur promiſſa, per tex. in l. vt reſponſum. & ibi Bald. Saly. & Alex. C. de tranſact. & ita illud vulg.
7 † frangenti fidem &c. limitat Iaſ. in l. cum proponas. la 2. C. de pact. & in d. l. vt reſponſum. ad idē in l. actione. C. eo. & tex. iuncta glo. in ver. ſtipulatione in d. l. cum proponas. Quæ ſupradicta iura
8 † & defenſiones venditoris & eius hæredum proſunt domino Ant. emptori & reo conuento. l. emptori. C. de euict. & l. fin. ff. de excep. rei vend. & Aym. con ſi. 48. nu. 1.

Ad ſecundum quęſitum, an per literas Cardinalis intelligātur reuocatæ d. literę Papæ, dicendum
9 eſt ꝙ de iure † non creditur Cardinali aſſerenti de re aliqua ſpāli ſe habere cõmiſſionē ſpālem à Summo Pontifice in pręiudicium alicuius, glo. Abb. in c. ſicut. de ſent excom. & in c. ꝙ ſuper his. de fide in ſtr. & ibi Feli. col. 2. in 1. cõcluſione. & Goz. in con ſi. 41. nu. 15. niſi ſcriptis probet, per. l. 1. C. de man da. prin. & per not. in ca. cum in iure. de off. deleg. Præterea dictę literę Cardinalis Reuerend. Farneſij ſunt ſpeciales in fauorem Thomaſini, vt poſſit exigere creditum dotis à dictis hęredibus apparet ibi. (per queſto cõto S. S. ha voluto &c.) vnde eius perſonam & hanc cauſam exactionis dotis non tranſgrediuntur. §. planè ex his. inſt. de iuſti. & iu. & l. 1. §. fin. ff. de conſt. prin. ergo quò ad alia. ſ. ꝙ pacta & quietationes ſeruentur per dictas mulieres, permanent d. literæ Apoſtolicæ. arg. l. præcipimus. in fi. & ibi Bat. C. de appel.

Ad vltimum de abſolutione à iuramento. Reſpondeo ꝙ nō probata enormi læſione in proceſſu ad quem fuerunt, vt dicitur, habilitatæ dictæ mulieres ad effectum agendi & de eorum Iuribus experiundi allegando dictam enormem læſionem prout non ſolum probata, ſed etiam allegata non fuit dicta læſio enormis in præſenti proceſſu. iura-
10 mentū † non perdit ſuas vires & eius effectū quē habebat ante d. abſolutionem limitatam ad effectum agēdi, vt in terminis cõſuluit Pa. de. ca. con. 259. Circa primum. col. pen. & fi. lib. 2. & Gui. Pa. in q. 226. comprobat Aym. conſi. 7. nu. 7. & Bero. conſil. 154. nu. 16. 17. lib. 1. Cephal. conſil. 51. nu. 22. Cū in dictis inſtrumētis etiam adſit promiſſio & iuramētū de nō petēda d. abſolutione, & de hac non ſit facta mentio in literis Camerarijs de dicta abſolutione concedenda, non ſunt ideo abſolutæ vt poſſint agere, niſi abſolutę prius ſint à Iuramento de non petenda abſolutione. Math. de Affli. in decis. 220. in 5. dub. nu. 12. & dec. 30. nu. 5.

Quamuis etiam per d. abſolutionem vires iuramenti eſſent ablatę, nihilominus firma perma-
11 nent pacta † liberationes & quietationes in inſtrumentis contentę, q̄ cū auctoritate Curatoris conſenſu attinentium, & decreto Iudicis valent abſque Iuramento, vt. ff. de reb. eorum. tot. tit. ita firmat Soci. conſi. 115. col. fin. ver. poſtremò etiam. vol 1. & Corn. conſi. 6. col. fi. vol. 1. & alijs pleriſque con. citatis per Aym. d. conſi. 7. nu. 7. Poſtremò omnis quęſtio eſt deciſa ꝑ dictas literas Apoſtolicas cum clauſula ex certa ſcientia, mandantes dictas quictationes obſeruari, & abſolutionem à iuramentis dictis mulieribus nō ſuffragari, els imponentes perpetuum ſilentium, & ſic pro parte noſtra habemus legem viuam ſupremi Principis, qua
12 † quod Principi, &c. §. ſed quod principi. inſtit. de iuſti. & iur. Ange. in l. item veniunt. §. cæterum. ff. pet. hæred. Barb. conſi. 21. colum. 1. & conſi. 26. circa fin. volum. 2. Itaque ſententiandum omnino videtur in fauorem D. Anton. confirmando ſententiam iam pro eo latam. Laus Deo.

Simon de Prætis Iu. vtr. Doct. Piſauren.

CONSILIVM CXLVI.

ARGVMENTVM.

De damno reficiendo ratione vulneris illati equo admiſſario ſeu ſtallono alicuius, quomodo fiat æſtimatio, & qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Damni & intereſſe probatio ſufficit fieri per indicia et coniecturas.*
2 *Aeſtimationis probatio reputatur difficilis.*
3 *Lex in his quæ ſunt difficilis probationis contenta eſt ea probatione qua poteſt haberi.*
4 *Teſtium dicta ſupplenda ſunt quantum fieri poteſt.*
5 *Præcedentia declarant ſequentia.*
6 *Aeſtimatio communis rei qua potius iudicio intellectus quam ſenſui corporeo ſubijcitur, per teſtes probari poteſt.*
7 *Stallonum habere ad generandam prolem reputatur vtilitas.*
8 *Fama publica non probatur à perſonis cognoſcentibus, niſi dicatur, ab omnibus, vel maiori parte hominum.*
9 *Coitus infrigidat & corrumpit vires.*
10 *Famulus poteſt poſt famulatum eſſe teſtis pro ſuo domino.*
11 *Teſtis idoneus eſt de re vendita & pro emptore, in caſu quo non eſt obligatus de euictione.*
12 *Militi in cognitione valoris equorum magis creditur tanquam perito, quàm alteri.*
13 *Aeſtimatio rerum melius ſcitur per informatos & habentes conuerſationem de re de qua agitur.*
14 *Teſtibus affirmantibus magis creditur quàm negantibus.*
15 *Teſtium etiam minori numero crederetur reſpectu veriſimilioris teſtificationis & à magis informatis & peritis facta.*
16 *Duplum fieri debet ex communi æſtimatione, & non ex particulari intereſſe.*
17 *Statutum non corrigens ius commune, ſed addens indiſtincte*

ítinctè duplum, intelligi debet secundum ius commune.

18 *Statuta recipiunt paßiuam interpretationem à iure communi.*

19 *Soli alicui credi non debet.*

20 *Damnum ex coniecturis probari potest.*

21 *Interpretatio fit contra delinquentes in duriorem partem.*

22 *Damnum patienti & de damno tractanti facilius succurritur contra delinquentes & lucrantes saltem ex adimplemento voluntatis.*

23 *Solutio vnius ex obligatis in solidum non liberat aliũ, saltem vltra simplum.*

24 *Sententiæ correctio pro appellato præsente non fit nisi ipse petat.*

25 *Iudex ad non postulata se ingerere non debet.*

QVI ES VIA VERITAS ET VITA
doce me nunc veritatem & viam
iustitiæ.



Rocessum simul alligatum in totũ, cart. 103. agitatum inter dominum Barthomæum Baldassinum agentem ex vna, & Marcum & Scipionem de Scapezano ex alia parte reos conuentos, ad me pro habendo consilio superinde decisiuo ob discordiam fortè dominorum Iudicũ & Taxatorum in causa electorum transmissum, legi ac perlegi ad plenam facti, de quo agitur, meam notitiam & informationem, omissis difficultatibus aliis quæ extarent forsan ex condemnatione criminali continente emẽdationẽ damni in duplum prolata de vulnere equi admissarij, & modo in taxatione damni agatur de morte dicti equi, & ex eo ꝙ criminalis condemnatio legatur facta per solam contumaciam condemnatorum, nisi literæ Ducales ad præces ipsorum Marci & Scipionis ascriptæ disponerẽt solummodo fore per partes eligendos taxatores super reuisione taxationis factæ per mag. D. Locumtenentem ciuitatis Senogalliæ. Ideo super dicta reuisione duntaxat insistendo, dicẽdum est ex multis modis per docto. traditis in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. & in §. si quis agens. instit. de acti. & in cap. cum causa. de testi. ad habẽdam certam damni seu rei æstimationem fuisse per partem seu dominos Taxatores electum modum probandi damni seu interesse petiti ęstimationem per testes. Qui plures ab vtraque parte superinde fuerũt examinati. Quorum attestationibus & dictis sæpius recensitis & bene pro tenui mea facultate consideratis, vnà cũ elegantibus & copiosis doctis D. Aduocatorum Responsis hinc inde emanatis in causa, magis vrgẽtes plurimæque sunt causæ, & quidem iuri consonæ, quæ mouent ac impellunt me inhærere attestationibus & dictis testium examinatorum pro parte D. Bartholomæi Baldassini.

Prima est, quòd agitur de probando d. Baldassini damno & eius æstimatione, iuxt. l. 1. & 2. & l. si
1 seruum. ff. ad l. Aqui. cuius† damni & interesse probatio sufficeret fieri per indicia & coniecturas. Alexand. consi. 189. colum. penul. versic. quò ad aliud. cum sequen. lib. 6. maximè quòd per doct. in d. ca. cum causa & in d. l. pretia rerum. probatio æstima
2 tionis † reputatur difficilis quia est de his quæ non apparent ad oculum, per theor. Barto. in l. in actionibus. colum. penult. sub nume. 22. ff. de in litẽ iur. refert Corne. consi. 268. colum. 4. sub versicu. notitia autem. libr. 4. & æstimationis ac interesse probationem esse difficilem ponit Marsil. consi. 5. col.
3 fi. nume. 23. In his † autem quæ sunt difficilis probationis lex contenta est ea probatione, quę potest haberi. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. cũ vulg. & cumul. per Ias. in l. si quis ex argentariis. §. fin. colum. penult. & fina. ff. de eden. & Mars. d. consil. 5. colum. fina. Indicia enim & coniecturę parẽt, imò veritas valoris damni dicti Baldassini probata per testes pro eo examinatis, & deponẽtes equũ vulneratum & mortuum de eodem anno quo mortuus est, fuisse emptum à d. Baldassino scut. 22. pro equo admissario in suo grege equarum, & pro tali valuisse & valere cõiter scut. 25. & 26. & communiter fuisse ita venditum & emptum, subiũgentes ꝙ tanti emissent ipsi testes, hæc testium dicta supplendo ex communi prætio, vt dictorum testium
4 supplẽda † sunt, quãtũ fieri potest. Bar. in l. Labeo. de supel. leg. cũ simil. alleg. per Dec. in consi. 272. nu. 2. nam dicendo prius equum communiter fuisse venditum & emptum scutis 25. & postea ꝙ tanti emissent testes, ipsi non pro singulari precio, sed pro cõmuni rectè intelliguntur eorũ dicta, quia
5 † præcedẽtia declarant sequentia. l. si seruus plurium. in fi. de leg. 1. dicta testium sunt adiuuanda. Alex. consi. 101. nu. 19. vol. 7. ita communem rei
9 æstimationem, † quæ potius iudicio intellectus quàm sensui corporeo subiicitur, per testes posse probari tradunt Barto. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in d. l. pretia. & ibi Imo. Alexand. & cæteri. ff. ad l. Falc. & Anto. de Butr. & Abb. in c. cum causa. de empt. & vend. & alij Canon. in d. c. cum causa quæ inter. de testi. & Soci. in consi. 249. column. penul. ve. sicu. sed quæritur an æstimatio. lib. 2. dicit esse communes theoricas, testes probare si referunt se ad communem æstimationem, deponendo etiam de credulitate, ex quo difficilis est probatio, & Bursat. Mantu. consil. 99. nume. 6. discursum etiam faciũt d. testes ad dictam æstimationem ex bonitate dicti equi pro admissario seu stallono ad generan
7 dam prolem, † quæ vtilitas reputatur. vt l. ædiles aiunt. §. iumentorum. ibi. neque de vtilitate cum ad generandum, &c. ff. de ædil. edi.

Secunda, ꝙ omnes testes reorum conuentorum deponentes de valore equi de duobus scutis nõ referunt se ad communem æstimationem, quinimò nullum verbũ faciunt de cõi æstimatione, sed de particulari & singulari eorum æstimatione in emẽdo talem equum. Ideo vt singulares non probant communem valorem duorum scutorum de tali equo. Barto. in d. l. 2. colum. fina. & Alexand. in d. l. pretia rerum. nume. 11. cum simil. not. allega. per D. Ad-

Dominum Aduocatum dicti Baldassini, non depo
nunt de communi æstimatione, dum dicunt pluri
duorum scutorum non fuisse emptum ab homine
habente iudicium, quia leges & iura non requirũt
in æstimatione communi solùm homines haben-
tes iudicium, sed indifferenter omnes homines cõ
muniter ementes & vendentes & æstimantes, vt
text. in d.l. si seruũ. ad l. Aq. & in d.l. pretia. sicut di
8 citur † publicam famam nõ probari à personis co-
gnoscentibus, nisi dicatur ab omnibus vel maiori
parte hominum. Corn. plenè in consi. 232. colum.
3. & sequen. volum. 2. videtur esse de hoc doctrina
Bartol. & Paul. de Castr. in l. Iulianus. in princip.
ff. de actio. empt. vbi circa precium, equus si eme-
retur à Marescalco, & liber à doctore, & sic à per-
sonis habentibus iudicium circa rem emptã, non
commune, sed singulare precium dicitur, requiri-
tur ergo vt possit cõis dici æstimatio quòd indis-
ferenter emeretur & venderetur res aliqua com-
muniter pro tanto à quolibet emere & vendere vo
lente & sciente qualitatem & conditionem rei em
ptæ. iuxta glo. & per Bar. Castr. & Imo. in l. mortis
causa capimus. §. fi. ff. de donat. causa mor. prout te
stes d. Baldassini dicunt se scire d. equum optimum
pro admissario seu stallono, testes verò reorũ con
uentorum omnes ignorant cõditionem dicti equi,
quòd esset admissarius & pro tali eum non cogno-
scunt neque habent, vt in eorum dictis legitur, igi-
tur de valore eius deponere non possunt. Alexan.
consi. 54. nu. 5. vol. 6. qualitates quas asserunt de di
cto equo, quòd emitteret sanguinem ex virga, & q
vix se teneret in pedibus, & quòd esset apertus, non
impediũt bonitatem admissarij, imò similia ex ni
mio coitu solent euenire equis & omnibus anima
libus, vt experientia rerum magistra docet. c. quàm
9 sit. de elec. in 6. coitus enim infrigidat † secundùm
Philoso. lib. 18. de animali. & corrumpit vires, sed
talia nocerent equo vectorio vel cursori, vel bella
tori, vel quadrigario, vel alij pro equitando, vt vi-
dentur intelligere testes dictorum conuentorũ, sat
est pro admissario quòd sit equus corpore elegãti,
bene formatus & magnus, vt omnes vtriusq; partis
dicunt testes illum equũ fuisse grandis iustæ & bo-
næ staturæ, quò ad alia autem facilis fuisset repara
tio per moderationem à coitu, & bene eum pascen
do, nisi fuisset per reos cõuentos vulneratus & mor
tuus, ergo magis credi debet testibus d. Baldassini,
quia deponunt de communi valore, & probant vt
superius dictum est, & quia melius sunt informati,
& cognoscunt dictum equum pro admissario ob
conuersationem & notitiam habitam de dicto e-
quo, cum plures ex testibus fuissent tunc famuli d.
10 Baldassini, & modo † post famulatum præstitũ pro
eo possunt esse testes. Feli. in c. in literis. col. pen. in
5. fallent. de testi. & vnus sit qui iam vendiderit d.
equum Baldassino, qui venditor saltem post duos
annos est securus à redhibitione & quãti minoris,
11 & in casu † non obligatus de euictione idoneus est
testis de re vendita & pro emptore. Fel. in ca. insu-
per. col. pen. vers. tertiò quæritur. de testi. & Alber.
de Ros. in tract. de testib. §. expedita. vers. non ob-
stat. nume. 17. etiam si sit consobrinus inducentis.
12 Bal. in consi. 188. Consobrinus. vol. 4. Cui † vt mi
liti & perito in cognitione valoris equorum magis
creditur quàm testibus aduersæ partis imperitis.
Nel. de S. Gemi. in tract. de testi. num. 200. & æsti-
13 matio † rerum melius scitur per informatos & ha-
bentes conuersationem de re, de qua agitur. Bal. in
d.l. 2. C. de rescin. vend. col. pen. vers. & scias. tum
magis credẽdum est testibus Baldassini, etiam de-
ponentibus de maiori æstimatione, quia deponũt
14 affirmatiuè, † & alij ex aduerso negatiuè vltra duos
scutos, Bald. in d.l. 2. col. pen. vers. sed pone testes.
& Alex. d. consi. 54. num. 6. vol. 6. Tum etiam quia
deponunt magis verisimilia & iuri communia con
sona, scilicet de bonitate dicti equi pro admissario,
& alij dictæ aduersæ partis de malis & defectibus
equi, per adduct. à Fel. in c. In nostra. col. 2. de testi.
& Dec. in l. furiosum. nu. 20. C. qui testam. fac. pos.
& Paris. consi. 88. nu. 22. cum seq. vol. 3. & Aymo
consi. 9. num. 7. consi. 20. nu. 6. & consi. 151. nu. 20.
15 Cuius † verisimilioris testificationis & à magis in
formatis & peritis factæ respectu crederetur etiam
minori testium numero. l. ob carmen. §. fi. ff. de te-
stib. & d.c. in nostra. & ibi glo. & Marsi. singul. 343.
Alex. consi. 20. col. pen. vol. 6. vbi sub vers. præte-
rea. not. loquitur, quòd credẽdum sit melius infor-
matis. & Aym. consi. 195. num. 10. Credendum est
etiã magis testibus actoris, quia prius in prima in-
stantia deposuerunt, & testes reorum in secunda in
stantia conantur deponere postea contrarium de
directo negatiuè vltra duos scutos, ideo in eis præ
sumitur subornatio, & sic potius stãdum est primis
testibus. glo. j. in fi. & ibi Abb. in d. cap. in nostra. &
Pet. Gerar. in sing. 11. incip. his casibus.

Tertia principalis causa est, quòd ex forma sta-
tuti Senogalliæ, vt præsupponitur in sententijs, vul
nerans vel occidens animal alienum damnatur ad
emendationem damni in duplum, quod quidẽ du
16 plum ex communi æstimatione fieri debet † & nõ
ex singulari interesse. per text. in l. j. §. consideran-
dum. & ibi glo. & doct. tradunt. ff. de tu. & rat. dist.
& in l. in furti. in princip. de furt. & quod statutum
17 † non corrigens ius commune, sed addens indistin
ctè duplum intelligi debet secundùm ius commu-
ne. c. cum dilectus. de consuetu. & l. 2. & ibi docto.
C. de noxa. act. cum simil. de iure autem communi
tenetur pro damno quanti plurimi fuerit in anno
præterito & præcedente vulnus seu mortem & in
duplum inficians. vt l. 2. ff. ad leg. Aqu. & §. j. instit.
eod. etiam si in dicto anno animal occisum fuerit
quandoque claudum, manchum vel debilitatum
aliquo membro, vt sit effectũ vilius & minoris pre
tij. vt per text. in l. inde Neratius. §. idem Iulianus.
ff. eo. & §. his autem verbis. instit. eo. quæ iura locũ
habent in dicto statuto, nisi aliter disponat (& non
vidi illud in processu transmissum) cum loquatur
de materia dictorum iurium legis Aquiliæ statutũ
hoc à dictis iuribus interpretationem recipit passi-
nam, quòd ad id statutum se extendant dictæ leges
commu-

communes loquente de vulnerantibus & occiden tibus aliena animalia, per communem theor. doct. quàm indistinctam dicit Bar. in l. omnes popu li. in 6. q. princ. in q. 4. versi. secundo casu. sub num. 60. de iust. & iu. & in l. j. § lex Falcidia. & ibi doct. ff. ad leg. Falc. & Sal. in d. l. 2. C. de noxa. act. col. 5. versic. accedo modo, dicit omnes concorditer di-
18 cere, statuta † recipere passiuam interpretationem à iure communi, & alibi doct. tradunt adducti per Paris. consi. 20. in fi. volu. 2. vt damnum emendandum ex dicto statuto æstimetur quanti plurimi fue rit in anno præterito.

Si quidem ergo testes reorum conuentorum de ponentes de valore duorum scutorũ, etiam de cõmuni valore probarent, loquuntur de minori æstimatione quando erat equus reductus claudus, infirmus & ad debilitatem ob nimium coitũ de men se Iunij & Iulij, nisi quòd Gentilis sextus testis de tempore dicit ante & postquam fuit dictus equus
19 vulneratus, cui † soli nõ debet credi. l. iurisiurandi. C. de testi. & c. licet extra eo. testes verò d. Baldassi ni deponunt de precio quanti plurimi fuerit in dicto anno, quando dictus equus erat sanus & validus & sufficiens pro admissario tempore quo eum emit d. Baldassinus, & quo fuit vulneratus de mense Octobris, nã ipse Baldassinus in dicto anno non emisset talem equum pro scutis 22. si fuisset claudus & mancus & valoris non vltra duos scutos, prout dicunt testes reorũ, quia Baldassinus ipse tenens Armenta equorum verisimiliter cognoscere debet valorem equorum, & non præsumitur velle iactare suum, vulg. l. cùm de indebito. §. j. ff. de prob. hac coniectura cum dictis eius testiũ probatur dãnum suum in dicto anno de scutis 25. pro quanto
20 plurimi, postquam damnum ex coniecturis † probari potest. secundùm Alex. d. consi. 189. col. pen. vol. 6. & Marsil. dicto consi. 5. col. fi. & hoc damnũ quanti plurimi attendi debet, per iura superius alleg. & sic possunt concordari omnes testes vtriusque partis. iuxta materiam. ca. cum tu. de testib. & per docto. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. & cessant subtiliter allegata per doctissimũ. Aduocatum pro
21 reis conuentis, contra quos delinquentes † etiam fit interpretatio in duriorem partem. vt not. Bal. in l. item Mela. §. sed si plures. versi. tertiò not. ff. ad l. Aquil. & Dyn. & alij. in c. in obscuris. de reg. iur. in 6. præcipuè cum sint in lucro, ex eo quòd voluntatem eorum adimpleuerint vulnerãdo equos dicti Baldassini. gl. fi. in l. pen. ff. de cond. cau. da. Gram. in consi. 22. nu. 6. & Baldassinus sit in damno, vt to
22 to tit. insti. C. & ff. ad leg. Aquil. ideo facilius † con tra delinquentes & lucrantes saltem ex adimplemento voluntatis succurritur dicto Baldassino tãtum de damno. l. iure. ff. de iure dot. & l. Proculus. de dam. infect. & l. non debet. §. in re obscura. & ibi Dec. & Cagno. de reg. iur. & æquo animo ferant rei conuenti damnum satisfacere quanti plurimi in anno probatum est, sicut sibi ipsis complacuerunt damnificare d. Baldass. vulnerando dictũ equum, vt in facto præsupponitur.

Satis autem releuabitur, quòd cũ teneretur in
23 solidum, & vnius † solutio non liberaret alium, sal tem vltra simplum, vt l. item Mela. §. j. & seq. & ibi glo. in versi. cum sit poena. ff. ad l. Aquil. & l. j. & ibi glo. C. de cond. fur. & Bart. in l. cum duo. col. pen. vers. tertiò quæro. ff. de duo. reis. fuerunt tamẽ cõdemnati per Magnificum Dominum Locumtenẽ tem ad certas portiones, diuisim tam ratione simpli quàm dupli, aliqua forte rationabili causa, dẽ qua non discutio, nec possum, sequendo etiã Alex. in consi. 183. num. 5. vol. 6. quia Baldassinus acceptauit talem sententiam. arg. l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & l. j. & ibi not. per Bar. de relati. & per Aymo. consil. 103. nu. 12. & quia rei conuenti appellauerunt in illis passibus, punctis & articulis facientibus contra eos, & sic limitatẽ, itaque cõtra eos non videtur sententiam latam posse corrigi, vt Perusi. in c. si duobus. de appellat. & Fel. in c. signi-
24 ficauerunt. de excep. maximè † quòd correctio sen tentiæ pro appellato præsente non fit nisi petat appellatus, vt probat tex. in l. ampliorem. in princi. C. de appell. & appellatus petit hic in processu ad car. 86. non corrigi in aliquo d. sententiam, sed pronun ciari indistinctè benè iudicatũ per dominum iudi-
25 cem à quo, ergo secus, & ad non postulata † iudex se ingerere non debet. l. 4. §. hoc autem. & ibi Bar. & docto. de dam. infect. Sed omni respectu contra eos videtur confirmanda dicta sententia in summa & quantitate damni in ea expressa, cum sit minor summa diuisim eis ascripta & imposita quàm tota summa insolidum aliàs persoluenda, vt supra dictum est, habita etiam sola ratione communis æstimationis dicti equi pro scutis 25. cui summæ credo ex arbitrio d. D. Iudicis additum scutum vnum pro damno abortionis equæ, quæ summa in totum duplicata faciat scutos 52. quorum tertia pars fit de scutis 17. & bol. 20. vt scriptũ est in sententia. Expensis litis credo eosdem reos cõuentos absoluendos ob dicta testium eorum tribuẽtia eis fortè iustam litigandi causam. & propterea conclu dendo existimo Dominos taxatores & reuisores electos in hanc formam debere de iure ferre sẽtẽ tiam, videlicet. Dicimus, taxamus, referimus & cõ firmamus taxationem factam per Magnificũ Dominum Locumtenentem Iudicem à quo, & pronũ ciamus fuisse & esse malè & iniustè appellatũ pro parte dictorum Marci & Scipionis, & ab expensis litis iustis de causis &c. ambas partes absoluimus, præterquam à sportulis nostris & mercede consultoris, in quibus pro medietate per quamlibet partem persoluenda ambas partes condemnamus, & ita dicimus & sententiamus & referimus vt supra & omni modo & forma meliori &c. Laus Deo.

Vt supra scriptum & conclusum est arbitrans es se verius de iure ac iustius respondeo & Consulo ego Simon de Pratis minimus Iurisconsi. Doctor. Pisauren. in quorum fidem M. P. scripsi & subscripsi, atque signaui meo paruo sigillo.

CONSILIVM CXLVII.

ARGVMENTVM.

De materia restitutionis dotis constante matrimonio.

De Thori separatione ex quibus causis detur, & eius reintegratione. Et de bonis in dotem datis æstimatis, & contractu mulierum per errorē innito, quod reuocetur, & non obsit ipsi.

SVMMARIVM.

1 Allegantem pro reo conuento pluribus decet exceptionibus etiam contrarijs & defensionibus uti, & eas adducere.
2 Causa semper consideratur in pactis & cōuentionibus.
3 Dos constante matrimonio per maritum restitui non debet, nisi in casibus expressis in iure.
4 Thori separatio fit propter adulterium & fornicationem ab altero coniuge commissam.
5 Regula sufficit pro reo, exceptione & fallentia non ostensa ex aduerso.
6 Dos non est restituenda quando mulier recessit à viro.
7 Error detegitur re ostensa.
8 Consensui nihil tam cōtrarium reperitur quàm error.
9 Viro damnosum est soluere dotem in casibus à iure nō traditis, quia non liberatur.
10 Error iuris non nocet in damnis vitandis, imò prodest quia repetitionem inducit.
11 Pactum ex consensu duorum fabricatum destruitur quando adest error, quia tunc abest consensus, quo casu iuramentum etiam nihil operatur.
12 Instrumentum & promissio in eo contenta sine causa, non valet.
13 Thori separatio siue ex consensu coniugum fiat, etiam cum iuramento, siue consilio Ecclesiæ, & per iudicem, potest ab altero coniuge peti fieri reconciliationem thori, & coniugem separatam reuerti ad alterum.
14 Episcopus seu eius Vicarius ratione matrimonij similiter est iudex in causa dotis.
15 Sententia cōtra inhibitoriā lata est nulla & inualida.
16 Probatio nulla melior & fortior quam facta in respondendo positionibus alicuius.
17 Sententia per errorem lata est nulla.
18 Negatiua probatur per confessionem.
19 Cōpromisso facto nō pōt adiri iudex super eadē causa.
20 Creditore volente possunt pro debito pecuniario assignari & solui aliæ res.
21 Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam.
22 Consequenti dato datur & antecedens.
23 Verba prolata in absentia partis nihil releuant.
24 Probatio ambigua interpretatur contra producentem.
25 Testis singularis, & suo iudicio deponens, non probat.
26 Stipulari quis pro alio sine auctoritate non potest.
27 Verba enunciatiua inter partes non probant, nec illis standum est.
28 Mulier eodē errore facere præsumitur, quo inducta est.
29 Promissa per errorem, si soluta essent, possent repeti.
30 Retentio facilius datur quàm petitio.
31 Accessorium regulatur à principali.
32 Conuentio secūda nō derogat primæ, nisi expressum sit.
33 Voluntatis mutatio in dubio non præsumitur.

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.


Llegantem pro L. reo conuento pluribus decet exceptionibus etiam contra
1 rijs & defensionibus vti † & eas adducere. c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6.
& l. nemo ex his. & ibi Dec. in princip. & in §. quoties. ff. eod. non desunt autem eidem reo conuento
defensiones & rationes, quibus patet contra eum nulliter & iniustè fuisse per Dominū Iudicem cō-
missam executionem instrumenti contra eū produ
2 cti. Prima, quòd † in pactis & conuentionibus semper consideratur causa, glo. & docto. in l. creditori.
C. de pact. causa dictæ cōuentionis factę per L. D. suæ vxori de restituenda dote in dicto instrumen-
to asseritur, quòd ob discordiam & odium eorum sit per reuerēdum Vicarium Episcopi facta inter eos
separatio thori, & quòd ob dictam separationem de iure ipse L. teneatur d. suę vxori restituere dotē,
hæc causa de iure est erronea & non vera, quia re-
3 gula iuris est † dotem constante mattimonio per maritum restitui non debere, nisi in casibus expres
sis & traditis per glo. Bar. Alex. & Soc. & alios in l. 2. in princ. ff. sol. mat. & casus traditur ibi per Soc.
4 inter alios restituendę dotis † quādo separatio thori fit propter adulterium & fornicationem ab alte-
ro coniuge commissam, vt in c. 1. vt lit. non conte. & ibi Abb. not. & in c. plerunque. de donat. inter vi
rum & vxo. ergo in casu separationis thori, non ob fornicationem, sed propter odium & discordiam
coniugum, non fit de iure dotis restitutio, Io. And. in addit. in vers. dotis. ad Spec. in tit. de dot. post di
uor. rest. §. 1. versi. si verò res. sed sumus in d. regula dotis non restituendæ constante matrimonio, quę
5 sufficit † pro ipso reo conuento exceptione & fallentia non ostensa ex aduerso. Abb. in c. inter cor-
poralia. col. fi. de transl. prælat. & in rub. vt lit. non contest. Alex. in l. non solùm. §. sciendum. col. 1. ff.
de no. oper. nunc. Ias. in l. 2. colu. 5. C. de edict. diui Adr. toll. & glo. & doct. in l. omnis diffinitio. de re-
6 gul. iu. ita in simili, dotem † non esse restituendam quando mulier recessit à viro, enumerando dictos
casus, ac extra eos, arguit Alex. in consi. 26. colu. 1. versi. sed præmissis. lib. 6. & sic de iure cum non te-
neatur dictus maritus in isto casu dotem restituere, & credens se teneri fecerit promissionem in di-
cto instrumento contentam, fecit hoc per errorem
7 † qui detegitur, re ostensa vt supra aliter se habere. l. sed & si. ff. de cond. indebi. & not. in l. error. C. de
iuris & facti ign. tradit Bald. consi. 231. in causa nobilium. lib. 2. & Alexan. consi. 102. col. fin. versicu.
igitur idem. & consi. 113. col. 2. versi. sed in proposito.

fito.lib.1.& consil.188.colnm.pen. versicu.posito quòd Philippus. lib.2. errãs autem & ignorans æ-
8 quiparãtur, & nihil † tam contrarium consensui reperitur quàm error.l.si per errorem.& ibi docto.ff. de iurisd.omn.iud.est enim dos marito ex causa onerosa.Ias.in l.3.C.de iuris & facti ignoran. atque
9 damnosum est viro soluere dotem in casibus à iure non traditis,quia non liberatur. l. quamuis . & ibi
10 doct.& in d.l.2.in princip.solut.matr. ideo † error iuris non nocet in damnis vitandis , imò prodest , quia repetitionem inducit.l.iuris ignorantia. la 2. ff.de iuris & facti ignor.glo. & doct.in l.cum quis. C.eo. & facit quòd ex parte errantis abest consen-
11 sus, & sic destruitur † pactum ex consensu duorum fabricatum.l.j.ff.de pact. quo casu pariter iuramentum nihil operatur.Paul.de Cast.in consi.377.numer. 2.in 2.part.nouorum. & Dec.plenè in consil. 350.col.fin.& Paris.consil.89.nume.71.volum.1. & Aym.consi.144.nume.16.& seq.& Bero.consil. 175.nu.59.lib. 2. Causa ergo dicti instrumenti vera non extante, quia L.de iure non tenetur restituere dotem,vt supra probatum est,& est tex.in l.1.C. si dos constan.matri.solut.fu.ponit Soc.Iun.consi.
12 141.num.17.lib.1. dictum instrumentum † & promissio in eo contenta remanet sine causa,ideo non
* valet,secundùm magis communem opinionẽ doctor.vt per Alex.consi.19.col.2.vol.4.

Secunda defensio est, quòd separatio thori siue ex consensu coniugum fiat etiam cum iuramento
13 siue consilio Ecclesiæ,& per iudicem † potest ab altero coniuge peti fieri reconciliationem thori & coniugem separatam reuerti ad alterum,vt in cap. tua nos.el 2.de iureiuran. & c.lator. de re iud.glo. in versi.diuertit.in c.literas.de restit.spol. & praticam tradit Specu.in tit.de diuor.§.1.versi.Quòd si muliet.& Paris.consi.53.nume.41.volum.4. & in isto casu iudex est Episcopus seu eius Vicarius. ca. quanto.de iudic.glo.in versi. de iure.in cap.fin.de
14 except.in 6.& ratione † matrimonij similiter est iudex in causa dotis. vt cap.de prudentia . & ibi glos. Ioan.And.Ant.de Butr.& Abb.de donat. inter virum & vx.quia causa restitutionis dotis mota contra d. L. coram iudice laico est præiudicialis causæ reconciliationis & coniunctionis matrimonij corã Vicario Epi motæ per ipsum L.contra suã vxorem , ne partes grauentur sumptibus litigando coram diuersis iudicibus,vt considerant Ant.de But. in c.tuam.col.2.& ibi Abb.col. 2.versicu.quandoque dicitur præiudicialis.de ord.cogn.ne ve si contingat per diuersos iudices ferri diuersas sentẽtias, fiat intricatio,quemadmodnm si feratur sententia per Vicarium, prout lata fuit in fauorem matrimonij vt vxor reuertatur ad dictum L.maritum,cessat petitio & restitutio dotis,vt l.pen.§.vxor.ff.sol.matri.& l.post diuortium . de iure dot. & contraria iã lata est sententia per iudicem laicũ vt fiat dicta dotis restitutio,& sic effectu ipso cõtradictio & intricatio inter dictas partes apparet. Ideo merito d.Vicarius iudex ecclesiasticus parte præsente , & sic cã cognita potuit inhibere ne d.iudex ꝓcederet in d. cã,vt d.c.tuã.& ibi Canõ. & c.lator.qui fi.sint leg;
15 & contra † d.inhibitoriã procedendo ad sententiã prout fecit idem iudex,dicta sua sentẽtia fuit & est inualida & nulla,vt latè alios allegãdo probat Aret.in cons.75.in prin. vbi in terminis executionis instrumenti commissæ per iudicem laicum contra inhibitoriam iudicis ecclesiastici loquitur.

Tertia traditur defensio, ꝙ d.sententia executiua dicti instrumenti est nulla ipso iure, quia expressum iuris errorem continet, nam pro liquidatione in ea fit relatio ad aliud instrumentũ manu D. Dominici,quod instrumentum non esse verum, & sic celebratum non esse inter ipsos coniuges probatur ea probatione quæ dicitur fortior & melior proba-
16 tio de mundo .s. confessione ipsius vxoris † facta positionibus dicti mariti coram d.Reuer.Vicar.vt per Ias.in l.cum te.C.de transact.& ibi plenè Dec. nu.7.& Aym.consi.61.nu.3.quæ cõfessio inter easdem personas ẽt in alio iudicio facta probat. Bart. & doct.in l.2.C.de eden.& dicta confessio ita multis positionibus reiterata, inscriptis redacta & per partem acceptata,maximè ex interuallo,nõ docto de errore non posset reuocari.Alex.cõs.92.nu.10. vol.5.& Ruin.consi.5.col.7.nu.15.lib.4.qui error in facto proprio & ĩ iudicio circa decisoria , probãdo ẽt aliter rem se habere,per d. instrumentum nõ probatur neq; præsumitur circunstantijs non ostẽsis ꝙ sit facta persuasione aduersarij & de facto longinqui temporis non vnius anni , vt magistraliter tradit Bar.in l.2.nu.10.sub vers.sed quæro.ff.de cõfes.& ibi plenè in aposti.in terminis est decisio Roma.in cons.391.vt præposita consultatio.vers.Nũc igitur. vsque ad fi. vbi reuocationẽ confessionis iuratæ nõ posse fieri ex errore probato per instrumẽtum cantans præsentiam in eo tempore in quo cõfitens dicit de absentia (& in re nostra negatur omnino de instrumento aliquo) Roma.probat rationibus & auctoritatibus quæ videri possunt,ergo iudex referens se ad instrumentũ non verum expres-
17 sit errorem in d.sententia,quę per † talem errorem redditur nulla,latè scribit Aret.in d.consi.75. col.
* 2.ver. Quinta & vltima.qui dicit ita esse com.opi. Mod.& Corn.cons.53.litera N.volum.1.& Paris. consi.107.in fi.vol.3. Nam instrumentum productum erat liquidandum quò ad quãtitatem per instrumentum manu ser Bartholomæi,ad quod se refert,iuxta auct.si quis in aliquo.C.de eden.non verò per aliud , præsertim non verũ & non celebratũ
18 inter ipsos coniuges, vt probatur per d. † confessionem,ꝑ quã hęc negatiua probatur.c.1.de cõf.in 6.

Præterea si verum esset, datus legitur modus in eo satisfaciẽdæ d.dotis,ꝙ facta est electio hominũ ad æstimandum bona descripta in eo quantũ sufficiat pro satisfactione prædicta , qua æstimatione non facta aliud non videtur posse innouari adeundo iudicem super executione d.instrumenti produ-
19 cti,sicut † facto cõpromisso dr̃ non posse adiri iudicem super eadem causa. Alex.cons.21.col.fi.nu. 10.vol.7.vbi loquitur in arbitratoribus , æstimatores aũt de quibus agitur dicuntur ẽt arbitratores.l.

hac edictali. §.his illud.de secũ.nup.& adducit A-
lex.in d.conſ.21.nu.8.verſ.nunc deſcendo. Si.n.fa
cta legitur dicta electio æſtimatorũ pro ſatisfactio
ne pecuniarum per d.Ludo. debitarũ ad æſtiman-
dum certa bona, vr̃ quidem liberatus ipſe Lud.à d.
20 debito,quia † volente creditore poſſunt pro debi-
to pecuniario aſſignari & ſolui aliæ res. l.2.§.j.ff.ſi
cer.pet.& l.manifeſti. C.de ſolut.vbi eſt tex.expreſ
nere.

Quibus tamen non obstantibus, præfupofitò in
facto quòd nulla lex municipalis corrigat in loco
ius commune circa fucceffionem filiorum ad bo-
na parentum,exiftimo dictam dominam Lauram
iure poffe confequi dimidiam fuam portionem bo
norum hæreditariorum patris & matris ab intesta
to prædefunctorum, iura communia funt clara &
vulg.Sed ftante dicta quietatione cum fuperius ad
ductis moueor primò,illo notiffimo fundamento
læfionis enormis & enormiffimæ, quæ multifariā
docetur hic dominæ Lauræ irrogari. Nam tempo-
re dictę quietationis d.domina Laura erat minor,
vt instrumentum quietationis probat,eo ipfo autē
24 ꝙ minor renuntiet iuribus fuis dicitur læfus. l. in-
terdum.ff.de minor.Affli.in decif.114. Hier.Cag.
in d.l.2.nume.133.C.de refcind.vend. Deinde læ
25 fio probatur † ex ipfo instrumento quietationis, ꝙ
pro vna dote renuntiauit & remifit plures hæredi
tates, paternam, maternam, fraternam & auitam,
vt in terminis tradit Pet.de Anch.confi.39.pro cla
riori.fequitur Deci.confi.379.colum.pen. fub nu-
me.14.& confi.230.colum.3.verficu.quartò confi
derandum eft.& Parif.confi.12.nume.83.vol.1.&
latè in fimili fpecie confuluit Io. Cepha.conf.142.
quod non folum procedere in hæreditatibus dela
tis,fed etiam deferendis tenet Corn.confi.258.co
lum.5.verficu.tamen licet.volum.4.& quia diuer-
26 fimodè interpretatur læfio,† aut modica.f.intra di
midiam,aut immodica & enormis,vltra dimidiā,
aut enormiffima,fcilicet in totum vel quafi, vt per
docto.in d.l.ij. & de modica non habetur confide
ratio.l.fcio.ff.de integr.reftitut.quia licitum repu-
tatur à iure contrahentibus,fe adinuicem intra di-
midiam decipere.l.item fi pretio.§.fin.ff.loca.Sed
enormem & magis enormiffimam iura prohibent
in contractibus committi, & materia eft nota,ali-
ter ideo fuperinde pertractare non expedit, nifi in
demonftrando in cafu noftræ quæftionis adeffe re
nuntiantis, & enormem & enormiffimam læfio-
nem. Primum, confiderando fummam totius iu-
ris ipfius dominæ Lauræ quod amitteret ob dictā
quietationem fi ita eft in facto(quod in iudicio de
duci & probari confulo) quæ quidem fumma eft
de du.3000.de bonis mater.2000.& ipfa pro dote
habuerit du.1000.manifeftè liquet eā læfam vltra
dimidiam in fumma excedente alios duca. 1000.
& fic enormiter. Confiderando particularita-
tes fuorum iurium remifforum, fcilicet hæredita-
tis paternæ & maternæ,in his autem eft lęfio enor
miffima & in totum, quia de his nihil verè habuit
præfata domina Laura, nam quod habuit fub no-
mine dotis,debet effe vltra & extra dicta bona pa-
terna & materna. Quoniam debet habere & con-
fequi dotem à fuo patre uigore teftamenti domi-
ni Galeotti aui paterni, vt in eo difponitur (quod
in iudicio eft exhibendum) & talis dos non pote-
rat effe minor fumma duca.1000. fibi affignata in
dicto instrumento quietationis, attentis nobilita-
te,ftatu,conditione,diuitiis, confuetudine ciuita-
tis in dotationibus fimilium nobilium, & tam ip-
fius dominæ Lauræ & eius parentum, quàm cu-
iuslibet fui condigni mariti accipiendi, & præfer-
tim illius,quem accepit,qui eft in ciuitate de anti-
qua & nobiliffima familia nobilis & diues & egre
gius I.V.Doct.quem omnia hic alleganda nequa-
quàm latent,fed modeftia vti voluit vulg. prouer-
bio.in caufa propria aduocatum quære, Syl.nupt.
in 6.lib. nume.11.& propterea in iudicio prædi-
cta formiter & concludenter funt allegranda & pro
banda,iuxt.l.fi filiæ.& ibi tradita per Bar.de leg.3.
& l.cum poft.§.gener.& l.quarto.ff.de iure doti.vt
plenè per Dec.confi.180.colum.2.& feq. quando
27 enim dos † filiæ conftituitur viuente patre,non ha
betur ratio legitimæ,Dec.confi.276.colum.1. ver
ficu.fed tamen. Cui legato dotis facto in teftamen
to auito non habita eiufdem teftamenti & legati
fcientia per dictam quietationem etiam generalif
fimam minimè cenfendum ipfam dominam Lau-
ram renuntiaffe iuramento etiam accedente. l. de
his.& ibi doct.ff.de tranfact.commun.eft opin.do
* cto.Parif.confi.95.nu.26.vol.3.& Soci.Iun.confil.
129.nu.63.vol.1.
28 Veruntamen aliam dotem† à patre confequi nō
poffet, quia ea dos ab auo relicta præfumitur pa-
tris contemplatione & in eius exonerationem in
dubio relicta,Barto.in confi.131.Primò arguitur,
Dec.confi.81.nume.5. ergo aliunde quàm de bo-
nis maternis duplici vinculo debebatur dos ipfi
D.Lauræ & ex teftamento auito, & ex obligatione
paterna.l.fin.C.de dotis promif.& Alexand.conf.
88.nume.25.volu.6.& fic in bonis paternis attēto
dicto legato dotis ab auo fibi facto in totum eft lę
fa & enormiffimè, quod fortius eft dicendum de
bonis maternis fibi delatis tempore dictæ quieta-
tionis dictam dominam Lauram effe enormiffi-
mè læfam,vt in terminis noftris adducunt, Abb.
confi.107.quatuor funt.col.3. verficu.reftat nunc.
volum.2.ad literam dicens, hic autem contingit
enormiffima læfio quia donauit omnia bona ma-
terna &c.& Corn.confi.241.col.penult.vol.2. di-
cens,ibi.& fic d. domina Giotta fuiffet enormiter
imò enormiffimè læfa,quia pro re fua confequen-
da expofuiffet tantūdē & vltra de fuo proprio,&c.
& Ial.conf.133.fub num.7.volum.4.vbi dicit,imò
eft omnino & in totum læfa,& fic plufquàm enor-
miffimè quoad hæreditatem matris cum de ea ni-
hil &c.& Dec.confi.180.colum.3.fub ver. & ftan-
te tali læfione.vbi inquit.fi renuntians fciuiffet ta-
lem dotem effe debitam fibi in bonis paternis non
re-

renuntiasset hæreditati maternæ &c. apparet illam enormissimè læsam &c. & alia dicti docto.in locis præallegatis dicunt quæ decidunt nostram quæstionem.

Ex qua enormi & enormissima læsione in muliere præsertim & minore & contrahente cum persona coniuncta nomine patris colliguntur istæ cōmunes conclusiones in consulendo & iudicando tenendæ. Prima, quòd probatur dolus re ipsa. Secūda, quòd dicta quietatio tali dolo innita est nulla seu irritanda, & potest contraueniri. Tertia, quòd non
29 militat † dispositio.d.ca.quamuis.de pact. in 6.sufficiat allegare Modern.qui citant antiq.& attestantur ita esse commun.opin.vt per Dec.in cons. 180. & 379.column.fina.& 85.nu.6.& alibi, Curti.Iun. consi.141.numc.5.cum seq.Ias.in d.consi.133. volumi.4.Paris.consi.26.nume.77.cum seq.& consi. 12.colum.penul.& fina.volum.1. Grama.in consi.ciui.128.& decis.102.nume.103.cum seq. Aym. consi.11.nume 12.& consi.142.& plenè Rip.in tc spon.15.de dona.& grat.perficien.reuo.lib.3.& Hier.Cagno.in d.l.2.nume.98.C.de rescin. vend. Et potest contraueniri absque alia absolutione iuramenti, eo quòd canones ipsi satis absoluunt excipiendo dolum à iuramento, idque mandando seruari si non sit dolo extortum, vt in d.cap.quamuis. & præalleg. adducunt alios allegando præsertim, Hier. Cagn.in d.l.2.nu.98.& Grama.d.consi.128. numer.11. Nihilominus cautius erit vt petatur dicta absolutio & relaxatio iuramenti, quæ de facili
30 † obtinebitur ob dictam enormem & enormissimam læsionem, Pau.de Cast.in consi.305. notandum est.lib.2.vbi in fi.dicit, cum istæ remissiones sapiant donationes non ratificantur post 25. ann. per tacitum consensum remittentis & tacentis per annos quinque, sed requiritur lapsus ann.10. inter præsentes.& 20.inter absentes, per l.fi.C.si maior fact.& Curti.Iun.consi.141.num.21. Ad idem citca d.relaxationem iuramenti Pau.de Cast.in consil.174.cōtra superius consulta.in 1.par.ubi in col. fin.vers.superest.etiam dicit, quòd sublato iuramēto datur actio in factum, ad idem Corn.cons.147. col.2.& consi.179.col.pen.& fi.& consi.291.col. fi.vol.4.Rui.consi.60.col.fi.vol.3.& Dec.in d.cōsil.379.col.fi.cum alijs supra alleg. Cum autem in dicto instrumento sit iuratum de non petendo di-
31 ctam absolutionem à iuramento, prius † ab isto iuramento absolui petendū est. iuxta tradita per Afflict.in decis.30.nu.5.& decis.220.nu.12.qua absolutione obtenta etiam parte non citata, vt quotidie habentur cōmissiones à Sede Apostolica in iudicio postmodum cōtra aduersariū dictæ læsiones sunt deducendæ & probandæ. Aymo.cons.7.nu.7.

Secundò & alio principali fundamento quò ad hæreditatem paternam dicēdum est, quòd dictum pactum & dicta quietatio fuit facta domino Ant. vti procuratori domini Francisci patris quietātis, quod non validè fieri posse per procuratorem demonstratur. Primò, non liquet de mandato domi-
32 ni Francisci, quod † non præsumi est communis opinio docto. Hiero. Cagn. in l. velle. ff. de reg. iur. & verba enunciatiua dicti instrumenti non probant eum procuratorem inter partes: cum modo de hoc principaliter discutitur. vt in c. illud. de præsump. & plenè tradit in terminis Dec. in auct. si quis in ali-
33 quo. col. pen. C. de eden. præterea † pactum de nō succedendo non valet absque consensu illius de cuius hæreditate tractatur. tex. & doct. in d. l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. & in d. ca. quamuis. & in d. l. pactum quod dotali. Paris. in consil. 24. num. 94. vol. 2. Rui. consi. 204. num. 8. volum. 3. Aym. dicto consil. 42. in fin. sed quæ fiunt per procuratorem à domino ignorantur. Soc. consil. 263. colum. 6. in prin. & versi. ex quibus vltimo
34 loco. volu. 2. & vbi est ignorantia † omnino cessat consensus. l. 2. in princ. ff. de iudi. & l. in repudianda. ff. de acqui. hæred. Nam consensus huiusmodi sortitur naturam vltimæ voluntatis. Aret. in d. l. fi. col. 1. in 4. nota. C. de pact. Curt. Iun. consil. 98. nu.
35 4. quæ non potest † per procuratorem manifestari & condi, cum ab alieno non dependeat arbitrio. l. in illa. ff. de hære. instit. & l. captatorias. C. de testa.
36 mil. cum fimi. & voluntas † elicita ex tali consensu si perdurauerit vsque ad mortem est illa quæ ponderatur à doctoribus ad excludendum paciscētem & renunciantem, vt habetur per eos in d. l. fi. C. de pact. & Gemin. in d. c. quamuis. col. fi. in fi. Alex. in consi. 29. nu. 2. vol. 3. Gui. Pap. consi. 162. Cur. Iun. d. cons. 98. nu. 3. vbi dicit quòd consensus illius de cuius hæreditate tractatur est ille à quo cōtractus sumit robur, & Paris. consil. 26. nu. 18. & nu. 23. nu. 51. nu. 57. vol. 3. vbi d. nu. 51. dicit esse communem omnium conclusionem volentium mentem & voluntatem patris semper considerari quòd renunciatio
37 habeat effectum, & si dicta † renunciatio recipiatur ab aliquo seu à notario stipulante pro illo de cuius hæreditate agitur, non valet, illo non consentiente. tradit Soc. consi. 74. col. 2. vers. secunda conclusio. vol. 3. refert Cagno. in d. l. fi. nu. 95. vbi dicit ita sæpe respondisse & maximum honorem ex hoc fuisse consecutum, addo Alex. in consi. 155. col. penul. vol. 7. vbi dicit hoc solum esse sufficiens fundamentum & substantiale ad summouendum fundamentum aduersarij, quia dicit Soc. consil. 183. col. pen. versi. respondeo quòd tunc. volu. 2. quòd talis contractus sumit vires à consensu patris, nō autem à iuramento, vt ibi per eum, ergo cessante dicto cōsensu & voluntate patris ad exclusionem suam habet ipsa Domina Laura pro se illam tacitam volūtatem sui patris non mutatam, quòd vt succedens ab intestato ad eius hæreditatem est vocata. l. conficiuntur. in princ. de iure codicil. & not. Bart. in
38 l. si quis. in princ. ff. eo. videtur † autem sufficere vno respectu siue paternæ siue maternæ hæreditatis dictam quietationem esse nullam, vt in totum dicatur nulla & irrita, per ea quæ scribit Calca. cons. 17. sub num. 3. Soc. Iun. consi. 129. num. 38. Cagn. in d. l. fi. nu. 265. cum seq. C. de pact.

Tertiò, concesso quòd simus in donatione, cum expressè dicatur in dicto instrumēto præsertim in hæredi-

hæreditate matern.a tempore dictę quietationis iã sibi delata, per not. in l. ereditori. C. de pact. & in l. Modestinus. ff. de donat. & siue donatio omnium bonorum sit siue partis. Cum præsupposito in facto pro vero præfatæ D. Lauræ nati sint liberi ex coniugio legitimè contracto, dicta quidem donatio per superuenientiam liberorum reuocata est, &
39 ipsa bona donata recuperari per eam possunt. † per tex. in l. si vnquam. C. de reuocan. don. ita in terminis firmant Corn. consi. 11. col. pen. vol. 3. Soc. consil. 263. col. fi. & consil. 215. volu. 2. Soc. Iun. consil. 129. nu. 49. & in fi. vol. 1. & Rip. in d. l. si vnquam. in 11. quæst. sub nu. 20. Ruin. consil. 60. nu. 14. volum. 3. & consi. 140. nu. 5. vol. 4. & consi. 98. nu. 19. volu. 1. vbi sub num. 23. dicit quòd hæc via sibi videtur tutissima, in qua de iuramento donantis nulla habetur consideratio. Curt. Sen. consil. 1. nu. 15. cum seq. & Soc. d. consil. 215. & plenè per Rip. in d. l. si vnquam. in 3. q. vbi firmat per iuramentum per quascunque renunciationes & clausulas generales non impediri dispositionem. d. l. si vnquam. dicit enim Bald. in l. tale pactum. §. pater. in 5. not. ff. de pact. consilium hominis præsumi mutatum ratione liberorum postea susceptorum. Itaque meritò per hæc tria fundamenta & quodlibet eorũ, eò magis hic simul iunctis tot & tantis auctoritatibus & com. opin. doct. falcitis, vt supra præmittitur, firmiter respondendum & iudicandum arbitror, præfatam dominam Lauram ius & æquitatem fouere, per quæ quidem fundamenta re vera tolluntur contraria superius adducta, vt alia responsio superflua videatur.

40 Nihilominus † quia superflua non nocent. l. testamentum. C. de testa. vt omnis auferatur scrupulus. l. 3. C. de interdict. matr. & non dicatur parum esse asserere & non respondere contrarijs. Bald. in consi. scisma. col. pen. inserto in suis lectu. C. si quis aliq. testa. prohibu. & per tradita in sil. nup. in 3. lib. in fine. Contrarijs breues dantur responsiones, per quas etiam clariora reddentur iura ipsius Dominæ Lauræ.

Ad primum dicitur, quòd non obstat de clausu-
41 la non vi dolo metu &c. quia † non tollit quin possit probari contrarium. Bal. Alexã. & Ias. in l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis caut. scilicet dolum interuenisse, vt hic esse probatum, saltem re ipsa interuenisse superius ostensum est.

Secundum quoq; non refragatur de stipulatione notarij, quia multi non paruę auctoritatis tenẽt
42 † donationem factam absenti etiam notario stipulante non sortiri effectum ante ratificationẽ. Dec. consi. 226. & in l. contractus. de reg. iur. Grat. in cõsil. 25. num. 37. & consi. 127. num. 21. lib. 1. & relati per eos, & qñ ius renunciatum præsens vel futurum nõ acquiritur illi cui renunciatũ est remanet penès renunciantem. l. cum quis. §. si debitorem. & Bar. in l. qui hominem. §. si debitor. ff. de solut. & si modo domina Antonina vti hæres comprehensa & habens interesse vellet ratificare, respõderur de
43 ea non fuisse cogitatum in renunciatione † in qua non venit persona de qua non fuit cogitatum. Bal. in l. ius agnationis. in fi. ff. de pact. quia est nouerca, vt plurimum odibilis priuignis. Bal. in auth. en. hoc locum. vers. pen. Modo hic quærit. C. si secun. nupt. & iuxta illud. lurida terribiles miscent aconi-
44 ta nouercæ. nam in verbis generalibus † odiosi nõ continentur. Bal. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. versi. 15. fallit. ff. si quis caut. & pactum de non succeden-
45 do factum † notario etiam stipulante pro eo de cuius hæreditate tractatur non valet, vt supra fuit dictum. Alex. consi. 155. col. pen. vol. 7. & Soc. consi. 74. colum. 2. vol. 3. & læsio totum facit.

Tertium etiam non obstat, quia ab hæreditate patris aliquo suo pacto non est exclusa patre non non consentiente, vt dictum est supra, & potest petere dictam hæreditatem ex tacita sui patris voluntate. Saly. in l. pactum quod dotali. col. fi. versi. aut paciscitur. C. de pac. Aret. consi. 92. col. pẽ. vers. circa tertium. vbi expressam & tacitam voluntatem patris æquiparant adesse pro filia vt possit petere, & ita tacitam sicut expressam ei sufficere, unde omnis sua pactio etiam verbis prægnantibus ad futura intelligitur de causis de præsentibus vel præteritis, non de futuro, & dummodo voluntas paterna etiam tacita sibi non repugnet, quo stãte ius habet ex causa de futuro scilicet ex tacita voluntate prædicta sortiẽte effectum post mortem sui patris. arg. l. 4. de adimen. leg. & doct. vtique tales quieta-
46 tiones † interpretantur ad causas de præsenti vel præterito, non de futuro extendendas esse. Ias. in l. qui cum tutoribus. circa fi. ff. de transact. Aret. in d. consi. 92. col. pen. d. versi. circa tertium. Corn. consil. 80. vol. 4. & consi. 60. col. fi. vol. 1. & Dec. consi. 379. sub num. 11. vbi respondet ad doctr. Bart. in l. 1. C. de pact. quòd loquatur vbi esset dictum in renunciatione, etiam si res ad me pertineret ex causa de futuro. Idem Ias. in d. l. qui cum tutoribus. Consensus verò dicti patris expressus & non tacitus vel interpretatus requirebatur. Calca. in consi. 33. nu. 23. Aym. consi. 42. in fi. Cagn. in d. l. fi. nu. 98. C. de
47 pactis. & dubius † euentus renuncianti non obstat quin dicatur læsa. Aym. consil. 142. circa fi. Quinimò in donatione saltem causatiua facta à muliere & minore consideratur læsio. Cur. Iun. consil. 141. num. 14. cum seq. etiam si essent verba latissima, vt in contrario ponderatum est, quæ cum non sunt, non procederent in muliere & minore, vt plenè scribit Cagno. in d. l. 2. num. 131. cum seq. C. de rescin. vend. & docto. in l. si quis cum aliter. de verb. obl. & in terminis Dec. consi. 180. col. pen. uersi. & primò non obstat. & Rip. d. respon. 15. nu. 14.

Quartum de scientia asserta do. Laurę renunciãtis remouetur ex his quæ dicunt docto. in locis supra alleg. & præsertim Ias. d. cõsi. 133. nu. 10. vol. 4. & Aret. d. consi. 92. col. 2. vbi volunt adesse veram scientiam valoris bonorum renũciatorum. & Cur. Iun. d. consi. 141. num. 16. & 17. dicens oportere esse certum renunciantem de opulentia hæreditatis, & de eo quod dicitur scienti & volenti &c. nõ procedit in muliere & minore, quæ sunt tales personæ

quòd

quòd quando fine causa vel cum causa iniusta aliquid faciunt præsumuntur facere ex fragilitate & simplicitate, vt ibi per eum, in casu nostro verè fuit facta renunciatio sine causa, quia dos, quæ assignatur pro causa in d. quietatione, omnino erat danda de bonis auitis, vt supra dictum est, & Dec. in d. cō sil. 180. col. fin. uersic. quintò non obstat. ubi tenet idem etiam si adesset clausula, sciens & intelligens
48 valorem &c. † quia per hoc non videtur purgari error quo fuit inducta ad renunciandum, & quòd in donatione possit læsio considerari, mulripliciter respondet Rip. in d. respon. 15. colu. 5. nume. 14. hoc verum omnino videtur vbi interuenerit læsio enormis & enormissima, vt interuenisse in re nostra supra probatum est, quia præsumitur de facili contra immoderatè gesta, etiam quòd de valore fuerit facta certificatio. dicit Ant. de But. consi. 45. Domina Orabilis. col. 2. refert Aym. consi. 142. num. 21. in minore & muliere alios allegādo idem firmat, in dicente etiam & atrestante se habuisse noritiam & scientiam æstimationis & veri valoris. Cagnol. in d. l. 2. nu. 125. & 127. quod in casu nostro etiam non fuit dictum, ergo &c.

Quintum, de verbis generalibus & generalissimis pariter respondetur nō obstare, quia dicit Cal
49 can. consi. 25. num. 28. quòd licet † geminatio, plenitudo & generalitas verborum faciant liberationem extendi ad omnia quæ dici & excogitari possunt, tamē restringūtur talia verba ad ciuilem & iustum intellectum, ne quis enormiter decipiatur, & quòd tales clausulæ eosdem defectus & morbum patientes quos principales conuentiones patiūtur nihil operantur, vbi latius per eum. Alex. consi. 46.
50 num. 7. vol. 1. dicit quòd † liberatio generalis non debet extendi ad ea in quibus esset captio, & verbis generalibus debent excipi graues læsiones. l. si creditor. §. Lucius. ff. mand. Corn. consi. 288. litera Z. volum. 3. Dec. consi. 349. nume. 7. Generalitates
51 enim † non operantur aduersus æquitatem, & ad dissipationes bonorum, & in ignoranris ac erroneis. Bald. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. col. 2. in t 1. & vl. fallen. & dicit Pari. consil. 20. nu. 107. vol. 1. quòd contractus quantumcunque clausulatus & iuramento firmatus nunquā excludit gesta per dolum etiam interuenientem re ipsa ex enormissima læsione, & tunc potius verba debent esse sine effectu operandi, ne quis indebitè damnum pariatur, maximè in contractibus in quibus verba restringūtur ad præcedentia, & talis dicitur quædam inculcatio vel multiplicatio verborum. Iaf. in consi. 12. col. fin. vol. 3. Nam si principalis & expressa conuentio, stante enormi læsione & non consensu præstito per dictum patrem, vt supra est demōstratum non obstat ipsi D. Lauræ, tāto minus obstant clau-
52 sulæ generales & accessoriæ † quæ etiam conceptæ per verba generalia non ampliant dispositionem. Decius consil. 195. columna penultima. Contraria verò procederent vbi non interuenisset dicta læsio, & patris consensus & voluntas repugnaret.

Sextum de facili quoque refutatur, quia stante conclusione illa, prout stat verissima, probata communiter per doct. in locis supra allega. quòd dolus
* 53 ex proposito & re ipsa interueniens† æquiparetur, talis dolus semper excipitur in liberatione, & non intelligitur remissus in contractibus, vt per Bart. in l. Aurelio. §. Gaius. in 4. q. nume. 6. ff. de libe. leg. & propterea non obstante liberatione per Aquilianam &c. idem & suprascriptam nostram conclusionem tenet Pa. de Ca. in consi. 154. col. fin. versi. superest. lib. 1.

Septimum item non obstat, quia loquitur contrarium adductum in hæreditate renuntiata deferenda, non verò in delata tempore renuntiationis, vt erat in casu isto delata hæreditas materna, per supra allega. in 3. fundamento nostræ partis, vt distinguit Rip. in d. l. si vnquàm. in quęst. 11. Cū dos promissa aliàs esset debita in renuntiatis & dimissis bonis mater. fuit simplex & pura donatio, & sic cessant contraria tradita per Rip. in d. l. si vnquàm. in q. 13. sic respon. Rui. d. consi. 60. nu. 14. vol. 3. &
54 est indubitatum, q recipiens † suum, & dimittens aliud suum, dimissum cadit in meram donationē & causam lucratiuam pro eo cui dimittitur, quia nullo iure cogebatur sic dimittere, ergo est donatio. l. donari. ff. de donation. & procedit dict. l. si vnquàm.

Octauum contrarium effectualiter remouent & tollunt adducta supra in primo fundamento dictę nostræ partis, quia dicta domina Laura habebat suam dotem ab auo relictam, quæ intelligebatur ad summam ascriptam in instrumento quietationis attenris &c, vt plenè per Dec. consi. 180. col. 2, & seq. & limitatio data ad l. fina. C. de dot. prom. non procedit, quia pater ipse non fuit qui dotauit, & non processit ad rraditionem, vt loquitur Alex. d. consi. 149. num. 9. volum. 7. Si ergo habuit dotē sibi debitam & in tanta summa, habenda est consideratio, quòd habuit id quod ei erat ex necessitate dandum, ergo renunciando in reliquis fuit sibi illata enormis & enormissima læsio, ita Corn. con sil. 291. column. fin. vers. & si dicatur. volu. 4. Ruin. consi. 140. col. fin. vol. 4. & Aym. consi. 142. nu. 28. eo magis apparet lęsio, q in dicto instrumēto quietationis maior pars dotis fuit sibi ascripta de bonis maternis, & aliunde habebat dotem, vt probat Pa. de Cast. in d. consi. 174. col. 1. vers. hæc autem persuasio. ll. 1. Geor. Nat. in d. cap. quamuis. nume. 38. & Deci. in d. l. pactum quod dotali. nume. 8. C. de collar. vbi docto. loquuntur, si in totum filia fuerit dotata de bonis maternis, sed eadem ratio videtur ad inducendam læsionem, si in maiori parte fuerit dotata de bonis maternis, arguendo à toto ad partem. l. quæ de tota. cum gloss. in princip. ff. de rei vindi. cum (vt dictum est) dotē habuerit aliunde absque eo q tangerentur bona materna.

Nonum de iuramento non obstare. etiam liquere potest ex deductis superius in dicto primo fundamento, eo q iuramentum dolo extortum nō sit seruandum, vel ad cautelam peti & concedi debet relaxatio dicti iuramenti. Vtendum est enim hac clau-

55 clausula ad cautelam &c.quia non fatetur quis† pe
tendo talem relaxationem se alligatum iuramen-
to,vt docet Barto.in l.decem.nume.7. de verborũ
obliga.& Paris.cons.75.nu.24.vol.3. vt aliàs fate-
retur,vt per Corn.consi.6.col.3.vol.1. & iuramen
tum de non petendo restitutionem in integrum
& ex causa læsionis enormissimæ non refragatur,
vt multifariam respondet Rip. in d.respon.15. sub
nume.14.de dona.reuo.lib.3.Aym.consil.192.nu.
10.&consi.142.nu.23.& Paris.consi.20.nu.72.vo
56 lum.1.& tradunt doct.in locis supra alleg. in † re-
nuntiatione enim de facili præsumitur dolus,Peru.
in d.cap.quamuis.col.2. & in qua iuramentum est
iniquitatis uinculum. Bald.in l.si quis in conscri-
57 bendo. circa finem. C.de pact.& dolus † & vincu
lum iniquitatis non substinentur a iuramento.d.c.
quamuis,& c.quanto personam, de iureiurand.&
præmissa communi calculo in muliere & minore
in locis supra citatis doct.concedunt.

Decimum & vltimum similiter non obstat,
58 quia † de tali consuetudine non creditur doctori-
bus etiam insignibus.Dec.consi.402.circa fin. vbi
dicit ita esse comm.opinio.modernorum, præter-
ea,vt sæpius dictum est,in specie proposita interue
nit dolus,ideo huiusmodi consuetudo non proce-
deret,vt in similibus terminis firmat Cum. in con
si.180.videtur.

Et ex his & auctoritatibus in terminis ad no-
stram q.decidendam in fauorem præfatæ D. Lau-
ræ vt supra citatis,puto sigillatim esse sublata om-
nia contraria,quæ alia non reputo contra eam ni-
si dictum instrumentum quietationis. Ideo parti-
culatim ad illud supra fuit responsum. Siquidem
dictæ responsiones ad plenum cuilibet non satis-
factoriæ quadrarent,datur illa communis & vulg.
59 & per doct.recepta, quòd non est curandum † de
generalibus clausulis notariorum, & iuramento
quia ea facilitate qua mulieres & minores indu-
cuntur &c. & notarij apponunt dictas clausulas
& Iuramentum in instrumentis de eorum consue-
tudine,parum ipsi & contrahentes de eis curantes
& nescientes quid operentur, pariter ad hoc suffi-
ciat allegare modernos.Cur. Senio.consil.44. nu.
67.Dec.consi.399.num.8.Cur.Iun.consi.101.nu.
11.Rui.consi.60.col.fin.vol.3.consi.98. col. fina.
volum.j.Paris.consi.20.nu.87.vol.j.& alibi sæpe.
Si quoque in similibus pactis operatur aliquid ta-
cita voluntas partium,prout operatur, quòd non
est vsquaque exclusa renuncians,nisi demum post
mortẽ patris superstitibus filijs masculis aliàs eis
prædefunctis doct. admittunt filiam ad successio-
nem bonorum renuntiatorum pacto non obstan-
te,non ex alio, nisi ex præsumpta voluntate con-
trahentium,& ne priuatis filiabus bona vadant ad
extraneas personas,vt per omnes & præsertim mo
derniores in d.c.quamuis,ibi Nat.nu.38. & in d.l.
pactum.ibi Dec.nu.9.C.de collatio. & in alijs lo-
cis notissimis materiam istam continentibus, & si
casus noster sit diuersus ob superexistentiam Iulij
fratris dictæ renuntiantis tempore mortis eius pa-
tris, concurrit tamen eadem ratio verisimilis &
præsumptæ mentis defuncti,& eiusdem æquitatis,
ar.tex.in l.cum acutissimi.in fin. C. de fideicomm.
& ibi no.& per doct.& in l.cum auus.ff.de condit.
60 & demonstr.& si de hoc † pater fuisset interroga-
tus,vt nos vtique respondisset,ergo idem est seruã
dum.glo. quam ibi Bal.etiam extendit in conuen-
tionibus locum habere, & ibi sequitur Ias.in fin.in
l.tale pactum.§.fina.ff. de pact. quamobrem iure
& æquitate & per superius alleg. & præsumpta ac
tacita voluntate defuncti, dicta Magnifica Do-
mina Laura filia contra Nouercam & extraneam,
personam suam portionem bonorum paternorum
& maternorum obtinere debet.

ADDITIO.

61 DIci solet,quæ † de nouo emergunt,nouo indi
gent auxilio.l.de ætate. §.ex causa.ff.de in-
terrog.act.& l.2.C.si sæp. in integ.rest.post.
de nouo enim post consilium emanatum in fauo-
rem nobilis & mag. dominæ Lauræ Ariminen. ad
aures peruenit, Arimini extare statutum sub rubr.
de contractibus & quasi contractibus minorum,di
sponens contractus vel quasi & distractus vel ali-
qua pacta, remissiones vel fines per masculum vel
fœminam excedentem pupillarem ætatem facti
cum aliquibus coniunctis vsque ad tertium gradũ
inclusiuè corporali sacramento interueniente ple-
nam obtinere roboris firmitatem &c. quo statuto
extante quasi videatur corruere adducta ad fauo-
rem dictæ dominæ Lauræ in cõsilio prædicto.Sed
eidem dominæ Lauræ statutum huiusmodi non
obstare multifariam demonstratur.

62 Primò † statutum loquitur de pactis initis cum
aliquibus coniunctis,cuius verba sunt verè & pro-
priè intelligenda,vt est commune dictum ad ver-
ba statutorum à docto.traditum,per l.1.§.si is qui
nauem.ff.de exerci.& l.3.§.hæc verba.de neg.gest.
cum simil.adduct.per Alexand.consi.190.num.6.
volum.2.& alibi per doct.qui enim cum procura-
tore seu aliquo alieno nomine interueniente con-
trahit,non verè & propriè,sed fictè cum principa-
le dicitur contrahere, quo casu non habet locum
63 statutum,& eius verba non verificantur, vt † in ter
minis de contractibus initis per procuratorem tra
dunt Ange.& Cuma.in l.apud Iulianum. §.fin. ff.
qui.ex caus.in poss.ea.sequitur Alexan.consil.189.
nume.10.cum sequen.vol.7.Ange.Aret. in §. hæ-
res quoq;.insti.de obligati.quæ ex qua.contr.nam
præsens quis dicitur fictè vbi est suus procurator,
Bald. in l.is qui.ff.ex quib. caus.maio. in quo casu
64 † ficto verba statuti locum non habent,Bart.Bald.
& omnes in d.l.3.§.hęc verba.Soci. cons.129.col.
5.sub ver.secundò ostenditur.volum.1. Alexan.&
alij in locis præalleg.dicta domina Laura contra-
xit non cum coniunctis sed aliis alieno nomine &
nomine coniunctorum, qui etiam non ostenditur
procurator,ergo dictum statutum non obstet ei.

Secundò,dictum statutum etiam validans cum

iuramento contractum puberum, non tollit rationes pro dicta domina Laura in consilio adductas & fundatas in tacita voluntate sui patris ab intesta
65 to defuncti. † ex qua potest venire, vt per Salyc. in l. pactum quod dotali. colum. fina. vers. aut paciscitur. C. de pact. & Aret. consi. 92. colum. fina. versic. circa tertium. vt latius in consilio allegatum fuit & fundatas in terminis. l. si vnquàm. C. de reuocand. donati. ex quibus filij stante quacumque validitate. donationis & contractus parentum possunt venire, vt per doct. in d. l. si vnquàm. & fauore filiorũ
66 ipso iure intelligitur reuocata donatio, † vt per Barto. in l. Titia. §. imperator. de legatis secundò. & per diffusius allega. in dicto consil. in tertio fundamento.

Tertiò, hoc statutum videtur esse cõforme cum dispositione iuris communis. f. in auctẽ. sacramenta. C. si aduer. vend. & in cap. quamuis. de pactis, in 6. ideo à iure communi recipit interpretationem
* passiuam, per commun. theor. doct. quam indistinctam dicit Barto. in l. omnes populi. in 6. q. princi. in 3. q. versicu. secundo casu. sub nume. mihi 60. de iusti. & iur. & in l. 1. §. lex Falcidia. ad leg. Falcid. & ibi alij. & Salyce. in l. ij. colum. 5. versic. accedo modo. C. de nox. act. dicit omnes concorditer dicere,
67 statuta † recipere interpretationem passiuam à iure communi, & alibi doct. tradunt cumulatiꝰ per Paris. cons 20. in fin. volum. 2. quæ iuris interpretatio est, vt semper intelligatur exclusus dolus. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & l. qui creditor. §. fi. ff. man. las. in d. auct. sacramenta. colum. 10. vers. & subiungit Pet. de Anch. & per Moder. in d. c. quamuis. & in d. l. pactum quod dotali. qui dolus & enormissima læsio, vt in facto præsupponitur, interueniens reddunt pactionem d. D. Lauræ inefficacem, vt plenius in consilio demonstratum est ex interpretatione iuris, secundum quam d. statutum debet interpretari per hic allegata.

Quartò, inhærendo semper fundamento doli &
68 enormis læsionis † hoc semper facit, vt disposita per statutum non procedant, vt latè probat Alexand. consil. 139. num. 4. cum sequen. vol. 7. alios allegat
* & ita esse commun. opin. dicit Deci. consil. 11. sub nume. 6. & dicit Bald. in auct. si captiui. num. 4. versicu. sed iuxta hoc quæruntur. C. de epis. & cleri. ꝙ statuto simpliciter permittente & conualidante contractum minoris non tollitur quin possit probari læsio & per eam concedi restitutio in integrũ. & consequenter ex his breuibus sublatum remanet obstaculum si quod videbatur adesse ex præal leg. statuto. Cuius verba etiam cessare debent in contractu de quo agitur, cum bona quæ ex dicto pacto & contractu obuenienda erant ad agnatos ipsius D. Lauræ his mortuis peruenerint ad odio-
69 sam nouercam, ita † ex causa superuenienti recedi potest à statuto, Dec. consi. 335. colum. 2. vers. præterea etiam. & ita sum eiusdem opin. pro d. D. Laura, vt in consi. dictum fuit. Laus Deo.

Simon de Prætis Iu. vtr. Doct. Pisauren.

CONSILIVM CLI.

ARGVMENTVM.

Literarum cambij materia exactissimè tractatur.

Et dato fallimento eius ad quem diriguntur pro solutione, cuius periculo id cedat, scribentis scilicet, an illius ad cuius commodum scriptæ sunt.

Et de interesse lucri cessantis quomodo consideretur, & dari vel exigi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis est in causis semper verum sequi.*

2 *Actor creditum, intentionẽq́; suam si probet, & Reus non doceat de solutione & satisfactione plenè & concludenter, Actor ipse iure obtinere debet.*

3 *Confessio facta positioni probat & præiudicat confitenti.*

4 *Literæ missiuæ probant contra scribentem.*

5 *Literas exhibens fatetur in eis contenta.*

6 *Literæ cambij probant scribentem ad debitum teneri, cum ex causa præcedenti narratum sit debitum.*

7 *Cambio non soluto, scribẽtes ad summam pecuniarum in literis cambij contentam tenentur.*

8 *Debitum vnum potest penes ipsum debitorem ficta solutione et receptione et his occultatis quasi de nouo inito contractu conuerti in aliud debitum, declaratur latè. nu. 15.*

9 *Responsiones ita interpretandæ sunt ne videantur contrariæ intentioni respondentis.*

10 *Confessio inducitur ex assertis in positionibus & articulis.*

11 *Exegisse præsumitur scribens ad debitum & creditum in libris.*

12 *Testis probat contra inducentem. & nu. 14.*

13 *Literas cambij scribentes semper tenentur ad pecunias in ipsis contentas persoluendas agentibus pro eorum portionibus, donec non appareat fuisse solutas & satisfactas per soluere debentes in dictis literis deputatos.*

16 *Solutio sibiipsi non fit nisi per directionem scripturæ in libro soluere debentis.*

17 *Solutio etiam probatur per scripturam in libro illius qui debet soluere notatã ad creditum illius ad quem spectant pecunia.*

18 *Causarum merita partium assertione panduntur.*

19 *Soluere nemo præsumitur ante tempus, quod est plus soluere.*

20 *Testium numero maiori est credendum.*

21 *Testi indicanti non creditur ad fauorem inducentis.*

22 *Verba in dubio censentur apposita potius demonstratiuè*

tiuè & ad intelligentiam quàm dispositiuè & restrictiuè.

23 *Tempora sicut facta semper sunt permissa nisi expressè reperiantur prohibita.*

24 *Principium ostendit finem suum tam formalem quàm temporalem.*

25 *Factorum diuersitas inducit diuersitatem determinationum iuris.*

26 *Connexorum idem est iudicium.*

27 *Iurista semper debent ponderare vocabula.*

28 *Terminus seu tempus alicuius actus est & attribuitur quo actus huiusmodi geritur.*

29 *Tempus in quolibet actu de necessitate inest, quia omne quod fit, fit in tempore.*

30 *Indefinita æquipolet vniuersali & generali.*

31 *Solutiones & si alio tempore fieri debent, tamen tempus quo effectualiter fiunt dicitur etiam tempus solutionum.*

32 *Tempora expeditionis alicuius negotij restringuntur & ampliantur prout ipsum negotium durat.*

33 *Finis rei demonstrat ipsam rem.*

34 *Verba (soluatis termino solutionum) intelliguntur cum effectu.*

35 *Liberatio totalis potest stare in pendenti ex aliquo particulari facto seu faciendo.*

36 *Factum non dicitur quid eo ipso quòd non probatur contrarium.*

37 *Fundans super facto (vt sibi factum tale prosit) probare debet omnes eius qualitates.*

38 *mandatum vbi non est formiter seruatum per debitorem delegatum, debitor non est liberatus à suo creditore.*

39 *Nota per viam memoriæ & recordij facta non solum solutionē, sed etiam promissionem seu nouationem nō inducunt.*

40 *Campsor si dicat se soluturum, & sic ostendendo rem gerendam, non sequitur liberatio primi debitoris mandantis, & campsore interim effecto decocto datur regressus contra primum debitorem.*

41 *Scriptura est vnum, & aliud sensus eius & eius verba, & sensus & mens præferuntur scripturæ, & eius verbis.*

42 *Actus stat in pendenti etiam per subintellectum tacitæ conditionis.*

43 *Scriptura si non significat quod disponens sensit dicitur imperfecta.*

44 *Pecuniarum numerus vbi admiscetur in oratione cū verbo (soluo) requiritur naturalis solutio rei adiunctæ ipsi verbo soluo.*

45 *Promissio non sufficit ex mandato de soluendo.*

46 *Solutio absque pecunia non fit nisi per acceptilationem.*

47 *Facto vbi opus est verba non sufficiunt.*

48 *Solutio & exactio à seipso cessat quando soluere & exigere debens caret pecunia.*

49 *Fictio non procedit super impossibili.*

50 *Argumentum à maiori valet.*

51 *Facere quis debet in aliis quod facit in sua persona.*

52 *Testes pro aliquo examinati sunt per eos approbati quoad eorum personas.*

53 *Scribentis declarationi statur qualiter intellexerit scripta in suo libro absque præsentia & consensu alterius partis.*

54 *Mandatum probatur per eum cui factum est.*

55 *Procurator potest protestari.*

56 *Causa in declaratorijs non requiritur in dependentibus à sola voluntate protestantis, sed sit pro ratione voluntas.*

57 *Testibus in his quæ sunt iuris non creditur. & nume. 71.*

58 *Debitor suiipsius quis absolute esse non potest.*

59 *Adiecti solutioni pecuniarum spectantium aliis ex mandato in literis iniuncto, dicuntur procuratores.*

60 *iura plura quando concurrunt in vna persona, perinde est acsi essent duæ personæ.*

61 *Actus pro fallito factus valet & sustinetur ex nomine permisso quo ualere potest.*

62 *Ius non quæritur ex actu suspenso, conditionali & non perfecto.*

63 *Actionis natiuitas impeditur in dependentibus à voluntate vnius sua uoluntate cessante, vel fingitur non nata actio.*

64 *Mandatū exigendi quo casu intelligatur reuocatum per fallimētum exigere debentis.*

65 *Solutio realis non fit sine pecunia.*

66 *Annotationes non faciunt solutiones*

67 *Nouatio habetur pro solutione cum tollat obligationem.*

68 *Fieri aliquid certo tempore, vel post incontinenti, par est.*

69 *Fieri dicitur incontinenti quod fit intra tridnum.*

70 *Pactum dicitur incontinenti quod fit negocio durante.*

72 *Attestationes exhibens fatetur contenta in eis etiam nullam scientiæ causam habētibus, sed simpliciter sic dicentibus etiam de credulitate.*

73 *Testi soli de facto proprio creditur.*

74 *instrumentum producens videtur fateri contenta in eo.*

75 *Scriptura testium æquiparatur instrumento, ita q̄ haberet executionem paratam ex statuto tribuente executionem instrumentis.*

76 *Probatio ex productione scripturæ tanta videtur, seu confessio inducta, ut contra eam de errore non admittatur probatio in contrarium.*

77 *Probatio nulla melior haberi potest quàm partis aduersæ confessio.*

78 *Consuetudo personæ de qua tractatur vbi habetur non recurritur ad solitum & consuetum aliorum, sed prius inspicitur consuetudo ipsius personæ disponentis & ea attenditur.*

79 *Consuetudo scribentis probatur per eius librum.*

80 *Peritis credendum est.*

81 *Actionem habere contra obligatum & habere pecunias idem est.*

82 *Paria sunt, non esse vel non apparere.*

83 *Locupletari quem cum aliena iactura iura prohibent.*
84 *Cambij literas scribens vbi locupletaretur cum aliena iactura, non liberatur.*
85 *Debitor alius in dubio non accipitur loco satisfactionis.*
86 *Probatio quãdo est dubia, semper fit interpretatio contra intentem probare.*
87 *Soluere obligatus in diem, ante diem non tenetur soluere.*
88 *Prouerbia allegantur in causis.*
89 *Commodum est quod quis non sit primus ad soluendum.*
90 *Solutionem particularem nemo pro se acciperet, quæ multa incommoda habet.*
91 *Administrans aliena negotia tenetur facere in persona domini quod in persona sua faceret.*
92 *Dependens à voluntate vnius æquiparatur vltimæ voluntati.*
93 *Debitoris quando est in potestate faciendi tale quid ob quod inducatur obligatio seu solutio, inspicitur tempus perfectionis obligationis, seu solutionis, & non initij.*
94 *Fictio ex conditione mutationis gestoris retro ad tempus actus gesti cessat.*
95 *Voluntas alicuius semel præparata ad actum seu contractum aliquem perficiendum, intelligitur reuocata & mutata, si antequam perficiatur contractus moriatur seu efficiatur furiosus talis præparans.*
96 *Ruptus non exigendo nõ dicitur facere in præiudicium alicuius à iure considerabile.*
97 *Contractus cambij est ad instar emptionis & venditionis.*
98 *Contractum cambij pro parte sua non adimplens seu adimpleri non faciens soluendo pecunias cambiatas illi cui spectant tenetur ad interesse.*
99 *Solitum esse quem aliquid facere, verificatur in vltima vice.*
100 *Solito negotiari datur interesse etiam lucri cessantis.*
101 *Interesse præsumptiuè probatur ex eo quod quis fit solitus negotiari.*
102 *Confitens quid confitetur omne id quod ex illo sequitur.*
103 *Negotiorum pluralitas ostendit quem esse mercatorem.*
104 *Interesse lucri cessantis non datur absque mora.*
105 *Lapsus diei constituit debitorem in mora.*
106 *Dies quæ tacitè inest in obligationibus facti quo illud commodè fieri potest interpellat, & eius lapsus constituit in mora debitorem.*
107 *Mora irregularis quæ dicatur.*
108 *Lucrum potius præsumitur quàm damnum & aduersa fortuna*
109 *Argumentum à solitis & communiter accidentibus, valet.*
110 *Lucri cessantis probatio quomodo fiat.*
111 *Iudex videns interesse deberi, licet non sit probata certa quantitas, malè faceret si absolueret reum.*
112 *Sententia incerta potest ferri super interesse accessoriè petito.*
113 *Interesse petitum non est necessariò liquidandum ante sententiam, sed potest obtineri sententia, & liquidatio fiet in executione.*

QVI ES VIA VITA ET VERITAS
Doce nos viam veritatis & iustitiæ.


Mnis actio vacare debet temeritate &
negligentia, nec verò agere quicquam
cuius non possit causam probabilẽ red
dere, scripsit Cicero de offic. lib. 1. &
gloss. in versicu. rationabilem, in ca. si quandoque.
1 de rescript. quod præcipuum est iudicis, cuius † est
in causis semper verum sequi. eo. auto. lib. 2. & quẽ
oportet cuncta rimari. cap. fina. trigesima quæstio.
quinta. Quòd autẽ iudices & ego de Rota Genuẽ-
si (duntaxat vno dissentiente) non temere, & om-
ni, quæ necessaria fuit, diligentia adhibita (non
sicut econtra quidam etiam plusquàm fas sit pas-
sim clamitant) atque ex causis probabilibus & iu-
stis condemnauerimus Benedictum Gentilem &
Christophorum Spinulam ad soluendum Iacobo
& Ambrosio Spinulis summas pecuniarum peti-
tas vnà cum interesse liquidando in executione ip
sius sententiæ, clarissimè inferius demonstrabo.
In primis itaque iuris est indubitati, quòd cum
2 actor † suum creditum intentionemque suam pro-
bauerit, reus verò de solutione & satisfactione ne
quaquam plenè & concludenter docuerit, actor ip
se iure obtinere debet, Alexand. consilio quinqua
gesimo octauo. nume. 2. volumine quinto. & con-
silio 189. numer. 1. volumine secundo. cum vulga.
Quamuis enim super probatione crediti agẽtium
nulla aut modica inter litigantes fuerit contentio,
sed lis tota propemodum versa fuerit, circa demõ
strationẽ solutionis & satisfactionis eiusdem cre-
diti, non piget tamen (ne quid neglectum aut o-
missum videatur) docere quemadmodum Acto-
res apertè instruxerunt iudices, portiones pecunia
rum petitas diuisim vtrique eorum à reis conuen-
tis deberi. Primò actores (vt in eorum processu,
cart. 11. legitur) exhibuerunt literas sub nomine
dictorum Benedicti & Christophori subscriptas,
quæ fuerunt subscriptæ manu propria dicti Bene-
dicti habentis facultatem & potestatem expenden
di nomen dictorum Benedicti & Christophori, vt
in dicto processu, cart. 12. apparet, ipsum Christo-
phorum respondendo primæ positioni agentium
3 confessum esse, & confessio † huiusmodi probat
& præiudicat confitenti. cap. 1. & ibi gloss. de con-
fes. in 6. Alex. consi. 213. col. fi. vol. 2. & Dec. consi.
252. sub nume. 2. & præiudicat socio. Bart. in l. pe-
nul. ff. de duo. re. & per ea quæ adducit Ange. in l.
ex duobus. circa fin. versicu. adde nisi fiat. ff. eo. &
probatur per Leonardum Gentilem, Carolum Ler
cariũ & Obertum Iustin. testes pro actorib. exami-
natos

natos, vt in eorum Manuali testium reperitur, car.57.cum sequen.deponentes ipsas literas fuisse subscriptas de propria literatura & manu dicti Benedicti, vt dicti testes dicunt cognoscere literaturã d.Benedicti,& cum pluries vidisse scribere, quam testificationem pro valida probatione recognitionis literarum in auditorio Rotæ plusquàm notissimum est indistinctè admittẽdã esse ex cõi obseruã
4 tia & stylo, quæ † quidem literæ probant contra scribentes, vulgat.l.Publia. in fin. & ibi Batto. & docto.ff.depos. & in l.admonendi. de iureiurand. cum concord.allega.per Paris. consil.91. nume.3. volum.1. ex quibus literis respectu dicti Ambrosii in copia sub die 26.Februarij. & in literis sub 2. Aprilis habetur qualiter creditum ipsius dicti Ambrosij per Lucianum & Leonardum fuit remissum dictis Benedicto & Christophoro, de quo dicunt se facturos assignationem iuxta ordinem datum, & si possibile erit per eorum literas, & postmodum qualiter a l'incontro. id est in solutione & satisfactione pecuniarum remissarum eis ad exigendum ascendentes ad summam lib.1366. 13.4. dicunt remisisse eisdem Luciano & Leonardo deductis expensis Cast.1051. M.235.per eorum literas, idem comprobatur per literas dicti Ambrosij sub die 10.Februa.& sub die vigesimaprima Aprilis 1547. scriptas ipsis Benedicto & Christopho-
5 ro & per eosdem exhibitas, & sic fatentes † in eis contenta, per nota.in cap.cum venerabilis. de excepti.ibi. (ho inteso come me hauete dato credito,&c.) & ibi.(ho inteso la exatione de le ca. mille,&c.)& respectu dicti Iacobi in literis sub die secunda Aprilis, ibi.(datoui credito &c.)& ibi.(& a l'incõtro hauete hauuto debito de lire 1366.13.4. e altretante per Ca.1055.& altretanti remessi in magio à essi suddetti Luciano & Leonardo,e Spinola, e Doria da lor stessi in maggior somma per nostra letra &c.) vnde ex his literis, cum ex causa præcedenti narratum sit debitum, sit probatio
6 † scribentes ad dictum debitum teneri, Roma.consil.373. in casu.versicu. secunda dubitatio,& Alexand.consil.78. colum.1.volum 1.& consilio 91. nume.4.volum.4.& dicta debita ipsi Benedictus & Christophorus ex seipsis & sibiipsis conuerterent in cambium per earum literas, eo cambio non soluto (vt inferius dicetur) ipsi scribentes ad summam pecuniarum in literis cambij contentam te-
7 nentur. † Bald.consil.190.Sempronius. volum.2. sequitur Ripa in d. l. admonendi. nume.133.cum concor.adduct.per Boer.in decis.282.column.fin.
8 2.part. Potest enim vnum debitum † penes ipsum debitorem ficta solutione & receptione & bis occultatis quasi de nouo inito contractu conuerti in aliud debitum, Barto.& docto.alij in l.certi condictio.§.deposui.& in l.singularia. nume.20.ff.si certum peta.facit text. in l.si filiusfamil.§.1.ff.ad Macedoni.

Item rei conuenti fatentur in prima eorum positione exemplata in dicto processu,cart.29. pecunias agentiũ in eos peruentas esse & remisisse iuxta ordinem ipsorum agentium, qui agentes dictæ positioni respondendo non impugnant seu negãt eam, licet saltem dictus Iacobus incœperit, non credit &c.quia statim fatentur de eorum credito penes dictos socios Valentiæ dedisse ordinem vt fieret remissio, prout in eorum literis ad quas se referunt, quæ iussu iudicum in iudicio exhibitæ fuerunt per eos visæ. Cum idem dixerint ipsi agentes in eorum peritione, scilicet in dictos Benedictum & Christophorum peruenisse dictas eorum pecunias, respondendo dictæ positioni reorum nõ videntur hoc negasse, quia eorum responsiones
9 † sic interpretandæ sunt ne contrariæ dicantur eorum intentioni, Alex. consilio octuagesimoquarto.nume.4.volum.7.& Corne.consilio nonagesimoprimo.colum.7.versicu. quia confessiones.volum.4.Idem fatentur rei conuenti in primo titulo primo loco exhibitorum, dum dicunt de ratione dictorum agentium de summis pecuniarum petitis fecisse remissam Luciano & Leonardo, &c.
10 Notum est enim confessionem † induci ex assertis in positionibus & articulis, Felin. in cap. examinata. columna secunda. versicu. inquantum. & ibi latissimè in apostill. extra de Iudi. & super eodem primo titulo Valentiæ Hieronymus de Marinis examinatus pro reis conuentis dicit vidisse Benedictum & Christophorum antequàm remitterent dictas partitas scribere & adnotare eas in eorum libris describendo debitum & creditum re
11 spectiuè cui spectabat, ergo eas† exegerunt sic describendo ad creditum & debitum in eorum libris, vt tradit Ioan.de Imo.in l.prima. colum.fin. ff.de soluti.& Alexan.consilio octuagesimoquin-
12 to.vol.3.& ille testis contra † reos conuentos cum inducentes probat.Roma.consilio centesimoquarto. in fine.& de literis cambij constat per actores exhibitis in dicto processu,car.71. comprobatis circa literaturam, & recognitis per reos conuentos in dicto processu, cart.77.& per testes examinatos super 8.titulo primorum titulorum agentium, scilicet per Leonardum Gentilem in eorum Manuali testium,car.21.& Carolum Lercarium,cart. 23.& Obertum Interianum,car.30.deponentes & clarè probantes iuxta dictum stylum,& quòd creditũ ex eis spectaret actoribus respectiuè pro summis petitis, in toto processu ferè per ambas partes nil aliud dicitur,vt in petitione dictorum agentium, & in positionibus & titulis reorum conuentorum, & attestationibus testium super eis examinatorum pluries inuenitur, & in literis hincinde exhibitis manifestè habetur, actores in negociatione suarum pecuniarum ad reos peruentarum pro cambiis ad alia loca magis confidisse de literis cambij dictorum reorum quàm aliorum, scientes, quòd fides & securitas domini pecuniarum & illius qui debet postmodum cambium soluere stat primum in bonitate & fide scribentis dictas li
13 teras cambij. Ideo † dicti rei conuenti scribentes semper tenentur ad pecunias in literis eorũ contẽtas psoluẽdas actorib.pro cuiq; portion. donec nõ

appareat fuisse solutas & satisfactas per illos soluere debentes in dictis literis deputatos, per text. in l.si literarum.& ibi Bald. C.de solutio. Salycet. in l.si filiusfamil.ff.ad Maced.& Bald. ad fin.& Salyce. vltra med. in l.pro debito.C.de bon.auct.iudic.possid. & hoc pro firmo deponunt & dicunt omnes testes reorum conuentorum super eorum titulis quarto loco depositis examinati Ianuę super illo interrogatorio agentium incipien. interrogatus. q ille qui facit literas cambij nūquàm remanet liberatus nisi ipsę literæ sint realiter solutæ, & hoc affirmant dicti testes, qui pro-
14 bant † vtique in hoc contra dictos reos conuentos eorum attestationes producentes, Rom.d.cons.104.sequitur Ias.in rub.colum.penult.versi.sextò notabiliter. ff.de iureiurand.& Socin.Inn. consil.69.nume.12.volumi.1. nec pro eis valet protestatio illa, In facientibus pro ipsis tantum &c. & de ea non est curandum. Bald.Pau.de Cast.& Alexand.in l.1. C.vt quæ desi.aduo.Ias.in l.edita. column.fina.de eden.& Deci.in l.fin.in fi.C.eo.potuit itaque agi ad repetendum cambium non solum conditione ob causam,vt firmat Bal.d.consi. 190.Sempronius.circa fi.vol.2.

Verùm summa rei est, quòd rei conuenti summa ope prætenderunt se soluisse & satisfecisse dictis actoribus de dictis eorum creditis seruando eorum ordinem & voluntatem remittēdo eorum literis cambij ipsa credita Luciano & Leonardo soluenda sibiipsis termino solutionum cambiorum ferię Metinæ Maij anni 1547.& quòd postmodum in dicta feria reperiantur ipsi actores in scartafacio dictorum Luciani & Leonardi descripti creditores pro dictis summis pecuniarum petitis, cum secus solutio sibi ipsi fieri non possit & soleat nisi directione scripturæ in libro debentis soluere. Huiusmodi verò solutionem & satisfactionem non esse factam habita longa discussione & matura consideratione censuimus ex causis probabilibus(vt præmissum est) & iustis & rationibus pluribus moti sumus,quæ maxim & vno contextu breuitatis gratia refitando contraria inferius adducuntur.

Et primò, ex sola remissa etiam de voluntate dictorum actorum (vt longo apparatu conati sunt probare dicti conuenti) facta de dictis creditis ad soluendum sibiipsis dictis Luciano & Leonardo non fuerunt ipsi rei conuenti liberati à dictis creditis per eorum literas præsertim conuersis in con
15 tractum cambij, quia licet † debitum ex vna causa conuertendo in alium contractum & aliud debitum, tollatur primum & ex secundo agi possit, dū contractus plus continens quàm primus ineatur, qui perfici potest rei interuentu, aut solo consensu,aut requisita re consistente in numero extante, quæ parata sit solutioni, vt tradit Bart.in dict.l.singularia.colomn.penult. nume.21. quem ibi Ange. & Salycet. & communiter Scriben. sequuntur, & doct.in l.qui bis.& in l.qui vsumfructum.de verborum obligation. tamen debitum conuersum in alium contractum non tollitur nisi ex modis traditis in titu.institu.qui.mo.tolli.obli.& propterea iusta fuit executio sententiæ latæ commissa pro penis ad rationem valoris Castellanorum monetæ contentæ in dictis literis cambij, non verò ad rationem librarum, prout erat moneta primi debiti de qua fuit factum cambium, & talem monetam ex cambio non satisfacto debitum petierunt actores, cum narrauerint de eorum credito librarum monetæ Valentiæ per reos conuentos eorum literis fuisse remissos Castellanos in feria Metinæ Maij, & de his summis eos nō fuisse realiter satisfactos, & ista de causa petentes reos condemnari ad dictas summas, petendo &c. & prædicta &c. quæ clausulæ libellares sunt,& extensis dictionib. &c. sunt clausulæ illæ petentes ius & iustitiam fieri & administrari super præmissis &c. omni modo meliori &c.ex quibus docto.tradunt petitiones substineri ex apta & competenti actione eo modo quo fauorabilius potest iuuari intentio actoris, potest fieri probatio, & sequi condemnatio ad iura debita, vt alios allegando scribit Ias. in §.omnium. nume.147. cum sequent. institu. de actio. & alibi in locis vulga.habetur, cum maximè in persecutione causæ fuerint per actores exhibitæ dictæ literæ cābij, & latè discussum q de his non fuit facta satisfactio, ad not.in l.si quis intentione.ff.de iudi.

Secundò, deueniendo tandem ad totum & principale dubium litis inter prædictas partes agitatæ, scilicet an fuerit facta satisfactio & solutio per Leonardum & Lucianum debentes sibiipsis soluere ex mandato in dictis literis cambij eis dato, ita quòd scribentes sint liberati à dicto cambio in parte ex pecuniis agentium in se ipsos cambiatis, vt literæ dicunt, & ex processu colligitur, & quòd dicti Lucianus & Leonardus decocti & rupti (vt Ianuenses appellant) de dictis pecuniis ipsorum Actorum respectiuè sint debitores.

16 Arguebant rei conuenti dictam solutionem esse factam, ex eo quia solutio sibiipsi non fit † nisi per directionem scripturæ in libro soluere debentis.l.qui fine.ff.de neg.gest.& l.quoties. §.non tantum.de administrati.tuto. vt etiam de facto sic seruari, fecerunt examinari testes super titulis probatoriis secundo loco depositis.Secundò,quòd facta fuit dicta scripturæ directio per dictos Lucianum & Leonardum seu eorum agentes in scartafacio feriæ qua erat faciēda dicta solutio, & quòd de summis petitis fuit datum creditum ipsis Actoribus, vt ex partitis dicti scartafacij exhibitis ap-
17 paret, & quòd per † scripturam in libro illius qui debet soluere notatam ad creditum illius ad quē spectant pecuniæ probatur etiam solutio, Io. And. in rub.depos.in add.Specu. Ange. in dict. l.singularia.columm.fina. Paul.de Castr.& Ias. in l.si cum fundum.ff.de pac.& Socin.consilio 37.nume. 19. volum.4.

Tertiò, quòd dicta feria Maij incepit die 11. Iunij, & durauit per totum mensem Iulij, vt est à Rege deputatum,& per totum illud tempus dicti

Lucianus

Lucianus & Leonardus fuerunt soluendo, & fece-
runt solutiones in dicta feria,& quòd illud intelli-
gitur tempus in literis assignatum, ibi.soluatis ter-
mino solutionum &c.quia aliqui testes pro eis exa
minati dicunt illud tempus dierum quinquaginta
pro feria à Rege ascriptum esse pro termino solu-
tionum cambiorum,ergo extra illud tempus anno
tatio & scriptura dictorum Luciani & Leonardi re
mansit irreuocabilis & perfecta ad creditum dicto
rum Actorum, & contra eam non valuit protesta-
tio,pręsertim facta à procuratore rupti, qui post ru
pturam per se nec per alium non potest aliquid ge-
rere in præiudicium tertij, vt testes dicunt.Quinimò verius de iure visum est dictam solutionem &
satisfactionem nō esse factā.Quoniam primò pręsupponitur ab vtraque parte pro vero & firmo in
18 facto, sic enim assertione † partium panduntur me
rita causarum.l.fi. C.si per vim.& c.tum ex literis.
de restitu.in integrum. quòd in ferijs Castellæ an-
notationes factæ in libris pro literis cambij sibi ip
sis soluēdis possunt variari,protestari & contrascri
bi. est fundata talis consuetudo in ratione optima,
quia in literis cābij semper apponitur dies, vt ibi.
termino solutionum &c. & intelligitur in fine ter-
mini.l.eum qui certarum. in princ.& l.qui hoc an
19 no.de verb.obli. Ideo nemo † præsumitur soluere
ante tempus,quod est plus soluere.§.plus.instit.de
act.& sic suum iactare,quod nemo præsumitur fa-
cere.l.cum de indebito. ff. de probat.dicant quicquid velint in contrarium quidam testes reorum,
quia loquuntur ex eorum capite, & contra eos at-
testantur tam magna caterua testium vtriusque de
quibus infra.

De tempore huiusmodi variationis, & contra-
scriptionis scripturæ solummodo videtur varietas
inter ipsas partes & inter testes, nam rei conuenti
in titulis tertio loco depositis sentiunt intra biduū
vel triduum solutionū feriæ has annotationes pos
se variari & protestari,hoc dicētem ex testibus exa
minatis Ianuę habent super dictis titulis solum Ra
phaelem Imperialem, cui soli credi iura non per-
mittunt.l.iurisiurandi.C.de testi.cęteri verò testes
examinati Ianuæ secus dicunt, vt Carolus Lerca-
rius.Ad titulos secundos super interrogatorio in-
cip.interrogatus quòd imò mercatores &c. ibi. du
rante termino solutionū cambiorū &c.Io. Franci-
scus de Viualdis de Benigassio,in termino dictarū
solutionū, Hieronymus de Grimaldus, si per totū
tempus solutionum cambiorum feriarum, Io.Ba-
ptista de Grimaldis, aliqui faciebant similes prote
stationes citius & tardius &c. prout eis accommo-
dabat &c.& ad secundos titulos super interrogato
rio incip. interrogati quòd annotationes &c. ibi,
seu pagamenta ipsius feriæ in toto facta essent &c.
Raphael de Viualdis ad secundos titulos super in-
terrogatorio incipiē. interrogati quòd imò &c.ibi
durante termino solutionum &c.ex testibus exami
natis Toleti pro ipsis reis, Io.Baptista de Viualdis
in manuale Actorum cart. 20. ibi,(mentre dura la
detta fiera &c.) Io.Ant.Pinellus. car.49. ibi(saluo
se durante la detta fiera alla fine di essa &c.)Ioan.
Angelus Cernuscholus.car.66.ibi(se durāte il ter
mino della fiera &c.)Baldassar Lomelinus.car.79.
ibi (se durāte il termino della fiera &c.)ex testibus
examinatis in valle Olleti Ludouicus de Lerma
car.26.ibi (& alcuna volta durante la fiera scassare
& contrascriuere &c.)Matthæus Belzer car.42. ibi
(non facendo dapoi protesto in contrario dentro
del detto termino &c.) & intelligit de termino sta
tuto à Rege pro feria, ex testibus autem ipsorum
Actorum in eorum manuali testium, Alexander Pi
nellus car.9. ibi, dummodo dicta scriptura absque
aliqua alteratione,contrascriptione,cancellatione
seu protestatione vsque finitis negocijs illius feriæ
de qua tractatur &c. Stephanus de Auria cart. 17.
ibi,durantibus solutionibus possit cassare, contra-
scribere &c.Raynaldus Strozius car. 114.ibi,(e fin
tanto che la fiera sia del tutto fornita &c.) Octauia
nus de Monelia car.214. ibi (se non passati li paga
menti della fiera &c.)Idē Io.Ant.Palauicinus car.
228.Alexander Cattaneus cart.238.ibi, (fin tanto
sono forniti li pagamāti della fiera &c.) Barnabas
Centurionus. cart.252. ibi (dapoi desatti li spachi
& non innanzi.

Placuit recensere hæc dicta testium postquā de
his facta sunt magna volumina, vt cognoscatur in
quam partem tendat maior pars circa intelligen-
tiam dicti temporis, quo possit & soleat dicta an-
notatio variari,cōtrascribi & protestari,ita q; post-
modum non faciat solutionem. videret quidē Lip
pus, quòd maior pars dictorum testium etiam in
numero valdè excedenti attestantur intelligētiam
prædicti temporis esse,quòd donec durant solutio
nes & in totum non sunt finitæ ac expedita nego-
cia, feriæ in totum tempus est variandi, protestan-
20 di & contrascribendi dictas annotationes, cui † ma
iori testium numero est credendum.l.3.§.1.glo.in
l.ob carmen.ff.de testi.& c.in nostra.extra eo.cum
vulg.cum maximè deponant aptiora naturæ ipso-
rum negociorum.d.l.ob carmen.nam in dictis lite
ris dum dicitur. soluatis termino solutionum cam
biorum proximæ feriæ &c. hic est passus, quem, vt
alias partes literarum cambij, non declarauit Bal.
in consi.348.factæ sunt.volum.1. Rei conuenti vo
lunt intelligi de termino dierum quinquaginta as-
signato pro nundinis à Rege & finito vltima men
sis Iulij, aliquos testes habent examinatos Valētię
& in Valle Olleti super interrogatorijs partis ad-
uersę,ad primos titulos simpliciter dicentes,talem
terminum intelligi, & solutiones debere & posse
fieri quantum durat terminus ferię assignatus à Re
ge,& non vltra,& nullā scientiæ causam assignant,
nisi quòd ita simpliciter dicunt & iudicant, ideo
21 † eis non est credendum ad fauorem eos inducen-
tium.l.solam.& ibi Bal.C.de testi.& ca.testes.4.q.
3.quia testis debet attestari super facto, & non as-
sumere partes iudicis,vt faciunt testes qui in simili
bus pro reis deponere vel melius ferre sententiam
conantur, quod facere non possunt, & redduntur
suspecti.Bar.consil.113.nu.6. Aym.consi.134.nu.

43.& consi.41.num.4.Paris.consi.67.num.66.lib.
3.& consil.152.nu.15.lib.4. Dec.consi.445.num.
53.Iudicátes autem nos iuri consonum esse existi-
mauimus,scribentes literas cambij,& earum vigo
re dantes mandatum soluendi termino solutionũ
cambiorum proximæ feriæ non intellexisse, ac se
nõ restrinxisse ad terminum & dies nundinarum,
quia dixissent termino ferię,prout dicitur in l.cum
qui certarum.ff.de verb.obl.sed intellexisse & de-
bere intelligi de termino & tempore quo solui cõ
muniter inter mercatores contigerint cambia cõ-
tracta & expedienda illis nundinis, seu pro illa fe-
ria Maij anni 1547.quæ cambia in feria dicti anni
communiter & pro maiori parte fuerunt soluta &
expedita incipiendo à die 20. & 24. Iulij & conti-
nuando semper & durando vsque ad 8.& 10.diem
Augusti, vt omnes testes pro Actoribus examinati
super quinto titulo eorum titulorũ attestantur, cau
sam scientiæ reddentes,quia interfuerunt,viderũt,
& sic tale factum (quod solum requirimus à testi-
bus)optimè & concludenter probant.Bario.& alij
in l.qui testamento.§.fi.ff.de testam.

De tempore autem isto vsque ad 8. & 10. Augu
sti debere intelligi terminum demandatum in di-
ctis literis multifariam ostenditur. Primò , geniti-
uus ille proximæ feriæ , appositus post dictiones il
las,solutionum cambiorum,stat potius demonstra
tiuè & ad intelligẽtiam , quàm dispositiuè & restri
22 ctiuè,vt debent † in dubio verba censeri apposita:
Bart.in l.centurio. col.pen.nu.39. & ibi ad multas
quæst.tradit Ias.col.26.de vulg.& pupil.Bal.consi.
339.versi.quæ verba,vol.1.l.insulam.in fi. ff.de ac
quir.rer.dom. plenè Rom.consi.343.col.2. & seq.
Corn.consi.59.litera D.vol.4. & Dec.consil.324.
num.3. ergo demonstrantur gerenda per homines
seu gesta circa cambia & ea persoluenda,non verò
quòd limitentur seu restringantur ad tempora sta-
tuta à Principe pro constituendis nundinis,quę cõ
stituuntur, vt homines alliciantur ad eas acceden-
dum, cum priuilegijs & franchisijs . vt in l. r. C.de
nundi. de quibus priuilegijs & franchisijs hic non
tractatur, igitur earum tempora non sunt obseruã-
da,quæ non demonstrantur prohibere cõtinuatio-
nem solutionum cambiorum ipsis finitis fieri per
8.vel 10.dies donec propriè terminentur, idest fi-
niantur,ideo non operantur super eo ad quod non
præfiguntur,vt de termino ad aliquod præfixo di-
23 cit Bald.in l.si ea.col. r. C.qui accu.quia † tempo-
ra sicut facta semper sunt permissa nisi expresè re-
periantur prohibita, de temporibus Bal.cõsi.256.
num.7.vol.4.Aym.consi.153.nu.4.& consi.84.nu
me.13.de factis rex.in l.necnon.§.1. & ibi gl.ff.ex
quib.cau.malo.& in c. r.de procu.in 6.

Secundò,vt cõstat ex processu, diuersum est ini
tium termini nundinarum, quod est in die r r. Iu-
nij , ab initio solutionum cambiorũ, quod est post
24 diem 15. Iulij , quia † principium ostendit finem
suum tam formalem quàm temporalem dicit Bal.
consi.392.locatio.prope fi. vol.5. ergo non est in-
conueniens diuersum & longiorem esse finem ter-
mini solutionum à termino feriæ,sicut dicitur,di-
25 uersitatem † factorum inducere diuersitatẽ deter-
minationis iuris.Spec.in tit.de Aduoc.§.nunc tra-
ctamus.col.1.Dec.consi.599.num.6.nam merca-
tores faciunt solutiones cambiorum incipiendo in
vltimis diebus ferię,& continuando expediunt po
stea in diebus octo vel decem , vnde per extẽsionẽ
temporis non fiunt aliæ solutiones , sed continua-
tiones quædam , cũ ius non repugnet in specie pro
posita,ex quibus continuationibus etiã de duobus
dicitur fieri vnum,primum tradit Bald.consi.327.
Ad euidentiam.sub num.3.vol.3.& d.consil.392.
secundùm habetur per glo.in c.literas. de temp.or
26 din.ratio connexitatis † facit in his esse idem iudi-
cium.Ias.in l.j.col.j.versi.tu caue.C.de transact.Fe
lin.& Dec.in c.translato.de constit.& hoc posse &
solere fieri, scilicet prorogare dictas solutiones de
consensu & voluntate exactoris , dicit Gregorius
Spinosa testis reorum conuentorũ examinatus Va
lentiæ super interrogatorijs in manuali Actorũ in
2.quinterno cart.81.& in secundo quinterno cart.
60.& Io.Baptista de Grimaldis examinatus Ianuæ
pro ipsis reis ad titulos tertios super ĩterrogatorijs
in manuali Actorum cart.58.dicit,ꝙ facta duran-
tibus solutionibus feriæ dicuntur facta in tempo-
re,quæ dicta qualia sint vt confessiones reorũ pro-
ducentium possunt cõtra eos adduci.Rom.d.con-
sil.104.cum alijs supra allegat.

Tertiò,more iuristarum qui semper debent pon
27 derare vocabula. † Bald.in l.sicut proponis . C.de
execu.rei iud. quia in minimo verbo consistit ma-
gnus effectus.Paul.de Cast.in l.fi.§. 1. C.de indic.
vidu.tol.ponderando dictionem,termino, eius e-
thimologia est secundùm significationem verbi à
quo deriuatur, scilicet termino terminas,quod po
nitur pro finire,vt probant iura adducta per Corn.
in consi.158.col.2.versic.quod & significat.vol.1.
bonus tex.ibi iuncta glo.in versi.terminum. in l.di
ximus.§.1.in fi.ff.de excus.tut.vbi terminus alicu-
ius facti dicitur eius terminatio seu expeditio . in-
telligitur ergo iste terminus quando terminantur
& finiuntur seu expediuntur solutiones cambiorũ,
28 quia † terminus seu tempus alicuius actus est & at-
tribuitur quo actus huiusmodi geritur. l. 3. §. hæc
verba.el 2. ff.de neg.gest.in quolibet enim actu de
29 necessitate tempus inest † quia omne . quod fit, fit
In tempore.c. Abbate sanè.de re iud.in 6. & l.libel
lorum.ff.de accus.dicit Bar.consi.92.In quæstione
col.fi.versi.tertiò obijcitur .

Quartò,dictio solutionum,est indefinita, & æ-
30 quipollet† vniuersali & generali.l.Iulianus. de leg.
3.c.solitæ.de maio.& obed.& Bart.in l.si pluribus.
in princ.de leg.2.cum simi.cum non sit diuersa ra-
tio hic vno vel alio tẽpore solutiones esse factas ,
eo saltem modo quo continuatiuè factæ fuerunt ,
sed in negocio vniuersali & generali dato princi-
pio in tempore debito & cõgruo, dum expediatur
& consumatur,potest extendi , & debitum sortitur
effectum finis etiam extra tempus quo non potuis
set dari principiũ . vt l.nam & Seruius. §.si viuo. ff.
de.

de neg.gest. & l.ità. §.si tutor.ff.de admini.tut.er-
31 go &c.nam † & si alio tempore deberent fieri solu
tiones, tñ tempus, quo effectualiter fiunt, dicitur
etiam tempus solutionum. Bar. & Ange.in l.susce-
ptores.C.de suscep.& archa.lib.11.tex. & ibi gl.in
l.1.C.de solut.facit text.in l.sancimus. C.de nupt.
32 & tempora † expeditionis alicuius negocij restrin
guntur & ampliantur prout ipsum negocium du-
rat.l.diuortio.§.quod in anno. & ibi doc.ff.so.ma.
dicitur quoque tempus solutionum quo fieri solu-
tiones contingunt, probat tex.in l.j.ibi.non vtique
solutionum obseruanda sunt tempora. ff. qui pot.
in pign.hab.vbi propriè Bar.in princ. Idem Bar.&
Ange.in l.si Titius.quæ est pen.ff.quæ res pig.obli.
pos.dicunt, fore inspiciendum tempus ipsius solu-
tionis & perfectionis obligationis in eo in cuius
potestate est solutionem recipere vel non recipere
sicut est in casu nostro, quòd ad commodum & vo
luntatem debentis soluere durantibus solutionib.
(vt maior pars testium dicunt) potest contrascribi
& cassari talis annotatio, qua volunt rei facere so-
lutionem.

Quintò, quia non ostenditur certus terminus
quo fieri debeant & soleant solutiones cambiorũ
pro dicta feria Maij Metinæ, sed diuersimodè inci
pitur & finitur per mercatores, vt colligitur ex di-
ctis testium, cum in facto, de quo agitur, habeamus
eius initium post 15.diem Iulij, & finem vsque ad
20.diem Augusti, scimus vtique quando fuerit ter
minus & tempus solutionum cambiorum feriæ
33 Maij anni 1547. de quo tractatur, quia † finis rei
demonstrat ipsam rem.l.rem non nouam. in fi. C.
de iudi. & l.qui res.§.rem autem.ff.de solut. vbi ha
betur, liberationem quandoque dependere à futu-
ro euentu, postquam tempora solutionum dicun-
tur etiam ea in quibus de facto fuerint expeditę ip
sæ solutiones, vt supra probatum est. Nam omnia
34 † verba illius mandati. soluatis termino solutio-
num, &c.intelliguntur cum effectu, vulg.l.penulti.
§.docere.ff.ne quis eum, & secundum contingen-
tiam casus & subiectæ materiæ.l.insulam. de præ-
script.verb.& l.si vno.in princip.ff.loc. & extendũ
tur ad casus similes.l.diligenter.in princ. ff.mand.
Alexand.consi.34.nume.11.lib.2. & propterea cũ
solutiones cambiorum feriæ dicti anni fuerint fa-
ctæ diuerso tẽpore, & sic habuerint diuersum ter-
minum, & tẽpus à termino feriæ, & in ordine scri-
pturæ dictarum literarum præcedat nominatio so
lutionum, & nominatio proximę feriæ sequatur, q̃
posita est ad demonstrationem vt supra, debet qui
dem attendi tempus & terminus solutionũ, & non
feriæ, argumen.l.si communis seruus ita.ff.de stip.
seruo. Ex quibus omnibus cõcluditur tempus esse
talis variationis & protestationis contra dictas an
notationes semper donec durant dictę solutiones,
& in totum non sunt perfecta & expedita nego-
cia feriæ, quæ protestatio & variatio multis modis
(vt dicetur infra) in casu nostro interuenit, igitur
dicta annotatio non fecit solutionem.

Secundò, principaliter dicendum est, quòd an-
notatio facta in dicto scartafaccio non ostendit rẽ
perfectam, ex eo adduxerũt Actores, quòd de tota
summa pecuniarum in literis contenta in assigna-
tione ad debitum in dicto scartafaccio adest parti
ta castel.775.M. 79. ad debitum dictorum Bene-
dicti & Christophori pro Marinis Sibiliæ soluen
da. P.quod designat dictos Lucianum & Leonar
dum velle eam soluere super protestũ faciendo co
ram notario, vt haberent debitores ipsos Benedi-
ctum & Christophorum non uerò dictos de Sibi
lia, vt attestatur Christophorus Lercarius de do-
mo Curta in manuali testium Actorum, car.74.ex
testibus reorum examinatis Ianuæ primo loco Pe
trus Franciscus de Angelinis in manuali Actorũ,
car.12. & cæteri testes reorum dicunt super inter-
rogatoriis, quòd etiam designat in reliquis dictã
annotationem non facere solutionem, donec de di
cta partita non fiat protestatio, vel negocia ferię
in totum sint completa, & sic in totum demonstra
35 re rem gerendam, quia † totalis liberatio potest sta
re in pendenti ex aliquo particulari facto seu faciẽ
do.l.si non sortem.§.si decem. ff.de condi.indebi.
& l.etiam.de solut. Est enim & totum numerale,
Barto. Bald.& Ias.in d.l.qui vsumfructum. de ver-
borum obliga. optimè facit doctr.Bald. in l.si plu-
res.nume.12.column.ij.versicu. dicitur autem in-
diuiduum. C.de cond.insert. quod præsertim pro-
cedit respectu mandati, cuius adimpletio est indi-
uidua, si non est in totum completum, non vide
tur impletum mandatum. l.diligenter. ff. manda.
capitu.cum dilecta. de rescriptis.dici potest prote-
stationem p̃dictam non esse factam, cum facta nõ
36 præsumantur, & dicitur † quid non factum eo ip-
so quòd non probatur contrarium.l.super. in prin.
C.qui mil.non pos.lib.10.gloss.Barto.& tex.in l.j.
C.de testamen.milit.quod etiam demonstrat non
fuisse seruatum ordinem traditum per scribentes
dictas literas, vt debet seruari ad ostendendum so
lutionem sibi ipsi esse factam, vt ferè omnes testes
reorum dicunt, ideo rei conuenti fundantes se su-
per solutione sibi ipsi facta per annotationem in li
bris, cum requiratur etiam obseruatio ordinis dati
per scribentem, debebant probare dictum ordinẽ
37 ad vnguem fuisse seruatum, quia † fundans super fa
cto, vt sibi factum tale prosit, probare debet om-
nes eius qualitates, Pau.de Cast.consi.228. in fin.
in 1.par.Paris.consi.17.nume.28.volum.1. maxi-
mè in respicientibus obseruationes ordinis & mã-
dati dati, quod non dicitur seruatum vbi qualita-
tes etiam in minimo consistentes deficiant, vt ple-
nè adducit Paris.consi.47.nume.42.cum sequẽ.d.
38 volum.1.& in terminis vbi formiter † non est ser-
uatum mandatum per debitorem delegatum, dele
gans non est liberatus à suo creditore, secundum
* communem opin.doct.relatam per Hier.Cagn. in
d.l.singularia.nu.161.

Præterea, tales annotationes in dictis feriis fiũt
ad memoriam eorum quæ sunt expedienda in fe-
ria, potiusquam quòd obligent, hoc habetur à testi
stibus reorum, ergo magis contra eos probant; ut
Nicol.

Nicol.de Grimaldis ſuper interrogat. ad ſecundos
titulos reorum ſuper 7.interroga.incip.Item quòd
annotationes. Raphael de Viualdis, Ioan.Bapt.de
Grimaldis ſuper dicto 7.interrogato.prædicta de-
ponunt,& habetur ex eo ꝙ dictæ annotationes du
rantibus ſolutionibus cambiorum & eis in totum
non completis poſſunt variati & contraſcribi, vt ſu
perius latè comprobatum eſt, quod ſecus eſſet ſi rē
perfectam illico facerent.l.ſicut. C.de act.& obli.
& l.3.de reſcin.vend.cum ſimil.quo caſu tales no-
39 tæ † per uiam memoriæ & recordij factæ non ſo-
lum ſolutionem, ſed etiam promiſſionem ſeu no-
uationem non inducunt,vt in terminis tradit Soc.
conſi.267.circa fin.volum.2. cuius declarationem
notabilem eſſe dicit Purp.in d. l.ſingularia. nume.
88.hoc eſt quòd Ange.in d.l. ſingularia. colum.fi.
& Alexand.conſi.96. nume.2. volum.3. dicunt, ſi
40 campſor dicat vel aſſentiat † ſe ſoluturum,& ſic o-
ſtendendo rem gerendam, non ſequitur liberatio
primi debitoris mandātis,& campſore interim ef-
fecto decocto datur regreſſus contra dictum pri-
mum debitorem,vt ibi per eos,poſt Bar.in d.l.ſin-
gularia.Nō obſtat ꝙ ſcriptura dicat.recepimus &c.
41 per verbum præteriti temporis perfecti,quia† ſcri-
ptura eſt vnum,& aliud ſenſus eius, Bal.conſ.400.
circa fin.volum.5. & notum eſt ſenſum & mentem
præferri ſcripturæ & eius verbis.l.3.C.de liber.prę
42 ter. cum vulg. actus enim ſtat in pendenti, † etiam
per ſubintellectum tacitæ conditionis. l.omnia. &
ibi Barto. Bald. & alij.ff.ſi certum pet. & ſcriptura
43 † ſi non ſignificaret quod diſponens ſenſit dicitur
imperfecta,gloſ.in l.cum pater. §.cum imperfecta.
de lega.2.

Tertiò, in dictis literis dicitur. ſoluatis &c. ca-
44 ſtellanos &c. vbi † in oratione cum verbo, ſoluo,
admiſcetur numerus pecuniarum,requiritur natu-
ralis ſolutio rei adiunctæ ipſi verbo,ſoluo, Barto.
in l.ſolutionis.ff.de ſolut.Barb.inter conſi. Alexā.
conſi.94.colum.fin.volum.3.Paul.de Caſt.in con
ſil.228.colum.ij.in princip. in ij.part.vnde omnes
teſtes reorum examinati Ianuę ad quartos titulos,
ſuper illo interroga.Interrogati quòd ille qui fecit
literas &c. dicunt faciētem ipſas literas nunquam
remanere liberatum,niſi literæ ſint realiter ſolutę,
45 ideo † ex mādato de ſoluendo non ſufficit,Pau.de
Caſt.Alexand.& Iaſ.in d.l.qui vſumfructum. Mar
ſil.ſing.265.& Moder.in d.l.ſingularia,per l.ſi de-
bitorem.& ibi Pa.de Ca.& in l.delegare.ff.de no-
uat. idem dicendum videtur de aſcriptione credi-
ti facta in libro,quæ demum non operatur contra
eum ad quem ſpectat pecunia ſoluenda niſi eo rati
ficante, vt ſonant verba Io.And.in d.rub. de depo
ſi.ad Spec. & ſi ſolutio ſibi ipſi non fit niſi per dire
ctionem ſcripturæ in libris, hoc poteſt eſſe verum
reſpectu mandantis ſoluere & ipſius ſoluere debē-
tis,non verò illius ad quem ſpectat remiſſa, maxi-
mè quando pecunia penès dictum debenrem ſol-
uere non eſt ſolutioni parata,ad not. in d.l.ſingula
ria. quia dominus pecuniarum cōtentatur per ſuū
debitorem ſuas remitti pecunias alij perſoluēdas,
vt ſibi poſtmodum ſoluantur, & non aliter,ſecun-
dum Salyce.in l.ſi filiusfam.propè fin. ff.ad Mace.
& Hier.Cagn.in d.l.ſingularia ſub num.161.verſ.
46 non ob.modo.Solutio.n.abſque pecunia † non fit
niſi per acceptilationem.l.ſi acceptolatum. §.1. ff.
de acceptil.quam ſibi fieri ita abſque pecunia acto
res noluerunt,ſed quòd dato eis credito dicti Lu-
cianus & Leonardus eas remitterent, vel ipſis de
Valētia, vel ſuis Spinulis de Beſenzono,vel Lugdu
ni,vt habetur de pecuniis d.Iaco. in ſuis literis ſcri
ptis dictis Luciano & Leonardo ſub die 27.Iunij.
1547. exhibitis per ipſos reos, non ſat eſt ergo pro
dictis actoribus, ꝙ dicti Lucianus & Leonardus ſe
feciſſent eorum debitores,quia non ſic dicitur da-
47 re ſed facere verbo ſolo,& vbi † eſt opus facto ver
ba non ſufficiunt,not.Ang.in l.peculium. in princ.
ff.de pecul. non liberarunt etiam ſcribentes, quia
non ſeruarunt mandatum d.Iacobi in dictis literis
datum,per not.in d.l.ſi debitorem. hoc ex abundā
48 ti reſpectu d.Iac.ſit dictum. Ceſſat enim ſolutio† &
exactio à ſe ipſo,quando ſoluere & exigere debēs
caret pecunia.l.diuortio.& ibi Pau.de Ca. ff.de ne
go.geſt.& Bal. in l.cum actum.in 6.no.per l. at qui
natura.in princip.ff.eo.quòd ergo dicta annotatio
etiam tempore feriæ elapſo inducat ſolutionem
in eo qui non habet pecuniam,eſt inducere fictio-
49 nem ſuper impoſſibili, quæ † non procedit. l.Gal
lus.§.ille caſus.de lib.& poſthum.l.qui ad certum.
ff.loca.l.quoties.ff.de noua.cum ſimil.

Quartò,dicta annotatio poſtquàm variari, con
traſcribi & proteſtari contra eam durantibus ſolu-
tionibus cambiorum,& in totum eis non expedi-
tis caſſari poteſt, vt ſupra latè probatum eſt, durā-
tibus quidem dictis ſolutionibus ac earum termi-
no ſecundùm declarationem ſuperius factam, mul
tis modis dicitur variata & reuocata, caſſa & pro-
teſtata. nam dictus Leonardus videns non poſſe
complere & ſoluere ſua debita illius ferię ante diē
tertium Auguſti, & ſic durantibus dictis ſolutioni
bus,quæ durarunt vſque ad octo & decem Aug. vt
latè probatum eſt in proceſſu, reſtituit maximam
quantitatem pecuniarum illis à quibus acceperat
in dicta feria pro finiendis ſuis negocijs, vt clariſ-
ſimè teſtes vtriuſque partis probant,ſi de facto caſ
ſauit partitas quibus ſe fecerat debitorem actuali-
ter recipiendo pecunias, eò magis dicitur caſſare
partitas, quibus verbis & ſola ſcriptura ſe debitorē
fecerat, prout eſt iſta de qua agitur, & valet argu-
50 mentum à maiori † auct.multò magis. C.de ſacro
ſanct.eccle.& glo. & doct.in ca.cum in cunctis.de
elect. & qui omnes pecunias reſtituit ſignum eſt ꝙ
non vult ſoluere alijs creditoribus. arg.l.omnes.§.
Lucius.ff.quæ in fraud.cred.& iſta eſt caſſatio quā
de facto fecit,& de facto declarauit animum ſuum
non eſſe ſoluendi alias partitas in ſe ipſo,nā ſi exa-
ctum ab alijs,ne eorum debitor ruptus remaneret
actualiter reſtituit, præſumitur reſtituiſſe pariter ſi
bi ipſi ſi quid à ſe ipſo exegerat, quod non liquet,
ne ſimiliter debitor ruptus remaneret eorum ad
51 quos ſpectabant remiſſæ,quia quod quis † facit in
alijs

alijs debet facere in sua persona text. & glos. in l. si negocia. ff. mand. eadem est ratio ergo &c. plus autem est facto quàm verbo aliquid ostendere, iura allegat & dicit Dec. consi. 583. nume. 5. declarauit ante eius recessum qui fuit in die 3. Augusti etiam verbo, quando commisit & ordinauit Christoph. Lercario de domo Curta eius negociorum gestori (vt latè dicunt omnes testes) quòd fierent protestus omnibus literis cãbij directis sibiipsis Luciano & Leonardo persoluendis, inter quas aderant literæ de quibus agitur, vt deponunt ipse Christophorus & Nicolaus Grillus super secundo titulo titulorum agentium, dicete ipso Leonardo, qui absente Luciano expendebat suum & dicti Luciani nomen (poi che la mia cattiua sorte vole che non possi compire in questa fiera per mancamento de credito, voglio che coloro che sono mei creditori i restino, & non fare mei creditori coloro che non sono &c.) vt deponit dictus Christophorus, qui & dictus Nicolaus vt etiam examinati pro dictis reis

52 † sunt per eos approbati quò ad eorum personas. l. si quis. C. de testi. Bald. consi. 293. num. 10. volu. 3. & in l. data opera. nume. 47. C. qui accus. qui testes duo probant dictam declarationem. l. vbi numerus. ff. de testi. ex qua habetur declaratio intentionis dicti Leonardi, quòd annotationes de literis cambiorum directis sibiipsis soluendis non facerent solutiones, neq; haberentur pro solutis, quia protestationes fiendæ cõtra dictas literas per eum commissæ de directo tendunt ad hunc effectum. qui enim vnum mandat &c. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procu. & statur declarationi † scribentis

53 qualiter intellexerit scripta in suo libro absq; præsentia & consensu alterius partis, tradit Paul. de Cast. consi. 331. col. 2. versicu. respondeo. in 1. par. qui melius scit & potest suam intentionem declarare. l. inconuentionalibus. de verb. oblig. not. Bal. in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. Abb. in c. cum olim. col. 1. de arb. & Soc. consi. 97. num. 21. vol. 4.

54 Probant etiam dictum mandatum, quod † solũ per eum cui factum est probaretur. Alex. consi. 43. num. 2. vol. 7. & clarius in consi. 88. col. pen. versic. præterea etiam. vol. 5. Ruin. consi. 105. num. 3. volum. 4. eò magis talis probatio est valida, eum sit contestis ad eum dictus Nicolaus Grillus, vt in terminis tradit Ruin. consi. 65. sub num. 7. versi. secundò quia. vol. 5. & consi. 59. num. 6. volu. 1. Ideo dictus Christophorus vt procurator die quarto Augusti durantibus dictis solutionibus, vt superius demonstratum est, potuit protestari (prout fecit) contra dictas literas, vt de protesta legitimè constat,

55 quia † procurator sine dubio potest protestari. Fel. in c. cum M. col. 20. vers. septima conclusio. de constitu. post Bar. in l. non solùm. §. morte. de no. oper. nunc. Cum actus huiusmodi solutionis dependeat à sola voluntate soluentis, potest dici quamprimũ factum fuit per Leonardum dictum mandatum de protestando, intelligi protestationem esse factam. per not. per glo. & doct. in l. Paulus. ff. de acq. here. & eò magis, cum postmodũ secuta fuit dicta protestatio corã notario & testibus. Non obstat quòd

56 in ea esset inserta causa non vera, quia † in dependentibus à sola voluntate protestantis in declaratorijs non requiritur causa, sed sit pro ratione voluntas. secundùm Barto. in d. §. morte. col. 3. per l. quia poterat. ad Trebel. vnde si inseratur causa non vera, non vitiat. arg. l. 1. §. 2. de rei vxo. act. cum simul adductis per Fel. in c. examinata. col. 7. de iud. quia causam ipse Leonardus aptam & iustam allegauit quando fecit dictum mandatum, & per consequẽs protestationem, quia nolebat facere suos creditores qui non erant.

Non obstat etiam, quòd per rupturam impediatur pocurator rupti & eius principalis ad faciendũ

57 aliquid, vt aliqui testes dicũt, quibus † in hoc quod est iuris non est credendum. Bal. in l. solam. col. 1. C. de testi. cum simil. Declarando autem mentem suam in prædictis potest dici nihil de nouo facere. per l. hæredes. §. quod verò. & ibi doct. ff. de testa. c. super quæstionum. in princ. & Abb. no. ibi de offic. deleg. & Ias. in l. quod iussit. col. 1. versic. tertiò amplia. ff. de re iud. & quia dicti Leonardus & Lucianus debentes sibiipsis soluere, duplici persona

58 fungebantur, & debitoris & creditoris quia † sui ipsius absolutè quis nõ potest esse debitor. l. & quidem. de legat. 1. quia contraria non possunt esse in eodem subiecto, not. Bald. in l. si vxor. C. de bon. aut. iud. poss. sed diuersis respectibus, vt quia debet soluere vt vnus & recipere vt alius, vt declarat Bartol. in l. 2. in fi. ff. de stipul. seruo. & potest hoc fieri secundùm Bar. quando necessitas præcedentis contractus sic fieri requirit, vt contractus cambij hic præcedens sic requirebat, in quo (vt notum est) quatuor personæ ad complẽdum eum interuenire debent, vna dans, & altera accipiens ad cambium, & de vno loco scribens, & in alio loco vna recipiens literas & soluere debens & altera exigẽs pecunias cambiatas, vt tractat Bal. in noto consi. 348. vol. 1. ita propriè diuersis respectibus vna persona fungi potest vice duarum ex necessitate præcedentis contractus in casu proposito, in quo pecuniæ de quib. agitur spectabant actoribus, ergo respectu exactoris dicti Lucianus & Leonardus fungentes perso-

59 nis Actorum erant eorum procuratores, † qui ita appellantur, qui sint adiecti solutioni pecuniarum spectantium alijs ex mandato in literis iniunctõ. Paul. de Cast. in l. vero procuratori. in prin. ff. de solut. glo. & doct. in l. Iulianus. §. 1. de verb. oblig. & in terminis Bal. in d. consi. 348. col. fi. & dicit d. Sagu. Iannen. in sua addit. ad Bald. in l. qui negocia. col. 3. ff. mand. certè si cum debitor meus tibi dat, tu præsentas personam meam tanquã procurator, dicit enim Bar. in auct. qua in prouincia. nu. 10. C. vbi de cri. quòd quando aliquis certo ponderi aliquem præponit videtur eum facere procuratorem ad omnia illi ponderi incumbentia, vnde Bal. in l. in plurium. ff. de acqui. hæred. dicit, quòd ordo qui est in diuersis personis est in eadem persona in qua concurrunt diuersa iura. & Ias. in d. l. singularia. columm. 2. versi. nota etiam, dicit, quòd quando plura iura

60 iura † concurrunt in vna persona perinde est ac si essent duæ personæ, & clarius dicit Sign. consi. 64. nu. 22. quòd repræsentans personam alicuius perinde est ac si ille esset, igitur gesta per dictum Leonardum in concernentibus commodum dictorum Actorum, si ex persona sua non valerent, valere debent ex potestate personarum Actorum à quibus validè poterant fieri, per ea quæ scribit Abb. in ca. nisi. num. 4. de præben. & Signor. consil. 90. nu. 35. cum seq. facit tex. in c. quod sicut. de elect. & in l. 3. ff. de mil. testa. & per Alex. in l. si seruus. §. si numerus. de legat. 1. & non refert an dicatur si facere vt talis vel talis. Abb. in c. causam quæ. nu. 10. de iud.

61 Actus † pro fallito factus valet & sustinetur ex nomine permisso quo valere potest. Bal. consi. 88. volum. 1. nam sat est quòd actus valeat aliquo modo licet nō omni. Paris. consi. 110. nu. 58. vol. 1. & præsumptio validitatis actus præualet alijs præsumptionibus. Dec. in l. postquam liti. nu. 23. C. de pactis. cum vulg.

Non possunt prædicta impugnare rei conuenti quòd non valeant & in l. in contrahenda. nu. 6. de reg. iur. neque potuerint in præiudicium eorum fieri, quoniā prætensæ annotationes, vt dicantur consumasse effectum solutionis, requiritur quòd sint finita & perfectæ solutiones cambiorum feriæ, vt superius probatum est in primo fundamento, ergo

62 ius non erat quæsitum ex actu suspenso † & conditionali & non perfecto. l. cedere diem. de verb. sig. l. sed & si quis. §. 1. ff. de vsufr. l. si ita scriptum. §. 1. de leg. 2. à quo per secundum receditur. l. cum plures. §. lege. ff. locat. Cremen. in no. 40. & in depen-

63 dentibus à voluntate vnius † sua voluntate cessante impeditur natiuitas actionis vel fingitur non nata actio. Bat. & doc. in l. Pomponius. ff. de neg. gest.

Præterea per fallimentum dictorum Luciani & Leonardi & eorum impotentiam ad complendum

64 sua negocia in dicta feria † in vltimo feriæ quando solutiones fuissent perficiendę intelligebatur reuocatum mandatum exigendi, quod dicebantur habere ab actoribus. l. cum quis. & ibi Paul. de Cast. ff. de solut. & l. rogasti. §. si fugitiuus. & ibi doct. ff. si cer. pet. & Paris. consi. 96. nu. 25. vol. 3. quod præsertim procedit hic, vbi status mutatus est incōpatibilis mandato. Bald. in l. mandatum. col. 2. versic. modo venio. C. mand. quo cessante non potest exigi pecunia aliena. l. naturalis. §. sed si facio. de præscrip. verb. intelligebatur etiam reuocata si qua voluntas ipsi Leonardo à principio fuisset exigendi dictas pecunias. per nota. declarationem Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 15. num. 5. vbi dicit, aut sumus in actu dependente à voluntate vnius (vt erat hic faciendi solutionem vel ne) & tūc si res incidat in casum in quem verisimile sit dispo nentem aliàs dispositurum (vt verisimilitudo & veritas hic erat) censetur mutata voluntas, vt ibi per eum, intelligitur etiam dicta partita non facere solutionē, quam nō facit si facta sit protestatio, (ò fallimento, ò rompimento di quello che dette la cedula) vt dicit Io. Anto. Pinellus testis pro Gentilibus examinatus in Valle Olleti in manuali Actorum cart. 51. hoc dictum est verum de iure, vt per Dec. in d. §. si fugitiuus. num. 5. vbi arguit idem esse in mutatione status mādātis, & nos ex dicto istius testis & dispositione iuris arguamus idem esse dictam partitam non facere solutionem ob fallimentum debentis soluere & mandatum habentis, prout econuerso ibi Decius arguit in mandante, & dictus testis deponit. & idem Carolus Lercarius examinatus Ianuæ super primo titulo quartorum ibi, & etiam si non esset deterioratus cōditionis, idem expresse dicit Stephanus de Auria, quòd si aliquis est ruptus ante expeditionem feriæ, tenet quòd annotationes factæ per eum sint nullæ, & sic omnes actus, vt in manuali testium Actorum cart. 19. Sed non tanti fecimus de dictis horum testium absque redditione causæ sui dicti, quanti fecimus de simplicibus dictis testium reorum in facientibus contra eos fatentes ea per eorum productionem, Roma. d. consi. 104. in fi. vt latius infra dicetur, hoc reperitur indistinctè dictum, & indistinctè debet intelligi. l. de pretio. de publici.

Accedat prædictis, q dictæ annotationes conditionem tacitam habent faciēdi solutiones, scilicet si durantibus expeditionibus cambiorum & eorū solutionum termino, non fuerunt variatæ contrascriptæ seu protestatę, earum perfectio est pecunia,

65 sine † qua non fit solutio realis, Bar. in d. l. solutionis. est etiam persona soluere debens, quæ si tunc reperiretur inops non perfectio sed imperfectio & vanitas actiōis esset, iuxta illud, Ianis est actio &c. cum ergo tempore perfectionis non reperitur pecunia neque persona, quia fallitum & mortuum æquiparant, quasi omnes testes examinati, dictæ an

66 notationes † non faciunt solutiones. argu. l. postquam. in princi. ff. vt leg. no. ca. & not. per Paul. de Cast. in l. 1. §. idem Pomponius. ff. depos. & l. quoties. in princip. ff. de nouat. vbi Bart. Io. de Imol. & Paul. de Cast. notant, si tempore existentis conditionis deficiant extrema habilia, res deducta in stipulatione, & persona quæ possit obligari, & quòd eueniat conditio, altero istorum deficiente non po

67 test fieri nouatio † quæ etiam pro solutione habetur cum tollat obligationem. §. præterea. instit. qui. mod. tol. obli. & ista si rectè intueantur satis potiūt securim ad radicem nostræ quæstionis.

Quintò, & si deberet attendi ipsum tempus feriæ per totum mensem Iulij, quod in casu de quo tractatur negandum videtur per dicta superius in primo fundamento, à quibus vt veris, cum omnia consonant veritati, non potuerunt rei conuenti se retinere, quin tempus extra dictum mensem Iulij denotauerint esse adhuc feria durāte, cum in quinto titulo titulorum primo loco descriptorū dicant Leonardum die tertia Augusti dicti anni recessisse ex dicta feria &c. si talis intelligentia in eorū mentem non conflueret, potuissent & debuissent dicere, recessit ex Metina, qui est locus feriæ, ex quo loco discedens alio tempore quàm feriæ, quæ ideo non semper fit ibi, non dicet venio ex feria Metinę sed

ſed ex loco Metinæ, prout aliqui teſtes, qui habuerunt prius titulos à Benedicto prædicta agnoſcentes & ſtudentes fauere inducentibus dixerunt, Lucianum diſcedere ex dicta feria ſeu ex loco Metinæ, & alij non ſic ſtudentes dixerunt, ex feria. his ſtantibus cæteri debent concordari cum aſſertione partis. Bar. & alij in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. talis intelligentia eſt conſona rationi, quia homines appellant feriam, reſpicientes potius concurſus & negociationes hominum & mercatorum quàm tẽpus priuilegiatum pro feria, quæ negociationes faciunt mercatum & feriam. l. 1. C. de nundi. & verba ſunt intelligenda ſimpliciter, & non ſecundùm quid, & cum effectu & ſecundùm materiam rerum & perſonarum ſubiectam, iura ſunt nota. & vulg. & enim in ſuperfluis non libet implere folium.

Exinde tollitur leuis coniectura per reos quandoque elicita ex literis Actorũ, vbi dixerunt ſe contentare eorum pecunias remitti Luciano & Leonardo in feria Maij, quia intelligebãt de feria prout ipſi Lucianus & Leonardus, vt cæteri mercatores exercere ſolent, ſic appellatur feria Maij, & tamen incipit in menſe Iunij, & priuilegiata finit per totum menſem Iulij, & homines donec eorum negocia perfecerint eam perdurare faciunt vſque ad octo & decem Auguſti, & ſic nullũ fieri poteſt validum augumentum ex nomine ipſius feriæ, niſi quantum in facto & eo tempore quo proſecuta demonſtrabitur, cum nõ tractatur de aliquo eius priuilegio, ſed de factis hominum prout proceſſerint per allegat. ſuperius.

Sed reuertamur ad rem, & ſi attenderemus tempus feriæ per totum menſem Iulij, nihilominus cũ dictus Leonardus ante tertiam diem Auguſti non valens complere negocia ſua reſtituerit omnes pecunias illis à quibus cœperat cambio, & ordinauerit fieri proteſtationes contra omnes literas miſſas ſibi ipſis perſoluendas, & ſe fallitum demonſtrauerit, & abierit occultè, dictę annotationes per ſupra oſtenſa variatæ, mutatæ, proteſtatæ & annullatæ ſic dicuntur in tempore proprio ipſius feriæ, quia
68 par eſt † & ſufficit fieri aliquid certo tempore vel poſt incontinenti. glo. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procu. Bald. in l. 1. C. de oper. liber. Iaſ. in l. diuortio. in princ. col. 2. in 4. notab. ſolut. mat.
69 Incontinenti † autem fieri dicitur intra triduum. l. fi. C. de erro. aduo. Bal. conſi. 250. nu. 7. vol. 1. licèt diuerſimodè dicatur aliquid fieri incontinenti, vt per Firmia. in ſuo reper. tamẽ verius eſt quòd in caſibus à iure non determinatis ſtatur arbitrio iudicis. l. ſi ita quis promiſerit. §. fi. de verb. oblig. & l. j. in fi. de iure deliber. Abb. in ca. 1. col. 7. num. 15. de mutu. peti. Iudex verò non iniquè faciet ſequi Imperatorem in d. l. fi. de erro. aduo. & in l. fi. verſi. Illico autem. C. de iud. arbitrari triduum eſſe de incontinenti, vt frequentius & in pluribus caſibus arbitratur, de quibus poſt alios ſcribit Iaſ. in l. lecta. col. 13. ſi cert. peta. præſertim in negocijs non momento expediendis, ſed ſucceſſiuo tempore duran-
70 tibus, quoniam † quod fit negocio durante dicitur fieri incontinenti. Bar. In l. qui negocia. ff. mand. & in l. contractus. C. de fide Inſtr. & procliuiores eſſe debemus ad permiſſiones vbi lex expreſsè nõ prohibeat. d. l. necnon. §. 1. ex quib. cau. ma. & ad validitates actuum. l. quoties. de reb. dub. cum vulg.

Teſtibus aliquibus reorum dicentibus non poſſe fieri proteſtationes poſt dictum menſem Iulij, non eſt credendum, quia deponunt quæ ſunt iuris,
71 & non facti, de quibus non poſſunt teſtari † d. c. teſtes. 4. q. 3. cum ſimi. alleg. per Soc. conſi. 42. col. 2. vol. 1. cum in facto appareat contrariũ, ſcilicet proteſtationes eſſe factas extra dictum menſem Iulij, vt aliqui teſtes dicunt. Vana eſt differentia de negocijs cum tertijs, & cum ſe ipſo, quia pari paſſu debet procedere negociatio cum ſe ipſo & cum alijs. d. l. ſi negocia. ff. mand. l. quod Nerua. depoſ. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. commoda. l. tutor. §. non eſt. de admi. tut. & Ang. in l. ſed ſi damnum. §. 1. de pecul.

Sextò, dicti rei conuenti in ſuis deductis & probationibus factis in concernentibus noſtram quęſtionem ſemper ſteterunt in generalibus conſuetudinibus & ſtilis probandis, quas conſuetudines & legitimè non probarũt, vt per D. Aduocatos Actorum plenè allegatum fuit, & nunquam deuenerũt ad ſpecialitatem & in indiuiduo probandi partitas de quibus agitur, eſſe vel dici ſolutas, & ita eſſe talẽ conſuetudinem perſonarũ de quibus agitur, vt videri poteſt in quatuor ſcripturis titulorum per eos depoſitis, niſi quòd in ſeptimo titulo primorũ titulorum articulant de literatura ſubſcriptionũ partitarum exhibitarum, & in ſecundo titulo quartorũ, de credito per Leonardum & Lucianum in eorum libris dato dictis Actoribus de ſummis petitis, non verò quòd iſta ſpecialiter & in indiuiduo faciant ſolutiones vel probẽt. Quinimò ab eiſdem reis habemus in hoc ſpecialem probationem in contrarium. Nam Chriſtophorus Lercarius per eos examinatus in Valle Olleti ſuper octauo titulo ad vigeſimamſecundam poſitionem ſeu interrogatoriũ Actorũ, (dice, che ſono cõtraſcritte in li detti libri le partite, che non ſe riſcoſſero nè pagarono & che furono contraſcritte in valle de Oli dipoi di 28. de Settembre del detto anno de 47. per queſto che depone, perche coſi glie comiſe la giuſtitia à richieſta de Nicolò de Auria.) Item ad quartam poſitionem ſeu interrogatorium noni tituli, (dice, che tutte le partite che li detti Benedetto & Chriſtofano tretero à pagare in la detta fiera alli detti Luciano & Leonardo non furono pagate ſe nõ parte di eſſe, & che non ſe ricorda quale laſciarono di pagare.) ecce quomodo iſte teſtis expreſsè & ſpecialiter concludẽdo atteſtatur noſtras partitas, de quibus agimus, non fuiſſe ſolutas neque exactas, cum dicat primò fuiſſe contraſcriptas partitas, quæ non fuerunt exactæ neque ſolutæ, & poſtmodum dicat non fuiſſe ſolutas omnes partitas per dictos reos conuentos tractas ipſis Luciano & Leonardo ad ſoluendum, & in libro ſeu ſcartafacio dictorũ Luciani & Leonardi in iudicio exhibito appareat, par-

titas

titas nostras, de quibus est lis, fuisse contrascriptas, ergo non solutas, idem in effectu dicit super dictis titulis & positionibus seu interrogatorijs Io. Baptista Grillus, licet addat de partitis exigendis à tertijs personis specialiter, tamen cum dicat apparere dictas contrascripriones per Christophorum Lercarium, sic referre se videtur ad eas, quæ continent vt dictum est, partitas nostras, non refert quãdo dicant fuisse contrascriptas, sed nobis satis visa sunt dicta eorum in hoc, quòd partitæ contrascriptæ nõ fuerint solutæ, si enim solutæ non dicebantur tempore contrascriptionis, eò minus in præteritum dici possunt solutæ, ad quod tempus præteritum etiã dicti testes se referunt (non se riscossero &c. & non furono riscosse &c.) Quæ attestationes per reos fuerunt habitæ ex partibus pro quibus fuerunt concessæ dilationes, ideo fuerunt cum alijs attestationibus per eos exhibitæ & productæ in iudicio die 25. Februar. 1549. vt in manuali Actorum ap-
72 paret cart. 129. per quas exhibitiones † ipsi rei fatentur contenta in dictis arrestationibus etiã nullam scientiæ causam habentibus, sed simpliciter sic dicentibus etiam de credulitate, vt expresse firmat Roma. in d. consil. 104. pater reuerende, pro not. & sing. refert Ias. in rub. in col. pen. versic. sextò notabiliter. ff. de iureiur. & Soc. Iun. consi. 69. num. 11. cum seq. vol. 1. vt supra allegatum fuit, etiã si vnus testis esset sic productus dicẽs ad fauorem alterius partis. vt per Soc. ibi nu. 14. & tanto magis quòd dictus Christophorus circa dictam contrascriptionẽ attestatur de facto proprio, & de mandato iustitię,
73 cui † soli etiam crederetur, post alios tradit Ruinus consi. 59. nu. 6. volu. 1. quid vlterius, si de mandato iustitiæ fuerint factæ dictæ contrascriptiones, pręsumuntur ritè & rectè factæ. ad not. in ca. quoniam contra. de probat. & hoc dictum per dictam productionem approbatũ videtur, vt dictum à parte producente sic confitente illud esse verum. per glos. in l. cum precum. C. de liber. ca. vt adducunt Roma. Ias. & Soc. ad idem Paril. consi. 23. num. 1. vol. 4. & Ioan. de Ami. consi. 61. col. 2. Sicut dicitur de pro-
74 ducente instrumentum † Bar. in l. post legatum. colum. 2. versi. item contra hoc. ff. de his quib. vt indign. Bald. & alij in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & Canon. in c. cum olim. de censi. Idem dicendum vi-
75 detur de scriptura † attestationum. arg. l. in exercendis. C. de testib. quæ scriptura testium æquiparatur Instrumento, ita quòd haberet executionem ex statuto tribuente executionem instrumentis. Ang. Alex. & Dec. in l. fi. de edict. diui Adr. toll. Alex. consil. 93. in fi. vol. 6. Marsil. in singu. 484. Tanta vide-
76 tur dicta confessio † ex productione scripturæ inducta, vt contra eam de errore non admittatur probatio in contrarium. Innoc. & alij in c. cum venerabilis. de except. Ias. in d. §. editiones. col. 2. versi. tertia conclusio. & Aym. consi. 201. nume. 6. vol. 2. adeo quòd etiam non attendatur protestatio illa, in facientibus pro se tantũ &c. vt pro veriori opin. indistinctè tenet Dec. in l. fi. in fi. C. de eden. ergo
77 nulla † melior probatio haberi potest quàm partis aduersæ confessio, vt in similibus terminis arguit Rom. consi. 329. pręsens consultatio. col. fi. versi. tertia quæstio. quòd dictæ partitæ non fuerunt solutæ neque exactæ, hanc veritatem adiuuat & demõstrat inspectio scartafacij exhibiti dictorum Luciani & Leonardi feriæ pręcedentis, istam de qua sermo habitus est in omnibus similibus partitis cambiorum solutis & exactis à seipsis, quæ, quia solutæ & exactæ habitæ sunt ad plenum & perfectæ ab ipsis Luciano & Leonardo, non stant neque sunt directæ, vt apparent stare istæ exhibitæ per reos conuentos, in his enim ex parte debiti adsunt solummodo nomina adscripta ad debitũ hoc modo. Iac. Spinola q. d. t. Ianuæ, & nihil aliud dictũ, quare tales notæ propriæ sunt factæ per viam memoriæ & recordij. vt p Soc. d. cõ. 267. in fi. in illis verò dictæ præcedentis feriæ vltra nomina ad latus debiti assignatæ sunt dispositiones creditorum eorum ad quos spectant, prout ex dicta feria processerunt vnà cum retentione prouisionum. & si statim obijciatur, similia nõ sunt necessaria in directione scripturæ pro solutione & exactione facienda à seipso, vt probatũ est in processu, respondetur, quòd adducta & probata, quę tamen nulla sunt probata, tendunt ad generales fortè consuetudines aliorũ,
78 sed † vbi habetur consuetudo personæ de qua tractatur, non recurritur ad solitum & consuetum aliorum, sed prius inspicitur consuetudo ipsius personæ disponentis, & ea attendenda est. text. est, licèt vulg. in l. si seruus plurium. §. fi. & ibi glo. & docto. de leg. 1. & Bar. in l. cum certum. de vi. tri. & oleo leg. quia hic sumus super intelligentia & directione scripturę, qualiter intellexerit, & quomodo soleat dirigere scribens, aliunde melius non potest haberi quàm ex scriptis partitis in similibus in feria præcedenti in eodem libro, quibus stãdum est,
79 per supra alleg. nam † per librum scribentis probatur consuetudo scribentis, dicit Soci. consi. 94. col. pen. versi. circa secundum. volu. 1.

Septimò & confirmando proximè dicta, dictæ partitæ cum alijs similibus apparent in dicto scartafacio contrascriptæ ad debitum pro non exactis, & factum hoc dicitur de mandato iustitiæ, vt Christophorus Lercarius testis reorũ dicit, cui soli et credi potest. Soc. Iun. d. consi. 69. num. 14. & dicitur factum de ordine deputatorum ipsorum Luciani & Leonardi ruptorũ, inter quos, vt aliqui testes dicunt, erat ipse Benedictus, qui tamen non valuit impedire tales contrascriptiones, siquidem essent iam solutæ vel habitæ pro solutis, non iure factæ essent dictæ contrascriptiones. Sat est, inscientibus Spinulis Actoribus factæ fuerunt, & non apparet eos fecisse fieri, factę sunt & præsumuntur ex ordinatione & voluntate dictorum deputatorum
80 habentium iam eas pro non exactis, quibus † ideo vt peritis in similibus credendum videtur. l. 1. §. 1. de ven. inspic. & qui etiã possunt præiudicare alijs creditoribus ruptorum. l. rescriptum. & ibi doct. ff. de pact. Vtcunque sit, die 14. Martij an. 1548. tempore cœpti iudicij erant iam contrascriptæ, per eas

sic

sic contrascriptas dicti Actores in iudicio exhibē-
do dictum scartafacium cōtra deputatos vel alios
pro dictis ruptis, agendo fortè cōtra eos, vt voluis
sent rei conuenti, minimè aliquod eorum creditū
probassent, quia seipsos exclusissent, cum ipsę parti
tæ eorum sic sonent, non exactæ, arg. l. 1. C. de fur.
& alio modo eorum creditum contra dictos ru-
ptos probare non poterant, quia simplex receptio
literarum in d. feria nō obligat, vt omnes testes di-
81 cunt, postquam habere † actionem contra obliga-
tum & habere pecunias idem videtur. l. qui rem. &
ibi gl. & doct. de reg. iur. & actio est ius persequen-
di in iudicio &c. §. 1. insti. de act. & ipsi Actores nō
possent in iudicio contra dictos ruptos probare eo
rum creditum, dicerentur quidem contra eos non
82 habere creditum seu ius aliquod, quia † non esse,
vel non apparere paria sunt. l. in lege. & ibi Barto.
dicit. ff. de contrah. empt. c. solemnitates. de conse-
crat. dist. 1. & dicit Bar. in l. duo sunt Titij. ff. de te-
stam. tutel. quod non potest apparere habetur pro
nihilo quò ad ius nostrum. & Bal. consil. 67. col. 2.
vol. 3. dicit, qui non probat quod allegat vel addu
cit dicitur carere iure. Vnde si eorum creditū (pro-
ut probarunt vt supra ostēsum legitur) Actores nō
potuissent consequi contra dictos reos conuentos
essent penitus eo defraudati, nisi aliquo auxilio ex
traordinario seu superiorum se adiuuassent, quod
impossibile reputatur. l. idem Iulianus. §. fi. de leg.
1. & ipsi rei exegissent à dictis ruptis solidum quan
titate ex pecunijs spectantibus ipsis Actoribus, &
83 sic cum eorum iactura locupletarentur, quod † iu-
ra prohibent. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.
l. idemque. §. si procurator. ff. mand. ob idque rece
ditur à regula iuris communis. probat tex. in l. Cas
sius. ff. de solut. hac ratione vbi locupletaretur cum
aliena iactura scribens literas cambij, cum non es-
84 se liberatum, † firmat Saly. in d. l. si filius. prope fi.
ff. ad Maced. & in l. pro debito. vers. ego autem. C.
de bon. aut. iud. poss. stante, prout in casu nostro e-
uenit, quòd exhibitæ sunt literæ cambij & restitu-
tæ. Rei verò habent eorum creditum intactum cō-
tra dictos ruptos, quod non habent d. Actores, vt
supra probatum est, ergo & ipsi tenentur Actorib.
vt euitetur absurditas & inconuenies, vt latè addu
cit Euerar. in sua Cent. in loco ab absurdo, & quia
ea ratione nemo fraudatur, vt dicit tex. in l. ex his.
in fi. ff. de his quæ in fraud. credit.

Ex his omnibus docetur latissimè sententiam
meam & plurium de Rota esse iustitia & æquitate
fulcitam, & pariter sublata esse omnia contraria &
quæ possunt pro dictis reis conuentis adduci & al-
legari. Nam & si solutio sibiipsi fiat per directionē
scripturæ, hoc tamē fieri debet de debito puro, sed
de debito in diem (vt erat nostrum in fine termini
solutionum d. l. qui hoc anno. & d. l. eum qui certa
rum.) non debet exigi nisi adueniente die, vt colli-
gitur ex d. l. qui sine. & ibi Bal. & scriptura prius fa
cta habetur pro memoria, vt supra fuit probatum,
ideo non facit solutionem, ex mente Soc. d. consi.
267. in fi. volu. 2. Quod autem tradit Io. And. in d.
rub. de depo. ad Spec. & alij eum referentes, proce-
dit, quando scriptura seu promissio debentis solue
re fuisset ratificata & acceptata per creditorem, &
per eum esset illius fides secuta, vt videri potest in
eorum locis, & quando scriptura non posset varia-
ri & contrascribi, vt hic fuit contrascripta ex man-
dato iustitiæ circa partitas non solutas neque exa-
ctas, confitentibus ipsis reis, modo quo supra iure
deductum est, & ex fallimento secuto illius debito
ris non completis negocijs, & aliàs, circunscripta
dicta scriptura & consuetudine quæ non probatur,
85 in dubio † non accipitur alius debitor loco satisfa
ctionis. Bal. in l. si. C. ad leg. Falci. & vbi literæ non
habuerunt effectum durat prima obligatio & eius
effectus. Bald. in l. si literarum. C. de solut.

Quamuis etiam dicti Leonardus & Lucianus
aliqua negocia compleuerint in dicta feria, & non
fuerint detecti falliti nisi elapso tempore franchi-
siæ deputato à Rege pro feria, & negocia in seip-
sos intelligi debeant esse prius expedita, cum alia
persona non requiratur. Tamen plurima negocia
etiam non expedierunt, vt cōstat ex processu, & ex
eo quòd non potuerunt complere omnia negocia
dictæ feriæ, cedens foro abijt Leonardus existens
pro ratione eorum in dicta feria, ergo non conclu
ditur, quòd fuerint solutæ partitæ de quibus lata
est sententia, per not. in ca. in præsentia. de probat.
& in l. non hoc. C. vnde legi. & quando probatio
86 † est dubia semper fit interpretatio contra niten-
tem probare. Bar. & doct. in l. inter stipulantem. §.
si Stichum. de verb. oblig. licèt clarè constet parti-
tas de quibus agimus non esse solutas, vt supra de-
monstratum fuit, non facit autem tempus franchi-
siæ in præsenti casu, sed tempora ipsorum negocio
rum sunt attendenda, quibus non elapsis ipse Leo-
nardus recessit, & quòd non compleuit negocia di
ctæ feriæ, de his agimus, non verò de tempore pri-
uilegiato feriæ, quia priuilegium feriæ in præsenti
quæstione non reperitur propriè dare plus vel mi
nus iuris, si quæ negocia supererant expedienda, su
persuerunt verisimiliter quæ sibiipsi erant commis
sa, maximè quæ erant soluenda in diem, & ante
87 † diem non tenebatur soluere. d. l. qui sine. & ibi
Bald. & quia nemo eū impellebat, & ex seipso quis
non tam cito currit ad soluendum, dictante pro-
uerbio (al pagare non esser corrente &c.) & prouer
88 bium in causis allegatur † in c. & si iudæos. de iu-
dęis. eò maximè quòd differri per prouidos debēt
solutiones à seipsis faciendæ ex literis aliorum, nè
interim scribentibus effectis fallitis cederet dam-
no soluentium, si soluissent. iuxta doct. Saly. in d. l.
89 pro debito. in fin. & aliàs commodum est † ꝙ quis
non sit primus ad soluendum, vt l. cum duo. ff. de
condi. indeb. Non refert quòd tracta spectabat ad
ipsos Lucianum & Leonardum, quia ex hoc præ-
textu non apparet Actores se contentasse ad eos es
se remissas eorū pecunias, & pariter ex rationibus
prædictis non debebant prædicti prius currere ad
soluendum dictum debitum, eò maximè quòd de
dictis pecunijs remissis in totū ad eos non specta-
bat

bat tracta, sed ad Matinos de Sibilia pro Cast.
775. de quibus annotationem fecerunt in scarta-
facio soluendi sub protestu ad debitum scriben-
tium, ex qua demonstratione rei gerendæ in parte
demonstratum est supra, in totum denotari nego-
cium gerendum circa totam summam dictarum li
terarum, ergo ratione huius partis debebant vlti-
mum expeditionis & completionis suorum nego-
ciorum expectare ad complendum negocium sa-
tisfactionis dictarũ literarũ, quia sine dictis Cast.
775. dicti Actores non habuissent quilibet eorum
integram summam eorum crediti, & nemo pro se
90 † acciperet particularem solutionẽ quæ multa in-
commoda habet.l.planè. ff.fam.ercis. & l.tutor.§.
Lucius.& ibi Ange.nota.ff.de vsu. & pariformiter
præsumi debet quòd non acciperet pro alio, quia
91 quod in persona † sua quis facerer, tenetur facere
in persona eorum quorũ negocia administrat, quã
do à sua voluntate dependet, Ang.in d.l. sed si dã-
num.§.1.de pecul.

Nullã fidem merentur testes reorũ dicentes ter
minum solutionum esse per totum mẽsem Iulij &
non vltra, & quòd postea si fiant solutiones fiunt
extra terminum solutionum, quia hoc est proferre
iudicium, quid iuris, non verò attestari de his quæ
sunt facti per redditionem causæ sciẽtiæ ex aliquo
sensu, Soc.consi.42.col.2.versi. secundò quia. vol.
1.Aym.consi.41.num.4. Nec solutio dictarum par
titarum inducta dr̃ ex dictis annotationib. quasi à
princi. perfectis & puris sed resoluendis sub con-
ditione, nisi fuerint protestatæ & contrascriptæ in
tempore congruo, quo non facto ob rupturam di-
cti Leonardi videntur perfectæ à principio. iuxta
gl.in l.2.ff.de in diẽ adicti. quia respondetur quòd
non sumus in contractibus, prout loquitur d. glos.
qui perficiuntur ex consensu plurium, sed sumus in
voluntate vnius, an velit soluere, & dependens
92 † à voluntate vnius æquiparatur vltimæ voluntati.
sentit Paul.de Cast.consi.164. colnmn.7. versicu.
item non obst. ꝙ gratia.in 2.part. Socin.consil.58.
nume.5. volumine tertio. in qua semper per con-
ditionem dispositio redditur conditionalis. le.
quibus.§.quidam Titio.de cond.& demon.& quã
93 do est † in potestate debitoris faciẽdi tale quid ob
quod inducatur obligatio seu solutio, inspicitur tẽ
pus perfectionis obligationis seu solutionis, & nõ
initij, vt allegauimus. Bart.& Ang.in l.si Titius.ff.
quæ res pign.oblig. & Bart.in l.1. qui pot.in pign.
94 adeo ꝙ ex mutatione † conditionis gestoris fi-
ctio retro ad tempus actus gesti cessat, Bald. in d.l.
Pomponius.col.pen.vers.extra oppo. de neg.gest.
per l. si seruus communis Mœuij, & castrensis. de
stip.seruo.& in casu nostro non potest dici ex cessa
tione cõditionis dispositionem remanere puram,
quia talis annotatio habens tacitam cõditionem,
nisi fuerit protestata, quæ idem operatur vt expres
sa. Rom.in l.stipulationum. col.pen. de verb.obli.
habet etiam tempus quo recipere possit perfectio-
nem ex cessatione dictæ conditionis, scilicet post
expeditionem negociorum feriæ, ideo requiritur
cessatio conditionis & lapsus tẽporis, vt suum sor
tiatur effectum faciendæ solutionis, per ea quæ tra
dit Bar.in l.ita stipulatus.col.pen.ver.quartò circa
prædicta.de verbo.obliga. & Bald.in l.si eum.§.1.
si quis caut.

Verum tempore congruo dictam conditionem
euenisse multipliciter (vt supra) ostensum fuit, ꝙ di
ctæ annotationes fuerunt variatæ, reuocatæ & pro
testatæ, ex protestationibus factis ex ordinatione
dicti Leonardi, & ex mutatione seu cessatione suæ
voluntatis per impotentiam suam ad complendũ
sua negocia, & per dictam rupturam, quibus addi-
95 tur, quòd voluntas † alicuius semel præparata ad
actum seu contractum aliquem perficiendum in-
telligitur reuocata & mutata, si antequam perficia
tur contractus, moriatur seu efficiatur furiosus ta-
lis præparans, per ea quæ ponit Bald.in l.1.ver.sed
oppo.ff.mand.& Marsil.sing.373. Ruin.cons.6.nu
me.7.& consi.131.nume.6.vol.1. & ruptum mor-
tuo æquiparant quasi omnes testes reorum exami-
nati Toleti & in valle Olleti, qui ruptus non exigẽ
96 do † non dicitur facere in præiudicium alicuius à
iure considerabile, argum.l.qui autem. in princ.ff.
quæ in frau.credi. sicut de seruo dicitur, qui si nolit
non acquirit domino. l.1. §.hæc quæ de seruis. de
acquiren. poss. Superfluum videtur insistere super
obiectionibus quæ fiebant cõtra testes Actorum,
quia eorum numerus supplet omnem defectum,
qui tamẽ leuis est, Alex.consi.5.num.6.vol.1.& in
pluribus intentio Actorum probatur per testes ip-
sorum reorum, vt sæpius fuit supra deductum. &
propterea satis superque firma remanet & defen-
sata dicta sententia mea & plurium D. Rotæ super
sorte crediti petiti.

Fuerunt insuper condemnati ad interesse acces
soriè petitum per Actores cum eorum creditis li-
quidandum in executione sententiæ. Quæ & in
hac parte iusta quoque visa est & docetur. Nam in
teresse huiusmodi actoribus fuisse debitum proba
tur triplici ratione. Prima, ratione contractus cam
bij, conuertendo pecunias Actorum penès ipsos
reos in talem contractum in seipsos, vt supra dictũ
97 fuit, qui contractus † est ad instar emptionis & vẽ-
ditionis. Laur.de Rodul.in tract.de vsu.in 2.par.in
q.26. sentit Hier.de Luc.in trac.de camb.in fi.prin
cip. & exuberat in bona fide magisq̃ alij contra-
ctus etiam nominati, vt de stylo & ex forma regu-
larum Rotæ eius executio demonstrat, adeo quòd
naturam contractuum bonæfidei assumit, per ea
quæ tradunt doct.in §.actionum.inst.de act. sat est
ꝙ in eo vertitur principaliter vtilitas vtriusque par
tis, vt expresè dicit Bald.d.consi.348.col.2.vol.1.
potest ergo iure dici talem contractum pro parte
98 sua non adimplẽtem seu † adimpleri non facientẽ
soluendo pecunias cãbiatas illi cui spectant teneri
ad interesse, per l.curabit.C.de act.empt. vbi Hier.
Cagn.nu.36. ampliat dispositionem d.l. loquentis
de contractu emptionis & vẽditionis habere locũ
etiã in cõtractibus nominatis, similibus bonæfidei
contractibus, & in omnibus contractibus correspe
ctiuis

tiuis,ex quibus resultat hincinde cōmoditas, & al legat Pa.de Ca.& Aquē.in l.de diuisione.sol.mat. & Corn.con.145.col.2.vol.2.& Paris.c.cum venerabilis.col.8.de excep.vt per eos in dictis locis. & per Aret.consi.9.in 3.q.

Secunda est,quòd ex literis hincinde exhibitis, & ex partitis dicti scartafacij constat dictos Actores esse solitos negociari in cambiis & cum pecuniis de quibus agitur,& cum aliis,solitum autē esse
99 quem † verificatur in vltima vice, Barto.& ibi plenè in appostil.in l.Mela.§.sed si alimenta.de alim. & cib.leg.Bar.& Ange.in l.1.circa fin.C.quomo-
100 do & quando iud.& quidem† solito negociari datur interesse etiam lucri cessantis, secundum commun.opin.doct.de qua per Dec.in d.cap.cum venerabilis.sub nume.14.quæ opinio procedit omni iure humano & diuino, & est canonizata in scolis & in palatiis,alios allegando dicit Hiero.Cagn.in l.1.nume.37.C.de sent.quæ pro eo.& ex eo quòd
101 quis sit solitus negociari præsumptiuè † probatur dictum interesse,Rui.consi.204.sub num.8. vol.4.

Vltima assignatur ratio, & similis præcedenti, quòd ex pluribus negociis mercatorijs in cambijs & alijs pluribus negocijs, præsertim respectu d. Iacobi comprehensis in dictis literis, & ex confessione reorum in actis facta,in eo quòd dixerunt ex consuetudine mercatoria ipsos Actores debere habere registra literarum, & petierunt dicta registra exhiberi,ergo fatentur ipsos Actores mercatores,
102 quia † qui confitetur vnū cōfitetur omne id quod ex illo sequitur,glo.in ver.noli.in cap.quoque iure.8. dis.& ita per Iudices fuerunt condemnati ad exhibendum dicta registra, quæ ipsi Actores exhibuerunt & produxerunt in iudicio vigore dictæ pronuntiæ. Ideo fuerunt inspecta per iudices continētia plurima negocia mercatoria, ex quibus omnibus probatur dictos Actores esse mercatores.quos
103 tales esse †demonstrat pluralitas negociorum,Barto.in l.legatis.de leg.3.Bald. in procem. ff.colu.2. versicu.& prædicta sunt. & Ias.in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori.col.7.versi.tu autem. de no. oper. nūc.quibus quidem debetur interesse lucri cessantis,Alexan.consi.191.nume.4.vol.2.Soci.consi.2. col.fi.vol.1.& consi.25.col.fi.vol.4.& Modern.in d.l.1.de senten.quæ pro eo. & in d.c.cum venera-
104 bilis. Quoniam † tale interesse non datur absque mora.l.socium qui in eo.in princ.ff.pro soc.Feli.in cap.P.& G.col.1.de off.deleg.& Dec.in d.ca.cum venerabilis.column.5.& dicti rei fuerunt in mora constituti ex eo quòd in expeditionibus solutionū cambiorum Feriæ Metinę Maij, an.1547.non fuerunt soluta dicta credita, vt supra diffusius dictum
105 est,igitur† lapsus dierum dictarum expeditionum & solutionum cōstituit eos in mora, per l.magnā. C.de contr.& com.stip.cum concor.alleg. per Ias. in l.vinum.col.5.in 3. not. ff.si certum pet.& Mar. Ant.Bauer.in tract.de mora.in prin. Cuique nomine creditoris pecunia soluenda esset. l.si quis solutioni.§.mora.ff.de vsu. etiam si non fuisset dies ex pressa,dies tamen quæ tacitè inest in obligationibus facti quo illud commodè fieri potest interpel
106 lat,& eius lapsus † constituit in mora debitorem. l.si insulam.de verborum oblig.Corn.consi.26.colum.fi.ver.in obligationibus.vol.1.& Bauer. in d. tract.in princ.prædicta autem non esse adimpleta rei conuenti verisimiliter sciuerant tunc ex notorietate facti dicti fallimenti Luciani & Leonardi, & protestibus dcuētis ex dicto loco dicti Christophori & Actorum & aliarum personarum contra eos,vt potest videri ex processu,& in dictis quorūdam testium,faciunt not.in l.quod te.si cert.pet.& cum conueniantur ex proprio debito tempore dictarum literarū cābij,scilicet die 26. Martij 1547. contracto & soluendo ad diem,vt supra fuit dictū. Præterea interesse debitum ex prima ratione supra adducta debetur ex solo implemento contractus
107 ex parte petentis, quæ † dicitur mora irregularis. Bar.in d.l.de diuisione.& Modern.in d.l.quod te. & in d.l.curabit.

Non obstat quòd non probatum appareat fuisse certum Actores fuisse lucraturos si petitas pecunias habuissent, vt declarat Paul.de Cast.in l.3. §.fi.de eo quod cert.loc.Dec.in l.diem functo.nu. 8.ff.de offic.asses.Afflict.in decis.20.num.2. & alij eum referentes. Quia respondetur dictum præfatorum doct. procedere quando est incertum petentem interesse potuisse lucrari. Secus est si certum sit certitudine præsumptiua,quę habetur ex eo ꝙ quis sit solitus negociari & sit mercator, qui cōiter solet
108 lucrari,& potius † lucrū præsumitur quàm damnū & aduersa fortuna.l.si defunctus.C.arb.tut.l.inter stipulantem.§.si stipulatus fuero.de verb.obl.& in
109 probationibus valet argumentū à solitis † & cōiter accidentibus.glos.& Bal.in l.neque natales.C. de probatio.& secus est in pecunia destinata ad lucrum, vt erant istæ de quibus agitur, quæ solitæ erant per Actores teneri in cābijs, vt constat ex pluribus literis exhibitis,& ex cambijs cōiter lucratur arguendo à communiter accidentibus. d.gl.in d.l. neque natales. ita in tali præsumptiua probatione & in pecunia destinata ad lucrum probat & firmat Rui.d.cons.104.col.3.versi. & propterea quamuis etiam. & col.seq.versic.colligitur ergo ex præmissis.volum.4.

De pecunia sic destinata ad lucrum comprobatur ex eo quòd dicit Bart.in d.l.1.num.24.de sent. quæ pro eo. haberi rationē lucri in quo natura rei plus operatur quàm industria hominis,dat exēplū in fundo.si locatur, idē dici potest in pecunia si tra datur ad cambium licitè, vnde licitū lucrum habe tur,iuxta tradita per Canon.in c.nauiganti.de vsu.
110 & talem † exactam probationem lucri in potentia propinqua traditam per Pau.de Cast.& alios in locis præalleg.in practica nō seruari, quinimò obseruari & esse meliorem practicam,si probatio habeatur à solitis & cōiter accidētibus, ponit Hier.Cag. in d.l.curabit.nu.67.cum seq. & in d. l. 1.de sentē. quæ pro eo.num.42.cum seq. allegando Aret.in l. continuus.§.cum ita.col.2.de verb.obl.& Paul.de Cast.in l.cunctos.col.pen.de sum.Trin.& fi.cat.&

Bal.nouel.in tract.de dot.non dicit in qua par. po
test esse in 7.par.in 3.priuilegio. & ita videtur ser-
uari in Rota,non fieri probationes lucrorum in po
tentia propinqua,sed respectu soliti, & ista proce-
derent in probatione certi lucri & certæ quantita-
tis interesse in sententia condemnatoria exprimē-
dæ, sed sententia nostra non est talis. Vidimus e-
nim interesse debitum esse dictis Actoribus ex ra-
tionibus prædictis, quarum quæque sufficeret, &
interesse debitum ex prima ratione non compre-
henditur sub doctr.Pau.de Cast.in d.l.3.§.fina.de
eo quod cer.lo. quia in eo cessat consideratio, an
creditor sit mercator uel solitus negociari, vt per
111 docto.in d.l.curabit. Vnde † cum Iudex videat in
teresse deberi, licet non sit probata certa quanti-
tas,malè faceret si absolueret reum, vt per Cyn.in
in d.l.1.in fi.de senten.quæ pro eo.& Corn.consi.
26.in fi.vol.1.

Ideo bene fuerunt condemnati rei ad dictum
interesse liquidandum in executione sentētię,quia
112 †super interesse accessoriè petito potest ferri sentē
tia incerta.Purp.in l.certi condictio. in princi.nu.
104.ff.si certum pet.& Ias.in §.curare.nu.54. insti.
de act.& ualet reseruatio dictæ liquidationis fien-
dæ in accessoriis. Bald.in l.terminato. col.j. C.de
fruct.& lit.expen.Alex. in l.in summa. ff.de re iud.
Soci.in c.2.sub nu.23. de libel.obla.& Ias. in d.§.
curare.nu.54.& dicit Purp. in l.admonēdi. nu.40.
113 de iureiur.ꝙ interesse† petitum non est necessariò
liquidandum ante sententiam, sed potest obtineri
sententia & liquidatio fiet in executione. Ideu ꝑ
Bart.in l.j.sub nu.3.ff.de iud.sol. Et consequenter
ex his omnibus liquidò cōstat adfuisse mihi & plu
ribus Iudicibus de Rota,in uotum meum hoc prę-
sens venientibus,iura, rationes & causas plurimas
iustè iudicandi in omnibus,vt in nostra sententia
legitur. Cui velint condemnati aliquando æquo
animo aquiescere, & existimare sententiam pluriū
(ut iura præsumunt) esse firmiorem atque verio-
rem. Laus D. O. M.

Simon de Prætis Iurisc.Pisauren.

CONSILIVM CLII.

ARGVMENTVM.

Possessorij & petitorij materia tractatur.

Et an sententia lata in vno pariat exceptionem rei iudicatæ in alio.

Et plura de possessore bonæ fidei & cū titulo, an & quando teneatur ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio reintegranda sententia lata super petitorio non refragatur, quia spoliatus ante omnia est reintegrandus.*

2 *Absolutoria in dubio vidētur lata, quia non probatum sit ex parte actoris.*

3 *Presbytero & Doctori credendum videtur quòd sciant & actum validum facere velint, & iurantes quòd nō sint immemores eorum salutis.*

4 *Decretum præsumitur ex iusta & vera causa interpositum, & quòd omnia solemnia requisita interuenerint.*

5 *Propinquorum præsentia & consensus facit præsumi cognitionem causæ in decreto interuenisse.*

6 *Enunciatiuis verbis quando credendum sit.*

7 *Statutum non se extendit ad res existentes extra territorium.*

8 *Reintegratio possessionis denegatur quando culpa & facto administratoris perditur.*

9 *Solemnitates à iure communi requisitæ in alienationibus rerum minorum plures sunt.*

10 *Solemnitates à iure requisitæ in contractibus minorum non probātur per instrumentum non continēs earum specialem enunciationem nominatim, nec per interpositum decretum præsumuntur.*

11 *Statutum non simpliciter inhabilitans, sed formam seruandam tradens contractui & solemnitati eius, ligat etiam forenses contrahentes in loco, cuius locò solemnitas in contractibus seruanda est.*

12 *Statutum si disponat potius circa rem seu potentiam & virtutem contractus quàm simpliciter circa rem, debet inspici locus contractus.*

13 *Emptionem contrahere est se personaliter obligare, & talis obligatio non concernit certum locum.*

14 *Solemnitas subhastationis requirit scripturam ad contractum ex ea celebratum.*

15 *Solemnitas in scriptis redigenda non habet præsumptionem pro se.*

16 *Sententia lata contra primum auctorem alicuius post alienationem factam in ipsius proximos auctores, non nocet illi.*

17 *Nullum esse, & non esse, paria sunt.*

18 *Restitutorium pro possessione amissa ex actu nullo competit.*

19 *Nullum quod est dicitur iniustum.*

20 *Remedium possessorium duo extrema requirit, scilicet possessionem actoris antiquiorē, & possessionem reorū conuentorum iuniorem.*

21 *Possessio acquiritur pupillo per tutorem.*

22 *Possessio non oportet quòd aliter probetur contra facientes protestationes, tanquam possidentes, & offerentes se paratos stare iuri.*

23 *Spoliatio antiquioris possessionis actoris dicitur probarè ex præsenti possessione Rei. & nu. 29.*

24 *Responsio debet esse congrua & conformis interrogationi.*

25 *Relatio semper fit ad proxima.*

26 *Confessio in iudicialibus interpretatur vt nō sit contraria intentioni confitentis, & quo fieri possit minus sit*

præ-

praiudicialis.

27 *Protestatio reseruat ius protestantis.*

28 *Declaratoria iuris actoris quo casu procedat.*

30 *Bart. doctrina in l. si de eo. de acquir. posses. & Soci. in l. rem quæ nobis. col. 7. ff. eo. declaratur in quo possessorio locum habeat.*

31 *Possessorium uti possidetis non uidetur procedere in remedio recuperandæ.*

32 *Modum non curamus dummodo eundem habeamus effectum.*

33 *Allegari ubi per partem sufficit aliquid absq; probatione, potest allegari quandocunque etiam post conclusum in causa quamuis non fuerit allegatum in terminis probatoriis.*

34 *Auctoris iura prodesse debent emptori.*

35 *Minor vindicans bona alienata non tenetur ad restitutionem pretij quãdo bona non iure fuerunt alienata, nisi probetur locupletatus ex pretio.*

36 *Restituere quis tenetur pretium quod versum est in eius utilitatem.*

37 *Instrumentum etiam de contractu nullo confectum probat illud quod expressè in eo continetur.*

38 *Instrumenti inualiditas non tollit ualiditatem contractus in eo comprehensi quin posset probari aliunde, ut puta per testes.*

39 *Confessio tutoris iudicis decreto interposito præsumitur ueritatem continere, & pupillo præiudicat.*

40 *Attestationes producens, & eis vtens, fatetur in eis contenta esse vera.*

41 *Sententia ut per iudicem feratur debet à parte peti.*

42 *Exceptio quæ inest actioni non requiritur proponi à parte, & datur ratio.*

43 *Instrumentum facit rem notoriam.*

44 *Possessor cum titulo & bona fide non tenetur ad restitutionem fructuum nisi post litem contest.*

45 *Possessor mediatus bonæfidei & iusti tituli est habilis ad præscribendum decem vel viginti annis.*

46 *Possessor bonæfidei & iusti tituli in petitorio non condemnatur ad fructus nisi de perceptis post litem contestatam, idem in possessorio à fortiori.*

47 *Possessor bonæfidei & titulatus non dicitur decipere, quando denegat possessionem restituere actori.*

QVI ES VIA VITA ET VERITAS
Doce nos viam veritatis & iustitiæ.



Lures in Auditorio Rotæ Genuensis dubitationes longo examine discussæ, & demum decisæ fuerunt occurrentes in causa per Georgium de Signorio mota contra Raphaelem & fratrem Morandos reos conuentos, quæ adducuntur infra simul ostendendo motiua meo studio composita per me & in scriptis data Rotæ pro iustificatione sententiæ superinde latæ. Quorum prima fuit, quòd rei conuenti opponebant exceptionem rei iudicatæ ob quasdam sententias contra ipsum Actorẽ iam latas coram aliis Iudicibus de eisdem rebus, visum fuit exceptionem huiusmodi non obstare, inter alia, quia in iudiciis & processibus dictarum sententiarum expertum reperitur remediis petitoriis, coram Rota verò agitatum legitur solo remedio possessorio rein-
1 tegrandæ, cui remedio sententia † lata iam super
petitorio non refragatur, quia spoliatus ante omnia est reintegrandus. l. si quis à se fundum. C. vnde vi. ex hac ratione simpliciter firmat Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. 2. versicu. secundo casu. ff. de acquiren. possess. contra quem in hoc articulo licet extet comm. opin. docto. vt per Alexand. & Rip. in d. §. nihil commune. tamen hoc verum esse admittitur vbi reus non solum absolutus sit, sed etiam declaratus dominus per sententiam, ex qua ideo notoriè constat de dominio Rei, & de non iure agentis, repellitur agens dicto remedio possessorio. ita intelligunt Imo. in d. §. nihil commune. colum. 2. & ibi Alex. sub nume. 14. & ibi Socin. sub nume. 7. & Rip. nu. 44. expressè dicit quod secus est in sententia absolutoria, quia actor nõ probauit, quia per hanc sentẽtiam dici non potest notoriè cõstare de dominio Rei, & quod in in istis terminis opin. Barto. saluari potest, sed sententiæ quę latę inueniuntur in casu nostro sunt simpliciter absolutoriæ, & nullam pro reis continent dominij declarationem, vnde censentur in dubio latæ absolu-
2 toriæ, quia non probatum sit ex parte actoris, † &
sic de iure ipsius possessoris nihil videtur pronunciatum. Pau. de Cast. in l. si quis rem. ff. de excepti. rei iud. Socin. consi. 264. columu. penulti. versicu. inferendo ergo. volumine secundo. & Paris. consi. 87. nume. 53. uolumine tertio. sumus igitur in opinio. Barto. in d. §. nihil commune. quòd talis exceptio non obstet.

Secunda extabat dubitatio, quod rei conuenti opponebant dictum actorem cecidisse à possessione dictorum bonorum culpa & facto Mathæi sui tutoris, qui vẽdiderat iam d. bona auctoribus d. reorum interueniente præsentia & consensu duorum consanguineorum ipsius Georgij actoris iurantiũ d. contractum cedere in eius vtilitatem, quorum
3 vnus est presbyter, & alter I. V. D. quibus † creden
dum videtur quòd sciant & velint facere actũ ualidum, & iurantes quòd nõ sint immemores eorum salutis, per text. in capitu. in præsentia. §. nos verò. de procura. & in cap. pen. de præsumpt. & in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. de origi. iur. & in l. magis puto. §. requirent. de reb. eorum. & interueniente decreto Iudicis cum verbis assertiuis de plena causæ cognitione adhibita per notarium in personam iudicis prolatis, pro quo decreto † quod omnia solemnia interuenerint, præsumendum est, & quòd ex iusta & vera causa interpositum sit, per vulg. dictum Spe. de empti. & vendi. §. nunc dicendum. versicu. breuiter. quem refert & latè sequitur Alexand. in l. sciendum. nume. 26. de verborum obliga. & communiter allegari & sequi dicit in l. iuste possidet. nume. 26. de acquirend. possess. referunt & sequatur Fabi. de Monte. in tract. de emptio. & venditi. in quinta quæst. princip. in cap. de solemn. in alien.

mi.reb.nu.101.Imo.consi.98. vbi latissimè loqui-
tur in terminis.& Cur.Sen.consil.44.nu.33.Ias.in
rub.qui feu.da.pos.col.3.Corne.cons.71.litera C.
vol.3.& consi.69.lit.C.la 2.vol.1.Marsi.in l.1.§.si
quis dicatur.nu.20.ff.de quæst.Soci.consi.158. co
lumn.5.versi.confirmatur.vol.2.& consi.115. col.
2.vol.1.quando est dictum cum causæ cognitione
tenet & Dec.consi.351.nu.7. & Gram.consil.ciui.
15.sub nu.3.in tantum q facit præsumi subhastatio
nes,Rui.consi.111.num.10.uol.4.& cognitionem
5 † causæ interuenisse facit præsumi præsentia & cō-
sensus propinquorum,Rui.con.90.nu.12.vol.5. &
alios concord.allegat Cagn.in l.2.num.158.C.de
rescin.vend.

6 Ex quibus enunciatiuis † de cognitione causæ
etiam sub generalibus verbis, cum instrumentum
nomine Iudicis in hoc conceptum sit, videtur cre-
dendum,Io.Fab.in §.fi.inst.de fideius.refert Deci.
in c.quoniam contra.ante nu.41.ver.postremò.de
prob.& plenè Ay.in trac.de antiqu.in 2. par.nu.8.
cum seq. ex quibus concludi posset d. venditionē
factam per tutorem valere,& ei non obstare statu.
tum Ianuen.de bonis minorum auct.magis. dispo
nens non valere vēditionem bonorum minorum
immobilium nisi steterint per dies 15. in publica
Callega, quia verba statuti sunt directa in rem, &
res de quibus agitur sunt extra territorium Ianuē.
7 ergo † ad eas non se extendit dictum statutum,Bar
to.& alij.in l.cunctos populos.in 5. & 6.q. princi.
de sum.tri.& fide cath.ergo dictus actor priuatus
possessione dictorum bonorū facto sui tutoris non
videtur posse reintegrari ad dictam possessionem,
8 ita † quando culpa & facto administratoris perdi
tur possessio, reintegrationem eius denegari tenet
Soci.consi.266.columm.8. versicu. postremò alia
via.uolum.2.

His non obstantibus dubitatio huiusmodi reso
luta fuit in diuersam partem, quòd talis venditio
non posset impedire dictam possessionis reintegra
tionem,eo q dicta venditio sit nullius valoris, fa-
cta de re minoris non seruatis solemnitatibus tra-
ditis neque à iure communi neq; à statuto Ianuen.
vbi fuit celebrata.s.in ciuitate Ianuæ, non fuerunt
9 seruatæ solamnitates† à iure communi traditæ quę
plures sunt post alios adductę per Affli.decis.249.
& auctoritate Baldi adhibendæ in contractibus
minorum, octo enumerantur nouissimè per Rolā.
à Val.in cons.7.ad num.19.& sequen.lib.3. & qua
rum plures sunt factorum extrinsecorum non in-
teruenientium tempore confectionis instrumenti
dictæ venditionis, ideo per ipsum instrumentum
non continens earum specialem enunciationem
nominatim factam non probantur, nec per inter-
10 positum decretum præsumuntur. † Feli.in d.c.quo
niam contra.in 7.conclusione.ver.limita seu decla
ra,Corn.consi.98.litera G.volu.1. Paris.consi.98.
nu.13.cum seq.vol.1.& consi.85.col.3.vol.3.Rui.
consi.63.nu.17.vol.j.& Alcia.de præsump. in reg.
310.præsumpt.nume.5.vbi concordando opin. di
stinguit in decreto requirente causæ cognitionem
debere fieri specialem mentionem causarum & so
lemnitarum,quod maximè verum videtur in de-
creto alienationis bonorum minoris, in qua requi
ritur examinatio causarum & probatio apud acta,
vt est text. in l.minorum.& in l.finali. C.de prę̨d.
mino.

Posset attentari nullitas de iure communi dictę
venditionis, quòd non interuenerint; neque præ-
sumantur interueuisse solemnia, ex his proximè al
leg.in quibus, stantibus in contrarium superius al
leg.non tantum fecimus fundamentum, quantum
in statuto præallegato cum clausula annullatiua
disponente, bona minorum debere prius stare an
tequam vendantur in publica Callega,id est in lo-
co vbi fiunt publicè subhastationes de dictis bo-
nis per dies quindecim, aliter verò dicta venditio
facta non teneat in præiudicium minorum. Licet
enim ipse Georgius & suus tutor essent forenses,
& bona sita essent extra territorium statuentium,
tamen cum statutum nō simpliciter inhabilitet,sed
formam seruandam tradat contractui & solemni-
tati eius, ligat etiam forenses contrahentes in lo-
11 co, cuius † loci solemnitas in contractibus seruan
da est.l.si fundus.ff.de euicti.tradunt Barto. in d.l.
cunctos populos.sub nume.26.& ibi Bald. colum.
10.versic.viso de iure personæ.& hanc partem pu-
tat verissimam Aretin.consi.54.colum.2. sub ver-
sicu.Tertiò,ratio.& consi.73. columm.5. sub versi.
ista sententia.idem probat Socin.consi.131.col.1.
versicu.secundum probatur.volu.4.& Ruin. consi.
160.nume.3.volum.4.& cum statutum hoc dispo
12 nat † potius circa virtutem & potentiam contra-
ctus quàm simpliciter circa rem, debet inspici lo-
cus contractus, & quòd ista est veritas inquit So-
ci.cons.103.nu.21.uolu.4.ad idem Rui.cons.201.
nu.8.in fi.uol.j.ratio est(licet ipsi non dicant) secū
13 dum Cyn.in l. j.C.de contr.empt. quia † contrahe
re emptionem est se personaliter obligare, & talis
obligatio nō concernit certum locum.l.si fideicō-
missum.§:tractatū.ff.de iudi. & q magis inspicitur
cōsuetudo loci vbi fit cōtractus, q̃ loci vbi est res,
14 vt ibi per eū.Cumq;† solemnitas Callegæ & subha
stationis requirat scripturā ad contractum ex ea ce
lebratū,Bal.in l.contractus.col.2.ver.secundo ve-
rò.C.de fide inst.& vbi scriptura requiritur, ea nō
apparente, onus probandi incumbit affirmanti,
Abb.in cap.bonæ memoriæ.el primo.colum.8.nu
me.14.de electi. & pro solemnitate in scriptis redi
15 genda non præsumitur, † ut probat Ruin. consil.
69.columm.penulti. versicu. secundo.in primo. eo
maximè quòd rei conuenti nunquam allegarunt
in processu solemnitatem Callegę fuisse seruatam.
sed conabantur se defendere ex re iudicata, & eo
quòd bona sita sunt extra territorium, ad quæ non
extenditur dictum statutum Ianuen.quæ (vt supra
demonstratum est)eis non patrocinantur, & quod
non allegatur & non opponitur à parte, censetur
non adesse, vt probat Aym. consi.1. in fin. & iam
per iudices Ianuæ fuit pronunciatum dictam ven-
ditionem esse nullam,contra quā pronunciationē
rei

rei conuenti nullam defensionem allegarunt, nisi
quòd lata fuit contra primum auctorem, post alie-
nationem factam in eorum proximos auctores, ut
16 res ita se habet, & propterea † eis non nocet d. sen-
tentia l. si superatus. & ibi Bart. ff. de pign. & l. si ma
ter. §. pen. de excep. rei iud.

Ex quibus omnibus conclusum est dictam ven-
ditionem esse nullam, & propterea non posse no-
cere dicto Georgio actori dicto remedio possesso
rio agenti, quia quod nullum est nullum pręstat
impedimentum. vulga. est regula iuris, & non esse,
17 † & nullum esse, paria sunt. l. quoties. & ibi Ias. ff.
qui satisd. cogan. & Barto. in l. si verò. de bo. liber.
cum uulg. pro possessione amissa ex actu nullo cō-
18 petit restitutorium, iura & auct. allegat Soci. consi.
18. colum. 11. versic. non ob. quòd Chinus. uolu. 1.
non solum ex contractu nullo, sed ex contractu im
perfecto amissa possessio non impeditur restitui, ut
per Alexan. consi. 90. col. 2. uersicu. nec obstat. uol.
5. & latè per Aym. consi. 248. col. fina. uol. 2. quod
19 enim nullum est dicitur † iniustum, ut per gloss. &
doct. in l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. & in text.
cap. reintegranda. 3. q. 1. dicitur quòd per quascun
que iniustas causas perdatur possessio, reintegran-
da est, ergo hæc dubitatio soluitur per textum sic
verbis generalibus conceptum in d. c. reintegran-
da. cuius remedium ut magis fauorabile semper in
telligitur intentatum, cum maximè (ut in casu no-
stro) verba petitionis conueniant, Deci. consil. 57.
nu. 1. & seq. & consi. 252. nu. 1.

Item & tertiò, cognito ꝙ actor potest experiri
dicto remedio possessorio, pariter uisum est fuisse
20 probata duo extrema † ad dictum remedium re-
quisita, scilicet possessionem actoris antiquiorem,
& possessionem reorum conuentorum iuniorem,
vt requiritur per tradita in cap. cum ad sedem. & in
c. sæpe. de test. spol. & Alex. consi. 6. uol. 3. & Soci.
in l. rem quæ nobis. in 7. q. de acq. posse. & Dec. d.
consi. 252. Possessio autem actoris antiquior pro-
batur per testes pro eo examinatos, deponentes pa-
trem dicti actoris possedisse vsque ad eius mortē,
postmodumm Mathęum tutorē dicti actoris pos-
21 sedisse donec ea alienauerit. Sic enim † per tuto-
rem acquiritur possessio pupillo. l. j. §. per procura-
torem. ff. de acquiren. possess. De possessione præ-
senti reorum constat, quòd à principio litis inter-
rogati per actorem de nominatione de eis facta
per illos de Ponte prius cōuentos in loco Capria
tę, exhibendo eis petitionem factam cōtra dictos
de Ponte, dixerunt quòd terræ de quibus fuerat
mota lis contra prædictos de Ponte, sunt suæ, & ꝙ
si quid prætenditur in dictis terris uolunt conue-
niri, & contra eos debeat agi, & se appellant domi
nos & possessores ipsarum terrarum, ut contine-
tur in eorum responsione facta die 4. Iulij, 1549.
22 vnde contra † facientes protestationes tanquam
possidentes & ostendentes se paratos stare iuri, nō
oportet quòd aliter probetur possessio, vt singula-
riter dicit Bald. in l. non solum. in princip. ff. de pe
ti. hæred. licet sæpius postmodum in processu con
fessi fuerint se possidere, iustis tamen titulis, exhi-
bentes instrumenta emptionum de suo titulo, & il
lorum de Ponte eorum auctorum ementium à Pe
tro Morando primo emptore à dicto Mathæo tu-
tore, vt sæpius legitur in eorum scripturis, adeo ꝙ
in ultima discussione totius causæ & processus nul
la per partes facta est dubitatio de possessione reo-
23 rum, ex qua † eorum præsenti possessione dicitur
probari de spoliatione antiquioris possessionis ip-
sius actoris, per doctr. Bald. in l. penulti. colum. fin.
* C. si non à comp. iudi. per doct. communiter rece-
ptam in plerisque locis relatam, vt per Feli. in cap.
licet causam. colu. 7. de proba. & per Alex. & Deci.
in pluribus eorum consil. & pulchrè Alexan. in l. si
quis rem. ff. de acq. poss. & Ruin. consi. 12. col. pen.
nu. 10. lib. 4.

Verum & quartò, maior fuit dubitatio, ꝙ actor
intēdebat reos confessos esse possidere quatuor pe
tias terrarum descriptas in petitione sua coram Ro
ta porrecta post responsionem supradictam reo-
rum à principio factam, & ipsi rei dicebant se pos
sidere solum tres petias terræ descriptas in petitio
ne coram Iudice Capriatæ facta contra dictos de
Ponte, & eis à principio exhibita coram Rota quā
do fecerunt dictam responsionem super hoc ante
sententiam non facta discussione per partes seu eo
rum aduocatos, viso simpliciter quòd in vltimis
scripturis eorum dicebant rei se possidere dictas
terras, fuerunt per Rotam condemnati ad restitu-
tionem possessionis quatuor petiarum terræ descri
ptarum in fine petitionis prædictæ porrectæ co-
ram Rota. In melioratione autem super hoc me-
lius inspecto & cōsiderato processu, fuit repertum
d. primam respōsionem reorum factam à princ. cō
prehendere & continere confessionem de tribus
petiis terræ, prout erant descriptæ in dicta petitio-
ne facta contra illos de Ponte, & eis exhibita quā-
24 do fuerunt interrogati, vt † responsio dicatur con-
grua & conformis interrogationi. l. si defensor. §.
1. de interrô. act. cum concord. allega. per Corne.
consil. 250. columnn. penul. volu. 4. repertum etiam
fuit quòd post factam petitionem de quatuor pe-
tiis terræ, rei conuenti semper steterunt in negatio
nibus, etiam respondendo positionibus actoris su
per positione quòd possident bona descripta in di
cta vltima petitione de petiis quatuor, dixerunt
possidere in posse Capriatæ diuersas terras qua-
rum confines notos nō habent & ignorant an sint
illemet de quibus in petitione, quo audito, actor
volens eos conuincere de mendacio, fundando
se in dicta prima responsione reorum re vera con-
tinere confessionem de petiis tribus terræ, plu-
ries institit, quandoque sibi concedi licentiam ca
piendi possessionem dictorum bonorum, iuxta ter
minos. l. fina. ff. de rei vindicatio. quandoque fer-
ri sententiam pro se, dicendo & allegando sæ-
pius in scripturis respectu possessionis reorum se
habere intentionem suam fundatam ex dicta pri-
ma responsione reorum, & postremò ipsis reis
dicentibus se possidere dictas terras, & exhiben-

tibus instrumentum emptionis per eos factæ ab
illis de Ponte, visum est Rotæ confessionem eo-
rum collectam ex dictis verbis intelligi & con-
tinere dictas tres petias terræ solummodo, quia di
cente actore se respectu possessionis reorū probas-
se suam intentionem per dictam primam respōsio
nem reorum quæ, vt dictum est, cōtinet confessio-
nem possessionis trium petiarum terræ, verba reo-
rum postmodum telata & respōsiua ibi. dictas ter
ras possident &c. referuntur ad dicta verba proxi-
ma relata per actorem nitentia ex dicta prima re-
sponsione reorum de tribus petijs terræ, non verò
ad petitionem de petijs quatuor terræ, quam iam
negauerunt respondendo ei & positionibus, quia
25 † relatio semper fit ad proxima. l. si idem. in fin. ff.
de iurisd. om. iud. l. talis scriptura. de leg. j. c. secun
dò requiris. de appel. gl. in l. j. de leg. præstan. cum
26 simil. & quia † confessio in iudicialibus interpre-
tationem recipit, vt non sit contraria intentioni
confitentis, & quò fieri posset minus sit præiudi-
cialis. Alexan. consi. 88. num. 4. vol. 7. Corn. consi.
91. col. 6. versi. quia confessiones. volum. 4. & Soc.
consi. 112. num. 20. vol. 4. & debet esse certa, & ne
cessariò concludens. Paris. consi. 115. num. 16. vo-
lum. 1. & Aym. consil. 157. nume. 9. & quia, & hoc
fuit præcipuum motiuum Rotæ in instrumēto em
ptionis per reos factæ, tunc quando dixerunt possi
dere dictas terras exhibito, cōtinetur de tribus pe-
tijs terræ propriè descriptis in petitione facta con-
tra illos de Ponte auctores reorum, & sunt tres pri
mæ petiæ terræ descriptæ in vltima petitione acto
ris facta coram Rota, vt ex nominatione loci &
confinium demonstratur, & vltima petia terræ de
scripta in dicta petitione ad locum ad montatam
grissiorum est, quæ aliquo modo non probatur pos
sideri per reos conuentos, & quia intentio expres-
sa reorum fuit, quando dixerunt se possidere dictas
terras, se fundare in eorum titulo contento in di-
cto instrumento tunc exhibito, vt cum dicto titu-
lo excluderent actorem, non verò quòd aliàs face
rent confessionem eis præiudicialem, & fauorabi-
lem actori ad probationem suæ intentionis, vt de-
monstrant solitæ protestationes per reos factæ in
27 principio dictæ scripturæ, quæ † reseruare dicun-
tur ius protestantis. l. si debitor. §. j. ff. quibus mod.
pigno. vel hypotheca solui. quis enim non videtur
fateri nisi illa super quibus fundat suam intentio-
nem. Socin. consi. 244. colum. penul. versic. præte-
rea in libello. volum. ij. facit l. si quis intentione.
ff. de iudi. & propterea ex ista sola causa, quia non
probatur reos possidere dictam vltimam petiam
terræ, ipsi per Rotam in melioratione fuerunt ab-
soluti à restitutione dictæ petiæ terræ.

Fuit super idem excitatum dubium, ex quo a-
ctor probat de possessione super dicta petia terræ
sicut de alijs tribus petijs, an deberetur saltem pro
eo pronuntiari declaratoriè, quòd res pertineret
ad actorem absoluendo reos, quia non possident,
iux. doctr. Bar. in l. is qui. ff. de rei vind. & Rom. in
l. si constante. §. si bona. solu. mat. & Pa. de Cast. in
l. 3. §. j. de excep. rei iud. per tex. in l. si à te. §. j. ff. eo.
28 fuit conclusum ꝙ non, primò, quia talis † declara-
toria iuris actoris videtur procedere in iudicio pe
titorij. & vbi plenè actor probasset de suo iure, vt
colligitur ex dictis docto. in dictis locis, & Bart. &
Soci. in d. l. si à te. §. j. & Abb. & Feli. in c. examina-
ta, de iudic. vbi Felin. in j. & ij. col. ad d. l. si à te. §. j.
adducit tres limitationes, non autem videtur pro-
cedere in remedio possessorij reintegrādæ, in quo
principaliter deducitur spolium actoris, quod qui
dem non probatur, præsertim in specie proposita,
29 si non liquet reos possidere, ex qua † possessione
reorum volunt doctores probari tale spolium, vt
per Bald. in d. l. pen. col. fin. C. si non à comp. iudi.
Abb. in c. olim. el primo. de restitu. spol. cum simil.
alleg. per Dec. d. consi. 252. sub nume. 2. & per Ias.
consi. 172. in princ. vol. 4. Aym. consi. 107. num. 3.
ergo dicendum est, aliter non probato de spolio
cōtra reos, quòd probare eos possidere erat de sub
stantia probationis dicti spolij, vnde hoc nō pro
bato rei simpliciter debent absolui, Bald. in l. licet.
ff. de peti. hære. diuersa. n. sunt iura petitorij & iura
possessorij, sicut diuersitas est inter dominiū & pos
sessionem. d. l. naturaliter. §. nihil commune. ergo
illatio de vno ad aliud cessat, iuxt. vulg. iura, & bo
nus tex. in l. & an eadem. §. fi. de excep. rei iud.

Itē quamuis d. rei conuenti de tribus petiis ter-
ræ, ad quarū possessionem restituendā fuerunt con
dēnati, possent dici possessores bonæfidei cū titulo
habito ab illis de Ponte, tñ censuit Rota cōtra eos
cōpetere & dari d. remediū reintegrādæ, vt ita esse
* com. opi. alios alleg. & à cōi opi. non recedendum
dicit Rip. in d. c. sæpe. sub nu. 28. de rest. spol. ita re-
sident D. de Cons. Neap. per Affl. deci. 361. nu. 33.
& Alexandri. consi. 4. col. pen. & fi.

Itē oppositum fuit, ꝙ adhuc tale remedium non
posset contra d. reos possidentes cum titulo dari,
30 quia † pro parte actoris non fuit articulatū & capi-
tulatum de clādestinitate possessionis reorū, vt do
cet Bar. in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. poss. & Soci. in l.
rem quæ nobis. in 7. q. ff. eo. visum est hanc opposi
tionē nō obstare, quia Bar. in d. l. si de eo. §. fi. & cæ
teri ibi loquūtur in possessorio vti possidetis, quod
31 † non vr̄ procedere in remedio recuperandæ, vt la
tè defendere conatur Io. de Ami. consi. 98. nu. 5. &
seq. Præterea, statim ꝙ rei allegarūt & produxerūt
eorum titulum, actor in suis scripturis allegauit de
clādestinitate possessionis reorū formiter, iux. cau-
telā, Bar. & aliorū in locis ṗdictis, si prius tali cau-
tela vsus non fuit in titulis nō vr̄ imputandū, quia
non poterat diuinare ꝙ rei vellent se tueri allegan
do & producendo titulum. nemo. n. diuinare tene
tur. l. si putator. in fi. ff. ad leg. Aqui. vnde facta d. al
legatione & productione tituli, vr̄ eūdem impor-
tare effectum dicta ex aduerso allegatio statim fa-
cta de clandestinitate, iuxta d. cautelam, de modo
32 † enim curare non debemus dummodo eundē ha
beamus effectū. l. cū seruus. de uer. ob. l. 2. C. de ali.
pu. præst. l. item veniunt. §. à quo. ff. de pet. hære. cū
similib. & vbi per partem sufficit aliquid allegare
absque

33 absque probatione potest id † allegari quandocun
que etiam post conclusum in causa quamuis non
fuerit allegatum in terminis probatoriis. pro not.
tenet Alex.in l.1.col.2.nu.5.vers.& iure hoc.C.vt
quæ desunt aduoca. sequitur Dec.consi.267.colu.
fi.vers.allegario tamẽ.& in l.nõ hoc. sub nu.3.ver.
& ad prædicta.C.vnde legi. Item pertractatum est
quid agendum esset de pretio olim habito per di-
ctum tutorem Georgij quando vendidit dicta bo-
34 na primo auctori dictorum reorum, quibus † etiã
prodesse debent iura dicti auctoris. l. emptori. C.
de euict.& l.fi.ff.de excep.rei iud.Aym.consi.148.
35 nume.1. & licet minor † vindicans bona alienata
non teneatur ad restitutionem pretij quando bo-
na non iure fuerunt alienata nisi probetur locuple
tatus ex dicto pretio.l.prædiorum.& ibi Bal.& Sa
lyc.C.de præd.mino.nihilominus visum est æqui-
tati & iustitiæ conuenire dictum Georgium teneri
ad restitutionem pretij per tutorem habiti pro ra-
ta bonorum quorum possessionem consequitur,vt
in sententia Rotæ & melioratione legitur,& mota
est Rota, quòd propriè probetur dictum pretium
36 versum esse † & cessisse in vtilitatem dicti Georgij,
ita quòd teneatur ad eius restitutionem,per tex.in
d.l.prædiorũ. & in l.vtere. & in l.si prædiũ. C.eo.
probatur enim per instrumentum venditionis fa-
ctæ per dictum tutorem per partes in iudicio exhi
bitum, in quo dicitur vẽditionem esse factam pro
euidenti vtilitate d. Georgij & duo sui propinqui
vnus presbyter & alter doc, hoc eorum iuramento
ibi præsentes & consentiẽtes affirmarunt & tutor
confessus est in eodem instrumento habuisse pre-
37 tium in pręsentia notarij & testium,quod † instru-
mentum etiam de contractu nullo confectum pro
bat illud quod expresse in eo cõtinetur. per doctr.
Bar.in l.decẽ.in fi.de ver.obl.per l.si ita stipulatus.
§.Grisogonus.ff.eo.quia inualiditas ꝯctus non tol
lit validitatẽ instr̃o quin probet contenta in eo,si-
cut econtra inualiditas instr̃i non tollit validitatẽ
38 contractus in eo compræhensa † quin posset proba
ri aliunde, vt puta per testes, vt post alios per eũ re
latos firmat Alex.in l.seruum.§.eum qui.de leg.1.
& Feli.in ca.cum venerabilis.col.7.de except.dicit
enim not.Rom.consil.294.hæc confessio.in 1.col.
quem refert & sequitur Feli. in d.c.cum venerabi-
lis.col.8.sub versi.intellige secundò dummodo. q
licèt tollatur contractus propter solemnitatis defe
ctus, nihilominus instrumẽtum quod in seipso est
validum manet in suo vigore, & probat confessio-
nem, & alia quæ in eo continentur,vt ibi per eum,
probat ergo dictum instrumentum pretium habi-
tum & receptum esse in euidentem vtilitatem di-
cti Georgij ex attestatione dictorum propinquo-
rum Georgij ibi descripta iurantium,qui præsumũ
tur non deierasse & memores fuisse æternę salutis.
d.c.in præsentia.§.nos verò.de procur.& d.ca.pen.
de præsumpt. & verisimile est quòd consanguinei
viderint contractum esse vtilem minori, & propte
rea quoad eorum interuentum operati sunt vt per
ficeretur,& sic erit vtile,dicit Ang.in §.emphiteu-
sis.in fi.in auct.de alie.& emphi. & probat ex con-
39 fessione dicti Matthæi tutoris, quæ † iudicis decre
to interposito præsumitur veritatem continere &
pupillo præiudicat. Rui.consi.90.nu.9.vol.5. facit
quòd credatur instrumento & confessioni prælati
debitum cessisse in vtilitatem ecclesiæ. vt per Soci.
consi.15.col.4.circa fi.versi.quare licet.vol.1. non
adimitur ipsi Georgio facultas habendi regressum
pro dicto pretio & ratione de eo reddenda contra
dictum Matthæum eius tutorem, vt dicit Ruin.d.
consi.90.nu.9.quem fuisse suum tutorẽ ipse Geor-
gius non potest inficiari, cum possessio per dictum
tutorem appræhensa & habita,vt dicunt sui testes,
ipsi Georgio in præsenti causa victoriam dederit,
quia aliter non probat de sua possessione,& produ
40 cendo dictas † attestationes ac eis in hoc vtendo
fatetur in eis contenta esse vera per l.cum precum.
C.de liber.ca.& per not.in d.c cum venerabilis. &
Rom.consi.104.in fi.& Paris.consi.23.num....vo-
lum.4. Vnde satis fundantem eorum intentionem
dicti rei conuenti videntur habere ex dicto instru-
mento,quòd dictum pretium versum fuerit in vti-
litatem dicti Georgij,per supradicta.

Alia inde subsecuta est difficultas,quòd videtur
non potuisse de hoc ferri sententiam per iudices
41 † cum non fuerit à parte petitum. ad nota.in l.4.§.
hoc autem iudicium.de dam.infe.vt requiritur pe-
ti vel excipi,vt in tex.in l.vtere. & in l.si prædium.
de præd.minor.

Respondetur,quòd cum dictus Georgius egerit
ad restitutionem possessionis bonorum alienato-
rum per tutorem,& sibi facta oppositione dictæ a-
lienationis replicauerit de nullitate, & probetur in
eodem iudicio pretium fuisse versum in eius vtili-
tatem per dictum instrumentum in iudicio produ-
ctum,vt supra probatum est, de natura intentati
iudicij & de eius connexis & appendicijs videtur
esse, quòd si velit petita debeat restituere pretium
quod versum constat in eius vtilitatem,vt probant
verba tex.in l.prædiorum. C.de præd.minor.licèt
ibi in text.dicatur. te conueniri permittat, tamen
quando probatum est iudici petentem debere ad-
uersario aliquid restituere occasione rei perirę seu
præstare, potest iudex ad illud condemnare peten
tem obtinẽtem pro sua parte quod petit,ad pręstã-
dum aduersario etiam si non petat. vt l. si pater. in
fi.C.de act.empt.quem tex. allegat Alexan.in d.§.
hoc autem iudicium.sub nu.21. & latius prosequi-
tur Cœpol.in l.ædiles. §. item sciendum.num.17.
ff.de ædil.edict.ratio est per Bar.& Alex.tradita in
42 l.eum qui ita. §. qui ita. quòd † exceptio quæ inest
ipsi actioni non requiritur proponi a parte,quia ip
sius actionis expressio sufficit ipsi parti, vbi præci-
tim inspecto toto progressu iudicij intentati om-
nia probanda reperiuntur probata ad ipsam exce-
43 ptionem, maximè per instrumentum † quod facit
rem notoriam. Paris.consi.10.nu.70.vol.1. in qua
re notoria iudex supplex etiam parte non petente.
Innoc.in c.1.de offic.vic.Bal.in l.fi.ff.de pet.hære.
idem quando constat ex actis, vt per Alexã.consil.

158.nu.11.vol.6. Idem vbi quid ex natura conuentionis venit præstandum, iudex potest supplere, firmat Rom.consi.244.versi.primò enim.idem quando iudici constat vel per instrumentum vel per acta vel ex eadem scriptura iudicem posse supplere parte etiam non petente. Afflic.firmat in pluribus decis.vt in decis.16.nu.5.in decis.32.num.3. & latius in decis.372.num.4.vsque ad fi.

Et his rationibus & auctoritatibus moti sumus ad condemnandum dictum Georgium ad restituẽdum dictum pretium, & etiam maxima æquitate & iustitia suadente, vt quisque consequatur quod suũ est, neve quis cum aliena iactura locupletetur, & id fiat minori circuitu quo fieri possit, quæ omnia proueniunt ex dicta sententia, nam dictus Georgius restituet dictum pretium, & si velit postmodũ experiri contra tutorem aliàs sibi obligatum ex generali administratione ad reddendam rationẽ, omnino suam consequitur indemnitatem, & hic erit in causa huiusmodi finis litium, & quisque ius suũ erit consecutus, aliàs ad id plures lites & circuitus fuissent necessarij, primò plures inter ipsos ementes, deinde contra ipsum tutorem, qui non se proprium obligando an teneretur, esset dubium, & postremò inter ipsum tutorem & Georgium contrario iudicio tutelæ, & propterea (nõ sine calumnia) quisque diceretur uolens defendere, Rotam non iustè, non æquè, prædicta in modum, vt est pronunciatum, determinasse.

Vltimò Rota censuit reos conuentos esse condemnandos ad fructus perceptos post litem contestatam, ex generali regula iuris volen-
44 te, possessorem † cum titulo & bona fide non teneri ad restitutionem fructuum nisi post litẽ contestatam. vt l.1.§.fi. C.de pet.hære. & l.certum.C. de rei vind. ipsos reos cõuentos esse possessores iusto titulo & bona fide liquet, quia non emerunt ab auctore forte vitioso emente primitus à dicto tutore non seruante solemnitatem Callegæ. vt dictum
45 est supra, sed ab illis de Ponte, vnde sunt † possessores mediati, non malæfidei, sed bonæfidei, & iusto titulo habiles ad præscribendum præscriptione decem vel viginti ann. Alexã.in l.Pomponius.§.1.ff. de acqui.possess. Afflict.decis.40.sub num.8.quæ regula non videtur fallentiam recipere ex doctr. aliquorum simpliciter volentium in remedio recuperandæ, reum esse condemnandum ad fructus perceptos. vt per Soc.in d.l.rem quæ nobis.in q.11.& Dec.d.consi.57.in fin. quia si in petitorio, quod est
46 maius, bonæfidei † & iusti tituli possessor ad fructus non condemnatur nisi de perceptis post litem contest.d.l.certum.cò magis, vel saltem pari ratione non debet condemnari in possessorio à paritate rationis saltem arguendo, iuxta l.illud.ad leg.Aq. cum vulg. nisi constaret ipsum conuentum effectũ esse locupletiorem. si volumus fundare rationem condemnationis fructuum in dicto possessore bonæfidei & titulato quando fingitur eiecisse, vt considerat & adducit Bellemer. in d.ca.reintegranda.
47 nume.9.utique † talis possessor non dicitur eijcere nisi quando denegat ppssessionem restituere actori, per not.in l.clam possidere. §. qui ad nundinas. de acquirend.poss. expressè dicit Alexand.in d.l.si quis rem.in fin.ff.eo.& denegatio huiusmodi, alia extraiudiciali non apparente, fit in contestatione litis, vt in cap.1 de lit.cont.& l.1.C.eo. ergo ab il lo tempore citra eiectionem inducente fructus veniunt, ita simpliciter prædicta non adducendo in terminis remedij reintegrandæ consuluit Rui. consil.102. in fi.vol.5. quorum fructuum liquidatio reseruata est in executione sententiæ, vt de accessoriis fieri posse, docet Bal.in l.terminato.C.de fruc. & lit.expen.& in terminis Alex. in l. in summa.ff. de re iud.& ex his omnibus præsertim & aliis quæ breuitatis gratia, & vt non necessaria omittuntur, mota est Rota ad iudicandum & meliorandum, vt in sententia prolata in præsenti causa continetur, & talis cum magni. Dominis Collegis fuit decisio mea. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CLIII.

ARGVMENTVM.

Societatis materia tractatur, & quomodo cognoscatur contracta inter duos societas. Et in re conducta quomodo cognoscatur principalis à fideiussore, & de duobus correis debendi latè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vt dicatur dominus fructuum debet soluere integrum pretium.*
2 *Imparitas reddit societatem inualidam.*
3 *Negociator diligens non præsumitur velle iacturam pati.*
4 *Admittendum non est quod sanus non probabit.*
5 *Argumentum à solitis et communiter accidentibus per leges admittitur etiam in probationibus.*
6 *Taciturnitas quando tacenti obsit.*
7 *Socius non est qui non in commune, sed in proprios usus vertit.*
8 *Negatiua ex inspectione scripturarum probari potest.*
9 *Verisimile non est quem alij concedere quod sibi debetur.*
10 *Solutio à iure improbatur vt habeatur repetitio.*
11 *Sententia facit ius inter partes.*
12 *Repetitio & exactio fit ex directione rationum & partitarum.*
13 *Fideiussor dicitur qui totum quod solutum est potest repetere & repetijs à correo debendi.*
14 *Delegatorum dicta & facta dicuntur partium.*

So-

15 Solutiones & extinctiones creditorum fiunt per partitas.

16 Credita aliena dissoluũtur & extinguũtur cum debitis alienis proprijs ipsorum creditorum, non uerò ipsorũ debitorum,& id quomodo fiat.

17 Concursus plurium præsumptionum,ac verisimile vnũ additum pluribus verisimilibus inducit plenam probationem.

18 Hæres gestorum defuncti iustam habet ignorantiam.

19 Probationes intantum sunt arbitraria iudici, quòd eius animus remaneat persuasus & inductus ad credulitatem.

20 Iudex potest iudicare etiam ex non allegatis à parte.

21 Indefinita æquipollet vniuersali.

22 Obligationis diuisio non datur inuito creditore.

23 Fideiussor solet conseruari indemnis à principali debitore,etiam si non sit promissum.

24 Correus debendi potest etiam constitui in conductione.

25 Correis duobus debendi existentibus obligatis in solidum ex aliquo contractu, si ad vnum peruenerit tota res deducta in contractu, & eiusdem contractus vtilitas,iste dicitur principalis in contractu, alter verò ad quem nihil peruenerit, & qui nihil soluit pro contractu ipso,vel quod soluit,totum repetijt & obtinuit,fideiussor est,& pro fideiussore habetur. & talis fideiussor comprehenditur sub statuto loquente de fideiussoribus.& nume. 26.

27 Correus debendi in conductione quomodo quis dicatur.

28 Correi debendi duo vt constituantur, quid requiratur.

29 Exitus rerum probat quid in præteritum actum sit.

30 Obligatus quando quis vt principalis,cautè agitur,& cessat omnis scrupulus.

31 Interesse facit vt quis admittatur ad petendum in iudicio.

32 Intercessores dicuntur illi ad quos non pertinet vtilitas.

33 Fideiussor etiam largè accipi potest omnis qui est obligatus pro negocio quod ad alium spectat, non ad se.

34 Damnum & solutum creditori pro principali solummodo à principali vel fideiussoribus eius seu successoribus eius per fideiussorem peti potest.

35 Ratio peti non potest reddi de eo quod non pertinet ad petentem.

36 Solutio pensionum importat acquisitionem dominij fructuum rei conducta.

37 Lucrum amplectẽs, onus autem ei annexum recusans & contemnens non est audiendus.

38 Redditio rationis ad aliud non petitur, nisi ut sciatur & consequatur reliquum.

39 Rationem reddi absque libris impossibile est, & nisi ostendatur volumen librorum in quibus appareant descripta accepta,introitus & exitus & data.

40 Iuratur in litem contra administratorem, non ostensis libris rationum, quod tamen non præstatur contra hæredem de dolo defuncti.

41 Iudicio communi diuidundo non venit, nisi quod est cõmune,& quod socius ex communi consequutus est.

42 Agens ad fructus,cum non sit vniformis agri fructificatio, clarè probare debet quod possidens de fructibus tantum perceperit.

43 Testimonio vnius soli non creditur.

44 Fructus & reditus dicuntur deductis oneribus & expensis.

QVI ES VIA VITA ET VERITAS
Doce nos viam veritatis & iustitiæ.



Eum ego Simon de Prętis assensum prę
stiri,quòd sententia absolutoria à peti-
tis per Iacobum Cigalam de Cimino,
contra Antonium & Benedictum suos
cohæredes Pauli Nauoni,ac in fauorem dictorum
reorum conuentorum per Rotam Genuensem pro
feratur, motus & rationibus p dominos Collegas
adductis, & hac præcipua rõne. Quòd in negocio
conductionis Abbatiæ de Patiro dictus quondã
Paulus Nauonus solus fuerit conductor, dictus ve
rò Iacobus pro eo fuerit fideiussor pro pensione
soluenda domino Hectori de Flisco locatori in ci
uitate Ianuæ. Veritas hæc tam facti quàm iuris ma
nifestè demonstratur. Nam pro fructibus & redi-
tibus dictæ Abbatiæ consequendis à conductore
àb eo soluenda erat pensio locatori in ciuitate Ia-
nuæ, & aliæ pecuniæ & frumenta & alij fructus sa
tis in summa notabili præstandi erant Monacis di
ctæ Abbatiæ,vt in instrumento. conductionis legi
tur, dictus Iacobus facta ratificatione per ipsum
Paulum voluit solũmodo teneri pro pensione sol-
uenda locatori, vt in eodem instrumento conti-
tinetur, sed habendo respectum ad dictos Paulum
& Iacobum,quanta fuisset imparitas & claudica-
tio contractus, quia Paulus imponeret operam suæ
personæ in loco dictæ Abbatiæ pro fructibus & in
troitibus colligendis, quæ & non modica requiri-
tur,ut colligitur ex dictis testium examinatorum
in causa, & teneretur ad dictas alias pecunias &
sumptus Monachorum, & etiam teneretur insoli-
dum cum dicto Iacobo ad pensionem prædictam
solum obligato, si postmodum fructus omnes pro
medietate spectarent ipsi Iacobo,vt in sua petitio-
ne asserebat. Ideo eos haberet non soluto integro
1 pretio per eum,quod soluendum est, † ut condu-
ctor dicatur dominus fructuum. l. si seruus com-
munis.§.locaui.& ibi glo.& Barto. ff. de furt. Im-
2 paritas enim huiusmodi reddit societatem † inuali
dam,not.in l.societas.ff.pro soc. & in §.1. insti.eo.
quod locum habere etiam in societate incidẽri vi-
detur à paritate rationis arguendo.l.illud. ff.ad l.
Aquil. potest colligi ex not. per Bart.in l.2.C.pro
soci. adeo quòd si fructus collecti non sufficerent
ad dictam pensionem, Paulus ultra iacturam ope-
rarum & laboris impositi in curando cultiuari &
colligi dictos fructus de suo soluerit dictas pecu-
nias & expensas Monacis, quia ad eas nolle se te-
neri ipse Iacobus conuenit dicto instrumento con
ductionis ratificato & approbato per dictum Pau-
lum,quod præsumendũ non est,scilicet ipsum Pau
lum

lum uirum diligētem & negociatorem (ut fatetur dictus Iacobus in 6. titulo suorum titulorum & super eo testes per eum examinati deponunt) voluisse † iacturam huiusmodi pati. l. cum de indebito. ff. de proba. & l. si cum aurum. de solut. igitur Paulus solus erat principalis in conductione sentiens omnia incommoda & commoda, hoc clarius comprehenditur ex literis ipsius Iacobi scriptis dicto Paulo exhibitis in iudicio & per eū recognitis, in quibus ipse Iacobus dicit se fecisse affictationē dictæ Abbatię, & se expectare ratificationem & formam à dicto Paulo satisfaciendi d. Hectori suis tēporibus, & quòd ipse Paulus mittat sibi pro faciendis solutionibus, & quòd loca sua S. Georgij obligauit pro solutione facienda d. Hectori in obseruatione instrumenti pro pensione secundi anni, & alia dicit, demonstrans in effectu totum negociū dictæ affictationis spectare ad ipsum Paulum, quomodo potest cadere in mentem alicuius sani capitis, quòd dictus Iacobus habuerit participationem in dicta affictatione tantorum fructuum & redituum, & nunquam dixerit in dictis literis se velle aliquid scire de dictis fructibus, vel de eis velle videre aliquam rationem seu computum, nec apparet vnquam viuente dicto Paulo de his fecisse ver-

4 bum, ergo non admittendum † quod sanus nō probabit. l. si ita quis. in fin. ff. de euict. facit quod scribit Alex. consi. 183. col. fi. versi. & hanc partem. volum. 6. quòd verisimilitudo est contra differentem aliquid petere post mortem alicuius, cum existimauerit quod petitur esse ignotum hæredibus. Verisimilitudo enim est & experientia rerum magistra docet, ꝙ non solùm finitis tribus annis dictæ conductionis, sed etiam in primo anno d. Iacobus si participationem habuisset in conductione accuratè & summa cum instantia in dictis literis perquisiuisset scire à dicto Paulo existente in loco dictæ Abbatiæ de omnibus reditibus perceptis ex dicta affictatione, vt sciret quantum lucraretur vel esset damnum, de his semper videmus homines, ad quos ipsa spectant negocia, esse curiosos & solicitos, non perquisiuit, ergo contra eum extant experientia, quæ dicitur rerum magistra. c. quàm sit. de elect. ipsis rerum experimentis cognouimus inquit

5 Imper. in l. 2. C. vt in poss. leg. & † verisimilitudo, q̄ debet attendi. l. non est verisimile. ff. de eo quod met. cau. & c. quia verisimile. de præsump. & argumenta à solitis & communiter accidentibus per leges admissa etiam in probationibus. l. neque natales. & ibi Bal. & doct. C. de probat. & in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. ita doct. arguūt in plerisque locis, vt per Alex. consi. 115. sub nu. 3. volum. 7. Dec. consi. 596. circa fi. & alibi, vt plenè adducit Euerard. in sua Centu. in locis à verisimili, & ab vsitato.

Non potest modo Iacobus se tueri, quòd talis taciturnitas sibi non obfuerit, quia sciebat ius suum

6 durare. † l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. quia ibi loquitur de iure super certa re, sed in specie proposita ius fuisset super incerta re, quales scilicèt & quanti fuissent reditus & fructus percepti, de quibus verisimiliter voluisset habere certam informationem d. Iacobus, & in dictis suis literis expostulasset, vt supra arguitur. Alia coniectura & verisimilitudo colligitur ex dictis suis literis scriptis d. Paulo ann. 1531. 17. Augusti, vbi in fine cum tanta submissione precatur d. Paulum vt velit sibi mittere & facere aliquam partem prouisionis victus pro domo, assignando rationem, quia hic Ianuę omnia soluuntur carius vno tertio pluri, quis potest existimare, quòd si participationem habuisset in dicta affictatione, ex qua colligebantur omnia necessaria pro victu hominum, vt ipse Iacobus deducit in suis titulis, non ita submissè, ambiguè & precibus, sed audacter, postquam in eisdem literis superius dixerat, se obligasse sua loca pro solutione facienda d. Hectori in obseruatione instrumenti pro pensione secundi anni, non solùm simpliciter dixisset, sed etiam instāter iussisset sibi mitti certam sufficientem summam frumentorum & aliorum fructuum pro victu suæ domus ex sua portione sibi tangente ad suum computum, nō ita iussit neque dixit, ergo corroborantur supra dicta ex eisdem argumentis à solitis, ab experientia & à verisimili.

Alia etiam coniectura colligitur ex probatis & confessatis in processu per d. Iacobum in 6. titulo suorum titulorū, quòd d. Paulus omnes pecunias extractas ex reditibus & fructibus d. Abbatiæ implicabat & conuertebat in suis mercantijs & negocijs lucrosis, ergo dictorum fructuum omnium ipse Paulus sciebat se esse dominum, & in eis nul-

7 lum prætendebat participem, quia † socius nō est, qui non in communes, sed in proprios vsus vertit. glo. magna, circa med. in l. vir vxori. §. fi. ff. ad Velleian. dum dicit. nec enim potest dici societas licèt communiter se obligent cum in communes vsus eam non vertant.

Aliæ multæ coniecturæ etiam habentur post mortem dicti Pauli ortę & excerptę ex deductis in processu præsentis causæ coadiuuantes supradictā conclusionem, nam ipse Iacobus postquam accessit ad partes Calabriæ in loco d. Abbatiæ pro consequendis bonis hæreditarijs d. Pauli multas literas scripsit d. Antonio exhibitas in processu & per eum recognitas, designando debita & credita hæreditaria & notabilem partitam duc. 3310. existentem in Nicolao Saluago occasione d. Abbatiæ, & cum quo Nicolao dicebat etiam se solidare computa d. Abbatiæ, & nunquam dixit se creditorem esse vel participationem aliquam habere propriā in fructibus dictæ Abbatiæ, imò omnia assignauit hæreditati prædictæ, faciendo etiam in libro administrationis per eum redditæ in iudicio exhibito vnam partitam ex parte suorum creditorum, de aliqua propria participatione ī dicta Abbatia nullibi verbum vllum legitur in dictis literis, inuentarijs & libro, ita potest probari † hæc negatiua ex

8 inspectione dictarum scripturarū. ad not. per Bart. & doct. in l. Titiæ textores. de leg. 1. & in l. 2. C. de erro.

erro.aduo. Vtique si verum fuisset eum habere suũ
propriam participationem, eam non dimisisset sal
tem respectu dictorum duc.3310. apparentium in
communione totius dictæ hæreditatis diuidendæ
cum dictis Anton.& Benedicto alijs cohæredibus
9 verisimile autem non est † quē alij cōcedere quod
sibi debetur.l.peculium. §.1. ibi. qm̃ non est veri-
simile.ff.de pecul. sub prætextu repetendi cum ge-
10 nerali petitione redditionis rationis, quia † iura
improbant solutionem vt habeatur repetitio. vt l.
3. ff.de compens. faciunt quæ scribit Aymo consi.
129.num.7.cum seq.& consi.91.num.10. vbi vo-
luntas hominis etiam declaratur ex non facto.
Accedat postremò, quòd tota dicta pensio trium
annorum soluta d.Hectori fuit per dictum Iacobũ
in totum assignata ad debitum dicti q.Pauli in par
titis per eum exhibitis coram iudicibus delegatis,
qui eas approbauerunt, vt in eorum legitur senten
11 tia, quæ ius † facit inter partes.l.ingenuum.de sta-
12 tu hominum.sic enim ex directione † rationum &
partitarum fit repetitio & exactio. l. qui sine. ff.de
neg.gest.l.quoties.§.non tantum. de admini.tuto.
& l.tutor.& ibi gl.ff.de fideiuss.Imo.in l.1.in prin.
col.fi.ff.de solut.Alex.consi.85.col.fi.vol.3.& ta-
lis exactio à seipso facta non potest reuocari. Ro-
13 man.consil. 101. igitur † qui totum quod solutum
est potest repetere & repetijt ab alio Correo debē
di dicitur fideiussor, expressè dicit Paul.de Castr.
in d.l.vir vxori.§.fi. circa fi.ad Velleia.

Non videtur conuenire responsio ad hoc vlti-
mum data pro d. Iacobo, ꝙ sibi necesse fuerit ita
scripturam dirigere, eò quòd sciret totum commo
dum fructuũ affictationis esse penes Paulũ, & pro-
pterea ad eius debitum deberi assignari totam pen
sionem. quia non isto respectu Iacobus fecit talem
directionem scripturæ, sed ad extinctionem credi-
ti dicti Pauli, quod erat penes dictum Iacobum, vt
demonstrant ipsæ partitæ, quæ qualiter habitę sint
à d.delegatis non est nostra discussio, hoc vnum at
tendimus, quòd probant contra dictum Iacobum
14 vnà cum dicta sententia delegatorum, quorum † di
cta & facta dicuntur partium. l.si ob causam. & ibi
15 Bald.& Saly. C.de euict.ita † per partitas fiunt so-
lutiones & extinctiones creditorum, vt tradit Io-
an.de Imol.in d.l.1.col.fin. de solut. certi iuris est
16 credita † aliena dissolui & extingui cũ debitis alie
nis propriis ipsorum creditorum, non verò ipsorũ
debitorum, hoc est vt hincinde respectiuè solutio
nes fiant, compensando & contribuendo debita &
credita propria ipsorum creditorum & debitorũ,
vt l.in rem.§.1.& l.pen.ff.de compens.& l. si con-
stat.& l.eius.C.eo.

Ex his omnibus saltem simul iunctis meus ani-
mus pleuè informatus fuit dictum Iacobum nul-
lam habuisse participationem in dicta affictatione
17 sed solum fuisse fideiussorem dicti Pauli, ita † con-
cursus plurium præsumptionum ac verisimile vnũ
additum pluribus verisimilibus inducit plenam
probationē, sufficiat allegari Moder.qui Antiq.cu
mulant ita firmantes, vt per Calca.consi.64.nu.2.
& consi.77.nume.4. Grama.consil.ciui.50.nu.27.
& Aym.consi.73.nume.19.& consi.158.num.11.
& consi.61.sub nume.9.cum possit dici casum esse
de his quę sunt difficilis probationis de gestis cum
Paulo defuncto respectu dictorum hæredum con-
18 uentorum, qui † gestorum defuncti iustam habent
ignorantiam. l.qui in alterius.de reg.iu.sentit Ale
xan.d.consi.183.col.fi.ver.& hanc partem.volu.6.
19 cumque probationes sint arbitrariæ iudici, † intan
tum quòd eius animus remaneat persuasus & in-
ductus ad credulitatem, Anto.de But.in cap. ex li-
teris.in 6.not.de probat.Castren.in l.admonendi.
col.pen.ff.de iureiuran.Dec.consi.463.in fi.& Pa
ris.consi.88.nume.52.vol.3.& alibi sæpius docto.
dicunt.

Quod factum.s.dictum Iacobum nullum habe
re commodum vel incommodum in dicta affícta-
tione, sed fuisse fideiussorē Pauli rei conuenti, ad-
duxerunt & in processu allegarunt In suis positio-
nibus in 13.positione, vt videtur requiri, per l.si a-
dulterium.§.idem Polioni.ff.de adulterijs.& lite-
ras & alia exhibuerunt ex quibus coniecturæ & ve
risimilitudines & argumenta (vt supra) factum prę-
dictum probantia elicita & collecta fuerunt, ex
20 quibus † etiam à parte non allegatis Iudex potest
iudicare, Afflict. in decisio. 178.in fine & Decius
consi.275.nume.11. quinimò factum prædictum
videtur ostendi clarum, ita quòd aliis coniecturis
non sit opus, iux.tex.vulg.in l.cōtinuus. §.cum ita.
de verborum oblig.Cum ipse Iacobus in literis di
cto Antonio scriptis sub die 5.Maij.1543. dixerit,
ibi. (sapete bene la obligatione per me fatta à M.
Hettore ad instantia del q.M.Paulo nostro, loqua
le me scriueua, che non dubitasse de li mei lochi
obligati & vēduti per ditta obligatione, perche te-
neua 2000.duc.l'anno de intrata &c.) Non potest
inficiari nisi euidenti cauillatione in his literis di-
ctum Iacobum fateri se fuisse fideiussorem Pauli
apud d.Hectorem, & totam obligationem pensio-
num dicti affictus spectasse ad d.Paulum, quia in-
definitè loquitur (la obligatione) de tota obliga-
21 tione intelligit, cum indefinita † æquipolleat vni-
uersali.ca.solitæ. de maio.& obed.& l.si pluribus.
de leg.2.facit, si dicatur res, simpliciter intelligitur
de tota. glos.in versic.totam.in l.si in rem.ff.de rei
* vind.communiter approbata, vt per Alex. in l.à di
uo Pio.§.si pignora.col.5.num.22.de re iud.& ali-
ter non poterat intelligere, quia sciebat se esse obli
gatum insolidum dicto d.Hectori, vt in instrumen
to conductionis continetur, de quo vt proprio fa-
cto ipse Iacobus præsumitur semper habuisse scien
22 tiam.glo.fi.in l.fi. ff.pro suo. adeo quòd † non da-
tur diuisio dictæ obligationis inuito creditore. l.
reos.ff.de duo.reis.cum simil. igitur dicendum est
totam obligationem esse factam per dictum Iaco-
bum pro ipso Paulo sic instante, & sic pro eodem
Paulo etiam obligato vigore suæ ratificationis ip
sum Iacobum fuisse fideiussorem, qui accedit alie-
næ obligationi vt plures creditor habeat obliga-
23 tos.§.1.institu.de fideiuss.& qui † solet conseruari
indemnis

indemnis à principali debitore, etiã si non fit promissum. Franch. in c. fi. col. 1. de fo. competen. in 6. Calca. consi. 35. col. 1. & in dictis literis d. Iacobus ostendit Paulum promisisse literis eum conseruare indemnem, vt ibi, (loquale me scriueua che non dubitasse de li mei lochi obligati & vẽduti per dicta obligatione perche tencua 2000. ducati a l'anno de intrata) quasi dicat, quòd soluẽdo erat & habilis ad conseruandum eum indemnem. Idem fuisse promissum per d. Paulum & non sibi seruatũ demonstrat subiungendo in dictis literis, ibi, (& pur li lochi sono restati venduti & io al prugatoiio cõ poca consolatione &c.) quasi dicat nõ tum indemnis conseruatus, de propria obligatione ad se spectante & in qua commodum sentiret nõ tales protulisset lamentationes, nimis prædicta ex seipsis patent, per quæ tollitur quædam leuis coniectura pro dicto Iacobo quandoq; adducta ad remouendum supradictas tantas & claras demonstrantes Iacobum fuisse duntaxat in dicto negocio fideiussorem Pauli, vt clarius dicetur inferius, quòd si Iacobus fuisset fideiussor, sibi promitti de indemnitate à Paulo fecisset, sed talis obligatio inducta est à iure, & apparet facta vt supra dictum est, quòd aũt in dictis literis sub die 5. Maij. 1543. senserit de obligatione dicti affictus Abbatiæ demonstratur ex alijs suis literis scriptis Paulo sub die 17. Augusti 1531. in quibus dicit obligasse sua loca pro solutione facienda dicto Hectori in obseruatione instrumenti &c.

Præterea cum ad d. Paulum peruenerit tota vtilitas dicti contractus conductionis, vt ipse Iacobus conatus est probare per testes, dicentes etiam simpliciter d. Paulum conduxisse d. Abbatiam & fructus percepisse & in suas mercantias conuertisse, etiã quòd d. Iacobus in d. conductione esset Cor-
24 teus debendi, † vt constitui potest etiam in conductione. per tex. in l. eandem. in prin. ff. de duo. reis. & maximè cum solutio omnium pensionum d. affictus in totum fuerit ascripta ad debitum d. quondam Pauli, vt dictum est, & nihil inde ipsi Iacobo abest, intrepidè dicendum est ipsum Iacobum in negocio d. conductionis tantum interuenisse vt fideiussorem d. Pauli, habendo respectum ad ipsos Iacobum & quondam Paulum, vel eius hæredes cum quibus ex causa d. conductionis præsens lis agitabatur, & probatur ex conclusione ista in iure
25 verissima, quòd duobus † Correis debendi existentibus obligatis insolidum ex aliquo contractu ad vnum peruenerit tota res deducta in contractu & eiusdem contractus vtilitas, iste dicitur principalis in contractu, alter verò ad quem nihil peruenerit & qui nihil soluit pro contractu ipso, vel quod soluit totum repetijt & obtinuit, hic fideiussor est & pro fideiussore habetur. gl. in l. sed Iulianus. §. item si duos. ff. ad Maced. & glo. ordi. in d. l. vir vxori. §. fi. & ibi Saly. & clarius Paul. de Cast. ff. ad Velleia. sequendo opin. Azo. & idem Paul. in l. in personã. §. 1. ff. de pact. quàm glo. tenet & Bart. in d. l. reos. col. 2. & ibi Imol. col. pen. versi. tu adde. Cremens. in singul. 38. ita hoc propriè verum est, quòd talis
26 † fideiussor comprehenditur sub statuto loquente de fideiussoribus, vt firmat Alex. consil. 16. nu. 2.
* vol. 6. ita esse communem opin. indubiam attestatur Corn. consi. 124. sub versi. Tamen his non obstantibus. vol. 1. Idem clarius firmat Paul. de Cast. consi. 331. in causa Syluestri. col. 1. volu. 1. dicens ad literam. Vnde in effectu semper ille ad quẽ peruenit vtilitas contractus dicitur principalis, alter verò dicitur fideiussor, quicquid in contrariũ verbis actum fuerit, vt latius ibi per eum, per quæ tollitur solum fundamentũ pro Iacobo factum in instrumento conductionis, quod non negatur verũ & factum processisse à principio ut in eo continetur, scilicet ipsum Iacobum etiam conduxisse pro se & d. Paulo & alia extare pro præsumptione instrumenti, iuxta not. & vulga. allegationes ad hoc fieri solitas, & materiam simulationis etiam aggredi non oportet, quoniam conceditur & ad mille annos d. instrumentum aliud non contineret, nisi quòd Iacobus etiam conducens pro se & d. Paulo,
27 eo postmodum ratificante † etiam insolidum, dicitur cum ipso Paulo in d. conductione Correus debendi. per tex. in d. l. eãdem. & in l. cum apparebit. ff. loc. & hoc expresè actum legitur in instrumentis & conductionis factæ per Iacobum & ratificationis factæ per Paulum, dum dicitur, & quolibet dictorum nominum coniunctim &c. & soluendarum per d. Paulum & Iacobum & quemlibet eorũ insolidum &c. & dum Paulus ratificat instrumen-
28 tum conductionis insolidũ, † vt requiritur ad duos Correos debendi constituendos. per tex. in auctẽ. hoc ita. C. de duo. reis. & Bart. in l. 2. ff. eod.

Sed dicitur modò prosecutis rebus, prout processerunt, vt supra latè demonstratum est, & inspe-
29 cto exitu rerum, qui nempe probat † quid in præteritum actum sit. l. rem non nouam. in fi. C. de iudi. cum sim. adductis per Marsil. consil. 7. nu. 11. & per Euerard. in sua Centu. in vlt. loco à virtu. finis, quòd d. Iacobus nullam se habere participationẽ in d. cõductione intellexit, & solum fideiussor pro Paulo fuit, vt in facto & in iure superius clarè ostẽsum fuit, quicquid in contrarium verbis actum fuerit, vt expresè dicit Paul. de Cast. d. consi. 331. colum. 1. vol. 1. vbi etiam subiungit, quòd nec ob aliã causam facit quis aliquẽ principaliter obligari nisi vt strictius eum habeat obligatum & perdat beneficia quæ fideiussoribus dantur, hoc ita fieri voluit d. Hector locator, vt præsumitur ad suam maiorẽ
30 cautelam, quia † quando quis obligatur vt principalis, cautè agitur & cessat omnis scrupulus. vt dicit Bald. in l. si prædium. nu. 5. C. de iure dot. & Paris. consil. 16. nu. 113. vol. 2. & alio modo non potuisset obligari validè cum ipso d. Hectore adhuc non apparente de principali obligatione Pauli, per ea quæ tenet Rom. in l. sciendum. num. 21. de verborum oblig. & not. Bar. in l. si debitor. ff. de solut. & Bal. in l. lancimus. col. fi. vers. sed quid si promissi. C. de verb. sig. & Afflic. decis. 322. in fi.

Ex his cessat pariter quod allegatum fuit pro Iacobo

cobo, scilicet quòd expressisset fideiussorio nomi-
ne se teneri si voluisset ita obligari, prout ei facilè
erat exprimere, respondetur quòd validè non po-
tuisset ita obligari, & præsumitur factum quod ce-
dat ad maiorem cautelam creditoris, non verò ad
voluntatem debitoris, vt dictum est.
Itaque concluditur d. Iacobum fideiussorē ca-
rere principali fundamento ad consequendam di-
midiam reliquorū de redditibus & fructibus d. Ab-
batiæ ex redditione rationis per eum petita, quod
31 est interesse, sine † quo nemo admittitur ad peten-
dum in iudicio, per iuta allegata à Dec. in rub. nu.
7. C. de sent. quæ pro eo quod interest, quod inte-
resse requiritur esse tale, pro quo oriatur actio. Bar
to. in consi. 95. nume. 4. quæ deficit quotiescunque
probatur Actoris non interesse. Felin. in c. ex par-
te. col. 3. versi. sed contrarium. de testib. quo etiam
desinente, actio competere desinit. Bald. in ca. 1. in
princ. quid iu. si post ali. vas. feu. recu. Quia ad fide-
iussorem non pertinet res & non sperat fideiussor
aliquid sibi numerari. dicit Bald. in l. blanditus. in
32 fine. C. de fideiuss. Ad quos † non pertinet vtilitas
dicuntur intercessores. Bal. consi. 47. nu. 2. volu. 3.
& fideiussor non habet causam lucratiuam. Bal. in
l. cum mulier. col. 7. versi. quæro de vna. nu. 5. ff. so-
33 lut. mat. fideiussor † etiā largè omnis accipi potest
qui est obligatus pro negocio quod ad alium spe-
ctat, non ad se, inquit Bar. in d. l. reos. col. 2. ad quē
pertinet vtilitas contractus dicitur principalis, al-
ter verò dicitur fideiussor. Paul. de Cast. d. consil.
331. col. 1. contractus fideiussionis est onerosus &
damnificatiuus, adeo quòd in eo nullum speratur
lucrum, sed solum damnū & amissio. Gram. consi.
ciui. 95. sub nu. 13. vt propriè ex dicta obligatione
ad instantiam Pauli facta se damnum in vendēdis
suis locis fuisse passum lamentatur idem Iacobus
in dictis literis sub die 5. Augusti ann. 1543. Quod
34 † damnum & solutum creditori pro principali so-
lummodo reperitur iure cautum ab ipso principali
vel successoribus eius per fideiussorem posse peti.
l. si fideiussor. §. fi. ff. mād. l. post solutionem. C. eo.
quod iam fuit petitum & consecutum per d. Iaco-
bum ex eo quòd pensiones pro d. affictu manu &
interuentu d. Iacobi solutas in totum ipse Iacobus
existens ex diuersis negocijs debitor d. Pauli pro
contra ad extinctionē crediti in rationibus & par-
titis ascripsit ad debitum Pauli, talem esse modum
à seipso exigendi supra demonstratū est. quòd mo
do velit habere etiam partem commodi & vtilita-
tis contractus videtur absurdissimū & ab omni iu-
re alienum per supra allegata. quia non potest peti
35 † reddi ratio de eo quod non pertinet ad petētem.
Bald. in l. si prioris. §. in illo. in fi. C. de secun. nupt.
comprobat Alex. consi. 110. col. fi. nu. 17. lib. 3. me
ritò per Rotam, meo etiam voto accedēte, contra
eum lata fuit sententia absolutoria, quam puto iu-
stissimam apud Deum & mundum.
Colligitur ex dicta assignatione pensionum per
d. Iacobum facta in totū ad debitum Pauli alia ra-
tio contra eum, quòd noluerit aliquod sentire cō-
modum ex d. conductione, sed dimittere totum ad
36 Paulum, quia † solutio pensionum importat acqui
sitionem dominij fructuum rei conductæ. glos. &
Bar. in d. l. si seruus communis. §. locaui. ff. de furt.
& est onus implendum pro parte cōductoris sicut
pretiū pro parte emptoris. l. 2. ff. loca. & l. Iulianus.
§. offerri. de act. empt. & qui non vult onus & illud
sine quo aliud haberi nō potest sed alij dimittit, vi-
detur nolle sed dimittere illud tale consequens
scilicet commodum, per regulas vulg. traditas per
l. illud ff. de acq. hære. cum simi. & per regulas qui
non sentit incommodum & onus &c. c. qui sentit.
de reg. iur. in 6. & l. secundùm naturam. ff. eo. non
37 est audiendus qui lucrum amplectitur † onus autē
ei annexum recusat & contemnit. per text. in l. 1. §.
pro secundo. C. de cadu. toll. & propterea cum di-
cta pensio in totum sit assignata, vt soluta de pecu-
nijs Pauli, licet ius conductionis esset commune,
erat tamen imperfectum ad fructus acquirendos
sine solutione pensionum, igitur d. fructus spectāt
ad d. quondam Paulum & eius hæredes, non verò
ad d. Iacobum vti non participem, per supradicta,
& per ea quæ in similibus terminis probat Ruin.
consi. 216. col. fi. vol. 1. optimè facit ratio text. in l.
communis. in princ. ff. com. diui.
Postremò, petitio d. Iacobi omnibus de Rota sē
per visa est cōtinere absurditatem quandā & quasi
impossibilitatem. Nam d. conductionis negocium
non potuit geri & administrari absq; libris & scri-
ptura, vt testes examinati pro Iacobo demonstrāt,
dum pro testificatione fructuum referunt se ad li-
bros de eis per ipsos scriptos tempore aliarum cō-
ductionum, & importantia ac natura ipsius nego-
cij demonstrat. At Iacobus accedens nomine suo
& dictorum suorum cohæredum Pauli ad loca d.
Abbatiæ, habuit omnes libros, cartularia & scriptu
ras d. Pauli, vt ex processu constat, ex quibus opti-
mè potuit videre rationem quam sibi petit reddi à
dictis suis cohæredibus, & quantum esset reliquū,
38 redditio † tōnis ad aliud non petitur nisi vt sciatur
& consequatur reliquum. l. qui sub conditione. &
l. cum seruus. de condit. & demon. absurdum ergo
videtur quòd petat ab alijs quod habet ipse Iaco-
bus penès se & alijs teneretur demōstrare. per text.
l. si ex argentarijs. §. prætor. de edē. aut dicat libros
amisisse, quod tamen in processu legitimè & con-
cludenter constare nō fecit, quòd petat à dictis co
hæredibus sibi reddi bonam veram & legalem ra-
tionem de administratione gesta per d. quondam
Paulum in d. affictu, prout petit, petit autem impos
sibile, ad quod nemo tenetur, nam impossibile dici
39 tur quòd reddatur † ratio absque libris, & nisi ostē
datur volumen librorum in quibus appareant de-
scripta accepta, data, introitus & exitus. Ang. cons.
277. tutor. in 3. dubio. refert Soc. consil. 159. col. 2.
vol. 2. ad idem Corn. consi. 196. col. fi. vers. tenētur
enim. vol. 3. de hoc sibi imputare debet d. Iacobus,
quòd accedēdo per loca periculosa (vt asserit) d. li-
bros amiserit, quæ amissio videtur contra eum præ
stare d. reis conuentis probationem d. rationis pe-
titę,

titæ, per ea quæ habentur in glo. in l. chirographis. ff. de admin. tur. & per Purp. in l. 2. nu. 30. de eden. & per not. in c. peruenit. de testib.

Quid agendum, non ostensis libris rationū con
40 tra administratores † iuratur in litē. vt per Corne.
d. consi. 196. col. fi. quod tamen non prĝstatur con
tra hæredem de dolo defuncti. l. alio. C. de in litē
iuran. Sed prætendebatur pro ipso Iacobo obtine-
ri contra reos conuentos cōdemnatio respectu fru
ctuum peruentorum in d. Paulū, quamuis hæc non
fuisset sententia conformis d. petitioni, tamen iure
quoque non potuisset talis cōdemnatio fieri, quia
actio qua potuisset experiri Iacobus erat commu-
ni diuidundo, cum ea quæ administrasset Paulus fe
cisset iure communionis & necessitate suæ partis.
vt l. siue. C. de neg. gest. l. si quis putans. §. 1. ff. com.
diui. & gl. in l. hæredes. §. non tārum. fam. ercisc. in
41 quo iudicio † non venit nisi quod est commune, &
quod socius ex communi consecutus est. d. l. si quis
putans. §. 1. & si cum hærede socij agitur, impensas
& fructus à defuncto perceptos venire æstimat Iu-
recon. in l. 4. ff. eod. com. diui. quo casu non sufficit
probari potuisse colligi tot fructus in anno dedu-
ctis expensis, prout conatus est probare Iacobus
per testes deponentes de diuersis annis & posterio
ribus ab annis quibus d. Paulus administrauit, quia
non concluditur tot fructus, prout testes dicūt, fue
rint percepti per ipsum Paulum in illis annis cum
42 nō sit vniformis agri fructificatio. ideo † clarè pro
bari debet, quòd possidens de fructibus rantū per-
ceperit, ita expresſè Bal. in l. si fundum. circa fi. C.
de rei vind. firmat Ang. in l. ait prætor. §. per hanc.
ff. de his quæ in frau. credit. qui dicit, & attende tu
aduocate, quia vbi agitur ad fructus perceptos, ni-
si de reali perceptione probetur, non est condem-
nandus reus, licèt probatū sit quòd tot fructus veri
similiter percipi potuerunt, hæc ille. Solus Simon
Sennus testis vr̄ attestari de quibusdā certis fructi-
bus perceptis per d. Paulum de anno. 1530. cui
43 † soli non creditur. l. iurisiurandi. C. de testib. & nō
deponit de omnibus tribus annis. Cum enim fru-
44 ctus & reditus † dicantur deductis oneribus & ex-
pensis. l. fructus. & ibi glo. & doct. solut. mat. Bald.
in l. cohæredibus. C. fam. erc. ambiguum visum est
& ex processu colligi non potest concludenter de-
ductis expensis & oneribus superfuisse ipsi Paulo
aliquid de fructibus & rediribus d. Abbatiæ, imò
Nicolaus Salerni testis inductus per Iasonem su-
per quinto titulo dicit scire ex dicto d. Pauli, quòd
ex d. Abbatia lucrabatur quantum expendebat de
ductis omnibus expensis. Itaque in ambiguis in fa
uorem reorum & hæredū, qui iustam de gestis per
defunctum habent ignorātiæ causam, & qui libris
quibus vera & legalis ratio petita reddi potuisset
carent ex facto petitoris & contra contemnentem
imò ascribētem ad debitum alienum, iam sic iudi-
catum principale onus impositum pro commodo
petiio, & contra non habentem interesse. Rota nul
lam habet sindicamenti formidinem ob inanes et
ne dicam indecentes minas actoris, protulisse ab-
solutoriam sententiam, ad quam & omnes alias la
tas & ferendas solū animaduertit tradita per Pon-
tificem in c. 1. de re iud. lib. 6. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLIIII.

ARGVMENTVM.

De redditione rationum fienda ab eo qui bona aliena administrauit.

De interesse debito mercatori lucri vel damni. & alia multa de huiusmodi interesse, quando, quomodo & cui debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationum in quo loco fieri debeat.*
2 *Negocia aliena etiam alibi gerens tenetur reddere rationem in loco vbi habet domicilium.*
3 *Titulus. C. vbi de ratiocinijs. in quibus terminis loquatur.*
4 *Renunciatio fori solita poni à notarijs in instrumentis obligatorijs attendenda est.*
5 *Mora vnius alteri nocere non debet.*
6 *Suspectus factus potest recusari & remoueri facere*
7 *Aestimatores etiam dicuntur arbitri.*
8 *Iure suo vtens nemini dicitur iniuriam & damnum inferre.*
9 *Testis probat contra inducentem.*
10 *Pretio soluto non potest peti interesse seu vsura.*
11 *Dilatio ex qua die incipiat currere.*
12 *Mora irregularis inducitur ex implemento vnius partis.*
13 *Mora regularis inducitur per lapsum dilationis.*
14 *Probatio à solitis & communiter accidentibus sufficit.*
15 *Sententia debet esse certa, cum fieri possit.*
16 *Venditori solito negociari debetur interesse etiam lucri cessantis.*
17 *Mercator de pecunia sibi debita potest petere interesse cessantis lucri.*
18 *Clausula (& cum restitutione &c.) continet obligationem inducentem actionem.*
19 *Sorte soluta remanet obligatio damnorū & interesse.*
20 *Interesse etiam lucri cessantis quod non debeatur venditori, quomodo procedat.*
21 *Possessio intelligitur vendita per traditionem.*

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

TRia continet petitio Bartholomæi Lomelini de Passano cōtra Gasparem de Fumarijs porrecta coram Rota Genuē si. Primum, q d. Gaspar rationem reddat

dat de rebus mobilibus & bestijs & fructibus bo-
norum emptorũ in insula Corsicæ pro quarta spe-
ctante ipsi Bartholomæo. Secundum, quòd soluat
expẽsas & damna passa ex eo quòd tenuerit dictus
Bartholomæus in insula prędicta Iacobum Delfi-
num per menses quatuor pro consignandis bonis
venditis d Gaspari emptori. Tertium, quòd soluat
interesse etiam ad rationem cambiorum, quia ipse
Bartholomæus est mercator, & quia tempore con-
uento d. Gaspar non soluit pretium dictorum bo-
norum emptorum.

Habita super prædictis omnibus longa discus-
sione & matura consideratione, Rota concordi vo
to super primo & vltimo condemnatoriam protu
lit sententiam, super secundo autem absolutoriam.
Cuius quidem sententiæ motiua à me studio meo
collecta & rationes huiusmodi assignantur.

Ad primum deueniendo, nulla per reum conuẽ
tum fiebat difficultas reddendi petitam rationem,
1 nisi quòd hic reddere non tenebatur † sed in dicta
insula Corsicæ vbi fuerunt administrata bona. per
text. in l. 1. C. vbi de ratioci. ag. oport. quo non ob-
stante in ciuitate Ianuæ Rota tulit dictam senten-
tiam condemnatoriam ad reddendam dictam ra-
tionem cum reliquorũ solutione, quia in dicta ci-
uitate d. Gaspar domicilium habet, vnde cum non
appareat non sufficere, vel sufficere bona sua credi-
2 toribus dicti loci domicilij, potuit hic † pro dicta
ratione conueniri, per ea quæ not. Paul. de Cast. in
l. prætor. §. sed & hoc. ff. eden. sequitur Soc. consil.
149. col. 2. versi. Ad primũ vol. 1. & quando d. Ga-
spar petet exhiberi & transmitti libros dictæ admi
nistrationis ad hanc ciuitatem sumptibus & peri-
culo d. Bartholomæi agentis, audietur, vt tradunt
Paul. & Socin. in dictis locis. & quia considerando
3 † titulũ. C. vbi de ratioci. loquitur vbi agitur ex il-
lo quasi contractu inducto ex gestione & admini-
stratione rei alienæ. iuxta §. 1. insti. de obli. quæ ex
quasi contractu, vt obligatio exequatur & dissolua
tur in loco in quo orta est ex dicto quasi cõtractu.
l. hæres absens. §. 1. & ibi doct. ff. de iudi. sed hic a-
ctum est contra d. Gasparem ex promissione ipsius
Gasparis de reddenda dicta ratione facta & con-
tenta in instrumento inter dictas partes confecto
in hac ciuitate & in iudicio exhibito, ergo & ratio
ne contractus potuit conueniri hic, & ratione do-
micilij fortius, quæ rationes præstant facultatem
quem conueniendi in iudicio loci, & ipsius contra
ctus & domicilij. d. l. hæres absens. & §. fina. & ibi
Paul. de Cast. & c. 1. §. contrahentes. de fo. compe.
in 6. & Imol. consi. 35. col. 4. nu. 14. maximè quòd
in clausula dicti instrumenti renuncians &c. inest
renunciatio fori solita poni per notarios in instru-
4 mentis obligatorijs, ideo † attendenda est. ad not.
per doct. in l. Gallus. §. idem credendum. de lib. &
posthu. & alleg. per Cagn. in l. si librarius. nu. 10. ff.
de reg. iur. & propterea iustè lata fuit talis sentẽtia
condemnatoria cum liquidatione reliquorum in
executione, vt ferri debet, prout adducit Ruin. con
sil. 18. num. 1. vol. 4.

Ad secundum secuta est absolutoria, quia totũ
fundamẽtum quod faciebat Bartholomæus actor
se fuisse passum damnum pro expẽsis & salario (vt
dicitur) irrogatis in tenendo Iacobum Delfinum
in loco Corsicæ pro consignandis bonis venditis
d. Gaspari, corruit & deficit, vt nihil possit imputa-
ri de hoc ipsi Gaspari, quando (vt constat ex instru
mento venditionis) tempore dictæ venditionis d.
Iacobus erat pro d. Bartholomæo in dictis bonis
venditis, ea tenens vt procurator d. Bartholomæi
& pro eo & debebat ea tenere & custodire præser-
tim mobilia donec essent æstimata & consignata
ipsi Gaspari emptori, quin autem fieret dicta æsti-
matio & consignatio non cõstat quòd steterit per
ipsum Gasparem, imò per electiones ęstimatorum
factas apparet ipsum semper promptum & solicitũ
ad dictas electiones fuisse, vnde si citius factæ non
fuerunt æstimationes stetit per æstimatores, quorũ
5 † mora non debet nocere d. Gaspari. l. fi. ff. ad Sil-
lan. l. rem hæreditariam. in fi. de euict. & l. si hære-
dis seruus. in fi. de leg. 1. cum simil. electis enim æ-
stimatoribus erat etiam in facultate d. Iacobi pete
re & instare vt æstimatio fieret, quæ si citius facta
non fuit imputari debet ipsi Bartholomæo, qui ta
lem accepit qui citius non institit ad d. æstimatio-
nes. arg. §. præterea. in fi. insti. quib. mo. re contrah.
oblig. damnum ideo quod quis sua culpa sentit nõ
potest alij imputare. reg. nemo damnum. de reg. iu
ris in 6. cum vulg. quatenus imputetur ipsi Gaspari
quòd per eum stetit, quia vt suspectum recusauit &
remoueri fecit Bernardum Spinulam, hoc sibi non
6 potest imputari, quia † si suspectus sibi effectus fue
rit d. Bernardus licuit eum recusare & remoueri fa
cere. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arb.
& not. in l. apertissimi. C. de iudi. & Franch. in c. cũ
speciali. col. 6. versic. 15. de appel. firmat in arbitro
& arbitratore, eadem ratio est in æstimatoribus,
7 † qui etiam dicuntur arbitri. l. hac edictali. §. mobi
lium. C. de secund. nupt. quòd fuerit suspectus, de-
monstrat exitus rei, quia fuit alius surrogatus & e-
lectus, & sic ostenditur iusta recusatio d. æstimato-
ris facta per ipsum Gasparem, qui in hoc iure suo
8 † vtens nemini dicitur iniuriam & damnum intu-
lisse. l. 1. §. denique Marcel. ff. de aq. pluuia arcen.
l. iniuriã. §. 1. de iniur. eò maximè quòd cessat cau
sa qua asseritur intulisse damnum d. Bartholomęo
quòd si non fuisset mora faciendi d. æstimationẽ,
d. Iacobus non stetisset in dicto loco, quia contra-
rium videtur apparere, cum post mensem Augusti,
quo fuit perfecta d. æstimatio, ipse Iacobus stetit
in d. loco vsque ad vigesimumtertium diem Mar-
tij, vt deponit Bartholomæus Lomelinus de Sola
rio super primo titulo testis secundus inductus ab
9 ipso Bartholomæo actore, contra † quem inducen
tem etiam solus probat. Soc. Iun. consil. 69. nu. 14.
in primo. meritò visum est Rotæ in hoc d. Gaspa-
rem esse absoluendum.

Ad tertium & vltimum licèt obstare videretur,
10 quòd soluto † pretio non possit peti interesse seu
vsura. l. qui per collusionem. §. fi. ff. de act. empt. &
per

per not.in l.fina.de eo quod cer. lo. & quando pos
set peti & mora saltem irregulari deberetur tãtum
ratione damni emergentis,ratione habita fructuũ
perceptorum,& si venditor esset mercator, non ve
rò lucri cessanris, vt petit d. Bartholomeus, vt te-
net Paul.de Castr.in l.Iulianus. §.ex vendito.ff.de
act.empt.Socin.in l.de diuisione. col.pen.sol.mat.
& Ruin.consil.55.nume.11.uol.2.Mora regularis
non videtur commissa per lapsum diei in tempore
pro quo petitur dictum interesse,quia data fuit di-
latio sex mensium ad soluendum pretium, incipiē
da die prima Decemb.ann.1548.& traditio & cō-
signatio effectualis bonorum venditorum fuit fa-
11 cta die 3.Aprilis anni sequentis,ex qua† die tertia
Aprilis videtur incipere dicta dilatio sex mēsium,
argumen.text.in l. talis. ff.de iure dot. de quo per
Ias.in l.fideicommissum.de leg.1. & per Soci. in l.
si in diem.in princip.nume.7.de condi. & demon.
& per Tiraquel.de retract.conuen.§.2. glo.prima.
nume.16.

Nihilominus his nō obstantibus dictus Gaspar
fuit condemnatus ad certum interesse soluendũ di
cto Bartholomeo pro lib.2148.sol.19.den.6.ex re
siduo pretij prædicti dictorum bonorum præfixo
tempore non solutis monetæ Ianuæ pro quanto
redierunt cambia ex nundinis Lugduni de mense
Augusti ann.1549.ad præclaram ciuitatem Ianuæ
ad rationem scutorũ de Marchis, quia omnia fue-
runt in facto probata,vt de iure iusta reddatur hu-
iusmodi sententia, nam tãtam summam librarum
2148.sol.19.den.6.de dicto pretio de mense Aug.
dictarum nundinarum esse debitum per dictum
Gasparem constat ex instrumento venditionis pre
tium bonorum stabilium esse lib.5000.monetę Ia
nuē.& mobilium esse lib.1465.de quo pretio in to
tum lib.6465. dimidia.s.summa libr.3232. sol.10.
post mensem Maij dicti anni 1549.quo finierat di
cta dilatio sex mensium erat persoluenda per di-
ctum Gasparem, per quem non probatur soluta tē
pore dictarum nũdinarum, vt probare tenebatur.
l.1.C.de probati. & erat in mora tamen irregula-
ri per effectualem consignationem bonorum em-
12 ptorum factam in die tertia Aprilis,quæ † induci-
tur ex implemento vnius partis,glo.& doct.in d.l.
13 de diuisione,quàm regulari, quæ † inducta est per
lapsum dictæ dilationis.l.magnam. C.de contr.&
commit.stipu.docto.in l.si ex legati.de verborum
obligatio.& in l.quod te.si certum pet.& per testes
probatum est ipsum Bartholomeum esse mercato
rem & solitum tenere pecunias in cambiis,vt suffi-
14 cit probari à solitis† & communiter accidentibus,
post aliis per eum alleg. adducit Cagno.in l.cura-
bit.nume.67.C.de act.empt.& in l.1.nume.42.de
sent.quæ pro eo quod inter.& probatum fuit pecu
nias communiter fuisse cambiatas de summis cer-
tis,vt in sententia legitur, quæ ideo super hoc lata
15 fuit de certa summa,vt certa debet † esse sententia,
cum fieri possit.§.curare. institu.de acti. Vendito-
16 ri† autem solito negociari debetur interesse etiam
lucri cessantis,vt in terminis tradit Abb. in cap.cō

questus.nume.6.de vsu.Alexand.consil.77.nu.12.
vol.6.sentit Affli.decis.20.nume.2.vt generale est,
17 mercatorem† de pecunia sibi debita posse petere in
teresse cessantis lucri, Alexan.d.consil.77. lib.6.&
consi.191.nume.4.lib.2.& consi.141. colum.1. &
sequen.lib.5.Socin.consi.11.colum.fina.volum.j.
& consi.25.colum.fina.lib.4.& Dec.consi.111.co
lum.3.uer.tertiò generaliter.Moder.in c. cum ve-
nerabilis.de excep.& in d.l.1.de sent. quæ pro eo.
Non obstant superius adducta, quia vera & realis
responsio est ad d.l.qui per collusionem.§.fi.quòd
d. Bartholomeus venditor potest etiam soluto pre
tio petere dictum interesse ex promissione & obli
gatione sibi facta contenta in dicto instrumento
vēditionis sub illa clausula(& cũ restirutione &c.)
quæ continet promissionem per contrahentes ad-
inuicem factam de restituēdis & reficiendis ac sol
uendis expensis,damnis & interesse,vt notissimum
18 est talem clausulam ita extendi per notarios,† quæ
clausula continet obligationem inducētem actio-
nem, vt per Ias.in l.properandum.§.siue autem al-
terntra.col.1.in 1.limit. C.de iud.& consi.134.nu
me.6. volu.4. ideo soluta sorte remanet obligatio
19 damnorum & interesse, † vt probat tex. in l.cen-
tum capuæ. ff.de eo quod cer.loc.& gloss. in versi.
superuacuum.in fi.in l.eos.in prin.C.de vsu.quan-
do interesse seu vsura est in obligatione,sentit tex.
in d.l.qui per collusionem. §.fin.arguendo à cont.
sensu.ad tradita in l.1.§.huius.de off.eius.& quòd
non.debeatur interesse venditori, etiam lucri ces-
20 santis, † Soci.in d.l.de diuisione. procedere potest
in mora irregulari,quæ respicit perfidiam non ad-
implentis contractum & commodum fructuũ sen
tientis,vt in d.l.curabit,secus est in mora regulari,
ob quam indistinctè interesse etiam lucri cessantis
deberi mercatori tenent doct.superius allegati. Si
milem enim differentiam de mora irregulari & re
gulari adducit Alexan.in d l.de diuisione. nu.13.
Mora autem regularis inducta est per lapsum diei,
vt supra.Nō retragatur quòd videatur incipi dicta
dies,dicta 3.Aprilis, & sic durare in nundinis Au-
gusti quibus datum est lucrum cambiorum d.Bar-
tholomeo,per d.l.talis.quia quinimò dicta dies in
cœpit die prima Decembr.ann.1548. vt in instru-
mento venditionis expresè & in indiuiduo caue-
tur, per ea quæ in terminis firmat Alexand.consi.
62.col.2.versicu.opponitur etiam.vol.5. & l.scien
dum.§.item in lege.ff.de verborum signif. faciunt
hæc respectu dictionis,proximè venturi &c.nō im
pedit etiam quòd dominium per venditorem fue-
rit in instrumento retentum donec fuerit solutum
21 pretium,quia † per traditionem non potest inficia
ri interim intelligi venditam possessionem, Afflic.
decis.338.nume. 8.Ex his itaque præsertim mo-
ta est Rota ad iudicandum(vt supra) in causa præ
dicta. Laus Deo.

Simon de Prætis Iu.vtr.Doct.Pisauren.

CON-

CONSILIVM CLV.

ARGVMENTVM.

De pecunia alicui data in focietatem, quòd recipiens tenetur de ea reddedere rationem cum folutione reliquorum.

SVMMARIVM.

1 *Rationem alienæ pecuniæ quis reddere tenetur quocunque modo eam habuerit.*
2 *Administrator quilibet rationem reddere debet de re pertinente ad alium.*
3 *Liquidatio reliquorum poteft feruari in executione fententia.*
4 *Reliqua veniunt ex fimplici fententia de reddenda ratione, abfque eo quòd aliter exprimatur.*

DEO OPT. MAX. SVFFRAGANTE.

MAthæus Petropolus agens in adiutorio
Rotæ Genuenfis contra Curatorem
datum Lomelino Gottucio abfenti per
tres teftes pro eo examinatos proba-
uit dediffe dicto Lomelino pecunias de quibus
meminit in fua petitione ad focietatem pifcandi
corallos, Rota condemnauit dictum curatorem
ad reddendam ipfi Mathæo legalem rationem de
dictis pecuniis cũ reliquorum fatisfactione, quia
1 quocunque modo † & nomine habuerit d. Lome-
linus pecunias dicti Mathæi, tenetur de eis redde-
re rationem, per ea quæ adducit Parif. conf. 90. nu.
14. cum fequen. volum. 1. difcurrendo & excogitã
do omnem modum quomodo tenetur quis alteri
reddere rationem de pecuniis habitis vel de ge-
ftis, vt vel procurator, vel negociorum geftor, uel
quocunque modo adminiftrator, vel tanquam fo-
cius (& hic eft cafus nofter) vt ibi per eum, dummo
do non fit pater adminiftrans aduẽtitia filij in qui
bus habet vfumfructum, Alexan. confi. 110. col. fi.
num. 18. lib. 3. & Iaf. in l. fi hæres. ad fi. ff. de condi.
2 ca. data. regula trita per doct. tradita eft, vt † quili-
bet alius adminiftrator rationẽ reddat de re perti-
nente ad alium, Alex. d. confi. 110. nume. 17. Soci.
confi. 159. & 213. vol. 2. Dec. confi. 110. nume. 7. &
con. 178. nu. 1. & in aliis conf. idem repetit, & Mar
3 fi. fing. 493. reliquorum † liquidatio potuit refer-
uari in executione fententiæ, Rui. confi. 18. num. 1.
4 vol. 4. reliqua † autem veniunt ex fimplici fentẽtia
de reddenda ratione, abfq; eo q aliter exprimãtur,
per tex. in l. qui libertatis. §. feruus. ff. de euict. Bar.
in l. 1. col. 2. ver. his præmiffis. C. fi aduer. rem iudi.
& Afflict. in decif. 157, quia ipfa reliqua cenfentur
petita, Aym. confilio ducentefimo trigefimo pri-
mo. columna 2, nume. 7. fic Rota cenfuit de iure iu
dicandum, vt dictum eft & legitur in fententia pe
nès acta Panthaleonis Ripæ nigræ notarij caufæ. Laus Deo.

Simon de Pratis Iurifcon. Pifauren.

CONSILIVM CLVI.

ARGVMENTVM.

De penfione prò domo conducta, an integra debeatur recedente conductore ante tempus, Quid mortuo locatore. Et an relocatio vel reconductio tacitè facta intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Licentia ingrediendi propria auctoritate rem conductam probatur per verba inftrumenti, locauit, tradidit, &c.*
2 *Implementum aliquod quoties per aliquem fteterit ne fortitum fit effectum, quò ad eum fic ftantem habetur pro impleto.*
3 *Habitationem domus conducta deferens tenetur ad pẽfionem totius temporis conuenti,*
4 *Permiffa ad tempus ceffant poft tempus.*
5 *Relocatio tacita ceffat mortuo locatore.*
6 *Cantela pro faciendis pofitionibus ad probandam tacitam reconductionem.*
7 *Reconductio tacita in prædio vrbano non cenfetur nifi quatenus habitauerit.*
8. *Inftrumentum quod non cautat, neque ego cantabo.*
9 *Abfolutio ab obferuatione iudicij quo cafu fieri debeat.*

ADSIT SVFFRAGIVM ALTISSIMI.

HAbita caufæ cognitione, confideratifq; hincinde actitatis, Rota condemnauit Ambrofiũ de Magiolo ad foluendum Vincentio & fratribus de Ioardis libr. 14. pro penfione ann. 1540. de Furno cum mediano conductis per ipfum Ambrofium à Ioanne Simone q. patre dictorum agentium, vt in inftrumento exhibito continetur, ab aliis petitis. f. penfionibus annorum fequentium & relaxatione & reftitutione dicti furni cum mediano abfoluit tam dictum Ambrofium quàm Raphaelem Contem & & Philippum Scottum reos conuentos ab obferuatione iudicij contra eos intentati. Quatenus de his rationes affignati deberent. De cõdemnatoria primùm talis adducitur ratio, quia & fi per Inftrumentum locationis ac per alium modũ in hoc iudicio non probetur traditio detentionis datæ conductori de rebus conductis, cum eam ipfe conductor ne-
1 gauerit, tamen per verba d. inftrumenti, † locauit
tradidit &c. probatũr licentia ingrediendi propria
auctoritate rem conductam. Bar. & doct. in l. præ-

dia.ff.de acq.poss.Corn.consi.142.col.2.vers. nec
obstant.vol.3.& Soc.consi.55.nu.3.volu.4.& Pa-
pien.in forma libel.quo agi. ad fict.præst.in gl. re-
cusauit.num.4.qua licentia in dicto anno locatio-
nis conuento, cum de alio impedimento non do-
ceatur illato per locatorē seu per alium, si ipse con
2 ductor vsus non fuerit, sibi imputet, quia † quoties
per aliquem steterit ne sortitum sit effectū aliquod
implementum, quò ad eum sic stātem habetur pro
impleto.l.iure ciuili.de cond.& demon.& l.qui o-
peras.ff.loca. & damnum sua negligentia sentiens
quis sibi imputet.c.damnum.de reg.iur.in 6.desce-
3 rens † enim habitationem domus conductæ tene-
tur ad pensionem totius temporis conuenti. l. si in
lege.§.si domus.ff.loc.meritò d.conductor debuit
condemnari, vt præmissum est: In cęteris autem pe
titis fuit lata absolutoria ab obseruatione iudicij,
quia per Actores fuit contra d.reos conuentos in-
tentata actio ex locato ad pensiones lib. t4. in an-
no ab anno 1540.vsque in præsentem, & ad resti-
tutionem & relaxationem dicti furni cum media
no, & respectu d. Ambrosij verum est q de d.anno
1540. conduxit d.furnum à quondam Ioanne Si-
mone quo anno fuit condemnatus ad pensionem,
cum per eum steterit ne vsus fuerit licentia ingre-
diendi rem conductam & eam habitandi, vt supra
deductum est, pro verò alijs annis, cum dicta licen
4 tia ingrediendi cessauerit, quia † permissa ad tem-
pus cessant post tempus.l.statuliberum.§.Stichum.
de legat.2.cum simil.alleg.per Paul.de Cast.consi.
351.vol.2.post dictum annum in instrumento con
ductionis comprehensum, ergo non est quid impu
tari debeat ipsi Ambrosio, qui etiam post dictū pri
mum annum non censetur recōduxisse d.furnum,
cum appareat mortuum esse Io. Simonem locato-
5 rem, † quo casu cessat tacita relocatio.l.qui ad cer-
tum.ff.loc. & nescitur ex processu agitato quo tem
pore mortuus sit, neque probatum est ipsum Ioan.
Simonem seu eius hæredes sciuisse & passos esse d.
Ambrosium perseuerasse in cōductione, vt ad pro
bandam tacitam reconductionem aduocatum vt
6 sic faciat positiones † cautum reddit Bar. in l.Item
quæritur.§.qui impleto.col.1.versi.In prima verò.
7 ff.loc.ac in prędio vrbano tacita † recōnductio nō
censetur nisi quatenus habitauerit. d.§.qui imple-
to.sed in processu prædicto nullibi constat d. Am-
brosium vnquam tenuisse d.furnum.

Respectu verò dictorū Philippi & Raphaelis vi
detur res clara, quia ipsi non sunt comprehensi ali
quo modo in instrumēto locationis, solum per A-
ctores exhibito ad fundandam eorum intentionē,
8 dici enim solet † quòd non cantat instrumentum
neque ego cantabo. Bal.in l.cum pater.§.dulcissi-
mis.de leg.2.& refert Afflict.decis.pen.num.5. &
facit.l.ad probationem.la 1.C.de probat.& l.si ita
stipulatus.§.Grisogonus. in fi.de verb.oblig.certi
igitur iuris videtur prædictos reos conuentos non
potuisse conueniri seu condemnari ex aliquo con-
tractu locationis & conductionis per eos non con
tractæ, neque etiam ad restitutionem seu relaxatio
nem dictorum bonorum, quia non probatur eos
tenere dicta bona.per nota.in l.is qui se obtulit.ff.
de rei vind. Verum quia videntur aliqui eorum al-
legare habuisse olim dicta bona ab alijs, vnde quę
fierunt in defensores hæredes reuerendi D.Io.Ba-
ptistæ Fregosij, & possent teneri d. Actoribus actio
ne reali & alio magis competenti remedio quàm
sit ex locato & conducto, ideo fuerunt iure absolu
9 ti ab obseruatione iudicij † vt facere debet iudex
quando potest inspicere alio remedio quàm inten
tato melius esse consultum actori. Afflic.decis.60.
& per l.si quis libertatem. & ibi Bar.col.pen. versi.
ego induco.ff.de petit.hæred. Ex quibus præcipuè
Rota mota est ad iudicādum vt supra dictum fuit,
cuius ego hæc motiua adduxi. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLVII.

ARGVMENTVM.

De Prothocollis & instrumentis notariorum, & de probatione notariatus, vt alicuius notarij instrumētis fides detur multa considerantur.

SVMMARIVM.

1 Filij agere possunt ex instrumento crediti eorum patris, probātes se filios, & successisse ei qui est nominatus in dicto instrumento.
2 Instrumenta publica notariorum in iudicijs probant.
3 Literis testimonialibus de legalitate notarij creditur. & nu.9.
4 instrumento exemplato auctoritate iudicis fides adhibetur.
5 Notariatus quomodo probetur.
6 Instrumento exhibito per reum iudex credere debet ad fauorem actoris, non obstante protestatione facta per reum, quòd in aliquo sibi non habeat praeiudicare.
7 Præsentia ex quibus præsumatur.
8 Gestis transmissis à iudice vnius ciuitatis ad aliam, creditur.
10 Protocollo quando standum sit.
11 Testis probat contra inducentem.
12 Fama bona facit vt credatur producentem exhibere instrumentum verum.
13 Suspicio mali semper cessat in viris integra & spectata fidei.
14 Probatio quæ aliàs plena non esset pro plena admitti debet in antiquis vltra 60.annos.
15 Probatio omnis est arbitraria iudici.
16 Sciens se debere, non soluendo semper est in mala fide.
17 Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.
18 Petitio incidens admittitur.
19 Restitutio in integrum conceditur ob probabilem & iustam

stam ignorantiam, etiam aduersus praescriptionem quadraginta annorum.

10 *Praesumitur magis pro consilio alicuius collegij, quàm pro consiliis particularibus.*

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

MOtiua Rotae Genuensis sunt haec per me adducta pro ferenda snia in fauorẽ Simonis & Sebastiani de Viualdis ꝺ Costa, contra Franc.Zignaigum curatorẽ darum, vt in processu, & de qua sententia cõstat in actis Panthaleonis Lomelini de Facio notarij cau sae. In primis per quatuor testes examinatos in pro cessu constat dictos Simonem & Sebastianum esse filios q. Ioan. Antonij de la Costa nominati in instrumento crediti duc.298. auri largorũ & sol.17. confecto de anno 1482. in iudicio producto, ideo ex d. instro possunt niti & se fundare ipsi Simon & Seba. probantes se filios, & successisse ei qui est no
1 minatus in eodem instrumento,† vt dicit not. Bal. in l.si binae. ff. de iniust. & rupt. test. successores & se haeredes d. Io. Anto. patris esse probant sic agen do. Ias. in l. licet, col.j. ver. nec ob. iste tex. C. de iure delib. & Aret. consi.136. in prin. Deinde probatur d. creditũ per d. instrumentum, super quo licet ex aduerso magna fuerit facta contentio, ꝙ non probet, negando notarium de eo rogatũ, exhibendo aliud extractum non conforme in aliquibus cum exhibito prius per actores, instando exhiberi prothocollum, & postmodum omnia negando. tamen visum est Rotae iuri consonum esse, dictum creditum esse probatum. certi enim iuris est instrumen-
2 ta publica † notariorũ in iudicijs probare. l. in exer cendis. C. de fide instr. ꝙ res clara sit per instrumẽtum in casu proposito, primò constat per instrumẽ tum extractum ex prothocollo q. Petri Corsarij notarij Sauonen. per Stephanum Casinum notarium ex auctoritate iudicis exhibitum per actores cum literis testimonialibus de notariatu & legalitate tam dicti q. Petri quàm dicti Stephani, qui-
3 bus literis † in hoc credi debet, vt latè alios allegã do probat Marsil. in l. si quis ne quaestio. num. 184. cum sequent. ff. de quaestio. fides quoque adhibetur
4 † instrumento exemplato auctoritate iudicis, hoc etiam ex ipso instrumento collecto, Dec. consi. 35.
* sub nu.2. vbi attestatur ita esse comm. opi. & doct. in cap. cum P. de fid. instru. de commissione iudicis pro extrahendo dictum instrumentum dicitur con stare etiam, quia de ea reus non opposuit, Gui. Pa. in q.404. quam etiam videtur fateri, cum de ea fa ciunt mentionem extractum per ipsum reum productum, per no. à Canonis. in c. cum venerabilis. de exceptio. & de notariatu dicti q. Petri probatur per testes examinatos Sauonę, dicentes communi ter eum reputari pro notario, tempore dicti instru
5 menti & ante & post, quod sufficere † multa adducendo fic pertransit Feli. in cap. t. col. 5. sub versic. testes autem. de fide instru. & tradit Specu in titu. de instru. edi. §. restat. versicu. illud autem notandum est. idem constat etiam ex alio simili extracto per dictum Stephanum ex eodem prothocollo exhibito per reum ad ostendendum de verbis additis in exemplo producto per actores, & quòd non esset conformi cum originali quod actores re produxerunt etiam ad eorum fauorem, vt in pro-
6 cessu legitur, & potuerunt hoc facere & Iudex † ei credere debet ad eorum fauorẽm, non obstante protestatione facta per reum, quòd in aliquo sibi non habeat praeiudicare, per ea quae concludit Alber. in l. 1 §. editiones. ff. de eden. & Anto. de Butr. in cap. cum olim. colum. fina. de censi. quos refert, quòd ita possunt concordari opini. dicit Deci. in l. fina. sub num.25. C. de eden. vbi tamẽ indistinctè tenet esse veriorem opinionem, quòd talis protestatio non attendatur per rationem allega. ibi per eum. idem firmat Pau. de Cast. consil.331. colu.2. versi. & si dicatur. vol. 1. & Aym. in tract. de antiq. in 1. par. nume. 138. cum sequenti. in quo exemplo
7 producto per reum, etsi dicatur, confessi sunt,† Io. Antonio de la Costa, & non dicatur praesenti &c. tamen praesentia praesumitur. gl. & Salyc. in l. 1. C. de contr. & com. stip.

Idem etiam probatur ex prothocollo proprio dicti q. Petri notarij, in quo legitur dictum instrumentum dicti crediti, & quod fuit ex ordinatione Rotae videntis conflictũm & diuersitatem super dictis extractis missum per iudicem Sauonae sub suis literis & sigillo per certum nuntium, vt in processu certi, ad praesentem ciuitatem pro
8 causa ista, quibus † gestis per Iudicem Sauonae creditur, vt l. iudices. C. de fide instru. Ias. in l. praetor. §. etiam is. in 4. not. ff. de eden. cui prothocollo etiam reus tenetur stare, quia ipse etiam petijt in processu, vt exhiberetur. Aymo consil.275. non fuit exhibitum ad petitionem Rei, quia petebat exhiberi ab actorib. qui uerè illud non habebant, quod prothocollum non potest negari ab ipso reo quòd nõ sit verum prothocollum dicti quondam Petri not. quia literae Iudicis Sauonae hoc dicunt, quòd habitum fuit à Stephano Casino ex prothocollis dicti quondam Petri existentibus penes di-
9 ctum Stephanum, quibus literis † credi debet, per supra dicta per Marsil. in dict. l. si quis ne quaestio. nume.186. & talis negatio est calumniosa, & non debet attendi, ne detur processus in infinitum, vt dicitur quòd non potest negari instrumentum cõfectum de tabellionatu notarij negato per aduersarium, Specu. in dict. §. restat. d. versicu. illud autem notandum. & reiicitur per d. literas testimoniales Iudicis Sauonae. Bal. consil.118. nu.3. col.3. hoc sentit.

Cum ergo appareat illud prothocollum esse ori
10 ginale † prima matrix horum extractorum ab vtraque parte productorum, illi standum est & creditur. l. 2. & ibi. Ioan. de Pla. C. de discussori. lib. 10. d. cap. cum P. de fi. instr. & ibi Feli. & l. Sempronius. & ibi Barto. de leg. 2. Bald. in rub. column. 5. versicu. sed de tertio quaeritur. C. de fide instrum. Ioann. de Amic. consilio vltimo. nume.13. & 14.

Quod originale & prima matrix si negaretur pos
set dici illud Philosophi primo phisi. contra negan
tes principia non est disputandum. si admittenda
fuisset negatio prothocolli, eius probatio tradita
fuisset per Imper. sicut traditur de instrumento ne-
gato in §. si verò moriantur. in auctẽ. de instrum.
caute.

Præcipunm est in casu proposito, ꝙ verisimilitu
do nulla potest cadere in mẽtem hominum, quòd
actores potuerint facere totum illud prothocol-
lum cartatum sexaginta falsum, vel in eo inserere
dictum instrumentum eorum crediti paterni, & fa
cere venire in manibus illius notarij, cui sunt com
missa prothocolla dicti q. Petri Corsarij, hoc ma-
ximè dicendum non est de dictis actoribus, qui
sunt de ciuibus honoratis ciuitatis Ianuæ & bonæ
conditionis & famæ, vt probatum est in processu,
& etiã deponit Hieronymus Iustinianus Rochata
11 gliata super 3. titu. testis rei conuenti, contra † eum
inducentem probans. Roma. consi. 104. in fin. quæ
12 bona fama † facit, vt credatur producentem
exhibere instrumentum verum, Spec. de instr. edi.
§. restat. colum. 3. & Pau. de Ca. consi. 394. in prin.
vol. 1. cuius primam opinionem latè probat & te-
net Mars. in d. l. si quis ne quæstio. nume. 160. & su
13 spicio † mali semper cessat in uiris integræ & specta
tæ fidei. Ias. consi. 170. colum. 4. vol. 2. Deci. consi.
463 nu. 24. Ro. con. 420. nu. 3. coadiuuantur prædi
cta, ꝙ postmodum actores produxerunt instrumẽ-
tum eiusdem crediti subscriptum per dictum Pe-
trum notarium, quam subscriptionem illi duo no-
tarij in processu deputati comparantes cum dicto
prothocollo eorum iuramento retulerunt esse de
eadem literatura, quia sumus in antiquis vltra 60.
14 annos. ideo † probatio quæ aliàs plena non esset
pro plena admitti debet. Deci. in cap. 1. colu. 3. sub
versicu. septimus casus. de appell. sequitur Aym. de
antiqu. in 1. part. post nume. 2. cum omnis probatio
15 † sit arbitraria iudici, Paul. de Ca. in l. admonendi.
colum. pen. de iureiuran. Dec. d. consil. 463. in fi. &
alibi sæpius doct. dicunt, ex quibus omnibus con-
currentibus in vnum & eandem fidem veri colligi
tur hæc vna fides, ꝙ dictum creditum clarè proba-
tum sit per dicta eadem instrumenta & prothocol-
lum. facit. l. qui sententiam. C. de pœn. & §. in his
verò. ibi. vt ex pluribus comparationibus, &c. in au
cten. de instru. cau. & fid. & quæ non prosunt singu
la &c. glossa. in ver. legitimis. in l. 2. ff. de excus. tut.
cum simil.

Quod quidem creditum opponebat reus esse
sublatum, & suos principales ab eo liberatos esse
præsidio præscriptionis triginta & quadraginta an
norum. Verum præsidium hoc dictis principali-
bus non suffragari Rota censuit. Primò, quoniam
Antonius & Ludouicus principales debitores no-
minati in dicto instrumento scientes se debere pa-
16 tri agentium, non soluendo † semper fuerunt in ma
la fide. Balb. in l. Celsus. in 3. part. nume. 21. ff. de
vsucapi. quæ mala fides etiam nocet hæredibus. l.
cum hæres. ff. de diuer. & tempo præscrip. Canon.
in cap. si diligenti. de præscript. dicit esse commu.
* opinio. Ruin. consil. 63. nume. 26. vol. 1. & impedit
præscriptionem triginta vel quadraginta an. etiam
quoad excludendam actionem personalem. ita es-
* se veram & communem opinio. attestatur Alexã.
consi. 97. nu. 6. vol. 7. vbi idem tenet in hærede, eo
17 quia tenetur † exonerare conscientiam defuncti, vt
ibi p eũ & p Dec. cõ. 303. nu. 6. & quatenus d. pscri
ptio esset decursa aduersus eam dicti Actores fue-
runt per Rotam restituti in integrũ ex iusta & pro-
babili ignorantia, & quidem rectè & iustè, quia ita
18 incidenter per actores fuit petitum in processu, † vt
petitio talis admittitur. Bal. in consi. 325. nu. 3. vol.
1. Alex. & doct. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de
iureiur. quæ petitio iustificatur, quia non potuit de
currere contra Ioã. Ant. eorum patrem præscriptio
opposita, cum creditum prædictum esset soluendũ
de anno 1484. & d. Ioan. Ant. decessit circa annum
1500. vt deponunt testes vltimo loco examinati
pro actoribus, si diceretur completa contra dictos
Actores dicta præscriptio, respondendum est eos
dicti crediti paterni hucusque habuisse iustã & pro
babilem ignorantiam, per tex. & ibi not. per glo. &
19 doct. in l. qui in alterius. de reg. iur. ob quam † qui-
dem probabilem & iustam ignorantiam concedi-
tur restitutio in integrum, etiam aduersus præscri-
ptionem 40. annorum, quamuis super hoc doct. va
rio modo locuti sunt, vt per Dec. con. 29. & Alexan
dri. consi. 56. in fi. tamen ita esse veram & commu.
* opin. attestantur Alex. consil. 169. col. fi. vol. 2. Rui.
consi. 140. nu. 17. vol. 2. Paris. con. 16. nu. 139. uol.
2. & consi. 66. nu. 117. vol. 3. Affli. in decis. 37. & de
cis. 329. Cagnol. in l. 2. nume. 219. C. de pact. inter
emp. & vend. Aym. in d. trac. de antiq. in 4. par. sub
nu. 188. cum seq. & con. 201. nu. 35. cum seq. vbi la
tè allegat alios, & rationes adducit, quas recensere
& alias adducere superfluum videtur, cum ista per
tot celebres doct. sit attestata comm. opin. à qua in
iudicando non est recedendum, & sit approbata p
sacrum consilium doct. Neapol. vt in dictis decis.
20 legitur. pro † consilio enim alicuius collegij magis
est præsumendum quàm pro consilijs particulari-
bus, dicit Abb. in cap. prudentiam. in princi. col. 2.
in 3. not. de off. deleg. Iusta igitur sunt prędicta mo
tiua Rotæ, & alia vti non necessaria sunt omis-
sa. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CLVIII.

ARGVMENTVM.

De re existente aliéna apud aliquem, quòd præsumatur ex causa depositi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Pacti & facti cuiuscunque primum causa attendenda est.
2 Deposita fiunt causa custodiæ.
3 Depositi causa præsumitur vbi alia non apparet.
4 Depositum ex coniecturis factum intelligitur.
5 Requisita ad actum ubi interuenerunt faciunt cognosci illum esse talem.
6 Religiosis firmius est credendum.
7 Mandatario etiam soli de mandato sibi facto credi debet.
8 Depositum contrahitur receptione rei, depositiq; obligatio nascitur.
9 Lex prima. §. idem Pomponius. ff. depositi. in quibus terminis loquatur.
10 Testes deponentes etiam per verbum credo, probant cōtra inducentem.
11 Pluralitas rerum præsumitur.
12 Probatio non concludens nulla est.
13 Depositum, etiam si alienum sit, restituendum est deponenti
14 Dicens in iudicio aliquid sine probatione, non auditur.
15 Mulier auara dicitur, & de suo non largitur alteri.
16 Charitas prima propria est.
17 Consignatio una & eadem non debet diuerso iure censeri.
18 Commissio non extenditur vltra personas nominatas in ipsa.
19 Iudex non potest proferre sententiam ad non petita & non probata.
20 Cautio non petita non debet concedi.
21 Sententia fertur ad æstimationem in obligatione rei restituendæ, re non exstante.

QVI ES VIA VITA ET VERITAS
Doce nos viam veritatis & iustitiæ.

ROta Genuensis protulit sententiam condemnatoriam in causa mota per Illust. D. Mariam de Ruere Comitissam de Flisco cōtra nob. Alexandrum Fliscū, his quidem præcipuis rationibus mota est, vt ostēdā. Quia facti veritas huiusmodi probari videtur. q post secutum tumultum per Comitem de Flisco factum in inclita ciuitate Ianuę, d. Comitissa mater d. Comitis portari fecit in monasterio monialium S. Andreæ strumatios 14. rerum mobilium tapetiariarū, quos postmodum cōmisit assignari d. Alex. qui illos recepit & asportari fecit ad eius domum, vt clarè & concludenter per testes examina. pro d. Comitissa probatum in processu legitur. Videndum est ex qua causa dicti strumatij sint penes
1 d. Alex. cum pacti & facti cuiuscunq; † primum attendenda sit causa, glo. & doct. in l. creditori. C. de pact. & l. tutor. ff. de fideiuss. ibi. sed debiti causa respicienda est. cum aliis allega. per Aym. cons. 319. nu. 7. vol. 2. nulla autem causa comprehēdi potest, nisi depositi, quām demōstrant qualitas ipsius facti prosecuti & præcedentis, & præsumptio ipsa iuris, nam propriè vbi tumultus fiunt (vt fuit ille factus per dictum Comitem) vt ex tumultibus bona custodiantur penes alios, causa custodiæ fiunt deposita. † l. 1. ff. depos. Modern. scribent. in l. 2. in pr.
2 ff. si cer. pe. ac etiam vbi alia causa non apparet præsumitur depositi causa, † gl. in l. dic sponsaliorum.
3 §. 1. ff. deposi. & gl. 1. in l. cum pater. §. pater plurib. de leg. 2. Cyn. & Bald. in l. incendium. C. si. certum pet. & Bald. in l. Meuia. ff. solu. matrimon. Alexan. in l. cum quid. nume. 11. ff. si certum petatur. hoc maximè verum est in specie proposita, quia (ut dictum est) dicta Comitissa quærebat dicte bona seruari & custodiri ob d. tumultum quod indubiam depositi cōiecturam præstat, vt ex coniectura ēt in
4 telligi † depositum factum considerat Alex. consil. 184. nu. 4. vol. 7. requisita. n. ad actū vbi interuene-
5 runt faciunt cognosci illum esse talem. † l. non codicillū. C. de testa. in quo deposito actio quæritur
mandanti fieri depositum per alium, penes etiam alium, & quæritur contra ipsum recipientem, per tex. in l. 1. §. si te rogauero. ff. deposi. & ratio huiusmodi acquisitionis actionis ex actu alieno ortæ est ipsa consignatio nomine alieno facta inducens actum naturalem potentem ad acquirendum alteri, ad quod non esset potens actus ciuilis. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquirend. rer. domin. vt in deposito Alexan. & cæteri adducunt in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum pet. per d. text. in §. si te rogauero. ita dictos strumatios fuisse per dictas moniales consignatos nomine dictæ Comitissæ ipsi Alexandro per eum tenendos pariter nomine dictæ Comitissæ attestantur soror Gregoria & so-
6 ror Stephana, quibus † vt religiosis firmius est credendum, per not. in glos. in cap. monachus. in versicu. quorum. 77. dist. nam religiosus præsumitur vera esse, Socin. consi. 15. colum. 4. sub versic. nec est verum. volumi. 1. quinimò ab ipsa Comitissa videtur dict. Alexander recepisse dictas res, cum tempore mandati per eam facti Donno Seuerino vt eius nomine committeret monialibus dictam cōsignationem, ac etiam tempore dictæ commissionis factæ per dictum Seuerinum dictis monialibus semper præsens adesset ipse Alexander, cui
7 Donno Seuerino † de dicto mandato sibi facto, etiam soli credi debet, Alexand. consi. 88. columne. penulti. versicu. præterea etiam. volumi. 5. Rui. consil. 59. nume. 6. volum. 1. & consil. 105. nume. 3. volum. 4. & consi. 65. colum. 4. versicu. secundò quia. volum. 5. quate negocium hoc videtur cōtractum inter ipsam Comitissam & ipsum Alex. ad l. quæcunq;. ff. de act. & oblig. secuta ipsa receptione rei,
8 † qua depositum contrahitur, depositiq; obligatio nascitur. §. pręterea. inst. qui. mo. re cont. obl. d. moniales nudum ministerium consignationis prædictæ vt nuntiæ d. Comitissæ pstiterunt, ex quasi facto, siue nuntię, siue procuratrices, siue gestrices negociorum fuerint, quæsita est actio d. Comitissæ, per ea quæ adducit Aym. consil. 272. nu. 16. vol. 2. quæ etiā tpe dictę consignationis, si non expressissent

sent eã se facere noĩe d.Comitissę ipsi Alex. d.prę
cedens mandatũ probatum per d.D.Seuerinum,fa
cit tñ q ille actus consignationis Alex.factę cẽseat
factus noĩe Comitissæ mãdantis. Bar. Pa.& doct.
in l.qui in alienã.§.si qui.ff.de.acq.hær.ita q d.Co
mitissę depositi actio q̃sita fuit, p superius allega.
quã euitare non põt d.Alex.allegando,qñ teneret
se teneri mandati actione,per d.l.1.§.idem Põpo-
9 nius.ff.depos.† quia ille tex.loquitur si mandatum
primitus fuisset factũ d.Alexã. recipiendi d.res exi
stentes penes moniales,non uerò vbi principaliter
factum fuit d.monialibus,vt in casu isto,cui ex ver
bis & ex mẽte magis adaptatur dispositio d.text.in
d.§.si te rogauero. q̃ dispositio tex.d.§.idem Pom
ponius. cuius verba.n.minimè cõueniunt neq; di-
spositio potest conuenire. l.hos accusare. §.fi. ff.de
accus.cum vulg.
Cognito de actione cõpetenti d.Comitissæ , in
spiciendũ est de exceptionib. & defensionib. addu
ctis & alleg.p d.Alexã.primùm nõ poterat se tueri
volens depositi actionẽ euitare, dicens potius se te
neri mãdati,vt proximè dictũ est. iniusta quoq; &
non legitima visa est defensio,quã faciebat dicens
se posse retinerẽ d.res vti Comitis sui debitoris pro
suo credito,quia nõ solũ pro debito alterius,sed ẽt
pro debito proprio ipsius Comit. contra eã agen-
tẽ depositi,cũ alia actione nõ potuerit aptius expe
tiri,non poterat ipse Alex.vti cõpensatione seu re-
tentione aliqua, seu aliqua exceptione dñij,p text.
in l.pen.C.depos.& p not.in l.si quis cõductionis.
C.loca.sed non probauit d. bona esse d.sui prætẽsi
debitoris,imò testes per eũ inducti attestãtur con-
trariũ.s.res prędictas fuisse d.Comitissæ, ideo cõ-
10 tra † inducentẽ deponẽtes ẽt per verbum credo, vt
deponit Hier.super 2.tit.probant, vt p Rom.consi.
104.in fi.cuius decisionẽ not.esse dicit Ias.in rubr.
col.pen.ff.de iureiur.Ay.cõs.201.nu.7.vol.2. facit
Paris.consi.23.nu.1.vol.4.& Io.de Ami. consi.41.
col.2. ẽt si esset solus testis deponens contra indu-
centem.Soci.Iun.consi.69.nu.14.vol.1.
Neq; facit ad bona petita in pręsenti iudicio ali
qua cõsecutio æstimi (vt dr)obtẽta per ipsum Ale.
corã mag.DD.Procur. quia nedum non docuit de
identitate bonorũ petitorũ, & per d.æstimum con
secutorũ, sed ẽt apparet de diuersitate ex confessio
ne ipsius Alex. facta ad positiones in processu agi-
tato corã d.DD.Procuratorib.exhibito in cã cuius
dicto potiusq̃ dictis aliquorũ testiũ contrariũ seu
diuersum deponẽtiũ est standum. Bar.& alij in l.2.
§.creditum.ff.si cer.pet.diuersitas.n.apparet q bo-
na prædicta consecuta per æstimum & de quibus
agebatur coram DD.Procuratorib.habuit de ordi
ne domini Pauli Pansæ, vt ipse tunc fassus est re-
spondendo dictis positionibus, & bona de quibus
agitur habuit de ordine dictæ Comitissæ, ut latè
11 in processu probatum est, ultra † q pluralitas rerum
præsumitur, Ias.in l.non hoc. col.3. C. unde leg.&
alibi per doct.ex qua præsumptione pluralitatis re
rum inefficax etiam redditur probatio quam nite-
batur ipse Alex. facere, q dicta bona essent comi-
tis prædicti,ex eo quia in diuisione facta cum fra-
tribus, vbi etiam interuenit procurator d. Comi-
tissæ, tappetiariæ fuerunt assignatæ dicto Comi-
ti, quia non concluditur, ergo sunt eademmet bo
na in dictis quatuordecim strumatijs nomine di-
ctæ Comitissæ consignata ipsi Alexandro, & de
quibus nunc agitur, ergo probatio non concludẽs
12 † nulla est.cap.in præsentia.de proba.l.neque nata
les. C.eod. non facit quòd dicta Comitissa mater
habitauerat in domo dicti Comitis, quia (vt te-
stes dicti Alexandri dicunt) ipsa Comitissa habe-
bat in dicta domo duas cameras pro sua habita-
tione separatas, & fulcitas tapetiariis, quæ, & ma-
ximè de quibus tractatur,erãt possessæ per dictam
Comitissam,in quibus consecuta fuit adiudicatio
nem in solutum, vt dicti testes Alexandri dicunt
contra eum inducentem probantes,vt supra dictũ
est,per dict.consi.Rom.104.circa fin.& si de corijs
non ita firmiter deponunt, tamẽ si aliena fuissent,
13 † restituenda sunt deponenti, dict.l.1.§.si prædo.
ff. depos. Exinde vana dignoscitur alia defensio
quam d. Alexander adducebat, dictam Comitis-
sam fecisse consignari dicta bona ipsi Alexandro
pro satisfactione sui prætensi crediti, quia de hoc
nullam legitimam probationem fecit in iudicio,
14 in quo † quis dicens aliquid absque probatione
non auditur.l.si prius. ff.de no.oper.nuntiati. cap.
cum super. de concess.præben. & cap.inter mona-
sterium.de re.iudi.cum vulgar. adductis per Mars.
in practic.crimina.§.diligenter.nume.174.& quia
de dictis bonis dicta Comitissa habens adiudica
tionem in solutum habebat maiorem partem, &
in alijs erat creditrix pro suis dotibus, vnde non
præsumitur bona propria voluisse tradi alteri pro
debito alieno, quia fuisset proprium iactare,quod
nemo facere præsumitur.vulgat. l.cum de indebi-
to.ff.de prob.quod præcipuum est in muliere, quæ
15 † auara dicitur, & de suo non largitur alteri.l.si er-
go.ad Velleia.ff.& Soci.consi.82.nu.16.volu.4. &
de bonis quæ non fuissent ipsius Comitissæ dici-
tur etiam eã potius debuisse velle ea esse custodien
da pro suo credito dotiũ, q̃ pro credito Alexandri
16 quia † prima est propria charitas.l.præses.C.de ser
ui.& aqua.cum plenè adductis p Afflic.deci.290.
nu.8.cum.seq.& postquam in bonis propriis d.Co
mitissæ dictæ consignationis factæ d. Alexã. nulla
alia causa verisimilior adesse potest quàm deposi-
ti, vt superius præmissum est, idem dicendum est
de dictis coriis etiam alienis, vt dicãtur cum alijs
17 bonis simul tradita causa depositi, ne vna † & ea-
dem consignatio diuerso iure censeatur.l.cum qui
ædes. & ibi Bart. not. ff.de vsucap.& l.j. ff.de per-
mut. cap.cum in tua.de deci. & cap. cognouimus.
12.q.2.cum simil.
Pariter refutatur obiectio facta de cognitione
facta coram DD. Procuratoribus,quia nõ constat
q sit de eisdem bonis, quæ cognitio non obest præ
senti iudicio, neque ad processum neque ad meri-
18 ta,quia † commissio facta dictis DD.Procuratorib.
consistebat quo ad fiscum, & creditores dicti Co-
mitis.

mitis.ideo ad alias personas pro eorum causis etiã volentes non extenditur.ca.P.& G. & ibi Canon. de off.deleg. quoad merita etiam non præiudicat, quia nunquam apparet agitatum inter istas partes pro ista causa depositi & cõsignationis nomine d. Comitissę factæ ipsi Alexandro & pro istismet bonis, vnde cessat rei iudicatæ exceptio. l.cum quæritur.cum sequent. & ibi docto. ff.de exceptio.rei iud.& Dec.consi.445.nu.43.

Nullo pacto posse admitti quoque visa est postulatio,quam postremò d.Alexan.faciebat, vt sal
tem d. Comitissa satisdaret de dictis bonis resti-
tuendis, quia in processu nullibi legitur huiusmo-
di postulatio facta, & quæ sit iustificata aliqua cau
19 sa ob quam esset præstanda dicta cautio, ideo † ad
non petita & probata Iudex non potest proferre
sententiam.l.4.hoc autem iudicium. de dam. infe.
20 vbi propriè loquitur in cautione, † quæ non petita
non debet cõcedi,& l.illicitas.§.veritas.& ibi Bar.
ff.de off.præsi.cum simili. & aliàs satisdare contu-
melia est.l.testamento.in fi.ff.de testam.tu. Meritò
Rota condemnauit d.Alexandrum ad restituendũ
dicta bona petita,si extant, aliàs eorum valorem,
21 quia † in obligatione rei restituendæ,re non extan-
te, fertur sententia ad æstimationem. l.in re furti-
ua.& ibi Bar.Bal.Ang.& Castr.ff.de cond.furti. &
Affli.decis.347.nu.3. & ita cum aliis Dominis de
Rota iudicaui. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc.Pisauren.

CONSILIVM CLIX.

ARGVMENTVM.

De actione ex mandato, & quomodo probetur mandatum, in quo discurritur per omnem modum probationis, de obligatis vt fideiussorio nomine, & alia multa in materia.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mandati solo consensu consistit.*
2 *Probationes sunt arbitrariæ iudici.*
3 *Mandatum et consensus rei agendæ præsumitur ex gratiarum actione.*
4 *Actus veniẽs ad confirmationem eius quod agitur vbi fit etiam in præiudicialibus, agens talem actum confirmatorium videtur semper in sui præiudicium consentire.*
5 *Mandati natura est praecedere actum.*
6 *Nuntius propriè dicitur qui est delator verbi à domino prolati, vel literæ.*
7 *Confessio facta præsente nuntio probat acsi facta esset præsente parte.*
8 *Confessio etiam per vnum testem probata præsente parte faciens semiplenam probationem, & tendens ad eũdem effectum ad quem tendit semiplena probatio, cũ ipsa ad plenè probandum iungitur.*
9 *Cautela ne testes possint variare.*
10 *Testis etiam exoratus à parte vt ferat testimonium nõ est suspectus.*
11 *Virum probum & nobilem non decet aliquẽ decipere.*
12 *Testis etiam solus de confessione extraiudiciali absente parte probat adminiculatinè.*
13 *Verba responsiua non ioco, sed seriò prolata videntur obligare respondentem.*
14 *Argumentum ab antecedenti necessariò valet.*
15 *Iuramentum in supplementum probationis potest deferri etiam in causis magnis vel arduis quando est plus quàm semiplenè probatum.*
16 *Mandatores duo tenentur in solidum.*
17 *Literæ missiuæ probant contra scribentem.*
18 *indemnitatis conseruatio venit in actione mandati, & ne mandatum suscipiens patiatur damnum.*
19 *Responsio debet intelligi quòd non sit contraria intentioni respondentis.*
20 *Confessio debet esse certa, faciens concludentem responsionem, seu probationem, & debet esse verisimilis.*
21 *Mandatum in ciuilibus videtur posse probari ex coniecturis.*
22 *Confessio quando probet & præiudicet.*
23 *Confessio absente parte facta per duos testes probata facit semiplenam probationem.*
24 *Confessio geminata plenam facit probationem.*
25 *Confessio emanata absente parte præiudicat ad probandum aliquid per quod obligatio quæritur absenti.*
26 *Obligatio & actio quæritur ex mandato.*
27 *Beneficiũ diuisionis quãdo cõpetat in duobus reis debẽdi.*
28 *Excussio quo casu non requiratur.*
29 *Positionibus respondens nedum si dicat nescire, sed etiã dubitare, dicitur negare.*
30 *Excussio non fit de bonis extra territorium iudicum.*
31 *Excussionis beneficium quando quis amittat.*

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

QVoniã ex petitione & processu per nob.
Bernar.Spinulã porrecta & agitato cõ-
tra Cap.Alexã.Spinulã colligitur fuisse
intentatã actionẽ ex mandato eo quòd mã
dato d.Alex.& Laurẽ.eius fratris ipse Bern.pro d.
Laur.fideiusserit nob.Gẽtilibus, & soluerit,pro eo
vt deductũ est in d.processu.Tota difficultas princi
palis in cã ista fuit super probatione d.mandati, cu
1 ius † obligatio solo cõsensu consistit.l.j.in pr.ff.de
2 mand.Cũ.n.probationes † sint arbitrariæ iudici.l.
3.§.tu magis.ff.de test. Ant.de Butr.in c.ex literis.
in 6.no.de prob.So.con.262.col.5.vol.2. Dec.cõ.
463.in fi.arbitrati sumus de iure d.mandatũ posse
dici probatũ. Primò,cũ Nic.Gẽtilis testis exa.pro
d.Bern.dicatque pòst requisitionẽ de fideiussore pro
d.Laur.factã p ipsum testẽ, & post locutionẽ secre
tã simul d.Bernar. Alex.& Lauren. ipse Bernar.di
xit (io son cõtento per cõpiacere ad essi Alessãdro
& Laurẽ.& à loro richiesta esserui segurta & sotto
scriuerui la polliza)quibus verbis auditis d.Alexã.

& Laurentius ibi præsentes dixerunt d. Bernardo
quòd cum ringratiabant &c. Ex dicto istius testis
habetur approbatio & consensus dictorum Alexã
dri & Laurentij, quòd ipse Bernardus eorum in-
tuitu & mandato faceret, prout inde fecit d. fideiuſ
sionem, qui enim gratias agit alicui pro eo quòd
dixerit se facere aliquid intuitu & requisitione sua,
3 inficiari non potest † quòd is gratias agens non ap
probet & consentiat tale quid fieri suo intuitu &
mandato, ista manifestè ex se patent talem præstan
tia intellectum rectè intelligentibus. c. ex literis. el
1. de sponsal. Cum signis & factis exprimatur con-
sensus. Ant. in c. cum apud. num. 5. extra eo. glos. in
versi. & inuitus. in l. item quia. in princi. ff. de pact.
cum concord. adductis per Fab. de Monte in tract.
de emp. & vend. in 2. par. 5. par. principalis. in prin.
4 num. 50. Quia etiam in præiudicialibus † vbi fit a-
ctus veniens ad confirmationem eius quod agitur
talis agens actum confirmatorium videtur semper
in sui præiudicium consentire. per ea quæ adducit
Ias. in l. quæ dotis. col. 15. vers. 17. & vltimus casus.
ff. sol. mat. & consensus nullo modo potest clarius
exprimi quàm confirmatorijs verbis quorum qua
litate inspecta nullum est maius mentis loquentis
testimonium. Cur. Iun. consil. 169. col. 1. eò maxi-
mè quòd verba dictorum Bernardi Alexandri &
Laurentij præcesserunt dictam fideiussionẽ, vt pro
5 fert ipse testis, sicut est † de natura mandati præce-
dere actum. l. si verò non remunerandi. §. post cre-
ditum. ff. mand. qui quidẽ testis semiplenè probat.
Bar. & doct. in l. admonendi. de iureiuran.

Ad idem concurrit confessio d. Alexandri facta
ad instantiam Augustini Spinulæ nuncij d. Ber-
nardi cum literis missiuis ad ipsum Alexandrum
requirentis vt subscriberet quandam appodissam
continentem probationem d. mandati. nuncius
6 † enim dicitur propriè q. est delator verbi à domi-
no prolati, vel literæ. Bal. in l. multum. col. 4. versi.
modò quærendo. C. si quis alteri vel si. Soc. in tra-
ctat. de citatio. in arg. 24. nu. 10. qui Alexander so-
lummodo recusans subscribere dictam appodissã
non solùm non negauit dictum mandatum, prout
verisimiliter negasset si illud nõ fecisset, sed etiam
confessus est dicendo, (Attento che detto M. Ber-
nardo haueua fatta detta promessa à sua instantia
& con promessa à bocca de releuarlo &c.) quæ
7 † confessio facta præsente nuncio probat ac si fa-
cta esset præsente parte, vt probat Aym. consi. 271.
sub nu. 15. & 16. volu. 2. quòd d. Augustinus esset
nuncius ad prædicta requirens pro d. Bernardo ip-
sum Alexandrum probat & deponit Paulus Bapti
sta de Carmendino testis examinatus Mediolani
amplè deponens de dicta confessione Alexandri
probant etiam & ostendunt literę d. Alexãdri scri-
ptæ ad d. Bernardum dum dicunt, (Ilquale hoggi
mi ha dato vna sua lettera &c.) nam delator literę
est nuncius scribentis, vt dictum est, quæ confessio
8 † probata etiam per vnum testẽ præsente parte fa-
ciens semiplenam probationem & tendens ad eun
dem effectum iungitur cum dicta alia semiplena
probatione ad plenè probandum Alex. & doct. in
l. Gallus. §. ille casus. de libe. & posthu. cum multis
concord. cumulatis per Paris. consi. 57. num. 30. &
seq. vol. 1. & Aym. consi. 267. num. 5. volu. 2. Con
tra istos testes nihil apparet oppositum & probatũ
in processu, quòd non sint omni exceptione maio
res, non obstat quòd prius eorum dicta manifesta-
uerint extraiudicialiter, scilicet d. Nicolaus ad re-
quisitionem d. Bernardi super informatione ad eũ
missa, & ipse Paulus Baptista fecisset memoriam,
9 quia talem † cautelam, ne testes possint variare, do
cet Bar. in l. eos. ff. de fals. sequitur Abb. in c. 2. col.
2. versi. Item not. quòd non vitiatur. de capel. mo-
10 na. testis etiam exoratus † à parte vt ferat testimo-
nium non est suspectus. Abb. in c. si dominus. nu. 3.
de simo. bonam quoque scientię causam reddit eò
quòd dicat scripsisse memoriam de testificatis per
eum. Bald. in l. iubemus. col. fin. versi. vlterius not.
C. de testam.

Ad idem cumulãtur testificationes factæ per Il-
lustrissimum Dominum Augustinum Spinulam, &
Dominum Stephanum Spinulam, qui vt nuncij ẽt
d. Bernardi ab eo rogati asserentes Bernardum di
centem precibus d. Alexandri pariter fecisse d. fide
iussionem, persuaserunt ipsum Alexandrum vt de-
beret satisfacere d. Bernardo, qui Alexander simi-
liter non negabat proposita & redacta per ipsos te
stes. Imò dicebat cognoscere debitum suum erga
d. Bernardum &c. dicendo se esse probum & nobi-
11 lem virum, quod infert † probum virum & nobilẽ
non decere aliquem decipere. gloss. in l. semper in
contractibus. de reg. iur. & debere seruare promis-
sa. l. 1. ff. de pact.

Ad idem adminiculatiuè faciunt attastetiones
Illustriss. Oratoris Maiest. Cæs. dicentis (& oltra di
questo essersi obligato per lui à sua richiesta da es-
so Alessandro &c.) & Reuerendi D. Bartholomæi
de Bibiena amici ipsius Alexandri, vt aliqui testes
deponunt, referentis verba d. Alexandri recitantis
& quasi affirmantis verba d. Bernardi, eò quòd fi-
deiusserit precibus & mandato ipsius Alexandri &
se referentis ad suas literas scriptas ad Illustrissimũ
Dominum Augustinum sibi ostensas, in quibus di
citur ipsum Alexandrum fassum esse sua causa &
12 verbo suo fuisse creditum &c. Testis † autem etiam
solus de confessione extraiudiciali absente parte
probat adminiculatiuè. Paul. de Castr. consil. 109.
sub num. 1. in fin. volum. 2. & Aym. consi. 267. nu-
me. 2. volum. 2.

Ad idem tendunt literæ d. Alexandri scriptæ d.
Bernardo, postquam fuit requisitus per d. Augusti
num de subscribẽda dicta appodissa, cũ in eis pro-
ferantur multa verba tendentia ad exonerandũ &
remediandum anxietati & indemnitati ipsius Ber
13 nardi, quæ verba † responsiua ipsi Bernardo non
ioco sed seriò requirenti & interpellari facienti ip-
sum Alexandrum vt vellet eum conseruare indem
nem, videntur eum obligare, per ea quę latè scribit
Paris. consi. 89. vol. 3. Rip. in l. 1. §. si quis ita. in fin.
de ver. obl. Aym. in tract. de antiq. in 1. par. nu 291.

Coadiuuant

Coadiuuant prædicta etiam quę dicuntur in dictis
attestationibus ipsum Alexandrum dixisse, nolo ꝙ
Bernardus patiatur damnũ, ita ab antecedenti ne-
14 cessario † arguendo contra Alexandrũ consil. 199.
vol.7. probat Aym. in d. tract. in 1. par. nu. 190.
Ex quibus omnibus breuiter & substantialiter
in causa ista adductis videtur dicendum esse plenè
probatum de intentione d. Bernardi, vel non pos-
se inficiari quin sit plusquam semiplenè probatũ,
quo casu fuit ad cautelam delatum iuramentum in
15 supplementum probationis, prout † deferri potest
etiam in causis magnis vel arduis quando est plus
quam semiplenè probatum. Alex. consil. 185. in fi.
& consi. seq. in fi. vol. 7. Ias. in d. l. admonendi. col.
101. versi. limita omnes. Marsi. sing. 27. & alibi per
doct. Accedente maximè legalitate & probitate d.
Bernardi latè probata in processu per testes. Soci.
consi. 136. col. 3. versi. præterea posita. vol. 1. quod
deferri posse etiam in probatione mandati, vbi nõ
agitur de legitimatione personæ inter procuratorẽ
& reum conuentum, sed inter mandantem & man
datarium, sentiunt Bart. Bal & Ang. in l. nõ solùm.
§. qui alieno. ff. de procur. & ex his præsertim moti
sumus ad iudicandum contra d. Alexandrum in fa
uorem d. Bernardi, & per tex. in l. cum mandato. ff.
mand. condemnando d. Alexandrum in totũ, quia
16 † duo mandatores etiam tenentur insolidum. l. fin.
& ibi glo. ff. quod ius. Bald. in l. pen. §. duobus. ff.
* mand. puntat verius, & communiter teneri per do
cto. dicit Bar. in l. eandem. col. 2. versicu. circa pri-
mum. ff. de duob. reis. & Capy. decis. 175. num. 1.
In obligatione ipsi Bernardo pro indemnitate
fideiussionis per eum factę pro d. Laurentio, quòd
essent quodammodo socij ipsi Alexander & Lau-
rentius demonstrant literæ d. Alexandri scriptę d.
Laurentio loquentes in plurali, (quanto siamo o-
bligati à M. Bernardo. &c.) & literæ d. Alexandri
scriptę d. Bernardo (che sete in ansierà per noi &c.)
facit quod scribit Soc. consi. 162. col. pen. versi. po
stremò eandem. & consi. 291. col. 7. circa fi. versic.
17 tertiò dum dicitur. volu. 2. quæ † literæ Laurentio
scriptæ etiam probant contra scribentem in fauo-
rem d. Bernardi. Aym. in d. tract. in 1. part. nu. 287.
Condemnando etiam d. Alexandrum ad conser-
uandum d. Bernardum indemnem ab eo quod pos
18 set pati dicta de causa, quia † in actione mandati
venit conseruatio indemnitatis, & ne mandatum
suscipiens patiatur damnum. l. diligenter. in princ.
& l. ex mandato. ff. mand.
Non obstat d. Bernardo respõsio per eum facta
positionibus Gentilium, dum litem cum eis habe-
ret super dicta fideiussione, cum interrogatus quæ
verba interuenerunt inter ipsos Alexandrum, Lau
rentium, Bernardum & Nicolaum Gentilem tem
pore d. fideiussionis præstitæ, responderit, quòd
interuenerunt verba ringratiatoria, inferendo d.
Alexander ex dictis verbis, quòd d. Bernardus fas
sus sit non interuenisse verba obligatoria, quia d.
Bernardus à principio d. litis contra eũ motæ per
Gentiles intẽtionem habuit, vt d. Alexander esset
sibi obligatus, vt demonstrat interpellatio per ip-
sum Bernardum in illo processu facta d. Alexan-
19 dro. Ideo dicta responsio † debet intelligi ꝙ non
sit contraria intentioni respondentis. Alex. consil.
84. nume. 4. volum. 7. Corn. consil. 91. colum. 7. li-
tera R. volum. 4.
Secundò, probatio concludens non fit, interue-
nerunt verba ringratiatoria, ergo non interuene-
20 runt obligatoria, quia † confessio debet esse certa
faciens concludentem probationem. l. certum. in
princ. ff. de confess. Corn. consil. 170. versi. & con-
fessio. vol. j. Aym. consil. 157. nume. 9. & debet esse
verisimilis, Dec. consi. 596. nume. 10. non est enim
verisimile per dictam responsionem se velle nega-
re ei dictum Alexandrum obligasse, quia esset ia-
ctare ius suum, quod lex non pręsumit. vulg. l. cum
de indebito. ff. de proba. vel si interuenerunt verba
ringratiatoria, non excluditur, quòd non interue
nerint obligatoria, quia dictio taxatiua, non subin
telligitur, Alexan. consi. 185. nume. 6. volu. 7. præ-
terea verum dicit quòd interuenerunt verba rin-
gratiatoria vt deponit etiam Nicolaus Gentilis
prolata ab ipsis Alexandro & Laurentio per quæ,
vt supra dictum est, ipsi Alexand. & Laurentius cõ-
firmarunt mandatum ipsi Bernardo de fideiuben-
do pro d. Laurentio. Ideo nulla videtur difficultas
ad causam ex dictis verbis & confessione Bernar-
di. Rursus arguendo à fortiori, mandatum in ciui-
21 libus uidetur posse probari ex coniecturis, † cum
ita in criminalibus probari possit, Gram. cõs. ciui.
74. nume. 5.
Item non obstat ꝙ dicatur respectu confessionũ
Alexandri in processu probatarum eas non præiu-
dicare, quia non fuerunt acceptatæ, vt aliqui doct.
volunt, quoniam apparet quòd fuerunt factæ ali-
quibus instantibus & petentibus pro d. Bernardo
22 ideo † probant & præiudicant, Socin. consi. 228.
col. 2. versi. secundò rñdeo. volu. 2. Paris. consi. 75.
nu. 58. vol. 2. Præterea in cõfessione ad probandũ
non videtur necessaria acceptatio partis, quod li-
* quet ex cõi doct. opin. dictante, confessionẽ absen
te parte factã per duos testes probatam facere † se-
23 miplenam probationem. cap. fina. de succes. ab in-
testa. Bar, & doct. in d. l. admonendi. Canon. in ca.
si cautio. de fide instr. Alex. consi. 36. nume. 7. vol.
24 5. & quando est geminata † confessio plenam facit
probationem, Barto. in l. cum scimus. C. de agri. &
censi. lib. 11. Feli. in d. c. si cautio. col. 10. versi. fal-
lit vltimò. ergo si pars est absens non potest acce-
ptare, tamen valet dicta confessio ad probandum,
solummodo doct. considerant apparentiam volũ-
tatis confitentis, ita fundamenta talia tamen non
adducendo sentit Cur. Iun. consi. 168. nume. 10. Al
cia. de præsump. in reg. 3. præsumpt. 20. nume. 8. Af
25 flict. de iure protom. §. 4. in 4. not. p̃iudicat † enim
confessio emanata absente parte ad probandum
aliquid per quod obligatio quæritur absenti, Ang.
in auct. de hęred. & Falc. §. si verò expressim. col. 2.
versicu. ex hoc patet. sequitur Feli. in c. cum M. Fer
rarien. col. 17. versi. secunda conclusio. de const. &
Io.

Io.de Ana. consi.85.circa fin.versic.præterea quia
emanauit. Vnde confessiones d.Alexandri emana
runt ad probandum fideiussionem per dictum Ber
nardum præstitam fuisse intuitu & ad requisitio-
nem ipsius Alexandri, & sic ex suo mandato, ex
26 quo † quæritur obligatio & actio dicto Bernardo,
d.l.j & l.cum mandato.ff.man. & sibi præiudicāt,
per supra alleg.

Item non obstat exceptio præposterarionis op-
posita,eo quòd non sit facta excussio de dicto Lau
rentio,quia ant volumus dicere dictos Alexandrū
& Laurēium insolidum obligatos esse duos reos
debendi,glo.in l.eandem,in prin.ff.de duo.re.di-
27 cto Alexandro competeret † beneficium diuisio-
nis.Capy.d.deci.180.nume.1. si ambo essent sol-
uendo,de hoc beneficio diuisionis non fuit oppo-
situm per dictum Alexandrum neque probatum ꝙ
etiam Laurentius esset soluendo, vt sibi onus pro-
bandi incumbebat, per reg.l.ei qui.ff.de proba.fir
mat Salyce.in l.fideiussor.in fi.C.de fideius. aut di
cere volumus dictum Alexandrum mandatorem
accessoriè teneri pro dicto Laurentio & cum dict.
Laur. fuerit & sit absens, & latitans, vt probatum
28 est in processu,alia † excussio non requirebatur de
ipso Laurentio. §.j.& ij. in auc.de fideius. Alexan.
consil.100. sub nume.4.vol.5.cum aliis cumulatis
per Aym.consi.201.nume.45.vol.2.videtur enim
facta excussio præsertim bonorum Laurentij, cum
d.Alexand. ad positionem Bernardi interrogatus
quæ bona habeat dictus Laurentius dixit nescire,
nisi de bonis in territorio Mediolani, respondens
29 † positionibus nedum si dicat nescire, sed etiā du-
bitare dicitur negare secundùm Ange.in l.1.C.de
probat.& in d.l.non solùm.§.qui alieno.versic.se-
30 quitur in glo.an dicat.ff.de procu.De bonis † autē
extra territoriū iudicum non tenebatur facere ex-
cussionem.Negus.in tract.de pignor.in 1.membr.
31 8.part.nume.42.Præterea amisit † beneficium ex-
cussionis ipse Alexander semper negando in pro-
cessu se fuisse mandatorem, & fuerit conuictus, vt
supra fuit ostensum,per ea quæ adducit Ias.in §.itē
si quis.num.79.instit.de act.& in l.sicut.§.1.col.1.
ff.de re iud. & in l.quæstionem. C. de fideicom. &
ita contra eum iudicaui. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisconsul.Pisauren.

CONSILIVM CLX.

ARGVMENTVM.

Pactum defuncti an tendat ad commodum & incommodum hæredis, ita quod eius pactum dicatur, latissimè discutitur. Et de pacto reali & personali, quando sit ad hæredes transitorium vel ne. Et plura de mora, & protestatione, & interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi per pactum defuncti censetur prouisum.*
2 *Dictio (plerunque) quid designet.*
3 *Pactum non transmittitur ad hæredes vbi forma verborum non patitur.*
4 *Pacta qualia & qualiter fuerint inter contrahentes habentur ex intelligentia & lectione instrumentorū.*
5 *Disponens si voluisset successores comprehendere, facilè exprimere fuisset.*
6 *Scriptura & locutio quæ non nocet est inepta & erronea.*
7 *Pactum potest ex vna parte esse personale, & ex alia in rem.*
8 *Pactum esse personale dignoscitur tam ex verbis quàm ex mente contrahentium.*
9 *Priuilegium, Pactum & vitium personale dicitur quod personam non egreditur.*
10 *Diffinitum habetur ex diffinitione effectuali, & expositione expressa cognoscitur.*
11 *Pactum ab effectu potius & re ipsa quàm verbis iudicari debet.*
12 *Pactum personale non transmittitur ad hæredem eius ex cuius parte personale est.*
13 *Obligatio personalis est cohærens personæ.*
14 *Pactū filij personale non prodest patri, nec hæredi eius.*
15 *Confinium diuersitas facit censeri esse diuersas res, & identitate rei non probata non potest obtineri.*
16 *Exceptio rei non traditæ obstat agenti ex pacto de retrouendendo.*
17 *Agens vigore pacti continentis rem incertam non potest vindicare bona petita habentia diuersos confines, non probata identitate.*
18 *Re certa non petita, ac certitudine eiusdem rei petitæ in iudicio non probata, reus absoluitur.*
19 *Consuetudines sunt probandæ, & stylus semper probari debet per scripturas, vel in his saltem semper requiritur allegatio partis.*
20 *Pactum negatiuum nō transmissibile ad hæredes accedens contractui, de cuius natura est vt ad hæredem transeat, transit ad hæredem.*
21 *Pactum & promissio de non vendendo est diuersa à venditione.*
22 *Pactum an ad hæredes transmittatur necne, distinguitur.*
23 *Pactum negatiuum aliàs personale transit ad hæredes quando aliàs non afferret commodum.*
24 *Contractus ex limitatione & conuentione partium recipit legem limitatam.*
25 *Pacti fides & lex seruanda est.*
26 *Æquitas diuersa & contraria à lege & iure non probata non attenditur.*
27 *Seruitus personalis non transmittitur ad hæredes.*
28 *Vsusfructus extinguitur morte, & non transmittitur ad hæredes.*
29 *Permissum infra certum tempus post tempus intelligitur*

tur prohibitum.
30 *Contractibus quodlibet etiam minimum verbum est intelligendum vt aliquid operetur.*
31 *Iasonis locus declaratur in quibus terminis loquatur.*
32 *Decij locus in consi. 262. declaratur.*
33 *Contractus strictè interpretatur.*
34 *Persona defuncti alia est à persona heredis.*
35 *Filia exclusa per statutum stante fratre, quò ad bona & iura paterna hereditatis amittit iura suitatis, & habetur pro extranea & mortua.*
36 *Hæres hæredis non reputatur eadem persona cum defuncto.*
37 *Nomine quo quis experitur multum refert.*
38 *Prærogatiua suitatis cohærens personæ per eius mortem censetur extincta.*
39 *Pactum non egreditur personas paciscentium, & alijs non prodest nisi ipsis & eorum hæredibus:*
40 *Priuatio præsupponit habitum in potentia vel in actu.*
41 *Dictiones, ita tamē quòd præsens obligatio &c. sunt restrictiua. & nu. 54.*
42 *Pactum personale non transit ad hæredes.*
43 *Lex si necessarias. §. de vendendo. ff. de pignorat. actio. concordatur cum alio. & nu. 45.*
44 *Pignus potest consistere tam in re aliqua, quàm in actione personali, & nomine debitoris.*
46 *Facit quod quis pro se, censetur facere pro suo hærede, licèt de eo non fecerit mentionem.*
47 *Dictio (nihil) est vniuersalis negatiua.*
48 *Instrumentum ita debet intelligi ne contradicat, & ne dicatur incontinenti factam esse correctionem.*
49 *Ius & commodum perceptum in vita defuncti ex pacto & iure personali transit ad hæredem.*
50 *Expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.*
51 *Coniectura fortiores elidunt leniores contrarias.*
52 *Verba taxatiua apposita in pacto seruanda sunt.*
53 *Extensionem non recipiunt ea quæ sunt stricti iuris.*
55 *Pactio personalis facilior est ex parte stipulatoris.*
56 *Lex. 1. ff. de constit. Princ. cum §. sed quod principi. declarantur.*
57 *Pacta quæ fiunt ad postulationem vnius & consensu duorum, dicuntur personalia.*
58 *Verba instrumenti dicuntur verba partium.*
59 *Pactum de reemendo consistit in facto.*
60 *Pactum vnius non prodest alteri, & per alterum non potest diuidi.*
61 *Tacitum non sequi ab expresso debet interpretari in contractibus pro promissore.*
62 *Taciti & expressi non est semper eadem conditio.*
63 *Pacta & conuentiones partium veluti leges obseruari debent.*
64 *Contractus quilibet licèt displicibilis sit, dentius tamē est seruandus de punctoru punctum.*
65 *Extensio non fit de vno casu ad alium quando est diuersa ratio*
66 *Priuilegium pupilli non valet contra priuilegium alterius pupilli.*
67 *Extensio per legem non fit de identitate personarum patris & filij extra casus particulares.*
68 *Facta possunt haberi pro infectis ope exceptionis.*
69 *Restitutio in integrum non datur hæredi ex pacto defuncti aduersus lapsum temporis conuentionalis, nec ex capite minoris ætatis, nec ex clausula generali, si qua mihi, nec ex capite ignorantiæ, dum agat, & non conuenitatur.*
70 *Verba edicti de minoribus loquuntur de gestis cum minore.*
71 *Petitionis forma inspici debet.*
72 *Petat quis tanquam ipse, vel tanquam alius, multum refert.*
73 *Restitutio ratione minoris ætatis non competit nisi probata minoritate.*
74 *Pronunciari debet secundùm petita, allegata & probata.*
75 *Minor propter nō factum, atque ex clausula generali, neque ex capite minoris ætatis restituitur.*
76 *Citatio certa & nominatim fieri debet.*
77 *Protestatio in iudicio facta, iudice interponente decretum, quid operetur.*
78 *Clausula (prædicta admisit si & in quantum) quid operetur.*
79 *Probatio nulla melior & efficacior reperitur confessione partis.*
80 *Pupillus non potest citari.*
81 *Reuenditionis causa est facti indiuidui.*
82 *Interpellatio legitima requiritur vt quis constituatur in mora.*
83 *Maior in indiuiduis consequitur ex persona minoris quod per se non consequeretur.*
84 *Præscriptio longissimi temporis noñ interrumpitur per citationem non legitimè factam, & nullam aliquo respectu.*
85 *Præscriptio non interrumpitur vbi pupillus citatur sine tutore.*
86 *Interpretatio fit contra fundantem se ex instrumento non clarè probante suam intentionem.*
87 *Fundās intentionem suam ex pacto, debet ex ipso pacto intentionem suam probare de necessitate, aliàs non sequitur condemnatio.*
88 *Niteus ex causa hæreditaria est in lucro.*
89 *Reus in dubio est absoluendus.*
90 *Causa principali cessante cessat accessorium.*

SVFFRAGIVM ADSIT ALTISSIMI.



Amdiu consultus respondi videri mihi dominam Ioannam contra Mancinos de Pisauro Ius non fouere, ac eius aduocationem suscipere recusaui, audiui post modum non leuis auctoritatis Iuriscon. secus sentientes pro ea respōdisse, præsertim Dominum Lelium Taurellum & Dominum Aymonem Crauettam re & nomine legum prudentum vertices. Quoniam quæ olim mihi visa est veritas magis amica est, iuxta vulgatum dictum Philosophi, Impræsentiarum lite cœpta per dictam Ioannam breues pro Mancinis allegationes faciam ac responsiones ad obiecta contra eos per Magnificū & insignem Iurisconsultum Dominum Stephanum Illustrimi Principis dignissimum Consiliarium gratia veritatis indagandæ subtiliter elicita. Præsuppono primùm,

primùm, & fateor hæredem pro se habere præsum
1 prionem, quòd per defuncti † pactum vel defun-
cto paciscenti, sibi quoque censeatur prouisum. l. si
pactum. ff. de probat. & l. veteris. C. de contrah. &
comit. stip. de pacto de retro emendo, de quo agi-
tur, glo. & doct. tradunt in l. 2. C. de pact. inter em-
pto. & vendi. Sed quia non est semper verum hoc,
& facultas datur probandi contrarium, vt tex. de-
terminat in d. l. si pactum. vbi cum ministerio dici
tur. quia plerunq; tamen hæredibus nostris &c. er-
gò non semper hæredibus nostris cauemus, vt desi
2 gnat dictio, plerunq; † de qua in l. non dubitamus.
& ibi glo. ff. de condi. & demon. & in l. si plures. de
vulg. & pup. & in l. 3. §. & quia. de offic. præfect. vi-
gil. & in l. cum principalis. & ibi Dec. nu. 2. de reg.
iur. & vbi forma verborum non patitur, non trans
3 mittitur † pactum ad hæredem, tradit Bal. in cons.
112. de generali. vol. 2. per l. eum qui ita. §. qui ita.
de verb. oblig.

Ideo inspiciendum est in casu proposito, an ita
probetur contrarium, & talis sit forma verborum,
quòd pactum per Dominum Emilium Mãcinum
factum Baptistæ Fuscutij, de retrouendendo sex
pluinas terræ emptas, non transmittatur ad d. Ioan
nam filiam & hæredem d. Baptistæ. Vtique vide-
tur probari & talem esse formam verborum pacti
prædicti, vt non transmittatur ad hæredem, & in-
spectione & lectione instrumentorum de emptio-
ne; de pactis impeditiuis alienationis quorundam
bonorum per d. Baptistam non faciendæ nisi ipsi
domino Emilio, & de dicto pacto de retrouenden
do infra quatuor annos inter prædictos contrahen
tes & paciscentes cõfectorum, quæ sunt tria instru
menta simul & eodẽ tempore super prædictis con
4 fecta, ex quorum † lectione habentur & intelligun
tur qualia & qualiter fuerint pacta inter contrahẽ
tes. iuxta l. fideiussores. §. 1. ff. de fideiuss. & l. si quis
stipulatus sit Stichum. de verb. oblig. & c. porrò. de
priuileg. cum simi. adductis per Barb. in c. ex teno-
re. col. 2. de foro comp. Dec. consi. 305. col. 1. In o-
mnibus quidem locis & particulis dictorum in-
strumentorum, vbi pacta & promissiones hincinde
fieri contingunt; tam ex parte promissoris, quàm
stipulatoris, & ambotum contrahentium, passim &
vbique leguntur promissiones per se & suos hære-
des & successores, & stipulationes cum acceptatio
nibus pro se & suis hæredibus & successoribus, præ
terquam in loco stipulationis d. Baptistæ super di-
cto pacto de retrouendendo, vt ibi. promisit & cõ-
uenit supra dicto Baptistæ præsenti & acceptãti, &
aliter non dicit instrumentum pro suis hæredibus,
& successoribus, ergo noluerunt contrahentes in
hac parte stipulationis de retrouendendo compre
hendi & contineri hæredes & successores d. Bapti-
stæ stipulatoris, quia expressissent de eis & expri-
mere potuissent, prout expressum fuit hincinde in
omnibus alijs pactis & particulis dictorum instru-
mentorum, clarum igitur videtur sub dicto pacto
non contineri hæredẽ d. Baptistæ, arg. l. 1. §. finau-
tem ad deficientis de cad. toll. & c. ad audientiam.
de deci. & c. inter corporalia. versi. vnde si circa. de
transl. episco. & propriè disponens si voluisset suc-
5 cessores comprehendere † facile fuisset exprime-
re, dicit Alex. consi. 86. col. fi. versi. facit etiam. lib.
1. & cum concor. cumularis per Tiraqu. in l. si vn-
quam. versi. libertis. num. 3. de reuoc. don. Non so-
lùm autem non fuit expressum de hæredibus, qui-
nimò ibi. præsenti & acceptãti, loco particulæ, pro
se & suis hæredibus, fuit expressè dictum, ita tñ ꝙ
præsens obligatio non egrediatur personam ipsius
Baptistæ. non refert, quòd notarius errore & igna-
rè scripserit, non ingrediatur, quia est inepta &
6 erronea scriptura & locutio, † quæ non nocet l. er-
rore. & ibi doct. C. de testa. & l. fi. & ibi gl. ff. de fi-
iuss. & l. si librarius. & ibi Dec. & Cagn. de reg. iur.
si enim rectè staret, non ingrediatur, non contine-
ret nedum hæredem sed etiam ipsum Baptistã pa-
ciscentem, quod est absurdum, recta debet ergo es
se & vera notarij scriptura, non egrediatur perso-
nam ipsius Baptistæ.

Ex quibus cõiecturis, scilicet, omissionis expres
sionis hæredum, & ex quibus verbis, scilicet, ꝙ præ
sens obligatio non egrediatur personam Baptistæ,
manifestè liquet dictum pactum de retrouenden-
do pro parte d. Baptistæ esse personale, vt ex vna
7 parte potest esse † personale, ex altera in rem. per
tex. in l. qui futurum. §. 1. ff. de pact. pactum enim
8 esse personale † dignoscitur tam ex verbis, quàm
mente contrahentium, tex. & Ang. in l. iurisgentiũ.
§. pactorũ. ff. de pact. Io. And. Ant. de But. & Abb.
in c. veniens. de transact. & Bal. in l. nisi. ff. de pact.
inquit circa cognitionem pacti personalis quòd in
hoc attendendus est tenor pacti. Diffinitio autem
seu effectus pacti vel dispositionis personalis expo
nitur quòd personam non egrediatur, vt per tex. in
l. 1. §. fi. ff. de constit. princip. & Bal. Ange. Paul. de
Cast. & Ias. in l. idem. §. personale. & Bart. & cæte-
ri in l. si tibi. §. pactum conuentum. ff. de pact. pa-
ctũ personale exponunt, quòd non egreditur per-
sonam, & Paulus de Castr. in l. continuus. §. finali.
circa finem. de verborum obligationib. dicit sti-
pulationem non egredi personam, quia est perso-
nalis, & Bald. in d. l. nisi. dicit, hic fuit pactum per-
sonale; idest quod vltra personam non egreditur,
9 personale † priuilegium etiam dicitur quod perso-
nam non egreditur. not. Imol. in l. maritum. ff. sol.
matri. Vitium personale exponitur quoque ꝙ non
egreditur personam. Spec. in tit. de recusa. §. fi. col.
pen. sub versi. sed quid si is. cum habeatur ergo dif-
finitio & expositio seu effectus pacti, personalis sci
licet, quòd non egrediatur personam Baptistæ, ex
verbis expressis & tenore pacti & obligationis de
qua agitur, habetur vtique & cognoscitur expressè
dictum pactum ex parte dicti Baptistæ esse perso-
nale, & merè personale, cum dicatur eius perso-
nam non egredi. Bartolus Paulus de Castr. & Ias.
in dicta l. nisi. quam legunt sub l. & hæredi. & §.
in his qui. & Paulus de Castr. in dicto §. persona-
10 le. quia † ex diffinitione effectuali & expositio-
ne expressa cognoscitur & habetur diffinitum. l. 1.
§. dolum.

§.dolum.& ibi doct. ff.de dolo.& doct.in l.omnis
11 diffinitio.de reg.iur.& ab effectu † potius & re ip-
sa quàm verbis etiam pactum iudicari debet.l.insu
lam.de præscrip.verb.& l.si vno. in princ.ff.locat.
cum simi.alleg. per Dec.in d.consi.305.nu.3.cum
effectus obligationis de qua fit quæstio, sit expres
sus, quòd non egrediatur actiuè personã Baptistæ.
Ergo inconuincibilis & firmissima cõclusio col
ligitur quòd ex parte d.Baptistæ tale pactũ sit me-
12 rè personale. Pactum autem personale † non trans
mitti ad hæredes eius ex cuius parte personale est,
sunt tex.expressi.in d.l.Idem.§.1.& in d.l.qui in fu
turum.§.1.& ibi Bart.& doct. & Paul.de Cast.in l.
si tibi.§.si quis paciscatur. ff.eo.de pact.ratio impe
ditiua transmissionis ad hæredem, assignatur, quia
13 † obligatio personalis est cohærens personæ.l.non
solùm.§.tale.de libera.leg.& l.vsus aquæ.de vsu &
hab.ita hoc verum est,quòd non prodest etiam,ne
que transmittitur ad filium paciscentis.probat tex.
in d l.si tibi.§.si pactus.& ibi gl.& doct. & ibi Bal.
expresè not.quòd pactũ patris non prodest filiæ.
Sicut personale pactum filij non prodest patri, nec
hæredi eius,hac sola ratione, quia personale pactũ
14 fit.d.l.& hæredi.in princ. ff.eo.de actu † personali
non egrediente personam patris in eo filium non
contineri tradit Bal.in cons.462. quando testator.
lib.5.& multa de simili actu personali non transiẽ
te ad hæredem cumulat Barb.in cons.50.col. pen.
libr.2.facit.l.eum qui ita.§.qui sibi.& §.qui ita.de
verbo.obligat.& l.si sine.§.in stipulatione.rem ra-
tam habere.

Ex quibus redditur clara conclusio, dictam Io-
annam ius non fouere, & ex prædicto pacto expe-
riri obtinereque non posse, quæ conclusio etiam
longè clarior efficietur ex resolutione & responsio
nibus ad dicta obiecta & dubitationes domini Iu
dicis,dubitatorũ enim solutio est inquisitio verita
tis, secundùm Philosophum lib.3.metaphi.te.1.

Aggredior primam dubitationem, & dico pri-
mùm ipsam Ioannam non posse niti & agere ex in
strumento emptionis & pacti retrouenditionis ad
bona per eam petita & in processu descripta, cum
diuersos habeant confines à confinibus descriptis
15 in dicto instrumento, quæ diuersitas † confinium
facit censeri esse diuersas res, & identitate rei non
probata non potest obtineri, vt docet Bar.in l.de-
monstratio.in princ.in fi.de cond.& demon. Alex.
in consi.96.vol.5.& consi.10. sub num.6.vol.4.&
Corn.consi.165.col.fi.vol.3. & Dec.in cons.109.
colu.1.& 2. Minus etiam dicitur dictum Emilium
ementem sex pluinas terræ de possessione d. Bapti
stæ ad eius electionem quò ad locum dictæ posses
sionis non probata d. electione vnquam habuisse
possessionem rei emptæ. per doctr.Bar.Ang.Alex.
& aliorum.in l.3.§.incertam.ff.de acq.poss. quàm
opinionem esse communem & sequendam asserit
Paris.in consi.55.col.1.& consi.59.nu.15.cum se-
16 quen. vol.1. obstaret † ergo agenti ex pacto de re-
trouendendo exceptio rei non traditæ .per ea quæ
scribit Dec.in consi.298.col.1. vt non possit agere
nisi prius probauerit adimpleuisse pro parte sua ad
implenda.per l.Iulianus. §. offerri. ff.de act.empt.
& l.quæro.§.inter locatorem. ff.loc.cũ concor.al-
leg.per Bal.in consi.375. Casus super quo.volu.1.
pariter etiam stante allegato stilo Auditorij duca-
lis,vt possit agi vigore pacti de retrouendendo cõ-
tra singularem successorem & tertium possessorẽ,
secundùm opin.Pau.de Cast.in l. si cum venderet.
17 de pig. act. non posset † d.Ioanna vigore dicti pa-
cti continentis rem incertã vindicare contra Hie-
ronimum Perusinum petita bona habentia diuer-
sos confines,& sic non probata identitate,iuxta d.
doctr.in d.l.demonstratio.in fi.princ.quia certa re
18 non petita, † ac certitudine eiusdem rei petitæ in
iudicio non probata,reus absoluitur. vt l.si in rem.
& ibi doct.ff.de rei vind. Quamuis etiam pro par-
te d.Ioannæ in processu nullum verbum videtur le
gi de asserta obseruantia iudicandi secundùm opi-
nio.Paul.de Castr.in d.l.si cum venderet. quapro-
19 pter hoc non videtur attendendũ, quia † tales con
suetudines sunt probandæ. per not.in l.de quibus.
ff.de legi.& in c.fi.de consuetu.& stilus probari de
bet per scripturas Dec.in consi.11.nu.11.vel in his
saltem semper requiritur allegatio partis.l.si adul-
terium.§.idem Polioni.ff.de adul.& Felin.in c.ex
tenore. in fi. de testib.

Hæc dicta sint ad remouendum primũ præsup-
positum Domini dubitantis, quatenus fiat dubita
20 tio, quòd pactum † negatiuum non transmissibile
ad hæredes accedens cõtractui de cuius natura est
vt ad hæredem transeat,quòd & id ad hæredẽ tran
seat.per l.inter stipulantem,de verb.obl.sed de na-
tura emptionis & venditionis est quòd transeat ad
hæredes venditoris & emptoris hoc pactum, ergo
&c.Respondeo, quòd non sumus in pacto negati-
uo,sed in pacto merè personali non egrediẽte per-
sonam paciscentis,vt supra probatum est,quod in-
distinctè non transit ad hæredes.per d.l.Idem.§.1.
cum alijs superius alleg.& non sumus in emptione
& venditione seu eius cõtractu, sed in pacto & pro
21 missione de vendendo,quæ † est diuersa ab ipsa vẽ
ditione,vt latè probat Aret.in consi.28.& Alex.in
consi.73.nu.5.vol.2.& consi.76.nume.11.volu.5.
Ideo glo.in d.l.2.de pact inter emp.& vend.quòd
tale pactum transeat ad hæredem nõ probat ex na
tura emptionis & venditionis, sed allegat & remit
tit se ad d.l.si pactum. ff.de proba.vbi glo.tenet re-
gulariter pacta transire ad hæredem, sed quòd hoc
fallit si est actum in contrarium, per d.l.non solũ.
§.tale.de lib.leg.& per d.l.si sine.§.si in stipulatio-
ne.vbi in §.tale,tex.arguit nõ transire ad hæredem
veluti personalem seruitutem, & sic tendit ad pa-
ctum personale,prout est in re nostra,& in d.§.si in
stipulatione. si dedita opera fuerint omissi hære-
des,non tenetur promissor ex eorum facto, & non
comprehenduntur hæredes. & per hoc dolus non
infertur, vt supra fuisse omissam hæredum expres-
sionem scienter per contrahentes probatum est,nã
agitur vt pactum non transeat ad hæredem, etiam
si expresè non dicatur hoc, sed per æquipollens
vt

vt probat text. in d. l. eum qui ita. §. qui ita. satis expressè hoc dictum est & actum, cum dicatur, præsentem obligationem non egredi personam Baptistæ, quod est de natura pacti merè personalis, vt supra latè demonstratum est, quod ad hæredem non transmitti, certi iuris est, per iura clara superius allegata. & sic cum glo. in d. l. 3 de pact. inter empto. & vend. alleget d. l. si pactum. & ibi glo. adducat fallentiam prædictam similem casui nostro super pacto concernente materiam d. l. 2. habemus in terminis decisionē nostræ quæstionis per dictas Glo. simul iunctas & in d. l. 2. & in d. l. si pactum: adducendo vt supra.

Secunda soluitur dubitatio, quòd non videtur aggredienda materia pacti negatiui quòd ad hæredem transeat, cum aliàs nullum afferret commodum, per not. per Bar. & doc. in l. si sic. de verb. obl. & in d. l. qui in futurum. §. 1. per l. si ita stipuler. de verb. obl. super stipulatione non prohibendi colligere vindemiam, quia sumus in pacto affirmatiuo de retrouendendo & merè personali ex conuentione expressa partium, scilicet ne egrediatur personā Baptistæ, de quo Bar. & doct. in d. l. si sic. faciunt a-
22 liud separatum membrum, † ex parte stipulatoris & ex parte promissoris, in quo cōmuniter concludunt, ex parte stipulatoris, vbi sumus in facto cohærente personæ, vt est nostrum factum ita cohærens personæ quòd eam non egreditur ex dicta expressa conuentione partium, tale pactum non transire ad hæredem, & aliter dici non potest in pacto merè personali, prout est nostrum. per tex. expressos in d. l. Idem. & in l. qui in futurum. cum alijs supra alleg. & per fallentiam traditam in gl. d. l. si pactum. vt supra fuit adductum, & quatenus respectu perso-
23 nalitatis argumentatiuè diceretur, sicut † pactum negatiuum aliàs personale transit ad hæredē, quando aliàs non afferret commodum. per d. l. si ita stipuler. loquentem de vindemia colligenda, ita pactum de quo agitur mortuo d. Baptista durante termino quatuor annorum præfixo ad reemendum, dicta receptione non facta videtur transire ad hæredem, vt commodum afferat, & ne dicatur id pactum fuisse factum ad vitam ipsius Baptistæ, quod fundamentum secundùm Dominum dubitantem dicitur videri naturale & consonū æquitati & forsan veritati. Respondeo non videri conuenire & facere ad rem notata in d. l. si ita stipuler. & per doc. in d. l. si sic. super facto vindemiæ colligendæ, quia vindemia prius vtiliter colligi non potest, nisi congruo tēpore & vuis maturis, non sic est in facto de quo agitur, quia tempus quatuor annorum præfixum fuit totum fauore & commodo d. Baptistæ, vt commodè posset in qualibet parte temporis dicto rum quatuor annorum reemere, & tantum cōmodum in principio & medio quàm in fine attulisset, vt dicitur de habentibus dilationem ad aliquid expediendum. vt l. eum qui Calendis. in fi. de verbo. obl. & l. intra dies. & ibi not. doct. de re iud. & sēm per dicto termino quatuor annorum durante potuisset cogi dominus Emilius seu eius hæredes ad retrouendendum dicto Baptistæ. per d. l. 2. de pact. inter empto. videlicet ipsi Baptistæ & non hæredi seu alteri personæ, quia dicta obligatio & pactum vltra tempus limitatum annorum quatuor, habet aliam limitationem, quòd non egrediatur personā
24 Baptistæ, ex qua limitatione & conuentione † partium contractus recipit legem limitatā. l. 1. §. si cōuenerit. ff. depo. & c. contractus. de reg. iur. lib. 6. & limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. de acqu. rerum domi. vt in simili arguit Ias. in l. si ita quis promiserit. §. Seia. col. 4. versi. Item con tractus. de verb. oblig. effectus huiusmodi limitatę causæ, obligationem personam non egredi, est talis, quòd merè personalis est obligatio & ad hæredem non transit, vt latè ostensum est supra, postquam per partes agi potest quòd pactum non transeat ad hæredem. per glo. in d. l. si pactum. vt hic esse ita actum fuit pariter superius demonstratum.
25 Cuius † pacti fides & lex seruanda est l. legē. C. de pact. & l. Iurisgentium. §. prætor ait. ff. eo. & l. 1. de pact. inter empt. & vend. cum vulg. hoc autem dici est naturale & verum & æquitas approbata à lege, per tex. in l. 1. in prin. ff. de pac. & alia diuersa & cō
26 traria æquitas † à lege & iure nō probata nō est attendenda, vt scribit Ias. in l. quod si Ephesi. §. 1. circa fi. de eo quod cer. loc. Nam postquam prius inter dictas partes est conuentum, quòd præsens obligatio nō egrediatur personam Baptistæ, & sic effecta sit personalis ex parte d. Baptistæ, est quidem similis & eadem cum alijs iuribus personalibus. s.
27 vsufructu & seruitute, vt ad seruitutem † personalē arguit Iurisc. in d. l. non solùm. §. tale. vt ad hæredem non transmittatur, quia hanc consequentiam personale est, ergo non transit ad hæredem, non solùm à doctoribus, sed à proprijs legibus passim fieri videtur. vt d. l. Idem. §. 1. & d. l. & in prin. & d. l. vsura quæ. & in alijs, quo stante præsens dubitatio soluitur & dirimitur per text. in l. ambiguitatem. C. de vsu & habitat. vbi si est relictus & datus vsusfructus alicui sub certo tempore, forte decem annorum, & vsufructuarius moriatur durante tempore, extinguitur quidem vsusfructus, non obstante quòd tempus præfixum adhuc duret, hac ra
28 tione mouetur Imperator, quia † vsusfructus extinguitur morte, & non transmittitur ad hæredem, pari ratione & ita dicto Baptista mortuo durāte tempore quatuor annorum, dictum pactum personale non transit ad eius hæredem, & extinguitur eius morte, & non est absurdum & inconueniens dicere, quòd d. termino quatuor annorū durante sit factum pactum ad vitam d. Baptistæ, cum expressè per contrahentes sit conuentum talem obligationem personam Baptistæ non egredi, ideo ad hæredes non transmitti, & finiri morte, vt sæpius dictū & probatum est supra. Quæ conuentio (personam non egredi) nequaquam poterat operari nisi durāte termino dictorum quatuor annorum, quia post dictum tempus quatuor annorum ab vtraque parte penitus extinguebatur dictum pactum de retro uendendo tam respectu paciscentium, quàm hæredum,

29 dum, quoniam † permissum infra certum tempus
post tempus intelligitur prohibitum. l.statuliberũ.
§.Stichum.de legat.2.Paul.de Cast.in terminis in
consi. 351.in 2.part.Ias.in d.§.Scia.colum.4. & in
d.l.cum qui ita. §.qui ita.el.1. col.4. & Paris.con-
sil.81.num.31.vol.2. itaque videtur tenendum di
ctam conuentionem operari vt supra, quia post
tempus quatuor annorum aliàs esset omnino sine
effectu aliquid operandi, contra l.si quãdo.in prin
cip.de leg.1.& c.si Papa.de priuileg.in 6.& est no-
ta.& vulg.doctr.Bald.in rub. C.de contrah.empt.
in 11.q.per doct.communiter receptam, & in ple-
30 risq; locis relatam, quòd † in contractibus quod-
libet etiam minimum verbum intelligi debet vt
aliquid operetur, & consequenter ad diuersa & ex
tra terminos nostræ quęstionis videtur loqui Dec.
in consi.262.colu.2. & esse sublata omnia allegata
in d.secunda dubitatione.

Tertia obiectio fundata ex not.per Ias.in l.stipu
latio ista habere.in princip.colum.3.in 4.notab.&
in pluribus ex adductis per Dec.in d.consi.262.pa
riter euitatur in casu proposito continente pactum
affirmatiuum specialiter & expresè non egrediens
personam stipulatoris,& sic merè personale, Iason
31 † verò ibi loquitur in promissione negatiua, & ex
parte promissoris etiam cum taxatiua,licèt, vbi ad
esset taxatiua ibi Ias.in fine dicti quarti nota.refert
Bar.in d.l.qui in futurum.§.1.& in d.l.si sic. & A-
lexan.& Aret.in d.l.stipulatio ista habere. contra-
rium tenentes,& sic non intelligi de persona hære-
dis.& hæc opinio postremò relata censetur opinio
Ias.per eum approbata,per gl.in l.qui filium.§.Sa-
binus.ff.ad Trebel. & Curt.Sen.in consi.1.nume.
23.& dicit Imol.in d.l.si sic.col.pen.versicu.& per
prædicta.quòd hæc opinio Bart. subintelligens ta
xatiuam in d.l.qui in futurum. §.1.propter eius au
ctoritatem seruaretur in practica,per quam taxati-
uam secundùm Bar.Ang.Fulg.& Modernos idem
Ias.dicit in d.l. nisi. constitui pactum personalissi-
mum,quod ad hæredes non transit, vt etiam pro-
bat Socin.in consil.293.col.fin.volum. 2. Et Dec.
32 † in dicto consi.262. loquitur in casu vbi agitur de
beneficio quod latè interpretatur.l.fin. de constit.
princi.vt ibi per eum colu.3.& in dispositione rea-
li, vt ibi per eum colum.4. hic sumus in contractu
33 † qui strictè interpretatur.l.quicquid astringendæ.
de verborum obligationibus. & Socinus in dicto
consilio 293.columna fina. & Alexander consilio
204.columna 2.sub numer.7. libr.2. vbi probat in
contractibus filium & patrem non reputari eandẽ
personam, & in dispositione ita personali,quæ ex
expressa conuentione non egreditur personã, quæ
si ex dictis doctorum ad diuersas materias addu-
ctorum per Dec.in d. consi.diceretur transmitti ad
hæredes seu filios,diceretur cõtra iura & leges ex-
press.superius alleg. Nam si d.est obligationẽ per-
sonam Baptistæ egredi non posse,& comprehenda
tur hęres vel filia,egrederetur quidem d.obligatio
34 personam Baptistæ, quia † alia est persona defun-
cti & alia hæredis. Dec.in l.hæredem.in princi.de
regu. iur. & multoties aliud in persona defuncti &
aliud in persona hæredis seruatur.Alex.in l.si mihi
& tibi, circa fin.prin.de leg.1.& alia persona patris
& alia filij,quia dicitur eadem fictione iuris in ca-
sibus particularibus auctoritate legis, quæ vlterius
procedit ita disponendo,sed extra casus particula-
res regula iuris est in contrarium,ita declarat Dec.
in l.fi.col.1. & 2.versi. Vlterius tamen aducite.C.
de impub.in materia de qua agitur, pactum patris
non prodest filię. Bal.in d.l.si tibi.§.si pactus.& ibi
cæteri,nec econuerso pactum filij prodest patri. d.
l.& hæredi.in prin.hac ratione assignata ibi in tex.
quia personale pactum est. Ideo rectè declarat ta-
lem fictionem non procedere in facto personę co-
hærente (vt est id de quo agitur, per supradicta)
Angel.Aret.in §.ei qui. institut. de inutil.stipulat.
refert Dec.in d.l.fina.colum.1.probat text. in l.an
inutilis.§.fina. ff.de acceptila.& in l.fin.in princip.
de verb.oblig.

Præterea,cessant motiua ex mente Dec.in dicto
consil. 262. adducta respectu suitatis filij & conti-
nuationis dominij in filium,quia ista Ioanna filia
35 † exclusa per statutum stante Sebastiano eius fra-
tre, vt ipsa fatetur in libello & petitione, quò ad
bona & iura paternę hęreditaris amisit iura suita-
tis & habetur pro extranea & mortua. vt per Bart.
in l.1.§.sciendum.ff.de suis & legitim. & Bal.in l.
maximum.in fi. C.de liberis præteritis.cum mul-
tis cumulatis per Brun.in tract. de statu.fœmi. ex-
clu.in decimo artic. in quæst.3. vbi dicit hanc esse
* communem opinionem, dicit Bald.in l.quædam.
§.his autem.ff.eden.quòd filia quæ debet esse con
tenta dote ex forma statutorum,non venit appella
tione hæredis vel successoris.

Cessat quoque alia præcipua ratio fundamen-
torum aduersæ partis,quòd ipsa filia & hæres cen-
seatur eadem persona cum defuncto, quoniã non
venit vt hæres Baptistæ patris, sed vt hæres Seba-
stiani fratris & hæredis dicti Baptistæ, vt cantat
sua petitio & libellus contra eam probans. per l.
36 cum precum. de liber.ca.cum vulga. Ideo † hæres
hæredis non reputatur eadem persona cum defun-
cto,vt not.probat Paul.de Castr.in consi.197. Vi-
sis dubijs.sub nume.2.lib.2.& sequitur Dec.in d.l.
37 hæredem.numero 8.multum enim refert † an tan-
quam alius & quo nomine quis experiatur. vt l.2.
§.sed si ipsa mater.ff.ad Tertullianum.& l.si filiam
qui patri.de bonis liber l.filius.§.fina. ff.de inoffi-
cioso testamen. & l.3.§. sed & si.iud.solui, cum si-
milibus. Ideo hac prærogatiua suitatis & hæredis
Baptistæ dicta Ioanna agens tanquam Sebastiani
38 hæres vti non posse videtur, quæ † vti cohærens
personæ dicti Sebastiani per eius mortem censetur
extincta. per nota.in l.1. ff.de manda.princip. in l.
cum patronus.de legat.2. & in cap.priuilegium.de
regul.Iur.in 6.

Porrò ad rem non videntur facere extensiones
39 de taxatiuis ad casus similes, quia † pactum huius-
modi non poterat egredi & prodesse alijs perso-
nis extraneis nisi paciscẽtibus & eorum hæredibus
& succes-

& ſucceſſoribus, vt l.ſi vnus. §. ante omnia. & ibi poſt alios nota.Iaſ.ff.de pact.& d.l.veteris. & d.l.ſi pactum. ergo conueniendo expreſsè talem obligationem perſonam Baptiſtæ egredi non poſſe, non perſonas extraneas aliàs excluſas, ſed filios & hæredes Baptiſtæ,qui ſolummodo poſſent comprehédi,ad hanc obligationem admitti paciſcentes noluiſſe cenſendum eſt, ne ſit fruſtratoria talis conue
40 tio contra d.vulg.l.ſi quando. vtque priuatio † præſupponat habitum in potétia vel in actu. l. decem. de verborum obli.l.legatum nulli. de adimen.leg. l.cum hæres. de liber. leg. & cap.ad diſſoluendum. de deſpon.impub. vnde conuentionem iſtam extédere ad includendum ipſos filios & hæredes excluſos & priuatos,nó eſt extenſio, ſed eius deſtructio, contra claram diſpoſitionem cótrahentium, quòd obligatio non egrediatur perſonam Baptiſtæ, re-
41 ſtrictiuè etiam diſponendo per dictiones. † Ita tamen ꝙ præſens obligatio &c. quæ ſunt reſtrictiuæ, Dec.in conſi.227.nume.6.& Caro.Ruin.conſil.1. nume.12.lib.4.& accedente pactorum natura,quę eſt ſtricti iuris.Pariſ.conſi.52.nu.9.lib.1.veniretur quoque contra d.l.idem. §. 1. & d. l. qui in futurũ. §.1. diſponentes pactum perſonale non egrediens perſonam non tranſmitti ad hæredes, quæ non uidentur admittenda, cum paſsim leges quibus vimur clamant, & pacta & leges ipſas obſeruari debere.

42 Ad præmiſſa,quando pactum eſt perſonale, † ꝙ non tranſeat ad hæredem(vt di ctum eſt)facit text. in d.l.non ſolum. §.tale.ad quem tex.non videtur militare reſponſio tradita quòd nó obſtet, quia in verſiculo ſequen.ibi.ſi liberationis verba in ré &c. quaſi continuando taxatiua non obſtante tranſeat ad hæredem,vbi in rem eſt collata liberatio, & hic ſumus in reali propter ſtylum Auditorij prius præſuppoſitum ex iſtis pactis de agédo in rem. Replicatur uim nó ſtare omnino in taxatiua ſed in actu ꝑſonali vel reali non reſpectu rerum aliquarum ſub diſpoſitione comprehenſarum,ſed generalitatis facti non reſpicientis perſonas niſi demonſtratiuè, iuxta diſtinctionem,tex.in d.l.iuriſgentium. §.pactorum.vnde text.in d.§.tale. quoad tranſitum ad hæredes decidit ambos caſus & facti perſonalis & facti realis,in prin.perſonale non tranſmitti ad hæredes dicit,& in d.verſicu.ſi liberationis. ad hæredes tranſire liberationem collatam in rem.i.in ipſum principale negocium in diſpoſitione exequédum,per.d.§.pactorum.& non in aliquas res materiales,& ſic non contrarij,ſed concordes videntur tex.in d.§.tale.diſponente vt ſupra. & text.in l. ſi neceſſarias.§.de vendendo. ff.de pigno.acti.qui
43 † in princ.dicit,vt omnes contineat. ſ.paciſcentes & hæredes,vt indicat verſiculus ſequens. ſed & ſi, de uendendo pignore pactio debet cócipi In rem,
44 eo modo vt dicitur in d.§.pactorum.& pignus† poteſt conſiſtere tam in re aliqua, quàm in actione perſonali,& nomine debitoris.vt l.ſi conuenerint. in prin.ff.eo.de pign.acti.& ſic text.in d.§.de uendendo,non loquitur magis de re pignorata. ſ. materiali,quàm de aliqua actione perſonali ſeu nomine debitoris pignorato,cum ibi non diſtinguatur, neque nos debemus diſtinguere. l.de precio. ff. de Publicia.

Intantum ergo pactio in rem omnes continet,
45 ꝙ † tex.in d.§. de vendendo, ſtatim ſubiungendo & cótinuádo dicit.ſed etſi creditoris duntaxat &c. taxatiua hæc,non pactionis, ſed iuriſconſulti eſt, vt tenet Alexan.in d.l.ſtipulatio iſta habere. in pr. cum quo ibi tranſit Iaſ. quaſi dicat facta pactione in rem, ſed pro certè, vt poteſt exponi ſecundum Calep. quamuis perſona creditoris duntaxat.i.abſque expreſſione hæredum fuerit in tali pactione comprehenſa.ſ.demonſtratiuè,iux.d.§.pactorum. hæredes tamen veniunt. & idem diſponitur in d. §.tale. in d.verſi.ſi liberationis,ſuper facto in rem, vt ibi.vt adiectio hæredis perinde &c.& in prin.loquitur de taxatiua poſita ab homine, intantum ꝙ facit diſpoſitionem perſonalem, vt ibi. quoties.n. cohæret perſonæ &c.taxatiua verò in d.§.de vendendo, appoſita cognoſcitur in loquutione narrationis legis per iuriſcon.ſecundum Alex.& eo modo ſupra declarato,& in pactione in rem.Cũ enim quodlibet pactum in rem abſque perſona ſaltem demonſtratiuè fieri non poteſt. d.§.pactorum. rectè quiſque dicet tale pactum tranſire ad hæredé, etiam ſi in eo duntaxat perſona paciſcentis ſit có-
46 prehenſa, quia † quod quis facit pro ſe, cenſetur facere etiam pro ſuo hærede, licet de eo nó fecerit mentionem, vt Pau. de Ca.interpretatur tex. in d. §.de vendendo.per regulam d.l.ſi pactum. cum ſimil.hoc ſemper intellecto,dummodo contrarium non eſſet actum,vt d.§.de vendendo.in ſi.& gloſſ. in d.l.ſi pactum. hæc vera concordia & verus intellectus dictarum legum uidetur in nullo obſtans d. Mancinis, imò eis in cauſa iſta conueniens optimè,tum reſpectu d.§.tale.in prin.diſponentis perſonale pactum nó tranſire ad hæredes, tum etiam reſpectu. d.§.de vendendo.vbi pactum etiam in ré tranſit ad hæredem,dicit ibi tex. ſi nihil contrariũ actum eſſet.pondero dictionem,†nihil,quę eſt vniuerſalis negatiua, Alexan.in conſi.10. col.penulti. num.12. vol.2. ergo quicquid minimum appareat agi in contrariũ,ſufficit,vt hæredes non contineantur,à ſenſu contrario arguendo. iuxt.l.j.§.1. de off. eius. hic autem per ſuperius demonſtrata, dum in hac ſola parte inſtrumenti omiſſa eſt expreſſio & nominatio hæredum,dumque conuentum eſt obligationem non egredi perſonam Baptiſtæ, id ſtipulatorem egiſſe ne hæres eius peteret palam eſt, vt vtar verbis iuriſcon.in d.l.eum qui ita.§.qui ita.de verborum oblig.

Quartum dubium,fundamentum faciens ex cóiectura pro hærede elicita, quòd Baptiſta non poſſit reemere animo alienandi alicui, ſed retinendi pro ſe & ſuis hæredibus, ergo tale pactum extendi debet ad hæredes, pariter pro Mancinis fit clarum & ſoluitur,quia à principio,vt ſupra clarè demonſtratum eſt,ex parte d.Baptiſtæ fuit conceptum pactum perſonale ad reemendum, vnde poſtea alio pacto

pacto exposito, quòd facta reemptione non possit
alienare, sed retinere pro se & suis hæredibus non
censetur partes recessisse à d.primeuo pacto. vt no.
Bal.in l.item quia.in 4.notab. ff.de pact.& ibi glo.
48 fi. & doct. & ita debet intelligi instrumentum † ne
contradicat,& ne dicatur incontinenti factam cor
rectionem esse. Dec.in consi.317.nu.4.& in consi.
12.col.pen.versi.Item correctio.Nam facta reem-
ptione,quod est commodum perceptum ex d.pri-
mæuo & principali pacto de reemendo, potuisset
reemptor retinere d.rem pro se, & hæredes, etiam
si de eis nõ esset facta mẽtio,possent retinere, quia
49 † ius & commodum perceptum in vita defuncti ex
pacto & iure personali transit ad hæredem,vt pro-
batur in præallegat.l.non solùm.§.tale.& in l.cum
oportet.§.non autem.versic.& si quid ex vsu.C.de
bon.quæ libe.& in l.si vsufructuarius.ff.qui.mo.v-
sufr.amit.ergo expressio hæredum in casu istius se-
50 quentis pacti,qui aliàs tacitè insunt,† nihil opera-
tur.per regulam.l.non rectè.C.de fideius.& l.3.de
leg.1.cum vulg.præsertim ad colligendam præten
sam coniecturam de hæredibus cõprehensis in di-
cto pacto principali de reemendo, quod esse perso
nale non egrediens personam Baptistæ ex forma
dicti instrumenti & per supradicta videtur clarum,
ideo non est opus coniecturis.l.cõtinuus. §. cũ ita.
de verb.obli. Maior enim & vrgentior coniectura
imò veritas videtur exclusionis hæredum in d. pa-
cto,cum ibi non solùm præter stilum notarij & am
plitudinem & reiterationem promissionum & sti-
pulationum pro hæredibus,in omnibus alijs locis
d. instrumentorum omissa est stipulatio & accepta
tio pro hæredibus ex parte d.Baptistę,sed etiam in
loco scripturæ pro stipulatione pro hæredibus ap-
posita est d.pactio & restrictio. Ita tñ ꝙ præsens o-
bligatio non egrediatur &c.& ita apertum & clarũ
hoc se manifestat,ꝙ nulla disputatione videtur ege
re,nihilominus istæ coniecturę & expressio ꝙ prę-
sens obligatio nõ egrediatur &c. vincunt & elidũt
51 † oẽs alias leuiores coniecturas cõtrarias. l.diuus.
ff.de in inte.rest.cũ sim.adduct.per Mars.in practi-
cri.§.diligenter.nu.193. Pactũ aũt de reemẽdo est
vnũ principale,& pactũ ꝙ reẽptio fiat,nõ aĩo alie-
nãdi, sed retinendi pro se & suis hęredibus cũ pro-
hibitione alienatiõis,est aliud,vnde ex diuersis nõ
fit illatio.l.naturaliter.§. nihil cõe.de acquir.poss.
Fallentia verò aliqua ex cõiecturis adducta per
Bar.in d.l.si sic.non vr̃ facere cõtra Mãcinos.Qui-
nimò pro eis facere vr̃ fallẽtia per Bar. adducta ibi
dem super 3.membro 1.articuli stipulationis nega
tiuæ in vlt.dist.vbi dicit,aut potest hr̃e hæredẽ, tũc
in dubio intelligitur persona hæredis,& in hoc ad
ducit duas fallen.primã,si esset apposita aliqua di-
ctio taxatiua.Itẽ fallit si ex alijs coniecturis hoc ap
paret,& hæc vlt.fallen.conuenit casui nostro,ꝙ nõ
intelligatur persona hęredis ex d.manifestis conie
cturis ob accuratã omissionẽ stipulationis ꝓ hęre-
dibus,& in loco d.stipulationis,ob d.pactionẽ ex-
pressam. Ita tñ ꝙ p̃ns obligatio nõ egrediatur &c.
& sic quartum dubium penitus sublatum videtur:

Nec vr̃ militare respõsio tradita cõtra Con.184.
1.vol.Belhom.pręsertim in nostro casu, per ea quę
latius fuere superius d. in responsione nostra cõtra
tertiam obiectionẽ, ꝙ sumus in pacto affirmatiuo
personali nõ inducto per aliquam taxatiuã,sed per
expressionem ipsius pacti,ꝙ non egrediatur perso-
nam Baptistæ,& sic nõ extendatur ad alios. l.filios
& hæredes,quibus poterat prodesse d.l.si pactũ. &
non alijs.d.l.si vnus.§.ante oĩa. & ibi gl.ff.de pac.
vt non sine effectu operãdi cẽseatur apposita hmõi
prohibitio egressionis extra personã Baptistæ,sicut
esset si extenderetur ad hæredes, & sumus in pacto
personali cognito non per dictiones taxatiuas,sed
per verã diffinitionẽ effectualẽ à partibus expres-
sam ꝙ non egrediatur paciscentis personã,qđ ideo
iura & doct.in locis supra alleg. indistinctè tradũt
ad hæredes nõ transire, & cessant extensiones tra-
ditæ in locis per doc.in cõtrariũ alleg. quæ ẽt locũ
malia verba, & sic vnus testis fortè memoriæ man
dans formam verborum prima vice prolatorum se
cundùm ea deponit, & alius de verbis forsan pro-
latis secunda vice, & sic possunt concordari, arg. l.
sed & posteriores. ff. de legi. & sustineri. ca. cum tu.
de testib. quia omissa omni formalitate verborum
sufficit liquere de voluntate & intentione testato-
ris circa suum testamentum, vt est bonus text. in l.
quoniā indignū. & in l. in testamentis. C. de testa.
Non obstat, quòd omnes testes non deponunt
de proprijs nominibus filiorum & hæredum dicti
Francisci, vt requiritur per l. Iubemus. §. 1. C. eod.
quia Doninus secundus testis, Nicola quartus te-
stis, Ioannes quintus testis, Angelus sextus testis &
ser Ioannes decimus testis attestantur de Ioā. Iaco
bo & Ioā. Andrea nominibus proprijs filiorum d.
Frācisci hæredibus relictis & institutis, & isti quin
que testes sunt in numero sufficienti ad probādum
testamentum: quia sumus in terris Ecclesiæ de feu
7 do Ecclesiastico, vt est notorium, in † quibus ad te
stamenti probationem sufficiunt quatuor testes, vt
* est com. opin. doct. Corn. in consi. 261. col. fi. vol.
4. vbi loquitur de terris Ducis Vrbini. Alex. in con
sil. 176. Viso processu. col. pen. vol. 5. vbi etiam re-
spondet, quando dos est relicta per patrem filiæ, &
non fuerit dictum iure institutionis, non vitiatur
testamentum, & vbi sit statutum, quòd filia nō suc-
cedat stantibus filijs masculis, idem in consil. 47.
Abundè volu. 2. & de probatione testamenti per
quatuor testes plenè per Deci. in consil. 284. Viso
puncto. col. 4. vbi etiam attestatur hanc esse cōem
opinion. à qua in iudicando non est recedendum.
Præterea cum omnes septem testes sunt concor
des in deponēdo de institutione filiorum, videtur
sufficere talis nominatio filiorum: quia sufficit in
8 exhæredatione. l. 2. de lib. & posth. quæ † est odio-
sa, ergo magis tenēdum est in institutione, quæ est
fauorabilis & honorabilis. l. filium. §. sed si portio.
de leg. præstan. de hoc videtur text. in l. quoties. §.
si quis nomen. ff. de hære. institut. & in specie Rui.
consi. 1. num. 20. lib. 2.
9 Item in testamēto requiritur, quòd † testes sint
rogati vel certiorati se ad testamentum esse adhibi
tos, vt possint de eo perhibere testimonium. l. hære
des palam. §. in testamentis. & ibi Bar. & docto. ff.
de testam. & in l. hac consultissima. C. eo. in princ.
vbi præcipuè Ias. dicit sufficere testes esse vocatos
vel à notario, vel à testatore, vel à quocunq; alio,
& non obesse si aliqui dicant esse rogatos à testato
re & aliqui à tabellione, & Soci. in l. si quis ita. nu.
3. ff. de reb. dub. & in proposito sat esse videtur si te
stes

ſtes certiorentur vt interſint teſtamento, per tex.in
d.l.hæredes palam.§.in teſtamentis. quod optimè
euenit in teſtamento d.Franciſci, vt dicti teſtes om
nes dicunt. Quibus quò ad eorum rogitum & vo-
cationem ad teſtamentum credi debet, vt per Bar.
10 & Bal.in l.diuus.ff.de mili.teſt.Quinimò † de ro-
gitu teſtium probatur per duos teſtes, Bal.in l.2.co
lum.2.verſi. pone in inſtrumento. C.de bon.poſſ.
ſecundùm tab.& Alex.in conſil.47.abundè.col.1.
vol.2.dicit ita eſſe communem opinionem. & Iaſ.
in d.l.hac conſultima.col.2. vbi etiam alleg.Bald.
in l.comparationes.in 3.notab. de fide inſtru. ita-
que Nicola quartus teſtis, Ioannes quintus teſtis &
ſer Ioannes decimus teſtis probant vocationem &
rogitum omnium teſtium, qui ſer Ioannes licet vo
catus eſſet, vt notarius ſcriberet teſtamentũ, tamen
modo vt teſtis examinatus ꝓbat, Bar.Pau.de Caſt.
& doct.in l.Domitius. ff.de teſta.& Bal.in l.fi.col.
pen.verſ.circa quod.C.de fideicom. & Cal.in con
ſil.92.in ſubſcrip.Ant.Roſelli.col.pen.ſub nu.10.

Pariter omnes dicti teſtes atteſtantur d. Franci-
ſcum d. ſuam voluntatem & teſtamentum protuliſ
ſe & dixiſſe vnico contextu & vna hora abſque ali
quo interuallo, vt requiritur, per tex.in d.l.hęredes
palam.§.fi.& in l.cum antiquitas. & ibi per docto.
C.de teſta. Præter id quoque quòd præſumitur d.
Franciſcum fuiſſe (quando tale faciebat teſtamen-
tum) ſanæ mentis & in bono ſenſu, hoc etiam de-
ponunt omnes dicti teſtes, iudicio & credulitate
eorũ id ſufficientes probantes, concurrẽte eo præ-
ſertim quòd dicunt d. Franciſcum audiuiſſe & in-
tellexiſſe articulatè & intelligibiliter loqui, ita in
ſpecie tradit Deci.in conſi.489.In caſu.colum.fin.
qui alios allegat.

Non obſtat, quòd Franciſcus teſtator (vt aliqui
teſtes dicunt) errauerit in nomine vnius filij in ſe-
cũda vice, qua interrogatus à ſer Ioanne fuit. quia
11 † error in nomine hæredis regulariter non vitiat.
l.ſi in nomine.C.de teſtam. & quia ſatis videtur eſ
ſe quòd prima vice propalando & diſponendo co
ram tęſtibus ſuum teſtamentum in nominibus fi-
liorum hæredum non errauerit, vt dicunt illi quin
que teſtes ſupra nominati, & cum eis cõcordat Pe-
trus Paulus tertius teſtis, adeo quòd completo ſe-
mel ſuo teſtamento & coram teſtibus declarato,
non ſolùm quòd teſtator poſtea errauerit in nomi-
ne vnius filij, ſed etiam ſi mortuus eſſet vel obmu-
tuiſſet non coſtito quòd aliud voluerit diſponere,
ęius teſtamẽtum valet, per l.ſi is qui.ff.eo.de teſta.
& cum prima vice benè nominauerit & non erra-
uerit, ſuperflua fuit alia interrogatio, dici enim ſo-
12 lęt. Superflua † non nocere.l.teſtamentum.C.eod.
Non dicitur varius & minus probare Angelus ſex
tus teſtis, quòd dicat plus alijs, Franciſcum errasse
in nominibus amborum filiorum in illa ſecunda
vice, Anto.in cap.2. de regular.refert Soc.in conſi.
171. 3.col.verſi.confirmatur. vol.2.& Dec.in con
ſil.100.col.4.Cuius erroris cauſa fuit (vt teſtes di-
cunt) exclamatio facta per vxorem, de qua infe-
rius dicetur.

Inſuper non refragatur, quòd videatur dictũ te-
ſtamentum non completum & perfectum, cum ſer
Ioãnes tabellio rogatus illud ſcribere, illud nõ pu-
blicauerit; quia fortè potuiſſet teſtator aliquid mu
tare antequã notarius illud legeret & publicaret,
& per alia quæ plenè adducit Deci. in conſil.159.
Quoniam in hoc conſiſtit tota quæſtionis difficul
tas, ideo accuratè reſpondendum eſt. Et primò, fa-
cti quæſtio in conſilio Decij eſt diuerſa à caſu no-
ſtro, nam ibi teſtes deponebant, quòd teſtator ordi
nabat per verba futuri temporis, quæ non diſpo-
nunt, vt ibi in 4.col.verſi.ad maiorem autem. & ꝙ
de teſtamento notarius nõ ſolùm eſſet rogatus ſed
ab eo publicum inſtrumentum conficeretur vt ibi,
in col.5.ibi.quia (vt patet) concorditer deponunt,
quòd teſtator volebat quòd de teſtamento ſuo eſ-
ſet rogatus dominus Ioan.de Calco notarius, & ꝙ
ab eo inſtrumentum publicum conficeretur &c.&
in col.fi. ibi. & iſta opinio videtur veriſſima in ca-
ſu noſtro, in quo apparet teſtatorem voluiſſe quòd
eſſet rogatus notarius, qui conficeret inſtrumentũ
publicum de teſtamento &c. non ſic eſt in caſu no
ſtro, in quo teſtator locutus eſt per verba præſentis
temporis diſpoſitiua, vt omnes ſeptẽ teſtes dicunt,
& non apparet teſtatorem dixiſſe ſer Ioanni nota-
rio, vt de ſuo teſtamento publicum conficiat inſtru
mentum, niſi ꝙ ſcriberet, & ſcripſit (vt omnes dicti
teſtes dicunt) adeo ꝙ in hoc fuit adimpletus iuſſus
teſtatoris, & alia ſunt diuerſa, vt inferius dicetur.
13 ita † ex qualibet diuerſitate & mutatione facti to-
tum ius mutatur, Dec.in l.precibus. in 2.notab.C.
de impub. & al.ſubſti.facit.l.Papinianus.ff.de mi-
nor.& Spec.in tit.de aduoc.§.nunc tractemus.col.
1.Secundò, quãuis notarius fuerit rogatus ad ſcri-
bendum teſtamẽtum, & teſtator hoc fecerit, vt per
eius ſcripturam publicam probaretur eius teſtamẽ
tum, ſi illud notarius non legit neq; publicauit, ꝙ
ex ſcriptura notarij non lecta teſtamentum proba-
ri non poſſit, tamen non videtur renũciatum quod
tale teſtamentum non poſſit probari etiam per te-
ſtes, qui illud audierunt ab ipſo teſtatore nuncupa-
ri & publicari, per tex.in l.Lucius.in princi. & in l.
ſi miles. ff.de mili.teſtam. ita in terminis conſultũ
& reſponſum reperitur per ſummos docto. ſcilicet
per Paul.de Caſtr.in conſi.307.Ad primum.lib.1.
vbi in col.fi. dicit ſi de teſtamento fuerit confecta
ſcriptura, quæ tamen teſtibus non fuerit lecta, teſta
mentum probari poteſt per teſtes qui interfuerũt.
Idem per Alex.in conſi.74.viſo teſtamento.col.3.
verſi.præterea licet. vol.1.vbi dicit, quando teſta-
tor facit inſtitutiones hæredum & legata in teſta-
mento nuncupatiuo & rogat notariũ & teſtes non
dicitur neceſſaria alia publicatio. Idem per Calca.
Brixi.in conſi.91.col.2.verſi. ad aliud enim eſt te-
ſtamentum. Ita probatur vera diſtinctio probatio-
nis teſtamenti quam ſupra in principio feci. Ad
idem ſentit Soc.in conſi.142.col.fi.vol.1. & Paul.
de Caſt.in l.ambiguitates. C.de teſta. dicit ſi acta
debẽt redigi in ſcriptis, & notarius rogatus errore
vel negligentia non ſcripſerit, poſſunt probari per
teſtes.

testes.facit qđ scribit Corn.in cons.77. viso themate.col.fi.vol.4.& Alex.in cōs.105.super his.vol.7. ita in specie nouissimè firmat Couar.in c.relatum.1.sub num.11.in 3.conclu.extra de testam.examinando etiam notarium qui testamentum non lectum scripsit & est pro numero testium septē vt ibi per eum. probatur ergo dictum testamētum per testes non obstante publicatione notarij de sua scriptura non facta, & dicitur perfectum & complerū testamentum, postquam non cōstat quòd testator voluerit vlterius disponere.per d.l.si is qui.ff.de testa.dicit Alex.in consi.114.visa scriptura.nu.7.vol.7.& in consi.74.sub num.3.volu.1.& Calca.in d.consi.91.col.2.versi.similiter non obstat.ꝙ mutasset aliquid dū notarius legeret & publicaret, hoc
14 non præsumitur,quia † voluntatis mutatio nō præsumitur sed perseuerantia, nisi contrarium probetur.l.3.ff.de probat.cum simi.alleg.per Alexan.in consi.43.nu.5.volu.7. quinimò Petrus Paulus tertius testis, & Angelus sextus testis super interrogatorijs dicunt. si Franciscus superuixisset idem testamentum confirmasset & condidisset, & non mutasset, & hoc est verisimile: quia legatum dotis fecit suæ sorori,quam tenebatur dotare.l.cum plures.§.pen.ff.de admi.tut.& suos filios hæredes fecit,qui ex voto parentum debent succedere.l.scripto.ff.vnde libe.& filijs substitutiones fecit in solita forma, ac eis tutores dedit dominum Baptistam patruum & Ioan.Matthæum auunculum,& vbi est verisimilitudo quòd testator non mutasset testamentum, id quidem dicitur perfectum, Imol.in d.l.si is qui.Ang.Aret.in §.ex eo.in fi.insti.quib.mo.test.infir. Quod testamentum etiam ita sano modo compositum magis debet obseruari,ex dicto Valerij Maxi.per Bal.& doct.in l.furiosum. C.qui testa.face.poss.Alex.consi.12.col.2.versi.& dicunt Pe.vol.1. Matth.de Afflic.in decis.143.nu.5.Ant.Corset.in sing.in vers.testamentum. Si publicatio scripturæ testamenti a notario facta non fuit, hoc euenit(vt dicunt testes)propter exclamationem factam à domina Flora vxore testatoris,eò ꝙ non erat in d.testamento nominata, ob quam exclamationem & tumultum Franciscus nolebat loqui, vt dicit ser Ioannes vltimus testis super interrogatorijs,quod ostendit ipsum imposuisse finem testamento sua voluntate,vt per Bar.in d.l.si is qui.circa prin.quamobrem d.vxor volens excludere d.tutores testamētarios à tutela,ac si causa esset intestati, & ipsa afferens impedimentum d. publicationi, hoc ipso debet priuari & remoueri à d. tutela & ab omni iure quod consequeretur ab intestato si vir eius obijsset,per ea quæ tradit in simili Pet.de Anch.in consil.337.de efficacia.& Paul.de Cast.consi.456.visis & examinatis.ad fi.lib.1.& Alber.Brun.in tractа.de for.in art.de poten.& effect.formæ in consi.pen.& Calca.in d.consi.91.col.5.num.10.

Præterea,constat ex depositionibus testiū,Franciscum testatorem iam dictasse notario d.suum testamentum, solum impletio facienda ab ipso notario supererat, quo casu testamētum vt completum valet & probari potest per testes, vltra superius alleg.ita decidit Bal.in d.l.Lucius.de mil.testam.

Redeundo adhuc ad d.vxorem testatoris,nō est mirum,quòd eam maritus non nominauerit in testamēto, quia eam habebat odio & erat sibi inimica,quod ostendit fideiussio præstita per d.maritum de non offendendo eam sub magna pœna 500.scutorum,vt legitur in libris fideiussionū, & cum quidam attinens d.vxoris occiderit patrem d. testatoris, vt ex informationibus per Magnificum Dominum Prætorem habitis constat, facit doctr.Barto. in l.2.in princ.col.fin.versic.tertiò potest probari. de vulg.& pupil.

Item satis ostendit testamentum fuisse habitum pro perfecto ab ipso testatore, quod dicunt Dominus secundus testis,Petrus Paulus tertius testis, Nicola quartus testis & Ioannes quintus testis d. te-
15 statorem iterum replicando dixisse idē, vnde † dispositio testatoris reiterata & geminata demōstrat euidentiorem testatoris voluntatem, & sic ab huiusmodi voluntate ita euidenter declarata non est recedendum nec de illa dubitandum,vt alios allegans comprobat Dec. in consil.497.accuratè. colum.fin.& num.6.

Postremò, nos certos facere, testatorem habuisse testamentum pro completo & perfecto nullus magis potest, quàm ipse testator, à quo testamentum vti lex dependet.§.disponat.in auctēn.de nupti. facit tex.in l.leges sacratissimæ.§.1. C.de legi. & in l.ex facto. in princip.de vulga. & pupilla. vbi
16 Bald.not.quod † ille interpretatur qui facit, idem Abb.in c.cum olim.col.1.de arb.& text.in l.omni nouatione.& ibi doct.C.de sacr.san.eccle.quasi in terminis Al x.consi.52.num.24.& seq.in quarto. Verum ipse Franciscus testator, vt Nicola quartus testis, Angelus sextus testis, domina Lucia septima testis, domina Petra octaua testis, dominus Nicola presbiter nonus testis dicunt, quòd post dictum conditum testamentum palam fassus est,se fecisse testamentum. hæc similia verba proferendo, (ho fatto testamento &c.) ita testamentum habuit testator pro perfecto,quia sic dicens est vsus verbo
17 † præteriti temporis(ho fatto)quod rem perfectam significat.l.1.§.hæc verba.ff.quod quisque iu.Bar. in l.si cui.in princi.de leg.1.& in l.tutor qui repertorium.in princ. col.pen.versic.venio ad quartum. ff.de admini.tut.& Alex.in consi.28.sub nu.7.vol. 1.& mentem proferentis demonstrat. l. Labeo. §. Idem Tubero. de suppel.leg.ac ad proximè præcedens testamentum refertur. l.si seruus. in fi.de leg. 1.cum nullum aliud appareat conditum per ipsum Franciscum, & testamentum vnum præsumatur & non plura,per gl.in versi.comprobatur. in l.omniū. C.de testa.nota.Dec.in l.hac consultissima.nu.18. qui testam.face.poss.& Alex.in consi.4.nu.12.vol. 7.vbi etiam in num.11.versi.concurrunt etiam. videtur loqui satis ad propositum nostrum, nā testamentum dependet à voluntate solius testantis.l.1. ff.de testam.& l.illa institutio.de hære.insti. Vnde confessio ipsius nulla parte præsente valet.Bar.in l. certum,

certum.§.si quis absente.ff.de confes.& videtur de hoc tex.in c.fin.& ibi glo.in versi.confitentem. de success.ab intest. & in l.Titius.in fi.ff.de mili.testa.

Ita à priori,quod est testatorem dixisse velle facere testamẽtum & fecisse, & à posteriori quod est ipsum testatorem dixisse fecisse se testamentum arguendo,vt validè argui potest secũdùm Bal.& Salyc.in l.multum.col.1. C.si quis al.vel si.& Soc.in consi.92.num.28.volu.3.approbat sil.nupt.pagina 30.paruæ impressionis, concluditur d.Franciscum fecisse & pro perfecto habuisse & confessum esse antequam moreretur testamentum factum, illudque per testes probatum esse (vt superius demonstratum fuit.) Quod igitur pronunciari debet probari per d. depositiones testiũ,& eas publicare debet dominus Iudex iuxta formam traditã per Specul.in tit.de instr.edit.§.compendiosè.versicu. Ad huius autem.& per Saly.& docto.in l.publicati.C. de testam.& consequenter stante tutela testamentaria d.Floram matrem remouere à tutela suorum & ipsius Francisci filiorũ, iuxta auct.matri & auiæ. quando mul.offi.tu.fung.po. quod de testamentario tutore simpliciter dato filijs dicitur procedit ẽt in posthumo.l.si quis filiabus. ff.de test.tute. quem Frãciscum fuisse mortuum vtraque pars fatetur & præsupponit,vt ex scripturis constat, præsertim ipsius dominæ Floræ, dum dicit se vxorem q.Franci
18 sci,quæ † dictio designat eum mortuũ, vt per Bart.
& doct.in l.eius qui.ff.si cer.pet. ob cuius mortem testamentum eius confirmatum est,Paulus ad Hebræos cap.9.

Quatenus adhuc aliqua exoriretur dubitatio cõ
19 tra d. testamentum pro † eo quoque in dubio iudi
candum est,d.l.si pars.ff.de inoffic.test.& c.fi.de re iud.ita Dec.consi.284.col.4.nu.8.quoniam vt Imper.inquit in l.1.de sacr.san.eccle.nihil enim est q magis hominibus debeatur quàm vt supremæ voluntatis postquam iam aliud velle nõ possunt &c.

Conclusum fuit superius testamẽtũ Francisci valere inter quoscunq;, eò magis dicendum videtur
* quòd valeat inter liberos secundùm communem
doct.sententiam Alex.in consi.105.vol.7. inter liberos quoque valet substitutio pupillaris,Barto.& communiter docto.in l.2.de vulg.& pupil.Ias.in l. hac consultissima.§.ex imperfecto. C. de testamẽ. Quæ substitutio respectu filij posthumi, cum quo litem habet mater, vt reciproca continens pupillarem expressam verbis generalibus excludit matrẽ. l.Lucius.& ibi Bar.& doct.de vulg.& pup.& excludit matrem etiam illa pupillaris substitutio contenta in testamento minus solemni & solummodo valido inter liberos, vt in terminis decidit Paulus de Cast.in consi.374.Visis omnibus punctis.lib.1. & sic quò ad matrem res videtur expedita quòd non debeat consequi nisi suam dotem elapsa dilatione legali,de qua in l.2.§.exactio. C.de rei vxo.act.penitus exclusa propter dictam pupillarem substitutionem. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisscon.Pisauren.

CONSILIVM CLXV.

ARGVMENTVM.

De potestate arbitrorum. De probatione minoris ætatis. De societate per minorem non contracta. De illiusque obligatione nulla non seruata forma statuti. De restitutione in integrum. Et de redditione rationum administrationis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri potestatem procedendi habent ex compromissi forma.*
2 *Processus totus absque solemnitate partium consensu fieri potest.*
3 *Aetas minor qualiter probetur.*
4 *Taxatiua tantum intelligitur in summa dispositiuè prolata.*
5 *Minor existens non potest contrahere neque obligari non seruata forma statuti.*
6 *Statuti forma non seruata, quæ expressè fieri non possunt, minus tacitè intelliguntur facta.*
7 *Læsio probatur ex coniecturis.*
8 *Minorem læsum etiam non dolo aduersarij in integrũ restitui debere.*
9 *Confessionem acceptans debet illam acceptare cum sua qualitate.*
10 *Restitutio in integrum incidenter petita etiam per arbitros concedi potest.*
11 *Administrator rationem reddere debet administrationis.*
12 *Iuramentũ non tollit, quin possit dici contractum nullum, non seruata solemnitate statuti.*
13 *Frater si dotem suo nomine receperit, & tempore diuisionis non probauerit dotem receptam fuisse versam in vtilitatem communem, non debet detrahi talis dos de bonis communibus.*
14 *Fideiussor dicitur, licèt forma promissionis non dicat, pro eo fideiussit.*
15 *Arbitri non possunt aliquid facere de eo quod non est compromissum.*

AVXILIVM ADSIT ALTISSIMI.

MAgnus videtur processus scripturarum pro Thoma cũ Laurentio fratre in causa coram Arbitris inter eos vertente, is tamen non deterreat dominum iudicare debentem: quia res ad pauca reducitur. Pro tollendo omni ipsius processus scrupulo defectusq;, prius præmittendum est, quòd causa hæc agitur co
1 ram Arbitris † qui potestatem habent procedendi
ex cõpromissi forma, de iure & de facto, quod attribuit,

tribuit, vt potuerit manu regia procedi omissa so-
lemnitate ciuili, iuxta l.2.in princ. ff.de orig.iu.per
ea quæ tradit Bart. in extrauag. ad reprimendum.
in versic. videbitur. prope fi. Ange. in consi. 367. In
quæstione. col. pen. & Soc. in consi. 12. col. 2. vol. 1.
2 Consensu † enim partium totus processus absque
solemnitate fieri potest, Zabar. in clem. sæpe. col. 1.
in fi. de verb. sign. & Bar. in auct. offeratur. in fi. C.
de lit. contest. Testibus etiam non plenam sed per-
suasiuam rationem reddentibus credere potest ha-
bens arbitrium de iure & de facto, secundùm Bal.
in l. solam. circa finē. C. de testib. sequitur Aret. in
consi. 126. In causa dominæ Antoniæ. sub vers. præ
terea etiam si hoc.

Quo stante ad rem deueniendo, principale de-
fensionis Thomæ fundamentum est super proba-
tione minoris ætatis ipsius Thomæ ad excludendā
omnem obligationem, qua eum teneri Laurentius
3 in suis petitionibus prætendit. † Quæ quidem mi-
nor ætas clarè videtur probata, apparet enim me-
moriale de Natiuitate dicti Thomæ scriptum ma-
nu Maronis eorum patris, quòd de anno 1522. die
22. Februarij natus sit, quod memoriale scriptum
manu dicti patris Thomæ & esse verum ex multis
verificatur. Primò, dominus Nicolaus vigesimus
testis & Laurentius vigesimusprimus testis, pro di-
cto Thoma examinati firmiter attestātur, se cogno
scere dictum memoriale esse manu Maronis patris
d. Thomæ, facit l. si procuratorem, absens. ff. de pro-
curat. & quod per illum tex. tradit Bal. in rubr. col.
penul. sub versi. tertium supplementum, C. de fide
instrum. quòd memoriale coadiuuatur in fide per
aliud memoriale immediatè subsequens de Baptis
mate d. Thomæ comprobatū de eodem die de eis-
dem compatribus in eo descriptis per librū Sacri-
stæ episcopatus baptizantis ipsum Thomam nomi-
nantis eosdem compatres & recognoscentis dictū
librum, & partitam esse sua manu scriptam, & eam
esse veram, vt attestatur dominus Thomas vigesi-
musquintus testis pro Thoma examinatus. cōpro-
batur etiā per aliud subsequens memoriale de con
secratione altaris facta per Episcopum, etiam cō-
probatum per annotationem factam in dicto alta-
ri sub eisdem die, mense & anno nomine eiusdem
Episcopi Paris, vt apparet per extractionem dictæ
annotationis factam per ser Alexandrum notariū
causæ, adeo quòd si in alijs partitis probatur verū
dictum memoriale, præsumitur verum & ei credi
debet, etiam quòd cōtineat veritatem de dicta na-
tiuitate Thomæ, per ea quæ tradit Paul. de Cast. in
consi. 301. ad benè. col. 1. ad fi. & Ias. in l. admonen
di. col. 48. vers. Quintò principaliter limita, de iu-
reiur. refert Aym. in consi. 158. num. 6. eo maximè
quòd pater prædictorum fratrum est mortuus, &
quia dictum memoriale cōtinet verisimilia & me
moriam etiam natiuitatis aliorum filiorum d. Ma
ronis & aliarum nouitatum, quæ faciunt vehemen
tius ei credi, Aymo in d. consi. 158. num. 7. & nu. 9.
ex quo quidem memoriali & scriptura patris reco
gnita per testes, & approbata per tot adminicula
coniuncta maximè cum alia scriptura patris spiri-
tualis de Baptismate per ipsum spiritualem patrem
recognita, clarè probatur ætas d. Thomæ per text.
in l. 2. §. 1. ff. de excus. tut. & ibi glo. Bal. & Paul. de
Cast. in l. neque natales. C. de prob. Saly. in l. si mi-
norē. col. pen. versi. Nunc quæro. de in integ. resti.
minor. & Curt. Iun. in consi. 118. nume. 8. ponit &
Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. Cent. 2. casu 116. nu.
4. & Ioseph. Assisien. & de libro patris & de libro
baptismatis nouissimè ponit ad probandam mino
rem ætatem in decis. Perusi. 55. nu. 6. 16. Coadiu-
tur hoc, quòd Augustinus vigesimustertius testis
pro Laurētio examinatus super interrogatorijs di-
cit, quòd putat nunc Thomam posse attingere 24.
vel 25. annum, quod facit, vt in hoc habeatur pro-
batio ab ipso Laurentio aduersario secundùm Ro-
man. in consi. 104. pater. circa fi. Ias. in rub. de iure
iur. ff. col. pen. versic. Sextò notabiliter, & Soc. Iun.
in consi. 69. num. 12. Sed clarius habetur probatio
minoris ætatis prædictæ ab ipso Laurentio aduer-
sario, cum ipse Laurentius respondendo positio-
nibus Thomæ, & interrogatus ad 17. positionem
de quanta ætate d. Thomæ credendo fatetur, dict.
Thomam habere 25. annos, & talis confessio subin
tellectam habet taxatam ætatem de 20. ann. tan-
tum, quia interrogatio præcedens quantitatiuè &
taxatiuè fit de qua ætate credat, & respōsio de 20.
annis continet taxatiuam, tantum, vt responsioni
conueniat, argum. l. si defensor. §. 1. ff. de inter. act.
4 Nanq; † taxatiua, tantum, intelligitur in summa di
spositiuè prolata, Alex. in l. cum furti. nu. 2. ff. de in
lit. iuran. Quæ confessio ita facta præiudicat confi-
tenti, gl. in c. 1. de confes. in 6 cum simil. alleg. per
Paris. in consil. 58. nu. 2. volu. 1. & si facta sit coram
arbitris, tamen cum electi sint inter fratres ex for-
ma statutorum dicūtur iudices, & omnia acta pro-
batoria coram eis facta habent eandem vim ac si
essemus coram iudice ordinario, vt nouissimè pro
bat Marc. Blanc. in suo tractat. de compro. in 6. qō.
princi. in princ. & in 8. q. princ nu. 24. Itaque clarè
videtur liquere de minore ætate d. Thomæ per tē-
pora quibus stetit cum Laurētio eius fratre, ex qua
minoris ætatis probatione pro Thoma defensio-
nes præcipuè eliciuntur ad obiecta per d. Lauren-
tium & eius petitiones.

Primò Laurentius quærit esse contractam socie
tatem inter ipsum & d. Thomam, ob quam magnę
expensæ per eum factæ contribui inter eos com-
muniter debeant, sed talis societas minimè potuit
interuenire, & non repēritur probata, primò stan-
te impedimento minoris ætatis dicti Thomæ, qui
5 † minor existens (vt euitetur opin. doct. volentium
minorem carentem curatore posse contrahere so-
cietatem per l. si curatorem. C. de in integ. rest. mi-
nor.) non potuit facere contractum seu aliquam
obligationem non seruata forma statuti in 2. libr.
rub. 85. intelligitur prohibita omnis obligatio pro
pter illam dictionē in omni alia obligatione, quæ
est vniuersalis Bar. & doct. in l. 1. de reg. iur. & in l.
si pluribus. de legat. 2. & sic prohibita est etiam so-
cietas,

cietas,ex qua vt contractu consensu inito oritur obligatio,vt §.1.institut.de obliga. ex consen. Quæ
6 † enim expresse fieri non possunt forma statuti nō seruata,minus tacitè intelliguntur facta, ita in societate arguit Bart.& doct.in l.Titium.§.altero.ff. de admini.tut.& in l.si patruus.C.com.vtr.iud.cō maximè:quia etiam non intelligitur inter istos cō tracta societas,quia neuter est negociatus nisi tenē do in communi bona & viuendo non faciendo aliqua lucra quæ appareāt communicata inter eos, ita non fuit societas secundùm Bart. in d.§.altero. col.pen. & in d.l.si patruus. & plenè per Ias.in l.1. col.3.C.qui testam.face.poss. & Dec.in consil.21. col.2.& alibi per doct.maximè per Corn.in consi. 251.vol.4. Deinde propter dictam minorem ætatē Thomæ nulla est obligatio vigore d.statuti sentit Bero.consi.161.nu.25.lib.1.expressè & in specie probat Alex.consil.154.col.2.versicu.accedat. lib.2.& cons.103.colnm.2.lib.3.si qua obstrictus fuerit Thomas scribendo illam listam creditorum sub die 7.Decembris 1546.incipiendo(Questi sono li denari che hauemo à pagare.) quo tempore d.Thomas natus de anno 1522. de mense Feb. nō compleuerat 25.an. & in proposito sufficit 25. annum nō fuisse completum,licet sit inceptus, vt per tex.& ibi glo.in l.3.§.minorem.ff.de minor.vel vt fatetur Laurentius respondendo d.positioni 17. ipse Thomas habebat tantum 20. an. in qua lista inter alia pecuniæ persoluendā hebræis habitæ sub vsuris & pignoribus ascendunt vltra summam scutorum centum & sexaginta,quamobrem non posset per iudicem nisi arbitrari secundùm formā dicti statuti, ipsum Thomam non teneri ad talem obligationem solutionis debiti summæ ascendentis quasi ad scutos trecentos,vt debiti superflui, cū testes d.Thomæ dicant verisimiliter reditus bonorū dictorum fratrum eis sufficere, maximè ipsi Thomæ,qui fuit solus ad expensas, & modicas expensas dedit domui,vestiendo mediocriter, dictus verò Laurentius magnas expensas fecit vestiendo sumptuosè vestimentis siricis, tenēdo concubinā, equum in stabulo,& ducēdo duas vxores, & eas & filios alendo,& ludendo vt d.testes deponunt, vel si teneret d.obligatio tam ad societatem, quàm ad dictam summam pecuniarum debitarum in dicta lista,nō potest inficiari d. Thomam fuisse maximè læsum,quæ læsio probatur, quia tractatur de soluē dis debitis ipsius Laurentij & de quibus nihil habuit Thomas,per ea quæ tradit Alexā.in l.ait prętor.aliàs.l.nam & postea quā. §.si minor. col.pen.
7 ff.de iureiur. nam † ex coniecturis probatur læsio. Bal.in l.1.in fi.C.si aduer.liber.& in l.1.circa fi.C. si aduersus credi.& Matthæsi.in not.166.& propterea,vt petit in processu,sibi aduersus huiusmodi obligationes concedēda est restitutio in integrum, videtur tex.in l.in causa.la 2.§.1.ff.de minor.& l.si minorem.& l.minoribus.& toto tit.C.de in integ. resti.minor.vbi in d.l.minoribus, habetur,minorē
8 † læsum etiam non dolo aduersarij in integrum restitui debere,licet in casu nostro dolus d.Laurentij interuenerit ex præsumptione dicti statuti, vt per Bald.in consil.149.volum.2. & Alexan. in consil. 196.volumi.6.& Corn.in consil.135.litera R.volum.1.adeo quòd non admittitur probatio in contrarium,Dec.in consi.301.sub nu.13.& verè,quia d.Thomas semper stetit sub obedientia d. Laurentij,vt d.testes pariter deponunt,adeo quicquid fecit, fuit inductus ab ipso Laurentio ei obediendo, facit l.1.§.quæ onerandæ.& quod ibi not.Bart.ff. qua.re.act. non de. & per doctor.in l.interpositas. C.de transact.quod procedit etiam in fratre maiore, Soc.in cons.263.col.2.versi.confirmantur.volum.2.& ita cum ista qualitate quòd de commissione & voluntate Laurentij administrātis omnia, ipse Thomas recognoscit & fatetur sub die 27. Septē
9 bris 1547.se scripsisse dictam listā, ita † quòd Laurentius volens acceptare dictam recognitionem & confessionem Thomę tenetur acceptare cum dicta qualitate, quòd commissione & voluntate sua scripserit,Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsijt.de lib.leg.
10 plenè Alex.in consi.87.vol.1. Quæ † in integrum restitutio incidenter petita etiam per Arbitros concedi potest,Spec.in tit.de in integ.rest.§.videndū. glo.Ant.de But.& Canon. in c.causa.extra de rest. in integ. maximè per Arbitros vigore statuti vocatos, qui iudicis ordinarij tenent locum & iurisdictionem,Ange.& Paul.de Cast.in l.apertissimi.C. de iud.& Ias.in l.fi.col.pen.C.eod. & Marc.Blan. in d.trac.de compro.in 6.q.in prin. & Diploua.in vlt.addit.in l.fi.C.vbi & apud quem.in lectu.Bar.

Itaque cum ex processu constet Laurentium fecisse magnas expensas pro se & sua familia, & Thomas fuerit solus & minor,quatenus plus impendit ipse Laurentius ab eo ipse Thomas potest repetere quod de portione sua fuerit plus impensum, ne aliàs videatur donare, quod ei non est permissum, per tex.in d.l.in causa.§.1.& in l.fi.§.fi.C.si maior fac.rati.hab.per d.iura ita in terminis firmat Petr. de Vbal.in tract.de duo.frat.in 3.part.in prin. col. 3.& in 6.part.in princ.col. 14.

Cumque Laurentius omnia eorum bona semper vt maior natu administrauerit, vt clarè colligi
11 tur ex processu per testes probatum, tenetur † ipsi Thomæ reddere rationē administrationis,vt contra eum petitur, per ea quæ in terminis firmant Socin.in consi.73.col.1.vol.1.& in cons.192.colum. pen.& consi.213.col.1.& sequ. volu.2.& Ias.in l.si hæres.ff.de cond.ca.da.& Dec.in consi.255.num. 2.& Bero.consi.112.num.32.lib.2.& Marsil.in singul.493.& Corn.in consi.24.col.fi.vol.1.vbi dicit arbitratores inuenientem administrantē malè gubernasse,eum condemnare debere,& quidem malè gubernauit ipse Laurentius, vt dicunt testes, ita æquum est vt reficiat Thomæ omnia debita soluta & persoluenda ipse solus soluat,ascendentia in totum vltra summam scutorum 700. & vltra expensas victus & vestitus ipsius Thomæ eidem reficiat suam portionem introituum & reditruum ex possessionibus & pensionibus domorum & fundicorum qui pro portione d.Thomæ verisimiliter vltra suas

expensas

expensas superesse debuerunt attento eorum satis magno patrimonio & hæreditate relicta à ser Florio Varullo.

Non obstat quòd Laurentius conetur probare ipsum Thomã quoq; administrasse, quia quicquid fecerit, ei obediendo fecit, postquam quasi omnes testes d. Thomæ dicunt semper Thomam stetisse sub obedientia d. Laurentij, qui vt maior natu & cuncta gubernãs debebat taliter gubernare & administrando & iubendo d. Thomæ, vt res melius peractæ essent: sat est quòd magnę expensæ & multa debita pronenerunt ex culpa & facto d. Lauren.

In qua ratione venit etiam, quòd d. Laurentius tenetur reddere d. Thomæ scutos triginta, quos ad interrogationem Thomæ ipse Laurentius fassus est habuisse de dote vxoris d. Thomæ, vt Antonius tertiusdecimus testis & Constantius trigesimusprimus testis examinati pro ipso Thoma deponunt.

Quatenus appareat Thomam in instrumẽtis iurasse se maiorẽ, hoc potuit esse in instrumẽtis confectis non cum ipso Laurentio sed cum alijs personis, ideo ipsi Laurentio hoc non prodest. l. nam & postea. §. si. ff. de iuteiuran. & Ias. in l. si vnus. §. ante
12 omnia. ff. de pact. præterea † tale iuramentum non tollit quin possit dici contractum nullum non seruata solennitate statuti. Franc. Cremen. in singula. 162. & Marsi. in sing. 299. & Soc. in consi. 66. colu. 7. lib. 1. & Gramat. in decis. 12. & Curt. Iun. consil. 118. colum. pen. & fi. nume. 9. & sequen. Sed secuta responsio est, quòd tale iuramentum per dictum Thomam non fuit præstitum in aliquibus contractibus gestis cum ipso Laurentio, & in his contra quæ modo pretendit venire & in integrum restitui ipse Thomas per reg. ti. C. res inter alios &c. & per tradita per Ias. in d. §. ante omnia: & per Bald. in l. mater. col. pen. num. 11. versic. sed hic quæro. in fi. C. de rei vind. per l. fi. ff. de inter. act. Afflict. decis. 209. num. 4.

Et consequenter d. Thomas absolui debet ab omnibus nugosè & temerè petitis contra eũ per ipsum Laurentium: quia ea non probauit posita in communi, quæ saltem resultauerint in vtilitatem d. Thomæ, quinimò sicut ipse Laurentius administrauit & consumpsit portionem introituum Thomæ ita consumpsit dotes eius vxorum, & alia petita non probauit, & sic debet sequi absolutio per l. qui accusare. C. de eden. vbi asserens debitum ex communi persoluendum non probauerit debitum occasione bonorum communium factum & in cõmunem vtilitatem profectum, ipse faciens debitũ tenetur soluere tantum absq; grauamine cæterorũ vt per Pet. de Vbal. in d. tract. in no. par. prin. col. 3.
13 vbi etiam subiungit solutionem quæstionis, q † si vnus frater dotem suo nomine receperit, & tempore diuisionis non probauerit dotem receptam fuisse versam in vtilitatem communem, nõ debet detrahi talis dos de bonis cõmunibus, idem per Spe. in tit. de iud. §. sequitur. ver. Quid si communione. & Bal in d. l. si patruus. col. 3. hoc maximè indubitatum videtur: quia nulla inter istos fuit societas vt supra dictum est, & nõ vtile aliquod sed damnum videtur per ipsum Laurentium illatum Thomæ ob tanta debita vrgentia. Et si dicat soluisse Gianolæ scutos 80. hoc non cessit in aliquam vtilitatẽ Thomæ imò in damnum: quia non solùm perdidit pensiones fundici sed in maiori summa Laurentius accepit tot pannos & tantas pecunias à d. Gianola, vt constat ex suo libro, cuius copia est in processũ Thomæ, adeo q soluendo ei ipse Laurentius soluit debita sua propria vel facta per malã suam administrationẽ & dissipationem, vt etiam deponit ipse Gianola 25. testis examinatus pro Laur. ad car. 37. & aliqua ẽt quæ expendit potuit habere ex multis pensionibus domorũ, quas habebãt, vt in processũ.

Non obstat d. Thomæ instrumentũ dotis dõnæ Elisabettæ primę vxoris Laur. Quia solus Lauren. accepit dotem & promisit eam restituere, Thomas interuenit solummodo in obligando pro centum florenis bona sua, & interuenit fideiussorio nomine pro ipso Laurẽ. vt ex d. instrumento constat, ibi. & cum eo Tho. &c. sciens non teneri &c. precibus d. Laur. seu fratris &c. dicit. n. sciens nõ teneri, ergo solus d. Laur. recipiens & promittens restituere, tenetur, & est debitor, & sic ad debitũ d. Laur. totum
14 accedens Thomas se obligando pro flo. 100. † dicitur fideiussor, licet forma promissionis non dicat pro eo fideiussit, vt probat Dec. in cons. 268. col. penul. & probatur in insti. de fideius. in prin. & demõstratur ibi, precibus d. Laur. &c. q pro eodem Laur. mandante & rogante se obligauit, & hoc verbum, precibus &c. semper videtur apponi in promissionibus fideiussorum, ergo idem Laur. licet non promiserit de conseruando indemnem ipsum Tho. fideiussorem, non instando q pro dote non valet fideiussio, vt C. ne fideius. dot. Tamen ipse Laurent. principalis debitor tenetur conseruare indemnem d. Tho. à d. obligatione, vt per Franc. in ca. fin. col. 1. de for. cõp. & Calca. in consi. 35. col. 1. potest ergo dici ipsum obligatum conseruare indemnem & agentem repelli, argu. l. exceptione. & ll. ibi not. in glo. fi. C. de euict. præterea soluto matrimonio per mortem d. Elysabettæ non videtur dos restituẽda eidem Laurentio marito, qui eiusdem dotis est debitor, ergo sine actione nemo agit &c.

Postremò, non procedit vana petitio noua facta per Laurentiũ super declaratione hæreditatis Maronis & donnæ Nicolæ eorum parentum, q pertinet ad ipsum Lauren. eo q d. Thomas respondens positioni impertinenti continenti ipsos parentes mortuos esse superstitibus Io. Angelo, Laurẽtio & Thoma, dixit non credit, quia de hoc non est com
15 promissum factum, ideo † Arbitri non possunt aliquid facere. l. non distinguemus. §. de officio. & §. fi. ff. de arbit. Sed factum est compromissum super diuisione bonorum, quæ inter eos communia fatetur Laurent. respondendo positionibus d. Thomæ. Cuius responsio facta etiam positionibus Laurentij intelligitur dummodo contraria non sit d. suæ intentioni communionis bonorum & diuisionis fiendæ, Alex. in consi. 84. num. 4. vol. 7. & Corn. in

consi.91.col.6.versi.quia confessiones. volum.4.

Et cum clarè constet ex multis scripturis & con fessionibus d. Laurentij in processu & in compromisso factis, ipsum Thomam esse fratrem d. Laur. carnalē, potuit Thomas reuocare dictam negatio nem, vt fecit in processu, per ea quæ adducit Iaso. in l.error.col.2.C.de iur.& facti ign. Matth. de Af flic.in decis.44.nu.2.& 3.Et ex prædictis videntur resolutæ principales difficultates in fauorem dicti Thomæ, qui multum grauatus ob magnas expensas & prauam administrationem d. Laurentij debet ab eo sibi refici & dari, vt petit in processu.

Simon de Prætis Iurifcon.Pisauren.

CONSILIVM CLXVI.

ARGVMENTVM.

De Crimine læsæ Maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam alicui non esse infligendā sine delicto & dolo.*
2 *Exilium inter pœnas capitales computatur.*
3 *Impedimentum nullū præstat negare vel tacere, quod expressum & scitum non refert.*
4 *Scientia præsumitur illius, quod publicè dictum & auditum fuit.*
5 *Dolus vbi non apparet, cessat machinatio contra Rēp.*
6 *Iniuriam nemini facit, qui suo iure vtitur.*
7 *Auxilium præstare non est vetitum, adiuuare aliquem coram superiore.*
8 *Causa facti semper attendi debet potiusquam ipsum factum.*
9 *Causa quælibet iniusta & bestialis excusat à dolo.*
10 *Statutum factum contra turbantes ciuitatis statum, intelligitur principaliter & non secundariò vel occasionaliter.*
11 *Via illa semper attendi debet, quæ excludat delictum.*
12 *Deus solus est cordium scrutator.*
13 *Dolus vel culpa nulla est, versari in permissis.*
14 *Animum talem præsumere debemus, qualem verba & facta demonstrant.*
15 *Præsumptio doli semper cessat, præsertim in viro bona vocis & famæ.*
16 *Damnari quis non debet ex solis suspicionibus.*
17 *Prohibitum quod per leges non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.*

DIVINO INVOCATO SVFFRAG.



Eo obedit & acceptus est ac ipse non iudicabitur qui iustitiam facit. Psal. 14. in c.ad decorem.extra de institut.& in l.rem non nouam.C.de iudi.quam timore aliquo non debet deferere iudex. in cap. 1. de re iudicata.libro 6.oportet enim Deo magis obedire quàm hominibus. ca.si Dominus.11.quæstio.3.si iustitia autem seruanda sit, vt spes optima est de rectissimis iudicibus coram quibus agitur causa. Omnimodo nobiles Bernardus Spinula rela xandus est à carceribus, nulla ei imposita pęna nullius generis pœnarum, satis enim non criminis alicuius ab eo commissi, sed suspicionis de eo forsan improbabilis luit pœnas, substinendo cū maxima iactura rerum suarū per menses circiter duos squalores carcerum, cum maximo etiam suæ vitæ periculo irrogatis tormētis, quoniā ius est indubitatū,
1 † pœnam alicui infligendā non esse sine delicto & dolo.l.aliud est fraus.de verb.sig.l.sancimus. C.de poe. q cessante dolo de pœna aliqua tractari nō debeat, tradunt Corn.consi.205.col.2.vol.2.& Dec. consi.83.col.3.sub vers.tertiò respondetur.& Mar sil.consi.91.nu.14.& alibi per doct. Nec exiliū aliquod cadere in mentem iudicum debet ei impo-
2 nendum esse † quia & id est inter pœnas & capitalis dicitur pœna.l.relegati.cum duabus.ll.seq.ff.de interdi.& releg. & l.2. ff.de pœn.Cicero Parad.4. diffinir. Exiliū est scelerum pœna. Delictū aliquod siue dolus d. Bernardi ex responsionibus suis ad iudicum interrogationes factis nequaquam probatur,& aliæ cōtra eū non fuit proditæ probationes.

Nam inquisitio contra eum collecta ex dictis iudicum interrogationibus videtur tendere ad crimen læsæ maiestatis in excelsam Rempu. Ianuens. quod crimen qn cōmissum dicatur propriè vel improprié sigillatim facta & prohibitiones enumerātur in to.tit.ff.& C.ad leg.Iul.Maiest.& recēsentur per Capy.in decis.130.in nullum aūr caput dictarum legū læsæ maiestatis ipsum Bernardū incidisse manifestè patet legendo d. leges & d.suas respōsiones, quę ad tria videatur tendere. Primū, de verbis habitis cum do.Barnaba Adnrno. Secūdum, de literis scriptis & pecunijs mutuatis per d.Bernardū pro Nicolao de Auria volente apud Cæs. Maiest. defendere Scipionem Fliscum eius sororium vt nō rebellem & seditiosum in feudis vigore priuilegiorum. Tertium, de scientia seu interuentu aliquo d. Bernardi, de emendis per dictum Nicolaum triremibus ab Illustrissimo Duce Petro Aloysio.

Ad primum deueniendo, nullum penitus crimē commisit scribendo & alloquēdo d. Barnabā tunc non rebellem neq; excommunicatū & præsertim eius attinentem, cuius attinentiæ respectu potiusquam alio culposo præsumitur scripsisse & allocutum esse d.Barnabā, vt ipse Bernardus dicit in suis responsionibus, per iura latè cumulata per Feli. in c.pen.col.pen.vel fi.sub versi. vlterius nota ex isto
3 tex.de iureiur.& per Dec.consi.120.col.fi.versi cu. quia respondetur.& Aym.consi.18.nu.21.& num. fin.& Tiraquel.de retract.tit. 1.in præfat.num. 55. Et quod scripsit nullo pacto attigit statum d. Reipubl. & q alloquendo audiuit dici ab ipso Barnaba etiam non solùm ad tractatum seu machinationem aliquam contra d.Remp.nō tendit, sed etiam nullum poterat ei afferre præiudicium, quid enim est mali contra Remp.audire dici à d.Barnaba, (come

me altre volte il Marchese del Vasto era stato in
pensamento de impatronirse de Genua)ista verba
nihil importante, quia talis opinio Marchionis de
Vasto non tangebat dictos D. Barnabam & Ber-
nardum, quòd ipsi aliquid machinati essent con-
tra dictam Reinpubl. & quando dictus Barnabas
dicebat talia verba erat mortuus dictus Marchio,
ob quam mortem omnis sua opinio erat extincta.
§. deinceps. in auctentico de nupt. & cur non de-
nunciauerit ipse Bernardus Illustrissimę Domina-
tioni optimè ipse respondet interrogationi sibi de
hoc factæ, dum dicit, (io nõ feci altrimenti motto
alla Signoria Illustrissima come de cosa già passa-
ta, laquale non hauesse anco fondamento, nè fusse
vera & perche anco publicamente se n'era qual,
che volta ragionato &c.) quis enim reuelare nõ te
netur etiam quid committendum contra Rempu.
non tantum quando nõ putat esse verum, sed etiã
quando non posset probare, Fel. in c. decætero. nu.
17. circa fi. & ibi appostil. de re iud. Dec. in l. culpa
caret. nu. 11. de reg. iur. & ibi declarat Hiero. Cag.
num 21. facit tex. in c. si tantum. 6. q. 2. Marsi. in sin
gul. 164. Roch. de Cur. in trac. de iurepatr. in versi.
& vtile num. d. & latè tradit Natt. consi. 629. lib. 3.
registrando ad verbum illud Baldi consi. cum sub-
scriptionibus quorundam antiquorum doct. factũ
ad limitationem doctr. Bar. in l. vtrum. ff. de parric.
idem Natt. eadem meminit & repetit in cõsi. 668.
nu. 10. & sequ. lib. 4. vbi pariter defendit quendam
ab imputationibus de non reuelatis quibusdã sci-
tis contra excelsam Remp. Ianuen. idem compro-
bat Rolan. à Val. consil. 68. nume. 35. 36. lib. 2. fa-
3 cit quòd † tacere imò negare id quod expressum
& scitum non refert, nullum præstat impedimen-
tum, per nota. doctr. Iaco. But. in l. Lucius. ff. de in-
fam. tradit Ang. in consi. 194. visis processibus. co-
lum. 2. versi. secundò hæc ratio. de teste negante af
finitatem quæ tamen detecta non impedit fidem
depositionis ꝙ repellatur, sequitur Marsi. consi. 51.
num. 68. cum alijs sequen. ibi per eum alleg. & per
Aymo. consil. 213. sub nume. 16. versic. ob id reij-
4 cienda. & de eo de quo † fuerit publicè dictum &
auditum dici præsumitur scientia, glo. in l. si tutor.
C. de pericu. tut. ideò alia certior actio non requi-
ritur, argumen. nota. in l. emptor. C. de euictio. &
quia dici solet, de præteritis non est consilium.
Minus tenebatur reuelare alia verba prolata per
d. Barnabam; quia non dolosè fuerunt dicta, sed
quadam facilitate loquendi, dicẽdo etiam sibi pla
5 cere, & casum esse de libertate d. Reip. & † vbi non
apparet dolus cessat machinatio contra Rempub.
Bar. in extrauag. qui sint rebell. in glo. in versi. ma
chinantur & in versicu. temerario. ridiculosa ergo
fuisset reuelatio de prædictis, factaq; nihil releuas
set, vt probatur ex ipso euentu, non debet ideò im-
putari d. Bernardo si non reuelauit, quod reuelatũ
non releuabat, nec importabat, per ea quæ allegat
Aym. consi. 83. nu. 5. vbi fortius adducit etiam, cui
non esse imputandum si nõ fecit id, quod dubium
est an sit profuturum vel non, nec cõtra ipsum Ber
nardum in aliquo faciunt aliqua decreta emana-
ta: quia in aliquo ipse non contrauenit in faciendo
seu sciendo conspirationem, cõiurationem vel tra
ctatum contra Remp. & emanata fuerũt postquam
fuerunt secuta & facta ea de quibus d. Bernardus
respondet & dicit, ergò sibi non possent obesse vt
dicatur peccasse contra d. decreta. l. iubemus. §. pe-
nult. & ibi not. C. de testam.

Secundum non veniebat contra statum d. Rei-
pub. quod volebat facere d. Nicolaus de Auria ad
iuuando Scipionem Fliscum eius sororium, quia
sciens d. Scipionem non esse rebellem tunc & cul-
pabilem de seditione facta per Comitem de Flisco
quærens defendere pro eo bona feudalia apud Im
peratorem Dominum feudi & ad quẽ fuerunt de-
uoluta d. bona. ca. 1. & ibi Bal. si vassal. feu. priue. &
non applicabantur fisco d. Reipu. Bar. & doct. in l.
si finita. §. si de vectigalibus, de dam. infec. Paul. de
Castr. in consil. 311. circa id. col. 2. nu. 3. lib. 1. non
6 dicebatur venire contra d. Rempub. quia † nemini
facit iniuriam qui suo iure vtitur apud summum iu
dicem, credens priuilegia Imperatoris sibi prodes-
se. l. nullus. & ibi gl. & doct. de re. iur. & in his ferẽs
opem nõ malè facit, vt per Bar. in l. in furti. §. ope;
7 circa princ. ff. de furt. non † est enim præstare auxi-
lium vetitum adiuuare aliquem coram superiore,
latè prosequitur & probat Aug. de Arimi. in addit.
ad Ang. Aret. de malefi. in glo. Andream. num. 10.
8 Causa † facti enim semper attendi debet potius
quàm ipsum factum. c. occidit. 23. q. fi. & c. cum di-
lecti. el 1. de accus. glo. in versi. ex causis, in c. intel-
ligentia. de verb. sig. & text. in l. verum. ff. de furt. l.
aut facta. §. causa. ff. de pœ. l. tutor. ff. de fideiuss. gl.
& doct. in l. creditori. C. de pact. Aymo consi. 304.
num. 3. consi. 319. nume. 7. in specie Cepha. consi.
76. num. 55.

Verum causa quæ mouebat ipsum Nicolaũ ad
Iuuandum Scipionem in d. feudo erat primò: quia
d. Scipio non interuenerat in d. seditione, cum es-
set tunc Bononiæ ad studium, & quia putabat pri-
uilegia extare ꝙ vno extante rebelle bona deuolue
rentur ad alium nõ rebellem, ideo ipse Nicol. non
dicebatur venire contra d. Remp. contra quam nõ
deuenitur nisi dolo, vt sæpius legitur in l. 1. 2. & 3.
9 ff. ad l. Iul. maiest. & † quælibet etiam iniusta & be
stialis causa excusat à dolo, glo. in l. plagij. C. ad l.
Iul. de plag. & docto. plenissimè in l. 1. §. fi. ff. si quis
iusd. non obtemp. & in locis vulg. sæpius doct. di-
cunt & non dicitur delinquere in Principem quan
do quis potest moueri ad factum ex alia causa non
respiciente Principem, vt per Rui. consi. 2. num. 4.
5. volum. 5. & Aym. consi. 6. num. 78. & 79. & Bal.
dicit in l. 1. §. huius studij. col. 2. num. 6. versic. item
10 not. de iusti. & iur. ꝙ † statutum factum contra tur-
bantes vel turbare volentes statum Ciuitatis in-
telligitur principaliter & non secundariò & occa-
sionaliter per l. si quis ingenuam. § in ciuilibus. ff.
de capt. sequitur Alber. Brun. consil. 69. nume. 6. &
Cephal. d. consi. 76. sub nu. 57. statum enim dictæ
Reip. nullo modo tangit quòd etiam d. Scipio nõ

rebellis consecutus esset bona feudalia fratrum &
sua: quia & cæteri Flisci & nobiles Ianuenses ha-
bent plurima feuda, vt notorium est.

Minus potest dici deliquisse ipsum Bernardum
ad talem effectum scribendo pro d. Nicolao in cu
ria Imperatoris & ei mutuando pecunias qui actus
11 virtuti & non sceleri sunt ascribendi, & † via sem-
per debet attendi, vt excludatur delictum, Grama.
decis.18.nu.5. Ias.in l.1.col.5.versi.tertiò multum
not.C.de ser.fug.Aym.consi.106. num.7.& consi.
151. sub num.18.

Tertium & vltimum concernens scientiã & ali-
qualem interuentum d. Bernardi de emendis per
dictum Nicolaum triremibus à dicto Illustrissimo
Duce Petro Aloysio pariter non sonat in aliquod
delictum in Rempubl. quia actus emendi est per-
missus ciuibus Ianuen. præsertim triremes, vt noto
rium est plures nobiles Ianuens. habere triremes,
quod etiam reputatur magis tutum pro dicta Rep.
ex quo subditi fiant locupletes, quos habere inter-
est Reipub.glo.in versi.vtatur.in §.fi.institu. de his
qui sunt sui vel alie.& pro dicto Duce vendere ma
lum reputatur.l.1.& ibi gl.in versic.strangulantur.
C.de præd.decur.lib.10.quam intentionem exin-
de habuerint dicti Dux & Nicolaus ignorabat d.
12 Bernardus, quia † solus Deus est scrutator cordiũ,
not.gl.in l.3.in fi.ff.de interrog.act. causa mouens
dictum Bernardum in his interueniendi euiden-
ter patet ex eo quòd D. Nicolaus de Plũbino eius
attinens tractans dictum negocium habitabat in
domo d. Bernardi, vt in suis responsionibus habe-
13 tur, ergo † versari in permissis & consuetis nullus
est dolus seu culpa, Bart.in l.si de pignore.§.fin.ff.
de pig.actio. cum alijs cumulatis per Aymo. dicto
consi.6.num.78.& quando in prædictis d. Bernar
dus deliquisset (quod negatur) fecisset auxilian-
do d.Nicolao & sic Nicolaus fuisset principalis de
linquẽs & ipse accessorius. Sed Nicolaus quicquid
fecerit fuit de eo liberatus & remissus in ciuitatem
Ianuen. in qua demoratur & habitat impunè, vt est
notorium. Vnde liberato principali remanet etiã
liberatus accessorius delinquens, vt plenè adducit
Dec.in c.1.colum.6.versi.Nonò consulens.de of-
fic.deleg.& in consil.8.colum.4.versicu. Secundò
principaliter.

Recensendo itaque simul dictas tres imputatio
nes, nullum factum in eis continetur quod appa-
reat tendere ad machinationem seu molitionem
contra dictam Rempu. respectu d. Bernardi, respe-
ctu aliorum, etiam dicta facta seu verba non sonãt
ad machinationem aliquam, animus autem eorũ
14 soli Deo est cognitus, quò ad nos talem † esse ani-
mum præsumere debemus qualem verba & facta
demonstrant, glo.in versi.quàm animi, in l.pro hæ
rede.in princip.ff.de acquir.hæred.Oldr.consi.53.
colum.2. Bald.in l.sed & reprobari. ff.de excusat.
tut.Roma.consil.96.num.2.& Bal.in l.& in episto
la.in fi.C.de fideicom. dicit legem habere pro in-
tentione amissionẽ verbi, & quando vocabula nõ
sonant neque important dolum, debet dolus pro-
bari, cum quælibet causa excuset à dolo, vt tradit
Barto. in l.1.§.1. circa fin. ff.si quis testam.lib. ius.
su. hoc maximè verum est in crimine læsæ maiest.
& machinatione ad tale crimen, in quo dolum re-
quiri sæpissimè repetitur. & in omnibus orationi-
bus & particulis legum.ff.& C.ad l.Iul.maiesta. &
in glo.Bar.in extrauaganti.qui sint rebell. in versi.
15 machinationem. præsumptio † doli semper cessat
præsertim in viro bonæ vocis & famę, vt est dictus
Bernardus, & per ea quæ latè adducit Marsil. in
consi.74.nu.25. cum sequen. & Aymo consi.8.nu
me.1.consi.145.in fi. vbi & plurium auctoritate di
cit ex bona fama purgari omnes suspiciones si
quæ contra aliquem laborarent. Nam postquam
lege aliqua non reperiuntur prohibita ea quæ di-
cit fecisse & dixisse dictus Bernardus circa prædi-
cta censentur permissa.l.necnon.§.quod eis.& ibi
glo.ff.ex quib.cau.maio. & ca.1.de procur.in 6. &
glo.in vers.non inuenitur.in c.2.de transl.episc. &
gl.in fi. in c.cum apud.de spons.si quidem dubium
esset de dolo seu culpa aliqua d. Bernardi, quod tã
clarum est non extare neque probari modo ali-
quo, debet omnimodo sequi liberatoria sententia
per doctr.Bal.in l.si creditor. C. de pign.actio.re-
latam per Aym.consi.8.num.30. per reg.l.fauora-
16 biliores. de reg.iur.de † solis autem suspicionibus
quis damnari non debet.l.absentem, in princ.ff.de
17 pœn. & † quod per leges sancitum & prohibitum
non est superstitiosa adinuentione non est præsu-
mendum.c.consuluisti.2.quæst.4. ad hoc in specie
verba tex.in l.famosi.ff.ad leg.Iul.maiest.sunt cla-
ra hæc, parcendum est si nõ tale sit delictum quod
vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum
legis iudicandum est. Itaque pro iustitia, pro fide
optima dicti Bernardi erga dictam Rempu. & pro
desiderio maioris partis bonorum ciuium deside-
ratur eius liberatio.

Simon de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM CLXVII.

ARGVMENTVM.

De potestate arbitrorum. De fideicom
misso. Deque filijs positis in conditio-
ne latius.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri veluti iudices debent iudicare.*
2 *Instrumentum non solenne pro priuata scriptura habendum.*
3 *Instrumentis antiquis stantibus, non requiritur probare, quòd notarius fuerit notarius.*
4 *Antiquum aliquod dicitur per lapsum centum annorum.*

Fideicommissaria

5 *Fideicommissaria substitutione non comprehendũtur, nisi bona testatoris.*
6 *Testes duo requiruntur in omni negocio, etiam de iure diuino.*
7 *Testimonium de auditu est præter & contra formam iuris.*
8 *Tales probare se debent, quales se faciunt.*
9 *Identitas & certitudo personarum probanda est.*
10 *Consanguinitas & proximitas non probatur, nisi multis concurrentibus.*
11 *Probatio non concludens nulla est.*
12 *Ratio attenditur & non dictum, vt testis probet.*
13 *Fama publica vt probetur, testes dicere debent à quibus audierint, etiam non interrogati.*
14 *Dicere aliquid non sufficit, nisi probetur.*
15 *Finis ignoratur principijs & medijs ignoratis.*
16 *Testamento alterius quis non obligatur, nisi sit ad aliquod commodum vocatus.*
17 *Annis centum quilibet præsumitur viuere.*
18 *Fideicommissum capitur per obliquum, idest, per manum hæredis.*
19 *Filius decedens ante aditam hæreditatem paternam, eam transmittit ad quoscunque hæredes.*
20 *Codicilli vt confirmentur, requiritur hæreditatis aditio à venientibus ab intestato.*
21 *Testatoris voluntas in fideicommissis potius quàm verba est intuenda.*
22 *Dictio stantibus, est ablatiui absoluti, quæ apposita ab eo, qui disponendi potestatem habet, dispositionem inducit.*
23 *Descendentes dicuntur in infinitum.*
24 *Exclusio vnius est alterius inclusio.*
25 *Filij in conditione positi sub qualitate masculinitatis videntur in testamento vocati.*
26 *Positi in conditione dicuntur venire ab intestato. n. 32.*
27 *Statutum, quod stantibus masculis fœmina non succedant, in masculorum persona dispositionem continet.*
28 *Positi in conditione in dispositione dicuntur positi, quando testator mandauit fœminas dotari in testamento.*
29 *Fideicommissum dicitur onus ex parte grauatorum.*
30 *Substitutio concepta, si decederet sine filijs, conditionem continet.*
31 *Fideicommissi conditionalis dies vt cedat, necesse est conditionem euenire.*
32 *Actio semel extincta amplius non reuiuiscit.*
33 *Substitutio non loquitur hoc casu, semper dici potest.*
34 *Casus contingens præter ordinationem testatoris in dispositione non includitur.*
35 *Dispositio in uno casu, quando est conditio voluntaria, ad alium casum nequaquam extenditur.*
36 *Casus omissus remanet in dispositione iuris.*
38 *Testatorem non sufficit voluisse, nisi disponat.*
39 *Legis interpretatio certa est in fideicommisso conditionali, si decesserit sine filijs, quòd si decedat cum filio tunc deficiat fideicommissum.*
40 *Testatoris voluntatem in casu omisso adesse, per asserẽtem probari debere per septem vel quinque testes.*
41 *Testator excludendo fœminas voluit in agnatione & familia ipsius bona conseruari euenientibus conditionibus appositis.*
42 *Oratio quæ incipit per dictionem itaque, declarat præcedentia secundùm subiectam materiam.*
43 *Posita ad vnum effectum non debent aliud operari.*
44 *Inferiora declarantur ex præcedentibus.*
45 *Mutatio personæ mutationem qualitatis inducit.*
46 *Pater non potest filium excludere in legitima sine causa, nec eam minuere.*
47 *Credibile quod est fuisse per testatorem cogitatum, tenendum est.*
48 *Testator, quod non dixit, non præsumitur velle.*
49 *Testatoris voluntas quando esset dubia, tunc fit interpretatio pro hærede contra fideicommissarium.*
50 *Relatiuum quæ, appositum sine copula restringit.*
Dos an sit constituenda de communi filiabus vnius ex socijs.

DIVINO INVOCATO SVFFRAG.


Ciunt omnes iuris periti in causis per agendis, vt cõtra reum actor obtineat, primò forè necessarium, eum conuincere reum, probareque incumbentia per vnum saltem ex modis traditis per gl. in ver. fundauerit. in c. finem. de dolo & contu. & per text. in c. cum ad sedem, de rest. spol. s. vel per dicta testium vel per confessionem partis, vel per instrumenta, vel per facti euidentiam, vel per violẽtam præsumptionem, & quidem clarè & concludenter probare debet, aliàs in obscuris & dubijs potius sequitur absolutio, quàm condemnatio. c. inter dilectos, in fi. de fi. instr. cum concor. ibi per glos. nequeunt ergo Bartholomæus & donna Catherina vt tutrix Scipionis in causa in arbitros compromissa contra dõnam Antoniam obtinere cum per nullum ex modis prædictis eorum fundauerint intentionem, vt inferius ostendam.

Primùm præmittendum est, istos coram quibus agitur esse arbitros non arbitratores, cum de iure tantum debeant sententiare secundum Barto. in l. duo. §. arbitrorum, col. ij. versic. quid si est dictum. ff. pro soc. & in l. diem. §. stari. de arbitr. Partes. n. eos eligerunt coactè vigore literarum ducalium, & statutorum, ideò tenent in hac causa locum iudicis ordinarij, vt per Ias. in l. fi. col. pen. C. de iud. & in l. transactionis. ver. limita istam conclusionem. C. de transact. latè allegando concludit Blanc. de
1 cõpromisso. in q. vj. sub nu. 4. in ij. q. & † veluti iudices debent iudicare. l. j. ff. de arbitr. non prætermittendo ordines iudiciarios de quibus in c. quoniam contra. de probat. vt per Spec. in tit. de arbit. §. differt, vers. itẽ parificatur. saltem quò ad probationes. s. vt iudicent secundum probata concludenter, vt per Bar. in extr. ad reprimendum in ver. summariè, col. ij. & in ver. & figura, col. fin. & per glos. & doct. in clemen. sæpe, de verb. signi. & non secundum eorum conscientias, secundum Bald. & Ias. in l. iustitia. de iust. & iu. aliàs si reum non conuictum per vnum ex prædictis modis condemnarent, contra. l. qui accusare. C. de eden. & c. fin. de iureiur. cũ vul. quippe facerent litem suam, vt l. penulti. C. de

 pact.

pact.& ibi not.& alios alleg.Dec.in vlt.no.In qui-
bus enim dictis actoribus probationes deficiant,
facile cognoſcitur, ex inſpectione eorum petitio-
nis productæ & atteſtationum ſuorum teſtium.
Nam primò dicunt,quēdam Bartolum Bachini
feciſſe teſtamentum, quod nituntur probare per
2 quoddam inſtrumentum † quod quidem pro ſcri-
ptura priuata habendum eſt.Ideo nõ probat.l. in-
ſtrumenta.C.de probat. & glo. in l.tabularum, in
prin.in ver.publicum.ff.quemad.teſt.aper. cũ non
probauerint fuiſſe nota. illum publicum qui aſſeri
tur dictum inſtrumentum confeciſſe: quia dicit
Spec.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.ver.& ſcias,quòd
tabellionatus officium confertur à paucis non cun
ctis ſed quibuſdam, ideò reo negante omnia nar-
rata per dictos actores fuiſſe vera, eis incumbebat
onus probandi illum fuiſſe nota. ſecundum Spe.in
dicto loco,& Bart.& alios in l.Barbarius.ff. de of-
fic.præto.& per Feli.poſt alios in c.j.de fide inſtru.
Non poſſunt autem ſe tueri ex doctr.Inno.in c.ve-
niens.de verb.ſigni.& Bal.in auct. quas actiones.
3 col.fi.C.de ſac.ſan.ecc.quòd† in inſtrumentis anti
quis non requiritur probare, quòd notarius fuerit
notarius, quia non ſumus in antiquis, ex quo non
ſunt elapſi centum anni à confectione d. inſtrumē
4 ti:nam † aliquid eſſe de antiquo ſolum dicitur per
* lapſum centum annorum, vt atteſtantur eſſe cõem
opi.Alex.& Iaſ.in l.cum aliquis. C.de iure delibe.
& Soc. in conſi.89.in cauſa.verſi.præterea iſta con
cluſio.vol.1.& Dec.in conſi.321.In cauſa,col.4.&
in conſi.13.col.pen. & Matth.de Afflic.deciſ.245.
incip.Magnifici Nobiles.
Secundò,agentes ex fideicommiſſaria ſubſtitu-
5 tione † in qua non cõprehenduntur niſi bona teſta
toris.l.cohæredi.§.filię.de vul.& pup.& l.ſequens.
de leg.2.debent probare bona quæ fuerunt teſtato
ris tempore eius mortis, cum ſit fundamentum eo
rum intentionis.l.in exceptionibus.ff.de prob. De
hoc autē videtur atteſtari vnus teſtis,Vicus.q.Ton
ti, qui in hmõi atteſtatione eſt ſingularis, ideo ei
non eſt credendũ.l.iuriſiurandi. C.de teſti. c.licet
vniuerſis.extra.eo.& dicit Alex.in conſi.209. pon
deratis.col.fi.vol.6. ꝙ imò arbitri vigore cuiuſcun
que arbitrij ſibi dati non poſſunt vnico teſti fidem
6 adhibere,quia† ēt de iure diuino in omni negocio
duo teſtes requirũtur. d.c.licet, & c.in omni.eo.&
ca.nouit.de iud.& l.vbi numerus. ff.de teſt.eò mi-
nus poſſunt arbitri in caſu noſtro cõtra d. iura vni
co teſti credere: quia debent ſententiare de iure tā
tum,vnde non poſſunt fidem adhibere teſtimonio
cui de iure nõ creditur: quia hoc reſpicit probatio
nem facti principalis & ſic non proceſſum, ſed de-
ciſionem cauſæ tangit, per ea ꝙ ſcribit Aret.in c.di
lecti.de iud.& ibi Fel.in col.2.verſ.limita oĩa prę-
dicta,idem Fel.in c.quod clericis. in fi.de fo.cõpe.
Rui.conſi.69.nu.6.lib.4.Dec.in l.non eſt nouum.
col.1.C.de eden. in decidēdo aũt limitatā habent
poteſtatem. ſ.de iure tñ,quā non debēt tranſgredi
l.non diſtinguemus. §.de officio.& §.fi.ff.de arbi.
&.l.diligenter.ff.man.cum ſim.Pariter inualidum
eſt teſtimoniũ Mathæi nepotis d. Vici deponentis
de auditu alieno.c.licet ex quadā.in prĩ.& c.tā lite
7 ris.de teſt.not.in l.teſtiũ.C.eo.teſtimoniũ † de au-
ditu eſt præter & contra formā iuris & non eſt ve-
rũ teſtimoniũ,alios allegans ſcribit Hyp. de Marſ.
in conſi.116.in hac pñti,colũ.1. qñ non ſumus in
antiquo facto,quod eſt ſecundũ cõem doct.ſn ĩam
per curſum centũ annorum, vt ſupra dictũ eſt,ideo
tale teſtimoniũ de auditu nõ admittitur, vt firmat
Dec.in d.conſ.321.col.4.verſ.vnde primò non ob
ſtat.& Cano.in d.c.licet ex quadā. & remanet fir-
ma regula iuris,vt hmõi atteſtatio nõ admittatur.
d.c.tā literis.cũ ſim. cum ergo plenè non ſit proba
tum de bonis hæreditarijs d.Bartoli,ſiue petitorio
ſiue poſſeſſorio agatur,non põt actor ēt obtinere
vt in ſimilibus terminis conſuluit Alexan.in conſ.
139.circa primum,col.fi.volum.6.
Tertiò,dicunt actores ſe eſſe deſcēdentes maſcu
8 los d. Bartoli Bachini debent.n. probare † ſe tales
eſſe quales ſe faciunt,ſecundũ Bar. in l.nõ ignorat.
C.qui accu. & in l. falſus tutor. ff quod fal.tuto.&
Bal.in l.cum in delictis.verſ.in tex.ibi,quaſi perſo-
na.C.de adult.& Dec.in d.conſ.321.col.2.in prin.
quod minimè faciunt, vt patet legendo examen
ſuorũ teſtiũ. primò non cõſtat Ant.& Ioan.eſſe ne
potes d.Bartoli ex Vētura filio deſcriptos in teſta-
mento,quorũ deſcendentes ſe faciũt actores, & ab
eorũ perſonis totā eorũ intentionē aſſumũt, vel ſal
tem eos eſſe eoſdemmet, ex quibus aſſerunt natos
eſſe Venturā ex d.Ant.& Bartho.ex d.Ioanne, por
rò cũ iſta nomina Ioannes & Ant.ſint multũ cõia,
vt de nomine Ioannes dicit Bal.in l.hac conſultiſſi
ma.col.2.verſ.ſed quid ècontra.C.qui teſt.fa.poſſ.
9 probanda † eſt idētitas & certitudo perſonarũ per
tot nomina progenitorũ vel alias demõſtrationes
ꝙ perſona reddatur certa,ſecundùm Bal.in d.l.hac
conſultiſſima. & Fel.in c.auditis.col.15.de præſcr.
in terminis cõprobat Dec.in d.cõſ.13.col.fi. Quā
uis.n.Barth.Gaudenzini & Conſtantius ſer Nerij,
& magiſter Iacob. teſtes dicāt cognouiſſe Anto. &
Ioan.Bachini & eos fuiſſe conſanguineos Ioanni-
ni,non concludunt tñ,neq; nos certiores reddunt,
ꝙ ſint illimet nepotes d.Bartoli hæredes ĩſtituti &
nominati in d.teſtamento: quia deſunt vltra nomi
na duæ demonſtrationes requiſitæ ad demonſtran
dum perſonā ſecundùm Bar.in l.demonſtratio. in
prin.in 7.q.de cond.& demõ.& Dec.in cõſ.præall.
10 proximitas † ēt & conſanguinitas nõ probatur niſi
multis concurrētibus,vt per ſcriben.in d.c.licet ex
quadā.& Soc.in conſ.47. in pñti cõſultatione.nu.
16.volu.4.quorum hic nullum interuenit, imò qñ
agitur de effectu ſuccedendi teſtes debent depone
re de veritate in probāda conſanguinitate, vt tenet
Pau.de Caſt.in conſi.56.ſuper primo.circa fin.lib.
1.& Deci.in l.non hoc, nu.5. C.vnde leg.dicit,te-
ſtes ſimpliciter deponentes ſuper conſanguinitate
non probare,quia multis modis accipitur conſan-
11 guinitas, probatio † ergo non concludēs nulla eſt.
c.in præſentia.de probat.cum vulg. Præterea d.te-
ſtes dicentes ſe cognouiſſe Ioannem patrem Bar-
tholomęi

tholomæi & Antonium patrem Venturæ non probant d. Venturam & Bartholo. fuisse filios prædictorum respectiuè, cōstat ex modis traditis per doct. ad probationem filiationis faciendam sic non seruatis, vt est nominatio & tractatio pro filio & alia, vt per Barto. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. & in l. 1. C. quo. bon. in l. 1. §. item per contrarium. de lib. agn. Petr. de Anch. in consi. 225. videtur prima facie. col. fin. Soc. in consi. 89. in causa agitata. col. 4. vol. 1. & Canon. in c. per tuas. de probat. Talia enim d. testium sunt nuda & absque causa scientiæ reddita ideo non probant. l. solam. & ibi
12 Bal. C. de test. & c. eam causam. extra eo. Non † autem dictū sed ratio attenditur, an testis probet, tradit alios allegando Alexā. in consi. 167. quoniam. col. fi. & in consi. 73. in causa. col. 2. volum. 6. igitur
13 quod d. testes dicunt nihil actores adiuuat, & † minus probant aliquam publicam famam cum à quibus audierint nequaquam dicant quod dicere debent, etiam non interrogati, & nominare saltem vnum à quo audierint dici, vt requiritur in probatione famæ secundùm Bart. in l. de minore. §. plurium. col. 5. versic. quæro si testis. ff. de quæst. Ias. in d. l. non hoc. Dec. in consi 38. num. 10. ita esse com
* munem opin. attestatur Soci. in consi. 54. num. 27. vol. 4. & Corn. in consi. 132. Videbitur. col. 3. vol. 2. vbi in versi. nam meretrix. dicit testes non probare famam, dicentes eam esse inter omnes notitiam habentes, vt dicti testes dicunt: quia possibile est & verisimiliter contingens, quòd minor pars hominum notitiam habeat. Verum dicti testes dicunt esse publicam famam de eo quod dicūt, illud verò quod deponunt, vt supra dictum est nihil releuat.

Vlterius nihil quoque probatum est, & testes nihil dicunt de morte Ioannis & Venturæ & Ioan
14 nis respectiuè, nam † non sufficit dicere aliquid nisi probetur, Dec. in l. si. col. 16. C. de edict. diui Adrian. tollen. dicit enim notanter Bald. in l. sibi ne. ff. de iniust. & rupt. testam. & in l. ad probationem. la 2. C. de probatio. oportere agentem probare se successisse vel habere causam ab eo qui est nominatus in instrumento aliàs sibi instrumentum non patrocinatur.

Quartò ab alio latere similiter nullam actores probationem adduxerunt, quòd Carolus sit pronepos seu descendens Bartoli seu Ioannini: quia non apparet de primo stipite neque de medijs gradatim secundùm probationes faciendas modis, de quibus Bar. in d. l. filium. cum alijs superius allega.
15 & per Canon. in d. c. licet ex quadam. vnde † ignoratis principijs & medijs ignoratur & finis, vt in c. tua nos. de consangui. & affinita. posset autem Carolus dicere de me non loquitur testamentum, ego non sum de illis à Bartolo nominatis, facit text. in l. ad probationem. C. de probat. & in l. interest. C.
16 de solut. & in d. l. sibi ne. † testamento enim alterius quis non obligatur, nisi sit ad aliquod commodum vocatus. l. sed & si. de lega. 3. & argu. l. debitorem. C. de pignor. Præterea agentes fundant se in morte Ioannini & in morte filiorum dicti Ioannini, sed eam non probant, dato quòd si dicta mors esset probata haberent præsumptionem quòd fine filijs decessisset, vt l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. & ibi Bart. & in l. qui duos. §. cum in bello. & ibi Pau. de Cast. & Socin. de reb. dub. nam dicta morte nō probata præsumptio est contra eos quòd
17 prædicti viuant: quia † quilibet viuere præsumitur vsque ad centum annos. l. fi. C. de sac. san. eccle.

Vlterius actores agunt ex substitutione fideicō missaria contenta in dicto prætenso testamēto Bartoli, sed non probant hæreditatem dicti Bartoli fuisse aditam ex dicto testamento. ergo nihil valet ex his quę in ea scripta sunt. l. si nemo. ff. de testam. tutel. l. eam quam. C. de fideicom. & l. si patroni. §. nec ad tem. ff. ad Trebel. cum vulg. ideo Bart. in l. Centurio. colum. 9. versi. Quæro vtrum substitutio compendiosa. de vulg. & pup. voluit cōpendiosam substitutionem, prout est ista de qua agitur, factam per verbum commune non cōtinere fideicommissariam, nisi post aditam hæreditatem, sed hæreditate non adita cōtinere vulgarem, idem Bar. in l. lex Cornelia. vers. sed rñde. si vnus. ff. eo. facit tex. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. Ratio est:
18 quia † fideicommissum capitur per obliquū .i. per manum hæredis vt. ff. & C. ad Treb. & Perus. in c. si pater. col. 1. de testa. in 6. ideo vbi nō est hæres, ex cuius manu possit capi, caducū efficitur. ex vulgari substitutione etiam nequaquā possent venire: quoniam præsupponūt hæredem institutum Ioanninū
19 filium, qui † decedens ante aditam hæreditatem paternam eam transmisit ad quoscunque hæredes secundùm Bartol. in l. si infanti. colum. fin. versic. omissis truffis. C. de iure deliberan. quem ibi com-
* muniter doctores sequuntur, ex qua transmissione dicitur fieri alius hæres, qui quidem vulgarem substitutionem semper excludit, Bartol. in l. 1. colum. 5. versicu. item dubitatur. de vulg. & pupil. & in l. si pater filium. ff. de hæred. instit. & Alexan. in consi. 4. videtur. col. 6. vol. 2. & cæteri in d. l. 1. Non possunt hoc euitare quòd fideicommissum dicatur cō firmatum propter existētiam sui hæredis absq; immixtione per tex. in l. ita tamē. §. si patet. ff. ad Trebell. quia asserunt & fatentur in petitione actores dictum filium decessisse, & non liquet eum fuisse iussum adire, adeo quòd cū mortuus modo adire cogi non possit, cessat ratio dicti. §. si pater. vt tenet Alexā. post Cuma. in d. §. si pater. quem legit sub. l. omnibus. vbi refert, istam fuisse limitationem Angel. in l. si filius qui patri. de vulg. & pup.

Clausula codicillaris eos quoq; nō adiuuat: quia
20 † ad confirmationem codicillorum, etiam requirebatur hæreditatis aditio à venientibus ab intestato, per tex. in l. 2. ff. de fideicom. liber. glo. & Bart. in l. qui filio. §. 2. & ibi Bal. ff. de hære. instit. & Barto. in l. si in testamento. ff. si quis omis. can. testa. & Ias. in l. eam quam. col. 6. C. de fideicom. & in auctēn. ex causa. col. fi. de lib. præter.

Postremò, cum agatur actione in rem contra dictam conuentam, prout fideicommissarijs competeret in rem actio, auct. contra rogatus. C. ad Trebel.

bel.& l.1.§.1.cōmu.de leg.not.doct.in l.1.de leg.
1.& non appareat dictam ream conuentam præ-
tensa bona fideicommisso subiecta possidere, vti-
que ea à dicta petitione absoluenda est, vt per Bar.
in l.is qui se obtulit.ff.de rei vind. & Ias.in §.1.nu.
99.insti.de act. & alibi docto.ecce ergo in quantis
probationes actoribus deficiunt, & non tantum in
prædictis omnibus sed etiam si in vno prædictorū
duntaxat probationibus egerent nō possunt quidē
actores obtinere, tamen defectu probationis om-
nium incumbentium efficacius succūbere debent,
arg.c.1.cum glo.de treug.& pac.& auct.itaque.C.
com.de success.& l.cum in adoptiuis.versic.si verò
pater. C.de adopt.

Sed vt responsum petenti morem geram vlte-
rius instabo si prædicta forent probata, quidnā iu-
ris perinde iuris esset, non me latet quæstionem hu-
iusmodi esse perplexam ac dubiam, & aliquos opi
nari in persona actorum veluti descendētium ma-
sculorum ex nominatis testatoris hęredibus fidei-
commisso locum esse. Primò, notam possem alle-
21 gare regulam, quòd † in fideicommissis voluntas
testatoris potiusquam verba est intuenda. l.vbi pu
rè.§.1. ff.ad Trebell.l.cum virum. C.de fideicom.
& l.pen.de leg.1. sufficit enim testatoris voluntas,
& dicitur euidens quæ ex coniecturis probatur. l.
licet imper.ff.de leg.1. not. Bal.in l.quidam testa-
tor.de vulg.& pup.Ang.in consil.331.in restitutio
ne.col.1.& Abb.in consi.75.primò est videndum.
col.3. vol.1. Et si varia esset prudentum sententia,
ea potius præualet quæ testatoris voluntati conue
nit.l.qui concubinam. §. si Stichus.de lega.3.nam
voluntas testatoris est, dum hæredes instituti sunt
grauati, si quandocunque decesserint sine filijs ma
sculis, vt in suis bonis succedant filij & descenden-
tes masculi alterius hæredis respectiuè & non filiæ
fœminæ, quòd bona conseruentur in agnatione &
familia ipsius testatoris, ita in similib. arguit Paul.
de Cast.in consi.409.casus iste frequenter, lib.2.&
Cur.Sen.in consi.52.super testamentis.col.4.hanc
fuisse mentem testatoris, imò expressam dispositio
nem ostendit subsequens clausula d.testamēti, ibi:
ita quòd sexus fœmininus vtriusque eorum in suis
bonis & hæreditate succedere non possit stantibus
ex eis vel aliquo eorum masculis &c.per quam ma
gis præcedentia declarantur.l.si seruus plurium.§.
fi.& l.qui filiabus.de leg.1.gl.in l.cum in testamē-
to.§.fi.& in l.qui non militabat.§.Lucio.ff.de hæ-
22 red.instit.talis enim dictio † stantibus, est casus a-
blatiui absoluti, qui appositus ab eo qui disponen-
di potestatem habet dispositionem inducit. l.fidei
commissa.§.cum esset.de leg.3. & l.si seruus lega-
tus.§.qui margaritam.de leg.1.cum simil.Disponi
tur autem quòd includantur masculi & fœminæ
excludantur per ea quæ scribit Bar.in l.2.§.viden-
dum.ff. ad Tertul.& l.si defunctus.& ibi Bal.C.de
suis & leg.& in alia superiori particula testator no
23 minat masculos descendentes, qui † quidem descē
dentes dicuntur in infinitum.l.fi.C.de suis & legi.
adducit Barb.in consi.27.scribit.col.14.nume.42.
vol.1. intelligit enim de masculis descendentibus
indifferenter tam ex Ioannino filio, quàm ex nepo
tibus hæredibus institutis, ostendit ibi sexus fœmi
ninus vtriusque eorum, cum sicut excluditur sexus
fœmininus vtriusque, ita includitur sexus masculi
24 nus vtriusque: quia † exclusio vnius alterius est in-
clusio, arg.l.cum prætor.ff.de iudi.& l.quòd in re-
rum.§.quòd si post.de legat.1.ergo masculi inclusi
& vocati à testatore potuerunt à testatore fideicō-
misso grauari.l.ab eo.C.de fideicom.& l.planè.la
2.in fi.de leg.1.Secundò, quia filij Ioannini hære-
des instituti nedum sunt in conditione positi, sed
onerati sunt ipsi etiā si sine filijs decesserint, ideo
his duobus coniecturis existentibus cēsentur hono
rati & consequenter onerari potuerunt, iuxta d.l.
ab eo.C.de fideicom.vt per Bart.in l.Centurio.co
lum.10.versic. Quæro vlterius quòd si testator.de
vulg.& pup.per l.deniq;.§.interdum. de pecu.leg.
& Corn.in consi.97.primò consultus.col.2.vol.1.
vbi dicit quòd cum Bar.sentit Imol.in l.filiusfam.
§.cum quis.de leg.1.& Corn.in consi.59.diu post
consilium, vol.2.& Soc.in consi.249.materia. col.
3.& in consil.250.in causa col.pen.vol.2. & Curt.
Sen.in consi.52.super testamentis.col.9.& seq.vbi
dicit, si Pau.de Cast.qui in d.l.filiusfa.§.cum quis.
dicit si haberet quem posset ostendere pro ista par
te sępe consuluisset, vidisset doct.relatos per ipsum
Curt.in d.consi.audacter consuluisset.

Tertiò, filij dictorum hæredum licet sint in con
25 ditione positi, cum † tamen sint descripti per hanc
adiectionem & qualitatem masculinitatis videntur
quidem ex testamento vocari, ita gl in l. Lucius. ff.
de hæte.insti. Dec.limitat in l.1.col.pen. C. de pa-
ctis.vbi dicit sæpe se ita cōsuluisse, vt legitur in suo
consi.270.Dominus Raynaldus.col.pen.& in con
si.318.in causa ipsorum, & mouetur ratione: quia
cum fœminæ sint exclusæ & masculi vocati, neces
se est dici masculos vocatos ex testamento: quia a-
liàs masculi pariter & fœminæ ab intestato veni-
26 rent, & glo.in d.l.Lucius. dicit † positos in condi-
tione venire ab intestato, cum ergo non ita veniāt
fœminæ masculis existentibus testatore sic volen-
te, fatendum est masculis vocatos ex testamento
aucto.Guid.Papæ. in quæstio.184. incipit, in illa
quæstione qua quæritur, qui arguit à simili de sta-
27 tuto cauente, quòd † stantibus masculis fœminæ
non succedant, quòd isto casu statutum in mascu-
lorum persona dispositionem cōtinet, & ab eo ma
sculi censeantur instituti, & alleg.Bart.in l.libero-
rum.col.pen.versi.pone exemplum. de verb.signi.
hæc limitatio approbatur à Curt.Iun. in consi.43.
habita.col.4. vbi inter alias limitationes ad d.glo.
dat vnam quæ est quādo testator excludit fęminas
stantibus masculis, allegat Paul.de Castr.in consi.
237.suprascriptus dominus Consultor. secundùm
antiquam impressionem, & in nouis sub nu. 359.
in 2. par.hæc quidem videntur conuenire casui de
quo agitur, ibi. masculos ex eis & non fœminas, &
ibi. Ita quòd sexus fœmininus vtriusq; eorum & ea
idem Cur.Iun.consi.113.pro resolutione.& in cō-
sil.

fil.87.præsupponitur. col.1.vbi vlterius arguit,posi
28 tos † in conditione intelligi in dispositione,quan-
do testator mādauit fœminas dotari, vt in testamē
to de quo tractatur,ibi.q d. Ioanninus teneatur &
debeat maritare suas filias &c. & fœminas mascu-
lis stantibus exclusit. Quoniam testator reciprocè
fecit substitutionem, vt ibi. & èconuerso succedat
idem Ioanninus & sui descendentes masculi legiti
mi & naturales,si filij prædicti d. Venturę &c. fidei
commissum tale non dicitur onerosum,cum vnus-
quisque possit ita lucrari sicut damnum pati, vt l.si
pater puellæ.C.de inoffic.testam.firmat Curt.Iun.
in consi.22.col.5. adeo q cessant fundamenta do-
cto.vt strictius procedatur in fideicommissis respe
29 ctu grauatorum, † ex quo dicitur onus,iuxt.not.in
l.ex tribus.C.eo.ita q vocatis honoratis & graua-
tis reciprocè descendentibus masculis ex hæredi-
bus præscriptis validum fideicommissum induci-
tur d.l.ab eo.cum similib. & consequenter videtur
actores posse obtinere, vt voluntas testatoris ma-
gis valeat quàm pereat.l.quoties. de regu.iur.& l.
quoties.de reb.dub.

Verùm prædictis vel aliis similibus non obstan
tibus contrarium de iure verius & probabilius exi
stimo.Quod & rationibus & maiorum nostrorum
auctoritatibus probatur, quæ pariter nos impellūt
ad quid tenendū vel credendum, vt Cicero in lib.
de senectu.inquit.Non me solum ratio ac disputa-
tio impulit,vt ita crederem, sed nobilitas etiā sum
morum philosophorum & auctoritas &c. Nam
post vniuersalem hæredum institutionem dictum
testamentum solum gradum substitutionis conti-
net,vt si Ioanninus hæres decederet sine filijs ma-
sculis, vel sui filij quandocunque decederent sine
filiis masculis,q in bonis ipsius testatoris &c.& è-
conuerso succedat idem Ioāninus &c.qui quidem
substitutionis gradus vicissim complectitur duo ca
pita, quemadmodum duo sunt capita hæredum.
Primùm.s.si Ioanninus hæres pro medietate dece
deret sine filijs &c.Secundum,si Antonius & Ioan
nes hæredes pro alia medietate decederēt &c. Tra
ctatur modo de primo capite substitutionis, quæ
30 hoc mō descripta est,si decederet sine filijs † vtique
conditionem continere dicitur,probat text.in l.ex
facto. §.si quis rogatus.& seq. & in l.hæredes mei.
§.cum ita.ff.ad Trebel.& in l.filiusfa. §. cum quis.
de leg.1.& in l.1.C.de cond.inser. Ideo cum pro-
ponatur dictum Ioanninum decessisse cum Dante
filio,& ipsum Dātem cum Carolo filio, cessat qui
dem dicta substitutio fideicommissaria deficiente
conditione, per text.in l.pater Seuerinam. §.1.de
cond.& demonst.& in d.l.filiusfam.§.cum quis.&
ī d.l.ex facto.§.si quis rogatus. & in l.generaliter.
C.de inst.subst.sub condi.& in l.iubemus.§.sinau-
31 tem.C.ad Trebellia.Vt † enim dies fideicommissi
conditionalis cedat necesse est conditionem eue-
nire.l.1.§.sin autem sub conditione.de cad.tollen.
& non refert si postea filius qui facit conditionem
deficere decedat sine filiis.l.cum vxori.C.quando
dies leg.ced.& consuluit Oldr.in consi.21.Thema
tale est,firmat Ioan.Andr,in add.ad Spec.de testa.
§.1.incip.cum patronus.circa fin.& Oldr.in consi.
141.Thema tale est,& Alex.in consi.31.pondera-
tis.in pr.& consi.59.vol.3. refert & comprobat in
plerisque suis consi.Dec.vt in consil.63.diligenter
consideratis.col.2.& in cons.269.consultus.col.6.
& in consi.291.visis.col.3. & in consi.205. in cau-
sa.col.fi.& consi.324.cum sit & Cur. Iun. in con-
sil.92.habita.nume.5.quia conditio est iniuncta fi
lio & nepotibus,si decesserint sine filiis,ideo eorū
personas non egreditur. l. quæ conditio. & l. si ita
expressam.de con.& demon. quia etiam fideicom
misso ob conditionem non euenientem extincto,
32 pariter extinguitur actio, † quæ semel extincta am
plius non reuiuiscit.l.qui res.§.arcā.ff.de solut.Itē,
quoniam dicta substitutio casum non comprehen
dit quo filius filij Ioannini hæredis decederet vel
sine filiis vel aliter,ergo regula generalis procedit,
33 quæ est q † semper potest dici hoc casu non loqui
tur substitutio,vt per Petr.de Ancha. in consi.120.
pro clariori.in prin.& Soc.in consil.62.viso capitu
lo.nume.7.vol.3.adduco optimum tex.in l.si quis
ita substituerit.& in l.si mater.§.fina.iuncta glo.in
34 verbo excludi. de vul.& pup. casus † enim contin-
gens præter ordinationem testatoris in dispositio-
ne non includitur,& si disponendi maior ratio ad-
esset, vt per Cyn.in l.quod fauore.de leg.refert De
ci.in d.consi.63.col.2.& consil.218.in casu. col. 5.
35 dispositio † quoque in vno casu,quando est condi
tio voluntaria,ad alium casum nequaquā extendi
tur,vt per Bar.& alios in l.Gallus. §.& quid si tan-
tum.de lib.& posthu.in simili specie arguit Soc. in
consi.218.col.penult.vol.2.& consi.69. viso testa-
mento.vol.3. Præcipuè hoc verum est in casu no-
stro, in quo testator se restrinxit ad certum casum
& euentum conditionis appositę,ibi.q in bonis ip
sius testatoris quæ reperiuntur, tunc temporis suc-
cedant &c. propter dictionem,tunc, quæ substitu-
tionē restringit ad casum expressum, vt per Dec.in
consi.314.pro resolutione,col.2. vers.2.hoc idem.
& in cons.89.viso puncto.col.3.ver.postremò. prę
36 dicta conclusio.sed casus † omissus remanet sub di
spositione iuris.l.commodissimè.de lib.& posthu.
cum simil.

Secundò, Dantes filius Ioannini & postea Ca-
37 tolus Dantis positi † in conditione non veniunt
ex testamento aui & proaui respectiuè sed ab inte-
stato succedunt respectiuè parentibus,vt est gl.om
nibus nota & communiter approbata in d.l.Lu-
cius.ff.de hæred.insti. breuitatis causa allego Mo-
der.qui antiquos allegant, & hanc esse commun.
* opin.& ab ea in decisiuis non esse receden. attestā
tur,vt per Alex.in l.ex facto.§.ex facto.col.2. ff. ad
Trebel.& in consi.185.viso titulo.volu.2.& consi.
108.vol.1.& consi.133.stantibus.col.2.vol.7.& in
aliis plerisque consi.cumulatis per Curt.Sen. in cō
si.46. sæpe reuoluta.colu.7.& Ias.& Dec.in l.1.C.
de pac.& Soc.in consi.80.de duobus.col.4. & con
sil.140.considerato.col.2.vol.1. & alibi per ipsum
& alios, præsertim per Guid. Pap.plenissimè in q.
39.incip.

39.incip.forores. & consequẽter Ioanninus habẽs
filios potuisset de bonis paternis ad libitum dispo
nere,de hoc non dubitat Bald.in consil.216.lib.1.
& scribit Alex.in consi.109.videtur.colu.2. vol.2.
* & Cur. Sen.in d.consil.46.num.14.ita esse comm.
sententiam tenet Rolan.à Val.consi.56.nume.24.
versicu.item destrueretur. lib.3. ideo filij positi in
conditione nihil ex testamento habentes non cen
sentur aliquo fideicommisso grauati. d.l.ab eo.de
fideicomm.& d.l.planè.la 2.in ff.de leg.1. & l.co-
hæredi.§.quod si hæredem. in ff.de vulg. & pupil.
in simili plenè consuluit Alex.in consi.55.prospe-
ctis.col.6.vol.4. sed Ioanninus duntaxat grauatus
intelligitur sub duplici conditione, si decesserit si-
ne filiis masculis vel sui filij decesserint quando-
cunque sine filijs masculis, vt per Bart.in l.sed & si
sic.de leg.3. & firmat in similibus terminis Alexã.
consi.22.visis.col.fin.vol.3.& in consi.13.visis. co
lum.fin.vol.4. & Curt.Sen.in d.consi.46.sæpe re-
uoluta.col.9.& So.in cons.218.cõsideratis. col.3.
ver.aliquando.volu.2. quæ quidem conditio cum
non euenerit cessat fideicommissum. d. l. iube-
mus.§.fina.C.ad Trebel.cum superius alleg.

Tertiò,dicta conclusio, ꝙ actores non possint vi
gore dicti fideicommissi obtinere, corroboratur
auctoritatibus summorum doc. in similibus & for
tioribus terminis idem probantium.Ita enim in ca
su fortiori, in quo dicebatur,si Isachinus & Anto-
nius hæredes instituti decederent sine hærede ma-
sculino,ꝙ bona eius remanere deberent in propin
quioribus ipsius testatoris,qui essent de eius paren
tela, & sic semper sequendo de gradu in gradum,
& ꝙ dicta eius bona nunquam recederent de ip-
sius parentela de Gambazochis, donec aliqui ma-
sculi sint in ipsa &c. & tamen quia tempore mor-
tis dicti Isachini & Antonij remansit hæres mascu
lus,qui licet posteà decesserit sine liberis, ꝓ hæredi
bus ab intestato hæredis masculi dicti Isachini cõ
tra fideicommissarios substitutos, consuluit Alex.
in cons.139.circa primum.vol.6. quem doctorem
veritatis appellamus, teste Curt.Iunl.in consil.43.
col.2.&ab eius responsis in quibus non habet con
tradictionem non recedendum, inquit Dec.consi.
62. ita in casu strictiori, vbi substitutio erat ascri-
pta,ꝙ de liberis in liberos bona sua deuenire debe
rent,donec aliquis superesset in infinitum &c. Cũ
tamen vnus filius in medietate decedit cum filiis
expirat substitutio, & isto casu etiam filios positos
in conditione ex testamento non esse vocatos, re-
spondit Soc.in consi.62.viso capitulo.vol.3. idem
Soc.in consi.104.quando.d.vol.3. ita in simili sub
stitutione conditionali si sine filiis &c. conditione
non eueniente non esse locum substitutioni latissi-
mè probat Curt.Sen.In consi.64.& in consi.29. &
Alex.in multis suis cons.supra alleg.Itẽ in factis si-
milibus fortioribus filiorum institutorum decedẽ
tium cum filiis non esse locum fideicõmisso, affir-
mat Dec.in consi.377.& consi.323.& in cons.291.
& consi.218.in casu.& in alijs suis consi. supra rela
tis,& Rolan.à Vall.consi.56.num.24.lib.3. vbi de

* com.opi.per Deci.consi.465.nu.14. & vbi Rolan.
per tot.d.consi.56.latissimè tenet pro hac parte,si-
militer & tenet Bursat.consi.51.num.23.cum.seq.
& consi.13.nume.71.& consi.75.nu.13.in quibus
locis antiquorum quoque auctoritates habentur,
scilicet Old.in d.consi.21.& Io.And. in d.addi.ad
Spec.& Ang.in l.1.de vul.& pup. & Pau.de Ca.in
consil.97.ne impropriis.lib.2. & ex his dicta con-
clusio firma remanet. solummodo contrarijs re-
spondere superest, parum enim esset asserere & nõ
respõdere contrariis.inquit Bal.in suo cons.scisma
tis.col.pen.inserto in suis lect.sub tit.C.si quis ali-
quẽ test.prohi.pro quo dicto facit tex.in l.Meuius.
in prin.versi.sanè constir.de leg.ij.

Itaque non obstat primum contrarium dedu-
ctum,quoniam verum est voluntatem testatoris in
fideicommissis seruari,si de ea cõstat verbis dispo-
38 sitiuis.Non † sufficit enim testatorem voluisse nisi
disponat,secundum Bal.& Imol. in l.quidam cum
filium.ff.de hæred.instit.ita respondit Cur.Sen.in
d.consi.43.col.11.num.36.& Dec.in d.consi.377.
col.2. & in alijs cons.allega. supra pro parte quam
teneo.Et quamuis lex quandoque verba testamen
ti extendat, tamen iudex non potest sic extendere
ait Petr. de Ancharan. in consil.288. prima sub-
stitutio. & quando verba testamenti non possunt
adaptari ad vnum sensum illum capere non debe-
mus,licet apud nos sit præsumptio testatorem illũ
sensum habuisse,referens Pau.de Cas.firmat Alex.
in d.consi.139.col.2.ver.vnde satis in specie.volu.
6.Nam expressis verbis testator scriptis hæredibus
substituit sub conditione, si decederent sine filijs,
quæ ex latere dicti Ioannis, vt supra dictum est,de
fecit, deficit quoque substitutio.d.l.iubemus. §.pe
nul.C.ad Trebel.cum aliis iuribus & decisionibus
39 doct.supra alleg.quia† certa est interpretatio legis
in fideicommisso conditionali,si decesserit sine fi-
liis,quòd si decesserit cum filio, tunc deficiat fidei
commissum.d.l.iubemus.§.finautem. & d.l.filiusf-
fa.§.cum quis. Ideo standum est interpretationi le
gis,secundum Bald.in l.voluntatis.C.de fideicom
miss.per l.si paterfamil.ff.de hæred.inst.Imò si fue
rit omissa à testatore talis conditio tacitè à lege
subintelligitur,vt l.cum auus.de condi.& demon.
& l.cum acutissimi.C.de fideicommiss.& si fiat, vt
lex disponit,secundum voluntatem testatoris fieri
dicitur.l.si quis eum.de condi.& demonst.Bart.&
doct.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb. Cum
enim simus in casu omisso à testatore, quia Ioanni
nus decessit cum filio, & filius eius cum filio, su-
mus in dispositione iuris communis. l.si cum do-
40 tem.in prin.sol.matr.cum simil.& † qui velit dice-
re in casu omisso adesse & probari voluntatem te-
statoris per coniecturas,coniecturæ quidem erant
probandæ per 7.vel 5.T.vt per gl.& doct.in d.l.cũ
proponebatur.de lega.1. aliàs talis præsumitur vo
luntas qualem scriptura probat.l.si alij.de vsufruc.
leg.& l.non aliter.in princ. de leg.3. & sola conie-
cturata voluntas non sufficit ad fideicommissum
inducendum,vt per Ias.in l.potest.col.2.vers.adde

q vltra

41 ꝙ vltra eos.de tul.& pup.Testator † autem exclu-
dendo fœminas voluit in agnatione & familia ip
sius bona conseruari euenientibus conditionibus
appositis,quando instituti decederent sine filijs, si
verò cum filijs mortui essent, voluit seruari ius le-
gitimarum hæreditatum.l.vel singulis.de vulga.&
pup.& §.singulis.insf.eo.& l.pen.& ibi no. C.de im
pub.& ali.subst.quia filij politi in conditione suc-
cedunt ab intestato per d.glo.communiter appro-
batam,in d.l.Lucius. & filij instituti & grauati ha-
bentes filios potuerunt de suis bonis paternis di-
sponere,vt per Alex.in d.consi. 109.col.2. volu.2.
cum concor.supra alleg. & iam Dantes filius Ioan
nini habens filium Carolum & decedens cum eo
testamentum condidit, quod quidem in omnibus
bonis paternis & auitis validum & obseruandum
est per supra dicta.

Itē non refragatur argumentatio sumpta ex abla
tiuo absoluto, ibi. stantibus ex eis vel aliqno eo-
rum masculis &c.ꝙ inducat dispositionem pro ma
sculis & excludat fœminas.Ad hoc enim,quod vi-
detur satis in contrarium vrgere, multifariam re-
42 spondeo. Primò, dicta particula quæ † incipit per
dictiones,ita quòd,declarat pręcedentia secūdum
subiectam materiam,vt tradit Deci.in consil. 227.
in casu.col.3.ver.nam ista verba. & est clausula ac
cessoria ad principalem dispositionem,subiecta au
tem materia præcedentium est, vt substitutio locū
habeat quando instituti seu eius filij decessetint
sine filiis masculis, & sub hac duplici conditione
institutis,intelligatur onus fideicommissi imposi-
tum,vt supra fuit dictum, & si institutus decederet
cum filio,& eius filius cum filio,ꝙ post mortē pro-
nepotis sine filijs masculis,qui facit deficere condi
tionem,vt superius fuit allegatum, includuntur a-
lij masculi descendentes virtute dictæ clausulæ de
claratoriæ præcedentium, hoc quidem non esset
declarare & limitare sed adderē ad casum omissum
vltra subiectam materiam,quod minimè est dicen
43 dum,quia † posita ad vnum effectum non debent
aliud operari.l.3.§.si emancipatus. ff.de bon.poss.
contr.tab.& c.cum inter.in fi.de except.& glo.fin.
in l.fin.C.quando lic.ab empt.disce. & esset altera
re & ampliare principalem dispositionem, quod
per huiusmodi clausulam accessoriam fieri non de
bet,argum.clem.1.in fin.de præbend.adducit in si
mili Dec.in consil.2.in fi.& in consi.195. studen-
do.col.3.ver.secundò diligenter.& Ias.in l.qui Ro
mæ.§.duo fratres.col.14.in fi.de verb.oblig. & Fe
li in c.licet in corrigendis.col.4.de offic.ordi. in si
mili specie arguit Dec.in d.consi.218.col.penul.&
consi.377.col.4.ver.prædictis tamen. Secundò,ac
cedant responsiones traditæ per Alexā. in d.consi.
285.col.6.ver.primò.quia ablatiui.& col.seq.vers.
secundò respondeo.vol.2. vbi dicit in statuto ver-
ba ꝙ stantibus masculis &c.sunt prolata cōtempla
tione masculorum si ipsi masculi succedant in ca-
su quo loquitur statutum,sed in testamētis possunt
intelligi prolata in fauorem masculotum absq; eo
quòd importeut ꝙ ipsi succedant per fideicommis
sum ex testamento, quia possunt importare & im-
portant vt succedant ab intestato, vt Alexā.probat
in d.consi.idem per Curti.Seni.in d.consi.43. col.
12.& seq.vbi respondet ad contraria similia in ca-
su nostro.Addo ꝙ in terminis nostris,vbi inseritur
exemplum in testamento per verba ablatiui abso-
luti,consuluit Ioan.de Anan. omnino videndus in
consi.68 viso statuto. filios positos in conditione
ad excludendum non includi in dispositione testa
menti sed eos succedere ab intestato,& responden
do contrariis facit differētiam inter exclusionem
legis & testatoris,vt ibi per eum,sequitur Gabr.Ro
ma.de comm.opi.lib.4.ti.de fideicomm. concl.4.
num.11.in fin. At verum est filios masculos vnius
capitis hæredum institutorum eueniente conditio
ne substitutionis ex parte alterius capitis hæredum
ad substitutionem esse inclusos & vocatos fœmi-
nas verò exclusas, vt ostendit superior particula,
ibi. ꝙ ī bonis ipsius testatoris &c.succedere voluit
filios d.Vēturæ & descendentes filios masculos ex
44 eis & non fœminas &c. ex † præcedentibus enim
declarantur quoque inferiora. l.si seruus plurium.
in fi.de leg.1.& comprehenduntur filij descenden
tes masculi ex eis, tempore testamenti uel mortis
testatoris nati vel concepti,ex not.per glo.& Bart.
in l.si cognatis.de reb.dub.& in l.placet.de libe.&
posthum.& Soc.in consil.73.capio.col.7.versic.4.
& vltimò.vol.4.sed semel ita conditione euenien
te amplius non esset quęrendum,ꝙ cum fuerint vo
cati & honorati potuerunt grauari, iux. d.l.ab eo.
de fideicomm. quia ad vlteriorem gradum substi-
tutionis testator non se extendit. Pariter deficiēte
conditione,filij qui faciunt eam deficere, tunc nō
ex testamento sed ab intestato parentibus succe-
dunt, ex communi docto. sententia, ut sæpius di-
ctum est, ergo non intelliguntur grauati. d.l. ab
eo.cum simili. Tertiò, dicta particula stantibus ex
eis vel aliquo eorum masculis &c. intelligitur de
masculis hæredum institutorum & grauatorum &
non omnium descendentium, quia ipsi sunt in di-
spositione alij verò descendentes ex eis in condi-
tione, ideo talis indefinita ex eis vel aliquo eorū
refertur ad grauatos & positos iu dispositione, vt
not.declarat Alex.in d.consi.55.viso.col.8. vol.4.
& Soc.in consi.69.viso testamento.col.6.versi.se-
cunda sine filiis.vol 3.Curti.Sen.in d.consi.46.co
lum.pen.in his enim de vna persona ad aliā exten
sio fieri non debet etiam ex tacita & verisimili mē
te testatoris, vt tenet Aret.in l.Gallus. §. & quid si
tantum.col.3.de libe.& posthum.sequitur Deci.in
consi.211.subtilis.col.3. versi.secus est si extensio,
latissimè curauit comprobare Bursat.consi.51.nu-
45 me.24. & num.30. ratio est.quia † mutatio perso-
næ mutationem qualitatis inducit, vt per Rom.in
consi.516.in casu.col.1.vers.quintò quia mutatio.
etsi dictum sit si decederet sine descēdentibus qui
dicuntur infinitum,vt per Bārb.in cons.27. nu.42.
tamen intelligitur de primis descendentibus. secū
dum Alex.in d.consi.139.col.3. versi.præterea illa
verba.vol.6.& Petr.de Ancha.in consi.130. pro &
contra.

contra.& Iaſ.in l.qui liberis.§.1. in 3.not. de vulg. & pupil.Qui filij & deſcendentes ſi poſtea deceſſerint ſine filiis,ſubſtitutio tamen non admittitur,vt ſuperius fuit dictum in primo fundamento, vt etiã hæres non oneretur in infinitum.l.fideicommiſſa. §.ſi quis decem.de leg.iij.Soc.in conſi.152. caſus. col.ij.uol.j.

Ad ſecundum contrarium reſpondeo, quòd licet Bar.in d.l.Centurio.col.10. verſic. quæro vlterius &c. videatur tenere filios poſitos in conditione,ſi etiam ipſi ſint grauati ſi deceſſerint ſine filiis, intelligi honoratos propter onus impoſitum, tamen in hoc eſt comm.opin.doct.contra Bar.vt per Alex.& Iaſ.in d.l.Centurio.& Pet.de Anch.in cõſil.137.principaliter,circa fin. & Alex. in d.multis ſuis conſi.deſcriptis in apoſt.ad ſuam lectur.in d.l. Centurio.& Curt.Sen.in d.conſ.64.antiquiſſima. col.7.& Soc.in d.conſi.62.col.pen.volu.3.& Dec. in conſi.291.circa fi.à qua opin.contra Bart.communiter approbata in iudicando non eſt recedendum,vt doct.dicunt in dictis locis & Ceph.conſil. 17. num.17.& ſeq. Præterea non ſumus hic in opinione Bar.& ſeq. quia nõ ſimpliciter euenit caſus, quòd filius filij poſiti in conditione deceſſerit ſine filijs, & eo magis filius poſitus in conditione ſimpliciter non venit ex teſtamẽto per communẽ ſententiam gl.& doct.ſupra relatã,vt etiam per Corn. in conſi.66.in hac conſultatione,litera N. vol.2.& Colleg.Papien.per Curt.Sen.in conſi.46. ſupra al leg. incip. ſæpe reuoluta,& refert Cephal. d.conſi. 17.num.17.

Tertium contrarium quoq; non refragari oſtenditur, quia ſi eſſet vera limitatio prædicta tradita ad d.gl.in d.l.Lucius,ſecundùm Dec.& Curt.Iun. in conſi.ſupra in contrarium allega.quòd filij maſculi in conditione poſiti venirent ex teſtamento, hæres grauatus, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, & habens filios maſculos eſſet quidẽ grauatus relinquere ſuis filijs maſculis, & ſic de bonis hæreditarijs ad libitum nequaquam poſſet diſponere. Cuius contrarium determinant Bald.in d.conſi.186. verba teſtamenti,ibi.& nõ dubito ꝙ ſi teſtator &c. vol.3.& Alex.in conſi.109. videtur,col.2.verſi.nõ obſtat argumentum. volu.2.vbi alleg.Io.And.hoc firmantem in d.addit.incip.huic quæſtioni,in 5.& vltima queſt.ad Spec.in tit.de teſta.§.1.& Colleg. Papien.in conſi.præalleg.46. per Cur.Sen.compoſito.col.6.nu.14.& Soc.in d.conſil.62.col.3.verſi. Tertiò principaliter.vol.3.quia tales filij non ſunt ſubſtituti, ſed liberant patrem ab onere fideicommiſſi,vt doct.in conſi.præalleg.dicunt,ita talẽ ſententiam eſſe communiter receptam atteſtatur Rolan.à Val.d.conſi.56.ſub nu.24.lib.3. & vbi etiam fit dicti, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis,hos filios non comprehẽdi in diſpoſitione, & non venire ex teſtamento, tenet indifferenter Alex. in omnibus ſuis conſi.ſupra relatis poſt Io. Andr.in d.addit. & Oldr.in d.conſi.21. & Pau.de Caſt.in conſi.97.ne improprijs.lib.2.& Colleg.Papien.in d.cõſi.Cur. Sen.& Soc.in pleriſque conſi.ſupra alleg.& Capr. in conſil.2. quæſito propoſito in themate.& etiam Dec.in multis conſi.ſupra allega. vt videri poſſunt & Capy.in deciſ.Neapol.deciſ.115.incip. Americus.nume.8.Adeo quòd non eſt credendum quòd tanti doct.nõ aduertiſſent ad dictam limitationẽ, ſi vera eſſet & procederet,quorum quidem auctoritas præualet auctoritati Dec.& Curti.Iuni. Præſertim cum ratio & auctoritas quibus mouentur facile confundantur. Nam ratio huiuſmodi reddita per Deci.quia gloſſ.in d.l.Lucius. loquitur in caſu quo filius poſitus in cõditione venit ab inteſtato, & ſic fœminæ & maſculi pariter ſuccederent.iuxt. l.maximum.de liber.præter.ſi à ſtatuto vel a teſtamento ergo ſoli maſculi ſunt vocati ad excluſionẽ fœminarum, ſequitur ꝙ maſculi ſunt vocati ex teſtamento, aliàs ab inteſtato ita fœminæ &c.non eſt ſe vera demonſtratur, quia primò non procedit in propoſitione æquiparatio teſtamenti ad ſtatutum circa poteſtatem excludendi, per not.in l.vxorem. §.hæres.de leg.3.adducit Ioan.de Ana.in d.conſi.
46 68. patet † etiam quòd teſtator non poteſt filium excludere à legitima ſine cauſa & eam minuere,vt §.aliud quoque capi.in auc.vt cum de appel.cogn. & in l.ſcimus.& ibi doct.C.de inoſ.teſta.ſtatutum verò poteſt minuere legitimam,vt per Bart.& doctor.in l.Titio.§.Titio.de cond.& demonſt. Bal.in l.2.ver.ſed pone.C.de dot.promiſ. & Iaſ.in auctẽ. nouiſſima.col.fin.C.de inoffi.teſtam.Deinde maſculi poſiti in conditione ad excludendum non ſunt vocati ex teſtamento,Ioan.de Ana. in d.conſ. 68.& Soci.in d.conſil.67.volu.3. poſt deciſionem Io.And.vt ſupra communiter approbatam, ſi autẽ ſint vocati ad excluſionem fœminarum eueniente caſu ſubſtitutionis verum eſt,vt ſupra fuit declaratum,& facit quod tenet Soc.in conſil.227.præſens conſultatio.col.8.ver.ſed multipliciter.vol.2.alias ſi conditio ſubſtitutionis deficiat veniunt ab inteſtato,iux.glo.in d.l.Lucius. & non ex teſtamento, quia eis non eſt facta ſubſtitutio, firmat Soci.in cõſi.116.In cauſa filiorum.vol.3.& ipſe Dec.in conſi.218.colu.3.ſed eſt ſeruata libertas eorum patribus teſtandi, iux.communem concluſionem doct. ſupra poſitam in princ.reſponſionis huius tertij cõtrarij,& dicit Soc.in d.conſi.116.col.2.nam teſtator faciens talem ſubſtitutionem ſub conditione,ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, cogitat ꝙ eueniente conditione ſubſtitutus admittatur, aliàs filius hæres habens maſculos & fœminas facit teſtamentum,& maſculos hæredes inſtituet dotatis fœminis,arguendo à communiter accidentibus, iuxt.l. certi conditio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet.cum vul
47 ga.id enim tenendum eſt, † quod credibile eſt per teſtatorem fuiſſe cogitatum. l.cum in teſtamento. de reb.dub.Si verò teſtamentum non condiderit, ꝙ nepotes & neptes ab inteſtato non ſuccedant filio,teſtator hoc non dixit, ergo neque nos dicere debemus. l.ſi ſeruus.§. non dixit prætor. ff.de.acq.
48 hæredi.& † quod non dixit non præſumitur velle. l.Labeo.§.item Tubero. de ſupp.leg. vt per Bal. & Imo.in d.l.quidam cum filium.cum ſimi.alleg.per Dec.

Dec.In consi.205.col.5. & tunc potest dici, neptes
ex persona nepotum habere, quod sine his ex ea-
rum persona habere non possent, ar.l.si post.§.fin.
ff.de bon.poss.contra tabul.& l.fin. de lib.& post.
& Ias.plenè in l.si emancipati.col.3.C.de colla. &
in successione ab intestato habetur quoque tacita
voluntas dicti filij hæredis.l.conficiuntur. in prin.
ff.de iure codicill.siue ergo ex testamēto vel ab in-
testato succedatur dicto filio hæredi, succeditur ex
eius voluntate,quæ cuique debet esse libera circa
ordinationem suarum rerum.l.non vsque adeo. si
quis à pa.su.man. pro vt liberam esse tali filio gra-
uato & habenti filios affirmant doct.in locis supe-
rius allega.ita enim testator præsumitur velle non
eueniente conditione substitutionis filium hære-
dem habere liberam dispositionem suarum rerum
quæ dicuntur suæ etiam hæreditatiæ post apprehē
sam hæreditatem, vt l.1.§.veteres. & ibi Bartol. &
doct.ff.de acquir.posses. vt intelligatur hæres mi-
nus grauari à defuncto.l.qui concubinam.§. cum
ita legatum.de leg.3.& l. vnū ex familia.§. si rem.
49 de lega.2. si † autem esset dubium de voluntate te-
statoris,tunc etiam fit interpretatio pro hærede cō
rra fideicommissarium.l.apud Iulianum.§.scio. de
leg.1.in simili dicit Soz.in consi.113.col.fi. vol.1.
& probat Cephal.consil.46.nu.15.& sequ. & Nat.
consi.200.ad fi.lib.1.Grat.consil.68.num. 8.lib.1.
Bursat.consi.52.nu.12. Quinimò testator non po-
test impedire hæredem ne alienet vel disponat ad
libitum nisi causam exprimat.l.filiusfamil.§. diui.
de leg.1.& ibi scribent.& sic constat dictam ratio-
nem Dec.ex mente summorum docto.cessare,quæ
ratio est eadem quam tradit Guido Papæ cuius au
ctoritatem in d.q.184.Dec.& Cur.Iun. adducunt.
Sed parui faciendum est de auctoritate Guid. Pa-
pæ.quia ipse fatetur in d.q.184. quòd maior pars
dominorum Curiæ parlamenti Delphinalis con-
cluserunt contrarium,tenetur etiam contrarium in
apostil.ad d.q.184.Idem Guid.Pap. contrarium af
firmat in q.600.incip.Item circa testamentum,vbi
dicit,filios positos in conditione etiam sub quali-
tate masculinitatis, fuisse decisum non succedere
ex testamento,licet (dicit ipse) inter dominos par
lamenti opinando in medium adduxerit iura & ra
tiones in contrarium de quibus se refert ad d.q.
184.tamē maior pars dominorum qui interfuerūt
remissioni processus concluserunt, quòd per illud
verbum masculis,non potest coniecturari mens te
statoris, q voluerit tales filios admitti ex testamen
to ad bona sua, sed quòd illa verba magis operan-
tur conditionem quàm dispositionem testamenta-
riam,iuxta.communē opin.de qua in l. Lucius. la
2.ff.de hæred.insti.&c.ita Guido Pa.ipse inquit in
d.q.600.ecce q auctoritas Guid. Pap. videtur esse
contra dictam limitationem.Præterea,cum maior
pars dominorum dictæ Curiæ contrarium deter-
minauerit,eorum quidem vt plurimorum decisio-
ni standum est.c.prudentiam.& ibi not.de offi. de-
lega.idem sentit colleg. Papien.in d.consil.46. per
Cur.Senio.& sacrum consilium neapol. per Capy
ci.decis.115.nu.8.supra alleg. adeo q non sunt at-
rendenda consilia particularium doctorum sed de
cisiones collegiorum doctorum praualere debent,
vt per Abb.in d.c.prudentiam. & Ferrari.caut.17.
ex his itaque non puto tenendam dictam limita-
rionem per Dec. traditam ad glo. in dict.l.Lucius.
prout etiam latissimè defendit Cagnol.in l.1.sub
nu.52.C.de pact.& Gualden.de arte testan. in tit.
de subst.cau.36.nu.2. & Paris.consi.44.nu.11. & se
quen.lib. 2.& consi.87.nu.32.eo.Alexandrinus cō
si.120.col.fi.ita esse comm.opinio. etiam defendit
Coua.in c.Rainutius.§.3.num.5.de testa. pro com
muni ponit allegando concord. & sequitur Gabri.
Rom.de com.opin.tit.de fideicom.conclu.4.nu.9.
& seq.lib.4.Præterea si Carolus pronepos testato-
ris esset vocatus ex testamento (quod non admit-
to per supradicta) tamen hic non subintrat aliqua
substitutio, quia ei non reperitur facta, vnde non
probatur hoc esse &c.l.nō hoc.C.vnde leg. nec po
test vtile dici fideicommissum quod datum non sit
l.Titia in prin.de leg.2.Sed restricta est substitutio
ad certum casum, si Ioanninus, vel eius filij decesse
rint sine filijs mascu.per dictionem tunc temporis,
vt supra fuit dictum,videtur tex.in l.in substitutio-
50 ne.§.j.de vul.& pup.& per relatiuum, quæ † quod
appositum sine copula restringit.l.ea tamen. & ibi
Bart. de leg.3.& Cur.Senior in d.consi.43.nu.38.
qui casus non euenit, ergo sumus extra dispositio-
nem testatoris,ar.d.l.si quis ita substituerit, de vul.
& pup.& l.commodissimè.de lib.& posth.

Item non obstat quod tenet Pau.de Cast.in con
sil.359.lib.2.alleg.per Cur.Iun. suo consil.43.col.
4.quia magis facit pro quàm contra, si bene inspi-
ciatur, in ratione qua nititur Cur.Iunior loquitur
in statuto quod differt à testamento circa excludē
dū secundū Io. de An.in d.consi.68. nam ex testa
mento fœminæ excluduntur & admittuntur ma-
sculi substituti ratione substitutionis, quæ locum
non habet nisi eueniente conditione apposita à te
statore.l.j.§.sin autem aliquid.de cadu.tollen. & l.
cedere diem.de verbo.signi. & l.si post diem.§.sed
si sub conditione.ff.quando dies lega.ced. cum si-
mi.quoad particulam itaque sexus fœmininus &c.
satis superius responsum fuit.

Ad illud verò,quòd testator mandauit fœminas
dotari. Respondeo hoc habere locum in filiabus
Ioannini & in sororibus Antonij & Ioannis & ad
alias personas non est facienda extensio per doctr.
Are.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.Iussit autem
testator prædictas maritari de portione cuiuslibet
hæredum respectiuè, vt remoueatur illa quæstio
51 † an dos sit de communi constituenda filiabus v-
nius ex socijs,de qua per Ias. & Dec. in auth. quod
locum.C. de collat. Item potest negari fideicom-
missum reciprocum:quia Ioānitus est solus, & per
eius solius mortem sine filijs mas. Ant. & Ioannes
admitterentur,vt verò Ioanninus ex substitutione
succederet saltem in totum & in quantum est sua
portio,necesse fuisset ambos Ant. & Ioannem sine
mas.decessisse. Quod difficilius euenisset, ideò non
est

eſt, æquale fideicommiſſum. Faciunt dicta per Ange.& Moder.in l.qui Romæ.§.duo fratres. de verb.obl.ex parte Ioannini ergo dicitur onus tale fideicommiſſum, in huiuſmodi quoque fideicommiſſo reciproco conditione defficiente tantundem affirmant docto.alleg.ſupra in tertio fundamento pro hac parte.Igitur ex præmiſſis concluditur, non ſolum incumbentium probationes,ſed his etiam probatis ius actoribus deficere, i deo eos in hac cauſa iſto duplici defectu omnino non poſſe obtinere arbitror. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CLXVIII.

ARGVMENTVM.

De probatione pupillaris ætatis. De ſubſtitutione pupillari comprehenſa in compendioſa. Deque illius effectu ſtante matre maximè in medio.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an probet, non dictum ſed rationis qualitas attenditur.*

2 *Teſtium maior numerus reprobat minorem numerum.*

3 *Teſtibus in ſpecie deponentibus magis credendũ quàm deponentibus in genere.*

4 *Teſtis validè deponit reddens cauſam de aliquo facto.*

5 *Teſtificari ſecundum naturam, eſſe ſinceram fidem.*

6 *Probatio non concludens nulla eſt.*

7 *Teſtis vnus deponẽs factum de die & alius intra diem & noctem, quod fortius eſt, non probant & ſunt ſingulares.*

8 *Temporis variatio, cum illud ſit de ſubſtantia probationis, reprobat teſtes.*

9 *Teſtis deponens impoßibilia & non veriſimilia eſt ſuſpectus, & non probat.*

10 *Teſtimonium maſculorum præfertur dicto fœminarum.*

11 *Subſtitutio pupillaris pupillo fauorabilis eſt, fideicommiſſaria verò onus.*

12 *Subſtitutio pupillaris in fœmina expirat anno duodecimo expleto.*

13 *Subſtitutio compendioſa eſt quædam ſubſtitutionis adiectio ſub conditione mortis ſeu alia multa comprehendens tempora.*

14 *Subſtitutio compendioſa infra tempora pupillaris ætatis cõtinet pupillarem expreſſam verbis generalibus, quæ matrem excludit. num. 15.*

16 *Dictio ſolummodo, affirmat quod ponit, & excludit & negat omne aliud.*

17 *Partes nullæ ſunt non entium.*

18 *Grauatus per fideicommiſſum ſub conditione detrahit legitimam & Trebellianicam.*

19 *Mater tranſiens ad ſecunda vota tenetur ſuſceptam filiorum tutelam renunciare, & rationem adminiſtrationis reddere, aliàs priuatur ſucceßione impuberũ filiorum.*

20 *Hæredis ſui exiſtẽtia abſque aditione confirmari tabulas pupillares.*

21 *Actus indiuiduus eſt petitio dationis tutoris.*

22 *Succedens per pupillarem ſubſtitutionem dicitur ſuccedere ex teſtamento.*

23 *Ius accreſcendi habere locum in ſubſtituto pupillariter.*

24 *Reſtitutionis in integrum beneficium aduerſus hæreditem non aditam minor decedens tranſmittit.*

CHRISTI NOMINE INVOCATO.



Lara videntur iura pro donna Ioanna & Stephano eius filio contra donnam Euphroſinam & Petrum Ioãnẽm quoad ſubſtitutionem fideicomiſſariam, Quò verò ad pupillarem non ita videntur propter contrarias hincinde probationes factas. Cum ergo tota lis conſiſtat ſuper probatione pupillaris ętatis donnæ Angelæ tempore eius mortis, pręcipuũ arbitror atteſtationes pro vtraque parte factas recenſere.

Quibus diligenter inſpectis puto quemlibet ſani captis dicere, fore attendendas probationes & dicta teſtium pro dictis donna Ioanna & Stephano examinatorum, & dicentium dictam Angelam tempore eius mortis non compleuiſſe xij.ann.eoſdemque teſtes fore præferendos teſtibus partis aduerſæ deponentibus contraria. Moueor equidẽ, quia pro meis clientibus ſunt quinque teſtes, videlicet Marchus.Primus teſtis, Vincentius.2.T. Antonia 4.T.Magdalena.5.T.& Antonia. 6.T.concorditer deponentes Angelam tempore eius mortis ann.12.non compleuiſſe, & de confeſſione d.Eufroſinæ matris ita affirmantis atteſtantur Bernardinus.3. teſtis & Victoria ſeptima teſtis, quæ cum in criminalibus faciat indicium ad torturam.l.capite quinto.& ibi Bartol. ff.de adulte. & iudicium fiat per vnum teſtem de veritate, ſecundum Bar.in l.fi. col.fin.ff.de quæſtio.in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, Ioſeph.in deciſ.Peruſi.28.num. 18, numero quinque teſtium poteſt addi vnus teſtis. adeo quòd ſunt vel vim habent ſex teſtium pro iſta pàrte.Et pro parte aduerſa ſunt quatuor teſtes, Andrioſa.3.Teſtis,Lucretia 4.T.Petrus 5.T.Bernardina.9.Teſtis,non videtur ponenda in numero Antonia ſexta teſtis, quia ratio & cauſa ſui dicti quoad tempus quo nata fuit do. Angela eſt de auditu alieno, quæ cauſa & ratio per teſtem aſſignata trahit ad ſe dictũ, illud deſtruens vel reſtringẽs ſecun
1 dum ipſius rationis qualitatem, eaque † & non dictum attenditur an teſtis probet,per not. in l.ſolam.C.de teſti. tradit alios allegans Alex.in conſi. 167.quoniam.col.fi.& in conſil.73.in cauſa.col.2. vol.

vol.6. testis autem de auditu alieno non probat.c.
tam literis.de test.not.glo.& doct. in l. testium.C.
eo. ergo maiori numero Testium donn.Ioannę &
sui filij credendum est.c.in nostra. & canon. ibi &
in c.licet causam.de testib. & glo.1. in c.si testis.4.
q.3.& glo.in ver.impari.l.ob carmen.ff. de testi.&
Spec.in tit.de test.§.postquam.vet.quid si omnes,
& Bart.in l.si duo.in princi.col.2.ff.vti.pos. maior.
2 † enim testium numerus reprobat minorem testiũ
numerum Bal.consi.492. quidam testes. nu.2.li.5.
concord.ad hoc congerit Gabri.Rom. de com.opi
nio.lib.1.ti.de testi.concl.4.nu.50.& in specie pro
bationis ætatis sic arguit.idem Bal.consi.455.quis
melius.lib.4.

Secundò,Marchus 1.Testis & Vincentius. 2.T.
dicẽtes dictam Angelam non compleuisse. 12.an.
in specie probant eam fuisse natam de anno.1530.
de mense Februarij, Testes verò contrarij genera-
liter deponunt & non in specie de certo anno nati
3 uitaris do.Angelæ,vnde † testibus in specie depo-
nentibus magis credendum esse, quàm deponen-
tibus in genere, auctoritate Innoc. in c. auditis.de
præscrip.firmat Alexan.in consi.150. in causa.col.
5.vol.5.etiam in l.si prius.col.8.ff.de no.ope. nun.
inquit specialem præsumptionem pręferendam ge
nerali præsumptioni per.l.cum de indebito. versic.
sinautem is.ff.de probatio.Sequitur Dec.in consil.
302.& pro tenui.col.6.cum alijs doc.alleg.per Ga
bri.Rom.in d.conclu.4.nu.72.

Tertiò,testes do.Ioannæ plura & verisimiliora
dicunt & plures & magis concludentes causas tra-
dunt quàm faciant testes d.Eufrosinæ, nam ex te-
stibus d.Ioannæ Marchus 1.T. & Vincentius 2.T.
concorditer dicunt Angelam esse natam de anno
1530.Item dicti.1. & 2.T. & Bernardina.4. T &
Magdalena 5.T. deponũt dictã Angelam de men
se Febr.esse natam post transitum Clementis sum-
mi Pontificis per territoriũ Pis.qui transitus fuit
de anno 1529.de mense Octobris, vt dicunt Ser
Ioannes.8.T.& dominus Theodorus vltim.T. di-
centes se de hoc habere memoriam per scripturã
4 eorum,testis †enim validè deponit reddẽs causam
de aliquo facto,quia scripsit in memoriali, secun-
dum Bal.in l.iubemus.col.fin. nu.7.C.de testa.ita
probatur ætas per nouitatem quæ acciderit tempo
re natiuitatis habito postea numero annorũ dictæ
nouitatis,vt docet Bar. in l. de ætate.col.3. ff.de
minor.sequitur dicens talem esse verum modum
probandi ętatem,Grat.consi.42.nu.24.lib.1.idem
assignando rationem, quia tempus probatur
per accidentia in tempore quæ sunt notoria,tenet
Bal.in l.2.in prin.ad med.de orig.iur.Item aliam
manifestã causam reddunt,ꝙ Vinc.2.T.& donna
Ant.4.T.& alia Ant.6 T.probant.d. Angelam esse
natam de eodẽ anno & mense;quo donna Apolo-
nia vxor quõdam Dominici Lucæ suũ condidit te
stamentũ,quod de anno.1530.die 15.februarij fa
ctum probatur per instrumentum in processu ex-
hibitum,quod dicitur probatio probata, Bal.in l.
quoties. C.de fide instru.& ex dicto anno 1530.
facto computo ad annum mortis Angelæ, quæ
fuit de anno 1541 de mense Decem.vt fatentur ad
uersarij,respondendo positionibus nostris, colligi
tur dictam Angelam non compleuisse.12.an. iux.
doctr.Bar.in d.l.de ætate.& iste dicitur indubita-
tus modus probandi ætatem, vt per Bal.in consil.
219.testes & attestationes. circa fin. lib.4. & alias
causas reddunt,ꝙ aliqui ex dictis testibus habet fi-
lios & fratres coætaneos,& ꝙ dictis temporibus
viderunt dictam Eufrosinam prægnãtem & postea
dictam Angelam infantem, adeo ꝙ qui vellet dice
re eos non probare concludenter esset nimis eui-
dens cauillatio,cum saltem pręgnantia de nessita-
te naturæ præcedat & postea sequaᷣ partus & nati-
5 uitas,hanc † esse sinceram fidẽ testificari secundum
naturam,inquit Bal.in d.l.testiũ.col. fi. C. de test.

Sed testes do.Eufrosinæ nullam saltem conclu
dentem rationem scientiæ assignant, nisi ꝙ Andri.
3.T.& Lucretia 4.T.dicunt interfuisse natiuitati
dictæ Angelæ,sed non concludit hoc dictam nati
uitatem non potuisse esse de anno 1530.prout no-
6 stri T.dicũt,ergo † nulla ẽ probatio nõ cõcludẽs c.
in præsentia.de prob.& l.non hoc.C. vnde leg. nõ
enim quærimus,an dicta Angela nata sit ex dicta
Eufrosina, quod cõcedo melius posse sciri per eos
qui interfuerunt partui,sed ꝙ nata est de tali tem-
pore,quod (vt supra ostendi) manifestè nostri te
stes probant

Consideret quæso Dominus Iudex quõ optimè
comprehenditur istos testes do. Eufrosinæ contra
veritatem deponere propter eorum variationem,
diuersitatem & non verisimilem rationem, nam
dicta Andriola 2.T.dicit Eufrosinã peperisse An-
gelam hora quasi quarta noctis, & Lucretia.4.T.
dicit eam natam de die hora quasi vig.tertia diei,
q̃ non possunt concordari,quia vt dicit Bar.in d.
de ætate.col.2.versi.venio ad secundam. actus par
turiendi modicus est,secus forte diceretur si esset
successiuus,vt per doct.in l.2.§. creditum.ff. si cer.
7 pet.vnde vnus † testis deponens factum de die &
alius intra diem & noctem, quod fortius est, non
probãt & sunt singulares,not.Bal.in l.2.prope fin.
C.qui.res iud.nõ no.sequitur Fel.in c.cũ cãm.col.
12.de test.& dicta Andriola 3.T. dicit Angelam
tempore mortis sui patris nõ compleuisse quatuor
annos, & Petrus 5. testis dicit eam dicto tempore
esse annorum sex & vltra, dicit etiam d. Andriola
3.T.quòd dicta Angela nata fuit de eodem anno
& mense quo mortuus fuit magister Benedictus,
& dicta Lucretia 4.T.dicit Angelam natam de mẽ
se Februarij & magistrum Benedictum fuisse mor-
tuum de mense Aprilis, & super interrogatoriis di
cit eam natam per plures menses ante mortem d.
magistri Benedicti.Quamobrem † variatio tempo
8 ris,cum illud sit de substantia probationis, repro-
bat testes.c.nihilominus.3. q.10.not.glo.fi. in d.l.
ob carmẽ. Verisimilis ratio nequaquam est quam
assignat d.Petrus 5.T.quòd dicit se de mense Apri
lis post transitum Gallorum cum patre d. Angelæ
iuisse Lombardiam versus,& tunc dictum patrem
eidem

eidem testi dixisse se domi relinquisse vxorem præ
gnantem, & quòd postea eis reuersis post quatuor
vel quinque menses post eorum reditum per men
ses quinque nata fuit dicta Angela, nam si de men
se Aprilis pater dict. Angelæ dixit reliquisse suam
vxorem prægnantem à communiter accidentibus,
vt eius maritus hoc sciret. dicta vxor debebat esse
grauida ad minus de duobus mensibus, & ipsa na
ta fuit de mense Februarij, sequeretur quòd stetis-
set in vtero matris per menses tresdecim. etiam si
in principio dicti mensis Aprilis fuisset concepta,
non potuisset nasci de mense Februarij sequentis,
quia vltra decimum mensem finitum partus nasci
non potest, est gloss. in l. septimo. ff. de sta. hom. ita
9 iste testis † deponens impossibilia & non verisimi-
lia est suspectus & non probat, vt per Alexand. in
d. consi. 157. quoniam. col. fina. volu. 6. & in consi.
237. perspectis. num. 13. eo. vol. Præterea dicta Lu
cretia 4. T. est soror dictæ Eufrosinæ, & domina
Bernardina vxor procuratoris & affinis dictæ Eu-
frosinæ, ideo sunt suspectæ, per not. in l. parentes.
C. de test. & per Bart. in l. aut affinitate. ff. de pro-
curato. si enim amicus repellitur. l. testium. in prin.
ff. de test. eo magis affinis & soror repelli debet, &
sunt fœminæ, & testes nostri saltem duo sunt ma-
10 sculi, quorum † testimonium præfertur dicto fœ-
minarum. cap. forus. de verborum significa. l. fina.
ff. de fide instrument. & ibi Bald. nota. & in l. 1.
ff. de Senat. & Felin. in d. cap. In nostra. colum. 4. &
in terminis firmat Bald. d. consi. 455. nu. 2. 3. lib. 4.
Nullus denique testis dictæ Eufrosinæ defendi pos
se videtur quin exceptio contra eorum personas &
dicta meritò obiiciatur, ideo non dicũtur idonei,
per gloss. in §. item. instit. de inut. stipu. At testes no
stri sunt omni exceptione maiores, & sunt plures
numero & opulentiores, & plura & aptiora & ve-
risimiliora deponentes, vt eorum dicta recensen-
do probaui, & pro testamento pupillari & pro pu-
11 pillo, nam † pupillo fauorabilis est substitutio pu-
pillaris fideicommissaria verò onus, vt per docto.
in l. precibus. C. de impub. & aliàs si nõ appareret
an institutus decesserit pupillus vel adultus, in du-
bio præsumitur pro substituto quòd decesserit pu-
pillus, vt per Socin. in consi. 89. in causa. colu. 3. in
fin. vol. 1. allegando consi. Bald. incip. ex parte con-
tingente. sequitur Dec. in cap. in præsentia. col. 19.
sub nume. 50. versic. prædictis etiam. de probatio.
placet Alci. de præsumpt. reg. 2. præsumpti. 14. nu.
7. pro mirabili & notab. sequitur Caccialup. in l.
precibus. nume. 58. C. de impuber. sequitur Pa-
ris. consi 115. in fin. lib. 4. & si videatur tenere con
trarium Rip. in l. ex facto. §. penul. ad fin. ff. ad Tre-
bellia. tamen prædicta alia opin. seruit in hoc. sunt
ergo præferendi & eis magis credendum est quàm
testibus dictæ Eufrosinæ. d. cap. si testes. cap. in no-
stra. & ibi Felin. & alij. & d. l. ob carmen. Specu. in
titu. de test. in §. postquam. versicu. sed quid si tot.
Bald. in d. consi. 455. quis melius. lib. 4. Alexand. in
consil. 171. accuratè. nume. 3. volu. 5. & in aliis suis
plerisque consil. & Barb. in consi. 54. illud. colu. 2.
vol. 1. & alibi per doct. & per ista cessat omnis fa-
uor qui solet attribui reo. sunt enim nimis claræ &
manifestæ probationes pro actoribus.

Non refragatur quod actores respondendo T. posi
tioni reorum conuentorum fatentur dictam Lu-
cretiam testem examinatam esse bonæ famæ & ve
racem, quia talis confessio in genere facta debet
intelligi taliter quòd non contrarietur assertis in
processu pro parte dictorum actorum, ita in simili
bus terminis respondet Alexand. in consil. 84. in
causa comitis. versicu. non obstat. volum. 7. præte-
rea, si erat verax tempore dictæ responsionis, non
fuit postea deponendo prout fecit, vt contra eam
& alios testes dictorum reorum clarius testes no-
stri probant.

Itaque concludendum est, interpidè probari di
ctam Angelam tempore eius mortis non comple-
uisse duodecimum annum & ei duos menses de-
fuisse vt d. ann. 12. compleret, in qua ætate non po
tuisset testamentum condere. l. qua ætate. ff. de te-
stament. sed firma remanebat substitutio pupilla-
12 ris, † quæ non expirat nisi compleantur in fœmi-
na anni duodecim, vt §. masculo. institu. de pupill.
subst. tradit Bar. in l. in pupillari. ver. quæro vtrum
sufficit. ff. de vul. & pup. & ibi communiter doct. se
quuntur.

Superest ergo tractare de dicta substitutione,
quæ est vltima in dicto testamento sub expressio-
ne nominis collectiui, si omnes decesserint &c.
Quam ad inuicem priori substitutione facta filia-
bus institutis præsupono factam vltimæ filiæ de-
cedenti. l. qui duos. ff. eodẽ. & l. qui duos. ff. de re-
bus dub. Pau. de Cast. in consi. 239. pro declaratio
ne. lib. 2. & per doct. in l. penulti. C. de impube. &
ali. substi. & eam, propter illa verba si omnes deces
serint sine filijs, requirentem tractum temporis,
vt appareat vtrum decedant sine filiis, dici compẽ
diosam, vt Bar. docet in l. Centurio. col. 9. versi. se-
13 cundò oppo. de vulg. & pupil. & ibi cæteri, † com-
pendiosam enim substitutionem esse quandam
substitutionis adiectionem sub conditione mor-
tis seu alia multa comprehendentem tempora, se-
cundum Azo. diffinit Salic. in d. l. precibus. colu. 5.
& ibi Deci. approbat. in 9. colum. num. 16. & Cac-
cialup. nume. 17. Quæ fieri potest etiam verbis
communibus. cap. Raynutius. de testamen. firmat
Ias. in d. l. precibus. column. 9. & doct. in d. l. Cen-
turio. Verba autem communia sunt in d. substitu-
tione inserta. s. substituit & deueniant. secundum
Barto. in d. l. Centurio. & in l. Lucius. coln. 1. circa
finem. ff. eodem. & Alexand. in consi. 49. viso the-
mate. colum. 1. volum. 6. repetito in con. 36. lib. 3.
14 Quæ quidem compendiosa † substitutio infra tem
pora pupillaris ætatis continet pupillarem substi-
tutionem expressam generalibus verbis. cap. 1. de
testament. lib. 6. tenet Bart. in d. l. Centurio. col. 1.
& ibi Alexand. column. 22. nume. 77. versicu. non
obst. not. idem Bar. in l. 2. col. 4. versic. Quero quo
tuplex. ff. eod. dum se remittit ad dicta per eum in
l. 1. circa materiam vulgaris substitu. vbi in 2. col.

dicit compendiosam complecti substitutiones ex-
pressas.s.in genere.& Bald.in l.pen.col.fi.versi.vl-
timò. C.de impube. ita substitutio de qua agimus
cum conueniat verbis & personæ mortuæ in pupil
lari ætate includit substitutionem pupillarem, pro
bat Capr.in consi.7.punctus quidam.col.ij. per c.
1.de testa.lib.6.hanc veram opi.esse dicit Alex.in
consi.17.ponderatis.col.3.vol.3.nam in cuiuscun
que persona instituti extiterit cõditio locus est sub
stitutioni, in fideicommissaria & pupillari firmat
Bar.in l.hæredes.§.cum ita.ff.ad Trebel. & Bal.in
d.l.pen.col.ij.ver.ex prædictis.C.de impub. tenet
in compendiosa fore inspiciendũ conditionis euẽ
tum & sufficit vltimum decedere impuberẽ, Bald.
in d.l.pen.col.fi.vers.in gl.sequitur Alexan.in d.§.
cum ita.col.12.& in pluribus institutis decedenti-
bus in adulta & in pupillari ætate in compendiosa
subst.ex pupillari substitutum admitti ad hæredita
tem impuberum,consuluit Dec.in cons.228. in ca
su.col.2.versicu.tertiò quæritur.& clarius in termi
nis nostris consuluit Corn.in consi.208.col.ij.ver
sic.vnde admodo.vol.2. vbi in compendiosa cum
substitutio sit facta vltimo decedenti,tenet suffice
re vltimum decedere in pupillari ætate, facit text.
in §.singulis.instit.de pupil.substi. idem concludit
Bal.in consi.37.quoniam.col.fi.ver.quinto.vol.2.
licet gl.in vers.fideicõmissi. in d.l.precibus.teneat
compendiosam per verbum commune esse omni
tempore fideicommissariam, firmat Bal.in d.con
sil.250.in consulendo.in 4.par.tamen est glos.con
traria in versi.ad exemplum.in §.qua ratione.inst.
de pupil.quam approbat ibi Io.Fab. per duo capi-
tula. Raynut.de testa.& d.ca.1.eo.lib.6. & quã se-
quitur Bar.in d.l.Centurio. colu.8.quando mater
* non est in medio à qua glo.& Bart. non esse rece-
dendum in iudicando dicit Ang.Areti.in §.fi.col.
3.insti.eo.est & gl.in d.l.Centurio. hoc indecisum
reliquit Bal.in consi.469.præmissis.in 2.part. Sed
15 talis † substitutio compendiosa per verbum com-
mune intra pupillarem ætatem continet pupillarẽ
expressam verbis (vt dixi) generalibus etiam ma-
trem excludi,probatur in d c.1.de testa.lib.6.sen
tit Bal.in l.verbis.circa fin. & in l.iam hoc iure. §.
1.de vulg.& pup. & Salyc.in d.l.precibus. col.10.
* affirmat hanc esse comm.opin.Alex.in d.l.Centu-
rio.& veram dixit in consi.17.ponderatis. colu.3.
vol.3.attestatur etiam comm.opini. & latè defen-
dit in consi.51.in casu.vol.7.firmat Corn. in d.cõ
sil.208. Capr.in dict.consil.7. & in consil.16. & si
viso.& Pau.Castr.in consi.172.dubium facit.in 1.
part.in nonis.sibi contrarius in consi.143. viso te-
stamento.in ea.part.idem in consi.18. si bene con
sideretur.& in consi.322.in casu.3.part. quid pon-
derandum est cum vnus auctor quid firmet in plu
ribus locis,argum.l.si cum dotem.§.si pater. ff.so-
* lut.matri.dictam sententiam esse cõmunem & te-
nendam firmat Ias.in d.l.precibus. col.11. & in d.
l.Centurio.nu.45.& Dec.in d.consi.228.& in d.l.
precibus.col.12.cum seq.

Non obstat ꝙ ibi Dec. videatur sentire, dari ma-
tri legitimam de æquitate, propter limitationem
Bar.à multis comprobatam, ꝙ non intelligatur di
recta huiusmodi substitutio existente matre in me
dio,vt per Soc.in consi. 140.col.fi.vol.1.Quia ma
ter in casu nostro transiuit ad secunda vota, quare
non habet locum opinio Bart. ꝙ fauore matris ta-
lis substitutio sit fideicommissaria, vt scribit Ias.in
d.l.precibus.col.11.sequitur ibi Dec.in 13.col. in
telligitur quoq; sublata de medio dicta mater cũ
tutorem pupillę nõ petierit, quia certè perinde est
ac si mater non esset,dicit Bar.in l.ij.in prin.col.fi.
de vul.& pup.per l.ij. in fi.ff.ad Tert. & l.1. §.pen.
de contra tab.

Adeo ꝙ cessat opini.quam doct.tertiam dicunt
Bar.& sequacium limitantium opin.gl. in d.§.qua
ratione.fauore matris.& remanent duæ, vna con-
traria d.gloss.in l.precibus. & altera per substitutis
in d.glo.in §.qua ratione.quam Bar.matre non ex
* tante approbat & cæteri cõiter sequuntur. & est ve
ra & communis opin.doct.temporibus nostris, vt
per Modern. in d.l.Centurio. & in d.l.precibus.&
per Rolan.a Val.consi.69.num.6.& sequen. lib.1.
& concord. accuratè colligendo de cõmuni & te
nenda attestatur Sfor.Odd. in trac.de compendio
sa.par.5.in ij.c.ar.3.vers.cõtraria igitur.fol.156.&
pcipuè contra matrẽ secundò nuptã ibidẽ postea,
ver.sublimitatur igitur.conc.10.fo.158.quare sub
stitutus iste haberet nunc minimè timere cateruã
maiorẽ doctorum pro matre pugnantium magno
labore & laude quidem laborem ipsum longè su-
perante enumeratam & collectam per dignissimũ
doctorem Mantuanum Francis.Bursat.in consil.8.
post nu.39. quia mater ista & per se non petendo
tutorem pupillæ filiæ & transeundo ad secũda vo-
ta est exclusa,Bar.in d.l.ij.in pr.sub nu.43.& Bald.
d.consi.37.supra fin.lib.2.& per testatorem est ex-
clusa trãsiens ad alium maritum habeat solummo
do certum legatum x.flo.& donec staret vidua vi-
ctum haberet &c.sic etiam per tacitam pupillarem
* est exclusa,& Bart.in d.l.ij.nu.42. communiter cũ
Bar.transeunt doc.dicit ibi Alex.sub nu.32. & Ias.
nu.37.38.39.Alex.consi.12.col.5.nu.19.lib.3. ita
communis est opin.cum Bart. dicit Soci.Iun.in d.
l.ij.col.pe.nu.115. & col.fi.nu.117.à qua in iudi-
cando passim exclamatur nequaquam fore recedẽ
dum,quæ eo magis præualet:quia colligitur testa-
toris voluntati magis conuenire.ita arguit Iureco.
in l.qui concubinam.§.si Stichus.de lega.3.maxi-
mam enim affectionem testator ostendit erga di-
ctos substitutos,primò exclusit suam vxorem si se-
cundò nupserit,vt de bonis suis habeat solummo-
16 do x.florenos, quæ † dictio solummodo affirmat
quòd ponit & excludit & negat omne aliud,secun
dum Bar.in l.1.in princ.col.1.ff.si quis ius di.non
obtemp.& Bal.con.334. in quæstione.col.1.nu.2.
lib.3. deinde si aliqua filia nupserit sine consensu
propinquorum voluit portionem inobedientis de
uenire ad dictos substitutos. ita mens testantis er-
ga substitutos colligitur ex præmissis & sequenti-
bus not.glos.in l.si seruus.§.fina.de leg.1. reliquit

etiam vxorem vſufructuariam dum vidua vixe-
rit, & tranſeundo ad ſecunda vota expreſsè voca-
uit dictos ſubſtitutos, etiam ſi non dixiſſet, ve-
niunt ſubſtituti, & mater excluderetur non ſo-
lum ab expreſſa pupillari verbis generalibus con-
tenta in compendioſa ſed etiam à tacita contenta
in vulgari, ſecundum Bar. in d.l.2.in pr.col.fin. de
vulg.& pup.& ibi in apoſtil. & Sal.in d.l.precibus.
col.2.& ſequitur & alia dicit ad propoſitũ Alex.in
d.conſi.12.attentis.vol.3.cum aliis modò alleg.

Inſuper, quid in dicta ſubſtitutione veniat,
quidve dicti ſubſtituti conſequi poſſint videndum
eſt, in primis inſpicienda eſt portio donnæ Agne-
ſinæ, quæ minor vigintiquinque ann. cum nupſe-
rit Petro Ioanni nulla dote conſtituta, nullã etiam
dotem marito dediſſe intelligitur, vt voluit Barto.
in ſua quæſt. mulier habens amplum patrimoniũ.
quia etiam expreſsè dotem conſtituere non potuiſ
ſet abſque decreto Iudicis, vt l.lex quæ.C.de adm.
tut. Matrimonium enim poteſt eſſe abſque dote.l.
fina.C.de repud. ergo mortua dicta Agneſina ſine
liberis, dictus Petrus Ioannes nullam partem do-
17 tis lucratur ex forma ſtatuti, † quia nõ entium nul
læ ſunt partes, ſecundũ Philoſophum. & huiuſmo-
di ſtatutum eſt contra ius commune, ideo propriè
& ſtrictè intelligendum, ſecundum Ang.in conſi.
158.viſo puncto. at hic nulla cadit propria diffini-
tio dotis, de qua per Bar.& alios in rub.ſolu.matr.
ita in terminis tenet Bal.in l.nulla. C.de iure dot.
& fortius vbi interuenerat æſtimatio bonorũ nul-
lam partem dotis ex forma ſtatuti maritum lucra-
ri debere, in propriis terminis conſuluit Roma.in
conſi.314.in caſu propoſitæ.& latè probat Rolã.à
Val.de lucro dot.in qu.71.& 74. & Phanuc.ſimil.
tract.in glo.10.nume.36.pag.443. Verùm pars bo
norum paternorum dictæ Agneſinæ ea mortua ſi-
ne liberis, vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ
contentę in reciproca pro dimidia deuoluta eſt ad
Angelam ſororem ſubſtitutam, pro alia dimidia
pro legitima & Trebellianica, iuxt. not. in d.cap.
Raynutius. ab inteſtato peruenit ad dictam ſoro-
rem & Eufroſinam matrem æquali portione, vt in
auc. defuncto.C.ad Tertu. ſed cum mater tranſiue
rit ad ſecundum matrimonium, habebat ſolum vſu-
ſufructum in portione in qua ſucceſſit d. filiæ reſer
uata proprietate Angelæ alteri filiæ.§.hinc nos.in
auc.de nup.& auc.ex teſtamento.C.de ſecun. nup.
Mortua verò dicta Angela in pupillari ætate ei in
omnibus bonis paternis & aliunde ſibi obuentis
ſuccedunt donna Ioãna & Stephanus ſubſtituti vi-
gore dictæ ſubſtitutionis pupillaris. l.ſed ſi plures.
§.ad ſubſtitutos.de vulg.& pup. excluſa matre etiã
à legitima.l.Papinianus. §. ſi quis impuberi. & ibi
Bar.ff.de inoffi.teſtamen.& d.c.1.de teſta.lib.6. &
per doct.in d.l.precibus. & in d.l.2. de vulg.& pu-
pil. Si autem opponeretur eam poſſe habere legi-
timam ſaltem de iure poli, ſecundum Archi. in d.
c.1.colum.5.de teſtamen.lib.6. videtur defendere
Dec.in d.l.precibus.col.4. & in conſil.221. in fin.
reſponderem ꝙ nos tractamus modo de iure fori.

Item contra Arch. vt ibi Dec. refert, tenẽt Lancel.
Dec. Petrus & Soc. & eſt text. expreſſus in d. ca.1.
& firmat Roma.in conſil.130.viſo teſtamento. &
doct.in pleriſque locis, præſertim Rip.in d.l.2.nu.
45.de vulg.& pup.

Pręterea ineuitabili modo arguendo à ſufficien
ti partium enumeratione oſtẽdo, dictam matrem
eſſe excluſam à tota hæreditate dictę Angelæ quo
niam aut dicitur dictam ſubſtitutionem eſſe fidei-
commiſſariam, ſecundum glo. in d. l. precibus. aut
pupillarem, ſecundum gl. in d.§. qua ratione. quæ
eſt vera & com. ſententia doc. vt ſupra. Primo caſu
grauata per fideicommiſſum ſub conditione detra
hit legitimam & Trebellianicam per d.ca.Raynu-
tius.& c.Raynaldus.eo.& habetur per Bar.& alios
in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.Affli.in deciſ.367.
ad fin. quæ cum portione habita ex ſucceſſione ad
legitimam & Trebellianicam Agneſinæ primę de
functæ pertineret ad venientes ab inteſtato, quæ
eſſet dicta mater, & ipſa mater eſſet excluſa ob tu-
torem non petitum infra annum à morte viri, vt §.
fin.inſtitu.de ſena.conſul.Tertul.& l.2.§.ſi mater.
ff.eod.l.ſciant.C.de leg.hæred.cui incumbit onus
probandi petiiſſe, vt probat Ioan.de Ana.in conſi.
100.viſa petitione.& ibi Bologn.in additio. quic-
quid aſſerat Cuma.in conſi.113.D.Catherina.ſuf
ficit iſtis actoribus eſſe à morte patris pupillæ ela-
pſos vnum & plures annos ante mortem pupillæ,
Alex.conſi.185.col.fi.nu.10.li.6. pro hac parte fa
cit Nat.conſi.656.nu.3.to.4. & tranſeundo ad ſe-
cunda vota, tenebatur etiam ſuſceptam tutelam re
nuntiare & rationẽ adminiſtrationis reddere aliàs
priuatur ſucceſſione impuberis. l.omnẽ. C.ad Ter
tul. vt nouiſſimè per Tob.con.75.nu.2. & ea exclu
ſa tunc dicendum eſt admittendam eſſe d. Ioannã
amitam proximiorem ſequentẽ, per gl.in d.l.ſciãt.
quæ non excluditur ſtante mora matris non decla
ratis, vt per Sal.in d.l.ſciant. col.2. in ſimili caſu la
tè reſpondet Pet.de Anch.in conſi.14.pro declara
tione.& Bal.in d.conſil.37.quoniam.col.fi.vol.2.
pro amita contra matrẽ conſuluit Bero.conſ.125.
lib.3.& ſi eſſet etiam dicta de cauſa repellen. Ioan
na, admitteretur tamen d. Stephanus cõſobrinus
ſequens in gradu, qui vt minor 25.an. vt conſtat ex
proceſſu, excuſatur à d. priuatione, vt l.2. C.ſi ad-
uer.deli.& per not.in l.matres.C.ad.Tertull. cum
concord.alleg.per Gabri.Rom.de com.opi. lib.6.
ti.de tutel.concl.1.nu.49. Et dimidia pro fideicõ-
miſſo cum alia dimidia habita per mortem Agne.
mõ mortua Angela reſtituẽda eſt d.ſubſtitutis, tra
dit Bar.in l.Scæuola.in fi. ff.ad Treb.cuius opi.cõ
mumẽ eſſe atteſtatur Dec.in con. 81.ver.circa tertiũ
dubiũ.& ſic oĩa bona d.Ioanna & Steph.capiunt.

Secundo caſu, vt ſæpius dictum eſt, pupillaris
excludit matrem etiam à legitima & per eam ſuc-
ceditur pupillo in omnibus bonis vndecunque
ſibi obuentis & fuit adita hæreditas paterna, vt re
quiritur, per l.a.§.adeo. ff.de vulga.& pupill. ſolet
20 etiam dici † exiſtentia ſui hæredis abſque adi-
tione confirmari tabulas pupillares. l. ſi pater. in

piin.

princip. de priui.cred.habetur in l. si filius qui patri.de vulga.& pupill.casque confirmari per auct. ex causa.de libe.præter.vt per Bart.in l.1.§.fin.eo. de vulgar. Si verò oppositio fiat contra substitutos de tutore non petito, iuxt. dictam l.sciant.respondendum est dictam Ioannam excusari ob præsumptam ignorantiam se esse substitutam, vt tradit Barto.in l.2.colum.4.versicu.item intelligo.ff. qui pet.tuto. & dictus Stephanus defenditur propter minorem ætatem d.l.2.si adner. dilect. & firmat Bar.in d.l.2.colum.penult.versicu. præterea si
21 ponimus.& Bald.in d.l.sciant.& † cum petitio dationis tutoris sit indiuiduus actus non esset fortè absurdum tenere Ioannam excusari propter minorem coniunctum re & verbis, argumen.l.si communem.ff.quemadmo.ser.amit. de qua post alios copiosè scribit Ias.in l.si emancipati.columm.3.C. de collatio. & Felin.in cap. 1. columna quarta. de præscript.

Ex his potest quoque inferri, si pro parte Ioannæ ob tutorem non petitum substitutio effectum non haberet, tunc Stephanus idem substitutus & coniunctus admitteretur per ius accrescendi, per theor. Barto.in l.re coniuncti.colum.9.versicu.sed circa hoc moueo.de lega.1.cum qua ibi Ias. transit. quòd ius procedit in hæreditate etiam quando quis succedit de iure speciali, ne defunctus pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, præsertim vbi successio est secundum voluntatem defuncti, vt tenet Bart.in d.l.re coniuncti. colum. 10.versicu.solu.dico prædicta vera. quem ibi com-
22 muniter scribent.sequuntur † succedens & per pupillarem substitutionem dicitur succedere ex testamento, quia pro uno habetur testamentum patris & filij.l.patris.de vulgar.& pupill. & ratio, ne defunctus decedat pro parte testatus &c. in pupillo quoque procedit, Bart.in d.l.sed si plures.§.ad sub-
23 stitutos.ff.eo. & ibi Bald.Ange.& Alex.not.† expressè ius accrescendi habere locum in substituto pupillariter.

Et si Angela pupilla non potuerit adire hereditatem Agnesinæ sine tutore.l.potuit.C.de iure deliber.& sororis hæreditatem non aditam non transmisserit ad dictos Ioannam & Stephanum hæredes, per l.quoniam. C.eod.& l.1. §. in nouissimo.
24 C.de cadu.tol.transit † tamen beneficium restitutionis in integrum aduersus hæreditatis aditionem non factam, & illud dicti hæredes intentare possunt, tenet Bart.in l.Pantonius. ff.de acqu.hær. & ibi Bald.sequitur, & in consil.382. super prima. vol.2. & cum hic non fuerit tutor, & Stephano minori non potuerit imputari negligentia d.l.sciant. non cadit distinctio Barto.in d.l.Pantonius.ff.de acquiren.hæred.& in l.si infanti. C.de iu.deliber. idem indistinctè tenet Petr.de Ancha.in d.consil. 104.colum.fin.& in minore non infante est com-
* mun.doct.sententia, vt per Alex.in d.l.si infanti.& Socin.in consi.153.pulcra.colu.9.versicu.& consequenter.volu.2.& in consi.9.prosequendo.col.7. vol.1. Quæ restitutio fuit petita per dominum Lucam procuratorem in processu habentem mandatum generale cum libera & alijs clausulis, quo potest gerere & facere omnia requirētia speciale mādatum, firmat Alexan.in consi.133.circa exequutionem & in consi.28.viso.volum.6. Quæ in integrum restitutio potest peti & exerceri cum causa principali. l.1.cum aucten.ibi posita. C. si min.ab hære.se absti.dicit Ioan.de Anan.in consil.48.circa præsentem.& ibi Bolo. in additi. & intelligitur à principio intentata, & in processu potest peti ordine non attento vigore clausularum petens ius & iustitiam &c.& omni modo mel. &c.& per rescriptum visa veritate &c. de quibus per Abb. & alios in ca.2.de ordi.cog.& in c.1.de off.deleg.& Ias.in §.omnium.instit.de acti.& Alexand.in l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.col.5.de verb.obli. & Soc. in consi.11:in fi.vol.3.& doct.alibi tradunt.

Postremò, dicti actores non possunt imputari de aliqua violentia pœnali & priuatiua iurium cū nō interuenerint aliqua de tribus traditis per Bal. in l.si quis.in tantam. colu.3.vers.nota ad statuta. C.vnde vi.quæ sunt. primum, cum in possessione quis inuenitur & expellitur.secundum, quando nō inuenitur, & reuertens non admittitur. Vltimum, quando metu nō reuertitur, sequitur Ias.in l.clam. §.qui ad nundinas.ff.de acq.poss.

Et ex his sine vlteriori progressu concludēdum puto dictos Ioannam & Stephanum cōtra dictos Eufrosinam & Petrum Ioannem debere, vt supra obtinere. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXIX.

ARGVMENTVM.

De aditione hæreditatis. De fideicommisso, & an illi sit præiudicatum per laudum diuisorium, quod asseritur nullum. De melioramentis. De prælegato, Ac de alimentis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas nisi adeatur testamento contenta minimè valent.*
2 *Substitutus potest venire ex vulgari contenta in compendiosa, quando hæreditas non esset adita.*
3 *Substitutio compendiosa fideicommissariā continere dicitur.*
4 *Substitutus secundus efficitur primus, quando persona primi tollitur de medio.*
5 *Substitutus primus exclusus propter defectum conditionis, secundò substitutus pariter remanet exclusus.*
6 *Fideicommissum non perit morte fideicommissarij sed transit ad hæredem.*

7 *Dimissio obtinet vim emptionis.*
8 *Interest nihil quid ex aquipo llentibus fiat.*
9 *Compromissum fieri non potest de rebus quæ alienari non possunt.*
10 *Compromisso & laudo praiudicium non infertur iuribus testamenti, non nisi & cognitis eius verbis.*
11 *Hæres ex persona sua pot venire cōtra factū defuncti.*
12 *Fideicommissum conditionale præsertim non reciprocum inter diuidentes neqnaquam intelligitur remissum.*
13 *Fideicommissum ut censentur remissum, requiritur expressa mentio testamēti & fideicōmissi in instrumēto.*
14 *Fideicommissum petens non teneretur de euictione.*
15 *Verba sententiæ sunt strictè & propriè accipienda.*
16 *Instrumentum non probat, nisi illud, quod causat dispositiuè.*
17 *Pactum de necessitate probare debet intentionem eius, qui se in eo fundat.*
18 *Bonificamenta sunt respicienda quantū modo valent, non quantum in eis fuit impensum.*
19 *Legatum commissum voluntati et conscientiæ alterius, cum non sit ad pias causas, dicitur captatorium.*
20 *Commissum conscientia alicuius vt expleatur, iurare ille debet, etiam q̄ sit persona honesta, aliàs non statur ei.*
21 *Prælegatum fideicommissario vniuersali est restituendum.*
22 *Hæres ob non confectionem inuentarij perdit Trebellianicam.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



Voniam pręsens causa agitur super fideicommissaria substitutione descripta in testamento & codicillo D.Ioannæ, & fideicommissum neq; alia in testamen
1 to contenta minimè valent, †nisi ex eo adita sit hęreditas. l.si nemo.ff.de test.tut. l.eam quam. C.de fideicom.& l.si patroni.§.nec ad rem.ff.ad Trebe. ideò prius arbitror de ista aditione inspiciendum, quæ quidem probatur per compromissum & laudum latum inter D.Aloysium & D.Lucretiam hæredes scriptos super diuisione bonorū hæreditariorum ipsius D.Ioannæ,& per Io.Anto.hospitem & D.Lazarum testes examinatos pro Franci.substituto dicentes, D.Aloysium domnm & alia bona hæreditaria d.D.Ioannę post eius mortem possedisse & vsufructuasse,& pars aduersa fatetur in suis capitulis, cap.33. dominum Aloysium vendidisse vnā possessionem de hæreditate d. D.Ioannæ & Franciscus non negat, nisi causam ex qua asseritur, quæ omnia non possunt geri citra ius & nomen hæredis, & hæreditatis aditionem demonstrant. l.pro hærede.§.pen.& l.gerit.& ibi Bar. ff.de acquir.hæred.& l.1.& ibi Bar.& alij.C.de repu.vel absti.hæred.Bar.consi.207.in quæstione inter Franciscum & in quæst.10.incip.debitor in diem.& Alexan.in consi.32.viso processu.vol.3.& Soc.in consi.295. in causa.col.2.versi.postremo.vol.2.vbi dicit probari per testes singulares & probationes multas iūgi posse ad probandum aditionem hæreditatis. & in consi.8.post redditum.nume.2.volum.4. Si ve-
2 rò adita non esset hæreditas † substitutus posset venire ex vulgari, quæ continetur in compendiosa, prout est ista de qua tractatur facta per verbum cōmune(substituit) vt tenet Barto.in l.Centurio.col. 9.ver. quæro vtrum substitutio.de vul.& pupi. quā
* omnes doct. communiter sequi ibi Alexā. dicit in col.28.versi.in quantum Bar. hic tractat.& Deci. in l.precibus.col.10.versi.De vulgari q continentur. C.de impube.& ali. substi. nanque ex vulgari potest testamentum vires assumere, secūdum Bar. in l.1.column.7. versic.vlterius quæro.ff.eo.per l. neque enim.§.fina.de milita.testament.quem docto. sequuntur.

Hoc autem præmisso & præsupposita probatione omnium quæ in facto probanda erant pro dicto substituto, vt & processu constat, Duo putarem dnntaxat inspicienda & pertractanda.Primū, an cesserit dies fideicommissi tam in testamento, quàm in codicillo contenti. Secundum, an per illud laudum diuisorium latum inter dictos dominum Aloysium & dominam Lucretiam hæredes scriptos factum sit præiudicium fideicommisso, adeo q istud Franc. etiam hæres d.dominæ Lucretiæ petere & consequi non possit.

Primum agredienti mihi clarum videtur, quoad portionem dominæ Lucretiæ per eius mortem sine filijs compēdiosę & fideicommissariæ substitutionis sibi in testamento factæ cōditionem euenisse,& consequenter eius diem cessisse.l.j. §.finautem aliquid.de caduc.tollen. & l.si post.§.sed si.ff. quando dies leg.ced. & l.hæredes mei. §.cum ita. & l.ex facto.§.si quis rogatus.cum sequ. ff.ad Trebel.Quò verò ad portionem domini Aloysij in codicillo legitur sibi post mortem facta substitutio in personam dictæ dominæ Lucretiæ,& decedente domina Lucretia sine liberis codicillariter substituit Franciscum & Mathcum fratres ipsius do-
3 minæ Lucretiæ,& † talis est substitutio compendiosa, quæ fideicommissariam continere dicitur, Bart.in d.l.Centurio. column.9. versicu.secundò oppo.ad prædicta,& doct.in d.l.precibus.quæ quidem fideicommissaria substitutio & fideicommissum fieri & imponi potest in codicillo, vt l.2.C.de codicil.l.Scæuola.ff.ad Trebellian.& §.codicillis. institu.eodem.de codicill.quamuis dicta Lucretia primo loco substituta decesserit antequam dominus Aloysius hæres grauatus decederet, nihilominus dictus Franciscus vltimo loco substitutus ad-
4 mittitur, quia † secundus substitutus efficitur primus, quando persona primi tollitur de medio. l. cohæredi.in princip.& l.si Titius.de vulg.& pupil. & primo fideicommissario deficiente hæres tenetur secundo.l.1.§.pro secundo. de cadu.tollen. ita tenet Barto.in l.quandiu. la vlti.in fin.ff.de acquirend.hæredi.& Bald.in consil.83. quamuis. lib.4. Pa.de Ca.in consi.267.viuentibus. & in cons.seq. & in cō.422.videtur q filij.li.ij.& Ias.in l.1.col.8. versi.

ver.vndecimo & vltimo.de vulga.& pup.& Guid. Pap. in q.550.testator. vbi dicit vidisse secundum hanc partem pluries determinari & iudicari in camera consilij Delphinalis.& Socin.in consil.298. Dominus.col.fin.inserto in 3.vel con.Corn.& ita
* tenendum,& hanc esse communem opinionem dicit Dec.in consi.238.proponitur.Ias.consi.148.colum.2.& seq.lib.2.& Aymo consi.295.col.1. nam si testatrix fuisset interrogata de hoc casu,ita verisimiliter respondisset, ideo habetur pro dispositò, (vt etiam clarè disposuit)l.Titios.§.1.& ibi Bar. & doct.de lib.& posthum.& glo.& doct. in l.tale pa
4 ctum.§.fin.ff.de pact.licet secus esset si primò† substitutus esset exclusus per defectum conditionis, quia & secūdò substitutus remaneret exclusus per l.qui habebat.de vulg.& pup.concor.alleg.Bursat. consi.1.nu.5.& latè declarat Hieron.Zanch.in repeti.§.cum ita.l.hæredes mei.nu.17.cum sequenti ad Trebel.& ibi nu.41. loquitur ad propositum casus nostri.quāuis etiam Matheus cum dicto Francisco substitutus decesserit antequam agnouerit dictum fideicommissum, tamen suam portionem d. Franciscus re & verbis coniūctus potest consequi per ius accrescendi.d.l.1.§.pro secundo.de cado.tollen.& l.filiusfam.§.diuus.&l.1.de leg.1.Ia. in l.re coniuncti.car.12.de legat.1.quàm etiam vt
5 eius hæres ab intestatò,quia † fideicommissum nō perit morte fideicommissarij sed transit ad hæredem.l.cogi.§.idem Meuianus.& ibi gloss.1.& glo. in versicu.decesserit.in l.apud Iulia. §.vtrum. ff.ad Trebel.& ibi Bar.& in consi.13. ex facto proposito.col.fi.vers.Quintò restat.& in l.cum filiofamil. de leg.1. & ibi Alex.in 10.colu.& Ias.in col.15.& Soci.& cæteri moder.ibidem attestantur hanc esse
* communem sententiam doct.& mouentur ista ra-
6 tione, q †fideicommissario vniuersali ante restitutionem sibi factam competit officium iudicis hæreditate non adita,& actio ex testamento adita hæreditate, ideo transmittitur ad hæredes ad quos transeunt omnia iura hæreditaria. l.hæres in omne.ff.de acqui.hær. videtur tex.in l.fin.C.quando dies leg.ced.ad idem Corn.in consi.35.in casu.colu.fin.vol.2.& pariter si verbalis seu realis restitutio fideicommissi facta non sit,potest fideicommissarius officio iudicis experiri contra hæredem vt adeat hæreditatem, & postea actione ex testamento vt aditam restituat.glo.in l.& fine. C.ad Trebe. quam ibi Bar.Bal.Ang.& Saly.sequuntur.& in l.si legatus.& ibi Bar.ff.eo.& Guid.Pap.in q.303.circa fin.idem dicitur quando fideicommissum debetur ex codicillo,vt per glos.in versi.ex omnibus.in
* l.2.C.commu.de leg.quam dicit communiter approbatam, Ias.in d.l.cum filiofamil.in col.17.vbi etiam alleg.Bar.in l.1.col.pen.de leg.1. Et de primo hæc dixisse sufficiant.

Secundum superest pertractari de dicto laudo, quod quidem non obesse d.Francis.substituto quin bona petita consequi valeat, multifariam ostenditur. Primò enim, ex eo constat d.dominam Lucretiam esse tunc minorem 25.an.cum in eo dicatur,& eidem contrahenti adhibitus sit curator, per ea quæ not.Bal.& Sal.in c.cum te. C.de prob. & Fel.in c.cum inter.col.6.de except.& Alexand.
7 consi.92.col.3.nu.3.lib.5.& †diuisio obtinet vim emptionis.l.1.C.com.vtr.Iudi. præsertim hoc verum est in ipso laudo,in quo fuit deuentum ad estimationem omnium bonorum hæreditariorum d. dominæ Ioannæ,& de sua portione dictorum bonorum d.Lucretia videtur se esse priuatam & alienasse eam. Extat autem lex municipalis Pisauri in 2.lib.statutorum.rub.95. q minor non possit vendere aut alienare, vel aliam facere obligationem sine auctoritate Iudicis, & consensu duorum propinquorum & curatoris, ideo dictum laudum & compromissum absque consensu duorum propinquorum sunt nullius momenti ex forma dicti statuti, quod debuit seruari ad vnguem, secundum Bal.& alios in l.1.de lib.& posth. & in forma spe-
8 cifica, nec locum habet regula, q † nihil interest quid ex æquipolentibus fiat, vt per Soci. in consil. 24.visis. col.7.& in consi.33. prosequendo. col.3. in prin.lib.1.Alex.in consi.137.col.3.nu.12. cum seq.li.2.& in cons.212.col.1.nu.6.li.6.& plenè Feli.in cap.cum dilecta.colu.11.cum sequent. vsque ad 19.col.de rescript. adeo q non sufficit per prædicta si ad d.compromissum cum domino Potestate interuenerit dominus Locumtenens, non autem licentia & cōsensus duorum propinquorum, cum dicta Lucretia semper propinquos & consanguineos in ciuitate Pisauri habuerit, vt per testes in processu probatur, & contractus aliter factus non validatur iuramento cum dict.statutum præsumat minorem dolo inductū ab aduersario, vt per Bal. in consi.483.viso.lib 4.& Barb.in consi.21. & quidem.col.1.lib.2.ita esse commun.opin. dicit Ias.in auct.sacramenta.col.fin.C.si aduer.vendi. accedit etiam maximus respectus & maxima reuerentia propter officiū quod gerebat dominus Aloysius, & quia dicta domina Lucretia stabat cum eo sub eius obedientia,facit l.1.§.quæ onerādæ.& quod ibi not.Barto.ff.quarum re.act. non de.& doct.in
9 l.interpositas.C.de transact. Nam † de rebus quæ non possunt alienari compromissum fieri non potest etiam ad diuidendum bona minoris,nisi liquidò probetur minorem fuisse prouocatum, vt firmat Dec.qui alios alleg.in consi.39.iuridicam.col.1.versi.tertiò, nullitas laudi. Inquantum enim dictum statutum dicit, si in contractu minoris vigintiquinque maioris uiginti ann. non fuerint seruatæ solemnitates,tunc in arbitrio iudicis remaneat.dicendum est isto casu Iudicem debere arbitrari dictum laudum fuisse & esse nullum & nō tenere. quia in multis ostenditur dictam dominam Lucretiam fuisse læsam.

Primò,arbitri,qui ex forma compromissi debebant sententiare de iure tantum,quamobrem non arbitratores sed arbitri dicuntur,Bal.in l.si quis.§. recepisse.ff. de arbitr.& l.si societatem. §.arbitrorum.col.2. pro soc.nō poterant de iure credere solis libris dicti dñi Aloysij in eius fauorē extrahendo

do tam magnas ſummas florenorum 385. per com* muuem ſententiam Barto. & aliorum in l. admonendi. de iureiurand. per l. rationes. & l. exemplo. C. de probatio. & Areti. in conſil. 44. in propoſito. colum. 1. & iſtæ ſunt regulæ iuris communis contra quas nihil operatur legalitas perſonæ, ſecundum Felin. in cap. 3. column. 7. de fide inſtrumen. namque vni teſti quoq; non debent arbitri fidem adhibere, Alexand. in conſi. 209. ponderatis. circa finem. lib. 6. quinimò tales arbitros non poſſe adhibere fidem priuatæ ſcripturæ expreſsè tenet Ioann. Baptiſt. Peruſi. in tract. de arbit. cap. 10. decimi lib. in col. 5. in fin. & col. ſeq. verſi. vigeſimoprimo. & in cap. 15. eod. lib. col. 1. verſic. primò an arbiter. hæc autem reſpiciunt probationem facti principalis, & ſic non proceſſum ſed deciſionem tangunt, per ea quæ ſcribit Aret. in c. dilecti. & ibi Felin. ſequitur in column. 2. verſicu. limita omnia prædicta. de Iudi. & in decidendo habebant poteſtatem limitatam de iure tantum & tranſgrediendo intulerunt grauamen. & læſionem dominæ Lucretiæ.

Secundò, non debebant extrahere poſt portionem dotis traditam domino Aloyſio, ſecundum formam ſtatuti de lucro dotis, illos florenos ducentos ſolutos dominæ Catherinæ pro reſiduo ſuæ dotis, quia domina Ioanna in ſuo teſtamento dixit, quòd Iacobus ſer Blancucij olim eius maritus in animo ſibi commiſit, vt deberet dare dictæ dominæ Catherinæ florenos tercentum pro eius dote, & ita eos reliquit eidem, & in inſtrumento dotis factæ domino Aloyſio ipſa domina Ioanna ex ſuis bonis reſeruauit illud quod dictus Iacobus commiſit ſibi in ſuum pectus & conſcientiam, ſed verius debebant computari dict. flo. 200. cum lucro dotis, vt inferius dicetur, & in hoc fuit læſa domina Lucretia, debebant quoque arbitri computare legata & hæreditatem domino Aloyſio relictã per dictam dominam Ioannam in dicta portione dotis per eum lucrata, per ea quæ tradunt docto. in auct. præterea. C. vnde vir & vxo. & præſertim * Dec. nume. 18. qui dicit iſtam eſſe commun. opin. idem tenet Rolan. à Val. de lucr. dot. in quæſt. 96. nume. 8. & ſequent. & in fin. dicit à communi ſententia in conſulendo & iudicando non recedendum.

Tertiò, ante aſſignationem d. lucri dotis debebant extrahere florenos tercentum remanſuros in hæreditate d. do. Ioannæ, quos ſibi de ſuis bonis datis in dotem ipſi domino Aloyſio reſeruauit ſe poſſe diſponere ad eius voluntatem, vt legitur in dicto inſtrumento dotis, ecce ergo in quantis fuit læſa dicta domina Lucretia, fœmina, minor & exiſtens ſub obedientia domini Aloyſij uiri tanti reſpectus & potentiæ, ideò iudex omnino arbitrari debet dictum laudum fuiſſe & eſſe nullum ob ſolemnitates ſtatuti non ſeruatas, & quia in eius emologatione & approbatione facta per dictam dominam Lucretiam minorem non interuenit curator neque iudicis decretum vt requirebatur, per ea quæ ſcribit Socin. in conſi. 18. colum. 12. verſi. & ex prædictis deciditur. volum. 1. ſic etiam fuit nullum de iure communi, vt tot. titu. C. de prædi. mino.

Ex quibus infertur dictum Franciſcum poſſe venire contra dictũ laudum & pactũ nullum quemadmodum potuiſſet venire defunctus. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Alexan. in conſil. 103. column. 4. verſicu. non obſtat ſecundum. lib. 2. & in conſi. 123. column. 3. lib. 1. & Corne. in conſi. 92. licet. in fine. lib. 4. & Socin. in conſil. 79. nume. 24. lib. 4. Math. de Afflict. in deciſ. 240. in cauſa. num. 7. & plenè per Ioannem Baptiſtam de Caſtelliono in ſuis allegationibus inſertis cũ ſingul. diuer. doct. car. 137.

Secundò, quoniam dictus Franciſcus petit nõ
iure hæreditario dictæ dominæ Lucretiæ ſed iure
ſuo ex teſtamento dominæ Ioannæ, facit tex. in l.
fin. §. ſi uerò maritus. ff. qui pet. tut. & domina Lu-
10 cretia non poterat per † dictum compromiſſum &
laudum præiudicium inſerre iuribus dicti teſta-
menti non viſis & cognitis eius verbis. l. de his. &
ibi Barto. & Iaſ. ff. de tranſact. & Alex. in conſi. 48.
in cauſa. colum. penul. lib. 7. Bar. in l. qui Romæ. §.
duo fratres. in 4. quæſt. de verborum obligati. An-
ge. in conſi. 198. teſtator. & Socin. in conſil. 282. in
præſenti. colum. 1. & ſequẽ. lib. 2. præſertim quoad
futurum fideicommiſſum præſtandum dicto Fran
ciſco. l. 2. §. penult. & fin. commu. de legat. & quate
nus in hoc ſit factus cõtractus in damnum & frau
dem dicti Franciſci, ipſe etiam hæres poſſet veni-
re contra factum defuncti. l. 2. cum ibi nota. C. ſi
quid in frau. patr. tradit Pau. de Caſ. in conſi. 197.
viſis dubiis. circa princip. & in conſi. 448. tria ſunt.
11 in fin. lib. 2. & non eſt nouum, vt † hæres poſſit ex
perſona ſua venire contra illud quod fecit defun-
ctus, Dec. in conſi. 185. in cauſa. column. penult. &
vera ratificatio requiritur, vt hæres teneatur ad
confirmandum factum defuncti. Bal. in l. ſi ab eo.
C. de lib. ca.

Tertiò, inconuincibiliter demonſtratur di-
ctum Franciſcum poſſe dictum fideicommiſſum
petere dicto laudo diuiſorio non obſtante, quia
12 † per illud dictum fideicommiſſum tunc condi-
tionale, & præſertim non reciprocum inter di-
uidentes nequaquam intelligitur remiſſum, quin
hac conditione purificata per fideicommiſſarium
obtineri poſſit, vt in terminis firmat Bald. in con-
ſil. 191. in teſtamento, libro ſecundo. & in conſi-
lio octuageſimo quarto. libro primo. & Alexand.
in conſilio 208. ponderatis. volumine ſexto. & Ful
goſ. in conſilio vigeſimoprimo. caſus. in tertio du-
bio. & Socin. in conſilio trigeſimo primo. viſo te-
ſtamento. columna prima. libro quarto. & in con-
ſilio 283. columna tertia. verſic. quoniam ad hoc.
libro ſecundo. & mouẽtur per not. in d. l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. vbi Barto. in ſecunda quęſtio.
tenet per diuiſionem cum clauſulis generalibus
non tolli fideicommiſſum futurum, cuius opini.
* eſſe communem ibi atteſtantur Alexã. & Iaſ. idem

dicit

dicit & latè prosequitur Dec.in consi.86.nume.4.
13 & in consi.495.column.4. Requiritur † enim expressa mentio testamenti & fideicommissi in diuisione vt censeatur remissum fideicommissum, Bened. Capr.in cons.89. & vbi fideicommissum non est reciprocum reputat câsum indubitabilē, quòd non intelligatur remissum per diuisionem, Barto. in d.§.duo fratres.in 2.q.in fin. ad idem Alexand. in consil.21. viso compromisso .& in consi.40.super primo dubio.& in consi.8.viso themate. lib.5. Ioann.de Anan.in consi.29.viso imperiali.in vltimo dub.& Barba.in consi.48.illud afferam. lib. 1. & docto.in aliis plerisque locis, quos adducere su-
* perfluum videtur, cum ista sit commun. opinio. à qua in iudicando non est recedendum, & iura & rationes sunt relatæ per doct.in d.locis, in quibus
14 etiam habetur ꝙ petens † fideicōmissum non tenetur de euictione, per l.fundum meum. ff.de euict. & l.licet. de dot.prælega. & l.si à me. ad l. Falcid. cum ergo clari iuris sit dominam Lucretiam, si viueret, mortuo domino Aloysio posse petere dicta bona fideicommisso subiecta, similiter potest petere dictus Franciscus eius hæres, argumen, l.postulante.§.cæterum.ff.ad Trebel.& auct.de iureiur. à mort.præst.in princip.cum simili. superius allega. & petit ipse Franciscus vigore dictæ substitutionis fidecommissariæ, cui per prædicta concluditur dictum laudum non refragari. Præterea per dictum laudum nullus titulus videtur constitutus domino Aloysio in bonis petitis & in eis nullum ius con-
15 stitutum, quia si pro sententia habetur, verba † sententiæ sunt strictè & propriè accipienda, & intelliguntur prout sonant, & plus ex eis inferri non debet quàm necessariò inferatur, Deci.in consil.43. colum.fin.si habetur pro contractu & pacto similiter debet strictè intelligi, & quicquid est omissum in eo habetur pro omisso.l.quicquid astringendæ. & ibi Ias.not.de verborum oblig. & in eo non assignantur dicta bona domino Aloy. seu alteri personæ, vt fieri debet quando deuenitur ad æstimationem, vbi diuisio non possit commodè fieri, vt in l.3.C.commu.diui. §.eadem.instit.de offic.iud. nisi quòd in illis æstimatis fiunt assignationes pecuniarum, & bona cui assignentur non dicit laudum ergo neque nos dicere debemus, argumē.l.si seruum.§.non dixit.ff.de acquiren.hæred. & l.pe-
16 nult.si quis à pa.fu.manu.& † instrumentum non probat nisi illud quod cantat dispositiuè.nor.Bal. in l.interest. C.de soluti.cum similib.adductis per
17 Math.de Afflict.in decis.403.num.8. Et † pactum de necessitate debet probare intentionem eius qui se fundat in eo, secundum Bart.& alios in l.veteribus.ff.de pact.itaque remanent declaratæ & solutæ duæ dubitationes principaliter superius formatæ.

Cum autem dictus Franciscus valeat petita bona consequi vigore fideicommissi, quid per hæredem domini Aloysij extrahendum ex eis seu retinendum sit, adhuc videndum est. Putarem prius tantum de dictis bonis extrahendum quantum ascendat ad dictos florenos trecentos, reseruatos per dominam Ioannam in dicto instrumento dotis, & hoc fore præstandum dicto Francisco substituto. De residuo dictotum bonorum videtur non posse per dictum hæredem peti & sibi refici aliquos sumptus & expensas factas in dictis bonis, quia legitimè non probauit, & quando pro-
18 basset, esset reficiendum quantum mō valent † dicta bonificamenta & non quantum in eis fuisset expensum, dummodo fuerint necessaria, vt per Bart.Alexan.& Ias.in l.domus.de leg.1.vel quantum minus fuisset impensum si res melioratæ plus valerent, vt latè allegando probat Cagn.in l.2.nume.175.C.de pact.inter empto. & vendito. & remissiuè in l.2.nume.154.de rescindend.vendit. & latissimè Tiraquel.de retract.tit.2.§.7. gloss.1.per tot.& Ioseph Assisien.in decis.Perusi.24.& 34. expensæ autem factæ in plantando arbores & cānetum & ponendo fimum, nullo casu deducuntur, dicit Bart.in l.in fundo.colum.2.versic. quandoque per legem. ff.de rei vindicat. non possunt quoque detrahi duc.200. quos asserit soluisse cuidam Marco Antonio, quia non probâtur soluti per assertum sctiptum priuatum, vt l.instrumenta.C.de prob. & per doct.in d.l.admonendi.
19 Pręterea, non valuit illud † legatum secretum commissum voluntati & conscientiæ dicti domini Aloy.vt captatorium & non ad pias causas. l.captatoriæ.& ibi Barto. de leg.1.& glo.& Canon.in cap.cum tibi.de test. & hæredi etiam non crederetur de eo quod dixit testator sibi absque iuramento, quia est vt testis, secundum Barto. in l.Theopompus.de do.præleg.& Mat.de Affl.in dec.371. nume.6.facit text. in cap.nuper. de testi. & Castr. consi.177.in quæstione.colum.fina.versicu.tertiò
20 quia.lib.2. & † quando sit commissum conscientiæ alicuius debet iurare, Ias.in cons.147. col.pen. versicu. confirmatur & tertiò. lib. 2. idem Cuma. consil.117.in testamento.col.fin.Castr. & Soci.in l.quem hęredi.de reb.dub.& Rui.cons.19.nu.7.8. lib.2.& iurans etiam debet esse persona honesta aliàs non staretur ei, Bald.in l. captatorias. col.2. C.de testa.mil.

De florenis 200.relictis domino Aloysio in codicillo, vt asseritur per codicillantem, solutis per ipsum dominum Aloysium pro dote dominæ Catharinæ, quia talis confessio non probat debitum sed inducit petitionem fideicommissi. l.Lucius.§. quisquis.& ibi Bar.& Bald.de leg.2. & l.Lucius.§. primo.de leg.3.si quoq; iurata esset non probaret, vt facta inter personas suspectas, Bart.in l.cū quis. §.Tiria.de leg.3.& Roma.in consil.44.col.2. ideo cum venerit casus restituendi fideicommissi aut di-
21 catur tale † prælegatum fore præstandum fideicom-
* missario vniuersali secundum communem conclusionem doctorum relatam per Alex.in consi. 252. præclarè.col.2.vol.6.& Soci.in d.consi.31. col.2. vol.4. aut computetur in portione dotis lucratum per ipsum dominum Aloysium, vt computari de-
* bet secundum communem doctorum sententiam,

de qua per Bal. Alexã. & alios in d. auctē. præterea. C. vnde vir & vxo. idem resultat & in idem recidit pro dicto Francisco fideicommissario vniuersali, adeo quòd de dicto residuo detractis & computa tis, vt supra, potest detrahi dimidia pro dicto lucro dotis, & in eo etiam computandum est possessio vendita per dominum Aloysium, vt fatetur dictus suus hæres in capitulis, in capitulo 33. & alia dimi dia cum dd. flor. 300. restitui debet substituto, vnà cum fructibus post moram perceptis. l. in fideicõ missaria. ff. ad Trebel. & gl. in l. 1. C. de vsu. & fruc. leg. Et si aliqua quarta deberetur domino Aloysio respectu suæ dimidiæ portionis hæreditariæ, in ea imputari debēt fructus per eum percepti. l. mulier. §. si hæres. ff. eo. & gl. in d. l. in fideicommissaria. & Castr. consi. 422. videtur. ad fin. lib. 2. nam semper post mortem dominæ Ioannæ ipse vsufructuauit omnia bona hæreditaria dictæ dominæ Ioannæ,
22 vt probatur in processu. Præterea † dictam quartã amisit, quia non confecit inuentarium, vt latè defendit & tenet Dec. in consi. 236. col. 5. & Curt. Iu. in cons. 54. nu. 9. quod maximè procedit in isto ca su, quia si fuisset factum inuentarium fideicommis sarius non esset defraudatus bonis mobilibus, ex quibus aliqua non potest inuenire & probare d. in uentario non confecto, licet alio casu fraudis non præsumptæ secus credam, vt alibi dixi.

Item non possunt repeti alimenta (vt asseritur) per dominum Aloysium præstita dicto Francisco & Matheo, quia non probantur magna & excessiua, & de eis non fuit confectus liber & tentum cõ putum, ideo cessat repetitio, vt per Salyce. & doct. in l. alimenta. & in l. si paterno. C. de nego. gest. & in l. Nesennius. ff. eo. & Alexan. in consi. 110. lib. 7. & quia dominus Aloysius fecit pactum de non re petendo dicta alimenta, vt constat ex suo scripto, quod probat contra eum & eius hęredes. l. Publia. in fi. & ibi Bar. ff. depo. & Bal. consi. 29. dictæ scripturæ. lib. 4. & in d. l. admonendi. Ex quibus omni bus arbitror iudicãdum vt supra in fauorem dicti Francisci. Et si aliæ dubitationes contra eum domino Iudici occurrerint, super his oretenus referuo allegandum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon. Pisauren.

CONSILIVM CLXX.

ARGVMENTVM.

De collectis, illarum exemptione ac præscriptione.

SVMMARIVM.

1 Collectarum solutione quemlibet teneri, & earum vacationem non valere.
2 Doctori creditur attestanti in scriptis suis consuetudinem absque alia probatione.
3 Collectas quem soluisse vel non soluisse, probatur ex inspectione librorum.
4 Consuetudo specialis collectandi per duas vices inducitur.
5 Priuatio præsupponit habitum.
6 Concessa ad tempus post tempus censetur prohibita.
7 Libertas non soluendi collectas non præscribitur, nisi multa interuenerint.
8 Vocatus ad munera sciens infra decem dies appellare debebat.
9 Collecta propriè est, quæ imponitur personis pro rebus.
10 Probatum tantum est, quantum testes dicunt.
11 Negatiua probatur, quando testes dicunt, onera aliqua non fuisse soluta, nec potuisse solui, quin ipsi scirent.
12 Exemptio in dubio præsumitur realis.
13 Præscriptio exemptionis probatur, de cuius initio non est memoria in contrarium.
14 Dictio semper, nullum tempus, etiam infinitum excludit.
15 Præscriptionem pro non soluente collectas induci spacio 40. annorum.
16 Præscriptio longissimi temporis facit præsumi omnia solemniter gesta.
17 Forenses non collectantur de consuetudine vel priuilegio.
18 Tributum consuetum non soluere, ad illius solutionem non posse compelli.
19 Immunitatis concessio consensu expresso facta sicut præiudicat concedenti, pariter per non vsum orta ta cito consensu.
20 Prohibentur multa expressè fieri, quæ tamen permittuntur mediante præscriptione.
21 Consuetudo est facti.
22 Testi factum probanti, cuiuscunq. qualitatis sit, sine iuramento non creditur.
23 Paria sunt non esse & non apparere.
24 Libri per tabelliones non scripti scriptura priuatæ censentur.
25 Libri prædicti non probant, nisi appareant repositi in archiuo publico.
26 Collectarum librum non facere plenam fidem.
27 Testibus de vniuersitate ad illius vtilitatem nõ credi.
28 Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.
29 Posita ad augmentum non debent operari diminutionem.
30 Exemptio superueniens nõ mutat statum prioris exemptionis.
31 Solemnitas eadem requiritur in destructione actus, quæ requiritur in constructione.
32 Arguere licet de præscriptione ad pactum.
33 Ius alteri quæsitum inferior à Principe illud tollere nõ potest.
34 Lex vel consuetudo non tollitur per non vsum.
35 Lex tollitur quando non vsus expressè vel tacitè habet in se actum contrarium legi.
36 Seruitutes vrbanorum prædiorũ pro earũ manutentione non requirunt aliquod factum hominis.

37 *Præscribentis factum non requiritur in præscribenda libertate.*
38 *Consuetudo potest induci etiam extra iudicium.*
39 *Præscriptione libertatis non requiri scientiam aduersarij.*
40 *Libertas non soluendi collectas præscribitur.*
41 *Facilius quid amittitur quàm acquiratur.*
42 *Respubl. non potest restitui in integrum aduersus præscriptionem.*
43 *Appellare quis non debet infra decem dies, nisi postquã sciuerit.*
44 *Pronunciandum est in dubio pro libertate non soluendi collectas.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



Licet videatur prima fronte vniuersitatẽ
Gradariæ posse obtinere, vt dominus
Alexander filius quondam eminentis-
simi & clarissimi dñi Thomæ Diplo-
uatatij de bonis suis in curte Gradariæ sitis eidem
vniuersitati collectas persoluat. Quia primò, certi
1 iuris videtur quemlibet † ad collectarum solutio-
nem teneri, & earum vacationem non valere. l. om
nes omnino. C. de anno. & trib. & l. nullus. & l. va-
cuatis. C. de decur. lib. 10. quæ possunt imponi per
Castrum seu municipium de consuetudine per to-
tam Italiam, etiã Forensibus pro bonis sitis in ter-
ritorio Castri collectam imponentis, vt per Bar. in
l. 1. §. fi. ff. quod cuiusque vniuer. & in l. 1. col. 3. C.
de muli. & in quo loc. lib. 10. Bal. in l. etiã. col. pen.
C. de exq. rei iud. & Alex. in consi. 52. Visis his. vo
2 lum. 5. creditur † enim doctori in scriptis suis con-
suetudinem attestanti absque alia probatione, se-
cundùm Bar. in repet. l. de quibus. col. 8. ff. de legi.
cum concord. ibi in appostil. ex priuilegio quoque
dicitur dictam vniuersitatem habere ius collectan
di quoscunque possidentes, propter quod possunt
collectæ forensibus imponi, Bart. in d. l. 1. de muli.
& in l. cum neque. C. de incol. lib. 10.
Secundò legitur in quibusdam libris productis
pro dicta vniuersitate Franciscum Decium aucto-
rem d. domini Alexandri de anno 1491. & 92. fuis
se descriptum ad soluendum collectas & eas soluis
3 se: probatur † enim quem soluisse vel non soluisse
collectas ex inspectione librorum, Bar. & ibi Ang.
in addit. in l. 1. C. de exact. trib. lib. 10. & in l. Titiæ
textores. de leg. 1.
Testes pro dicta vniuersitate examinari simili-
ter dicunt audiuisse auctores d. domini Alexandri
soluisse collectas, qui pro vniuersitate probant, per
ea quæ tradit Barto. in l. in tantum. ff. de rer. diui. &
Alex. in consi. 136. in causa. col. 4. lib. 2. qui in mul
tis videtur loqui in fauorem d. vniuersitatis Grada
riæ, vt inferius dicetur. Adeo ꝙ cessat fundamentũ
præscriptionis per tantum tempus de cuius initio
&c. adductum pro d. domino Alexãdro per ea quę
scribit Ant. de Butr. in c. quid pro nouale. col. pen.
de verb. sig. probatur quoque consuetudo specialis
4 collectandi dicta bona domini Alexandri † quæ
per duas vices inducitur & per binos actus, glo. fi.
in l. 3. C. de episc. audien. & doct. in d. l. de quibus.
quæ postea per non vsum, de quo pet testes d. do-
mini Alexandri, non potest tolli, vt per Alex. in d.
consi. 136. col. 4. vbi alleg. Cy. in l. 2. C. quæ sit lon
ga consuet. & Bart. in procem. ff. §. & antea. cum si.
Præterea, coadiuuat intentionem Gradariensiũ
illa immunitas pro eos concessa domino Thomæ
Diplo. duratura tantum in vita & nõ vltra, de qua
in eorum libro constat, quæ præsuppotiit prius ip-
sum dominum Thomam non immunem sed tene
5 ri ad collectas, ex illa regula quòd † priuatio præ-
supponat habitum. l. decem, de verb. oblig. & post
mortem d. domini Thomæ intelligatur reuocata
6 talis immunitas: quia † concessa ad tempus post tẽ
pus censetur prohibita. l. si intra quinquennium. ff.
de statulib. & l. obseruare. §. proficisci. de offic. pro-
consul. & leg. & c. de causis. de offic. deleg.
Tertiò, non videtur dominum Alexandrum se
posse tueri pręscriptione quadraginta annorũ, quia
7 † libertas non soluendi collectas non præscribitur
nisi multa interuenerint, pręsertim ꝙ fuerit aliquã-
do requisitus vt solueret collectas, & requisitus cõ
tempserit, & post contemptum. Inchoatur præscri-
ptio, & alia de quibus per Alex. in d. cons. 136. col.
fi. sequitur Curt. Iun. in consil. 60. col. pen. & Balb.
in tract. de præscr. in 2. par. 5. par. princi. in q. 7. ap-
probat quando non præcesserit aliquis titulus.
Præterea & vltimò d. dominus Alexander fuit
descriptus in libris collectarum & requisitus vt col
lectas solueret, vt testes dictæ vniuersitatis attestã-
8 tur. vnde † cum sciuerit se vocatum ad munera de-
bebat infra decẽ dies appellare, aliàs censetur præ-
iudicatum esse suæ exemptioni & libertati de non
soluendis collectis, per doctr. Ang. in l. 1. §. si quis
tutor. ff. quando appel. sit. per tex. ibi, sequitur Ale
xan. in d. consi. 136. ad idem videtur text. in l. 1. C.
quemadmo. ciu. mune. lib. 10. & glo. in Rub. C. de
excus. mun. eod. lib.
Nihilominus prædictis & simili. alijs non ob-
stantibus putarem probabilius & magis iuri conso
num esse, ipsum dominum Alexandrum ad huius-
modi collectarum solutionem molestari non de-
bere, ac dictæ vniuersitati superinde fore perpe-
tuum silentium imponendum. Moueor primò, ꝙ
in Castro Gradariæ collectæ imponuntur pro nu-
mero tornaturarum terræ, vt omnes testes exami-
9 nati dicunt, vnde † propriè collecta est quæ impo-
nitur personis pro rebus sic inspecto tornaturarum
1 numero, vt est tex. iuncta glo. in l. 2. C. de immuni.
nem. conced. lib. 10. scribit Ias. in l. placet. colum. 2.
versic. Secundum est munus. C. de sacr. san. eccles.
ideo cũ dominus Alexander in d. Castro sit foren
sis, ei talis collecta imponi non potest. l. rescripto.
§. fi. & ibi Bar. ff. de mune. & hon. & in d. l. 1. C. de
muli. & in quo lo. & glo. in l. 2. C. de anno. & trib.
lib. 10. Ias. in d. l. placet. & Dec. in consi. 285. nu. 4.
& Natt. consi. 150. ad fi. lib. 1. & Tob. Perusi. consi.
45. num. 7.

Secundò,

Secundò, quatuor teſtes examinati pro d. dño
Alex. concorditer deponunt, per ann. 50. & ſemper
bona d. dñi Alex. ſita in curte d. Caſtri fuiſſe exem
pta & libera à collectis, & ita ſemper audiuiſſe dici
à ſenioribus loci, & de hoc eſſe publicam vocem &
famam. ex quo examine teſtium colligitur primò
probatio exemptionis dictorum bonorum, cũ hoc
10 teſtes dicant: quia † tantum probatum eſt quãtum
teſtes dicunt, vt per Cur. Sen. in conſ. 73. Magnifi-
ce. verſi. Ad tertium motiuum, in fi. vbi ad hoc al-
leg. Ioan. And. in c. veniens. de renunciat. & Bal. in
vlt. col. de contr. inueſt. in vſi. feu. pręſertim cum ra
tionem reddant, licet ſit de auditu alieno, tñ in an
tiquis admittitur. l. 1. §. item Labeo. & ibi gl. & Bar
to. ff. de aqua plu. arcen. cum alleg. per Soc. in con-
ſil. 205. difficultas. col. 2. verſi. Quartò optimè, lib.
2. & per Felin. in c. licet ex quadam. col. 1. de prob.
Præterea, aſſignant certam rationem exemptionis:
quia dicunt de his bonis nunquam fuiſſe ſoluta ali
qua onera, & non potuiſſe ſolui quin ipſi ſcirent
11 ſaltem per annos quinquaginta & † talis eſt bona
ratio teſtis deponentis de negatiua ſecundùm Bar
tol. in l. 2. §. 1. verſi. vlterius quæro. ff. de itin. actu-
que priuat. & Dec. in conſil. 94. circa fin. & glo. in
verſi. & vidiſſe. in §. hinc nobis. in auct. de hære. &
Fal. & deponentes iſtam negatiuam non ſunt ſuſpe
cti: quia deponunt ſecundùm iuris præſumptionẽ,
Bal. in l. ſi quis diurno. ff. ſi ſerui. vindi. & Roma. in
conſi. 245. ad primũ. in fi. quæ exemptio realis de-
12 ponitur à teſtibus & † etiã de iure præſumitur rea-
lis, ideo nunquam extinguitur & tranſit ad ſucceſ-
ſores præſertim vniuerſales. l. 1. §. permittitur. ff. de
aqua quoti. & æſti. & l. 3. §. fi. ff. de cenſi. Bal. in l. o-
mnia. de epiſ. & cleri. plenè per doct. in l. quia tale.
ſol. mat. & à principio omnes ſolemnitates requi-
ſitæ ex longiſſimo tempore præſumuntur interue-
niſſe, Dec. in conſil. 152. col. pen. Docto. in l. ſcien-
dum. de verb. obliga. & in l. qui in aliena. ff. de ac-
quir. hæred.

Item colligitur fuiſſe probatam præſcriptionem
13 exemptionis † de cuius initio non eſt memoria in
contrarium, cum dicant ſemper audiuiſſe à ſenio-
ribus dici, qui ſi viuerent eſſent ætatis annorũ cen-
tum, dicta bona ſemper & omni tempore fuiſſe li-
bera & exempta ab omnibus grauaminibus & col
lectis & de hoc eſſe publicam vocem & famam, itẽ
formiter probatur huiuſmodi præſcriptio, vt per
glo. in c. 1. in verſi. memoria. de præſcript. & ibi per
Canon. lib. 6. & per l. ſi arbiter. ff. de probat. & Bar
to. in l. 1. §. item Labeo. circa fi. de acqua plu. arcẽ:
& Innoc. Ant. de But. in d. c. quid per nouale. & A-
lex. in conſi. 16. in cauſa & lite. col. 4. lib. 5. & Cur.
Iun. in conſi. 61. num. 2. qui doct. quamuis ponant
eſſe probandam communem opin. idem tamẽ eſt,
ſi probetur publica fama, vt per Aret. in ca. licet ex
quadam. col. 1. de teſti. & Fel. in ca. ſi diligenti. col.
pen. de præſcript. & fama vel cõmunis opinio pro-
bata eſt per dictos teſtes ita deponendo prout fa-
ciunt, per ea quæ latè ſcribit Caſſad. in tertia deciſ.
in tit. de probat. & Burſat. Mantu. conſi. 87. nu. 31.
14 & ſeq. ponderanda eſt etiã dictio ſemper † quæ nul
lum tempus etiam infinitum excludit, vt per doct.
in l. 1. ſolut. matr. quæ præſcriptio habet vim pacti,
conſtituti, legis & conceſſionis & priuilegij in his
etiam quæ ſunt reſeruata principi. l. 3. §. ductus. ff.
de aqua quoti. & æſti. & l. 1. in princ. de aqua plu.
arcen. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig.
cum concor. alleg. per Alex. in conſi. 6. viſo thema
te. col. 1. lib. 1. Aymo conſi. 10. num. 11. & Felin. in
c. cauſam. col. 1. & in c. cum nobis. col. 2. de præſcr.
vbi dicit ad hanc præſcriptionẽ non eſſe opus pro
bare ſcientiam aduerſarij, & Dec. in conſi. 271. nu.
3. fuit aũt allegatum priuilegium & exemptio pro
parte d. domini Alexandri vt in ſuis capitulis in 8.
capitulo, vt in iſta præſcriptione negligentia & pa
tientia aduerſarij decurſa requiritur, ſecundũ Feli.
in c. cum ex officij. col. 5. verſi. limita quarto. co. de
præſcrip. idem in d. c. cauſam. col. 4. in d. c. cum no-
bis. col. 2. verſi. præterea ſecundùm Imol. & Corn.
in conſi. 268. in hac conſultatione. col. 11. verſ. nec
obſtat ſecunda ratio. lib. 4. vbi dicit ſufficere alle-
gare titulum cũ non ſolutione per quadraginta an
nos, & Rom. conſi. 198. pleniſſimè comprobat Ro
lan. à Val. conſi. 5. nu. 58. & ſeq. lib. 1. & Natt. conſi.
* 649. nu. 5. 6. libr. 4. ſic eſſe communem opin. refert
15 Burſat. Mantu. conſil. 16. nu. 41. † præſcriptionem
pro non ſoluente collectas induci ſpatio quadra-
ginta anno. cum enim priuilegio principis & pacto
ciuium ſaltem in eorum præiudiciũ acquiratur col
lectarum exemptio, glo. in l. fi. §. patrimoniorum.
in verſi. ſubnixus. ff. de muner. & honor. in d. l. va-
cuatis. & Bar. in l. eſt autem. ff. de excu. tut. quæ ma
gis procedit ſi fiat forenſi, qui de iure communi (vt
dictum eſt) non poteſt collectari, ideo de facili res
reuertitur ad ius ſuum. l. ſi vnus. §. quod ſi. ff. de pa
ctis. ita in ſimili dicit Corne. in conſil. 22. videtur.
colum. 2. verſi. tam his. lib. 1. ita etiam tali præſcri-
ptione, priuilegio & pacto vt ſupra ęquiparata hu-
iuſmodi immunitas acquiritur, hoc pro vero præ-
ſupponit, Alex. in d conſi. 136. col. 4. & Cur. Iun. in
conſi. 61. num. 12. & Pariſ. in conſi. 25. nu. 114. lib.
16 1. nam † iſta longiſſimi temporis præſcriptio facit
pręſumi omnia ſolemniter geſta, & interueniſſe o-
mnia quæ interuenire debuerunt, Bal. & Angel. &
Moder. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acqu. hære. cum
ſimil. relat. per Curt. Iun. in conſi. 20. num. 6.

Colligitur inſuper ex dicto examine quòd d. do
minus Alexander ſit immunis, non quia immuni-
tatem præſcripſerit, ſed quia contra eum & eius an
teceſſores d. Caſtro Gradariæ nunquã ſit ius quæſi
17 tum de iure communi, quia † forenſes non colle-
ctantur de conſuetudine vel priuilegio, quia nun-
quam vſum fuit conſuetudine, vel præſcriptione &
priuilegio, quod etiam amittitur per non vſum de
cem annorum. l. 1. & ibi Bart. ff. de nundi. ita in ter
minis decidendo conſuluit Bal. in conſi. 125. quę-
ſtio vertens. vol. 1. aliàs conſi. 257. libr. 2. quem ſe-
quitur Balb. in tract. de præſcr. in 5. q. 2. par. 5. par.
princip. & refert Pariſ. in conſi. 69. num. 7. volu. 1.
facit quod idem Bald. tenet in l. 3. in fi. C. de ſerui.
&

18 & aqua. vbi dicit † non conſuetum ſoluere tributũ
ad illius ſolutionem non poſſe compelli: quia con
ſuetudo ſpecialis derogat generali, ad idẽ per l. ne-
gociantes. C. de excu. mune. lib. 10. & per l. 1. C. de
excoct. & tranſla. mil. ann. lib. 12. tenet Guid. Pap.
in conſi. 65. viſo themate. col. 6. verſi. præterea hoc
probatur. vbi dicit quem poſſe allegare ſe nõ tene-
ri ad collectas ex eo quia non conſueuit talliari, ad
idem videtur tex. in l. licitatio. §. earum. ff. de publ.

Hæc autem de plano pro domino Alex. proce-
derent, niſi adeſſent cõtraria ſuperius formata, ſed
quinimò eis reſpondendo præſens concluſio pro
domino Alexã. clarior reddetur, & aliàs parum eſ-
ſet aſſerere & non reſpondere contrarijs, vt inquit
Bal. in conſi. ſciſma. col. pen. inſerto in ſuis lect. ſu-
per tit. C. ſi quis aliq. teſta. prohib.

Itaque reſpondetur, primum contrariũ non ob-
ſtare: quia termini d. l. vacuatis. & aliarum ſupra al
leg. non tangunt propriè materiam de qua tracta-
tur, ita reſpondet Bald. in d. conſi. 257. propè finẽ.
namque loquũtur de his obligatis ad collectas nõ
de forenſe vel exempto, vel eo qui nunquã ſoluit,
quia etiam in terminis d. l. vacuatis. in præiudiciũ
concedentiũ valeret immunitatis cõceſſio adhibi
to expreſſo conſenſu, vt per glo. & Bar. ibi & in d. l.
19 eſt autem. Pariter † valere debet per non vſum cõ-
ceſſio orta tacito conſenſu, ita arguit Bal. in l. 1. cir
ca fin. verſic. & quia non eſt dubium, quia Impera-
tor &c. C. ne rei domi. vel templo. & Matth. de Af-
20 flict. deciſ. 13. col. 2. Quinimò † multa prohibentur
fieri expreſsè quæ tamẽ permittuntur mediãte præ
ſcriptione inducta per negligentiam, vt per Abb.
in c. de quarta. & in c. cum ex officij. de præſcrip. &
in c. 1. vt lit. non conteſt. & Alex. in l. præſes. col. 1.
verſi. in glo. ibi. l. aduerſus. C. de tranſact. & Bar. in
l. Imperatores. ff. de pact. facit text. & gl. in l. actus.
de regul. iur.

Ad illud quod dicebatur collectas poſſe impo-
ni forenſibus ex conſuetudine, & ꝙ de hac conſue-
tudine credatur doctoribus ſine alia probatione,
* dico contra hoc dictum eſſe communẽ opin. Mo-
dern. vt per Iaſ. in d. l. de quibus, col. pen. & fi. & in
terminis huius conſuetudinis ita tenet Corn. in cõ
ſil. 83. circa primum. col. 5. lib. 4. & Tob. Peruſi. ſic
etiam in ſpecie reſpondit conſi. 45. nume. 11. 12. &
Dec. in d. conſi. 285. in fi. & in conſi. 402. col. fi. vbi
atteſtatur hanc eſſe communem opi. Moder. ea ra-
21 tione quia † conſuetudo eſt facti d. l. de quibus. &
facta non præſumuntur abſque probatione. l. aſſe-
22 ueratio. C. de non nume. pec. & teſti † factum pro-
banti cuiuſcunque qualitatis ſit ſine iuramento nõ
creditur per iura adducta per Dec. in d. conſil. 402.
Quamuis adeſſet præſumptio d. conſuetudinis, de
buit tamen ea ſaltem allegari. quod pro dicta vni-
uerſitate actum non reperitur, vt requiritur, argu. l.
ſi adulterium. §. idem Pollioni. ff. de adult. Fel. in c.
ex tenore, in fi. de teſti. & Bar. & alij in l. qui in alie
na. in princ. ff. de acq. hære. & Bal. in l. quicunque.
col. 1. C. de ſer. fug. Nec apparet quoque de aliquo
priuilegio quod habeat d. vniuerſitas de exigen-
dis collectis, cum non produxerit iudicialiter corã
domino Prætore Piſauri coram quo fuerunt factæ
aliæ probationes, de eo non eſt curandum, & non
facit aliquam fidem, Alexã. in conſi. 137. in cauſa.
col. fi. verſi. & ſi dicatur. vol. 2. & Dec. in c. 1. num.
23 77. in fi. de probat. paria † enim ſunt non eſſe & nõ
apparere. c. ſolemnitates. de conſec. diſt. 1. & l. in le
ge. ff. de contrah. empt. & notum eſt, vbi etiam pro
ceditur ſummariè fore pronunciandum ſecundùm
allegata & probata, per tex. & ibi Zab. in 19. notab.
in clem. ſæpe. §. & quia. de verb. ſign. & glo. in verſ.
ſecundum quòd canones. in c. 1. de offic. ordi. cum
ſimil. Præterea dictum priuilegium (ſi quod appa-
rebit) per non vſum non ſolùm longiſſimi tempo-
ris, ſed etiam longi, id eſt annorum decem contra
auctores d. domini Alexã. eſſet amiſſum per l. 1. &
ibi Bar. ff. de nund. Paul. de Caſtr. in conſi. 431. vi-
detur dicendum. in princ. lib. 1. Soc. in conſi. 164.
col. fi. lib. 2. latè Felin. in c. cum acceſſiſſent. col. 11.
verſi. Secunda regula. cum ſeq. de conſtit. Alexan.
conſi. 33. col. 2. num. 5. lib. 5.

Item non refragantur quæ ſecundo loco fuerũt
ſuperius adducta in contrarium. Quoniam dicti li-
24 bri cenſentur † ſcripturæ priuatę cũ non appareant
ſcripti per tabellionem. l. in fraudem. §. quoties. ff.
de iure fiſci. Bal. in conſi. 29. dictæ ſcripturæ. lib. 4.
glo. & doct. in c. 1. de fide inſtr. ideo non probant.
l. inſtrumenta. & l. exemplo. C. de probat. & c. 2. de
fide inſtrum. & glo. in verſi. publicum. in l. tabula-
rum. in prin. ff. quemad. teſt. aper. & dicit Bald. in l.
Imperator. col. fi. ff. de ſta. homi. quem ſequitur A-
lex. in addit. ad Bart. in l. 2. C. de conuen. fiſci deb.
lib. 10. quòd non creditur libris maſſariorum com
munis niſi habeant ſubſcriptionem notarij, eò mi-
25 nus etiam probant: quia † non apparent repoſiti in
archiuio publico, & ex eo prolati, vt requiritur, per
auct. ad hæc. C. de fide inſtru. Roma. in conſi. 165.
liber. tunc etiam vt probarent multa requirũtur de
quibus per Feli. in c. ad audientiam. col. 4. de præ-
ſcript. licet fuiſſent quoque habiti dicti libri ex ar-
chiuio publico d. Caſtri, cum tamen auctores d. do
mini Alex. & ipſe ſint forenſes in d. loco contra eũ
non ſubditum extra territorium loci non probant,
Bal. & Saly. in d. l. exemplo. Alex. conſi. 16. num. 3.
lib. 5. & conſi. 23. num. 3. eo. Feli. in d. c. ad audien-
tiam. col. 4. vbi alleg. multas aucto. antiquorum &
Soc. in conſi. 187. in controuerſia. col. 7. verſic. ſed
ad præmiſſa. lib. 2. accedat quod dicit Cur. in l. ad-
monendi. col. 8. de iureiur. quem refert Alexan. in
26 conſi. 9. circa fin. librum † collectarum non facere
plenam fidẽ. Ex his pariter ceſſant quæ poſſent al-
legari in contrarium ex gl. in l. cenſus. ff. de probat.

Contra autem omnes teſtes d. vniuerſitatis ge-
27 nerale eſt, ꝙ † nemini eorum credendum ſit, quia
ſunt de dicta vniuerſitate, & omnes affirmant, ſi do
minus Alexander ſolueret ibi collectas, cederet in
vtilitatem omnium poſſidentium & habitantium
in curte d. Caſtri, quamobrem non ſunt idonei te-
ſtes cum alij potuiſſent haberi & ſcire quod ipſi co
nantur deponere. l. in omnibus. & ibi Angel. C. de
teſti.

testi. Abb. Fel. & Dec. in c. insuper. de testib. innuit Alex. in d. consi. 16. col. 5. volu. 5. Et specialiter dicta cuiuslibet ex dictis testibus recensendo liquet eos non probare pro dicta vniuersitate: quia Perusginus primus testis & Dominicus secundus testis, dicunt ignorare Franciscum, Decium & do. Thomam soluisse collectas, sed credunt & opinantur eos soluisse, nullam reddētes credulitatis rationē, nisi quis oēs debent soluere, excipit tamen Perusginus nisi q̄ sit immunis, ecce isti non officio testis, vt deponant factum per aliquem ex quinque sensibus secundùm Bar. in l. qui testamento. §. fin. ff. de testa. sed volunt iudicare, quod nō spectat ad eos. c. testes. 4. q. 9. Soc. in consi. 42. col. 2. versi. secundò quia. libr. 1. & in consi. 214. col. 5. libr. 2. & testes de credulitate non probant, Spec. in §. 1. col. 17. versi. item q̄ deposuit. in tit. de testa. Alex. in consil. 114. col. pen. num. 9. lib. 4. & plenè Ias. in Rub. ff. de iureiurā. vbi facit regulam cum aliquibus fallentijs, quarum nulla conuenit dictis testibus, cum testes domini Alexandri contra eos deponant, sentit Ias. in d. rub. in fi. & d. Dominicus testis fatetur se semper consuluisse & tenuisse ac proposuisse, vt dominus Alexander cogeretur ad soluendum collectas vnde non est idoneus testis, vt de aduocato, procuratore & solicitatore volunt doct. vt per Specul. in d. tit. §. 1. col. 22. versi. item quòd fuit in eadē causa. Ias. in l. 3. in fi. C. de iud. Alex. in consi. 64. col. 2. versi. secundò respondeo. volu. 3. & Dec. in consi. 310. col. 2. versic. vlterius etiam. vbi concludit repellendos esse testes qui habeant affectionem ad causam, idem dicendum est de ser Bastiano quinto teste, qui dicit allocutum Magnificos dominos Auditores & Dominum Locumtenentem, vt dominus Alexan. cogeretur soluere collectas, similiter Leo sextus testis dicit se in præsenti causa fuisse soliciratorem & plurimum institisse coram d. Magnificis dominis Auditoribus, vt dominus Alexander cogeretur soluere collectas, itaque solicitantes & agitantes causam non possunt esse testes in eadē causa. c. insuper. de test. Bart. in d. l. qui testamento. in princ. & Roma. in consi. 420. & Fel. in d. ca. insuper. col. 6. & sic quòd ista ratione repellantur, pro dicta vniuersitate remanent duos testes Hieronimus tertius testis, & Ioā. Baptista qui dicunt, audiuisse Franciscum B. & dominum Tho. soluisse collectas, & non dicunt à quibus. At magis est credendum testibus quatuor omni exceptione maioribus examinatis pro domino Alex. & contrarium firmiter deponentibus. Primò, quia sunt plures numero, vt per text. in cap. in nostra. de testib. Secundò, quia postea Gradarienses induxerunt dictos testes ad probandum indirectè contrarium, standum est potius dictis testibus domini Alexandri primo loco examinatis quàm testibus d. vniuersitatis secundo loco & postea examinatis: quia in his præsumitur subornatio, secundùm Abb. in d. c. in nostra. sequitur Pet. Gerar. in 11. notab. Tertiò, quia vbi sunt testes de vniuersitate & alij ex alia parte contrarium deponētes, statur potius illis attestantibus contra testes de vniuersitate, vt per Abb. & Felin. ibi, col. 2. in 2. fallen. in d. c. insuper. in terminis nostris est expressa decisio Matth. de Afflict. in decis. 400. incip. nobilis Petrus. num. 8. & seq. & in hoc pro domino Alex. nulla posset melior allegari. Ex his tollūtur omnino probationes testium d. vniuersitatis & sunt imperfectæ. l. ob carmen. §. fi. ff. de test. Bar. & doct. in d. l. admonendi. ideo cum dicti libri collectarū, vt superius dictum est, de iure non probent, non possunt etiam insimul iungi vt faciant aliquam perfectam probationem: quoniā vbi separata & vnum quodque de per se in genere suo non sunt perfecta in probationibus, non pro-

28 cedit regulæ † & quæ non prosunt &c. secundùm Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. & in l. obseruare. vers. sed pone. C. quorum appel. Felin. in c. cum causam. col. pen. versi. limita istā. de probat. Rom. in consi. 91. visis ac ponderatis. col. pen. cum mult. concor. alleg. per Hyp. de Marsi. in consi. 20. num. 5. & seq. & si dicti libri probarent solutionem collectarum per d. Franciscum B. bis factā, quod non admittitur, cum habuerit tamen semper sua bona exempta à collectis, vt testes nostri depo nunt, quod dicitur priuilegium ad non faciendum id est, q̄ non teneatur subire onera, per acta contraria non intelligitur amisisse exemptionem & immunitatem, per ea quæ latè consulendo firmat Alex. in consi. 33. ponderatis. volu. 5. Remanet ergo firmum fundamentum immunitatis & præscriptionis probatæ pro d. domino Alexandro.

Non obstat quoq; illa immunitas de anno 1506. vt dicitur per homines Gradariæ concessa do. Thomæ in vita tantum: quia tendit in augumētum exēptionis quam prius ipse & eius auctor in d. bonis

29 habebat, & † posita ad augumentum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. de lega.

30 1. & l. quod fauore. C. de leg. exēptio † enim superueniens non mutat statum prioris exemptionis, argum. l. falsa. §. sed & si cui. & quod ibi no. Bal. ff. de cond. & demon. & Alex. in consi. 32. visa. vers. confirmo prædicta. vol. 5. & dicit not. Bal. in l. cum ancillam. C. de condi. ob cau. q̄ semel exemptus non potest iterarò eximi, nisi ex posteriori actu augeatur effectus, facit tex. in l. quod dicitur. §. 1. ibi. qua si coniuncto munere militiæ &c. ff. de mil. testa. & in l. 3. §. ex pluribus, iuncta glo. ibi in versi. & possideo. ff. de acq. poss. & ibi doct.

Quatenus autem dicatur immunitas ad vitam concessa & post mortem d. domini Thomæ per d. vniuersitatem reuocata & adempta. Respondetur respectu huius ademptionis vltra responsiones supra traditas ad alios libros productos, quæ & conueniunt ad librum in quo legitur exemptio concessa in vita domini Thomæ & nō vltra, q̄ non constat exemptionem fuisse adempitam saltē per duas partes hominum ex tribus & q̄ maior pars hoc fecerit, sed simpliciter dicit (fu stabilito per il conseglio de li 24. huomini &c.) quod nō sufficit, vt per Alex. in consi. 68. & viso. colu. 2. versic. nec sufficit. vol. 2. & Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. & in l.

in l.omnes populi.in 1.q. & ibi cæteri.de iust.& iu
31 re.nam † eadem solẽnitas requiritur in destructio-
ne actus quæ requiritur in constructione. l.hære-
des.§.si quid post.ff.de testam. & ibi Bar.& Bal.&
Bar.in l.Chyrographis.de admi.tuto.videtur text.
in l 1.C.quando licc.ab empt.di. cum simil.alleg.
per Felin.in c.cum accessissent.col.2.versic.& ratio
huius.de constitut. Nunquam verò dominus Tho.
vsus est d. exemptione denuo concessa sic ad vitã,
sed permãsit semper in sua pristina exemptione &
libertate non soluendi collectas ignorans dictam
exemptionis concessionem in vita, vt præsumitur.
per l.verius.ff.de probatio.contrarium non probat
ser Sebastianus quintus testis,quia (vt superius di-
ctum est)vt solicitator est suspectus. & ei quoq; so-
li minimè est credendum.l.iurisiurandi.C.de test.
& c.licet ex quadam.extra eo.&c. Præterea,ea vtẽ
do etiam sciens dominus Thomas non amisit suũ
ius & libertatem collectas non soluendi quã prius
habebat.l.mater.ibi. Cum & hi qui sciant &c.iun-
cta glo.ibi in versi.competere. ff.de inoffic.testam.
facit quod dicit Dec.in cons.374.nu.5. Quòd ad-
huc exemptio & libertas prędicta non intelligatur
finita per mortẽ domini Thomæ sic probatur, aut
inspiciatur tempus celebrationis dictæ exemptio-
nis concessæ in vita quo nondum completa erat
pręscriptio libertatis collectarum,si attendãtur su-
pradicti libri collectarum, cum verò tẽpore mor-
tis domini Thomæ de anno 1540. esset post tem-
pus dictorum librorum decursa saltem præscriptio
quadraginta annorum, de qua inferius dicetur, &
dicta præscriptione esset acquisita d.libertas, non
trahitur quidem retro ad tempus dictæ celebratio
nis aliqua reuocatio sumens vires in tempore d.
mortis,quia res non erat integra,argu.l.bonorum.
& ibi not.per Bar.ff.rem rat.hab. & l.existimo. de
verb.obl.& l.si pecuniam. ff. de condit.ob cau.aut
inspiciatur tempus mortis d.domini Thomæ, quo
etiam Gradarienses attestantur expressè reuocasse
exemptionem committendo collectas exigi à do-
mino Alexã. & magis dicendum est exemptionem
& immunitatem præscriptam tolli non posse,vt in
terminis firmat Paris.in consi.69.num.8.vol.1. al-
legando Bar.in l.quod semel.& in l.hi qui.ff.de iu
re immu.& Bertach.in trac.de gabel.in 9.q.1.par.
ergo & veritas & omnis fictio cessat vbi tam ex-
tremum à quo quàm extremum ad quod est inha-
bile secundùm Bart. in l.si is qui pro emptore. col.
16.versi. secundò restat videre.ff.de vsucap.æqui-
32 parando † enim & arguendo de præscriptione ad
pactum,vt per Bald.in l. t.circa fi.C.de serui.& a-
qua. res præscripta non debet posse tolli altero in-
uito,sicut tolli non possunt per pactum acquisita.l.
sicut.C.de actio.& oblig.l.iurisgen §.prætor.ff.de
33 pact.cum simil. & postquam ius † est quæsitum al-
teri inferior à principe illud tollere non potest.ca.
quæ in ecclesiarum.de consti.ita in simil.affirmant
Ant.de Butr.& Saly.in suis consi.insertis inter con
sil.Pet.de Ancha.sub num.consi.366. videtur pri-
mo.cum seq & Bart.in consi.59. cõmune Spoleti.
nu.7. dicit decætero non posse imponi collectam
exempto per præscriptionem quadraginta annor.
Quòd efficacius procedit quia dominus Alexãder
& eius auctores non sunt neque fuerunt subditi in
d.Castro,& priuilegium quod habet non subditus
non potest amplius reuocari secundùm Abb.in ca.
nouit.col.4.de iud. & Alex.in apost.ad Bar.in d.l.
quod semel. Item vt singulari & suspecto rationib.
superius præmissis nõ creditur ser Sebastiano quin
to testi dicenti ex lectura librorum appassatus siue
Catastri scire bona Francisci B. quasi d.bona sint
ad Catastrum posita, & ob id posse collectari, per
ea quæ tradit Bal.in l.etiam.col.5. C.de execu.rei
iud.quia vlterius respondetur, ꝙ non apparet Fran
ciscum B.neque dominum Alexandrum consensis
se alicui descriptioni Catastri,ideo eis non fuit fa-
ctum aliquod præiudicium,arg.l.fi.ff.de inter.act.
præterea dictum Bal.in d.l.etiam.& aliorum ita te
nentium procedit quando æstimum fit volũtariè,
vel quando habentes æstimum soliti sunt soluere
collectas,ita in terminis respondet Corn.in consi.
83.in fi.lib.4.Nanque videntur etiam bona eccle-
siarũ fuisse apposita in istis appassatu & Catastris,
nihilominus non soluunt collectas. Et sic defectu
probationis, & quia non militat, tollitur hoc ob-
iectum.

Tertium contrariũ remouetur, quia(vt superius
demonstratum fuit) Gradarienses nunquã vsi fue-
runt iure collectandi in bonis domini Alexan.nec
modo possunt vti,vt decidit Bald.in d consil.125.
Quæstio vertens.volu.1. & aliàs generalis iurisdi-
ctio non se extendit vltra personam in quam exer
cetur.Spec.in tit.de iurisd.om.iu.§.1.col.9.versi.il
lud etiam notum. Ex hoc autem tollitur quod scri
bit Alex.in d.consi.136.col.4.versi.præterea si Ia-
34 cobus dicit &c.quòd † per non vsum non tollatur
lex vel consuetudo, imò hic fuit adempta: quia(vt
fuit probatu)m semper homines Gradariæ quotan
nis fecerunt cultores, qui semper fuerunt vsi & so-
liti sunt vti maxima diligentia & sollicitudine in
exigendo collectas & perquirendo personas debẽ
tes soluere. Vnde necessariò infertur, ꝙ si vnquam
auctores domini Alexan. debuerunt soluere colle
ctam, fuerint quandoque requisiti post saltem illũ
annum 1493. & quotannis etiam fuerint requisiti
stante diligentia probata cultorum à communiter
accidentibus arguendo. l. certi condictio. §.si nu-
mos. ff.si cert.pet. & l.neque natales.C.de probat.
cum ergo contempserint pro eis esset inducta con
suetudo contra consuetudinem collectandi Gra-
dariæ,vt per Bal.in l.de quibus.col.14.versicu.sed
nunquid ex non actibus.ff.de legi. vbi tenet indu-
ci quando non paritur monitioni hominis. & ibi
Ias.in col.9. versic. sextò nota.dicit esse veritatem
* & communiter teneri, † quando non vsus expres-
35 sè vel tacitè habet in se actum contrarium legi,tol
litur lex, sequitur in terminis nostræ quæst.Guid.
Pap.in dicto consi.65.colum.4.versi.præterea hoc
probatur.

Et consequenter recensendo sigillatim requisi-

ta

ta per Alex.in d.consi.136.col.fin.cuius opin.non esse veram ex sententia aliorum dicit Rolan. à Val. d.consi.5.sub nu.61.lib.1.vbi respondet ad eius rationes,& ego latius respondebo & per ea quæ contra eum adducit Natt.consi.446.num.15.libr.2.& consi.649.num.3.lib.4. Non enim refragatur primum, quòd fuerit aliquo tẽpore requisitus vt collectas solueret,aliàs non præscribit hanc libertatẽ: quia leges & auct. alleg. per eum loquuntur quando nulla negligentia potest imputari aduersario, vel non euenit casus, seu ei non fuit expediens vti iure suo,vt per Bar.in d.l.cum scimus.ibi, nulla.n. causa desidiæ potest cõmuni Petusij imputari &c. & in d.l.in filijs,ibi,non eligisti,quia non expediebat &c.& iura alleg.per Bald.& Angel. in d.l.2.de præscrip.30.anno.loquuntur in seruitutibus vrba-
36 norum prædiorum † quæ pro earum manutentione non requirunt aliquod factum hominis, dummodo cõtra ex aduerso aliquid non fiat,vt d.l.hęc autem.de serui.vrba.præd. non ita videtur vbi hominis factum requiritur,vt in d.l. & Attilicinus.de ser.vrba.præd. ibi,vt quod ius non negligentia aut culpa &c.& Spec.in alleg.tit.de iurisd.omn.iudic. versicu.illud etiam nota. in fin. se remittit ad illud quod dixit in tit.de præscrip.in prin.versic.sed pone miles.vbi in fi.tenet contra per ca.quotundam. 23.dist.prædicta vera esse innuit Abb. in c.Abbate.col.fin.ibi.ꝙ non vsus priuilegij volũtarius tollit priuilegium &c. de verb.sig. & Felin.in ca.cum accessissent.col.11.de constit.& Ias.in l.2.C.de diuer.rescrip.sed in specie proposita negligentia imputatur Gradariensibus, cur non exegerint collectas ab auctoribus domini Alex. quemadmodum quotannis diligenter exegerunt ab alijs, ergo &c. Item non obstat aliud requisitum de facto præscribentis:quia Bal.in l.2.col.2.in 5.opposi.& ibi Sal. col.2.in 6.oppo. C.de ser.& aqua.expressè tenent
37 † in præscribenda libertate non requiri factũ præscribẽtis,idem Bal.tenet in d.l.& Attilicinus. in 2. lectu.versi. in præscriptionibus.ibi dum dicit,præscriptio liberatoria ad non dandum vel non faciẽdum non requirit factũ præscribentis.facit ad prædicta quod tenet Io.And.in addit.mag.circa med. ad Spec.in rub.de præscri.vbi dicit,si dominus intra ann.30. habuerit negocia ad quæ vasalli essent vocati, & verisimile est ꝙ dominus vocasset si fuisset vasallus qui non vocatur ad talia negocia, si alijs euntibus,iste non iuit,ius domini videtur interpellasse,& sic posset libertatem præscripsisse . Item alia requisita de allegatione bonæ fidei & allegatione titul.præscriptionis interuenerunt, vt legitur in articulis domini Alex.item aliud requisitum nõ obstat de consuetudine obtenta in iudicio contra-
38 dictorio,quia † etiam extra iudicium potest induci consuetudo,Bar.in l.diuturna.& in l.de quibus. & ibi per alios. ff.de legi. Aliud quoq; requisitum de allegatione & probatione scientiæ & patientiæ hominum Gradariæ interuenit, vt patet in d.articulis domini Alexã. & examine testium superinde facto, qui testes dicunt de testificatis per eos fuisse & esse publicam vocem & famam in castro Gradariæ,per quam probatur scientia hominum d.loci,per glo.& ibi Bal.in l.si tutor. C.de peric.tut.& in l.quicunque.colu.1.de ser.fug.& Alex.in consi.
39 101.col.7.nu.23.vol.7. Præterea,in † præscriptione libertatis Bald.& Saly.in d.l.2.de serui.& aqua. tenent non requiri scientiam aduersarij,idem in d. l.& Attilicinus. vnde non videtur congrua distinctio relata per Balb.in d.tract.de præscript.in q.7.
40 2.par.5.par.princip. Nanque † libertas non soluendi collectas præscribitur per quadraginta annos. vbi quotannis euenit casus soluendi eas & fuerunt exactæ ab alijs per l.omnes. C.de præscrip.30.an. Bar.in d.consi.59.col.2.Alex.in consi.30. ponderatis.col.3.vers.quò ad qnintam.vol.5. vbi respondet ad l.comperit.C.eo.eam procedere in tributis debitis Imperatori in signũ recognitionis vniuersalis dominij.idem in consi.16.col.8.versi.item te spondeo.eo.vol. plenè comprobat Corn.in consi. 22.in præsenti.col.6.& seq.vol.3. & in consi.268. in hac consultatione.col.9.voln.4.& in consi.142. videtur.col.pen.volu.3.& in consil.199.circa primum.col.2.vol.1.sequitur allegando Bal.etiam in multis con si.Aymo Crauet.in consi.57.nu.8.cum enim ius collectãdi præscriptione quadraginta annorum acquiratur, vt per Alex.in consil.78.col.2. versi.ad prædicta facit. volu.6.pariter & fortius d. præscriptione & non vsu per d.tempus anno. qua-
41 draginta amittitur: quia † facilius quid amittitur quàm acquiratur.l.3.§.in amittendo.& ibi Ias.notat.ff.de acq.poss.& Saly.in l.1.col.2.in 5.oppo.de ser.& aqua.dicit seruitutem habentem causam cõtinuam longo tempore non acquiri sed bene non vtendo perditur.& Curt.Iun.in consi.42.col.fi. nume.8.dicit si valet consuetudo obligatoria ad collectas,eò magis valebit liberatoria, argum.l. Arrianus.ff.de act.& oblig. præsertim cũ hoc in casu reuertatur ad ius commune,scilicet ꝙ forẽsis nõ colledetur,ad quod commune ius res de facili reuertitur.l.si vnus.§.pactus.ff.de pactis.ita in simili arguit Corn.in d.consi.22.videtur.col.2.versic.quia contractus. volu.1. multa de ista reuersione ad ius commune scribit Fel. in d.c.cum accessissent.colu. 3. de constitut. Silua nupt.in q.fi.quomodo sit iudicandum.versi.item in dubio amplectimur.

Nec dicta vniuersitas posset obtinere contra dictam præscriptionem aliquam restitutionẽ in integrum cum ab anno 1540. quo incepit molestare dominum Alex. fit elapsum quadriennium, Alex. in d.consi.10.col.7.versi.nam posito. lib.5.quinimò Saly.in auct.quas actiones.col.3.versi. quærit
42 glo.C.de sac.sãn.eccle. tenet † Rempub.non posse restitui in integrum aduersus præscriptionem:quia solum in contractibus æquiparatur minoribus nõ autem in præscriptionibus, secundùm eum, & post quadriennium à die scientiæ & contra præscriptionem quadraginta ann.non competere in integrum restitutionem comprobat Soc.in consil.194 colũ. pen. lib 2.& Dec.in consi.29.& Soc.Iun.in quodã * suo consilio dicit hanc esse cõem opin.Modern.

Non

Non obstat vltimum de doctrina Ang.in l.1.S. si quis tutor. ff.quando appellan.quia contrarium ponderando bonas doctrinas tenet Iaſ.in d.l.3.C. de diuer.reſcrip. Præterea neſciuit dominus Alex. ſe fuiſſe deſcriptum in dictis libris collectarum, vt eſt præſumptio ignorantiæ d.l.verius.& not.in l.fi. ff.pro ſuo.Ideo non eſt imputandum ſi non appel-
43 lauerit: quia † quis non debet appellare infra decem dies niſi poſtquam ſciuerit. ca. concertationi. de appel.lib.6. & ſi modo ex dicto examine ſciret, res deducta eſt ad litem dirimendam in auditorio Illuſtriſſimi Principis. igitur eadem lite pendente nihil eſt innouandum, rubr.toto titul.extra vt lite penden. & in clem.eo.lib. facit quod ſcribit Bald. in l.ſi vt proponis.C.quando prouo.non eſt neceſ. etiam ſi D.Alexã. aliquid ſoluiſſet non longiſſimo temporis ſpatio non ſibi præiudicaſſet Natt. dicto conſi.446.num.16.& ſeq.

Itaque ex his omnibus pro domino Alex.videtur verior & firma remanet concluſio ſupradicta. Quæ, & ſi adhuc dubia videretur,tamen multa cõcurrunt vt pro eo feratur ſententia. Primum eſt rei fauor, quòd in dubijs ſequatur abſolutio. cap.cum ſunt.de regu.iur.lib.6.& c.ex literis.de probat.& l. fauorabiliores.de regul.iuris.cum vulg.eſt & aliud quòd grauius eſſet ipſi domino Alexan. ſoluere dictas collectas quas nunquam ſoluere conſueuit, quàm d.vniuerſitati eas non accipere,quas per longiſſimum tempus non habuit,vel nunquam conſecuta eſt. ideo minus malum minusq́ue graue eſt eligendum.l. quoties nihil. de reg.iur.adeſt quoq; fauor libertatis, nanque Aymo Crauet.in d.conſi.
44 57.in fin. dicit † in dubio pro huiuſmodi libertate non ſoluendi collectas pronunciandum eſt, alleg. Bald.in conſi.400.ſuper primo.col.1.lib.4.& Corneum in conſi.194. licet. col.fi.verſi.& facit quod not.Bal.lib.4. dicit in dubio reſpondendum contra iſta onera collectarum & Fel.in c.auditis.circa fin.de præſcrip.inquit ſi excipiens & in poſſeſſione libertatis exiſtens dubium reddat intentionem actoris,ſtandum eſt pro libertate.Concluſio talis ergo fieri poteſt ſecundùm Bald. in dicto conſi.125. Quæſtio vertens.volum.1.aliàs conſil.257.libr.2. refert ſic etiam per ſimilia fundamenta nouiſſimè conſulendo Tob. Perusin. conſil. 47. per totum. quòd dominus Alexander ſit abſoluendus & communi caſtri Gradariæ perpetuum ſilentium imponendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon.Piſauren.

CONSILIVM CLXXI.

ARGVMENTVM.

De probatione matrimonij. Deque legitimitate filij ex eo.

SVMMARIVM.

1 Cauſa matrimonialis ſpectans ad forũ eccleſiaſticum etiam incidenter non poteſt cognoſci per laicum.

2 Teſtes tantum videntur probare, quantum dicunt.

3 Filius natus ex vxorata adulterinus & illegitimus mortuo primo viro non poteſt per ſequens matrimonium legitimari.

4 Filius ex matrimonio putatiuo legitimus naſcitur.

5 Factum contra ius non eſt producendum ad conſequentias.

6 Confeſſioni in fauorem matrimonij creditur.

7 Confeſſio in cauſa eccleſiaſtica & de æquitate canonica etiam abſente parte probat.

8 Matrimonium,ſaltem quò ad legitimationem filij,probatur per cohabitationem longiſſimam.

9 Matrimonium probat dotale inſtrumentum,in præiudicium ſaltem partium intereſſentium.

10 Hæreditatem adijſſe dicitur,qui vt hæres agit.

11 Hæres non poteſt venire contra factum defuncti,etiam ſi ſit de iure nullum.

12 Succeſſoris appellatione intelligitur de hærede.

13 Confeſſio auctoris etiam ex verbis enunciatiuis præiudicat ſucceſſori & habenti cauſam ab eo.

14 Tempus longiſſimum inducit bonam fidem.

15 Proles vt ſit legitima,præfertur opinio veritati.

16 Ignorantia in dubio præſumitur.

17 Filij vt habeantur legitimi,ignorantia non ſolùm facti ſed etiam iuris facit.

18 Quinquennij lapſu de illegitimatione alicuius quæri non poteſt.

19 Matrimonium requirit conſenſum coniugũ expreſſum per verba de præſenti, ſeu per ſigna ipſum conſenſum mutuum de præſenti oſtendentia.

20 Deſponſatio intelligitur duplici modo de futuro ſcilicet & de præſenti.

21 Verbum habens variam & æquiuocam ſignificationẽ, probatio exinde facta dicitur non concludens.

22 Teſtis dicens,ſalus deſponſauit talem,vt probet de matrimonio per verba de præſenti, neceſſe eſt vt exprimat verba ſeu ſigna particularia.

23 Præſumptiua probatio non ſufficit,cum agitur de præiudicio alterius, ſed requiritur plena probatio.

24 Productio atteſtationum inducit confeſſionem producentis, ſicut inſtrumenti.

25 Pars poteſt renunciare atteſtationi, quam teſtis fecit.

26 Teſtis perſonam approbans non dicitur approbare eius dicta.

27 Teſtis non probat pro producente, qui in productione de eo facta proteſtatus eſt, ſaluas ſibi fore exceptiones tam contra perſonam,quàm dicta.

28 Teſtibus in vno falſis in nullo creditur quod dicũt, ſed in totum repelluntur.

29 Teſtes aſſerentes negatiuã non coarctatam loco & tempore omnino ſunt ſuſpecti de falſitate.

30 Teſtis,in actibus ad eorum eſſentiam requirentibus aliquid facti,nullo modo probat niſi aſſignet cauſam ſui dicti per aliquod extrinſecum factum.

31 Paria ſunt non eſſe & non apparere.

32 Fama vt probetur, non ſufficit dicere ſimpliciter famam

mam & notorium inter maiorem partem hominum esse, nisi dicatur audiuisse à maiori parte etiam non interrogatus.

33 *Testibus affirmantibus magis quàm negantibus credi debet.*

34 *Præsumptionis effectus non est in consideratione nisi à parte sit præsumptio allegata & deducta.*

35 *Præsumptio alia capienda est potius quàm delicti.*

36 *Priora cognoscimus per posteriora.*

37 *Testamenti in causa in dubio pro eo respondendum est.*

38 *Opinio in dubio sequenda est pro matrimonio & legitimatione.*

DIVINO INVOCATO SVFFRAG.



Væstio vertens inter Martinum & litis consortes actores & Iulianum reum conuentum, plurimum consistit super validitate matrimonij inter Damianũ & donnam Gentilem contracti respectu legitimationis Francisci eorum filij, vt constat ex capitulis actorum & depositionibus testium superinde examinatorum, præsertim in 11. capitulo asserentium non potuisse esse matrimoniũ inter d donnã Gentilem & d.Damianum. Quod ostendit dubitationem esse super iure, ideo † causa huiusmodi matri-
1 monialis spectans ad forum ecclesiasticum & inci denter non potuit cognosci per iudicem laicum, & irritanda sunt omnia in tali causa per eum gesta. c. tuam. de ord. cogni. c. causam. el 2. qui filij sint leg. vtrobique Abb. & cæteri. glo. 1. & doct. in c. lator.
* eo. tit. est communis opin. docto. vt per Bart. Bald. Paul. de Cast. & Alex. in l. Titia. ff. sol. matr. & Bal. in l. filium. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Vtcunq; sit, iuuabit tñ merita causæ pertractare vz. n. probata intentio actorum, quę est vt Damianus decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, quod dicunt oẽs testes agentium super 7. capit. qui
2 † tantum videntur probare quantum dicunt, Cur. Sen. in consi. 73. Magnifice. versi. ad tertium motiuum. in fi. Causa de hoc videtur assignari: quia Gẽtilis ex qua & d. Damiano natus est Franciscus filius, prius nupta fuit & desponsata cuidam Anton. qui eam tractauit vt vxorem, stando solus cum sola, ludendo & deosculando se adinuicem, vt d. testes deponunt super 9. capit. ex quibus Petrus primus testis, Pasquinus secũdus testis & Marinus tertius testis dicunt vidisse & interfuisse quãdo d. Antonius despõsauit d. Gentilem, vnde testimonium eius qui vidit verum est, Ioan. Euang. ca. 19. & per testes qui interfuerunt congregationi factæ quando mulier desponsatur, probatur matrimonium, Saly. in l. non nudis. col. fi. C. de probat. idem nititur deponere Vincentius secũdus testis Iuliani rei conuenti, contra quem inducentem videtur probare, Rom. in consi. 104. in fi. Ias. in sub. col. pen. ff. de iureiur. Igitur illa Gentilis nupta alij viro non potuit primo viro viuente cum Damiano coniungi
3 matrimonio † & filius ex eodem matrimonio maximè natus d. primo viro viuente, vt dicunt testes, fuit adulterinus & illegitimus, ac etiam mortuo dicto primo viro per sequens matrimonium inter parentes suos contractũ legitimari non potuisset, hęc dicta probantur in c. fi. de spon. duorum in ca. causam. el 1. qui fi. sint leg. & ibi per Canon. & per Angel. in auct. quib. mod. natur. effic. sui. in §. fin. & sic talis filius non facit deficere conditionem fideicommissi, Alex. & doct. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & priuatur successione parentum, auct. ex complexu. C. de incest. nupt.

Secundò, quoniam omnes testes agentium super 13. capitulo & super vltimo attestantur fuisse publicam famam in loco de matrimonio contracto inter d. Gentilem & illum Antonium, & de eo de quo fama est quis præsumitur scire, glos. & Bal. in l. si tutor. C. de peri. tu. c. fin. qui matri. accu. pos. & in proposito videtur sufficere scientia quæ habetur per indicia. Cur. Iun. in consi. 64. num. 8. & Io. de Ana. in consi. 70. in fi. & Dec. in cons. 154. ideo remota ignorantia Damiani & Gentilis non dici-
4 tur matrimonium putatiuum inter eos, † vt saltem filius ex eis natus dicatur legitimus, & parentum successionem capere possit. ca. referente. qui fi. sint leg. & in c. penul. eo. & sic videtur vacillare & tolli fundamentum iam pro d. Iuliano adductum per insignem Iuriscon. dominum Rubertum Monaldũ conciuem & mihi fratrem honorandissimum fundantem se in præsumpta ignorantia saltem Damiani, cui quidem Iuliano parum prodest ad validitatem matrimonij d. Gentilis cum Damiano probatio matrimonij d. Antonij cũ alia muliere postea etiam viuentibus dictis Gentile & Damiano con-
5 tracti, quia † quod contra ius fit non est producendum ad consequentias. l. quod verò. ff. de legib. & propterea videtur inferri iustè fuisse per dominum Potestatem Vrbini pronunciatum & in fauorem agentium iudicatum.

Quinimò his non obstantibus contrarium videtur verius & magis iuri consentaneum. Dicendũ est primò, q Stephanus primus testis, & excepto secundo teste, omnes. Testes rei conuenti vsque ad octauum testem super 2. cap. probãt, confessionem ipsius Gentilis, q ipsa publicè dicebat prius promisisse d. Damiano & q confessorem non reperiebat volẽtem eã absoluere ob talẽ promissionẽ primò
6 factam ipsi Damiano, cui † confessioni d. Gentilis in fauorem matrimonij creditur, Abb. in c. 2. in 2. not. de cland. despon. & in c. desponsationes. versi. in gl. 2. de despon. impub. & Dec. in consi. 163. colum. 2. versi. hoc idem confirmatur. vbi etiam sub-
7 iungendo tenet fortius † in causa ecclesiastica & de æquitate canonica talem confessionem etiã absente parte valere & probare, concordã. allegando pro communi opin. firmat Gabr. Rom. de communi opin. lib. 1. tit. de confess. conclu. 1. nu. 46. & seq. & 11. vbi saltẽ cessat fraudis suspicio, quæ hic cessare videtur, quia dixit Gentilis non reperire confessorem &c. cui præsumitur propalasse veritatem in pœnitentiali iudicio vt suæ salutis non immemor. gl. in versi. qualiter. in c. tua. de spon. & matri.

cum

eum dicat confessorem de hoc eam noluisse absol-
uere, ostendit verũ matrimoniũ ab ea confessum,
fuisse prius contractum cum Damiano & propte-
rea non posse nubere d. Antonio ob prohibitio-
nes canonicas, & eam esse in peccato nisi accipe-
ret Damianum, & dictis confessoribus ei ita dicen
tibus vt probis viris & peritis credendum est. l. 1.
in principio. ff. de ventre inspici. glo. & Barto. in l.
Titio fundus. de cond. & demonstrat. cum concor.
relatis & remissis per Gomes. super regu. cancel. de
valor. expri. in impetr. benifi. in q. 10. cum si. proba
8 tur † pariter matrimonium inter Damianũ & Gen
tilem saltem quò ad legitimationem Francisci eo-
rum filij per cohabitationem nedum diurnam sed
longissimam spatio anno. triginta, vt expresse dicit
Bernardina sexta testis Iuliani, & comprehenditur
ex dictis omnium testium deponentium de tempo
re quadraginta & quadragintasex. & ab eo tempo-
re quo Gentilis iuit ad domum Damiani semper
cum eo habitauit vsq; ad mortem, & constat quòd
de anno 1530. Damianus condidit testamentum
& vocauit Gentilem eius vxorem semper tractan-
tes se vt coniuges publicè & pro talibus reputati
fuerunt à quolibet de Castro montis Guiducij. ex
tat etiã instrumentum dotale confectum de anno
1514. in quo Gentilis appellatur vxor Damiani
prædicti, quæ simul iũcta optimè probant dictum
matrimonium, per text. in cap. illud. & ibi Canon.
* de præsumpt. est communis conclusio ibi præser-
tim Modernorum teste Socin. in consilio trigesi-
monono. columna secunda. versicu. & plus viden-
tur. lib. 1. Abb. in c. lator. numero 6. allegãs dictum
Host. qui filij sint legitimi. & per alia dicit ibidem
talem modum esse facilẽ ad probandum quem fi-
liũ legitimum natum ex masculo & fœmina simul
habitantibus, & quòd huius legitimationis fauore
præsumitur inter eos matrimoniũ, latè probat Ge-
minia. consil. 27. super dubijs. colum. 2. nume. 8. &
post eum Paris. consi. 57. numero 41. & sequen. lib.
4. & consilio octauo numero 22. & per totum con
9 sil. lib. 2. solum autem dotale † instrumentum ma-
trimonium probat in præiudicium saltem partium
interessentium instrumento, Bald. in l. ab executio
ne. columna fin. C. quorum appellat. & in rubri. de
priuileg. dot. colum. fin. Alexan. in l. 1. in princip.
numero 12. de noui óperis nunciat. & Socin. in di-
consilio 39. columna quarta. versicu. Hæc coadiu-
uatur. & Dec. in consilio trigesimoquinto. colum-
na 2. nume. 2. de sponsal. & in l. ex his. in fin. C. de
testam. milit. pars autem quæ d. instrumento dota-
li interfuit, fuit ipse Damianus. ex quib. efficax fun
damentũ elicitur contra actores, qui cum fecerint
se hæredes Damiani pro legitima & trebellianica
vt eius proximiores, vt in eorum precibus replica-
10 tionibus & 7. capit. legitur. agendo † enim quis vt
hæres dicitur adire hæreditatem, Ias. in l. licet. co-
lum. 1. versic. nec obstat iste text. C. de iur. delib. &
Aret. in cons. 136. in princ. non possunt venire con
tra confessionem ipsius Damiani in d. instrumen-
to, dicentis Gentilẽ esse suam vxorem & pariter in
11 d. testamento, per regulam, q † hæres non possit ve
nire contra factũ defuncti, etiam si sit de iure nul-
lum, glo. quam ibi Sal. sequitur in l. si creditoribus.
C. de ser. pig. da. manu. & in l. pen. de rest. mil. cum
similibus. Ideo in probatione matrimonij, vbi non
est quæstio inter alios de fœdere matrimonij, in ter
minis Pet. de Anch. in clem. 1. col. pen. vers. Quar-
tò quæro. de probat. decidit instrumentum dotale
probare matrimonium in præiudicium contrahen
12 tium vel eorum successorum, appellatione † enim
successoris intelligitur de hærede Alexan. in consi.
44. viso themate. in princi. nume. 3. lib. 1. confessio
13 † enim auctoris etiam ex verbis enunciatiuis præ-
iudicat successori & habenti causam ab eo, per plu
res decis. probat Aym. cons. 29. num. 1. vltra alleg.
per eũ idẽ probant Bal. consi. 389. duo instrumen-
ta. nume. 3. lib. 3. & Ruin. consi. 50. nume. 13. lib. 1.
& Socin. consi. 249. colum. pen. in fin. versi. ex qui-
bus indubitanter. lib. 2.

Secundò, corroborando fundamentũ adductũ
per d. D. Rubertum, legitimatio Franc. filij Damia
ni oñditur ex matrimonio vt s. probato. l. filiũ. &
ibi doct. ff. de his qui sunt sui vel al. iu. & in c. trans-
missæ. qui fi. sint leg. qđ matrimonium & si inuali-
dum esset, cũ tñ dicti coniuges simul cohabitaue-
rint per longissimũ tp̃s vt maritus & vxor (vt depo
nunt testes Iuliani) sufficit ad legitimationẽ prolis
ob bonã fidẽ præsumptã ob ignorantiã ẽt vnius cõ
iugis, Pau. de Cast. in cons. 354. Videretur. in fi. lib.
1. vbi loquitur de cohabitatione duorum, vt vir &
vxor, per x. an. & Ange. in l. fi. circa med. ff. de cõd.
14 sine ca. tp̃s † enim longissimum inducit bonam fi-
dem, Bart. & Saly. in l. fi. C. vnde vi. Alex. in consi.
24. nu. 18. vol. 5. & in consi. 151. nu. 5. volum. 2. ex
qua prouenit legitimatio filiorum, qui sunt fructus
matrimonij, ita arguit in specie Dec. in consi. 153.
col. 2. & Cur. Iun. consi. 52. col. 1. legitimum & na-
turalem filium vocat Frãc. Damianus in suo testõ.
qui præsumitur credidisse & opinatũ esse vt voce &
noĩe expressit, Ias. post Bar. in l. neq; professio. col.
2. versic. subdit vltimo. C. de testa. per l. Labeo. §. fi.
de suppel. leg. & latissimè Paris. d. consi. 13. nume.
27. & 32. lib. 2. ideo in proposito extante ẽt matri
15 monio nullo, vt † proles sit legitima opinio præfer
tur veritati, tradit Host in c. 1. de eo qui du. in mat.
quam pol. per adult. vt refert Cassa. in decis. 11. nu.
5. de spons. & matr. Dec. in d. cõsil. 153. col. 2. Cui
legitimationi quoq; impedimentum non præbet
clandestina matrimonij contractatio, Abb. in d. c.
lator. num. 6. qui fil. sint legitimi. Nanque, vt infe-
rius dicetur, non probatur matrimonium primum
inter Gentilem & Antonium. saltem q de eo Da-
16 mianus haberet scientiã, cum præsumatur † igno-
rasse. l. verius. de probat. vnde eius ignorantia acci
piendo postmodum in vxorem ipsam Gentilẽ dun
taxat sufficeret ad legitimationem Francis. filij, vt
dicatur etiam defecta conditio fideicõmissi, si de-
cesserit sine filijs legitimis & naturalibus, vt per
Dec. in d. consil. 153. qui alios allegat & magis in
terminis proprijs alios allegando, comprobando,

& refutando contraria. consuluit præceptor meus
Curt.Iun. in d.consi. 52. habita diligenti conside-
ratione, quod omnino legatur per dominum iudi-
cantem: quia quæstionem hanc decidit pro legiti-
matione filij, qui ad tollendum dictum Abb. in d.
c.ex tenore.nu.9. etiã responder sub nu.9. & 10.&
Dec.in d.consi.163.col.4.idem Curt.Iun. in con-
sil.27.colu.3.vbi approbat quoddam consil. Paris.
in eodem casu emanatum, vt in consi.15.lib.2. vbi
Paris.latè & supradictas, & infrascriptas conclusio
17 nes pro hac parte adductas firmat, non solùm † au
tem facti ignorantia sed etiam iuris facit vt filij ha
beantur legitimi, Bart.Paul.Castr. & Ias. In d.l.fin.
de condit.sine causa, non videtur improbare Abb.
in c.referente. In fin.qui filij sint legitimi.

Tertiò, non est omittendum q post mortem pa
tentum Francisci auctoris Iuliani rei conuenti ela
18 psus est quinquennium † quare de eius illegitima-
tione modo non posse quæri est solutio glos.in ca.
peruenit.qui fil.sint leg.quam ibi sequi Host. Abb.
refert, & dictum glo.corroboratum ab Hostien.in
practica menti tenendum esse dicit Abb. quasi ve-
lit quòd in practica hoc debet seruari.

Hæc iura competentia Francisco pariter prosunt
dicto Iuliano emptori. l.emptori. C.de euict.

Postremò, Matthæus agens consensit venditioni
factæ Iuliano, vt primus testis & nonus & decimus
attestantur super primo capitu. Iuliani, & fuit facta
venditio in domo sua eo præsenre & teste, vt in in-
strumento de anno 1537. ideo rem venditam pete
te non potest, Paul.de Castr.in l.si fundum per fi-
deicommissum.de leg. 1.per l.mater. C.de rei vin
dic. quę res ab emptore ignorante verisimiliter fi-
deicommissum etiam auferri non posset. l.fi.§.fin.
de leg. 2. stanre maximè sua bona fide de filiatio-
ne venditoris possidentis omnia bona paterna sciẽ
tibus & patientibus Actoribus, vt testes rei dicunt,
à quibus in hoc dicitur acquirere Franciscus quasi
possessionem filiationis, Dec.in c.per tuas.colum.
penul.versi.Sed tamen replicari.de probat.hoc vl-
timum latius attingere non expedit. quoniam Iu-
liano arbitror fundamẽta superius adducta ad cau
sæ victoriam sufficere, quæ clariora reddentur &
apparebunt ex refutatione contrariorum inferius
facienda.

Itaque respondendo præmittendum est, quòd
19 † ad matrimonium contrahendum requiritur con
sensus coniugum expressus per verba de præsenti,
seu per signa ipsum consensum mutuum de præsen
ti ostendentia.capit.licet.de sponsa duo. cap. cum
apud.& cap.tuæ fraternitati. & ibi Abb.de sponsa.
& matrimon. quoniam talis consensus non potest
haberi nisi mediantibus verbis aut signis, vt inquit
Abb.in cap.tua nos. in fine.extra eodem. Erant in
proposita specie probanda verba seu signa demon
strantia consensum de præsenti, sic respondit Pa-
ris.dicto consi.15.nume.19.& sequen.libro 2.quæ
minimè sunt probata. Nam primus testis secundus
& tertius testis actorum qui asserunt interfuisse,
simpliciter dicunt super nono capitulo, quòd An-
tonius prius desponsauit Gentilem, quæ attestatio,
non concludit de matrimonio vero de præsenti,
20 † quia despõsatio intelligitur duplici modo, de fu-
turo & alio modo de præsenti, Goffred. in summa
de spons. in princ. Archid. in cap.1. in princ. eo. tit.
lib.6.& in c.nostrates.30.q.5.not.Abb.in cap.pe-
nult. eodẽ. de spons.& matrimo.& in cap.accessit.
num.2. de despon.impub. quinimò impropriè di-
citur desponsatio de præsenti vt dicti doctores di-
cunt. Si verò diceretur verbum desponsare in vul-
gari importare sponsalia de præsenti de communi
vsu loquendi, respondetur communem vsum lo-
quendi esse quid facti ideo debuisset probari, Bart.
in l.Labeo de suppell.legat. vbi maximè de com-
muni vsu intelligendi ad nume.11. Alexan.consi-
lio vigesimosexto.columna penultima.versic. non
obstat, quòd ex communi lib.3.consi.trigesimose-
ptimo sub numero decimooctauo libro sexto, De-
cius consilio 472.columna 3.num.decimoquinto.
& est difficilis probationis Roch.Cur.tract.de con
suetu.nu.626.& sequen.quæ vulgaris intelligentia
21 hic non fuit probata, ergo † probatio dictorum te-
stium per verbum desponsauit ambiguum, an de
præsenti, vel de futuro, ambigua est, & non valet.c.
in præsentia.de proba.l.non hoc.C.vnde leg.l.ne-
que natales.C.de prob.& interpretatur contra ad-
uersarium, quòd intelligatur de desponsatione de
futuro, quæ secundi matrimonij contractum non
impedit.c.sicut ex literis.de spons.& matri. & c.1.
de spon.du.vt ambigua probatio interpretari de-
bet contra inducentem.Bar.& alij in l.inter stipu-
lantem.§.si stichum.de verb.oblig.Ang. in l. post-
quam.in fi.ff.de peti.hæred. Alexan.consi.12. col.
3.num.10.lib.2.Bal. In l.de die.in prin.colum.fin.
versi. Secundo casu.qui satisd.cog.

22 Nam † testis dicens, talis desponsauit talem, vt
probet de matrimonio per verba de præsenti, ne-
cesse est, vt exprimat verba seu signa particularia,
alioqui nõ concludenter probaret matrimonium.
Et quamuis consensus faciat matrimonium l. nu-
ptias. ff. de regulis iuris. tamen extrinsecus debet
apparere de præsenti per verba seu signa illum ex-
pressè in indiuiduo denotantia, quod hic non ap-
paret.

Præterea, cum incidenter tractetur de matrimo
nijs (vt dictum est) pro legitimitate dicti Franci-
sci, sufficit matrimonium inter Damianum patrem
& Gentilem matrem esse probatum per instrumen
tum dotale, & mutuum tractatum ad inuicem vt
vir & vxor habitum, siue factum sit de recenti, siue
de antiquo, per c.illud.de præsumpt.c. transmissæ.
c.per tuas.qui filij sint legi.ponendo plenam do-
ctrinam tradit Saly.in l.non nudis.col. fin. ad ver.
si autem incidenter. C.de proba.vbi infert, quòd
stante probatione tituli & possessionis matrimo-
nij inquam contracti inter Antonium præten-
sum primum maritum dictæ Gentilis, & donnam
Mansuetam, modo ad irritandum matrimonium
dictæ Gentilis cum Damiano agendo etiam pro
illegitimitate asserta dicti Francisci filij pro parte
actoris,

actoris si non ostenderetur similis titulus, ꝙ reus
obtineret, vt ibi per Saly. circa fi. eò maximè quòd
non infertur præiudicium modo matrimonio An
tonij, imò probatio matrimonij per actores allega
ti præiudicium faceret vero matrimonio Antonij
contracto postea cum donna Mansueta, vt omnes
testes dicunt, ideo strictius procedendum est, vt di
cetur inferius, & præiudicaret modo dicto Iulia-
23 no, vnde † cum agatur de præiudicio alterius non
sufficit pręsumptiua, sed plena probatio requiritur,
Abb. in ca. cum in iure. circa princip. nu. 2. de offic.
deleg. Dec. consi. 410. sub num. 13. & in specie Pa-
ris. d. consi. 15. num. 33. 34. lib. 2.

Et pariter tollitur dictum Vincentij secundi te-
stis rei, cuius dictum non apparet productum à reo
postquam fuit examinatus, ergo non facit contra
eum, Roma. in d. consi. 104. in fi. alleg. per omnes
ex hoc dicto nitentes se fundat in productione at-
24 testationis per l. cum precũ. de lib. ca. ex qua † pro-
ductione induceretur confessio producentis, vti de
instrumentorum productione dicitur, Bald. & alij
in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & Canon. in ca. cum
olim. de censib. & in c. cum venerabilis. de except.
25 pars † enim potest renunciare attestationi quam te
stis fecit, ad id super quo non fuit productus, & si-
bi non præiudicat, Bar. in l si falsos. C. de fals. licet
ibi Bar. loquatur in eo qui renunciat, ne de falsita-
te commissa per testem teneatur, tamẽ idem est in
eo, qui videns testem per eum productum contra
eum deponere, ꝙ possit eius dictum repudiare & di
cere contra. vt consulo hoc in casu in actis esse di-
cendum contra examen istius testis, licet eius per-
sona non possit reprobari per inducentem, vt dictũ
potest reprobari, per tex. ibi, non adimenda scilicet
ei licentia &c. in d. l. si quis testibus. C. de testib. tra
dunt ibi Cyn. in col. 1. nu. 3. in 3. notab. Bald. circa
26 princi. & Saly. col. 1. nu. 3. dicens quia † approbans
personam testis non dicitur approbare eius dicta
seu per eum testificanda, idem sub num. 8. ꝙ possim
reprobare dictum testis per me producti: quia con
tra illud mihi prouidere non potui, & Fulgo. num.
2. idem clarius & apertius per gl. 1. in c. præsentiũ.
de testib. ibi firmant Io. And. Butr. num. 6. & Abb.
sub nu. 7. versi. dicta tamen testium. exinde dicitur
me nõ videri approbare omnia quæ deponit testis
quem ego produxi, per d. l. si quis testibus. & dicta
Baldi alleg. tenet Alex. cons. 66. col. 2. vers. itẽ non
obst. si diceretur. lib. 1. alia prædicta non allegãdo
in specie sequitur & probat Tob. Perusi. in cons. 24.
nu. 24. 25. & Bursat. Mantu. in consi. 58. nu. 14. 15.
& sentit Paris. cons. 88. nu. 85. lib. 3. ita debet intel
ligi cõclusio Rom. in d. cons. 104. in fi. & sequaciũ
vt non procedatur qñ post publicationem & aper-
turam testium non apparet alia productio deposi-
tionum, vel est in parte & partibus facta, Soc. cons.
36. col. pen. nu. 23. lib. 4. vel est facta expressa repu-
diatio depositionis testis contrarij. Aduertendum
27 quoque est, ꝙ † iste testis non probat pro actoribus
aduersarijs, qui in productione de eo facta prote-
stati fuerunt eis saluas fore exceptiones & opposi-
tiones tã cõtra eius personam ꝙ̃ dicta, quare in eò
quod pro eis deposuerit non facile ei creditur, per
tex. in d. c. præsentium. in fi. & ibi gl. fi. plenissimè.
Verè iste testis Iuliano fuit proditor in oĩbus depo
nens contra eũ & contra veritatẽ, præsertim in eo
ꝙ super 6. ca. ibi (e con effetto non fu opinione fra
gli huomini di quel luogo che fra loro fossero mo
glie e marito &c.) & alij testes Iuliani contrarium
dicunt. & super 10. c. ibi (che detto Damiano men
tre visse sempre tenne il detto Francesco per suo fi
gliolo ma non per legittimo) & contrariũ. s. de Gẽ
tile vxore Damiani & de legitimatione Fran. & eo
rum quasi possessione probatur per alios testes & ꝑ
testm̃ Damiani & per instr̃m dotale quæ faciũt rẽ
manifestã, Dec. in c. licet cãm. nu. 10. de proba. idẽ
dico de alijs testib. actorũ contra hæc deponentiũ
28 super 8. & 9. c. qui † cũ in his dicant falsum, in nul-
lo qđ dicant creditur eis, & in totũ repelluntur se-
* cundũ cõem opi. doct. de qua per Alex. in cons. 53.
nu. 12. lib. 7. & in alijs plerisq; suis consil. Nã de eo
ꝙ super d. 8. ca. pleriq; eorũ dicunt, (che Damiano
29 non hebbe mai moglie &c.) asserentes † negatiuã
non coarctatã loco & tpe omnino sunt suspecti de
falsitate, Alex. cõs. 112. nu. 16. lib. 6. & in l. 2. quod
quis. iu. Quatenus dictũ fuit per Cur. Sen. testes tm̃
probant quantũ dicunt, intelligitur nisi ex aduerso
appareret tales testes dicere falsum saltẽ in multis
per s̃. dicta. & si de eorũ dictis redderent rationẽ,
quę semper ad se trahit dictũ testis, & illud destruit
vel restringit secũdũ qualitatẽ ipsius rõnis, Alex. in
cons. 167. nu. 9. lib. 6. idẽ in cons. 172. nu. 12. d. lib.
30 dicit ꝙ † testis in actibus ad eorũ essentiã requirẽ-
tibus aliquid facti nullo modo probat, nisi assignet
cãm sui dicti per aliqđ extrinsecum factũ, ad idem
Soc. in d. cons. 39. col. 2. ver. Tertiò ꝙ. Et ex his ces
sant adducta supra in primo contrario, ad quæ pro
banda ẽt actores non erãt admittendi, vt declarat
Abb. in c. peruenit. in fi. qui fil. sint leg.

Non refragantur quoq; in contrariũ supra alle-
gata secundo loco, quia (vt s̃. dictum est) non pro-
batur verè & concludenter matrimoniũ Gentilis
31 cum d. Anto. ideo † non apparere & non esse paria
sunt. l. in lege. & ibi Bar. ff. de contrah. empt. & con
iugium potest validè contrahi & nõ irritatur quan
do non probatur & incertum est de alio coniugio,
tex. in c. si quis diuinis. §. si ita. 30. q. 5. & glo. fin. in
cap. solemnitates. de consecrat. distinct. 1.

Nec probatur publica fama, vt recensendo di-
cta testium in fauorem actorum deponentium ap-
paret, ex quorum autem dictis non probatur dicta
32 fama, quia † non sufficit dicere simpliciter famam
& notorium inter maiorem partem hominum es-
se nisi dicat testis audiuisse à maiori parte etiã non
interrogatus, exprimendo aliquem a quo audiuit,
aliàs non probat, in terminis Alexã. in consi. 155.
lib. 5. & in consi. 136. nume. 10. lib. 1. & in alijs suis
consil. Ias. in d. l. non hoc. Dec. in consil. 38. nu. 10.
* ita esse communem opin. dicit Socin. in consi. 54.
num. 27. lib. 4. idem in terminis comprobat Curt.
Iun. in d. consi. 52. num. 5. concurrit & Paris. dicto

consi. 15. nu. 35. lib. 2. in hoc etiam non crederetur dictis testibus, vt supra dictum est, cum dicant falsum in multis, doct. in ca. fraternitatis. de hæret. vt probatur ex instrumentis dotis & testamẽti pro
33 ductis & ex testibus rei, quibus † vt affirmantibus quod negat testes agentium magis credi debet, gl. in l. diem. §. si plures. ff. de arbi. Alex. in consi. 110. num. 4. lib. 1. cum simil. Præterea, si huiusmodi fama probaretur, quod inficiatur, tamen ex ea non induceretur scientia Damiani vt sortiretur effectũ in præsenti iudicio: quoniam iura, glo. & doct. volunt haberi scientiam propter famam, non ꝙ quis
34 certè sciat, sed ꝙ præsumatur scire. Verũ † effectus præsumptionis non est in consideratione nisi à parte sit præsumptio allegata & deducta. l. si adulteriũ. §. idem Pollioni. ff. de adulte. Felin. in c. ex tenore. in fi. de testi. & multa de allegatione facienda adducit Ias. in d. l. non hoc. circa fi. quæ scientia alicuius coniugis nec allegata nec capitulata ex parte actorum nullibi apparet, sic respondet Curt. Iun. in d. consi. 27. num. 6. & Soc. Iun. in consi. 6. nu. 9. volum. 1. adducit rationem ꝙ præsumptio sit articulanda, scilicet vt reus videns articulos posset eis opponere vel contrarium probare. ne dicatur ei sublatam esse legitimam defensionẽ: omninò igitur vincere debet Iulianus. Cuius intentionẽ longè adiuuat probatio matrimonij Ant. & Mansuetæ postea contracti, qđ demonstrat non fuisse verũ matrimonium ipsius Ant. cum Gentile, quia ea viuente aliã non potuisset accipere vxorẽ & grauiter peccasset & deliquisset, vt in c. cum haberet. & in ca. fi. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adulter. sed alia po-
35 tius capienda † est præsumptio quàm delicti. l. merito. ff. de pro soc. cap. 1. de scrut. Alex. in consi. 74. num. 3. lib. 2. vbi præsumptionem capiendam dicit ne dicatur filius natus ex damnato coitu, & potius præsumitur possibile honestum, quàm possibile inhonestum. not. Bald. in l. filium. de his qui sunt sui. & aliqua coniectura nõ est facienda de asserto matrimonio primo quæ tendat in præiudicium secundi Paul. de Cast in consi. 45. licet per supraścriptũ.
36 circa fi. versi. sed respondeo. lib. 1. & sic † per posteriora cognoscimus priora scilicet dictũ primũ matrimonium non esse verum per consensum de præsenti, argu. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1.

Cum autem non sit verisimile Damianum accepisse vxorem Antonio nuptam & Antoniũ coniugatum aliam accepisse vxorem, actores volentes hoc probare magis grauantur in probando & clariores probationes adducere debent. c. quia verisimile. & ibi Abb. & Fel. de præsumpt. Dec. in consi. 94. col. fi. & Curt. Iun. in d. consi. 52. nu. 7. per text. in l. fi. in prin. ff. quod met. cau. & ibi doct. tradunt.

Et sic clara remanet conclusio superius facta pro d. Iuliano. Quæ adhuc si dubia videretur, multæ tamen concurrunt persuasiones, quibus in eius fauorem iudicandum sit. Prima est, ꝙ actores iure hæreditario venientes certant de lucro captando. l. fi. in fi. C. de fideicom. & l. 1. C. de impo. lucr. descript. lib. 10. Iulianus verò, qui talia bona ex titulo oneroso habet est in damno si auferantur, ei potius ergo succurrendum est, argum. l. iure. ff. de iure dot. Dec. in consi. 261. in fi. Secunda est, ꝙ sustinetur te
37 stamentum Damiani & † in dubio pro restamento respondendum est. l. si pars. ff. de inoffic. testamen. Tertia adducitur ꝙ conseruantur duorum matrimoniorum fructus, scilicet proles & Damiani, & Antonij in legitimatione, nam plures filij Antonij
38 extant vt ex processu liquet, aliàs secus esset, & † in dubio pro matrimonijs & legitimatione sequenda est opinio, etiam si in contrarium esset communis opin. not. Abb. in c. si iure. de cognat. spirit. & in c. latot. num. 6. qui fil. sint leg. & alij doct. in materia loquentes passim pro legitimatione filiorũ respondendum affirmant. Vltima est, quòd Iulianus est reus, & vbi partium iura essent obscura pro reo &c. c. cum sunt. de reg. iu. lib. 6. cum vulg. Et propterea reuocando sentẽtiam Domini Potestatis latam in fauorem actorum & pro reo pronunciandum non minus iustius quàm tutius esse puto. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc. Pisauren.

CONSILIVM CLXXII.

ARGVMENTVM.

Exagitatur quidam contractus venditionis, quòd sit vsurarius.

SVMMARIVM.

1 *Verba instrumenti expressa verum mentis & intentionis partium perhibent testimonium.*
2 *Verba quæ nullo modo adaptari possunt, nisi ad translationem dominij, in ambiguo interpretatio fit, vt de minimum importent.*
3 *Contractũ, vbi apparet, partes certo modo velle facere, si non valet eo modo quo agitur, non valet alio modo quo posset.*
4 *Verbum duo significata habẽs, vnum strictũ & aliud latum, non in lato sed in stricto significatu tantum intelligi debet.*
5 *Specialiter quando aliquid appellatur, videtur esse diuisum à genere.*
6 *Stipulator & qui in eius locum succedit, sibi imputare debet, si ambiguè & minus apertè conuentionem expressit.*
7 *Constituti clausula non transfertur possessio in accipientem neque dominium ob mixturam contractus locationis sed sola detentio.*
8 *Solutio partis pretij inducentis diminutionem partis assictius solnẽdi facit præsumi contractũ fœneratitiũ.*
9 *Pecunia nil potest parere & tempus vendi non potest.*
10 *Dictio, donec & quousque, importat tempus.*
11 *Periculum res locata spectat ad locatorem.*
12 *Interesse non venit, ẽt in casu licito, vbi non est mora.*
13 *Pactionem à principio factam, de soluendo aliquid certum venditori, donec per emptorem soluatur preciũ, illicitam esse.*
14 *Experientia est rerum magistra.*

Regula

15 *Regula, quem non debere locupletari cum aliena iactura, non consideratur in materia fœneratitia & specialiter prohibita.*

AVXILIVM ADSIT ALTISSIMI.



Dubium est quòd scripsi instrumentum venditionis ad libellum franchandum per Marchum à Pinea factæ Ludo. Marzettæ prauitatem vsurariam sapere. At excellens Docto. Dominus Franciscus Seta pro dirimenda quæstione consultus contra respondit, & à sententia ex suo consilio lata pendente appellatione, vt veritas exagitata magis elucescat, subijciens vtique me ipsum semper saniori iudicio refutabo ad huc adducta per eum in d. consilio decisiuo. Mouetur enim in summa ad ita respondendum, quia sit contractus inter prædictos confectus emptionis & venditionis, interim tamen non facta solutione precij conuenti, quia sit locationis contractus, conuertendo ac commutando expressum nomen libelli ad subintellectum nomen locationis, iuxta terminos. l. sicut. §. fi. & l. seq. ff. loc. & consulta per Alexan. in consi. 121. volum. 5. Respondetur quidem, in casu proposito talem subauditionem, conuersionem & vnius expressi nominis contractus ad aliud contractus nomen commutationem fieri non posse, quoniam apparet partes in cõtractu emptionis expressè egisse hoc, immiscuisse contractum libelli, donec precium conuentum exsoluatur duraturum. quod est specificum nomen contractus ex se ipso idem in effectu cum contractu emphyteutico, glo. & doct. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & fatetur dominus Consulens, quòd autem egerint hoc, demonstrant verba instrumenti ad li-
1 bellum, ita expressa, quæ † nempe verum mẽtis & intentionis partium perhibent testimonium. l. Labeo. de suppel. leg. Bald. in c. super literis. col. 5. de rescript. & in l. ea quæ circa princi. C. quomodo & quãdo iud. & Dec. in l. semper in stipulationibus. num. 5. de reg. iur. quæ conclusio procedit vbi etiã agitur de actu annullando, vt adducit Curt. Iun. in consi. 169. num. 4. in his terminis loqui gl. in l. nemo. §. 1. ff. de hæred. instit. & Bart. in l. neque professio. C. de testam. & per Castr. num. 4. Alex. num. 3. Aret. in 3. notab. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pupil. & Socin. in l. in ambiguo. col. 2. in 4. notab. de reb. dub. & Iaſ. in l. quoties. col. fi. de verb. obli. & cum emphyteuticus seu libellarius contractus non fit & non valeat nisi concedens ad libellum reseruet & penès se retineat directum dominium, Bart. & Docto. in l. 1. de iure emphyt. & in l. 1. §. fi. ff. de publica. & Aret. in consi. 10. colum. pen. vers. item præmitto. & hic nedum per concedentem directum dominium reseruatum non fit, sed contrarium expressè dictum fuit per illa verba instrumẽti, nullam reseruationem in se faciens &c. & iure proprio & in perpetuum &c. ad habendum &c. per quæ verba dicitur transferri & concedi proprietas & plenum dominium in accipientem, vt plenè cõ probat Socin. in consi. 9. colum. pen. & fi. volum. 1.
2 vbi circa fi. dicit quòd † quando sunt plurima verba quæ nullo modo adaptari possunt nisi ad translationem dominij, in ambiguis interpretatio sit, vt dominium importent. Cum ergo vt contractus libellarius expressus per partes nõ valeat ob dictam dominij reseruationem non factam, pariter valere non potest vt contractus locationis per generalem regulam in contractibus approbatam per Barto. & alios in l. si quis ante. ff. de acq. poss. Alexan. in l. 1. §. si quis ita. num. 2. de verb. obl. Ang. in l. 1. §. cum
3 qui. per text. ibi. ff. de constitu. pecu. quòd † vbi apparet partes certo modo velle facere contractum, si non valet illo modo quo agitur non valet etiam alio modo quo posset valere, & maximè quia etiã in locatione dominium reseruatur penès locantẽ, vt notum est, & præsupponit dominus Consulens. Nec mens contrahentium potest induci ad hoc vt valeat per viam contractus locationis propter illa verba iure proprio &c. ad habendum &c. nullam in se faciens reseruationem &c. vt aliàs ponderatũ est, quæ nec ex proprio nec improprio significatu conuenire possunt locationi ex rationibus prædictis, ideo casus non potest comprehendi quo valeret dispositio sed pœnitus redditur inutilis secundùm Aret. in l. à Titio. colum. fi. de verb. obliga. sequitur Iaſ. in l. si tibi pecuniam. colum. 3. versi. limita principale. ff. si cert. pet. & in l. quoties. de verbo. oblig. & Dec. in l. in contrahenda. colum. fi. nu. 15. & 16. de reg. iur. & in cap. cum super. colum. pen. & fi. de offic. deleg. vbi multa ad propositam conclusionem adducit, & circa iuramẽtum & quando interpretatio facienda de validitate actus esset nimis onerosa promissori, prout esset hic si valeret talis locatio, quia etiam re perempta teneretur ad affictum, secundùm glo. in d. l. sicut. §. fi.

Vult autem dominus Consulens vt lato sumpto vocabulo, & quia locatio est genus & libellus est species sub nomine libelli veniat locatio. Sed hoc non posse fieri ostenditur, quòd quando sumus in materia stricta, vt est materia contractuum. l. quicquid. & l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. de verb. o-
4 blig. & l. Arrianus. de actio. & oblig. si † reperiatur vnum verbum duo significata habẽs vnum strictũ & aliud latum, non in lato sed in stricto significatu tantum intelligi debet, Soc. in consi. 116. col. 4. versi. circa quod est aduertendum. in fi. vol. 1. Matthæs. per eum alleg. dicit in sing. 95. & 194. & quan
5 do † aliquid specialiter appellatur videtur esse diuisum à genere & sub nomine generis non venit. l. quæsitum. §. fi. & ibi glo. ff. de fund. instruct. Alex. in consi. 140. col. fin. vers. in contrarium. volu. 5. & quia verba iure proprio, & alia supra ponderata non conueniunt & non patiuntur contractum locationis, cum non possint saluari in libello non transeunt etiam ad locationẽ, per ea quæ declarat Socin. in consi. 165. col. 5. ver. quintò probatur. vol. 2. Sin autem aliter fuerit mens contrahẽtis non fuit
6 expressa prout oportebat ideo † stipulator & qui in eius locum succedit, sibi imputare debet si am-

biguè & minus apertè conuentionem expressit. l.
veteribus.& ibi Bar.ff.de pact.Alex.in consil. 145.
num.2.d.voln.& in consi.12.nu.9.volu.2. cum si-
mili. Debebant enim concedens & vendens vt pos
set facere libellum seu locationem penès se expres
sè reseruare dominium rei venditæ aliàs commit-
tit vsuram secundùm Bald.in l. cum venderem. in
nouis addit.ex Butri.ff.loca.& in tali casu reserua-
tiotis dominij consuluit Abb.in consi.66.volum.
1.sentit Dec.in consi.119.col.fi.versi. secundò re-
spondetur,ꝙ reseruatio.& magis expressè Soci. in
consi.130.nu.5. & seq.volum.4. & Alexan.in con
si.73.num.4.volum.2.quia dominium intelligitur
translatum per verba supra ponderata,vt latè pro-
sequitur Socin in d.consi.9.colum.pennl. & ñ.ac-
cedente fide habita de precio soluendo, quæ præ-
sumitur habita,Alex.in consi.92.num.2.volum.1.
vt memini aliàs in hac specie latius dixisse, vbi tra
ctaui contractum huiusmodi emptionis & vendi-
tionis esse perfectum.

Non refragatur responsio tradita per dominum
7 Consulentem quòd † per clausulam constituti nõ
sit translata possessio in accipientem neque domi
nium ob mixturã contractus locationis ab eo sub-
intellectæ, sed sola detentio: quia respondetur hic
non esse neque esse posse aliquam locationem, vt
supra probatum est, & per alia verba supra ponde-
rata esse translatum dominium concurrente etiam
possessionis traditione remota locatione prætensa
quæ etiam si fuisset, cum durauerit vltra viginti an
nos esset & fuisset ad longum tempus, vt probatur
ex exitu, iuxta illud Ouidianum. Exitus acta pro-
bat.&c.& l.rem non nouam.in fi.C.de iudic.& sic
possessio vera esset penès accipientem, glo.in dict.
l.si quis ante.& ibi per docto. & in l. si vt certo.§.si
duobus.in glo.magna.circa med.ff.commo.quòd
esset ad longum tempus facta concessio apparet in
principio instrumenti, ibi. in perpetuum dedit &c.
quæ dictio importat longissimum & quandoq; in
finitum tempus, glo.in l.1.ff.pro soc. & in l.1.si a-
ger vectig. Confunditur ergo conclusio dicti do-
mini Consulentis, quòd penès accipientem fuerit
sola detentio & non possessio, & consequenter ex
præmissis & aliàs allegatis videtur concludendum
non esse nos in casu consultationis Alexã.in dicto
consil.121. volum. 5. vbi pro certo præsupponit à
venditore emptori locationem esse factam, quæ in
casu nostro non fuit facta, & contra dictam consul
tationem in pluribus facit consil. Abb. sub num.5.
volum.1. quem sequitur Socin.in d.consil.130.in
8 princi.volum.4.& in hoc quòd † solutio partis pre
cij inducat diminutionem partis affictus soluendi,
faciat præsumi contractum fœneratitium, idẽ pro-
bat Aret.in consi.152.col.fi.

Et sic de necessitate videtur deueniendum ad
hunc passum omisso subaudito contractu locatio-
nis. An liceat emptori pacisci de certo affictu præ-
stando donec precium soluatur. Et quidem vt cre-
do iam dictum, videtur concludendum nõ licere.
Primò, non potest inficiari facta venditione, ven-
ditori solummodo deberi precium cõuentum du
cat. centum, hoc suum esse & non aliud.l. venditi.
C.de act.empt. & l.ex empto. §.1.ff.co.quicquid
ergo vltra hoc sibi prętatur vsura est, pręsertim ob
tempus solutionis retardatæ de voluntate credito
9 ris.c.plerique.& sequen.14.q.3.quia † pecunia nil
potest parere & tempus vendi non potest, vt per
Abb.& alios in Rub.de vsur.& ibi per Summist.nã
hic venditur tempus, scilicet precij illius affictus,
10 quia † dictio donec & quousq;, importat tempus,
Bar.in l.1.num.15.de cond.& demonst.

Secundò, cõtractus hic claudicat, & pœnitus est
in fauorem venditoris: quia si res perijt, emptori
perijt, & iam audio diu dictum Molendinum esse
deuastatum & non aptum amplius ad molendum,
glo.in d.l.sicut.& res creditoris semper est in tuto,
quod facit præsumi contractum fœneratitium, Ar
chid.in c.fi.in fi.14.q.3.Zaba. in clem.1.§.cæterũ.
sub 3.q.ibi item considerabitur. de vsu.pro re loca
ta concedi mercedem Goffr.in summa co.tit. co-
11 lum.1.assignat rationem quia † periculum rei loca
tæ spectat ad locatorem.

Tertiò, emptor tenens preciũ de voluntate ven
ditoris & non obligatus soluere nisi quatenus ve-
lit non dicitur in mora, vt in simili adducit Aret.
in d.consi.152.col.fi.per l.si pupillus. de verb.ob-
12 lig.& not.in l.lecta.si cer.pet.& vbi † non est mora
etiam in casu licito non venit interesse, per glo.in
c.conquestus.de vsur. & Dec.in consi.119.colu.4.
versic.quartò facit.

13 Quartò, † pactionem à principio factam de sol
uendo aliquid certum venditori donec per empto
rem soluatur precium illicitũ esse, ex doctri. Ioan.
Andr.in c.salubriter, de vsur. approbatam per An-
ton.de Butr.& Cardi.& quòd Canon.communi-
* ter ita tenent affirmant Soc.in d.consi.130.nume.
10.& seq.& Dec.in d.consi.119.col.4.versi.quin-
tò pro ista parte.& in cons.183.circa fi.& puto has
communes iam fuisse allegatas.

Quibus etiam nõ videtur refragari, ꝙ sint factæ
aliquæ probationes de vero interesse & fructibus
molendini, quia tales probationes sunt variæ & de
minori summa quàm sit dictus affictus, & quia ta-
les fructus sunt incerti & varij secundùm varieta-
14 tem temporum, vt docet † experientia rerum ma-
gistra.cap.quàm sit. de electio.in 6. non ideo red-
ditur valida promissio certi affictus, de qua modo
quæritur, vt per Dec.in d.consi.119.col.pen. Præ-
terea assertum interesse probatum non est in con-
sideratione in casu isto; quia non debetur nisi post
moram & perfidiam emptoris differentis contra
voluntatem venditoris soluere precium, glo.& do
ctor.in d.cap.conquestus. & Gofred.in d.summa.
de vsu.colu.2.& Dec.in d.consi.119.colu.4.& hic
emptor in mora seu perfidia nunquam fuit, vt su-
pra demonstratum est, quæ etiam nõ sufficeret, vbi
ex re empta nullos fructus percipit emptor vel eius
successor, vt ex molendino dirupto, de quo agitur,
nullus fructus saltem olei percipitur, ita etiam in-
* teresse non deberetur, vt ex cõmuni sententia plu-
rium

tium per eum allega. tenet Rolan. à Vall. consi. 14.
15 post nume. 3. libr. 2. non consideratur ergo † quem non debere locupletari cum aliena iactura in materia fœneratitia & specialiter prohibita, vt per do ćto. in rub. de vsur. & Ias. in l. placuit. C. de iud. imputet enim sibi sic contrahens modo illicito, & cautius negociari discat. argum. l. 2. C. de furt. & c. damnum. de regul. iuris. in 6. cum similibus. Ex his itaque concludendum videtur per dictum Dominum Consulentem malè & iniustè fuisse consultum & iudicatum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisicon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXIII.

ARGVMENTVM.

De primo testamento habente clausulā derogatoriam ad sequentia, vt non reuocetur per secundum simplex.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum de testamento nuncupatiuo non ad substantiam testamenti sed ad probationem fit.
2 Instrumentum tantum probat, quantum eius verba cantant.
3 Testimonium melius mentis nostræ nullum est, quàm qualitas inspecta verborum.
4 Verba potius quàm mens sunt seruāda & attendēda.
5 Clausula derogatoria non per modum adimendi arbitrij testandi, sed per modum protestationis & declarationis, quòd sua non esset voluntas in sequentibus testamentis, valet.
6 Protestatio in actu dependenti à voluntate solius protestantis contraria actui subsequenti, facit hunc actum contrarium nihil operari.
7 Clausula generalis, non obstantibus, non sufficit, quando sunt plura obstantia.
8 Parentum commune votum est, vt bona conseruentur in agnatione.
9 Legatum ad pias causas factum coniunctis non dicitur, nisi coniuncti positi sint in necessitate.
10 Probatio in iudicio fit testibus aut instrumentis.
11 Opinio communis in iudicando seruanda est.
12 Aequalitas est seruanda inter partes.

DIVINO INVOCATO SVFFRAG.



IN casu proposito vno contextu refutās contraria studensque breuitati, existimo instrumentum manu ser Ioannis, licet prius scriptum, non verò assertum instrumentum manu domini Petri Antonij, continere ac probare testamentum Do. Nicol. vltimum & validum, illudq; & non hoc à dicto donno Petro Antonio scriptum fore attendendum. Cum
1 enim instrumentum † de testamento nuncupatiuo non ad substantiam testamenti, sed ad probationē conficiatur, gl. & doct. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testam. & in §. fin. instit. eo. & verba in instrumento scripta dicantur verba illius à quo notarius est rogatus ad scribendum, vt per Bal. in l. mater. colum. 2. C. de rei vind. & in c. 1. §. fi. vers. & nota quòd antiqui. de his qui feu. da. poss. & Dec. in consi. 185. in causa istorum. col. fin.
2 tantumque † probat instrumentum quantum eius verba cantant inquit Curt. Sen. qui alios alleg. in consi. 56. super processu. nume. 45. diligenter ergo dictorum instrumentorum verba sunt respicienda. l. si quis stipulatus. de verb. oblig. c. porrò. de priuileg. cum simil. Quę verba instrumenti prædicti manu ser Ioannis vtique probant, qualis fuerit testato
3 ris voluntas: quia † nullam mentis nostræ melius testimonium est, quàm qualitas inspecta uerborū, inquit Bal. in c. super literis. colum. 5. de rescriptis. cum simil. in casu simili alleg. per Curt. Iun. in consi. 169. materia præmissæ consultationis. colum. 1.
4 uerba † etiam potius quàm mens, nisi menti propriè uel impropriè conueniant, sunt seruanda & attendenda. l. in ambiguo. & ibi Bart. de reb. dub. & Alexan. in l. 3. in fi. C. de lib. præte. itaque manifestè liquet primum testamentum scriptum manu dicti ser Ioannis habens expressam clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta fore attendendum & non fuisse reuocatum per aliud prætensum testamentum scriptum manu d. donni Petri Matthæi per tex. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 1. & in l. si quis in principio. de leg. 3. & glo. in l. clari. C. de fideicommis. & in l. pacta nouissima. C. de pact. & gl. in c. 1. de consti. in 6. & in his locis doct.
5 tractant, nā † dicta clausula derogatoria concepta non per modum inducēdæ nouæ solemnitatis seu adimendi arbitrij testandi, sed per modum protestationis seu declarationis, quòd sua non adesset uoluntas in sequentibus testamētis ualet, ut firmat Bar. in d. l. si quis in principio. col. 2. & communiter scribent. in d. §. in legatis. faciendo autem aliud testamentum, ut testator intelligatur mutare primum duo sunt necessaria, scilicet ut contrarium dicat in secundo, & specialem mentionem & reuocationem faciat de primo & de clausula derogatoria d. l. si quis in prin. & ibi glo. & Bar. esse comm. opin. attestatur Capr. in consi. 31. & si viso. col. fin.

Sed videndum est quomodo hæc mentio & reuocatio fieri debeat, an generaliter, vel specialiter secundùm aliquos doct. vel in indiuiduo secundū alios, vt refert Felin. in c. nonnulli. col. 6. de rescriptis. sufficere specialem mentionem non verò generalem dicit esse veritatem & communem opin. doct. Ias. in d. §. in legatis. colum. 4. in 2. lectura fuit enim opin. Dyn. in c. quod semel. de reg. iur. in 6. & glo. in d. §. in legatis. & glo. Rayn. & Barto. in d. l. si quis. in princ. & Bal. Sal. & aliorum in l. sancimus. C. de testam. & aliorum relatorum per Alexan. in consi. 7. videretur. colum. 2. volu. 4. & per Rubeum

Alexandri.consi.24.colum.2.nu.4.& per Alexan. consi.134.col.2.& seq.lib.1.proculdubio commu
* nē esse opin. ex sententia aliorum attestatur in §.testamentum.vers.sed in hoc.Clar.lib.3.recept.sent. tradunt autem exempla quòd talis specialis mentionis fiendæ his modis dicatur, cassans aliud testamentum & verba derogatoria ibi apposita, vel nō obstante alio testamento manu cuiuscunque notarij, etiam si haberet clausulas derogatorias, vel de eo esset facienda specialis mentio, vt per Bart.in d.l.si quis.col.3.& 4.versi.venio ad secundum.& Angel.in l.omnes.C.de præscript.30.anno.in consil.365.quædam domina Vanna.& Cardi.in clem.1.col.3.de sepult.Io.Fab.in §.sed si quis.instit.quib.mod.testa.infir.& Bal.in consi.178.quæstio.volu.4.vbi in suo casu erat reuocatio testamenti manu cuiuscunque notarij licet hæc sit periculosa reuocatio, per doctr.glo.Dyn.& Bar.in d.l.si quis.& plenè Ang.Aret.in §.penul.col.fi.instit.eo.qui.mod.test.infir.& Alex.in d.consi.7.vol.4.& in eo.volu.duplicato sub nu.44.in consi.134.præuiso.volu.1. Verum non ita specialis sed generalis reuocatio aliorum testamentorum legitur in instrumento manu d. donni Petri Antonij ibi, cassans omne aliud testamentum &c. hanc reuocationem esse generalem & non sufficere secundùm eum, quando plura testamenta præcedunt tenet Bar.in d.l.si quis. col.4.versi.ego dico sic. vbi dicit hoc tenere gl. & Dy. nec expressam reuocationem d. primi testamenti continent illa verba, & hanc dispositionem voluit cæteris præferri, quia similiter est generalis & non nominatim vt requiritur, per d.l.si quis.& gl. & doctor.ibi non derogat d. priori testamento clausulā derogatoriam habenti. Facit cum filius sit exhæredandus nominatim non sufficit inter cæteros exhęredari, vt §.1.instit.de exhære.lib.& ibi glo.in ver. extet. & per similes clausulas generales non reuocari primum testamentum habens clausulam derogatoriam consuluit Alex.in d.consi.7.volu.4.& in consi.163.visis narratis.& in consi.172.visis duobus testamentis.vol.7.& auctoritas Alex.his temporibus adeo in excelso & illustri loco sita est vt ab eius responsis in quibus non habet contradictorem recedere quodāmodo nefas videatur, inquit Dec.in consi.62.colu.2.dictam conclusionem firmat Soc. in consi.163. non fuisset.colum.4.vol.2. idem tenet Paul.de Cast.in consi.282.in facto præsenti: aliàs, quædam domina.lib.1. quem sequitur Ias.in d.§.in legatis.in 2.lectu.col.4.versic.veritas est.& commu.opin.& in d.l.sancimus.col.pen.in octaua fal.idem comprobat Ruin.consi.5.col.2.& seq.lib.2.& Gualden.de arte testan.tit.10.de muta.testa.cau.1.num.3.& Corn.consi.86.colu.4.ad fin.versi.ex quibus omnibus.lib.3.& Modern.allegando sæpiusq; de communi opin.attestando adducit, licet secus concludat vbi fuerit instituta pia causa, Bursat.Mantua.consi.47.num.1.& vltra prædictos magistraliter & latissimè tradit Ioan.Campeg.in consi.156.num.4.& per totum.in 1.volu. consil.diuersorum vltimarum uolunt.& super hoc etiam statutum dictans ultimum testamentum ualere licet non faciat mentionem de præcedenti & de clausula derogatoria non ualet secundùm Pau.
6 Castren.in consi.443.uidetur.lib.2.Nam † protestatio in actu dependente à uoluntate solius protestantis contraria actui subsequenti facit hunc actum contrarium nihil operati.l. qui in aliena. §.fi.ff.de acq.hæred.& ibi Bart.& Alex.& in d.l.pacta nouissima.& Bar.in d.l.si quis.col.3.nisi in actu subsequenti dicatur expresse velle recedere à prima protestatione, ita in terminis d.l.si quis.tenet Bar.in l.non solū.§.morte.col.4.vers.& tunc quæro.de no.oper.nūc.& Goz.d.consi.9.nu.26.Facit: quia vbi requiritur speciale mandatum non sufficit generale.l.illud.in fi.ff.de minor.l. si quis mihi.§.sed vnum.ff.de acq.hære.& c.qui ad agendum.de procurat.lib.6.& vbi verbis specialibus fieri debet non sufficit fieri generalibus.Ias.in l.si quando.§.generaliter.versi.confirmo.C.de inoffic.testa.facit quod scribit Fel.in ca.1.col.6.ver.2.not.de ind.& not.in c.2.de offic.vic.lib.6.Constat igitur dictum primum testamentum fore attendendum & aliud subsequens non expressè primum & eius protestationem reuocans voluntate testatoris carere.

Corroboratur præmissa conclusio: quia dictum primum testamentum censetur etiam habere clausulam derogatoriam ad sequentia, quia est inter liberos conditum, auct.hoc inter liberos.& ibi not. doct.C.de testam.& gl.in d.c.1.in verf.reuocare. de constit.in 6.& hoc est fauore liberorum, vt firmant Saly.Alex.& Ias.in d.auct.hoc inter liberos.& Ruin.consi.9.nu.3.lib.2.& Aym.consi.152. in fi. quod procedit ēt in testamētis nuncupatiuis,
* vt reprobata opin.Ange.est communis doct.opin. secundùm Alex.& Ias.in d.auct.à qua notum est in iudicando non esse recedendum, quicquid dicat Barb.in consi.2.vol.1.contra cuius consilium iam erat lata sententia, vt ipse dicit in d.consi.col.6.ideo in sequenti testamento non solùm vna specialis derogatio sed duplex requiritur, vt dictum primū testamētum reuocatum intelligatur.s.vt dicatur.cassans omne testamentum habens clausulam derogatoriam, hæc est vna, & altera est si addatur. etiā inter liberos conditum, quod hic cum expressè dictū non sit, remanet d.primum testamentum, vt firmāt Pau.de Cast.& Moder.in d.auct.hoc inter liberos. sequitur Alex.in d.consi.163.visis.col.2.num.5.volum.7.& Soc.in consi.163.non fuisset.col.pen.volu.2.& plenè probat Curt.Iun.in d.consi.169.col. pen. vbi comprobat per communem conclusionē
7 secundùm eū, q † vbi sunt plura obstantia non sufficit clausula generalis nō obstantibus, sed fieri debet mentio de singulis defectibus, secundùm Bal. in l.1.col.pen.C.de fur.cum concor.ibi in appost. alleg.& per Goz.consil.9.nu.24.idem in specie sequitur & comprobat Alexandri.d.consil.24.nu.5. 6.& sequent. pro communi opinio. ponit Clar.in §.testamentum.in quæstio.penul.versi. hæc autem conclusio.lib.3.recept.sentēt.& nouissimè Tob.Perusi.consi.22.nu.9.& per totū in terminis nostris.

Quod

Quod præsertim respectu tacitæ clausulæ propter
fauorem liberorum verum est, quando secundum
testamentum etiam inter liberos est eis odiosum
& continet inæqualitatem inter filios, secundum
Bal.& Saly.Ias.& alios.in d.auct.hoc inter.& Rui.
in d.§.in legatis.col.pen.& Aym.consi.143.nu.7.
& d.consi.152.ad fi.vtique dictum primum testa-
mentum est fauorabile liberis, vltimum verò est
odiosum,& differētiam facit inter filios in magna
parte facultatum, quia priuat absentes de illis mul
tis bonis valoris vltra mille florenorum prælega-
tis aliis filiis afferēdo causam, quia dicta bona fue
runt acquisita per dictos filios & ipsum, & ꝙ ab-
sentes in eis acquirendis noluerunt conferre pecu
nias.Profectò hæc est falsa causa, quia etiam dicta
bona erant acquisita tempore dicti primi testamē
ti & ante per multum tempus per ipsum testatorē,
vt cantāt instrumēta, & aliqua per A. nomine om
nium aliorum fratrum de communibus pecunijs,
vt etiam extant instrumenta,ergo sunt omnium, p
ea quæ scribit Bart.in l.2.C.pro soc. & Ioā.de An.
in consi.65.non potest aliquam superuenisse cau-
sam mutandi testamentum, cessat ergo limitatio
tradita per Bal.in d.auc.hoc inter.& d.l.sancimus.
Sed hoc fecit subornatione dictorum filiorū, qui
cum eo in decrepita ætate annorum 92.constituto
domi commorabantur, & quotidie eum molesta
bant, quòd ipsi acquirebant & alij participabant
de acquisitis,sed mentiebantur,quia multi sunt an
ni elapsi quibus isti absentes semper existentes ab
sentes nullam expensam domui dederunt, & ipsi
cum eorum vxoribus & filijs multis se domi sustē
tabant & omnia administrabant,& potius dissipa-
bant quàm acquirerent,vt ex processu constat.Cō
prehenditur enim eorum subornatio,quia ipsis est
factum prælegatum,& est adiecta cautela in d.vlti
mo testamento,quòd si quid de dictis bonis specta
ret ad dictum testatorem, id totum relinqueretur
amore Dei filiabus dictorum prælegatariorum,vi
detur quidem fatuum huiusmodi prælegatum præ
cipuè in magna quantitate facultatum facta fœmi
nabus,& de dictis bonis priuasse suos filios mascu
8 los,cū † commune votum est, vt bona conseruen-
tur in agnatione,iuxta rationem traditam de statu
tis fœminas excludentibus,vt per Bald.in l.maxi-
mum.C.de libe.præter.& Alber.Brun.in tract. de
stat.fœm.excluden.in 3.art.dicit in specie Soc.con
sil.98.col.3.sub num.10.lib.3. quòd ostendit eum
non fuisse sanæ mentis,per ea quæ scribit Alex.in
consi.141.ponderatis.col.3.ver.secunda coniectu
ra.uol.1.quamuis inserta sit particula in eleæmosi
na & amore Dei.nihilominus non obstant priuile
gia quæ habēt legata ad pias causas, de quibus ad
rem habetur per Alex.in consi.105.viso.uolu.4.&
Ias.in d.auct.hoc inter liberos.in 4.limit. quia nō
9 dicitur legatum † ad pias causas, quando legatur
coniunctis licet afferant amore Dei,nisi coniuncti
sint positi in necessitate, secundum Bald.in l.illud.
col.1.C.de sac.san.eccle.& debet probari talis ne-
cessitas, vt plenè consuluit Deci.in consil.120.& si
esset legatum pium,quod inficiatur, tamē quia in
testamēto sunt instituti layci,licet ibi essent relicta
ad causas pias, tale testamentum debet regulari &
quoad talia relicta, secundum leges ciuiles quoad
solemnitatem,vt voluit Anto.de Butr. in c.ꝙ cleri
cis.de fo.comp.refert & sequitur Soc.in con.115.
videbatur.nu.7.vol.4. Præterea,si non valet dictū
testamentum vltimum, nec legata neq; fideicom-
missa in eo relicta valēt, propterea quia tota dispo
sitio est nulla, firmant Bal.& Sal.in d.auct. hoc in-
ter liberos.

Et vltra prædicta,quando secundum testamen-
tum est minus fauorabile liberis quàm sit primum
valere primum testamentum & non secundum, te
net Corn.in consi.31.in causa.col.fin.lib.2. Paris.
consi.24.num.13.lib.2.est quoque minus fauora-
bile dictum vltimum testamētum filiis, quia in di
cto primo testamento relinquuntur floreni cētum
duabus filiabus pro qualibet computatis dotibus
habitis,in dicto secundo testamento nihil eis re-
linquitur,imò sunt prætertię, adeò ꝙ hac de causa
licet d.filiæ sint exclusæ à statuto,hēt locū disposi
tionē d.auc. hoc inter lib.hoc probat Rom.in cōs.
179.amplissimè.col.5. itaque firmius comproba-
tur d.primum testamentum vltimo præualere.

Postremò,& si(ni fallor) superius dicta suffice-
rent, non tamen nocet hoc animaduertere, quòd
10 † in iudicio probatio fit testibus aut instrumentis.
c.loris.de verb.sign.&, vt dixi,de testamento nun
cupatiuo scriptura fit ad probationem,dictum au-
tem prætensum vltimum testamentum non proba
tur testibus,neque d.instrumento manu Donni Pe
tri Antonij,quoniam d.Donnus Petrus Antonius
non est matriculatus in libro matriculæ notario-
rū loci,quod probatur ex inspectione d.libri, iuxt.
doctr.Bar.in l.errores.in fi.C.de error.aduo. cum
simil.& statutum extat in loco.in 3.lib.stat.impres
sorum.sub rubr.pen.ꝙ nullus qui non sit approba-
tus & matriculatus possit in ciuitate seu eius comi
tatu conficere instrumenta sub pœna tali notario
imponenda,& annullat talia instrumēta, quod sta
tutum valere probat Deci.in c.sicut.col.4.ad fi.de
prob.& latius ante eum tradit Alex.consi. 65.repe
tito.in consi.119.col.3.lib.6. est ergo nullius mo-
menti dictum instrumentū à non matriculato con
fectum, vt per Ang.in consi.194. visis processibus.
circa princ.quando statutum annullat instrumen-
tum,sequitur Dec.in cons.17.viso puncto. faciunt
dicta per Socin. in consil.97. abundè.col.1.lib.1.
talem annullationem quoad probationem docto.
intelligunt, vt per Alex.Ias.& alios. in l.seruum fi-
lij.§.cum qui chirographum. de leg.1. vnde absq;
dubio non probato prætenso vltimo testamento
primum remanet firmū & validum à notario ma-
triculato scriptum, & pariter censeo per quemli-
bet iudicem fore iudican. & ad hoc, vt ita dicam,
non solum ex vna ratione sed ex pluribus com-
pellitur.

Prima colligitur ex superius dictis,quòd primū
testamentum habens clausulas derrogatorias non
reuocatur

reuocatur per aliud ſequens abſque ſpeciali mentione, de primo & clauſulis derogatorijs in eo cõtentis, ita eſſe commu. opin. gloſ. & doct. atteſtatur Alex in d. conſil. 172. vol. 7. & Rui. & Iaſ. in d. §. in legatis. & Soc in d. conſil. 163. colum. pen. lib. 2. & quando doct. ita dicunt, eſt bonum verbum in practica, inquit Iaſ. in l. 1. §. ſublata. col. pen. ff. ad Tre-
11 bel. à † communi autem opinione in iudicando nõ eſſe recedendum, auctoritates maiorum ita firmãtium, cumulat Cur. Seni. in conſi. 43. nu. 23. & Sil. nupt. car. 180. Præſumitur enim per imperitiam iudicare, qui contra commun. opinio. iudicat, vt per Alex. in conſi. 95. viſis proceſſibus. col. fi. vol. 2.

Secũda ratio ſimiliter fuit deducta, quòd teſtamentum inter liberos condirum habẽs expreſſam clauſulam derogatoriam etiam tacitam à lege nõ mutatur per ſequens non continens duplicem reuocationem, modo quo ſupra relatum eſt, ſecundũ Pau. Caſtren. in d. auct. hoc inter. Alex. in d. conſi. 163. vol. 7. Soc. in d. conſi. 163. col. penult. vol. 2. & Cur. Iun. in conſi. 169.

Tertia ratio eſt, ſupra proximè allegata, quòd dictum inſtrumentum teſtamenti vltimi confectum à perſona non approbata & matriculata annullatum à ſtatuto proximè allega. non probat dictum teſtamentum ideò primum firmum remanet.

Quarta aſſignatur ratio, quòd ex obſeruantia vltimi teſtamenti continentis maximam inæqualitatem inter filios poſſet oriri maximum ſcandalum & diſcordia, ideo non debet ſeruari, vt per Ange. Aret. in §. pen. col. fin. inſt. qui. mo teſt. infir. plura ad propoſitum ſcribit Dec. in l. 1. C. vnde. lib. & in l. vt liberis. C. de collat. ſed primum ſeruari debet, vt fauorabilius & ius æqualitatis ſeruans inter filios per ſupradicta. Facit quod dicit Soc. in conſ.
12 4. col. fi. lib. 1. quòd † æqualitas eſt ſeruanda inter fratres. & in conſi. 108. in fin. lib. 3. dicit quòd dominus iudicans debet ſequi illam opini. per quam tollitur inuidia inter fratres & ſeruatur æqualitas, & Dec. in conſi. 105. col. fin. dicit deci. illam videri multum æquam & naturalem, vt ſeruetur æqualitas inter filios. Itaque declarari pronunciarique per dominum iudicem petitur, vt primum D. N. teſtamentum ius æquale inter fratres ſeruans permaneat firmum, hoc autem faciendum eſt, quoniam id fieri poteſt, quòd ex more traditio à Cice. in 3. lib. de off. iſtud iudex ſalua fide facere poſſit. Et ita fuit iudicatum per D. Iudicem. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriſcon. Piſauren.

CONSILIVM CLXXIIII.

ARGVMENTVM.

De hypothecaria actione. Saluianoq; interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Superflua non obeſſe.*
2 *Nemo ſine actione agit.*
3 *Remedium quod ſit intentatum ex medio concludendi colligitur*
4 *Hypothecaria agens neceſſe habet probare tempore obligationis bona obligata fuiſſe in dominio debitoris.*
5 *Rem eandem eodem tempore non poſſunt duo inſolidum poſſidere.*
6 *Saluianum interdictũ intentans debet probare tempore obligationis poſſeſſionem debitoris rerum obligatarum.*
7 *Poſſeſſio de præterito non facit quem præſumi dominũ.*
8 *Vſucapio in rebus mobilibus non procedit abſque titulo & bona fide.*
9 *Reſeruans nihil vltra acquirit, dat vel diſponit de nomine, niſi quatenus appareat de reſeruato.*
10 *Remedium poſſeſſorium aliquod non competit pro rebus mobilibus.*
11 *Poſſidentis conditio potior eſt in pari cauſa.*
12 *Clauſula petens ius &c. ad alia non ſe extendit, niſi ad narrata & concluſa.*
13 *Cumulatio non admittitur, ſi condemnatione & executione facta in vno iudicio, obſtat exceptio rei iudicatæ in alio.*
14 *Actus agentium non operari vltra eorum intentionẽ.*
15 *Pluralitas rerum præſumitur.*
16 *Reus pluribus defenſionibus vti poteſt.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato ſuffragio.



Q Vamuis nobili & mag. Equiti domino Sebaſtiano Planoſio pro victoria reportanda contra Habraam hebræum agentem, per inſignem ac excellentem dominum Aduocatum in cauſa ſubtiliter & oportunè allegata ſufficiant. Adeo cum iurecon. in l. 1. in fin. de do. præleg. dici poteſt, quicquid demonſtratæ rei adiicitur ſatis demonſtrare fruſtra eſt.
1 Sciens † tamen ſuperflua non obeſſe. l. teſtamentũ. C. de teſta. hæc pauca pro eodem addenda vel repetenda duxi.

Itaque faciamus fundamenta in regulis iuris & errare non poterimus, in huiuſmodi ſpecie inquit Bal. in conſi. 36. factum ſic ſe habere videtur. lib. j. pro quo uidetur tex. in l. 4. ff. de teſtam. idem Bal. in l. 2. col. 2. nu. 15. verſi. ibi non dico minui. C. de ſenten. ex breui recit. dicit quòd Iudex debet facere id quod debet Medicus, quia omnino debet iudicare & facere ſecundum regulas artis. i. ſecundũ ll. & conſtitutiones.

Primùm ergo inſpiciendum, qua actione d. hebreus experiatur contra præfatum dominum Seba
2 ſtianum, quia † ſine actione nemo agit, vul. l. ſi pupilli. §. fi. ff. de neg. geſt. Deinde an probauerit in-
3 cumbentia. actio autem † & quod remedium ſit intentatum ex medio concludendi colligitur, Bart. & cæteri ſcribunt in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cer.

cer.per. Alexand.in consi.117.viso processu.vol.2. Deci.in consil.136.In causa Reuerendi.in pr.Bello.consi.11.nu.1. quod quidem medium concludendi inspici debet & non narratio, secundum Innocen.in cap.super literis. de rescripti. & Lanfr. in rub.col.1.de causa pos.& propri. verum, vt legitur ex conclusione sui libelli dignoscitur d.hebræum intentasse actionem hypothecariam, in qua(vt ipse hebræus fecit)concluditur ad restitutionem rei, vel ad soluendum debitum, secundum Bart.in l.si fundus.§.in uenditione.ff.de pign.& in l. rem alienam.col.fi.ff.de pig.act.& Ias.in §.item Seruiana. col.fi.inst.de act.& fundat se in hypotheca & reseruatione dominij,prout in instrumento, sub.die 4. mensis Iulij 1541.vt dicitur inter ipsum hebræum & Marcum Antonium Moschettam suum asserti debitorem celebrato,iux.doctr.Bal.in rubr.in 13. q.C.de contr.empt.

Secundò, in dicta hypothecaria actione quid probandum sit videndum superest, & cum d. hebræus nitatur ex speciali obligatione super vaccis facta,sub dicta die 4.mensis Iulij, seu reseruatione dominij dictarum vaccarum pro suo asserto credi-
4 to contra dictum Moschettam, ei necesse † erat probare tempore dictæ obligationis dictas vaccas esse in bonis ipsius hebræi vendentis, & per consequens in bonis dicti Moschettæ debitoris, vt per tex.in l.& quæ non dum.§.1.ff.de pign.& ibi Bart. esse in bonis intelligitur (maximè quando agitur contra tertium possessorem) quem, vt in re nostra non constat habere causam à debitore principali, vbi dominium directum,vtile vel quasi probatur, secundum Bar.in d.l.rem alienam.colu.2.& in l.si ab eo.ff.de pign.& Bald.in d.consi.36.& in l.cum res.C.si ali.res pig.da.sit.& Spec.in titu.de obli.& solut.§.1.ver.quid si probo eum habuisse, & Pau. de Castr.in con.168.viso puncto.suprascrip.lib. 2. Alex.in consi.115.viso processu.& in consi.83.viso processu agitato.col.fin volu. 6.attestatur hanc
* esse magis com.opin.Soci.in consil.112.viso processu.col.1.vol.4.& Negu.in tract.de pign.in vlti. membro.vlti.par.col.pen.nu.25.26.sic comm.op. ex sententia aliorum esse, tenet Cephal.consi.98. nume.33.& in hoc nullum docto.discrepare dicit Ias.in d.§.item Seruiana.col.15.verum d.hebræus nedum tempore d.obligationis de aliquo suo dominio vel dicti sui debitoris vel saltem de bona fide & titulo nō probauit, sed etiam de simplici possessione super dictis vaccis aliquam probationem nequaquam fecit, imò probatur contrarium per quatuor testes examinatos pro dicto domino Sebastiano,inter quos & si qui sint non maiores omni exceptione, tamē eorum fides suppletur ex numero testium & ex aliis testibus idoneis,vt est primus & quartus testis, ita per glo.in vers.numerus. in l.3. ff.de test.cum multis concor. cumulatis per Hyp.de Mar.in suo consi.113.nu.30.cum sequen. & coadiuuatur ex dictis Antonij 3.testis.& Coraglij 5. T. pro dicto Habraam examinatorum, licet quoad vaccas. . . d.Coraglius dicat fuisse ipsius Habrææ de mense Iulij,tamen est singularis & non probat.l.iurisiurandi.C.de test.& contra eum deponūt dicti quatuor testes, ideo maiori testium numero standum est.ca.in nostra.de test.probatur enim q̃ d.vaccæ à mense Apri.& Maij,anni 1541. vsque in hodiernum diem fuerunt possessæ & possidentur per dictum dominum Sebastianum, vt verum Dominum & Patronum,ergo de necessitate excluditur omnis possessio dicti Habrææ & sui de-
5 bitoris, de mense Iulij dicti anni 1541.quia † eandem rem duo insolidum non possunt eodem tempore possidere. l.duo.ff.de præca. & l.3.§.ex contrario. ff.de acquir.poss.& c.licet causam.de probati.
6 Adeo quòd cessat Saluianum interdictū, in † quo tempore obligationis debet probari saltem debitoris possessio,secundum gl.in l.1.C.de Saluia.interdict.& ibi doct.& Negu.in loco supra citato, & nihil opitulatur dicto hebræo quòd sui testes dicunt eum possedisse dictas vaccas per duos annos vel tres antequam peruenissent ad manus præfati domini Sebastiani, quia ob id nullum eius domi- nium probatur tempore dictæ obligationis.posses-
7 sio † enim de præterito non facit quem præsumi Dominum.in terminis firmat Bar.in l.penul.ff.de cond.inst.& Io.And.in c.illud.de præsumpt.refert & dicit esse uerum in simplici possessione non continuata tanto tempore quod sufficiat ad præscriptionem, Pau.de Cast.in consi.361.circa primum quæsitum.in fin.lib.2.& Soc.in d.consi.112.col.fi.
8 & † in mobilibus certi iuris est non procedere vsucapionem absque titulo & bona fide, insti. de vsucap.in princ.& glo.in rub.ff.de diuer. & temp.præscrip.cum latè traditis per Balb.in tract.de præscr. in 1.par.3.par.prin.in princ.at ipse hebræus neque titulum neque continuatam possessionem ad vsucapiendum dictas vaccas probauit, & sic nullum dominium, quare inanis fuit dicta sua reseruatio dominij, quæ non potest esse nisi de iure dominij, quod sibi competebat, Bero.consi.2.num.10. li.3. & absque dubio nihil operatur talis reseruatio dominij,nisi de tali dominio reseruantis appareat, p doctr.Bar.in l.si sic legatum.§.1.ad fin. de legat.j.
* communiter receptam per Alex.consi.14. num.12. lib.2.& consi.96.col.2.versic. vnde si attendamus. lib.5.& Soci.consi.89.col.fi.lib.j.Aym.consi.193. nume.5.& per l.si quis legauerit.de lega.j.& l.minor.§.fin.ff.de euict.Alexan.consi.28.col.ij. nu.8.
9 lib.1.quia † reseruans nihil vltra acquirit, dat, vel disponit de nouo,nisi quatenus appareat de reseruato,per plura alleg.ab Aym.consi.127.nu.7.con sil.144.nu.15.Nat.consil.636.nume.197.lib.3.& consi.126.uum.9. lib.1. Ex quibus liquet etiam ei non competere rei vindicationem seu Publicianam,iuxt.vulga.iura. Non potest quoque obtinere aliquo remedio possessorio,quia vt in libello & capitulis fatetur d. hebræus venden. dictas vaccas facto suo cecidit à possessione earum, quo casu cessat huiusmodi remedium.c.accepta.& ibi Canon.
10 de rest.spoli. & † pro mobilibus non competit ali-
* quod remedium possessorium, secundum gl.communiter

* muniter approb.in l.rem quæ nobis. ff.de acquirẽ.
possess. nisi fortè remedium. l.si coloni. C.de agr.
& cens.lib.12.& l.si me & Titium.ff.si cert.pet.aut
Triticariæ actionis.l.2.ff.de tritica. tamen nõ pro
cedunt dicta remedia,cum dictæ vaccæ peruene-
rint ad manus dicti domini Sebastiani ex commis
sione dicti hebræi & titulo emptionis, vt sui te-
stes deponunt, ita per doctor.in dictis legibus, &
fortius ius dictus hebræus non docet habuisse in
dictis vaccis, quàm modo dictus dominus Se-
11 bastianus habeat, ergo in † pari causa potior est
conditio possidentis. l.siue autem. §.si duobus. ff.
de Publician. & l.si seruum. §. sequitur. de verbo-
rum obligation. plenè tractat Alexand. in dict.l.
rem quæ.column.3.& ibi Ias.sequitur in colum.4.
Præterea, superuacuum est perscrutari de aliis re-
mediis competentibus pro dicto hebræo, cum ip-
se dixerit alienasse dictas vaccas, & expressè, vt su-
pra dictum est,intentauerit hypothecariam actio-
nem, & nullum verbum fecerit de aliis remediis,
12 vnde etiam clausula, † petens ius &c.ad alia nõ se
extendit nisi ad narrata & conclusa, tradit Soci.in
consi.195.in causa communis.col.pen.vol.3.& in
consi.199.in causa.col.3.vol.2. cum pluribus con
cord.cumul.nouissimè per Gabri.Rom.de comm.
opin.lib.6.tit.de claulu.conclu.4. nume.8.9. nam
creditor qui hypothecaria intendit consequi pos-
sessionem seu eius creditum d.l.si fundus. §.in ven
ditione.& per alia remedia consequitur possessio-
nem irreuocabiliter,& sic de hypothecaria ad alia
remedia intentio est contraria,ideo vltra narrata
& conclusa non operatur dicta clausula,firmat ple
nè Alex.in consi.121.viso processu.col.pen. lib.1.
& consi.96.col.fi.num.6.& consi.110. nu.2.lib.5.
& Dec.consi.62.colu.2.sub nu.2. cum ergo per hy
pothecariam consequatur possessio.l.si cum vendi
tor.in prin.ff. de euicti.quæ per alia quoque supra
dicta remedia consequitur,non admittitur cumu-
latio & concursus eodem tempore & iudicio, quia
13 † si condemnatione & exequutione facta in vno
iudicio obstat exceptio rei iudicatæ, in alio nun-
quam simul cumulari possunt.l.j.§.fi. ff.si fam.fur.
fecis.dic.tenet Alex.in l.j.col.pen. ver.quærit vlti.
Bar.hic.de leg.j.& Rom. in consi.239. viso thema
te.in fin.col. & ex toto processu colligitur dictum
hebræum intentasse solam hypothecariam, quare
14 notum est actus † agentium non operari vltra eo-
rum intẽtionem. l.non omnis.in prin. ff.si certum
pet.& l.obligationum.§.fin.ff.de act.& obligat.&
sumus in claris,vbi non est opus coniecturis.l.con
tinuus.§.cum ita.de verborum obliga.In qua qui-
dem hypothecaria seu Saluiano interdicto, vt su-
pra fuit ostensum, dictus hebræus defectu proba-
tionis minimè potest de iure obtinere.

Item totum fundamentum hebræi est in dicto
instrumento,sub die 4.Iulij, anni 1541. celebrato
inter eum & dictum Moschettam de pretio vacca
rum venditarum dicto Moschettæ, sed hebræus
non probauit vaccas quas modo habet præfatus
dominus Sebastianus,quòd sint eædem, quas ven
didit dicto Moschettę, nam possunt esse aliæ, quia
15 † pluralitas rerum præsumitur. ideo debebat pro-
bare identitatem, scribit Ias.in l.non hoc. C.vnde
leg.& Ioan.Andr.& cæteri in c.auditis.de præscri.
& Alex.consi.33.col.2.num.4.lib.2. & Dec.cons.
* 91.col.fi. attestando de communi cum Io.And.in
d.c.auditis.comprobat Nat.consil.80.nu.4. lib.1.
ergo corruit fundamentum suæ hypothecæ. obli-
gatio enim in aliqua re non præsumitur nisi pro-
betur,ar.l.altius.C.de ser.& aqua. & l.si quis ędes.
de ser.vrb.pręd.

Item,dictus bebræus fatetur in suo libello q di
ctus Molchetta contractauit dictas vaccas domi-
no Sebastiano, & nititur velle probare quòd fuit
post dictam diem 4.Iulij,& id non probauit, imò
videtur constare contrarium,quòd vaccæ quas ha
bet ipse dominus Sebastianus à mense Aprilis vs-
que in præsentem diem per eum fuerunt possessæ,
vt supra fuit ostensum,& dato quòd esset dubium,
possessor conuentus hypothecaria vincit, nisi rem
prius fuisse obligatam probetur per creditorem, te
net Bar.in d.l.& quæ nondum.§.quod dicitur.per
tex.in l.de rebus.C.de donati.ante nupti. sequitur
Bald.in l.matrem.in fin.C.de probat.hoc dico pri
16 uilegio rei,qui † pluribus defensionibus vti potest.
c.nullus.de reg.iu.lib.6.

Item & vltima, viua & inconuincibili ratione
moueor contra dictum hebræum,quòd Antonius
tertius testis dicti Habraæ deponit de commissio-
ne ipsius Habraæ consignasse vaccas bazanas Co-
raglio, vt assignarentur nomine Habraæ hebræi
præfato domino Sebastiano, & quòd dictus Ha-
braam ei dixit, vt vellet ei renunciare dictas vac-
cas(perche lui le voleua vẽdere al Pianoso) & Frã
ciscus 4.T.quòd eos concordauit in scutis 21. oc-
casione dictarum bestiarum &c.& Coraglius 5.T.
sæpius dicit dictum hebræum interuenisse, vt di-
ctæ bestiæ venderentur & consignarentur d. domi
no Sebastiano, & ipse hebræus fatetur in suis capi
tulis in quarto capitulo se dedisse commissionem
oretenus Coraglio vaccario,vt dictas vaccas cum
suis vitulis eius nomine deberet consignare dicto
domino Sebastiano, quæ confessio probat in eius
præiudicium.l.cum precum. C.de lib.ca.& sic ma
nifestè liquet dictas vaccas peruenisse ad manus
præfati domini Sebastiani de voluntate & com-
missione expressa dicti hebręi,siue per dictum Mo
schettam,de quo testes nullum verbum faciunt,si-
ue per dictum hebræum eidem domino Sebastia-
no fuerint venditæ, vt præfati T.ipsius hebræi de-
ponunt de tractatu venditionis, & postea de illo
accordo.Hoc igitur stante,aut vaccę ante tẽpus d.
obligationis fuerunt venditæ & consignatæ præ-
fato domino Sebastiano, tunc & eodem domi-
no Sebastiano inuito & inscio non potuissent
per alium obligari. l.aliena res. in principio. ff.
de pig.act.& l.quæ prædium.& l.fina. C.si alie.res
pig. da.sit. aut post tempus dictæ obligationis, &
tunc obligatio & hypotheca fuisset remissa & libe
rata ob expressum consensum absque saluatione

sol.

sui iuris & commissionem creditoris adhibita in alienatione rei hypothecatæ, per text.l. si debitor. §.1.& in l.si consenserit.ff.qui.mo.pign. vel hypo. sol.& in l.2.& l.cum te.C.de remis.pign.itaque ne cesse est fateri dictum hebræum in dictis bestiis vaccinis nullum ius habere neque ratione hypothecariæ seu Saluiani interdicti, neque ratione petitorij ob dictam reseruationẽ dominij, quia nullum dominium probauit,neque alicuius possessorij, quia facto suo cecidit à possessione & apparet intentasse solam hypothecariam,vt sæpius dictum est.Et propterea puto præfatum dominum Equitẽ dominum Sebastianum absoluẽdum à petitis per dictum Habraam hebræum, eundemque hebræũ actorem in expensis,vt temerè litigantem condẽnandum vtroque iure disponente, vt l.eum quem temerè.ff.de iud.& ca.finem.de dolo & contu. ita Bald.in d.consi.36.lib.1.& Alex.in d.consi.83.in fi.lib.6.in simili quæstione tantundem & reũ absoluendum & actorem in expensis condemnandum existimant. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon.Pisauren.

CONSILIVM CLXXV.

ARGVMENTVM.

Disputatur de valore cuiusdam legati.

SVMMARIVM.

1 *Ferro quasi viam aperit, qui per contraria transit.*
2 *Legatum dependens a voluntate aliena non tenet.*
3 *Legari potest res aliena consensu domini.*
4 *Heredes non tenẽtur legatarijs nisi adita hæreditate.*
5 *Pactum est duorum plurimumve in idem placitum & consensus.*
6 *Causa cessante cessat effectus.*
7 *Testamentum dicitur captatorium, quando vnus potest decipere alium reuocando testamentum.*
8 *Dictio, prout, est limitatiua cum adijcitur ad præteritum & illud constat.*
9 *Legatum cum onere adiunctum agnoscendum.*
10 *Eligens vnum alij videtur renunciare.*
11 *Verba enunciata incidenter prolata propter aliud per modum causæ inducunt dispositionem.*
12 *Voluntas defuncti totum facit.*
13 *Voluntas defuncti magis intuenda quàm verba.*
14 *Voluntate sua mera quis dicitur facere, quæ nulli necessitati est subiecta.*
15 *Testamentum dicitur consentientis & non illius cui consentitur.*
16 *Facere potest quis per alium quod per se potest.*
17 *Iudicandum in dubio secundum regulas, nisi ostendatur fallentia.*
18 *Matrimonium de substantia sui requirit liberum consensum.*
19 *Legata possunt fieri nutu.*
20 *Voluntas testatoris dicitur euidens, quæ probatur concectnrio.*
21 *Voluntas testatoris dummodo comprehendatur non curatur de modo.*
22 *Vxor si donat rem viri cum illius consensu, ipse vir dicitur donare.*
23 *Vir & vxor si simul donant rem viri, tota res censetur donata à viro.*
24 *Scriptura declarata non ex declarante agitur.*
25 *Confessio vt sit irreuocabilis debet expressè acceptari.*
26 *Ius tertio quæsitum, ex facto alicuius non potest sibi tolli.*
27 *Legatum potest deberi testamentis duorum.*
28 *Dictio, quia, importat causam, quæ est in præteritum vel in præsens.*
29 *Spes dicitur futuri facti & futuræ actionis.*
30 *Oblatio succedit loco implementi.*
31 *Testamenti factio libera non potest tolli neque constringi.*
32 *Legatum agnoscens videtur agnoscere onus legato impositum.*
33 *Grauamen remouetur & conditio omnis à legitima.*
34 *Fideicommissarius dicitur succedere testatori.*
35 *Trebellianica detractio cessat per prohibitionem testatoris.*
36 *Eligens vnum ius competẽs non amittit aliud sibi competens.*
37 *Testatoris manifestissimus sensus præfertur verborũ interpretationi.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.


Egati quæstio de qua tractatur est quidem noua, & nescio eam aut legibus aut aliquorum iureconsul.responsis sigillatim comprehendi. Ideo & rationibus & argumentis decidenda est, iux.l.qui filiũ. §.Sabinus.ff.ad Trebel.& l.scire.§.si enim quis.ff. de excusa.tut.Quoniam probabile elucere non potest nisi ex vtraque parte causarum sit facta contentio,inquit Cic.de offi.lib.2.in princip.ad fi. addatur ei quod nostri dicunt, per Bald. in l. precibus.
1 nume.33..C.de impuber.& al.substi. quòd † quasi
ferro viam aperit,qui per contraria transit, exorditur Rolan.à Val.consi.6.in prin.lib.1. breuibus vtens, rationes adducam ab vtraque parte, quibus ventilatis, vt quid tenendum sic cognosci valeat.

Contra legatarium primò videtur dicendum,
2 quòd huiusmodi legatum † non teneat vt depen-
dens à voluntate aliena,vt l.illa institutio.ff.de hære.inst.& l.captatoriæ.de leg.1.nemo enim potest testari per alium nec alij committere suum supremum iuditium,dicunt Bald.& Salyc. & alij in l.captatorias.C.de testam.milit. Secundò,licet legari
3 possit†res aliena consensu domini. l.sicut.§.vendi
tionis.ff.qui.mo.pig.vel.hyp.sol.tradunt Bal.& cæteri in l.cum alienam. C.de lega. tamen legatario non datur actio contra consentientem sed contra hæredes

hær:des testatoris, secūdum Bar. in l. cum quis de-
4 cedens. in prin: de leg. 3. sed † hæredes non tenen-
tur legata ijs nisi adita hæreditate ex illo quasi cō
tractu inducto per aditionem, vt l. 4. §. hæres. ff. de
act. & obli. & §. hæres. inst. de obl. quæ ex quasi cō
tract. ex testamento autem, in quo legitur dictum
legatum, adiri non potest hæreditas, quia per aliud
subsequens testamentum à matre testatrice condi
tum reuocatum fuit. §. 1. inst. qui. mo. test. infir. er-
go non adita hæreditate & rupto testamento per
aliud posterius, corruunt legata & omnia conten-
ta in huiusmodi testamento. l. cam quem. C. de fi-
deicommiss. not. in auc. ex causa. C. de lib. præte. &
deficit actio legatario, sine qua nemo potest expe-
riri. l. quoties. §. item si temporali. ff. de admin. tut.
cum vulg. Tertiò, maritus, vt legitur in dicto pri-
mo testamento vxoris testatricis, se contentauit vt
fieret legatum, quia versa vice vxor voluit, vt suus
maritus habeat tantum de bonis suis quæ ascen-
dant ad æstimationem rei legatæ filio, & hoc vi-
dentur fecisse per viam pacti, cum dicerint, cū hoc
5 pacto expresso, pactum † autem est duorum vel plu
rium in idem placitum & consensum. l. 1. in princ.
ff. de pact. quod fit etiam in testamento, vt not. gl.
fin. in l. hæredes palam. ff. de testa. pro qua Rom.
allegat duos text. in suo consi. 293. & ad hoc erat
præsens dictus maritus, adeo ꝙ videtur consensis-
se in eo quod spectabat ad eius commodum, not.
glo. in l. qui patitur. ff. mand. & propterea non po-
tuisse reuocari per dictam vxorem, vt tradit Bart.
in d. l. cum quis decedens. §. codicillis. ergo si di-
catur valere dictum legatum videntur hæredes di
cti mariti debere consequi de bonis dictæ testatri
cis in æstimatione quantum est dictum legatum,
aut si dicatur dictam testatricem potuisse reuoca-
re legatum factum marito, videtur & cessare lega-
6 tum rei mariti factū filio, quia † cessante causa, &c.
l. quamuis. §. adigere, de iure patr. cum noti. vide-
tur etiam inefficax dictum legatum, quia fuit fa-
ctum spe alterius legati marito consentienti facti
ab vxore testante, & sic vt spe præmij dicitur capta
torium, quemadmodum dicitur hæredum institu-
tio ita facta, vt l. ille autem. & ibi doct. ff. de hære.
7 insti. & dicitur † captatorium, quia vnus potest de-
cipere alium reuocando testamentum, secundum
Pau. de Ca. & Deci. in d. l. captatorias. num. 14. C.
de test. mili. Quartò, si dictum legatum valeret, di
ctus Andreas legatarius nō posset petere bona ma
terna neque bona donnæ Luciæ auię, quia dictum
legatum cum his oneribus valere voluit dictus pa
ter in suo testamento cum dixerit cum illis modis
& conditionibus, prout in dicto testamento don-
8 næ Ioannæ. dictio † enim prout, est limitatiua cum
adiiciatur ad præteritum, & illud constet, vt scri-
bit Bar. in extra. ad reprimendum. in vers. prout. &
cum aliis in l. edita. C. de eden. Agnoscens autem
9 † legatum cum onere iniuncto cogitur agnoscere.
l. sed duobus. not. glo. in l. Titia. §. si enim res. de le
ga. 2. Dec. consi. 425. num. 8. Præterea, præsuponi-
tur dictum Andream habuisse legitimam de bo-
nis paternis, videtur ergo nō posse consequi dictū
10 legatum, quia † qui vnum ius eligit alij videtur re
nuntiare, secundum gloss. in l. quamuis. C. de vsur.
cum simil.

Verum his non obstantibus existimo dictum An-
dream legatarium posse & debere consequi dictā
possessionem sibi relictam, & moueor, ꝙ Matheus
eius pater in suo testamento dicto Andreę reliquit
quinque bonon. pro legitima, & hoc dicit fecisse,
quia dictus testator consensit & se contentauit &
licentiam dedit, quòd donna Ioanna sua vxor reli
quit in suo testamento dicto Andreæ dictam pos-
11 sessionem &c. licet † enim ista sint verba enunciati
ua incidentèr prolata propter aliud, tamen cū per
modum causæ sint prolata, quod liquet ex dictio-
ne, quia, per quam fit causa, secundum glos. 1. in l.
1. C. de his quæ sub modo. quam ibi sequuntur do
cto. Bart. in l. demonstratio. §. 1. ff. de condit. & de
mon. & tractetur id quod potuit disponi per testa-
torem, dicta autem verba inducunt dispositionem
etiam quoad actionem, vt tenet Bar. in l. ex hac scri
ptura. col. 2. vet. venio ad secundum. ff. de donati.
& ibi probat Imo. col. 1. nu. 3. & col. 2. nu. 5. etiam
si actio detur duntaxat personalis, secundum Bart.
in l. si emptor. §. 1. ff. de rei uindic. & in l. si socer. §.
Lucius. ff. solu. ma. sufficit legatario, cui contra hæ
redem & actio personalis competit, vt l. 1. in prin.
C. comm. de leg. quod tamen inducāt indirectè
actionem etiam realem in pūcto iuris dicit esse ve
ram opin. Bar. in d. l. ex hac scriptura. Alex. in d. §.
Lucius. ex quibus verbis clarè colligitur, volunta-
tem testatoris esse, vt dictus Andreas habeat dictā
possessionem relictam per suam matrem, consensu
12 & licentia dicti testatoris, & † facit quidem totum
voluntas defuncti, tex. in l. ex facto. §. rerum. ff. de
hær. insti. quæ sola & præcipua attenditur in lega-
tis & fideicommissis, vt l. pen. de lega. 1. l. quisquis.
de leg. 3. & l. pen. in pr. C. de necess. ser. hær. insti. cū
multis aliis quas posuisse voluntates testatorum
adiuuantes dicit Imper. in l. fi. C. de posthu. Quæ
13 † defuncti voluntas magis quàm verba intuenda
est. l. cum virum. C. de fideicom. cum ibi allega. in
glo. & l. penult. de libe. præter. non refert enim per
quæ verba loquatur testator, dummodo eius volū
tas & intentio comprehendatur. l. in legatis. & ibi
not. doct. C. de lega.

Hanc sententiam procedere clarius apparebit,
respondendo contrariis. Ad primum respondeo,
non esse verum dictum legatum dependere ab a-
lieno arbitrio, quoniam dicta vxor non fecit di-
ctum legatum ex suo arbitrio, sed præambula vo-
14 luntate & licentia sui mariti. quis † enim dicitur fa
cere sua mera voluntate quæ liberè nulli necessita
ti est subiecta, vt de mero imperio dicit Barto. in l.
imperium. col. 1. de iurisd. om. iud. non quando fa-
cit licentia aliena, quam necesse est seruari in for
ma saltem non deteriori, tradit Bart. in l. sicut. §. si
permisserit. ff. quib. mo. pign. vel hypo. solu. & l. di
ligenter. ff. mand. sed doct. in l. senatus. §. legatum.
& in l. si sic. & in l. captatorię. de leg. 1. & in l. capta
torias.

torias.C.de teſt.mil. communiter dicunt non va-
lere legatum factum aliena voluntate, quando ſit
voluntate aliena libera & mera & non limitata &
coarctata, & quando committitur ſubſtantia lega
ti in voluntate aliena, & non quando committitur
quoddam factum extrinſecum & diſtributio. Nã
Bald.& Salyce.dicunt in d.l.captatorias.inſtitutio
non eſt captatoria quando alteri non committi-
tur ipſa voluntas teſtatoris ſed quoddam extrinſe-
cum factum, at dictus maritus ſua voluntate præ-
ambula licentiam dedit ſuæ vxori, vt ſolum fa-
ctum adimpleret in ſuo teſtamento, legando ſecũ-
dum ſuam licentiam conceſſam. Facit quod dicit
15 Bald.in l. qui in poteſtate. ff.de teſtam.quòd † te-
ſtamentum dicitur conſentientis & non illius cui
conſentitur, & ita eſt verũ, quẽ non poſſe facere te
ſtamentũ cõponendũ p aliũ voluntate libera alie
na, ſed qñ quis ſua voluntate primò cõponit ſuum
teſtm̃, rationẽ non video, quare non poſſit mãdare
illud fore explicandũ p aliũ, cũ regulã habeamus,
16 q† quis põt p alium quod põt ſe p ipſum facere.c.
17 põt quis.de reg.iu.li.6.& in dubio, † ſcd'm regulas
iudicandũ eſt, niſi oſtendatur fallentia, inquit Iaſ.
in l.qui Romæ.in pr.nu.27.de verb.obli.& Dec.in
cõſ.8. col.1.& potior eſt cã pro qua facit regula, ſe
cundũ gl.in rub.de reg.iu.li.6.in fi. & Abb.in rub.
vt lit.non cont.& in cap.inter corporalia.col.fi.de
18 transl.præl.facit q†matrimoniũ de ſubſtãtia ſui re
quirit liberũ conſenſum, vt p Abb.in c.de mulie-
re.in 2.not.de ſponſa. & matrimoniũ p alium con
trahi põt.c.fi.de procu.li.6.& gl.in d.c.põt quis.in
actu.n.dependẽte à pſona noſtra dicimus p alios
facere interpretatiuè, dicit Bar.in l.ſed ſi verius. §.
1.ff.de iniur.ſeqnitur Sa.in l.nõ ideo minus.co.7.
C.de accu.plenè ſcribit Iaſ.in l. ſi quis pro empto-
19 re.car.19.de vſucap.legata †aũr poſſunt fieri nutu.
l.nutu.de leg.3.l.& in epiſtola. C.de fideicõ. ergo
fiunt ẽt interpretatiuè, cum neceſſe ſit interpreta-
ri nutũ & coniecturari, nã † voluntas teſtatoris dr̃
euidens, quæ probatur indiciis & coniecturis.l.li-
cet.in pr.de leg. 1.Bal.in l.quidã teſtator.circa fin.
& in l.Cẽturio.in fi.col.de vul.& pup.Abb.in cõſ.
75.primò eſt videndũ.col.3.li.j.& Ang.in cõ.331.
21 an in teſtitutione.col.1.& † non curatur de mõ dũ
mõ cõprehendatur teſtatoris voluntas. d.l.in lega
tis. ſolo.n.miniſterio vxoris vſus eſt teſtõr, bonus
ad hoc eſt tex.in l. Sulpitius.ff.de don. inter ui.& v
xo. & in l.pen.§.nã qd' vxor. C.de inof.don.& ibi
22 Bal.& Sal.ex con.Bar.no.q †ſi vxor cũ viri conſen
ſu donat rẽ viri, ipſe vit dr̃ donare, p d.l.& p l.pro
fectitia.in pr.ff.de iure dot.& l.ſed & ſi paterfa.§.ſi
ab alio.ad Maced.& Fulg.not.in d.l.pen.nu.3. idẽ
Bal.& Alex.in l.ſi conſtante.§.ſi vxor.ſol.mat.vbi
23 fortius volũt, q ſi†vir & vxor ſimul donant rẽ viri,
tota res cenſetur donata à viro, & p l.in ædibus. §.
qd' filiuſf.ff.de don.& faciũt tradita ĩ l.1.de leg.2.

Itẽ non obſtat ſecundũ contrariũ, quia d.legata
rius nititur ex teſtõ patris diſponentis vt ſupra, &
ſcienter, adeo q ſi maritus intelligeretur donaſſe
vxori leganti rẽ ſuã eo conſentiẽte, iux.doctr. Bar.
in l.2.§.1.ff.de dona.valeret tñ d.legatũ contentũ
in ſuo teſtõ circa hoc diſponente de re quæ ẽt eſſet
aliena, p tex.in d.l.cum alienã. C.de leg. non aũt
agit ex teſtõ matris reuocato, niſi quoad declara-
24 tionẽ d.paterni teſtamenti, agitur † .n.ex ſcriptura
Perſuaſio & auxilium præſtitũ ad maleficium non probatur pro ſocios criminis nec quibuſdam alus iudicus exactè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 Teſtes aliquo ſenſu corporeo de facto deponere debent.
2 Auxilium præſtitum per teſtes probatur, quando inſultatus

insultatus timidior redditur & aggressor audacior illius præsentia.

3 *Testes iudicio suo deponentes non probant.*

4 *Causa seu ratio contingens & non necessariò vel præsumptiuè concludens, vt debet esse ratio dicti & testificationis testis, nullius est momenti.*

5 *Probatio nunquam concludit per possibile, sed concludere debet per necesse vel probabile.*

6 *Præsentia tantum illius nihil consulens & nihil cooperans non est in culpa nec in pœna.*

7 *Testi etiam soli & deponēti de credulitate credi debet ad coniecturam innocentia.*

8 *Bonus in dubio quis præsumitur.*

9 *Nemo in actibus suis præsumitur delinquere velle.*

10 *Lex habet aliquē pro innocente, contra quem non sunt indicia.*

11 *Testis fides in dictis suis est indiuisibilis.*

12 *Auxilium cooperatiuum præstitum ad maleficium vt dicatur, colloquium, communicatio & tractatus præcedere debent.*

13 *Testi nimis animosè deponenti pro altera partium minus creditur.*

14 *Indicium potius ex tristitia quàm risu in maleficij causatur.*

15 *Consuetudinem etiam malam in delictis excusare.*

16 *Delictum vel delicti suspicio vt euitetur, in dubio in bonam partem interpretari debet quod potest vel non cadere in delictum.*

17 *Consilium vel persuasio ad delinquendum non palàm & vocatis testibus, sed secretè ac semotis arbitris fieri solet.*

18 *Socius criminis in delictis, quæ occultè committuntur, admittitur, vt faciat indicium ad torturam.*

19 *Textui magis quàm glossæ credendum est.*

20 *Neminem de proprio crimine confitentem de aliorum conscientia debere interrogari.*

21 *Statuto posse disponi, vt credatur participi criminis.*

22 *Suggerere, idem esse quòd incitare vel consulere.*

23 *Homicida à testimonio repellitur.*

24 *Periuri à testimonio repelluntur & nullam merentur fidem.*

25 *Periurum non facere indicium ad inquirendum.*

26 *Nominatio socij criminis, vbi suspecta deprehendi potest, non operatur contra nominatum.*

27 *Factum quod est non attendi sed quod fieri debuit.*

28 *Testes inhabiles admittuntur in criminalibus in actibus, qui sui natura aliàs probari non possent, secus in actibus hominum, etsi fortuitu non nisi inhabiles interuenerint.*

DEVS ADIVTOR.

B. Inquisitus & carceratus de persuasione & auxilio præstito C. & I. fratribus, ad percutiendum baculo P. defenditur iure claro, elidendo pœnitus & remouendo indicia, quæ contra eum extare adducũtur.

Primũ habitum, ex depositionibus A. & F. duorum testium pro fisco examinatorum interessentium loco & tempore rixæ.

Secundum, ex aduentu B. inquisiti ad locum rixæ, & certo modo ibi stando hilariter & ridendo.

Tertium, assumptum ex depositionibus ipsorũ C. & I. delinquentium contra eundem B. & cũ tortura aperto ore attestantium.

Primum nanque tollitur, quoniam isti duo te-
1 stes † aliquo sensu corporeo (vt de facto debent te
stes deponere. l. qui testamento. §. fin. ff. de testam.
& ibi Bart. num. 2. & alij not. & l. solam. & ibi doc.
C. de testi. & cap. cum causam. ibi Canon. eo.) non
deponunt dictum B. præstitisse auxilium. C. percu
2 tienti P. neque sensu auditus, quòd † audierint ip-
sum B. exclamare impellendo insultãtem, vt percu
tiat & exprobrando percussum, vt percutiatur, sic
iste timidior & ille audacior reddatur, vt cognosci
possit hoc modo auxilium fuisse præstitum, argu.
l. cum dominus. ibi. clamoribus. ff. ad Sillan. secun
dum theor. Bal. in l. non ideo minus. ad fin. nu. 30.
C. de accus. ponit Franc. Caso. in trac. de indi. trac.
4. ver. à facultate. num. 6. sentit Bart. in l. in furti. §.
ope. ad fin. ibi. & quædam consortatio. ff. de fur. re
fert Bossi. in tract. crimi. tit. de mand. ad homicid.
nume. 65. & Papien. in for. inquisiti. in glo. in vers.
opem, auxilium. sub num. 4. ibi. & suadet vel horta
tur vt id committatur. Non deponunt, neque sen-
su visus quòd viderint dictum B. armatum simul
venisse & propè stare, assistere cum ipso C. percus-
sore, vt sciri possit auxilium esse præstitum, Innoc.
in c. fina. de cleri. percus. Bar. in d. §. ope. nu. 3. Bal.
in l. raptores. sub nu. 6. C. de episc. & cler. Marsil. in
pract. crimi. §. constante. nu. 58. & seq. Ang. Are. de
malefic. in gloss. dicto maleficio. Aym. consil. 224.
num. 5. Sed omissis his causis exprimi & reddi per
sensus, neque auditus neque visus, ipsi testes iudi-
cio suo dicunt dictum B. ibi adfuisse dedita opera
& causa auxilij præstandi dicto C. percussori, vnde
3 † iudicio suo sic deponentes non probant, secundũ
* vulg. & comm. deci. Ang. & Moder. in l. sciendum.
de verborum oblig. & Canon. in d. cap. cum cau-
sam. quia potius vidētur Iudices quàm testes, qua-
re eis non est credendum, Castr. consi. 371. præmit
tendum est. sub nume. 1. lib. 1. Alexan. consi. 43. co
lum. 5. num. 18. lib. 4. Ias. in l. 1. in princ. col. penul.
versi. eodē modo. ff. de iusti. & iu. Paris. consi. 104.
num. 37. lib. 1. consi. 67. num. 66. lib. 3. Bursa. Man
tua. consil. 116. num. 30. cum concor. in centum lo
cis allegatis. Et si velint isti testes hoc eorum indi-
cium fundare super facto hoc, quòd viderunt B.
adesse in loco rixæ, & exinde inferre quòd adfue-
rit dedita opera & causa auxiliandi C. alio non au
dito & non uiso de eo non possunt facere verum
indicium super hoc, magis de eo quàm de quàm
plurimis aliis ibi præsentibus, & continuò in loco
illo plateæ paruæ rerum venalium ciuitatis extan
4 tibus & concurrentibus, ita hæc eorum † causa seu
ratio contingens & non necessariò, vel præsumpti
uè concludens, ut debet esse ratio dicti & testifica
tionis testis, nullius est momēti, Bart. in d. l. solam.
num. 14. & ibi Bal. & alij latè. & in d. c. cũ causam.
Bart. in tract. de testi. cap. 3. & seq. Ias. in l. 2. §. fina.
colum.

colum.penulti.ſolut.matrimo. Alexand.conſi.80.
col.3.nume.7.lib.2.

5 Nam probatio † nunquam concludit per poſſi-
bile ſed concludere debet per neceſſe uel probabi
le,not.Bald.in l.ad probationem.la 2. C.de prob.
idem ibi Saly.not.ſequitur Dec.in c. in præſentia.
in 13.not.ſub nu.16.de probat.id etiam quòd ibi-
dem B.non aſſiſtebat propè cum rixantibus ſed ni
hil mali faciens longè ſtabat prout alij plurimi ibi
dem reperti & concurrentes ſtabant, excludit illa-
tionem teſtium illam, ꝙ adfuerit dedita opera &
6 cauſa prætenſi auxilij,quia † ex præſentia tantum,
nihil conſulens quis & nihil cooperans, non eſt in
culpa nec in pœna,dicit tex.in c.ita planè. 23.q.4.
& c.fin.q.8. tradit Card.poſt glo.in cle.1.col.4. in
q.11. de pœn.idem probat Bal. in l.ob hæc verba.
ſupra fin. nu.5. ff.de his qui not.inſam. ꝙ is qui cũ
alio & propè non ſtat armatus, ſed ſtat à remotis
non eſt in cauſa auxilij,ſentit Inno.in d.ca.fi.in fi.
de cleric.percuſ.per Bald.alleg. & ſequitur Aymo
conſi.309.in fi.& Aug.Arimin.in 1.addi.nu.4.ad
Ange.de malefi.in glo.in verſicu. dictus Andreas.
vbi etiam ex dicto Bald. ſubiungit, non præſumi
quem aſſiſtere ad auxilium ſi aliud non appareat,
idem ſequitur latè Ant.Gomeſ.in ſuis cõment.iu.
to.3.cap.1.de homici.num.48.ſub ver.ſecundo ca
ſu.ibi.ſecus tamẽ ſi ſimpliciter vel caſualiter. & Pa
riſ.conſi.164.num.11.lib.4.& Caſo. d.trac.3.c.7.
in fi.& Boſſi.in d.tract.crimi.titu.de homi. nu.25.
dicit quem affuiſſe delicto fortuitò & non ſcien-
ter,& ibi exprimit coniecturas vrgentes in contra
rium,quarum nulla interuenit in ſpecie propoſita,
quinimò adſunt coniecturæ probantes veram di-
ctam præſumptionem,ꝙ B.in illo loco affuerit for
tuitò & ignorans in eo debere ſequi dictam rixã,
quæ habentur ex depoſitione Comitis Caroli.di-
centis ſe credere B.cum eo fuiſſe & acceſſiſſe in lo
7 co rixæ,ergo non iuit cum C.delinquente,cui † te-
ſti etiam ſoli & deponenti de credulitate credi de
bet ad coniecturam innocentiæ, concord. allegat
Cephal.conſi.140.nu.10. de teſtibus deponentib.
de credulitate adducendo num.11. rationem tra-
ditam per Rip.in l.3.col.fin.nu.12.de dam.infect.
ꝙ id admittatur contra fiſcum tractãtem de lucro
in pœnalibus pro innocentia probãda ad damnũ
euitandum, & ſimiliter concord. allegat Burſat.d.
conſi.116.num.18.De teſte vno ad excuſandum à
delicto firmat Io.de Ami.conſ.86.num.19. Aym.
conſi.2.nume.16.Tob.Peruſi.conſi.99. num.11.

Hoc autem dictum ſuam quoque habet ratio-
nem,quam ſic aſſignari poſſe credo, quòd quiſque
8 primum habet pro ſe has pręſumptiones,ꝙ † præſu
mitur bonus,per alleg.ab Alci.de præſump.reg.3.
præſump.2.in prin. & Rolan.à Val.conſi.96.nu.8.
9.lib.2. vbi ꝙ hæc præſumptio ſit conſona naturæ.
9 ꝙ in actibus ſuis nemo † præſumitur delinquere
velle.l.merito.ff.pro ſo.& ibi Bar.& doct.& Alex.
conſi.127.col.3.nu.13.& ſequ.lib.4.exinde & ter-
10 tiò,ꝙ † lex habet quemlibet pro innocente,contra
quem non ſunt indicia,glo. & Bald.in l.pen. C.de
quæſt.& text.in l.fi.ibi ne ſubiectam innocentiam
feriamus. C.de accuſa. his quidem præſumptioni-
bus & indicijs homini conuenientibus pro boni-
tate & innocentia adiuncta probatio vnius teſtis,
meritò hæc fit plena probatio, ſicut in pleriſq; lo-
cis habetur dictum vnius teſtis cum alijs indicijs
vel pręſumptionibus facere plenam probationem,
ad Bar.in l.1.§.idem Cornelio.nu.3. verſi.vltimò
vides. ff.de quæſt.comprobat ibi Marſil.num.3.&
ſeq.Aym.conſ.6.nu.66.conſi.35.ſub nu.6. & con-
cord.ibi alleg. & hanc rationem:quia præſumptio
in his quæ ſit conſona naturæ, faciat plenam pro-
bationem adducit Nicol.de Neap.in vlt.lect.Bart.
in l.2.in princ.nu.6.ff.de excuſ.tut. dummodo pro
delicto hominis non adſint pleniores & veriſimi-
liores probationes,quibus ſtari oporteret. l.ob car
men.§.fin.ff.de teſtib. & c.in noſtra.extra eo.quas
in caſu iſto non adeſſe apparet ex proceſſu & dictis
ſupra, & infra dicetur.

Clarius itaque liquet ex depoſitionibus ſeu exa
minibus I.& C.fratrum delinquentium dicentium
nihil dixiſſe tunc dicto B. ſe eo die & in loco illo
velle inſultare & percutere P. quibus vti teſtibus
pro fiſco examinatis in hac parte contra fiſcum ſta
ri & credi debet,per Romanum conſ.104.in fi.Iaſ.
rub.col.6.ff. de iureiur.Pariſ.conſ.50.nu.60.lib.1.
Cephal.conſi.82.nu.47. in ſpecie ponit Tob.Peru
ſin.conſi.99.nu.10.quia non poteſt curia diuidere
dictum teſtis pro ea examinati in eo quod dicit ad
11 excuſationem rei, cum eius † fides in dictis ſuis ſit
indiuiſibilis, allegando Bal.in l.nulla.ſub num.2.
ff.de legib.in ſpecie dicit Alex.conſi.70. ſub nu.3.
verſi.non obſt.etiam.lib.1.eiſque de hac negatiua
facti proprij magis credi debet: quia ipſa negatiua
in proprio facto directè iũcta eſt corũ proprio ſen
ſui,tradunt Bal.Ang.Caſt.Imo. Alex. & Aret. in l.
nec is.in prin.quam Bald.legit ſub l.is qui putat.ff.
de acquiren.hæredit.liquet ergo B. non affuiſſe in
loco rixæ appenſatè & ex propoſito cauſa præſtan
di auxilium dicto C.percuſſori, cum deficiat prin-
12 cipale requiſitum ad ipſum auxiliũ † quod eſt col-
loquium, communicatio & tractatus præcedens
cum delinquente,vt doct. dicunt in locis ſupra al-
leg. tractãdo materiã auxilij & fauoris ad delicta.

Vlterius & ex abũdanti prædicti duo teſtes red
duntur ſuſpecti ex eorum nimia animoſitate & fer
uore eorum depoſitionis demonſtrato,dum A.di-
cit(metteria ſorto il ceppo la teſta) & F.dicit (& ſe
v'andaſſe mille morte) ex verbis his ſimilibus ani-
moſitatem ſuſpectam teſtis colligit Alex.conſi.15.
num.3.lib.3. ideo eis ex hac ratione quoque credi
non debet,Alex.d.conſil.15.num.3. Ancha.conſi.
227.ad corroborationem.ſupra fi.verſi.arctius.cla
rius Alber.Brun.conſi.27.ad fin. Corn.conſi.343.
col.pen.in fin.verſi.& ſi huiuſmodi. lib.1.dicit ali-
quid, refert Aymo.conſil.2.num.6.allegando.c.2.
de in integr.reſti. & c.accedens.el 2.vt lit.non con
teſt.ponit Alex.conſi.154.col.fi. poſt princi.lib.5.
ſequitur Gram.conſil.cri.12.col.2.nu.14. refert &
Val.conſi.7.nu.20.lib.1.& conſ.27.num.22.lib.3.
Burſat.

Burs.t.Mantu.consi.20.num.6.consil.t 16.nu.23.
vbi enim ex verbis & signis deprehenditur testem
magis habere animum ad vnam partem quàm ad
13 alteram; ei † sic animoso minus creditur, probat
Bal.in l.testium.col.pen.num.17.versi.circa quar-
tam.C.de testi.est not.tex.& glo.in c.sanè.65.dist.
ꝙ reprobatur dictum eorum qui animositate & sic
malo zelo ducuntur,ita allegando,testi qui animo
sè loquitur, & sic suspecto non credi, in specie te-
tet Phil.Franch.in ca.postremò.col.7.sub q.21.de
appel.ad idem Ias.consi.167.col.2.versic.item di-
ctus Nicolaus.& ad fin.2.col.lib.4.Et consequen-
ter pœnitus sublatum remanet primum indicium.

Secundum quoque,vt leue est, ne dicam ridicu-
lum indicium,facilius eximitur, quia aduentus B.
tunc ad illum locum rixæ potuit esse causa spacian
di per locum illum publicum plateæ paruæ Ciuita
tis, prout alij quàm plurimi concurrerunt & soliti
sunt concurrere & ibidem spaciari. Cum C.percus
sor & I. eius frater nihil dixerint ei se illa die & in
illo loco velle insultare P.vt supra dictum est, non
potuit ipse B. diuinare illuc accedendo dicto insul
tui adfuturum esse,arg.l.si putator. in fin.ff.ad leg.
Aqui. ideo accedendo non debet ei adscribi culpa
aliqua,argu.l.item Mela.in princi.ff.eo.ibi,vel vbi
transitus frequẽs erat.Minus ex suo risu tunc emis-
so in eodem loco potest elici indicium prætensæ
persuasionis seu auxilij, cũ causa sui risus nequeat
perscrutari,sicut Hippocrates causam risus Demo-
cratis & malum & bonum itidem ridentis nunquã
scire potuit, vt in suis epistolis habetur, quamobrẽ
à nostris criminalistis credo non inueniri in catha
logo indiciorum esse positum indiciũ ex risu præ-
tensi delinquentis videntis maleficium committi,
14 sicut positum est † indicium ex tristitia per dictum
prophetæ.c.2.Neemiæ.ibi.quare vultus tuus tristis
est, non est hoc frustra, sed malum nescio quod in
corde tuo est, & c.4.Genes.ibi.cur concidit facies
tua, sic positum reperitur à Francisc.Caso.in d.suo
trac.malefi tract.10.c.7.& iuxta illud Ouidianum,

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu.

Ad hoc etiam elidẽdum plenè per plures testes
probata est consuetudo d.B. & sua assidua facilitas
& hilaritas cum quocunque & ex quibuscunq; alie
nis gestis ridendi,ex qua ergo debet excusari ab oĩ
alterius mali suspicione sicut apud censorias seueri
tates, consuetudinem seu vitium oscedinis notæ iã
destinatæ exemptum effecisse vocatum ad Censo-
res & in iure stantem, qui clarè nimis ac sonore o-
15 scitauit,scribit Aulus Gell.lib.4.c.20. & † consue-
tudinem etiam malam excusare in delictis,est glo.
in vers.consuetudine.in c.deniq;.4.dist.cum alleg.
à Ias in l.qui iurasse.col.2.ff.de iureiuran.& Aym.
consi.5.nu.103.consi.145.nu.12.& à Bursat.cons.
77.nu.15.& seq. Sicut etiam ab oppositis arguen-
do.l.& si contra.de vulg.& pup.vultum tristem es-
se indicium mali & nocentię vt modo dictum est,
ita vultum hilarem & risum habentem esse indiciũ
innocentiæ & securæ conscientię dicendum est,ac
eundem B. non præsciuisse nec præordinasse tale
factum, quia risus hominis (qui exinde animal risi
bile dicitur)quisque in se ipsum probare potest, vt
plurimum euenire & contingere solet ex gestis,re-
bus vel verbis ex improuiso vel inopinatè auditis
vel visis nouitatem quãdam vel ineptiam iocosam
afficiẽtibus animo videntis seu audientis vt mouea
tur ad risum. Qui ideo cum sic accidere soleat &
ex diuersis causis & accipi possit in diuersas partes,
16 in bonam quidem partem accipi debet, vt † deli-
ctum vel delicti suspicio cesset, per communem &
notam præsumptionem in materia delictorũ sem-
per vigentem & præualentẽ pro eo,qđ excusat, per
d.l.merito.& c.dudum.de pręsump.tradunt Alex.
consi.15.supra fi.nu.7.consi.75.nu.1.vers.accedit
id.& consi.89.col.fi.nu.15.versi.& in dubio man-
datum.lib.3.& consi.128.nu.34.lib.4. plures de-
cis.colligens Aymo consi.244.nume.5.Grat.con.
42.nu.14.lib.1. Vall.consi.1.nu.92.consil.71.nu.
35.36.libr.3.& alij alibi. Ita hoc etiam secundum
indicium omnino cessare debet.

Tertium & vltimum indicium ex dictis I. & C.
concorditer deponentium contra B.ꝙ ipse consu-
luerit & persuaserit dicto C.vt percuteret P.& si so
lum videtur vrgere contra B.ꝙ saltem sufficiat ad
17 torturam, quia † consilium vel persuasio ad delin-
quendum non palam & vocatis testibus sed secre-
tè ac semotis arbitris fieri solet,ideo ne veritas pe-
reat probari potest per ipsos I.& C.socios criminis
etiam inhabiles,& per testes qui possunt haberi,ar
gum.tex.& not.ibi per Imo.Bald.Butr.& Fel.in c.
fi.de testi.cog.ꝙ conspiratio contra aliquem pos-
sit probari per interuenientes in ea, idem per text.
& ibi Bal.in c.1.si de inuest.inter dom.& vasal.lis
or.comprobat & has decis.non vidisse seu noluisse
videre Deci.in suo consi.189. dicit Boss.tit.de in-
dic.sub nu.156.versi.in contrarium.vbi se inuoluẽ
do etiam in periurijs quando illata sit tortura, asse
rit communiter seruari ex talibus dictis cum alijs
adminiculis deueniri ad torturã, & maximè ex di-
ctis duorum criminis sociorũ,vt firmat Boer.in de
cis.319.sub nu.5. ita seruari in diuersis locis ponit
Clar.in §.fi.practi.crimi.in q.21.versi.sed pone.at
que in illo ducatu Mediol. in criminalibus stari vl
timo dicto cum tortura & non primo,attestatur in
d.§.fin.in q.53.sub versic.quartus est casus.etenim
18 in criminibus quæ occultè committuntur, ꝙ † so-
cius criminis admittatur vt faciat indicium ad tor
turam plura allegat Aym.cons.178.nu.3.& Corn.
consi.58.col.pen.ad fi.lib.1. Accedente ꝙ de con-
suetudine in omnibus delictis fiunt interrogatio-
nes per iudices & confessiones per reos de conscijs
& socijs criminum, qui & torquentur, attestatur
Gandin.titu.de quæstio. & tormen.num.18.versi.
sed quid si persona.in fi. & concor.adducit Blanc.
de indic.nume.374. & Clar. in d.q.21.sub versic.
dictum socij.

Nihilominus & hoc vltimum prorsus tollitur ac
pro eo allegata non militant, quæ simul & ipsum
indicium pluribus modis confutantur.

Primò, in materia proposita cõfessionis seu de-
positionis

positionis delinquentis vel socij criminis nominantis alium in delicto si non cooperando saltem consulendo & persuadendo, aut attendatur doctr. Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de quæst. q in delictis commissis nõ principaliter in offensam vel odiũ alicuius sed propter commodum committentiũ, vt falsificare monetam, & latrocinia facere, valet interrogatio & confessio de socijs per l. diuus. ff. de custod. reor. & l. prouinciarum. C. de feri. & l. fin. de malefic. & mathe. in delictis verò commissis principaliter in alterius iniuriam & odiũ de se confessi non valet interrogatio & confessio de alijs d. l. repeti. §. 1. & l. fin. C. de accus. Aut attendatur doctr. & distinctio Salyc. in d. l. fi. quam sequitur Francis. Brun. de indi. & tortu. in 3. q. 1. par. nu. 19. & tenendam & q seruatur in effectu, dicit Bossi. tit. de indi. sub num. 145. Aut attendantur decisiones ipsarum
19 legum, vt ego potius attendendas credo; quia † magis textui q̃ glossæ credendum est, Oldr. cons. 258. Innocentius. col. 2. vers. item non obstat. non indigemus gl. vbi habemus textũ, Bal. consil. 343. examinanda. colum. fi. vers. & de isto capitulo. lib. 1. & consi. 493. col. 1. versi. in prima parte. lib. 4. & glo. in l. sed licet. ff. de offi. præsid. Aymo consi. 4. num. 21. consi. 11. nu. 6. & vbi habemus casum legis non debemus ire per argumenta & rationes, dicit Bal. in l. si infanti. col. 4. sub num. 16. C. de iure deliber. Quia etiam quantominus causæ permittantur arbitrio iudicis iudicandæ, ex scripto autem & legibus decidantur, tãto satius est & melius inquit Aristoteles c. 7. lib. 2. Politicorum, probat Bal. in l. non possunt. in fi. ff. de legi. & consi. 427. quædam mulier. nu. 9. libr. 5. Cum ergo habeamus decisionem legis ex auctoritate etiam veteris iuris disponẽtis,
20 neminem † de proprio crimine confitentem de aliorum conscientia debere interrogari. vt d. l. fi. C. de accusa. ita esse secundùm vtriusque iuris statuta firmat tex. in ca. 1. de confess. vbi nominatos etiam à presbytero homicida in crimine eorũ suggestione (vt asserit) commisso si aliter veritas non probetur non posse torqueri deciditur, & nulli de se confesso aduersus alium in eodem crimine esse credẽdum repetit & firmat text. in c. veniens ad nos. de testib. vnde socij & participes criminis recipi in testes prohibiti sunt. l. quoniam liberi. C. de testib. canonizata in c. si testes. §. liberi. 4. q. 3. & d. c. veniẽs ad nos. harum autem legum ista est perspicua & aperta sanctio & regula. A qua exceptiones (quæ fieri possent ob immanitatem criminum) in quibus magis quàm in alijs criminibus læditur publica vtilitas, & vniuersalis quies turbatur, ab alijs legibus ipsis quoque haberi iustius ac tutius est, quàm à doctrinis & rationibus doctorum varijs & diuersis, & demum arbitrio iudicum remittendis & trutinãdis, quorum aliqui postmodum vt insatiabilem fisci saccum impleant & loco rigorosorũ & vtilium fisco ipsi officialium habeãtur, in omnibus delictis etiam leuibus ab audacibus & pauperibus delinquentibus nominatorum (quos cum nummatos esse sentiant) torquendo & componendo crumenas euacuant, saluo proborum honore & pace. Ideo de criminibus exceptis à dicta regula standum est legibus certis eadem crimina excipientibus & decidentibus citatis & firmatis per glo. in d. l. fi. & in d. c. 1. & in c. nemini. 15. q. 3. & Spec. tim. de accusatore. §. 1. ver. itẽ repellitur qui fuit socius. Gand. ti. de quæst. & tormen. sub nu. 16. Guid. de Suza. de indi. & tor. num. 50. 51. 52. & ibi Bologn. in addit. Iac. de Beluis. in pract. crimi. tit. de quæst. num. 50. 51. Saly. in d. l. quoniam liberi. num. 6. C. de testib. ponit & Ant. Gomes. in comment. iur. to. 3. ca. 12. de probat. delict. nu. 16. vers. adde tamen. licet hæc vera esse de iure positiuo & non habere locũ vbi proceditur omissa solemnitate iuris & sic de iure gentium & manu regia adducit Corn. consil. 241. col. 3. lib. 4. sequitur Bossi. tit. de inquisi. nu. 44. & pro-
21 pterea per statutum posse disponi † vt credatur participi criminis idem Corn. in consi. 324. col. fi. lib. 3. Cessant & hæc adducta per Corn. & sumus in percussione illata in offensionẽ principaliter & iniuriam certæ personæ & non per personas viles, & per inimicos offensi, sumus deniq; extra casus exceptos à dicta regula. Vera igitur & communis fit conclusio, q assertio dictorum delinquentium contra B. non facit indicium ad torturam, per tex. in d. ca. 1. de confess. vbi est casus fortior in homicidio, in presbytero de se confesso propriè ex aliorũ sug-
22 gestione, ibi Bal. exponit † suggerere idem esse incitare vel consulere, & tamẽ nisi alijs modis de veritate cõstiterit, deciditur nominatos de suggestione vel consilio subdendos nulli pœnæ. Bald. ibi & Abb. in 1. notab. exponunt nec torturæ, hanc sententiam rationabiliorem dicit & tenet Cyn. in d. l. fi. in fi. & ibi Alber. ad fi. nu. 12. talem confessionẽ contra alium nihil operari dicit, & Fulgo. sequitur Cynum, sequitur & Salycetus in col. fi. nu. 10. vers. secundò oppo. vt freni temperies iudicibus imponatur, dicit ipse, idem vbi interrogatur in casu à iure non permisso tenet Franc. Brun. de indi. & tort. in d. 3. q. primæ part. nu. 25. & Ang. in l. & si certus. in princ. in fi. ad Sillan. Abb. in d. c. 1. col. pen. vers. secundo membro. Rui. consi. 7. nu. 14. & cons. 147. num. 2. lib. 5. Ias. in l. 1. §. fi. col. 2. versi. & nota diligenter. ff. de condit. ob turp. caus. idem Bossi. tit. de inquisi. nu. 51. Gemin. in tract. de testib. nu. 16. pro solido & inconcusso fundamento comprobando pluribus auctor. adducit Natt. consi. 298. nu. 2. ista
* est communis opin. Carre. in pract. cri. in l. obseruare. num. 122. refert, & hoc casu in criminibus non exceptis rem de iure nullam difficultatem habere, tenet Clar. d. §. fin. practi. crimi. in q. 21. versic. successiuè quæro.

Quatenus ex dictis Gandin. Iacob. de Beluis. & Bal. per eadem verba loquentium dicat de consuetudine seruari contrarium, & prout supra in contrarium fuit allegatum, ad hoc respondetur primò, q isti doctores loquuntur in nominato, qui sit probatus malæ conditionis & famæ & suspicionis, qđ non potest dici de dicto B. quinimò est probata eius bona fama per quam eliditur omnino tale indicium

cium contra eum Parif.confi.151.num.13.lib.4.&
Rolan.confi.16.nu.24.25.lib.1.cum concord.cita
tis per eos,quo præſuppoſito per doct.iſtos ceſſan-
te,corruit dicta conſuetudo & eorum dictum,Sal.
& Fulgo.in l.mancipia.C.de ſer.fug.& l.1.§.ſimili
modo.ff.de eo qui pro tut.ca.cũ ceſſante.de appel.
cum ſimil. Secundò,ex diſpoſitione ſtatuti in loco
debet ſeruari immediatè ius cõmune ceſſantibus
ſtatutis,& eſt derogatũ omni conſuetudini,ad do-
ctor.in l.ſi mihi.§.in legatis. de leg.1.& latè Bald.
Nouel.de dote in 6.part.in priui.21.col.fi. vt aliàs
plenè allegaui. Tertiò,in caſibus non exceptis non
torquetur nominatus, niſi fuerint indicia idonea
& ſufficientia,vt relata d. conſuetudine tenet Fran.
Caſſo.in d.tract.crimi.tit.de torm.ca.17.ſub nu.4.
referendo etiam ſi aliàs nominatus eſſet malæ con
ditionis & famæ tenet Gram. conſi.35.num.24.&
decif.28.num.17.& Ioan.de Ami.conſi.17.col.1.
num.5. ſequitur Rolan.d.conſi.16.num.18.lib.1.
ita videtur tenẽdum cum iura de nominatione ſo-
cij criminis in caſibus non exceptis indiſtinctè lo-
quantur,alio de veritate criminis non probato,er-
go indiſtinctè ſunt intelligenda.l.de pretio. de pu-
blici.vt certis legibus iam promulgatis viuamus,
& freni temperies iudicibus imponatur, per alle-
gat. ſupra.
Secundò, quoniam iſti duo fratres vltra id prin
cipalis participationis & factionis in delicto plu-
res alios defectus,diminutiones, ſuſpitiones & in-
habilitates patiuntur,ne eis in aliquo credatur con
23 tra dictum B.Nam dictus I. eſt homicida † qui re-
pellitur à teſtimonio, Caſtr.in d.l.quoniam liberi.
ſub num.2.Saly.in auct.ſi dicatur.num.9.C.de te-
ſtib.Gram.conſi.cri.61.num.2. item ambo I.& C.
ptimò cũ iuramento examinati dixerunt tale pro-
poſitum percutiendi P. non contuliſſe & nihil di-
xiſſe cum dicto B.& poſtmodum in alijs examini-
24 bus dixerunt contrarium,ſunt † periuri & pœnitus
repellendi à teſtimonio & nullam merentur fidẽ.
c.ſicut nobis.& c.teſtimonium.de teſti.& ibi plenè
per glo. & doct.Saly.in d.auct.ſi dicatur.nume.7.
Corn.conſi.157.col.2.lib.4.Tind.de teſti.lib.1.c.
12.num.4.lib.2.ca.4.nu.3.Steph.Aufr.de reprob.
teſt.nu.81.Gram.conſ.cri.44.nu.11.& Boſſi tit.de
inquiſi.nu.44.45.& ſeq. vbi etiam in duobus per-
iuris non audet firmare,ꝙ ſufficiant ad inquirendũ
25 & † periurum non facere indicium ad inquirendũ
allegando Fulg. & Dec. firmat Alci.de præſumpt.
reg.2.præſump.10.nu.2. etiam in duobus periuris
iure comprobat Rolan.conſi.73.nu.6.& ſeq.lib.1.
aliàs inter commu.opi. ponit Clar.in §.periurum.
verſi.repellitur etiam.lib.5.& Viuiu.de com.opin.
in verſi.teſtis eſſe non poteſt periurus. Adeſt etiam
euidens ſuſpicio dicti C. vt in nullo credatur ſibi
nec ſuæ torturæ contra dictum B.ob nimiam ſuam
apertam animoſitatem,oblationem & promptitu-
dinem ſubijciendi ſe torturæ cauſa conualidandi,
defendendi & manutenendi ſuũ dictum contra ip
ſum B.dum in examine ſub die 6.Martij dicit (of-
ferendomi à ſtar al parãgon con lui)& in examine
11. dici Martij, dicit (non ho penſiero niſſuno di
far ogni parangon con il B.)& in alio ſub 16. Mar
tij,dicit,(Io lo direi trenta milla volte & la contra
ſtaria con tutto il mondo, io ſon per hauere la cor
da) & poſt torturam illatam dum dicit (Signore ſe
io haueſſe cento ſtrapate di corda non poſſo dire
altramente) ex qua quidem oblatione ſpõtanea &
animoſitate patiendi torturam pro teſtimonio fir-
mando contra dictum B. taliter effectus eſt ſuſpe-
ctus,vt nihil credi tali ſuo teſtimonio debeat, per
ea quæ ſupra allegaui contra illos duos teſtes pari-
ter ſic animosè deponentes contra dictũ B.in ver.
26 vlterius ex abundanti.ita † nominatio ſocij crimi-
nis, vbi ſuſpecta deprehendi poteſt, non operatur
contra nominatum,in ſpecie tradit Saly.in d.l.fin.
col.fi.verſi.ſecundò oppo. C.de accuſ.alios allegã
do ſequitur Franc.Caſſo.de tormen. d.c.17.in fin.
Præterea, primo dicto C.exculpanti B.ſtãdum eſt
& non illi confirmato in tortura illata C. in ſe pro
pter dictam variationẽ requiſita,per tex.in l.1.§.ſi
quis vltro. ff.de quæſt. ibi, vt ad certiorem ipſius,
de ſe confeſſionem perueniret, & per l.qui falſa.ff.
de teſtib.quia debilior eſt confeſſio cum tortura in
ſe & in alium illata,Bar.in d.l.1.§.quæſtioni. in fi.
pro nota. ſequitur Aret.conſil.61.col.1.Dec.conſi.
189.col.7.verſi.non ob.ꝙ ſecundum.vbi in termi-
nis loquitur.& Carrer.in d.practi. crim.num.122.
Gram.conſi.cri. 59.num.7.vot 34.num.11.& con
ſil.crimi.35.ad fi.ſic pro ſolida concluſione ꝙ non
credatur periuro cum tortura pertranſit Boſſi.titu.
de inquiſi.num.46.
Concurrit etiam alia manifeſta ratio repellendi
iſtos principales delinquentes à teſtimonio feren-
do contra B.ob eorum proprium commodũ quod
ſperant conſequi à dicto B. pro damnis & intereſ-
ſe per eos paſſis iſta de cauſa, vt eorum vterque in
vltimo examine proteſtatus eſt,itaque ex eorũ exa
mine alio verè non apparẽte, nitentes conuincere
B. de prætenſo conſilio & perſuaſione & ſperantes
commodum nullam fidem merentur per l. nullus.
ff.de teſti.& l.omnibus. C.eo. tradit Fulgo.conſil.
174.col.1.ver.& ſi quidem ex ipſo negocio. Alex.
conſi.107.col.2.nu.4.5.lib.1. hæc alia intentionis
nominantis ſe indemnem conſeruari à nominato
ex eadem cauſa prætendentis ratio addenda eſt cæ
teris rationibus aſſignatis in d.l.fi. vt non credatur
tali confeſſioni contra nominatum per d.l.fi. vti ſu
ſpectæ ſic effectæ, vt modo dixi, propriè Salycetũ
tradidiſſe. Vnde ſtantibus his tot defectibus de-
ſtruentibus contrariam depoſitionem dicti C.etiã
cum tortura quaſi ſpontanea,& magis depoſitionẽ
d.I. ſine tortura, intrepidè concludendum eſt, has
depoſitiones principalium participum & auctorũ
criminis in caſibus exceptis,& tanto fortius in ca-
ſu non excepto & etiam leui, non facere indicium
ad torturam contra ipſum B. per communes con-
cluſiones paſſim & in terminis firmatas per docto.
in d.l.fi. & in d.c.1. & in d.c.ſicut nobis. & in d.c.
teſtimonium. Dec.d.conſi.189.col.7.verſic.tertiò
ad dictũ.Blan.de indici.nu.389.vbi etiam cũ tor-
tura

tura in casu non excepto clarius Rolan. consil. 16.
nu. 18. lib. 1. & latè Ant. Angu. in mater. cri. consi.
3. nu. 8. & seq. & in periuro Alci. de præsumpt. reg.
2. d. præsumpt. 10. ad fi. in socio & participe patien
te plures defectus Ruin. d. consi. 147. col. 2. sub nu.
3. lib. 5. & Nat. d. consi. 298. nu. 6. & seq. Gram. con
si. cri. 38. num. 8. 9. 16. Rolan. d. consi. 16. sub num.
18. 19. 20. & d. consi. 73. num. 25. cum præceden. &
vbi obstat periurium se nullo modo scire responde
re: quia nec posse responderi dicit Bossi. d. titul. de
indic. sub nu. 156. etiam vbi adhibeatur tortura fa-
tetur ibi idem esse de iure, tamen aliter seruatur à
practicantibus q vbi aliud sit adminiculum deue-
nitur ad torturam, dico in casu isto id fore seruan-
27 dum, quod est de iure: quia † non quod Mediolani
factum est sed quod fieri debet attendendum est,
per tex. in l. sed licet. ff. de offic. præsid. ibi non tam
spectãdum est quod Romæ factum est quàm quod
fieri debeat, quia periurus emendatus per torturã
vel alio modo semper repellitur à testimonio &
per alias solidas rationes ita in terminis respondẽ
do probat Ant. Angus. d. consi. 3. nu. 10. & seq. ces-
satque illud aliud adminiculum hic quia nulla cau
sa neq; inimicitiæ probatur hic, quam B. posset ha
bere persuadendi percuti P. vt in specie adducit sic
Gram. in decis. 28. num. 24. & adsunt tot alia elidẽ
tia & dicta dictorum fratrum & torturam dicti C.
quòd nullum contra B. indicium faciunt per supra
adducta.

Nec obstat dictum duorum sociorum, quia tan
tum est vna qualitas indicij, vt per Blanc. de indic.
num. 385. & ex defectibus pluribus supra adductis
contra eos in specie respondit Rolan. d. consi. 16.
sub num. 18. & d. consi. 73. nu. 16. & seq. lib. 1. vbi
& plura in materia pro hac parte adducit, idẽ Gra-
mat. d. consi. 59. nu. 6. & consi. 61. num. 1. sic in plu
ribus etiam indistinctè tenet Alexã. consil. 132. ad
fi. lib. 1. & maximè in duobus periuris Bossi. d. titu.
de indic. num. 159.

Nec illud de testibus in subsidium admittendis
refragatur, quia procedit in crimine coniurationis
vt in terminis respondit Corn. d. consi. 58. colum.
penul. & fin. lib. 1. & Gram. d. consi. 59. num. 18. &
Natt. dicto consi. 298. nu. 9. ita exemplificat Plot.
de in lit. iuran. §. 4. nume. 28. huius autem senten-
tiæ rationem non ideo esse subsidium probationis,
sed consensum eius contra quem est facta coniura
tio pro admittendis testibus ex coniuratis esse ve-
riorem rationem existimat Feli. in alleg. ad ipsam
sententiam. c. fi. vltra med. in versi. in tex. ibi ad te-
stimonium. de testi. cogen. sequitur Gram. d. consi.
59. in fi. vbi etiam num. 12. 16. 17. clarè respondit
ad regulam de testibus inhabilibus non admitten
28 dis, vbi † casualiter & accidentaliter non possunt
haberi alij testes ad probandum actum, vt magis
communiter contingit in actibus hominũ, in acti-
bus verò ex natura eorum certo restricto modo &
certo loco gestis interuenientes hi tales quales
sint etiam inhabiles pro testibus admitti possunt,
vt post Ant. de Butr. omnes declarant in ca. tertio
loco. de prob. & Ias. in l. 1. in 1. lectura. in fi. de sum.
Trin. & fide cath. & in l. prætor ait. §. cogentur. col.
2. ff. de edẽ. & in suis reg. Diaz. reg. 759. etenim in
specie testes inhabiles de gestis per eos cum alijs
non posse ferre testimonium contra illos alios fir-
mare Anch. Dec. & Marsi. in consi. suis per eum al
leg. idem Gram. dicit d. consi. 59. nu. 17. & proba-
tur per tex. in d. c. 1. de confess. vbi suggestio & cõ-
sultatio ad homicidium confessa per homicidam
sibi ab alio facta verisimiliter non potuit esse nisi
secretè & occultè facta, & tamen attestatio homi-
cidæ reijcitur, idem disponitur in d. l. fi. C. de accu
sa. & in l. si filium. C. de liber. ca. & in d. l. quoniam
liberi. & in d. c. veniens. quòd socij criminis confes
sio vel attestatio non admittatur contra nominatũ
in crimine ipso, quod quidem vt plurimum clam
committi consueuit, quia malè agentes oderunt lu-
cem, Igitur non est vera inductio, & est contra di-
cta iura, q socius criminis contra nominatũ in de-
fectum probationis probare possit, idque fieri non
debet per l. non dubium. C. de legi. cum similib. &
semper dici posset alias probationes deficere, & p-
pterea socios criminis in defectum probationum
semper admittendos fore, ita dicta iura frustra oc-
cuparent membranas, quod non est dicendum. l. 3.
in princ. ff. de iureiur. l. si prætor. in prin. de ludi. &
l. 1. ad fi. cum ibi nota. ad municip. & l. qui bis idẽ.
de verb. oblig. licet doct. citantes sententiam con-
trariam solum allegant d. c. fi. de testib. cogen. & se
cundùm hoc intelliguntur loqui in crimine coniu
rationis, & non in casu nostro. Ita tandem & pror-
sus sublata remanent omnia prætensa indicia con-
tra d. B. Qui ideo sine alia vexatione relaxari de-
bet, nam si qualisqualis cõtra eum aliquando fue-
rit suspicio, eius sufficientem purgationem & pœ-
nã luit & passus est stando reclusus per plures men
ses in tremẽdo & dispendioso carcere arcis, in quo
receptus etiam pœnam sustinere dicitur. l. 3. in fin.
ff. de custo. reo. Atque ita de iure puto responden-
dum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXIX.

A R G V M E N T V M.

Consilium decisiuum super reformatione cuiusdam sententiæ arbitralis.

S V M M A R I V M.

1 *Reclamationem à laudo appellationi similem.*
2 *Periuros ab audientia iudicis esse repellendos.*
3 *Modus probandi in reductione est difficilis valde.*
4 *Testamentum non grauat non honeratos.*
5 *Confessio tutorum facta per modum contentiosa iurisdictionis*

dictionis præiudicat pupillo.

6 *Iuramentum aliquando probationem iam factam declarat.*

7 *Effectus non modus curandus.*

8 *Arbitratores fidem adhibere scriptura priuata & sequi veritatem vndecunque habeant, etiam per garritam autum.*

9 *Probationes respiciunt decisoria iudicij.*

10 *Ponens dicitur fateri, quod in positionibus dicit.*

11 *Dotationes debent fieri de communi inter socios omnium bonorum.*

12 *Negocium vtile vbi non sit gestum, actio cessat.*

13 *Neminem posse sine actione contra alterum experiri.*

14 *Pœna ab illo exigenda contra quem est scripta.*

15 *Fratres tenētur sororem dotare ex eodem patre natā.*

16 *Rei suæ quilibet potest imponere legem, quæ sibi placet.*

17 *Solutum mandato alterius etiam non existens in obligatione mandantis; sed ei expediens quòd soluatur, potest repeti actione mandati.*

18 *Quæri non oportet cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur.*

19 *Testatoris voluntatem vti legem seruandam.*

20 *Diuisio vt non fiat inter aliquos ad certum tempus disponi posse.*

21 *Minor non potest prouocare ad diuisionem.*

22 *Causam finalē præsumi ex qualitate personarū, quòd quis aliàs non erat facturus.*

23 *Expressum facit cessare tacitum.*

24 *Causa finali non secuta agi potest condictione ob causam pro restitutione datorum.*

25 *Præfatio seu prœmium ostendit euixam mentem, voluntatem partium & finalem causam.*

26 *Pactum dicitur duorum pluriumve in idem placitum & consensus.*

27 *Obseruantia contentorum in aliqua dispositione videtur de nouo inducere cōtractū & alia multa operari.*

28 *Dictio A, est exclusiua.*

29 *Lex cum disponit de tempore respectu actus, tempus incipit currere à die illius actus.*

30 *Omne quod fit, in tempore ipso fit.*

31 *Periurium quem non incurrere sine dolo.*

32 *Dolus non cadit in pupillo non probato doli capace.*

33 *Audientia periuro ad causam concessa est vsque ad sententiam per processum ad vlteriora non obstante oppositione periurij.*

34 *Iudex parte non excipiente non repellit agentem.*

35 *Appellatio datur à laudo arbitrorum ex necessitate statuti electorum, & nu. 53.*

36 *Appellationis in causa non probatum probabo.*

37 *Paria sunt non habere ius, & habere sed non posse probare.*

38 *Testis de auditu alieno non probat.*

39 *Confessio facta etiam per verbum credit, cum sit de facto alieno non probat.*

40 *Minor si interuenit in iudicio cum eo contestatur lis auctore tutore.*

41 *Confitens si non erat dominus litis, non præiudicat domino.*

42 *Testes tractantes de se exonerando non probant.*

43 *Idem si tractatur de exonerando patrē ipsorum testiū.*

44 *Probationes plenè facta requiruntur per duos vel tres testes etiam in causa arbitramentali.*

45 *Confessiones validæ sunt & probant contra libellantes & scripturas producentes contenta in libello & scripturis.*

46 *Dos filiarum vt constituatur de communi requiritur secundū aliquos quòd societas pacto expresso sit inita.*

47 *Verba libellantis ambigua vt pro libellante, ita verba rei ambigua excipientis pro reo interpretantur.*

48 *Contestatio litis inducta est per responsionem factam libello & negatione petitorum.*

49 *Communicatione lucrorum probatur societas tacita.*

50 *Tituli à primordio posterior formatur euentus.*

51 *Hæres tenetur rationem reddere administrationis defuncti.*

52 *Arbitramentum qui defendit debet probare & concludere, quòd inspecto dubio euentu litis æquè arbitratum est arbitrator.*

54 *Sententia ferri potest pro altera parte non appellante à sententia continente vnum vel plura capitula connexa.*

55 *Societas morte alterius sociorum soluitur.*

56 *Dos sine matrimonio esse non potest.*

57 *Circuitus est euitandus.*

58 *Rigor iuris & non fauor seruandus est contra dolosè versantes.*

DEVS ADIVTOR.

VIsis ac perlectis scripturis factis & actitatis in causa reductionis ad arbitrium boni viri, vertente inter Hieronymum de Ponzanellis & eius tutores de Carraria, & Antonium & Thomeum dicti Hieronymi fratres patrueles ex altera parte, & ex rescripto Illustrissimæ Dominæ Marchionissæ decidenda ex consilio sapientis. Equidem consultus censeo posse & debere per Dominū Iudicem iuri consonam & æquitati sententiam ita proferri. Quod reformando laudum à quo reclamatū est, & illud ad debitam formam reducendo, condēnet dictos Antonium & Thomæum ad restituendum & soluendum dicto Hieronymo seu eius tutoribus in totum scuta septuaginta & vnum auri pro totidem de bonis dicti Hieronymi iam solutis magistro Petroantonio Francisci Ghetti de Carraria marito dominæ Magdalenæ sororis ipsorum Antonij & Thomæi. Et de bonis communibus ad faciendum duas partes æquales, vnam dictis Antonio & Thomæo assignandam. Alteram verò assignandā dicto Hieronymo seu eius tutoribus. Partes ambas ab expēsis iustis de causis &c. & ab alijs hincinde petitis absoluendo. Rationes huiuscemodi mei consilij maximè super controuersis articulis ipsius causæ hincinde, modis, qui sequuntur, discutiendas & probandas duxi.

1 Licet namque primò videretur † dictam reclamationem appellationi similem, Bapti. de sancto Blas. in tracta. de Arbitr. in med. par. in q. 76. num. 52. & Blanc. Pataui. de compro. in vlt. q. nu. 11. 27. non

non esse admittēdam vti interpositam in decimo
die à quo fuit prolatum laudum, & non expressa
hora qua fuit facta reclamatio, vt exprimi requiri
tur, sicut in appellatione dicitur, vt constare possit
esse reclamatum intra 10. dies, cum tempus currat
de momento ad momentum, vt tradit Præpos. Me
diolan. in c. personas. col. 2. vers. sit tamen cautus.
& in c. ex ratione. col. 2. vers. vnde dixit. de appell.
& Felyn. in c. quod ad consultationem. col. penul.
versi. quarta conclusio. de re iudi.

Secundò, constat ex actis notarij dictum Hiero
nymum & tutores reclamantes fuisse præsentes &
intelligentes publicationi dicti laudi, & in scriptu
ra reclamationis interposita in 10. die à publica-
tione & notificatione dicti Laudi continetur iura
mentum reclamantium q sunt octo dies vel circa
dictum Laudum peruenisse ad eorum notitiam,
2 vnde habetur in hoc eos esse periuros † & sic repel
lendos ab audientia iudicis, glo. in c. paruuli. 22. q.
5. Spec. in tit. de acto. §. 1. versi. item quòd est per-
iurus. & c. dilecti. & ibi Dec. in 3. not. de excep. di-
* cit quòd communis conclusio est periurum repelli
ab agēdo in causa in qua commisit periuriū. Idem
Cur. Iun. consi. 17. nu. 9. in fi. Aymo consi. 7. n. 12.

Tertiò, sumus in arbitratoribus assumptis super
lite, ad quorum laudi iniquitatem detegendā pro
bationes debent concludere, q cum iudicauerint,
tunc sic erat æquū per tales probationes, quas ha-
bebant, non autē per probationes de nouo super-
uenientes, vt docet Bart. in l. si societatem. §. arbi-
trorum. nu. 28. versi. sed quæro quid habet proba-
re. ff. pro soc. latè prosequitur Abb. consil. 64. col.
2. lib. 1. Zab. consi. 139. col. 7. & seq. & Corn. cons.
221. col. 6. versi. pro quo etiam facit. lib. 2. & mo-
3 dus † probandi in reductione est difficilis valde,
dicit Bal. consi. 67. quia ex facto. col. 2. ad fi. versi.
sed etiam. lib. 3. Sed tempore laudi circa scuta 71.
petita per reclamantes ob contrauentionem An-
tonij & Thomæi petentium diuisionem fieri bo-
norum communiū ab ipso Hieronymo contra te-
stamentū Ioannini patris d. Hieronymi & de qui-
bus scutis 71. solum agitur pro parte reclamantiū,
aliam probationē arbitratores non habebant nisi
testamentum d. Ioannini in causa tūc productum,
4 † quod quidem non ligat neque grauare potest di
ctos Antonium & Thomęum non hæredes neque
ab eo honoratos, argumē. l. ab eo. C. de fideicom.
& l. filiusfam. §. 1. de leg. 1. legatum autem scuto-
rum 75. est factum D. Magdalenæ pro parte dotis,
vt in testamento dicitur, nulla enim alij quàm cui
factum est adimi potest. l. legatum nulli. de adim.
leg. Quinimò in dicto testamento expressè caue-
tur, quòd in casu contrauentionis diuisionis peti-
tæ vel attentatæ per dictos Antoniū & Thomæū
priuatur Magdalena quòd habere non debeat di-
cta scuta 75. verba testamenti sunt clara, à qui-
bus non est recedendum. l. ille §. 1. l. non aliter. in
princ. de leg. 3. videtur ideo per contrauentionem
factam dictorum Antonij & Thomæi d. Magdale
nam posse priuari dicto legato, Bar. & doct. in l. pa
tersam. testamento. ff. de hæred. instit. ita peti non
posse scuta 75. ab ipsis Antonio & Thomæo.

Quartò, videtur probari dictum Laudū æquū
& non iniquum, lis est enim duntaxat pro parte di
cti Hieronymi ex causa dictorum scutorū 75. ex
aduerso Antonius & Thomæus adducunt ipsum
Thomæum misisse ex Vrbe Romæ scuta 50. acqui
sita ex sua industria conseruanda Ioannino patri
dicti Hieronymi vt in 3. positione suarum positio-
num, cui respondendo tutores Hieronymi faten-
tur, sed nesciunt quantitatem, vnde probato credi
5 to per confessionem tutorum † quæ præiudicat pu
pillo facta per modum cōtentiosæ iurisdictionis,
Bar. in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess. & in
l. quoties. §. sicut. de admin. tut. quantitas per iura-
mentū creditoris probari posset, Dec. in l. in actio
nibus. sub num. 13. ff. de in lit. iurand. & in l. fi. nu.
24. C. de eden. & in c. 2. col. antepen. vers. septimò
statutum. de proba. Marsi. in sing. 322. idem Alex.
consil. 69. col. pen. ad fin. num. 7. lib. 2. & Boer. in
6 decis. 243. in fin. & † iuramentum isto casu non di
citur probare sed probationem iam factam decla-
rate, per ea quæ tradit Castr. consil. 361. col. 1. lib.
2. hoc iuramentum videtur per ponentes præstitū,
quando in proœmio positionum per eos iuratur
positiones esse veras, ita iuramēto firmata est quā-
titas scutorum 50. contenta in d. 3. positione respe
7 ctu declarationis fiendę cum iuramento effectus †
est idem, ergo non est curandum de modo l. cum
seruus. de verbor. oblig. l. item veniunt. §. à quo ff.
de peti. hæred. cum simil. hæc probatio videtur cō
firmata in causa reductionis, seu appellationis per
plures testes licet non concludenter probātes, sed
persuasiuè, quibus per arbitratores posset credi,
8 Dec. consil. 178. in fin. possunt enim arbitratores †
fidem adhibere scripturæ priuatæ & sequi veritatē
vndecunq; eam habeant etiam per garritum auiū
ex dicto Hostien. in c. Quintauallis. de iureiur. &
Bald. in l. fin. C. de contrahen. emp. probat Aymo
consi. 263. sub nu. 3. & in tract. de antiq. tempo. in
1. par. nu. 292. 293. & seq. His pariter videtur posse
credere Iudex reductionis, cum surrogatur in lo-
cum arbitratoris, saltem quoad modum decidēdi,
Blanc. Pataui. de compro. in 10. q. sub nu. 20. vers.
præterea in his. Salyc. in l. si societatem. nume. 26.
versic. 12. quæro. pro soc. facit. l. pen. iud. sol. & l. li
9 cet. in fin. C. loca. & † probationes respiciant deci-
soria, Bar. in l. ictus. in fin. ff. de his qui not. infam.
Roch. de Cur. in c. fin. col, 233. de consuetud. Rui.
consi. 69. num. 6. lib. 4. Dec. in l. non est nouū. col.
1. C. de eden. Felyn. in c. quod clericis. in fi. de for.
competen. Itaque habita ratione dictorum 50. scu
torum & condemnationis factæ contra dictos An
tonium & Thomæum de bonis communibus ad
fauorem dicti Hieronymi pro scutis 24. ad scuta
71. petita, Hieronymus non videtur læsus in tertia
parte, qua læsione cessante petita reductio cessat
Bart. in d. §. arbitrorum. & Canon. in d. c. Quinta-
uallis. de iureiuran.

Quintò, in positionibus Hieronymi reclaman-
tis

tis continetur confeſſio ipſius Hieronymi de ſo-
cietate generali communicationis omnium lu-
crorum & expenſarum tam circa perſonas quàm
res vtriuſque familiæ exiſtente inter Andream q.
patrem Antonij & Thomæi & Ioanninum q. pa-
trem Hieronymi per annos 30.& vltra & poſt eo-
rum mortem continuando inter eorum & cuiuslì
bet eorum filios,quam poſitionem Antonius faſ-
10 ſus eſt,& ipſe Hieronymus dicitur fateri † quod in
poſitionibus dicit, per tex.in c.fi. & gloſ. in c. 1.de
confeſſ.in 6.cum ſimil. Vnde Ioanninus dotando
in teſtamẽto de communi ſororẽ Antonij & Tho
mæi ſociorum aliàs ab eis dotandam, per quod te
ſtamentum etiam fit dotatio,Bar.in l.Titio centũ.
§. Titio genero.col.fin.& ibi Caſtr.& Imo.de cõ-
dit.& demon.dicitur feciſſe illud ad quod teneba
11 tur,quoniam huiuſmodi dotationes † fieri debent
de communi inter ſocios tales omnium bonorũ,
Alex.ſi eius eſt,conſil.70.lib.5.larè defendit Dec.
cõſulendo conſ.66.68.& legendo in auc. quod lo
cũ.col. fi.C.de coll. & latius Rui. conſ.104.lib.1.
ergo legatum dotis d. Magdalenæ ſic neceſſitate
factum omnimodo debetur.l.rẽ legatã. de adi. le.

Sextò,dato etiam quòd ſocij non eſſent, ceſſat
repetitio dictæ dotis in portione bonorum Hiero
nymi,ſeu eius patris conſtitutæ eo prætextu,quòd
geſtũ ſit negocium aliàs gerendũ per dictos An-
tonium & Thomæum in dotando eorum ſororẽ:
quia ex proceſſu videtur conſtare talem dotẽ fuiſ-
ſe nimis exceſſiuam ſecundum facultates & cõdi-
tionem ipſorum fratrum & ſolitum morem inter
ſuos conſtituendi dotes,iuxta l.cum poſt. §.gene-
ro.in fi.ff.de iure do.& l.ſi filię.& ibi not.per doc.
12 de leg.3.vbi enim vtile † non ſit geſtum negociũ,
actio ceſſat.l.ſed an vltro.§.1.cũ l.ſeq.ff.de ne.ge.
13 Septimò, vulgò ſcitur † neminem poſſe ſine
actione contra alterum experiri.l. ſi pupilli. §.fin.
& ibi glo.ff.eo.cum ſimil. Sed nulla actio videtur
competere Hieronymo contra dictos fratres pro
petitis ſcutis 71. Nam primùm inſpiciendo ver-
ba dicti teſtamenti, quod etiam (vt ſupra dictum
eſt) non ligat dictos fratres,videmus ipſa verba ſo
nare in caſu contrauentionis non ſeruatæ condi-
tionis ſeu modi de ſtando in communi cum ipſo
Hieronymo per decem annos impoſitæ dictis fra-
tribus, quæ dependens etiam ex facto vel non fa-
cto tertij legato aſcribitur. l. in facto.de condit.&
demon. quòd d.Magdalena non habeat dicta ſcu
ta legata de bonis dicti teſtatoris nec ſui filij pœ-
na priuationis eſt impoſita Magdalenæ,quæ vali-
dè etiam ex facto tertij imponitur, nota.docto.in
d.l.paterfam. ff.de hæred.inſtit. igitur contra eam
ne habeat,eſſet agendum non verò contra fratres,
14 vt † pœna exigatur contra quem eſt aſcripta, per
not.in glo.fin. & ibi per doct. in l.ſancimus. C.de
pœn.Præterea, ſi diceretur dictum legatũ ſub con
ditione ſeu modo præſtandum implendum per
dictos fratres Mutiana cautione præſtita, & ea nõ
præſtita ſolutum poſſe repeti condictione indebi-
ti, vt l. ſi quis cum à fideicommiſſario. & l.ex his.
ff.de condi.indebi. competeret quidem hæc actio
contra illum cui quoquomodo facta eſſet ſolutio
& non contra illum cui proficit, text.& ibi doct.in
l.his ſolis. ff.eo. ideo nõ contra dictos Antonium
& Thomæũ, quibus etiam dictæ dotis ſolutio pro
deſſet:quia liberati remanent à dotatione ſororis,
ſed contra dictum maritum Magdalenæ,cui facta
eſt ſolutio daretur actio ad repetendum indebitè
ſolutum d.l.his ſolis. eò maximè quia ipſe ſciebat
talem conditionem ſeu modum eſſe appoſitum di
ctæ relictę doti per Ioanninum in ſuo teſtamento,
vt continetur in præſatione inſtrumenti receptio-
nis dotis prædictæ habitę per dictum maritũ con-
tra eum probantis per l. optimam. C.de contrah.
& com.ſtipul.& ſic contra eum ſcientem non eſſet
iniurioſa dicta repetitio, argum. l. cum donatio-
nis. C.de tranſact.& l.nemo fraudare.de regu.iur.
forſan iſto caſu non procederet quod dicit lex de
marito recipiendo dotem gerente ſuum negociũ.
ſic non debent decipi,l.ſi donaturus. §.1.ff.de con
dict.cauſa dat.

Tamen his rationibus pręmiſſis & ſimilibus cõ
trarijs minimè refragantibus exiſtimo ſententiam
in ſpecie propoſita, quam ſuperius formaui, de iu-
re veram iureq; ipſo clarè defendi poſſe. Nam iu-
ris eſt certi & multiplici iure demonſtratur dictos
Antonium & Thomæum fratres fuiſſe obligatos
ad dotandam Magdalenam eorum ſororem aliun
de non habentem maximè vnde ſe dotare poſſet.
Primò,ex lege municipali Carrariæ.c.17.lib.2.ex
cludente eam ſororem ab hæreditate parentum &
mandante ipſos fratres ſuccedentes debere eã do
tare decenter, & ſic tenebantur dotare condictio-
ne ex ſtatuto, tradit Alex conſil.7.col.pen.nu. 19.
verſi.ſed d.dominæ. lib.2. cum pluribus concord.
tractatui ſuo conuenientibus congeſtis ab Alber.
Brun.de ſtatu.fœmi. exclu.in art. 11.in princ. De-
inde & iure communi tenebantur vt hæredes An-
dreæ eorum communis patris iam obligati ſuam
filiam dotare.l.fi. C.de dot.promiſſ.l. qui liberos.
de ritu nupt. pariter & eius hæredes tenentur, Bar.
in l. ſi marito.§.ſi voluntate.ſolut.matr. cum con
cord. ſimiliter collectis per Brun.dicto tract.in 9.
artic.in ſecundo caſu q.1.colum.2. & Ruin.conſil.
27.colum.4.in fin.lib.3.& conſil.138.nu.2.lib.4.
Tenebantur & tertiò dotare ſuam ſororẽ non ha-
15 bentem vnde ſe dotaret,cum † ita fratres teneãtur
ſororem dotare ex eodem patre natam, per glo.in
verſi.alio patre.in l.cum plures. §.cum tutor.ff.de
admini.tut.ibi Barto.& Raphael.Cuma.probant.
idem glo.Cyn.Bald.& Saly.in l.non omni. C.eo.
& Caſtren.conſi.435.ad confirmationem.colum.
2.verſicu.præterea & vltimò.lib.1.& Abb.conſil.
12.colum.pen.in 7.dubio.lib.1.Campeg.in tract.
quòd ſtanti.maſcu.in 1.quæſt.num.2. Bal.Nouel.
de dote in 6.par.priuile.16.colum.3.verſic.in fra-
tre.Guid.Pap.in deciſ.96. ad fin. & deciſ.439.nu.
7.Afflict.deciſ.Neapo.371.nu.3.Boer.deciſ.129.
* num.7.ita eſt communis opinio.Rip.in l.1.nume.
83.ſoluto matrim.Soci.conſi.17.colum.pen.ver-
ſi.præterea.

si.prterea.lib.1.& consi.57.col.6.num.24.lib.4.
Non autem sic de patruo dici potest,quoniam iure
cautum non reperitur, cum teneri ad dotandã ne-
ptem ex fratre,ita cum non teneri firmat Angel.in
d.l.1.col.1.in fi.sequitur Bal.Nouel.in d.versic.in
fratre.modo alleg.
Quamobrem dicendum est, per dotationem in
parte factam Magdalenæ in testamento Ioannini
etiam patrui gestum esse vtile negociũ ipsorũ Ant.
& Thomæi,per ea quæ tradit Castr.consi.96.si di-
cta Cornelia.supra fi.versi.nec obstat.lib.2.& Bal.
Nouel.in d.tract.in 6.par.in priui.3.nu.5.6.versic.
nec ibi distinguitur.ꝙ extraneus vel coniunctus do
tando aliquam habentem eum qui teneatur eã do
tare, dicitur gerere vtile negocium huius obligati
dotare,ideo ab isto posse repetere datam dotem a-
ctione negociorum gestorum, quod Bal.Nouel.di
cit bene nota.ad limitationem.§.accedit.l.1. C.de
rei vx.act.vt dos ab extraneo data nõ cẽseatur do-
nata mulieri habenti alium sibi obligatum eam do
tare, licet contra hoc dictum videatur tenere Soc.
consi.291.colu.7.vers.sed præmissis.lib.2.sequitur
Rui.consi.65.nu.6.libr.4.ꝙ imò extraneus censea-
tur donare per d.§.accedit.sic tenendo Sal.in l.fin.
in 3.q.C.de dot.promis. Tamen in hac nostra spe-
cie Salyceti,Socini & Ruini sententia non aduersa
tur, quia Ioanninus faciendo tale legatum pro par
te dotis Magdalenæ non mero animo donandi fe-
cit sed conditione & modo apposito, vt fratres d.
Magdalenæ qui eam tenebantur dotare, vt modo
dictum est,deberent stare in cõione per x.ann.cum
Hieronymo pupillo suo filio & cũ bene instruere
& facere adire scolam Grammaticæ,aliàs ꝙ d.lega
tum non debeatur,hoc.n.est quoddam pactum seu
ius reseruatum limitans donationem resultantẽ ex
d.legato seu dotatione, quod à principio ẽt extra-
neus potest ascribere dotationi factæ mulieri, cir-
ca stipulationem restituendi sibi, vt apertè disponi
tur in d.§.accedit. pari modo etiam circa tale quid
aliud seruandum propriè in donationibus, & si nõ
seruatur est locus repetitioni, vt l.2.§.fi.& l.seq.ff.
de dona.& l.2.C.de cond.ob ca.dat. & toto tit.C.
de don.quæ sub mo.sic & non aduersatur d.contra
ria sententia, dum in oppositum donationis præ-
sumptæ vrgent coniecturę,adducit Menoch.in lo-
cuplete tractat.de arbit.iud.lib.1. Cent.1.casu 88.
nu.41.Idem & in legatis conditiones & modi ser-
uandi sunt,tot.tit.de cond.& demon. & C.de con
16 dit.inser.quia † rei suæ quilibet potest imponere le
gem quæ sibi placet.l.in re mandata. C.man.con-
cord.& sim.dictis exornare assumpsit Aymo cons.
217.nu.1.& sequ.adeo ꝙ in rebus suis quis maiorẽ
habet potestatem q̃ princeps vel statutum habeat,
ponit idem consi.11.nu.16. & Ripa in l.1.in prin.
colum.2.num.2.de verb.oblig.
Quatenus ergo in executione legati dotis præ-
dictæ eam simul de bonis cõibus soluendo d.Hie-
ronymus hæres Ioannini patris,& Anto.& Thom.
consenserint,vt legitur in instrumento dotis prædi
ctæ receptæ per maritum d.Magdalenæ, nempe di
cuntur ipsi Anto.& Thomęus mandasse Hierony-
mo ꝙ de suo(vt in d.testamento disponitur) dimi-
diam dotis prædictæ solueret,postquam d.testamẽ
to non essent astricti, & solutio cedit ad vtilitatem
& commodum eorum,vt ostensum est, ideo tenen
tur d.Hieronymo pupillo actione mandati. l.1. &
l.si remunerandi.§.si passus.ff.man.& l.si negociũ.
& ibi gl.communiter approbata,teste Alex.ibi. C.
de neg.gest.& l.si quis delegauerit.in fin.ff. de no-
17 uat. & ibi Ang.Cast.& Imo.& † solutum mandato
alterius etiam non existens in obligatione mandã
tis, sed ei expediens ꝙ soluatur potest repeti actio-
ne mandati.l.si quis pro eo.& ibi glo.fi.ff.mand.&
ibi Bal.& Salyc.not.hæc autem possent habere lo-
cum casu quo testamentum Ioannini non ligaret
Anto.& Thomæum, idq; non esset attendendum.
Verum & secundò, cum hoc legatum dotis re-
spiciat cõmodum fratrum ad sororem dotãdam,
vt proximè edocuimus,validè onerati sunt isti fra-
tres in eo quod disponitur in dicto testamento,per
reg.l.ab eo. C.de fideicom. & l.sed & si sic.§.1.de
leg.3.vtrobique doct.tradunt, accedente eo ꝙ sol-
uendo dictam dotem vigore & præfatione d. testa
menti dicuntur agnouisse & se astrinxisse ad onus
conditionis seu modi standi per x.an.in cõione cũ
Hiero.impositũ pro causa finali(vt modo dicã) le-
gati scutorum 71.de bonis testatoris soluẽdorum,
per gl.in versi. portione. in l.Titia cũ testamẽto §.
qui inuita.& l.cũ ab vno. de leg.2.& l.si cum lega-
tum. de cond.& demon.& l.1.§.pro secũdo.de ca.
toll.tradit Castr.consi.193.super isto puncto. in fi.
lib.2.& Alex.consi.102.col.2.num.6.lib.1.Quod
quidem onus modumq; ipsum per actus successi-
uos requirentes perseuerantiã standi in cõmunio-
ne cum Hieronymo per decem annos absque alia
interpellatione, Soci.consi.174.col.2. ad fi.& col.
pen.ad fi.lib.2.& Corn.consi.7.col.fi.lib.1. Afflic.
decis.341.sub nu.5. cum d.fratres non obseruaue-
rint prouocando ad diuisionem & habitationis &
bonorum factam per eos cum d.pupillo, & d.lega
tum per ipsum pupillum hæredem solutum d. Mag
dalenæ seu eius marito eorum creditori,& de eorũ
voluntate dicatur eis solutum.l.solutum.in prin.ff.
de solut. tenentur enim d.fratres restituere d. Hie-
ronymo pupillo d. scuta 71. vtili condictione sine
causa vel ob causam, & cum in casu contrauentio-
nis testator legatum illud prestari noluerit, est deci
sio text.in l.liberto. §.Lucius. de an.leg. ibi iuncta
gl.in versi.vtili repetitione. & eo qđ ibi Bar.& alij
not.& Alex.d.cons.102.col.1.vers.secundò princi
paliter.lib.1.allegando etiam.l.si hęres.ff.de cond.
ob cau. & Bar.in l.quibus dieb.§.Termilius.in vlt.
col.de con.& dem. Quæ decisio loquens in legata
rijs habet locum & in specie nostra, in qua fratres
isti põt dici legatarij, cũ legarũ cõmodũ eorũ respi
ciat, vt ante probaui, & adduco tex.in l.cũ pr.§.do
18 nationis.de leg.2.ibi.nõ.n.q̃ri † oportet cũ quo de
supremis qs loquañ,sed in quẽ volũtatis intẽtio di
rigatur. & text.in l.fideicõmissa.§.interdũ.de leg.
3.ibi,multũ aũt interesse arbitror cui voluit prospe

ctum cuiusque contemplatione testator fecerit, & tex.in l.3.§.fi.de liber.leg.ibi,& est verum non solùm eum cuius nomen in testamento scriptum est, legatarium habendum, verum eum quoq; qui non est scriptus, si & eius contemplatione liberatio relicta esset. Ergo ipsi fratres modum impositum de habitando in communi cum filio testatoris obseruare debebant, per not.in d.§.qui inuita.& §.dispo nat.in auct.de nupt.c.vltima.14.q.2.ca.tua nos.de
19 testam.cum simil.disponentibus testatoris † voluntatem vti legem seruandam esse.

Tertiò corroborando prædicta, videtur & in testamentis & in contractibus validè posse disponi,
20 ꝙ † inter aliquos non fiat diuisio ad certum tẽpus, vt l.in hoc iudicio. §.si conueniat.ff.commu.diui. Cart.Sen.consi.53.colu.2.plenè Boer.decis.87.& pœna contra non seruantẽ communionem imposita per testatorem valet, Ruin.consi.135.colum.3. nu.5.lib.2.Gualden.de arte testan.tit.8.cau.8.maximè cum respiciat cõmodum alterius quàm prohibiti, Crot.in l.nemo potest.nu.136.de leg.1. qui alter cum sit minor nequit etiam consentire, vt ab huiusmodi præcepto recedatur, allegando Bart.in l.filiusfa.§.diui.col.1.de leg.1.Bal.consi.144. multa sunt.libr.3.& Dec.consil.403.in fin.tenet idem Gualden.d.cau.8.sub nume.5.versi.nam minores. Quoniam huiusmodi præceptum de stando in cõmuni cum minore, vt est ipse Hieronymus, præsumitur factum cum causa, ne minor labatur facilitate sua, Bal.consi.72.factum super quo. versi.ad eui
21 dentiã.lib.2. exinde est ꝙ † minor non potest prouocare ad diuisionem.l.si pupillorum.in princi.de reb.eor.& l.inter. C.de præd.minor.ad propositũ, ꝙ causa minoris fuerit tale præceptum cito text.in l.quintus.§.fi.de an.leg.ibi.magis enim est vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur, & tex.in l.illis libertis.de cond.& demon.ibi.sed si testator propter filij vtilitatem his qui cum eo morati fuissent &c.& quod tradit Ang.Aret. in tract. de testam.in glo.20.nu.2.quando præceptum factum est à testatore de stando cum filio, qui si minor vel pupillus sit, id fauore filij factum cẽsetur, vnde mo dus iste respiciens commodum alterius, & sic dicti Hieronymi pupilli filij & non eius cui datur vel legatur, continere dicitur causam finalem, vt determinat Bar.in d.l.2.§.fi.sub nu.2.vers.& videamus. ff.de donat.sequitur & ibi Cuma.sub nu.1.versi.& in ea.ibi si mulier.& Imo.in col.1.cum Bart.trãsit, idem Bart.summando illum text. firmat in l.Titio centum.in princ. de condi.& demon.idem probat Ang.consi.124.solus.col.fin.in princ.& Tiraq.in tract.ca.ces.in 1.limitat.sub num.24.versi. aut tertij commodum.per l.Nesennius.ff.de excus.tuto.l. si tibi homo.de legat.1.& l.si hæres.ff.de cond.ob caus.& sub nu.41.versi.& aut modus.& num.52.

Vlterius, hoc stare & perseuerare fratrum istorũ in communione decennali cum filio minore testatoris esse causam finalem ipsius legati, manifestum est ex principali intentione & volũtate testatoris. eo ꝙ in casu contrauentionis expressè prohibuit legatum deberi, proinde ipsa causa cessans propriè est finalis, quæ ex dispositione expressa testatoris facit cessare & non præstari legatum, & euidenter ostendit testatorem aliter non fuisse legaturũ, causaq; cohærens legato dicitur. l.cum tale. §.falsam. ibi iuncta glo.in versi.non cohæret.de cond.& demon.cum suis concor.alleg.à Tiraq.in d.1.limita. nu.29.& gl.in versi.modus.ibi, probatur enim hic per præfationem.in l.fi.ff.de hære.instit. & Alber. in l.generaliter.col.2.sub num.4.versi.hæc eadem causa finalis.C.de epis.& cleri.& ibi Sal.in fi.ꝙ ex cõsequenti iussa cessatione dispositionis ea est causa finalis, per l.adigere.§.quamuis.de iure patr.Tiraq.d.tract.ces.ca.in 1.par.nu.121.versic.legati. & nu.241.versi.voluntatis.& Bero.consi.32.nu.3.& nu.4.lib.2. vbi propriè legatum præstandũ pro certo tempore morandi cum filijs testatoris, si toto tẽ
22 pore non steterit legatarius, cessat, ex † qualitate personarum causam finalem præsumi ꝙ quis aliàs non erat facturus, not.Bal.in l.cum veterum.C.de dona. ante nupt.& Tiraq.in d.1.limitat.nu.37.vbi quando quis aliàs nõ erat facturus, apparere dicit, cum disponens id expressè declarat, vt hic testator declarasse dicitur, cum dixerit in casu non obseruatæ communionis cũ suo filio se nolle legatum valere, sic exprimẽdo quod tacitè inerat, vt l.pen. ad fin.C.de lega.& l.Nesennius. versi.non semper.ff. de excus.tut. Declaratio ista destruit & excludit aliam causam alioquin præsumptam finalem priuilegio dotis in ipso legato dotis adductam à Tiraq. in d.1.limitat.nu.56.& prius à Bal.Nouel.in d.tra
23 ctat.dot.in 6.par.in priuil.50.quia † expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.filio.de vulg.& pup.dicit & Alex.consi.35.col.pen.nu.10.lib.3.& Ias.alia allegando in consi.220.col.pen. in princi. lib.2.& Ruin.consi.103.ad fin.lib.2. vbi extendit, quando etiam expressum circa diuersum esset.
24 Qua † quidem causa finali non secuta potest itaque agi cõdictione ob causam pro restitutione datorum d.l.liberto.§.Lucius. de an.leg.& l.2.& ibi doct.de cond.ob cau & l.damus.ff.de cond.indebit. Corn.consi.102.col.5.versi.& non implementum modi.lib.2.& in terminis tradit Alex.d.cons. 102.col.2.vers.secundò principaliter.lib.1.& non implens modum impositum legato iam accepto, illud hæredi restituere tenetur per d.l. si hæres. ff. de condict.cau.dat.

Accedat & fortius, quando prohibitio de nõ diuidendo facta fuit in d.testamento sub pœna amissionis & annullationis dicti legati, fuit præsens Antonius & consentit, vnde cõtra eum valeret in vim pacti, gl.Bar.& doct.in l.hæredes palam.§.fi. ff.de testa.Roma.consi.293.& Barb consi.54.col.1.& seq.lib.2.in vim pacti quoq; & cõuentionis valet & confirmata est respectu amborum ipsorum fratrum cum d.Hieron.& eius tutoribus, vt in præfatione instrumenti receptionis dotis dictæ Magdalenæ habitæ ab eius marito latè continetur, in quo clarius faciunt agnoscendo debitum dictæ dotis esse proprium debitum ipsorum fratrum. Dum ibi in casu

caſu contrauentionis dicitur, ꝙ d.fratres non poſ-
ſint petere nec habere d. dotem in bonis Ioannini
ſiue Hiero.filij & hæredis, ſed ſuper bonis eorun-
dem Anto.& Thomæi, & ꝙ ipſi fratres nuptui de-
derunt d.Magdalenam magiſtro Petro cũ promiſ-
ſione dictæ dotis,non refert ꝙ fiat relatio ad d.te-
ſtamentum,quia fit eo reſpectu,ꝙ ſimilia conſtant
ex d.teſtamento.Sat eſt ꝙ d.fratres poteſtatem ha-
bent diſponendi & ſe obligandi, vt in d.præſatio-
ne & procemio continetur, quod quidem diſpoſi-
tum & certum attendi debet in contractibus, nec
alteratur propter relationem factam ad aliã diſpo
ſitionem,Dec.conſi.315.nu.2. & ſequen.præſatio
25 † enim iſta ſeu procemium oſtendit enixam mentẽ
& voluntatem partium & finalem cauſam.l.fin. &
ibi not.doct.ff.de hære.inſti.Anch.conſi.180.col.
1.in fi.Alex.conſi.52.col.1.lib.6.cum concord.cu
mulatis à Pariſ.conſi. 24.nu.34.lib.2.& Tiraqu.d.
tract.cauſ.ceſ.in 1.limitat.nu.65.& cui præfationi
ſtandum & credendum eſt inter ipſas partes.l.opti
mam.de contrah.& com.ſtip. Bart.in l.cum quid.
col.pen.verſi.tertiò poteſt probari.ff.ſi cer.pet.Vn
de dictæ partes cum d. præfatione & expreſsè cum
conditione contenta & pacto contento in d.teſta-
mento ſimul ſoluentes d.dotem videntur ſe de ſtã-
do in communi per x.an.alligaſſe pacto,quod dici
26 tur † duorum pluriumve in idem placitum & con
ſenſus,vt l.1.in princ. ff.de pac.ſicut dicitur de par
tibus approbãtibus laudum aliàs nullum & eas nõ
ligans,ꝙ teneãtur in vim pacti,per vulg.glo.in l.2.
com. vtr.iud.Corn.conſi.245.col.3.verſ.præterea
dato.& conſil.125.col.2.verſic.nam mutuo.lib.2.
plenè Præpoſ.Mediolanen.in c.dilecto.col.45.de
27 appel.nam † obſeruantia contentorũ in aliqua di-
ſpoſitione videtur de nouo inducere contractum
& alia multa operari, ponit Aymo alios allegan-
do conſi. 19.nu.4.conſi.101.nu.4. conſil.211.nu.
8.& conſi.277.col.pen. & ſi dicatur exinde valere
in vim pacti nudi,Bal.conſi.101.in fi.lib.3. tamen
id non impedit,quin poſſit ex eo agi, cum in cauſa
iſta ex compromiſſo procedatur ſecundùm æquita
tem, Alex.d.conſi.52.nu.4.lib.6. Iaſ.in l.iuriſgen-
tium.§.ſi cum nulla.col.3.verſic.tertiò adde. ff.de
pact.& veſtitum dicitur pactum ex parte d. Hiero-
nymi,quia pro parte ſua impleuit ſoluendo d. do-
tem,ergo ſibi datur actio,per text.& doct.in d.l.iu
riſgentium.in prin. Qua dote per dictas partes ſo-
luta de communi ſub d.pacto & cõditione,ipſi fra
tres contraueniendo poſtmodum & petendo fieri
diuiſionem contra fidem negocij verſati ſunt,ideo
æquum eſt d. Hieron. dari actionem condictionis
ad repetendum ſoluta ſcuta 71. pro ſua parte d.do
tis,per tex.& ibi Bal.& doct.in d.l.2. C.de condit.
ob ca.& in l.1. ff.de cond.ſi.ca. & in l.naturalis.§.
at cum do.& ibi gl.in ver.condict.de præſcri.verb.
Bar.in l.ſi pecuniam.in prin.col.fi.ſub num.20. de
cond.ca.da.vbi poſt glo.tradit condictionem dari
ob cauſam ad repetendum illud quod eſt datũ, ſi-
ue verè ſeu interpretatiuè datum ſit, ſatis enim da-
ta ſunt ſcuta 71. d.fratribus de bonis d.Hiero.cum
fuerint eis præſentibus & volentibus ſoluta mari-
to eorum ſororis pro eorum proprio debito & pro
pria promiſſione dotis, vt s̃.probatum eſt, arg.d.l.
ſolutã.& l.ſingularia.ſi cer.pet. & l.3.§.fi.ff.de do.
inter vir.& vxo. ex cauſa finali multifariã ante pro
bata, ꝙ d.fratres deberent perſeuerare in cõmunio
ne cum d.pupillo per x.ann.contrauenerunt, vt li-
quet ex proceſſu,& ſi cõtrauẽtio multo minus im-
portaret eo quod datum eſſet, id tamen totũ quod
teſtamẽto datum eſt,aufertur,per text. in l.etiam ſi
partis.de leg.1.& ibi ꝑ Bar.& alios.& Cephal.con
ſi.129.nu.20.ergo cõtra eos militãt ſuperius alleg.

Non obſtant ſuperius adducta in contrarium.Et
primò de appellatione ſeu reclamatione interpoſi-
ta in x.die à die laudi publicati,ꝙ d.reclamatio nõ
cenſeatur interpoſita infra legitimum tp̃s.Reſpon-
deo, ſicut in terminis reſpondit ad ſimilẽ obiectio
nem ſub nomine collegij Patauini Iuriſtarum con
ſilium componendo Alex.conſi.87.col.fi.libr.7. ꝙ
dies lati laudi non computatur in numero x.dierũ
ad reclamandum,cum ſtatutum loci dicat infra x.
dies à tempore prolationis & non à prolatione,
28 † dictio,A,excludit primam diem,qua fuit prolatũ
laudum per l.à caligato. C.de nupt. & ibi Bald.&
Sal.not.& glo.in verſ.à Brunduſio.in l.3.§.fi.ff.de
act.empt.Oldr.conſi.48.ius commune.col.2.verſ.
ꝙ à,ſummatur excluſiuè.& in ſpecie per clem.ſicut
appellationem.cum glo in verſ.à die.de appella.&
concor.ibi ſignatis in d.gl. & alleg. per Alex.caſus
enim ſuper ſuo ſtatuto dicente infra x. dies à die la
tæ ſentẽtiæ,probatur idem cum caſu noſtri ſtatuti,
dicẽtis infra x.dies à tempore prolationis ipſorum
&c. quia iure poteſt exponi.i.à die prolationis, nã
29 cum † de tempore reſpectu actus lex diſponit, tem
pus incipit currere à die illius actus,per multas le-
ges alleg. hoc dicens probat Signorol.in conſi.81.
col.2.nu.6.verſi.conſuetudo antiqua.referendo &
eaſdem leges allegando ſequitur Tiraq.de retract.
tit.1.glo.2.nu.42.§.36. Hoc autem maximè tenen
dum eſt in reclamationibus à laudis quæ non pro-
feruntur certa hora iuridica,vt iudicum ordinario
rum ſententiæ feruntur, ſed qualibet hora diei poſ
ſunt proferri,& ſola dies qua proferuntur,annota-
tur,quæ dies verè dici poteſt tempus laudi lati, in
30 quo de neceſſitate tempus ineſt: quoniam † omne
quod fit,in tempore ipſo fit,per ca. abbate ſanè.de
re iud.in 6.& l.libellorum.ff.de accuſ. tradit Bart.
conſi.92.col.fin.verſi.tertiò obijciatur.& facit.l.3.
§.hæc verba.el 2. ff.de neg.geſt. & l.ſi peculium.§.
pen.de ſtatulibe.ideo tempore, id eſt,die lati laudi
excluſo,vt tenet Alex.d.conſi.87.dicta reclamatio
facta apparet infra x.dies.

Secundum de periurio etiã non refragatur,quia
ſola ſcriptura reductionis continet tale iuramen-
tum,nec apparet aliter dictum Hieronymum ſic iu
rando fuiſſe locutum, vnde excuſatur à periurio
eo ꝙ non fuerit locutus, vt tenet Caſtren.in l.1.in
princ.ſub nume.4.de verb.obliga.quamuis & ipſe
Hieronymus pupillus periurus eſſe nõ videtur,per
tex.in l.qui iuraſſe.in princ.& ibi doct.ff.de iureiu

ran.& in auctẽn.sacramenta.C.si aduers.vend.per
31 quam.l.qui iurasse. in princi.quem † non incidere
in periurium sine dolo tenet Alex.consil.92.colũ.
pen.num.13.lib.1.& periurium in se præsuppone-
re dolum dicit Cœpol.cons.ciui.18.col.2.sub nu.
32 4.versi.secundò posito.& † dolus non cadit in pu-
pillo.l.1.ad fi.C.de fal.mon.ideo ante 14.ann.nõ
iurat, tex.in c.pueri.22.q.5. intelligo de non pro-
bato doli capace, per not.in d.auct.sacramenta.&
in l.si quis maior.C.de transact.& in c.1.de delic.
puero.hic etiam non potest esse deceptio aduersa-
rij: quia sine dicta assertione iurata procedit appel
latio, vt in proxima responsione demõstratum est,
& sic cessat definitio doli tradita per text. in l.1.§.
dolum.ff.de dolo. cum concord.cumulatis à Seb.
Medi.de definit.par.2.definit.30.& periurium ne
mini nocens non excludit & solũ Deum habet vl-
torem, glo.in l.2.C.de reb.cred.ponit Ruin.consi.
81.colum.pen.nu.9.lib.4.quia periurium sine do-
lo malo non habet malos effectus periurij, concor
dan.allegat Plot.§.50.nu.5.de in lit.iuran. eo præ
sertim inspecto quòd nullibi in hoc reclamationis
processu inuenitur facta oppositio de dicto periu-
rio nec proinde de audientia deneganda, vt oppo
ni requiritur.d.c.dilecti filij.de excep.& Specu.d.
tit.de acto.§.1.versi.item ꝗ est periurus. tãto enim
33 magis: quia si fuisset facta dicta oppositio † per pro
cessum ad vlteriora vsque ad sentẽtiam sibi ad cau
sam audientia concessa est, per plura probat Alex.
consi.37.col.4.sub nu.14.versic.quartò confirma-
tur.lib.2.Grat.consil.37.num.28.36.lib.1.vbi di-
* cit ita esse magis com.opin. Corn.consi.85.col.4.
versic.quòd licet iudicium.lib.4. & quando verba
legis vel canonis de audientia deneganda nõ sunt
directa in iudicem, vt non videntur directa de per-
iuro non audiendo per d.ca.dilecti filij.& l.si quis
34 maior.C.de transact.cum similib.iudex † parte nõ
excipiente non repellit agentem à contrario, per
doctr.Card.in cle.1.in q.19.de re iud.sequitur Fel.
in c.exceptionem.col.3.versi.demum scias. de ex-
cept. & per no.in l.4.§ hoc autem iudiciũ.de dam
no infe. Denique ad audientiam causę (vt fieri po-
test etiam contra decendium) fuit ipse pupillus ad-
missus ex rescripto Illustrissimæ Dominę Marchio
nissæ, plura allegando in simili probat Abb.consi.
77.col.3.lib.2. facit quod scribit Alexan.cons.95.
col.fin.lib.2.

Tertium contrarium refutatur ex deductis & al
legatis supra pro cõfirmatione nostræ sentẽtiæ, ex
quibus clarè constat petitionem ad repetendũ scu
tos 71.competere cõtra dictos Ant.& Thom.cum
venerint contra pactum de stãdo in communi per
tempus conuentum per eos approbatum, vt liquet
ex instrumento receptionis dotis, quod quidẽ po-
tuit de nouo produci ad probationem iniquitatis
d.laudi, in eo quod ante prolationem laudi fuit de
ductum in processu per d.Hieronymum, ꝗ d. fra-
tres consenserunt ad soluendam dictam dotem, &
sic etiam inspecta æstimatione dubij euentus litis
probatur iniquitas prædicta per illud instrumentũ
non insistendo super probatione veri doli arbitra-
torum sed super iniquitate & iniustitia laudi dete-
genda, quæ probatio sanè de nouo fieri potest se-
cundùm Bar.in d.§.arbitrorum.nu.27.versi.quod
autem dixi, & ibi Sal.& Io.Bapt.Perus.tract.de ar-
bit.lib.11.c.12.& Paris.consi.45.col.pen.nu.93.&
seq.lib.1.Præcipuè quoq; militare debet noua pro
batio facta per l.eos.C.de appel.& l.per hãc. C.de
temp. appel. quia sumus in laudo arbitrorum ele-
35 ctorũ ex necessitate statuti † à quo aliàs de iure cõ
muni datur appellatio, Bar.Bal.Sal.Alex.& Ias.in
l.fi. C.de iudi.latè Blanc.Pata.tract.de compro.in
q.10.& vlt.col.4.n.10.ideo procedit regula in tali
36 appellatione † nõ probatũ probabo, per d.l.eos. &
d.l.per hanc.in specie probatur à Paris.d.consi.45.
nu.95. aliàs inducta ad fauorem (vt aliqui volunt
huiusmodi statuta cogentia ad cõpromissum indu
cta esse) retorquerẽtur in odium, contra.l.quod fa-
uore. C.de legi.nam fauor & commodum proba-
tionis multum est in consideratione Alex. in l.Im
perator.circa fin.ff.ad Treb.& in consi.101.col 2.
in princ.& consi.128.nu.7.lib.5. huius enim dicti
37 ratio manifesta est & nota: quia † non habere ius,
& habere ius sed nõ posse probare paria sunt.l.duo
sunt Titij.& ibi Bar.not.ff.de testa.tu.& Bal.consi.
67.quia ex facto.col.3.ad princ.ver. & quia proba
ta.lib.3. Aymo cons.48.nu.4.& de antiq.tempor.
part.2.nu.32.maximeq; procedunt hæc in proba-
tione facta per instrumentum pendente causa re-
ductionis & in causa pupilli, per gl.1.Bal.Castr. &
alios.in l.sub prætextu instrumenti. C.de transact.

Quartum argumentũ, quo d.fratres summope-
rè se tueri conantur, pariter non obstat, nã iure de-
fendi potest probationem dictorum scutorum 50.
non esse concludenter factam, saltem ad ostenden
dum æquitatem laudi: quia confessio tutorum pri-
mo loco facta positionibus, ꝗ credunt simpliciter,
sed nesciunt quantitatẽ, videtur declarata quomo
do credant per alias eorum responsiones factas se-
cundis positionibus continentibus idẽ quod pri-
mæ, dum dicunt se credere de auditu, quę declara-
tio videtur admittenda, arg.not.per Alex.consi.11
col.fi.lib.3.& Nat.consi.407.nu.18.& tanquã vlti
ma attendenda, postquã dicti ponentes noluerunt
stare primæ, & iterum fecerunt eandem positionẽ,
per nota.in l.pacta nouissima.C.de pact.ideo sicut
38 testis † de auditu alieno non probat.l.testium.cum
gl.C.de testi.cum simi. ita confessio de auditu non
probat, quæ debet esse certa & concludens.l.certũ.
in prin.ff.de confess.Corn.consi.170.versi.& con-
fessio.lib.1.Aym.consi.157.nu.9.Natt.consi.245.
nu.3.præsertim confessio tutoris, quę debet conti-
nere veritatem scitã ab eo.l.quoties.§.sicut.& ibi
39 Bar.ff.de admin.tut.ita † confessio facta etiam per
verbum credit, cum sit de facto alieno non probat,
secundùm Abb.in c.ex literis.col.fi.nu.11.de iure
iuran.refert Tob.Perus.consi.37.num.6.Prætereaq;
cõfessio hæc tutorũ nullo modo præiudicat, quia à
principio, medio, & fine semp in iudicio interuenit
ipse minor, vt apparet ex toto processu, quo casu tu

tores

tores non tenebantur respondere, vnde eorum cō-
fessiones qualescunque sint non præiudicant dicto
minori, vt in terminis firmat Bar. in d. l. certum. §.
sed an ipsos. col. fi. ver. prædicta vera. sequitur Bal.
in l. 1. sub num. 68. C. de confess. comprobando q
40 † si minor interuenit in iudicio cum eo contesta-
tur lis auctore tutore, qui ob id non fit dominus li
tis, ideo non potest cōfiteri: quia sola auctoritatis
præstatio in eum iudicium non refundit; ita dicit
tenendum in decisorijs, idem ibi probat Salyc. sub
41 num. 21. versic. aut minor fuit. dicens quia † confi-
tens non erat dominus litis eius confessio non præ
iudicat domino d. §. sed an ipsos.
42 Testes † verò examinari pro dictis fratribus in
causa reductinnis, cum dicant se portasse & dedis-
se Ioannino pecunias habitas à Thomæo in Vrbe,
tractant de se exonerando, ideo contra alios non
probāt, vt in specie tradit Bar. In l. deferre. in prin.
vltra med. versic. exemplum ego. ff. de iure fis. com
probat Alexan. consi. 44. colum. 3. num. 11. lib. 2. &
Dec. consil. 256. col. 4. in princ. vbi allegat Abb. in
c. insuper. col. 6. de testib. sequi hoc dictum Bart. &
Cuma. in consil. 68. in præsenti quæstione. in prin.
43 idem † si tractaretur de exonerando patrem ipsius
testis, Aymo consi. 112. nume. 10. Vel saltem non
plenè probant exemplo prosenetę dicit Papien. de
forma oppo. contra test. in glo. in facto eorum pro
prio. ad fi. & in eorum dictis sunt etiam singulares,
ita q vni soli testi iura credi prohibent. l. iurisiuran
di. C. de testib. & c. veniens ad nos. & c. licet. eod.
44 Nam & † in causa arbitramentali plenè factæ pro-
bationes requiruntur per duos vel tres testes, cum
hoc sit de iure diuino, firmat Ioan. Baptist. Perus. d.
tract. de arbitr. lib. 10. cap. 15. & cap. 10. versicu. 21.
Contraria possent procedere in arbitris seu arbi-
tratoribus voluntariè electis, vt possint credere le-
uioribus probationibus ex voluntate partium, sen-
tit Alex. consi. 189. ad fi. lib. 6. & Socin. consi. 121.
col. fin. lib. 3. secus est in arbitris electis necessitate
statuti, quem tenent locum iudicis ordinarij, doct.
in d. l. fi. C. de iudi. ideo debent seruare ea quæ iu-
dex ipse seruare tenetur iudicando secundùm legi
timas probationes. l. illicitas. §. veritas. de offi. præ-
* sid. & d. l. iurisiurandi. & d. c. licet. ita in specie com
muniter teneri probat Blanc. de comprom. in q. 9.
num. 27. Vlterius & si plenè probatum esset de di-
ctis scutis quinquaginta cum tamen esset societas
communicationis lucrorum & expensarum gene-
ralis contracta inter dictos fratres & Ioanninum
patruum iam cœpta cum patre ipsorum fratrum, vt
confessiones prædictorum leguntur in libello & in
alijs eorum scripturis, & in positionibus dicti pu-
pilli vltimo loco productis confessis per dictos fra
45 tres, quæ † confessiones validæ sunt & probant con
tra libellantes & scripturas producentes. l. cum pre
cum. ibi Salyc. C. de liber. ca. & Dec. post alios in l.
2. in 3. notab. C. de institut. & substit. cum similib.
fuerunt enim acceptatæ per dictum Hieronymum
dum in suis scripturis acceptat dicta ex aduerso fa-
cientia in sui fauorem, & dum expresè dicit ip-
sum Thomæum non posse petere dicta scuta quin-
quaginta, quia fuerunt posita in communi stante
societate inter eos & Ioanninum contracta, ideo
cedunt dictæ societati, sic ergo in terminis de qui-
bus agitur, acceptantur dictæ confessiones pro par
te dicti Hieronymi quæ non possunt dici impugna
tæ & negatæ, quatenus in scripturis Hieronymi di-
catur dotem de communi non fuisse constituendā
dictæ Magdalenæ, non inficiatur simpliciter socie
tatem, sed dicit multa requiri ad contrahendam ta
lem societatem, vt dos filiarum constituatur de cō
46 muni, requiritur enim secūdùm aliquos quòd † sit
societas pacto expresso inita ad id. l. si socius pro
filia. ff. pro soc. vnde sic facta generali acceptatio-
ne fauorabilium, quicquid postea excipiendo ipse
Hieronymus etiam contrariū dixerit non sibi prę-
iudicauit, & licitè fecit. l. nemo. ff. de except. & do-
cto. in l. nemo ex his. de regu. iu. minus dicitur im-
pugnasse per generalem negationem narratorum,
quia dicitur negasse ea tantum quæ contra se non
quæ pro eo faciunt, ita expresè dicit Salyc. In d. l.
cum precum. versicu. sed ab extra oppo. faciunt di-
cta per Papien. in for. respon. rei conuen. in glo. nar
rata, & per Alexan. in l. etiam. §. 1. colum. fi. soluto
47 matrimo. dicentem, sicut † verba libellantis ambi-
gua pro libellante, ita verba rei excipientis ambi-
gua pro reo interpretantur, per l. si quis intentione.
ff. de iudi. & quòd etiam ita negans non intelligi-
tur negare sibi fauorabilia allegando Bartol. in l. si
dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. cum quo di-
* cit esse communem opin. Paril. consi. 100. num. 9.
lib. 3. Minus etiam potuerunt dicti fratres reuoca-
re confessionem societatis per eos factam in libel-
lo & in replicationibus, quoniam per primam Hie
ronimi responsionem factam libello & negatione
48 petitorum † inducta est litis contestatio, per glo. &
doct. in c. 1. de litis contest. & in l. 1. C. eodē. vnde
post litem contestatam non licet actori mutare li-
bellum & reuocare confessionem in eo factam, do
cto. in l. edita. de eden. Bal. in l. si magnum. in fi. C.
qui accusa. non poss. Socin. consi. 41. colum. fin. li-
bro 1. & est notat. text. cum glo. fin. in l. quidam in
iure. in princip. ff. de donat. hæc autem omnia sunt
consona vero, Soci. consi. 149. col. pen. circa fi. lib.
1. istam scilicet societatem fuisse inter prędictos o-
stendunt tot particulares missiones pecuniarum ex
vrbe Romæ factæ à d. Thom. vt afferit, ad Ioanni-
num domi existētem & omnia in cōmuni admini
strantem, vt de plano ab vtraque parte fatetur &
præsupponitur in processu. Hæc enim est commu-
49 nicatio lucrorum, † ex qua præcipuè probatur so-
cietas tacita inter patruum & fratris filios Bald. &
Saly. in l. si patruus. Com. vtr. iud. Bar. in l. Titium.
§. altero. colum. penul. & fin. versi. tertio casu. ff. de
administ. tuto. clarè Soci. consi. 160. colum. 2. ver-
si. ad hoc clarè respondeo. lib. 2. cum similibus. hic
potest dici vtrunq; negociatum esse & dictum Io-
anninum in administrando domi & laborādo bo-
na communia, tanto fortius procedunt præmissa
etiam ex præcedenti societate existente inter An-

dream patrem dicti Thomęi & ipsum Ioanninum,
50 vt partes confitentur in positionibus. Ideo † à pri-
mordio &c.l.1.in fi. C. de imponen.lucr.descript.
libr.10. de facilique conceditur continuatio, Bal.
consi.137.colum.fina.lib.2.ita in similibus arguit
Socin.in d.consi.160. colum.3.versi. vnde imme-
diatè. Quòd modo dicat Thomæus misisse dictas
pecunias pro maritanda sorore, huius dicti vanita
tem demonstrāt tot particulares & minutim diuer
sis temporibus assertę factæ transmissiones imper-
tinentes ad vnum simile negocium dotationis si-
mul & semel expediendum, & ex eo quòd nullum
babet testem, quem viderim, hoc attestantem.
Qua societate ergo stante dicta scuta quinquagin-
ta sunt effecta communia inter prædictos. l.3.§.1.
& l.coiri.& sequen.& l.cum duobns.§.quidam sa-
gariam.in fi.ff.pro soc.De quibus cum alijs admi-
nistratis per dictum Ioanninum, vt præsupponitur
in processu, & etiam petitum est à dictis fratribus,
51 Hieronymus bæres † teneretur rationem reddere
iuxta l.1.§.officio.de tut. & rati.distr. & plenè tra-
dita per Soc.consi.73.colum.1.& seq.lib.1. & Pa-
ris.consi.90.nume.14.lib.1. in qua redditione ra-
tionis non veniret nisi reliquum. l.atqui natura.§.
1.ff.de neg.gest.& l.quamuis. de cond.& demon.
ibi post alios per Socin. & Afflict. in decis.157. &
Aymo.consi.231.colum.1.num.1.2.& nu.7.quod
quantum sit omnimodo est incertum non calcula
tis rationibus vt dicit Aymo sub d.nu.7. & in con-
sil.275.colum fi. Igitur per hunc modum nullate-
nus apparet concludenter demonstratum per di-
ctum Laudum pro parte dictorum fratrum esse æ-
quum, vt demonstrari requiritur secundùm Bar. in
l.si quis cum aliter.col.2.nu.6.de verb.obliga. qui
52 tradit, quòd † ille qui defendit arbitramentum de
bet probare & cōcludere, quòd inspecto dubio e-
nentu litis æquè arbitratus est arbitrator, licet (di-
cit Barto.) hoc communiter aduocati ignorent, &
econuerso dicit debere probare & concludere de
iniquitate arbitramēti ille qui dicit hoc iniquum,
& ibi Alex.sub nume.12. defendit Bart.idem cum
eo videtur ibi pertransire Aret.colum.8.versi.ideo
infert Bar.& ibi Ias. pariter in hoc defendit Barto-
lum ab impugnatione Baldi in col.pen.in princip.
53 Verū in præsenti iudicio appellationis † quæ pro-
priè datur contra laudum arbitrorum statutariorū
vt diffusè probat Blanc.d.tract.de compro.in q.x.
num.10.& sequen.vt etiam latè tenet Alexan. con
sil.vlt.colum.pen.nume.11. & sequen.lib.6.& tale
laudum non quasi transactio sed sententia appella
tur propriè & facit rem iudicatam pluribus concor
dan.allegatis probat idem Blanc.d.tract.in q.9.nu
me.90.& Dec.consi.11.colum.3.in princ.versi. si-
militer non obstat, censeo circa probationes & cir
ca alia, non vt in reclamatione ab arbitratoribus
voluntarijs, sed vt in appellatione à sententia iudi-
cis, procedendum fore: quare non posset fieri con-
demnatio contra dictum Hieronymum appellan-
tem in parte & partibus tantum contra eum facien
tibus ad reddendam talem rationem dictis fratri-
bus non appellantibus, quinimò petentibus senten
tiari fuisse bene iudicatum.l.ab eo.C.quomodo &
quando iud.& l.1.de relat. tradit Phil.Franc. in c.
si duobus.colum.3.versi.secundò quæritur. de ap-
pel.& ibi Dec.sequitur in colum.fin.versi. contra-
rium in hoc.& Felin.in c.significauerunt.colum.2.
versi.limita secundò. de except.post Abb.ibi num.
8.idem Fel.in c.cum Ioannes. colum.7.versic.ter-
tiò restringe.de fide instru.ponit & Papien. de for.
appell.à senten.diffini.in gl.in illis passibus.cum in
casu isto petitio prætensæ redditionis rationis sit
diuersa & separata à petitione dicti Hieronymi be
ne locum habet conclusio ista, & pariter de hac ra-
tionis redditione nullum capitulum contineat sen
tentia seu laudum arbitrorum à quibus appellatū
est. Secus autem esset in appellatione vnius etiam
in partibus contrarijs facta à sententia continente
54 vnum capitulum vel plura connexa: quia † posset
& pro altera parte non appellante iudicari, vt do-
cto.in locis modo allega. dicunt & nouissimè per-
spicacis ingenij vir Hiero.Gabri.Eugub.respondit
consil.38.
.. Quintum quoque de facili remouetur: quia li-
cet societas fuisset talis, vt dotes filiabus inter so-
55 cios de communi essent dandæ. Tamen † morte
Ioānini esset soluta talis societas.l.actione.§.mor-
te.l.societatem.ff.pro soc.Dec. consi.213.nu.3. &
eius hæres non teneretur ad onus, quod nō fuisset
vrgens tempore extantis societatis & inchoatum,
saltem pupillus hæres.l.nemo.ibi glo.fi. & l.hæres
socij. ff.pro soc. & in specie ꝙ talis societas distra-
cta non teneatur dotare, sic gl.fin.in l.si socius pro
filia.ff.eo.intelligit Anto.de But.consi.7.sub num.
2. versicu. nec obstat d.l.si socius pro filia.sequitur
Soci.d.consi.291.col.5.versi.ad glo.ibi in fi.lib.2.
Tempore enim vitæ Ioannini Magdalenæ nōdum
56 nuptæ non erat debita nec soluenda dos, quę † sine
matrimonio esse non potest.l.3.ff.de iure dot.& le
gatum factum per Ioanninum de parte dictæ dotis
in suo testamento non dicitur negocium inchoatū
per socium, cum ad tempus conferatur, quo cessat
qualitas socij scilicet post mortem, argum. l.quod
sponsæ. C.de donat.ante nupt. & l.si res.in princi.
ff.de iure dot.& l.si eum seruum.§.fi. & l.seq. ff.de
dona.inter vir.& vxo.quia attenditur tempus quo
actus sortitur effectum dictis ll. & alias allegando
ita dicit Bald.in l.penul.ff.de testam. tut. & Aymo
consi.212.sub num.3. vnde in specie de dotatione
facta in testamento ꝙ dicatur de actibus post mor
tem & non facta de bonis communibus, est clara
decisio Alex.consi.13.colum.pen.versi. non obstat
etiā additio.nu.16.17.lib.3.ideo non vigore socie
tatis quæ erat finita & amplius non erat. l. verum.
§. fi.ff.pro socio.sed onere hæreditario.l.legatum.
de leg.2. præstari debebat ab hærede sub modo di
ctis fratribus iniuncto stādi in communione, vt in
testamento disponitur acceptato & approbato ab
ipsis fratribus: quamobrem cessat vniuersum argu-
mentum contrarium per alleg. superius pro confir
matione nostræ sententiæ.

Sextum

Sextum pariter refutatur per expressam approbationem dictorum fratrum, quinimò ipsi matrimonio collocando eorum sororẽ promiserunt marito dictam dotem, vt dicitur in præfatione instrumenti, quod ergo eis placuit circa quantitatem dotis nemini debent imputare, arg. c. damnum. & ca. quod semel. de reg. iur. in 6. quia facilius & honorabilius cum maiori dote mulier inuenit virũ, Soc. Iun. consi. 108. nu. 9. lib. 1.

Septimum & vltimum non obstat: quia totũ facit & defendit consensus & approbatio dictorum fratrum & solutio eorum proprij debiti eorum voluntate & consensu facti, vt supra deductum fuit, & cum eis fuit initus ille quasi cõtractus, ob quem inductam esse rationem repetitionis indebitè solutorum, adducunt Paul. Castren. Ias. & docto. in d. l. his solis. ff. de cond. indebit. & hac ratione dari illi cui facta est solutio pecuniæ, vnde eis dicitur facta solutio, cum eorum creditori de eorum voluntate & cum pacto & modo standi in communione facta fuerit solutio, vt dictum est, casus enim idem reputatur ac si propriè isti fratres debitores ad dandam dotẽ sorori vel eius marito delegauerint Hieronymum nõ obligatum dare portionem dotis in casu non seruati modi per dictos fratres standi in communione cum eo tunc ignorato per eum delegatum, quo casu solutorum marito vero creditori ex causa onerosa adueniente indebiti pro Hieronymo ei quidem delegato datur repetitio contra ipsos fratres delegantes quibus proficit solutio, ita hoc modo casus iste deciditur per tex. in l. si donaturus. §. 1. ff. de cond. cau. dat. cũ declaratis ibi per Bart. & alios, & text. in l. si quis delegauerit. §. 1. ff. de nouat. & ibi tradunt Bar. Alber. Castr. & Imo. & tex. in l. purè. §. pen. cum nota. ibi in glo. in versi. debitorem. ff. de except. doli mal. atque ita hoc modo res deducta est ad ipsum casum contrauentionis, quo tota dos venit soluenda de bonis ipsorum fratrum vt dicitur in præfatione dicti instrumenti, ergo & ipsi tenentur & non maritus ad restitutio-
57 nem per dicta iura, & vt † circuitus euitetur, per nota. in l. dominus testamento. ff. de cond. indeb. & in l. cum fundus. §. seruum. si cert. pet. ne ipse Hieronymus versetur in damno. l. quæ vtiliter. in fi. ff. de negoc. gest. sicut eum deserendo iniquè cum eo versati sunt dicti fratres & dolosè, quod fit non seruando promissa, ideo ei sic decepto tenentur, per l. dolus. & l. si procuratorem. §. dolo. ff. mand. & Alex. consi. 52. col. 2. num. 3. 4. lib. 6. & Corn. consi. 128. col. 2. versic. dolus autem. lib. 3. citat Aymo consil. 100. num. 9. & Vall. consi. 57. nu. 8. lib. 1. Ergo con-
58 tra † eos dolosè versantes non fauor sed rigor iuris seruandus est. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minor. & l. si fine. C. ad Velleian. & pro pupillo decepto extat æquitas approbata legibus supra allegatis, & consequenter sententia pro eo superius formata defensa & iure comprobata remanet.

Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisaurén.

CONSILIVM CLXXX.

ARGVMENTVM.

Cuiusdam scripturæ priuatæ probatio pulchrè certis præsumptionibus suadetur.

De cessione patris facta de filio suo creditori an & quatenus sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicum vera quandoque eueniunt casu fortuito.*

2 *Fortuitus casus dicitur, cui nullo hominum consilio prauideri potest.*

3 *Instrumentum dicitur probatio probata, & rem manifestam facit.*

4 *Promittens pro se et pro haredibus promisisse videtur.*

5 *Scriptura priuata non potest impugnari defectu solemnitatu sed defectu veritatis.*

6 *Consuetudo potest facere probationem inualidam validam.*

7 *Verificatio in vna sufficit ex alternatiuè positis.*

8 *Testium ex dictis eatenus infertur, quatenus dicunt.*

9 *Testibus contra eorum commodum deponentibus magis est credendum.*

10 *Iuramentum est quid indiuisibile.*

11 *Fides testis in dictis suis est indiuisibilis, & non potest vnum dictum acceptari eius & aliud respui.*

12 *Scriptura plures diuersarum personarum vehementẽ præsumptionem inducunt, quòd res ita sit.*

13 *Negocio in aliquo vbi interuenit maior numerus personarum, ibi modus & via est perfectissimam veritatem reuelandi.*

14 *Producens priuatam scripturam falsam pari modo punitur, vt producens falsum instrumentum.*

15 *Præsumitur pro officiali quòd rectè fecerit.*

16 *Creditur alicui dicenti de sua scriptura.*

17 *Probatione scriptura resultat probatio eius quod in ea continetur.*

18 *Præsentia contrahentium est potissima pars contrahentium.*

19 *Cessio nominis debitoris habet vim solutionis.*

20 *Apodissam in iudicio productam, parte non opponente, haberi pro publica.*

21 *Procurator censetur constitutus & exinde habere mandatum, ex eo quòd penès se habet Domini scripturas ad causam facientes.*

22 *Singula quæ non prosunt, multa iuuant.*

23 *Probatio plena fit ex pluribus præsumptionibus.*

24 *Confessio cedentis vel singularis auctoris non præiudicat cessionario vel singulari successori.*

25 *Scripturam priuatam recognoscenti sibi soli & non tertio præiudicare. nu. 31. & 32.*

26 *Confessio non potest præiudicare alteri pœnitus extraneo & aquè principali cuius colligatio ex confitentis*

obligatione non dependet.

27 *Ratihabitio non trahitur retro in praiudicium tertij. fallit num. 29.*

28 *Pater & filius reputantur vna & eadem persona.*

30 *Obligatus ad aliquod faciendum honestum vel inhonestum, si illud facit, intelligitur inuitus facere timore obligationis.*

33 *Scriptura confessata stari etiam si testes ibi descripti non examinentur.*

34 *Confessio filij nocet patri, nisi pater probet cõtrarium.*

ADIVTOR DEVS.

1 SEntentiæ † iudicum verę quandoq; eue
niunt casu fortuito, Bar. in l. si per im-
prudentiam. ff. de euict. Bal. & Ang. et
allegando refert Dec. consil. 7. colu. 1.
Bal. in loco alio vltra Dec. alleg. s. in l. quæ fortui-
tis. col. 1. in fi. C. de pig. act. inter exempla casuum
fortuitorum ponit & in falsa sentētia & in falso te
2 stimonio, fortuitus † enim casus dicitur, cui nullo
hominum consilio præuideri potest d. l. quæ fortui
tis. & l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. rerũ ad ciui.
perti. & l. contractus. de reg. iur. Sic autem quibus-
cunq; consilijs etiam plurium Doctorum sibi præ-
cauere D. Hieronyma & pręuidere nõ potuit, quin
& primam & secundam contrariam sententiam re
portauerit, postergatis suis iuribus multifariã mul
tisq; modis & euidēter ostēsis, nil tamen mali im
pingitur, nec inuehitur in eos q tales proferri sen-
tentias consuluerunt. Sed recursu ad Principem in
loco, instatur adhuc easdem sententias reuideri &
ad debitam iustitiæ formam reduci, vt actrici ipsi
quod suum est tribuatur, secundùm ipsius iustitiæ
præceptum, vulg. prin. instit. de iust. & iu. Nam ve-
rè suum est creditum per actricem petitum & per
reas conuentas vti D. Iacobi sui fratris hæredes de
bitum, & meo iudicio cuique recto & iusto Iudici
plenè probatum & debitum actrici videri debet
ex iam latissimè allegatis & contrarijs refutatis
pro actrice.

Id (omissis alijs) dicam clarum esse D. Iacobum
obligatum esse ad soluendum omne debitum Co
læ sui patris quomodocunque contractum vsq; in
diem instrumenti dictæ obligationis nunc expri-
mendi, idq; probari instrumento emancipationis
inter dictos patrem & filium secutæ confecto die
12. Nouembris an. 1563. exhibito in processu fol.
3 72. & seq. quod † dicitur probatio probata & tem
manifestam facit, notæ sunt alleg. per Ias. in l. iuris
gentium. §. quod ferè. col. 1. ff. de pact. & Tiraq. de
retract. titu. 1. § 11. glo. 1. nu. 20. & Aym. consi. 31.
in fi. & consi. 317. nu. 1. & huic obligationi dictas
sorores & hæredes d. Iacobi obstrictas esse certi et
4 iuris est, vt l. 1. & toto tit. C. de hære. actio. & † qui
promittit pro se etiã pro hæredibus promisisse vi-
detur, glo. & Bart. in l. si sic. de verb. obligat. refert
Dec. in l. hæredem. num. 6. de regu. iur. & Castr. &
Alex. in l. postulante. per text. ibi in princ. ad Treb.
sub tali obligatione venire d. Colę patris debitum
cum D. Iulio cõstat ex chirographo bino teste no-
tato, confecto ante dictam obligationem die pri-
mo Iunij dicti an. 1563. & eadem carta dicti Chi-
rographi retroscripto sub die 24. Martij an. 1564.
alio chirographo alijs binis testibus subscriptis cõ
stat de cessione dictæ obligationis per Colam D.
Iulio facta contra d. Dominum Iacobum, vt cessio
nem hanc aliàs valere probatum est per l. per di-
uersas. & ibi Bar. C. mand. ponit Ant. Gabri. de cõ
mun. opin. lib. 2. tit. de actionibus. conclus. 5. num.
7. etiam contra d. Iacobum non cõsentientem. l. 2.
& ibi Bar. & clarius Bal. C. de donat. D. Hierony-
mam nunc actricem esse hęredem D. Iulij sui ma-
riti liquet ex testamento producto.

Verum vniuersa vertitur controuersia in duob.
Primò, an ex chirographis prædictis & testibus
examinatis sit probatum dictum debitum & con-
tractum ante dictam D. Iacobi obligationem.
Secundò, an recognitio & declaratio, quæ magis
videtur probata, & cessio dicti debiti facta per Co
lam post dictam Domini Iacobi obligationem, ei
præiudicet.

Primum quidem dissoluitur & declaratur iure
demonstrari probatũ his coniecturis, præsumptio
nibus & probationibus magis simul iunctis aliàs
sparsim forsan adductis & nũc repetitis & alijs ad
ditis, excogitatis & enumeratis.

Prima est præmissa, q timore falsitatis commit
tendæ & confictionis crediti legislator (vbi res a-
gitur per apochas & scripturas priuatas) multũ ac-
curatè & vigilanter procedi mandat circa verifica
tiones earum vt l. comparationes. C. de fide instru
men. ibi. satis abundeq; occasionem criminis fal-
sitatis dare, & §. si tamen quisquam. in auct. de in-
strum. cau. & fin. ibi. nam falsitates & mutationes
metuentes &c. & Boer. in decis 172. numer. 20. ex
5 sententia aliorum dicit, quòd † scriptura priuata
non potest impugnari defectu solemnitatis, sed
defectu veritatis, quare idem legislator in hac ip-
sa re scripturæ priuatæ ad coadiuuandam verita-
tem confidentiæ eorum sic amicis cum priuatis
chirographis credentium mandat etiam perfidiam
negantium multis modis, & sic multis coniecturis
conuinci, vt d. §. si tamen quisquam. in fin. per hæc
verba. sed vt quantum possibile est & perfidiam &
negationem multis recõuincamus modis. De co-
adiuuanda veritate omnibus modis, & ea amplе-
ctenda plurima resonant scripta maximè ad Iudi-
cem directa per Dec. in l. 2. col. 2. num. 11. C. de e-
den. & Soc. consi. 15. col. 4. lib. 1. & Cicer. in primo
de offi. c. principio generi. ibi. in primisq; hominis
est propria veri inquisitio atque inuestigatio, & in
2. co. de officijs. c. prima igitur. ibi. Iudicis est sem-
per in causis verum sequi, patroni nonnunquã ve-
risimile, etiam si minus sit verũ defendere. Quem
quidem grauissimum auctorē mihi allegare licet,
quemadmodum eum allegat Iurisconf. in l. Cice-
nam Ioannam ex eo inſtrumento nullam habere
actionem vt continente pactum futuræ ſucceſſio-
10 nis, † quod iura improbant, vt l. ex eo. C. de inuti.
ſtipulatio. & l. pactum quod dotali. & l. fina. C. de
pact. & l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo
rum obligati. & l. hæreditas. C. de pact. con. ita in
terminis pactum, quòd filia nupta ſuccederet pro
rata per capita non ualere, conſuluit Bald. in con-
ſil. 372. factum tale eſt. lib. 3. alias. 440. lib. 1. ſequi
tur Dec. in conſi. 184. diligenter. column. 4. nume.
10. etiam ſi fuerit iuramentum appoſitum, plenè
ſcribit Alexand. in conſi. 28. ponderatis verbis. lib.
3. Ruin. conſil. 16. num. 16. lib. 2. Pariſ. conſi. 24. nu
me. 55. lib. 2. & Deci. in conſil. 225. in cauſa. & in
conſi. 236. non parua. colum. fina. quòd non vale-
re etiam de re particulari vt tollens factionem te-
ſtamenti, tenent Petr. de Ancha. & Imola in rubr.
de teſtamen. in fin. refert & ſequitur, vbi eſt eadem
ratio in quota hæreditatis & in certis bonis, Dec.
in d. l. pactum. column. fina. C. de pact. & ibi indi-
ſtinctè tenet Alci. verſ. rurſus ſequitur. & Ange. in
conſi. 66. comes. column. fin. firmat factionem te-
ſtamenti & eius arbitrium non poſſe tolli etiam ſu
per vna re, per text. in l. ſi quis in princip. de leg. 3.
idem Dec. in conſi. 11. quoniam. colum. 3. non po
teſt enim inficiari, quin per pactum de quo agitur
11 † conſtringatur libertas teſtandi, quod fieri non
poteſt, text. in l. cum duobus. §. idem tamen. ff. pro
ſoc. nam verbis dicti inſtrumenti diligenter inſpe-
ctis colligitur contrahentes de tribus temporibus
feciſſe pacta, de primo, quod erat elapſum ante cõ
feſſionem dicti inſtrumenti, de ſecundo, vſque ad
tempus mortis contrahentium, vt ibi. de tempore
vſque ad mortem venturo &c. de tertio, poſt mor-
tem dicti Rentij, ibi. mortuo dicto Rentio &c. &
in hoc vltimo vertitur quęſtio noſtra, cuius autem
vltimæ particulæ inſtrumenti verba non continẽt
aliquam obligationẽ præſentem ſed futuram ob-
tentionem bonorum poſt mortem Rentij, quæ pa
cto fieri non poteſt, ſecundum Bart. in conſil. 212.
promitto. ſentit Alexan. in conſi. prælleg. 28. col.
3. verſi. ita etiam tenet Barto. vol. 3. & Deci. in l. pa
ctum quod dotali. co. 2. C. de colla. dicit quòd cau
tela eſt, vt verba contractus concipiantur per viam
donationis promittendo & obligando ad donan-
dum poſt mortem, & quòd qui faciunt huiuſmodi
contractus à principio conſulant peritos, ne deci-
piantur.

Secundò, manifeſtè liquet, dictam Ioannam per
dictum inſtrumentum in nullo adiuuari, etiam ſi
pacta in eo contenta valerent; quoniam neque ex
mente contrahentium neque ex verbis dicti inſtru
menti dicta Ioanna cenſetur vocata & poſita in di
ſpoſitione. Mens enim dicti Rentij comprehendi-
tur duntaxat fuiſſe in remouendo diſcordiam, quę
erat inter ipſum & Angelinum eius generum &
Magdalenam eius filiam ſuper dote ipſius Magda
lenæ, & quodam lucro & laborerio, vt colligitur
12 ex dicti inſtrumenti proœmio, † quod probat cau
ſam finalem diſpoſitionis & mentem diſponentis,
vt l. fi. & ibi Bart. & Bal. not. ff. de hær. inſt. & Alex.
in conſi. 52. viſo primo. colu. 1. lib 6. & ita vt ſuum
generum & Magdalenam filiã contentaret & cer-

tos faceret de dote & portione eiusdem post mortem danda ipse Rentius disposuit, vt in instrumento legitur, in quo nec expressè neque tacitè tractatur de dando aliquid aliis filiis dicti Rentij, vt in-
13 ferius ostendam, ergo † mens contrahentium summopere spectari debet. l.in conuentionibus. ff.de verborum sig. plenè scribit Ias.in l.si tibi pecuniā. in pr.ff.si cer.pet.

Verba autem dicti instrumenti in quibus se fundat dicta Ioanna, ibi.mortuo dicto Rentio portionem sibi tangentem &c. solummodo loquūtur in disponendo & dando in personam d. Angelini & donnæ Magdalenæ, vt ibi.ipsi donnæ Magd. pertinent & spectāt per capita &c. ibi.ipse Angelinus domina Magdalena habere debeant &c. alij verò filij seu filiæ dicti Rentij sunt positi sub conditione, vt si ipse Rentius haberet plures seu pauciores filios maiorem seu minorem portionem haberet
14 d.Magdalena, filij † autem sub conditione positi non sunt vocati in dispositione, secundum gl.in l. Lucius.la 2.ff.de hær.inst.quam ibi Bar. & Bald.&
* doct.communiter eam probant, dicit & concord. alleg.Alex.in cons.199.viso præstanti.col.2.lib.2. Cur.Sen.in cons.46.sæpe.col.6. & Dec.in l.1.col.
15 4.C.de pact.& alibi doct.referunt.illud † enim qđ est positum in conditione nō censetur positum in dispositione.l.si quis sub conditione.ff.si quis om, cau.testa.inquit Alexand.in consi.24.attentis. columm.penulti.versicu.non obstat etiam. & in consi.32.lib.3. si hoc est verum in testamentis, in qui-
16 bus largior admittitur † interpretatio quàm in contractibus.cap.cum dilecti.in fin. de donation. & l.in testamentis.de regu.iur.eo magis verum est in contractibus, in quibus quicquid est omissum à verbis habetur pro omisso.not.Ias.& alij per tex. ibi.in l.quicquid astringendæ. de verborum obligatio.ideo dicit text.in l.si ita stipulatus. §. Griso-
17 gonus, in fine. ff.eodem.quòd † in stipulationibus inspicienda sunt verba ex quibus oritur obligatio, & in his nunquam subintelligitur persona nisi expressa sit. Fit etiam mentio in dicto instrumento de aliis filiis dicti Rentij per verba narratiuè & non dispositiuè posita, ideo dispositionem non inducunt.cap.si Papa.de priuileg.lib.6.scribit Curti, Seni.allegando Alexand.in consiliis. dict.suo consil.46.column.8. sub nume.17. sed verba dispositiua & exequutiua dicti instrumenti solum diriguntur in dictam Magdalenam & Angelinum. aliud enim non est quærendum, nisi in quem dirigatur intentio disponentis.l.cum pater.§.donationis.de leg.2. quæ etiam in contractibus non valeret nisi dirigeretur in personā contrahentium. l.quæcunque.ff.de acti.& obligatio.scribit Alexand.in rub. column.2.ff.de pact. & inquantum in dicto instrumento dicatur, & si fuerint duo duabus portionibus diuidantur, nihil tamen tribuit aliis filiis Ren-
18 tij, quia † verbum simpliciter prolatum nullum obligat, authen.si quando. C.de constitu.pecu.sed subintelliguntur præcedentia verba, ipse Angelinus & donna Magdalena habere debent, videlicet dimidiam partem & hoc ratione copulæ, & si
19 fuerint &c. quæ † copulat tam sensum quàm verba, vt dicunt grammatici, habetur per Barto.in l. Seiæ. §.Gaio.ff.de fund.instruct.& in l.si is qui ducenta. §.vtrum. column.4. de rebus dub. & sic sequentia intelliguntur vel restringuntur per præcedentia & ea determinant, secundum glos.in versi. commendanda. in l.quoties. C.famil.erciscun. & in l.qui non militabat.§.Lucio. & in l.cū in testamento.§.fina.ff.de hæred.instit.& quod ipse Rentius noluerit dare & disponere de portionibus aliorum filiorum nisi ipsius Magdalenæ ostendunt alia verba sequentia dicti instrumenti, ibi. & non possit de parte sibi donnæ Magdalenæ tangente, vt supra, ipse Rentius dissipare aliquo modo, sed debeat obseruare &c, & sic nihil dixit de non dissipatione & obseruatione portionum aliorum fi-
20 liorum. qui † enim vnum dicit aliud excludit, l. cum prætor.in principio.ff.de iud.& l.maritus. C. de procurator.& successiuè alia verba dicti instrumenti, ibi, vt supra nullo discrimine habendo circa masculos & fœminas, sed æqualiter præter reseruata &c. intelliguntur quòd donna Magdalena habere debeat æqualem portionem pro numero filiorum cessante omni differentia sexus, item
21 † sequentia referuntur ad præcedentia. l.talis scriptura.§.finali.& ibi Barto.& docto.de leg.1. & in l.si idem.§.finali.ff.de iurisd.omn.iudi.& eam determinant & restringunt. dict.gloss.in l.cum in testamento.§.finali. præsertim quia dicta particula, Mortuo dicto Rentio &c. tota est concepta sermone continuato & capitulis connexis ad solam determinationem quantam portionem habere debeat dicta Magdalena. Facit doct. Barto.in l.Aurelius.§.idem quæsiit.in fine.de liber.leg. & quod scribit Deci.in consilio decimoquarto. colum.tertia. sic à contextu enim verborum totius scripturæ arguit Iurecō.in l.Meuia.ff.de ma.test. hanc in-
22 telligentiam suadet dictio † vt supra, quæ facit relationem omnium, quæ supra dicta sunt, Deci.in consil.182.in casu. column.finali. facit l.qui liberis.§.1.de vulgar. & pupillar. ideo per dicta verba etiam non potest colligi ipsum Rentium aliqua dedisse aliis suis filiis, & hoc videtur claris. & per ea quæ etiam in similibus terminis latè tradit Grat.consilio vigesimoquinto. columna secunda.lib.1. Si tamen velimus dicere dicta verba instrumenti posse habere intellectum etiam pro dicta Ioanna alia filia, cum habeant alium clarum intellectum solius dispositionis, pro dicta Magdalena & pro dicta Ioanna sit ambiguum, dicendum est fieri interpretationem contra dictam Ioānam, quæ se fundat in talibus verbis instrumenti. l.veteribus. ff.de pact. & l.stipulatio ista. §.in stipulationibus.de ver.ob.per d.iura ita dicit Ale.in con. 178.in occurrenti.col.j.li.2.& in cō.106. viso themate.col.pen.li.4.& in con.22.consideratis.lib.7. & Cor. in con.9.col.pe.li.1.& Bar.in d.l.veterib.
23 circa med.dicit quòd † qui fundat intētionem suā ex pacto, pactum debet eius intentionem probare.

bare de necessitate, aliàs non sequitur condemnatio, p l. nō nudis. C. de proba. ideo fit interpretatio cōtra eum qui intentionem suam nō probat, quia vbi est occasio negādi obligationē de facili negat. l. Arrianus. ff. de acti. & obli. igitur aliorum filiorū portiones remanerent penes ipsum Rentium sub eius & iuris dispositione, ar. l. si cum dotem. in pt. ff. sol. mat. & l. commodissimè. de lib. & post. Itaq; ex his firma sententia remanet, eidem Ioannæ d. in
24 strumentū non opitulari, qđ † nō adiuuar nisi quē tenor scripturæ designat. l. ad probationem. la 1. & ibi doct. C. de probatio. & non probat nisi quod cantat dispositiuè, Bald. in l. interest. C. de solutio. Alexand. consi. 52. column. 3. num. 13. lib. 4. Deci. consi. 70. col. j. Tiraq. in l. si vnquam. versi. libertis. nu. 11. Affl. decis. pen. nu. 5. & hac secunda ratione solida præcipuè moueor vt sentiam contra ipsam Ioannam, quæ adeo procedit quòd videtur superfluum contrariis respondere.

Nihilominus specialiter ad ea non desinam respondere, & primò, licet in instro facta sit mentio hæredū, tñ d. Ioanna non pôt venire & non conti
25 netur vt hæres alicuius ex cōtrahentibus, quia † hæredes dicuntur non qui sunt sanguine iuncti, sed q demū sunt hæredes. §. emphyteusim. in auct. de nō alienan. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & doct. in l. quod dicitur. de verborum oblig. hæredes autem ipsius Rentij sunt ex testamento d. Angelinus & vxor ipsius Rentij, quamuis ēt contrahētes dicant facere pacta & cōuentiones, quia tñ verba in d. particula vltima instrumenti designant obuētionem & successionem, quæ pacto dari non pôt p
26 superius alleg. potius enim ab effectu † & re ipsa q̄ à verbis iudicandus est contractus. l. si vno. in pr. ff. loc. & l. insulam. de præs. verb. dicit Deci. in consi. 305. iuridicam. & quando etiam ptomittitur non cōtrauenire, & talis promissio inserta sit nō in verbis substantialibus cōtractus, sed postea inferius in clau. accessoria, prout in d. instrumento non alteratur donatio si sit causa mortis. ita concordando opin. & distinguendo, tenet Dec. in d. cons. 305. & in l. fi. col. 6. C. de pact.

Non refragatur ēt q ex nu. trium testium adhibitorum cognoscatur contractum esse inter viuos, quia in vltima volūtate possunt ēt interuenire duo testes præsertim inter liberos, vt p doc. in l. hac cō
27 sultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & † de iure canonico sufficiunt tres T. cum sacerdote in testō, dicit esse magis com. op. Soc. in consi. 235. visa cōtingentia facti. col. 2. li. 2. & in diuisione inter liberos à patre facta, q̄ sapit vltimam volūtatē, duo testes debent interuenire ad probandum eam, secundum gl. in d. l. fi. C. fami. ercis. potest ergo inficiari dictum contractum, præsertim quò ad dictam particulam, esse actum inter viuos.

Et si adhuc esset, cum in d. vltima particula non insint verba importantia promissionē & oblig. præsentem, sed obuentionem non valet pro re particulari, neq; in totum, vt supra fuit probatum, & cū ita ea non contineatur sub dispositione neq; sit vocata d. Ioanna, vt supra dictum fuit, frustra quæritur de d. contractu, pro qua Ioanna neq; nomine hæredum, quia, vt supra, ipsa non est hæres, neq; specialiter, per ea in d. instrumento fuit seu intelligitur sti
28 pulatū ab aliquo. ideo verba alleg. statuti † non cōueniunt neq; eius dispositio cōuenire potest. l. hos accusare. §. si. ff. de accus. & l. pen. ff. si quis à pa. su. man. & l. 4. §. toties. de dam. infect. cum simil.

Non obstat etiam iuramentum, vt dicatur per illud validari stipulationē alteri factā, quoniam nō adest casus, q sit facta stipulatio alteri, videlicet ipsi donnæ Ioānæ, vt fuit demōstratū supra in quib. terminis loquuntur doct. in contra. supra alleg. Secundò, in d. vlt. particula instri cōsideranda est cā, secundū gl. in l. creditori. C. de pact. quam ibi Bar. & cæteri sequuntur, & in casu nostro attenta coniunctione personarū & affectione paterna præsumitur cā donationis, gl. in l. sed si ego. ff. ad Vell. & in l. vtrum. ff. de donat. inter vi. & vx. tractant Bart. &
29 doct. in l. cum quid. ff. si cer. pet. verum † inter patrem & filiū prohibetur donatio. l. 1. §. 1. ff. pro donа. & l. donationes. in pr. & ibi gl. C. de dona. inter vi. & vx. ideo non operatur iurm emanatum in fauorem incapacis absentis, secūdū Bal. in l. ratiōes. propè fi. C. de prob. & in l. j. col. 3. in fi. C. de inof. don. & Sa. in l. hac edictali. col. 5. C. de secun. nup. sequitur Fel. in c. si cautio. col. 6. de fide instr. ratio nem adducit Bald. q præsumitur figmentū nisi lex præstet impedimentū. l. qui testamentum. ff. de pro
30 ba. fictio † n. nō potest cadere super impossibili de iure, tenet gl. in l. talis scriptura. in vet. vniuersa. de leg. j. quā Bald. ibi approbat, & Ias. in l. si is qni pro emptore. car. 14. ver. similiter fictio. ff. de vsuca. facit quod scribit Are. in cons. 17. col. 4. si aūt diceret iuro firmari donationem inter patrem & filium & absenti acquiri, cōcurrerēt quidē duo specialia circa idem, quod fieri non potest, vt l. 1. & ibi not. C. de dot. promis. & gl. in vers. gener. in l. cum post. §. in domum. ff. de iure dot.

Tertiò, si velimus in re nostra dicere contractū inter viuos, & sic ex cā donationis, vt dixi, extat q. dem statutum Pisauri prohibēs fieri donationem absq; insinnuatione, quæ etiam requiritur inter cōiunctos. l. data. C. de dona. & si aliter fiat statutum præsumit donatorem iurātem dolo & fraude inductū, quo casu iuramentū non validat. c. quāuis. de
31 pact. in 6. & c. cum contingat. de iureiur. valet † n. tale statutū inducens præsumptionē doli contra iuramentū, si statuti forma pet contrahentes non fuerit seruata, secundū Bar. in l. oēs populi. col. 8. vers. item si statutum diceret. de iust. & iu. & Bal. in l. nō dubium. col. 9. C. de legi. hanc esse com. opi. firmat Ias. in auc. sacramenta. in fi. C. si aduer. vend.

Quartò, glo. in d. c. quoties cordis oculis. 1. q. 7. Petr. de Ancha. in clem. 1. de iureiuran. & Alexan. & cæteri tenen. stipulationem alteri factam iuramento validari, loquuntur quando verba contractus exequutiua referuntur ad alterum, vt est exemplum d. glo. in cap. quoties. si promitto tibi me da-

& in d.auc.præterea.& Ias.consi.123.col.pe.ad pr. ver.sed quando.li.4. Si d.testator voluisset debitũ cum legato compensari hoc dixisset expresse,facit tex.in l.1.§.sin autẽ ad deficientis.in fi. C. de cad. tol.& dicit Bar.in l.sed hoc nimiũ.in vlti.lec. ff.de
7 exc.tut.quòd † non possumus credere homini,nisi id qđ dicit,& Old.in con.53.col.2. dicit q̃ animus
8 præsumitur talis qualia sunt verba . testator † autẽ nõ præsumitur velle nisi id qđ loquitur,inquit Bal. in d.§.sin autẽ,Dec.in consi.205.nu.5. itaq; d. verba prohibitiua non obstãt, quia dr̃ quòd de bonis
9 testatoris petere non possit,at † bona dicuntur deducto ære alieno,vulga.l.subsignatum.§.1.ff.de verb. sign.modo legatarius petit suum creditum , quod dr̃ æs alienum,& iure suo non debet priuari quod habet vt creditor,dicta verba.n.debet intelligi, q̃ plus de bonis defuncti petere non possit, ita tenet & declarat Bar.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope.liber.sequitur Bal.in l.liberti.col.pe. vers.attẽde tñ.C.eo.& in l.si stipulatio.colum.fi.C.de iure dot. addo q̃ in hmõi terminis cõsuluit Bene.Cap. in suo cons.164.cũ vt p̃supponitur &c.vbi in suo casu pater vltra suã dotẽ reliquit filiæ suæ vnũ tenimentũ terrarũ,& eã in suis dotibus & d.tenimẽto hæredẽ instituit, & prohibuit q̃ plus de bonis suis petere nõ posset,& si plus petat cadat à d.institutione & ab omni suo iure , & alium instituit hæredẽ , & tñ tenet q̃ d.filia possit petere dotẽ maternã per bona iura & rationes q̃ videantur in d.cons.p dominum iudicare debentẽ, & pariter Cor. idem firmat in con.212.col.fi.li.1.& con.192.col.3. & seq. li.2.ita q̃ñ dicatur quòd amplius non possit petere de bonis suis,tenet Rui.consi.136.col.3.sub nu.7. li.2.& latè Bero.con.134.nu.9.cũ seq. li.2.& Nat. con.342.ad nu.21. In his ẽt terminis ferè cõsuluit Dec.in consi.425.col.pen.& fi.vbi.sub nu.15.attestatur ita per doct.cõiter teneri.& Capr.cons.143. nu.12. Nã testator per d.verba demõstrat se velle, vt Franc.amplius non habeat de suis bonis,& non possit dicere quòd amplius sibi obuenit cũ sit frater,qui etiam ex aliquibus causis põt accusare testamentum fratris inofficiosum,per l.fratres. C.de inof.test.& sic per d.verba d.testator fecit d.fratrẽ alienum à sua hæreditate,vt in simil. dicit glo.in l. qui uolebat.ff.de hæ.inst. & d.uerba multa alia operantur, vt per Bar.in l.quoties.§.si duo.in fin. ff. eo.& sic non põt dici quòd sit sine effectu aliquid operandi,contra.l.si q̃ñ.de leg.3.Et ita concludẽdũ puto,atq; ita fuit iudicatum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXIII.

ARGVMENTVM.

De seruitutibus, Ne luminibus officiatur, Neue altius tollatur , nõ inductis per præscriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Præsumendum est pro sententia.*
2 *Seruitus urbana acquiritur decennij præscriptione.*
3 *Seruitus vt præscribatur,requiritur quasi possessio seruitutis.*
4 *Articulus fit vt probetur,quia sola dicentis assertio in iudicijs non attenditur.*
5 *Experientia est rerum magistra.*
6 *Non probatur hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*
7 *Factum non præsumitur nteutis absque probatione.*
8 *Seruitus præscriptione non acquiritur absque vsu & facto hominis.*
9 *Mala fides impedit præscriptionem.*
10 *Domino inuito in re cõmuni fenestræ fieri non possunt, & nu.20.*
11 *Inuitus in materia seruitutum dicitur , qui expresse non consensit.*
12 *Seruitus altius non tollendi non præscribitur nisi præcesserit prohibitio impedientis.*
13 *Pluralitas factorum non præsumitur.*
14 *Preceptum,quod ex commissione iudicis fit, dicitur interlocutoria.*
15 *Cõfessio extraiudicialis cũ alijs indicijs plenè probat.*
16 *Preceptũ cum cla. iustificatoria habet uim citationis.*
17 *Præscriptio sine titulo citatione interrumpitur.*
18 *Preceptum non resoluitur in uim citationis citato non comparente uel non petente reuocari.*
19 *Aedificari non potest in alieno solo inuito domino.*
21 *Appellatum quando est à s̃nĩa non præsumitur pro ea.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.

IN causa appellationis commissa mag. domino Potestati ciuitatis Pisauri vertente inter D.Iacobum Ardouinum & dominum Franciscum de Zanchis & eius fratrem,prima fronte(ut utar verbis iuriscon. in l.quinquaginta.ff.de prob. & in l.hæredes mei. §.cum ita.ff.ad Treb.) æquius & dicẽdum videtur partes fore dicti D.P.in pronunciando bene iudicatum per dominos Iudices à quibus et malè appellatum per ipsum dominum Iacobum hac ratio
1 ne moueri posset,quia † pro sententia est præsumẽdum,vt not.in l.Herennius.ff.de euict. & in c.quoniam contra. de probat.in ca.cum inter.de re iud. ponit Alexan.consi.63.column.3.nume.12.lib.4. quæ quidem præsumptio uidetur in ueritatem cõuerti,q̃ prima sententia sit iusta & rectè & ritè lata,colligitur enim ex processu & probationibus factis coram primis iudicibus per annos 14. fenestras, de quibus agitur , & scalas stetisse in eodem loco, quo modo extant sciente & patiente ipso do
2 mino Iacobo & eius auctore, unde seruitus † urbana uidetur acquisita decennij præscriptione , quæ ita procedit,vt l.si quis diurno.ff.si serui uend.glo. in uer.certam.in l.seruitutes. ff.de seruitu. tit gen. & l.1.& 2.& ibi Barto.& docto.C.de seruit.& aq. Alexan.consi.69.column.2.lib.5. & nullum aliud ius pro hac parte deduci uel probari reperitur.

Verum his vel similibus non refragantibus con
trarium verius puto, & magis tenẽdum, quòd imò
dominus Potestas appellationis, iudex commissa-
rius pronunciare debeat in fauorẽ domini Iacobi
appellantis. Quod demõstratur tam ex primo pro
cessu quàm ex nouiter deductis & probatis.

Ex primo enim processu liquet dictam primam
sententiam iniustam esse, quia pars aduersa asserit
sibi licere tenere & habere fenestras & scalas in lo
cis vbi modo extant ex præscriptione decursa, &
præscriptio aliqua hic non apparet legitimè proba
3 ta. nam Bar. in d. l. 2. C. de seruit. dicit, vt† præscri-
batur seruitus requiritur quasi possessio seruitutis,
quæ quasi possessio nil aliud est quàm aduersarij
patientia: l. pen. ff. eo. & inquit hanc patiẽtiam esse
non posse, nisi duobus concurrentibus, quòd præ-
scribens vtatur & ille contra quem præscribitur,
sciat. ideo Barto. in l. seruitutes. la 3. in fin. princip.
& in l. quoties. ff. eo. dat cautelam, vt articulus fiat,
ꝙ ille aduersarius vsus est sciente & patiente aduer
4 sario, articulus † autem fit vt probetur, nemini du-
bium quòd sola dicentis assertio in iudicijs non at
tenditur, Alex. consi. 28. col. pen. nu. 22. lib. 5. Dec.
in l. fin. sub num. 43. ad fi. C. de edi. diui Adri. Tol.
Feli. in c. cum dilectus. colum. fi. de accusat. Gemi.
in c. non est. supra fi. de consuetu. in 6. Paris. consil.
26. nu. 17. lib. 2. Sed testes dictorum fratrum non
attestantur eos fuisse vnquam vsos d. fenestris pro
habendo lumine vel eos per statutum tempus pos-
sedisse locum dictarum fenestrarum, ex quo earũ
vsus concludatur, ar. l. si ædes. §. fina. de ser. vrban.
prędi. nisi ꝙ simpliciter deponunt, eas fenestras per
annos 14. vel circa fuisse in eo loco, in quo in præ-
sentiarum reperiuntur. non enim concluditur, fene
stræ sunt in hoc muro, ergo eis vtor, quia possunt es
se absque alicuius vsu vel commoditate, vt experiẽ
5 tia †docet, quæ est rerum magistra. c. quàm sit. & c.
vbi periculum. de elec. in 6. l. 2. C. vt in poss. leg. cũ
6 simil. hoc autem non probatur esse, † quod ab hoc
contingit abesse. l. non hoc. C. vnde leg. & l. neque
natales. C. de prob. cum vulgar. nam vsus est quid
facti, probat glo. in l. 1. de seruit. vrb. prædi. cum di
cat in seruitute quærenda est necessarium factum
7 vtentis, † qui non præsumitur absque probatione.
l. in bello §. factæ. ff. de capt. & postl. reuer. l. asseue
ratio. C. de non numera. pecun. & non probans id
quod est fundamentum suæ intentionis debet suc
cumbere. l. qui accusare. C. de eden. l. in exceptio-
nibus. in pr. l. cum de indebito. §. 1. ff. de prob. cum
notis. Nec obstat ꝙ primus testis dictorum fratrũ
dicat fuisse vera omnia contenta in articulis, quia
quò ad vsum capitulatum est singularis & ei soli
non est credendum, per l. iurisiurandi. C. de test. &
8 c. cum à nobis. extra eo. tit. absque †vsu ergo & fa-
cto hominis seruitus præscriptione nõ acquiritur,
vt not. glo. in l. sed etsi. de ser. vrb. præd. Requiritur
etiam in huiusmodi præscriptione bona fides præ
scribentis, vt l. fin. & ibi not. ff. quemadm. ser. ami.
glo. in d. l. 1. de ser. vrb. præd. tenet Bart. in d. l. serui
tutes. & in d. l. fi. Pa. de Ca. in d. l. seruitutes. col. 2.
sub num. 9. versi. secundò requiritur. & latissimè in
materia scribit Balb. in tract. de præscript. in 2. par.
3. par. prin. in 2. q. nu. 10. & seq. sed hic bona fides
præscribentium non apparet probata, nec hoc
casu præsumitur absque titulo vel probabili erro-
re facti probato, & istam esse veritatem dicit Bal.
in l. 1. col. fin. ver. quæro vlterius. C. de serui. & aq.
ante eum, ita voluit Bar. in l. 1. col. fi. ff. de iti. actu-
que priua. vbi dicit quòd non sufficit probatio so-
lius vsus sed debet probari aliquid, per quod fuit
motus ad credendum seruitutem sibi deberi, vt fa
ma viciniæ vel quid aliud inferens ius seruitutis,
idem firmat Aret. in consi. 30. viso themate. col. 1.
ver. venio igitur ad secundam. & Alexã. consi. vlti.
nume. 3. lib. 1. & Balb. in d. 1. q. nu. 2. Aliàs simplex
vsus non sufficeret, latè tradit Paris. consi. 27. nu. 3.
lib. 1. idem quòd vsus fuerit iure seruitutis, debet
probari per testes, Bero. cons. 134. nu. 24. li. 3. cum
ergo in re nostra probatum non appareat aliquod
indicium mouens præscribentes ad credendum se
dictis fenestris vti iure seruitutis, aliquam seruitu-
tem præscribere non potuerunt propter præsum-
ptam malam fidem, quæ procedit ex eo ꝙ ipsi præ
scribentes sciuerunt vel scire debuerũt dominum
Iacobum posse reficere suam coquinam ad solitã
formam, per leg. qui luminibus. ff. de ser. vrb. pręd.
& eam liberam esse contrario non probato, iuxt. l.
altius. cum l. seq. C. de seruit. & per ea quæ adducit
9 Paris. consi. 26. nu. 24. lib. 1. quæ mala † fides im-
pedit præscriptionem. c. 1. de præscript. in 6. tradit
Aret. in d. con. 30. Quando etiam bona fides præ-
sumitur. tunc ea debet deduci & allegari, vt præ-
sumptio possit fieri, vt scribit Dec. in consi. 267. co
lumn. fin. quod dicit bene notandum Bar. Cæp. in
tract. de serui. vrb. præd. c. 10. nu. 3. quod in hac re
factum non constat, licet factum non sufficeret per
supradicta.

Secundò, ex nouiter deductis & probatis pro
parte domini Iacobi clarius ostenditur prima sen
tentia iniusta & infirmãda, nam per dominum Fe
dericum, magistrum Herculem & Arcangelum te
stes nouiter examinatos cõcludenter probatur for
ma coquinæ domini Iacobi habẽtis tectum supra
dictas fenestras & tempore existentiæ dictæ coqui
næ non adesse dictas fenestras in d. muro, qui mu
rus fenestrarum per qualitates deductas & proba-
tas per dictos testes ostenditur, tam tempore exi-
stentiæ coquinæ domini Iacobi quàm in præsen-
tiarum vsque ad tectum fuisse & esse communis in
ter dominum Iacobum & vicinum dominum co-
quinæ, nunc dictorum fratrum, per ea quæ tradit
Cæp. in dicto tract. c. 40. per totum. & Soc. in con-
10 si. 44. in causa Augustini. col. 1. & 2. lib. 4. ergo † in
muro communi dictæ fenestræ fieri non potuerũt
inuito domino Iacobo, per text. in l. pen. ff. de ser.
11 vrb. præd. inuitus† autem in materia seruitutum di
citur, qui expresse non consensit. l. 4. & ibi Pau. de
Cast. ff. eod. cum concord. allega. à Bursat. Mantu.
consi. 111. nu. 4. & fenestræ non potuerunt fieri in
dicto muro, quia possunt respicere in domum do-
mini

mini Iacobi de futuro reædificādam, ita tenet Cę po.in d.tract.c.62. de fenestra. vers.nunc dicamus an quis, vbi in materia multa dicit, idem in ca. 36. in fi.& si potuissent fieri, quod negatur, per hoc tamen non tollitur quin dominus Iac. liberā habeat facultatem suum casalenum in domum reducēdi & ædificandi in pristinam formā, & si d.fenestras obscuret & eorum luminibus officiat, cum seruitus non appareat debita, per l.cum eo.& ibi not.ff.eo. Nam seruitus.ne luminibus officiatur, quam declarare videntur primi iudices deberi dictis fratribus connexam seruitutem contineret, ne dominus Iacobus in d. loco altius tolleret, supra d. fenestras ædificium prout primitus erat, per l.3. & gl.in ver. ne luminibus.in l.hæc antem.ff.eo.sed in casu nostro d.seruitus, ne altius tollatur, nequaquā demō-
12 stratur constituta vel præscripta, præscribi † enim non potuisset nisi D.Iac. altius tollere & ædificare volens esset prohibitus, secundum Bar. post gl.ibi. in l.qui luminibus.ff.eo.glo.& doct.in d.l.1.C.de seruit.quod procedere in seruitute negatiua, tenet Bar.Cæp.in d.tractatu.c.20.nu.7.versic.Quintum quod requiritur, inquit Bar. post Dyn.in l.si prius. col.3. ver.restat vt uideamus. ff.de no.op.nuncia. & Nat.consi.522.nu.2. & sequ.vbi ad plures casus extendit, etiam si prohibitio esset extraiudicialis, idem & Rol.à Val.consi.22.num.24.lib.2.id verò hic non probatur interuenisse.

Præterea, siqua præscriptio currere cœpisset, qđ negatur per supradicta, fuisset interrupta per præceptum, de anno 1531.emanatum & scriptum, vt probat & cognoscit Bar.ex testib.exam. qui id scripsit ī processu nouiter productum, quòd Antonio patri dictorum fratrum fuisse præsentatum per Plazarium, attestatur magister Cichinus, & id confessus fuit ipse Antonius, vt deponunt Ioannesantonius & ser Ioānes Nicola testes examinati, & si dicant non recordari de tempore, hoc probat ipsum præceptum, de quo dicendum est magistrum Cichinum deponere & d. Antonium confessum esse
13 coram dictis testibus, quia † pluralitas factorum non præsumitur, vt no.Bal.in l.neque natales.col. 2.C.de probat.quod verum esse dicit Feli.in c.auditis.col.15.de præscrip.& pleniss.Ias.in l.2.col.3. C.de bon.poss.secum.tab.vbi dicit, quòd pluralitas sententiarum non præsumitur, secundum Bald.
14 & Saly.in l.2.C.de err.aduo.& præceptum† quod ex commissione & voce Iudicis fit dicitur interlocutoria sententia, vt habetur per doc. in l.quod iussit.ff.de re iudic. de eisdem fenestris quoq; factum dictum præceptum comprehenditur, de quibus in præsenti contenditur, quia aliæ fenestræ in aliquo muro communi inter dictas partes non reperiuntur nisi istæ, de quibus agitur, vt probat euidentia loci, quæ probatio quanta sit plenè scribit Ias.in l. 1.col.6.& 7.ff.de no.ope.nunc.& Feli.in c.significauerunt.col.2.de test. quò verò ad confessionem præsentationis dicti præcepti Anton. probari dicendum est, cum dicta confessio non tendat directè ad obligandum confitentem domino Iacobo, sed tendat ad probandam præsentationem & notitiam præcepti, per quam interim est quæsitum ius, vt fiant in eo contenta, valet & præiudicat, vt dicit Ange.in auc.de hær.& Falc.§.si verò.colu.2, ver.ex hoc patet.& sequitur Fel.in c. si cautio. col. 8.in 8.fallen.de fi.instrumen. quam confessionem extraiudicialem coadiuuat testimonium perhibitum per Cichinum dicentem, per quendam Plazarium ad instantiam domini Iacobi fuisse præsentatum præceptum domino Antonio ne furnum ibi fabricaret, cum verò in d.præcepto exhibito adsit
15 prohibitio fabricationis furni.confessio†enim extraiudicialis cum aliis indicijs plenè probat, secundum Bar.in l.ictus fustium.circa prin.ff.de his qui not.infa.facit vulg.regula, & quæ non prosunt singula, &c. l.instrumenta.C.de probati. cum simil. cū aliàs sufficeret relatio solius Plazarij, vnde plenè constat dictum præceptum fuisse præsentatum
16 ipsi Antonio, & ad eius notitiam peruenisse†quod quidem cum clausula iustificatoria habuit vim citationis, vt tenet Bar.in l.1.C.de exeq.rei iud. quē sequitur Alexā.in l.de pupillo.§.meminisse.col.2.
17 ff.de no.op.nunc.ex qua citatione dicta † præscriptio sine titulo fuit interrupta, vt volunt Bart.in d. l.2.& Bal.in 3.col.in pr.C.de seruit. & Areti.in d. consi.30.col.fi.nam propter contenta in d.præcepto cessat patientia domini Iacobi, sine qua non currit præscriptio, vt per doc.in d.l.1.& 2.C.de ser. & aqua.per l.quoties.la ij.ff.de serui. Præterea, di-
18 ctum præceptum † à principio fuit validum, per d. l.de pupillo.§.meminisse. & non comparendo id que reuocari non petente ipso Antonio absq; dubio non fuit resolutum, per ea quę dicit Alex.in d. §.meminisse.col.pen. & d.prima sententia contra illud non tenet, ar.l.1. C.quando pro.non est nec.

Vltimò, quò ad dictas scalas & murum nunc dirutum versus cortile dictorum, dicta sententia ostenditur etiam iniusta, quia dictus murus erat proprius ipsius domini Iacobi, vt deponunt D.Federicus vir quidem fide dignus et magister Andr. in primo examine super 4.ca.& demonstrant qualitates probatæ, videlicet tectum coquinæ domini Iacobi, super d.muro iam existēs, & fenestra ferrata totum d. murum perforans & in eo existens dans lumen coquinæ D.Iacob.vt dicunt magister Andreas et Cap.Vincentius in primo examine, q̄ regulariter fieri non possunt in muro alieno vel communi, ut not.in l.quidam Hiberus.& in l.pen. ff.de ser.vrb.præd.& dicit Bart.Cæp.in d.tract.de serui.vrb.de pariete seu muro.c.40.nu.13. ver.secūdò principaliter. vnde si iam erat proprius murus D.Iaco.& dirutus sit, solum absq; dubio remansit eius proprium, & dicti fratres cōdemnati communiter cum D.Iacobo ad reficiendum d.parietē, condemnati autem reperiuntur ædificare in alie-
19 no solo,† in quo non potest ædificari inuito domino.l.si præcario.ff.com. præd.nec ipse D.Iacobus compellendus est inuitus ad communionem. l.si non fortem. §.si centum.ff.de condi.indebit.præsertim in re propria, quæ nemini est detrahenda

vel auferenda.§.cuius. instit.de his qui sunt su.vel
alie.iu.nec potest cogi etiam ad refectionem pro-
prij parietis,vt extat statutum.in li.ij.rub.73.quod
est seruandum Pisauri.l.omnes populi.ff.de iust.&
iu.facit.l.an in totum.in fin.C.de æd.priu. Si verò
dicti fratres ibi velint facere parietē intermediū
cum in suo solo ædificent,& quando suum parietē
reficere voluerit D.Iac. non est impediēdus altius
tollere & obscurare d.fenestras, cum quorū lumi-
nibus ne officiatur non probatur seruitus, vt dictū
fuit supra,ad hoc est tex.in d.l.cum eo.de ser. vrb.
præd.& l.si in ædibus.in fi.de seruit.vt in simili re-
spondit Bero.cons.134.ad nu.16.in col.pen. lib.3.
& Petr.Duen.facit suam reg.51.in litera A. & suc
cessiuè dicendum est d.scalas à capite nonpotuisse
poni & immitti in d.muro proprio domini Iacobi
vt dicit Bar.Cæp.in d.tract.c.54.de scalis. ver.vi-
dimus de muro communi.nec in d.muro scalasim
posuisse iure seruitutis d. fratres asserunt, imò in
suis capitulis dicunt, eas fecisse in eorum solo &
in suis bonis, cuius contrarium apparet, cum sint
firmatæ super d.pariete domini Iaco. ideo possent
ab eo remoueri propria auctoritate, per l.quemad
modum.§.1.ff.ad l.Aq.

Præterea, nouiter est deductum hostium per d.
fratres factum ad dictam eorum coquinam fuisse
constructum partim in d.muro communi fenestrā
rum & partim in dicto muro domini Iac. interme
dio,vt deponit dominus Fede. & alij testes dicunt
d.hostium fuisse mutatum & in alio loco factum,
& demonstrat loci euidentia, adeo cum dominus
Iacobus voluerit reficere suum parietem interme
dium à capite impediretur à d.hostio,ideo inquā-
20 tum tangit murum communem † non potuit fieri
inuito domino Iacobo,per not. in l.in re commu-
ni.ff.de ser.vrb.præ.nec debet posse impedire col
ligationem muri prædicti domini Iaco.reficiendi
cum dicto muro fenestrarū, nam quod vicino no-
cet non est permittendum.l.j. §.meritò.ff.ne quid
in lo.pub.cum simil.

Non obstant supra in contrarium allegata,quia
per supradicta omnino sunt sublata,& aliter in re-
sponsionibus insistere superfluum & frustratorium
21 videtur, non † enim præsumitur pro sententia quā
do ab ea est appellatum.ca.quoniam contra.& ibi
Abb.sub nu.19.ver.ego in effectu.de prob. & c.cū
inter. in fi.à contrario,de re iud.refert Alci. de præ
sumpt.reg.3.9.præsumpt.nu.6. Ex his itaque con-
cludendum arbitror, dictam sententiam fore & es
se reuocandam per magnificum dominum iudicē
appell.vt ordinarium, pronunciare, & dictum ho-
stium siue eius partem nouiter factam, quæ tangit
d.communem murum fenestrarum & locum dicti
muri domini Iacobi reficiendi,fore & esse claudē
dum & serrandum à dictis fratribus suis sumptib.
ar.d.l.si in ædibus.C.de seruit. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXIIII.

ARGVMENTVM.

De successione ab intestato filij spurij in bonis matris.

De ampla arbitrorum potestate & illorum laudi formula.

SVMMARIVM.

1 *Testium probabilem causam scientiæ esse vicinitatem.*

2 *Pœna stupri committitur cum soluta.*

3 *Coitum de iure ciuili non esse dannabilem quando habetur cum soluta vilis & humilis conditionis.*

4 *Successionis permissio in dubio spurio præsumenda est.*

5 *Fundans se in exceptione eam probare debet.*

6 *Verba libelli narratiua demonstrant remedium intentatum.*

7 *Verbum in libello cum adsit conueniens competenti actioni, intelligitur ea intentata.*

8 *Arbitri vigore compromissi de iure & de facto, possunt procedere manu regia & omni iuris ciuilis solemnitate omissa.*

9 *Arbiter potest iudicare de fructibus licet in compromisso non sit expressum.*

10 *Sententia incerta ferri potest in accessorijs, vt fructibus & expensis, cum reseruatione liquidationis.*

11 *Obligatione rem restitui, re non extante deuenitur ad æstimationem.*

12 *Reus est absoluendus ab expensis propter iustam causam litigandi.*

AVXILIVM ADSIT ALTISSIMI.



Viso processu coram arbitris facto inter
Franciscū mediante procuratore agen
tem & Marcum reum conuentum,præ
suppono per testes fuisse probatum ip
sum Franciscum esse filium donnæ Angelæ, & bo
na in petitione contenta fuisse possessa per d. An-
gelam dum viueret,& ipsam esse mortuam,& post
eius mortem dicta bona remansisse in eius hæredi
tate,probant hoc præsuppositum.l.si vicinis. C.de
nupt.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel ali. iu. Bart.
1 & alij in l.j.ff.si cer.pet. vbi dicunt in testibus † vi
cinitatem esse probabilem causam scientiæ, Bart.
in l.Titia. ff.de solu.& l.ij.§.si dubitetur. ff.quem-
admod.test.ap.& not.in l.si quidem. C.solut.ma-
trimonio.

Sed quia hic mr̄i filius nō legitimus intēdit suc
cedere ab int.vidēdum est an possit. Breuiter puto
scd̄m ea q̄ proponuntur eū posse succedere, nā aut
natus est ex soluto & soluta,& contrarium non li-
quet ex processu, & ligatio matrimonij est facti
quod non præsumitur absque probatione.l. in bel
lo.§.factæ.ff.de cap.& postl.reuer.l.asseueratio.C
de non nume.pecu.& c.solemnitate.de consec. di
stin.

ftin.ij.cum fimil.quo cafu dicitur naturalis tantū.
§.ad hoc,in authen.vt lice.ma.& auiæ. & fuccedit
matri etiam Illuftri l.penultima .in fin. C.ad orfi.
aut natus eft ex muliere quæ ob fuam licentiam
difcurrendo per vicos non retenta in domo ali-
cuius cum quolibet poterat concubere; quo ca-
fu dicitur propriè vulgò conceptus, fecundum An
ge.in confi.223.pro decifione confulrationis præ-
dictæ.& in confi.295.fuper puncto.& text.in l.vul
gò.de ftatu homi. tunc quoque capit hæreditatem
maternam.§.nouiffimè.infti.de fen.con. orphi. l.fi
fufpecta.§.j.ff.de inoffi.tefta. nifi mater fit illuftris.
d.l.pen.aut natus eft ex foluta & ligato,tunc etiam
ei materna fucceffio non eft deneganda, vt firmat
Ange. Areti.in d.§.nouiffimè.col.iij.ver. ad vnum
aduertas.confuluit Soc.in confi.148.memini. vol.
ij.cum multis concord.traditis per Dec. in confil.
306.in cafu propofito.in princ.licet ibi Dec. con-
cludat contrarium in fin.hoc dicit tenere:quia præ
fupponit natum ex moniali vti concubina retenta
ex damnato coitu,non autem ita eft in coitu cafu
fecuto cum muliere non retenta vti concubina, &
per non habentem plures concubinas fic diftin-
guendo Deci. tenet dictam primam opinionem
quòd filius natus ex tali coitu fuccedat matri,
quia non eft natus ex damnato coitu de iure ciui-
li, fic authoritate Salic.Caftr. Ange.Aret.& Soci.
idem Dec.pertranfit in confi.316.col.2. fub nu.3.
Aymo confil.166.col.j.nu. ij. idem fi ex damnato
coitu,tamen non punibili fit natus fuccedit matri
Nat.confi.421.nu.5.vbi confuluit pro parte altera
contra dictum confilium Aymonis,ita in cafu no-
ftro nequaquam apparet natum ex tali damnato
coitu,damnatum coitum videtur intelligere Bart.
in l.fin.verfi.quæro an fuccedat.ff.de his qui.vt in-
dig.ex quo mater poffet puniri, verum d. Angelæ
nulla pœna erat irroganda folutæ temporali & fpi
rituali matrimonio,fi volebat turpem vitam agere
& meretricio more viuere,vt l.quæ adulterium, in
2 fin.C.de adul.ideo † pœna ftupri quod committi-
tur cum foluta.l.inter liberas.§.j.ff.eo. non impo-
nitur nifi mafculo,vt patet ex tex.§.Item lex Iulia.
de adul.infti.de publ.iud.ad quem tex. de dicta pę
na imponenda glo.d.l.inter liberas, in ver.nomi-
3 ne.fe remittit,quod maximè verum eft, coitū † nō
effe damnabilem de iure ciuili,quando habetur cū
foluta vilis & humilis conditionis, probat Aymo
confi.d.166.num.6.Concludo igitur ex præmiffis
fiue dictus Francifcus ex foluto & foluta, fiue vul-
gò conceptus,fiue ex foluta & ligato natus fit fuc-
cedere poteft fuæ matri, & cum non appareat eum
4 effe in cafu prohibito † præfumenda eft permiffio
fucceffionis,arg.l.nec non.§.quod eis.ff.quib.cau.
maio.& c.j.de procur.in vj.& l. merito.ff. pro foc.
ita arguit in terminis Aymo d.confi.166.nume.1.
per Bal.confi.448.col.ij.in 3.dub.li.j. fat eft quòd
probauit fe filium d.Angelæ. fi aduerfarius inten-
debat eum non poffe fuccedere, debebat probare
eum effe in cafu quo fpurius non poteft fuccedere
matri, & fic eidem Francifco fufficit regula d.§.no
uiffimè. uolens autem Marcus reus conuentus fe
5 fundare in exceptione † eam debebat probare,per
ea quæ volunt Alex.in l. non folum. §.fciendum.
ff.de no.oper.nunc.Fel.in c.in præfentia.col.6.de
prob.Iaf.in l.ij.col.v.C.de edi.diui Adri.tol. & in
l.quod te.col.6.ff.fi cert.pet. cum fimil.allega.per
Deci.confil.142.colum.ij.fub nume.4.verfic. cum
enim alienario.

Qua conclufione retenta videtur dubium oriri
ex petitione pro dicto Francifco facta,ex qua vigo
re ftatuti continuantis poffeffionem defuncti in hę
redem videtur ex perfona hæredis intentatum re-
medium.c.reintegranda.iij.q.j. quod. eft recupe-
6 randæ poffeffionis,vt demonftrant † verba libelli
in narratione, ibi dolosè fpoliatus fuit à d. Mar-
co &c.& in conclufione compell. ad reintegran-
dum &c. quæ infpicienda funt pro cognofcenda
actione intentata,vt per Bart. in l.certi condictio.
in princ.ff.fi cert.peta.& declarat Dec.in confi.57.
col.ij.quod quidem ftatutum intelligitur cōtinua-
re poffeffionem in hæredem nifi mortuo defuncto
incontinenti poffeffio per alium apprehendatur,vt
per Alex.in l.cum hæredes.in prin.ff.de acqu. pof.
& Iaf.poft eum in l.Pomponius.§.quæfitum.ff.eo.
Sed hæres qui nunquam habuit poffeffionem ve-
ram vigore dicti ftatuti intentans remedium recu
perandæ malè agit, & debet fuccumbere, vt tenet
Bal.in auth.defuncto.colum.pen.C.ad Tertul. re-
fert & fequitur Iaf.in l.fi forori.verfi.fecundò limi
ta.C.de iur.deliber. licet & remedium recuperan-
dæ poffe dari pro hac ciuiliffima poffeffione plures
concord.allegat Tiraq. in tract. le mort faifit in 4.
decla.fextæ par.Hoc autem non obftare in re no-
ftra refpondeo propter verbum ad reftituendum
in d.libello infertum,quod conuenit etiam poffef-
forio adipifcendæ,& fic quorum bonorum, ita di-
7 cit Bar.in l.1.in fi.prin.ff.quo.bonorum.cum † .n.
verbum adfit in libello conueniens competenti a-
ctioni intelligitur ea intentata, per ea quæ fcribit
Soc.in confil.262.col.j.in caufa magnifici, libr.ij.
nam libellus debet largiffimè interpretari in fauo
rem actoris, vt veniant omnia quæ ex fignificatu
verborum venire poffunt,dicit Abbas in c.cum ad
fedem.col.iij.ver.fed quæro qualiter.de refti. fpol.
facit glo.in ver.iniuncta.in l.ædiles.§. item fcien-
dum.ff.de ædi.edic. & intelligitur intentatum re-
medium quorum bonorum, quo fauorabilius po-
reft iuuari intentio actoris virtute claufulæ omni
meliori modo &c.vt per ea quæ pleniff. dicit Iafo.
in §.omnium.nu.151.infti.de act.

8 Præterea,fumus coram arbitris † qui vigore cō
promiffi in procedendo de iure & de facto poffunt
manu regia procedere omiffa ol folēnitate ciuili,
iux.l.ij.ff.de ori.iu.per ea quę dicit Bar.in extraua.
ad reprimendum.in verfic.videbitur.propè finem
Ang.in confi.267.in quæftione.col.pen.in prin.&
Soc.in confi.12.col.ij.lib.j.& plura Feli.in c. cau-
fam quæ.de re iud.etenim(vt dixi)poteftatem ha-
bent procedendi manu regia,qua Po.Ro.ab initio
vtebatur, quo tempore non erant actiones compo
fitæ,

sitæ, sed post leges ortæ sunt d.l.ij.§.deinde.de ori. iur. non debent curare de modo agendi sed æquitati & veritati inhærere debent, Ang. in consi. 305. in quæstione. Bal. in l. fi. col. 3. C. de contrah. empt. & Soc. consi. 160. col. pen. versi. quartò & vltimò. lib. 2. dicit q habens potestatem procedendi de facto & equitate potest sententiare ex causa non deducta in libello, & non attendere actionis titulum sed causam debiti. l. tutor. ff. de fideiuss. Nam procedendo de facto inueniunt d. Franciscum esse filium d. Angelæ, nam nimis graue & rigorosum esset ei reijcerent agentem fortè actione inepta, quæ tamen adiuuatur per supradicta, debent ergo arbitri condemnare reum conuentum ad restituēdum possessionem bonorum in petitione descriptorum ipsi Francisco vt filio naturali & hæredi d. Angelæ cum fructibus perceptis & qui percepi potuerunt: quia istud iudicium est generale, vt dicit Bart. in l. 1. in fi. C. quo. bon. & glo. fin. in l. 1. ff. eo. vnde fructus veniunt. l. item. §. fructus. ff. de pet. hæred. & l. pen. ff. fam. ercisc. de quibusdam annis quibus reus
9 conuentus possedit d. bona, quoniā & † arbiter potest iudicare de fructibus licet in compromisso nō sit expressum, Fel. in d. c. causamque. col. 2. versi. sic etiam dixit Innocentius. sed teseruent eorum liquidationem & taxationem in executione laudi. nam
10 † in accessorijs, vt in fructibus & expensis, potest ferri sententia incerta cum reseruatione liquidationis, vt tenēt Ioan. Fab. & Ias. nu. 54. in §. curare. insti. de act. & vt per Bal. in l. terminato. colum. 1. versicu. modo quæro, vtrum iudex. C. de fructib. & lit. expen. & liquidatio fructuum potest fieri in executione sententiæ, Imol. in l. si homo. ff. de re iudi. de reseruatione ista expresè tenet Guid. Pap. in q. 405. vers. aduertendum tamen. id enim valere sine dubio dicit Ias. in l. nō solùm. §. morte. col. pen. sub versi. quædam & secunda. de no. oper. nunc. etiam in fructibus perceptis pendente lite, idem firmat Bar. in l. ex diuerso. §. vbi autē. ad fi. ff. de rei vind. & per Soc. in c. 2. sub nu. 23. de libel. obla. idem sequitur. dicens hoc magis in sententia arbitratoris & arbitri procedere Nat. consi. 248. nu. 3. & seq. vsque ad fi. Intelligendū est quando in processu non essent examinati testes super istis accessorijs, quia tunc non posset reseruari liquidatio, nisi facienda ex processu vel probatis in processu, secundùm decis. Neapol. per Afflict. in decis. 35. nu. 3. & in fi. & decis. 376. in fin. ob regulam super eisdem testium examinibus prohibitiuam, ex c. fraternitatis. de testib. & clem. fi. eo. si extant dicti fructus, aliàs eo-
11 tum æstimatio soluatur in † obligatione enim rem restitui re nō extante deuenitur ad æstimationem. l. in re furtiua. ff. de cond. furt. & Bar. in l. si constante. §. si vxor. ff. sol. matr. & expresè tenet in fructibus in d. §. vbi autem. in fi. idem Bar. probat in l. eū qui. in princ. ff. de his qui. vt indig. & ibi habetur in apostil. & per Bal. Ang. & alios in l. diuortio. §. ob donationis. solut. matri. Ab expensis verò litis reus
12 † est absoluendus propter iustam causam litigandi per supradicta, iuxta l. qui solidum. §. etiam. de legatis secundò. cum similibus.

Ponam igitur pro instructione formam sententiæ seu laudi per dictos arbitros ferendi quæ talis traditur. Quia dicimus, pronunciamus & sententiando, laudando & arbitrando condēnamus Marcum supradictum reum conuentum ad relaxandam & restituendam dicto ser Ioanti dicto nomine & dicto Francisco vt filio naturali & hæredi d. donnæ Angelæ prædefunctæ possessionem bonorum in dicta petitione descriptorum vnà cum fructibus ex dictis bonis perceptis per ipsum Marcū & qui percepi potuerunt, declarandis & taxandis in executione præsentis nostri laudi, si extant, aliàs ad soluendam eorum æstimationē prædicto Francisco, absoluentes ambas partes ab expensis litis iustis de causis &c. præterquam à nostris sportulis & mercede consultoris, in quibus condēnamus quēlibet eorū in medietate. Et ita dicimus, laudamus arbitramur, condemnamus & absoluimus, & non tantum modo prædicto sed omni alio meliori modo &c. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXV.

ARGVMENTVM.

De desertione appellationis, & an in productione appellationis requiratur citatio partis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deserta nulla est ipsa appellatio.*
2 *Statutum loci, in quo iudicium agitur, in ordinatorijs semper seruari debet.*
3 *Libellus appellatorius produci potest die feriata.*
4 *Fatalia appellationis secundum ius commune sunt quatuor.*
5 *Dilatio abbreuiata à statuto idem operatur quòd integra.*
6 *Iudex ad quem non potest infirmare sententiam per desertionem confirmatam.*
7 *Prosecutio appellationis deserta non tollit quin prima sententia transierit in rem iudicatam.*
8 *Probationi persuasiua solum credere potest ille, cui committitur causa. sola facti veritate inspecta.*
9 *Tempus depositionis in testibus attenditur.*
10 *Tempora appellationis à iure positiuo statuta possunt mutari à lege municipali.*
11 *Citatio partis est principium iudicij.*
12 *Surrogatum eiusdem effectus & potestatis est, cuius est illud, cuius loco surrogatur.*
13 *Præscriptio perimens actionem non rumpitur ex sola libelli productione sine citatione.*

DIVI-

DIVINVM ADSIT AVXILIVM.


N causa appellationis consilio sapientis decidenda inter Ioannem Matthęũ appellantem & Dominam Ioannã appellatam domino Prætori ciuitatis Pisauri commissa. Primò est videndum de viribus appellationis, an sit deserta, quæ quidem si non subsistat totum ædificium corruit, in simili dicit Oldra. in consi. 304. infrascriptas allegationes. in princip.
1 deserta † enim appellatione nulla est appellatio ip sa. c. si appellationem. & ibi Zab. in clem. de appell. Corn. consi. 312. col. pen. versi. circa secũdum. lib. 3. nempe dicta appellatio deserta ostẽditur ex forma statuti Pisauri in lib. 2. statut. rub. 6. de interpo. appel. quo cauetur. infra quindecim dies cõtinuos ab interpositione appellationis coram iudice ad quem appellationem & grauamẽ produci debere. quod statutum in hac parte respicit ordinatoria & processum appellationis, per ea quæ declarat Peru sin. in c. si duobus. §. deniq;. versic. & aduerte quòd si statutum. & in c. vt debitus. col. 7. circa fin. de ap-
2 pel. & † in ordinatorijs semper debet seruari statutum loci in quo iudicium agitur, vt per Barto. in l. cunctos populos. col. 5. C. de sum. Trinit. per l. 3. in fi. ff. de test. & sequitur Ias. in d. l. cunctos. & ibi Io. Bapt. de sancto Seuer. num. 101. Grat. consi. vlt. nu me. 15. lib. 2. quò ad ordinem siue processum executionis seruatur statutum loci iudicij, dicit Bal. in l. 1. versic. Quartò iuxta hoc. C. ne filius pro patre. & in l. 1. col. fi. C. quæ sit lon. consuet. ita in terminis consuluit Alexã. in consi. 164. circa dubitationem. lib. 6. idem consi. 183. sub nu. 2. lib. 2. idem & in proposito Corn. consi. 43. col. fi. lib. 3. Et si dicatur d. statutum videri respicere decisionem causæ, cum non seruetur dictus terminus, vlterius procedat & mandat, primam sentẽtiam manere firmam & eam posse exequi, nihilominus cũ statutum hoc decidat ratione negligentiæ & moræ non introducentis appellationem idem statutũ loci in quo petitur seruari debet, per ea quæ dicit Bar. in d. l. cunctos. col. 5. versi. secundo casu aut solutio. & est ratio secundũm Bart. ibi sub nu. 20. quia habita & obtenta commissione causæ, vt ipse dominus Potestas Pisauri cognosceret & decideret, ipse appellãs non faciendo quæ mandant statuta Pisauri, præsertim in ordinatorijs, ibi est in mora & negligentia contracta, nec potest excusari appellans propter ferias natiuitatis Domini: quia d. feriæ interuenerũt à principio dictorum quindecim dierũ, quare ob istas ferias non fit prorogatio, sed debebat appellans esse diligens in producendo reliqua tempore iuridico, ita dicit Bal. in l. 1. C. de fer. vbi etiam di-
3 cit q; † libellus appellatorius potest produci in die feriata, idem in l. 1. in 5. oppo. C. qui admit. Bar. & doct. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. nam forma à statuto tradita debet seruari ad vnguem, vt pleniſ sime ad propositum per Soc. in consi. 24. col. 8. lib. 1. constat dictam appellationem cum grauamine non esse productam in termino à statuto præfixo siue iniciatur à die appellationis interpositæ quæ fuit 17. Decembris siue à die commissionis & dationis iudicis, quæ fuit 23. d. mensis enumerando vsque ad diem 19. Ianuarij. quo fuit producta dicta appellatio cũ grauamine & rescripto. Deserta au-
4 tem fit appellatio non seruando fatalia † quę secũdùm ius commune sunt quatuor. Primum, si non petantur Apostoli infra 30. dies. Secundum fatale est, si non introducatur infra terminum præfixum, vt l. præses. C. de appel. & alia quæ sequũtur, vt per Bal. in addit. ad Spec. de appel. col. 12. & plura per Præpos. Mediol. seu Card. Alexandri. in ca. personas. col. 2. de appel. quod secundum fatale hic producendi appellationem cũ grauamine intra quindecim dies à die interpositæ appellationis coram iudice ad quem præsertim non reperitur seruatum à d. statuto cum breuiori termino inductum, quod potest mutare ius commune in his terminis in appellatione seruandis cum sint de iure positiuo, vt l. 2. in princ. C. de temp. appellandi. vt l. omnes populi. de iust. & iur. & Card. Alexand. in c. dilecto. col.
5 41. versi. secundò adducitur. de appellat. & † dilatio abbreuiata à statuto idem operatur quòd integra, dicit Bal. in l. eos. in princ. col. penul. versic. sed quid dicemus. C. eo. de app. & Bart. consi. 95. punctus quæstionis. num. 4. versi. super quarto. lib. 2. & Bal. in l. in contractibus. in prin. in 1. not. C. de nõ num. pecu. & in c. si quis per triginta. col. fi. sub nu. 11. si de feu. fuer. controuer. inter dom. & agnat. &
6 hoc bene aduertat dominus consulens: quia † iudex ad quem non potest infirmare sententiam per desertionem confirmatam, Card. Alexand. in c. ex ratione. col. 19. versi. est quoq; vtile. extra eodem, nec confirmare, secundùm Bald. in l. ante, in fi. C. quorum appel. vbi adducit rationem: quia deserta appellatione deserta est iurisdictio, & Anch. in cõsi. 345. Iam deserta appellatione. & Paris. cõs. 108.
7 nu. 32. & seq. lib. 4. nam † prosecutio appellationis desertæ non tollit quin prima sententia transiert in rem iudicatam, clem. pen. de appell. & hæc sufficiant pro victoria dictæ appellatæ propter dictam desertionem.

Tamen inspiciendo merita causæ dicta sententia quoque venit confirmanda: Quoniam primus
8 iudex vigore rescripti processit visa veritate, & † talis cui committitur causa sola facti veritate inspecta, potest credere probationi solum persuasiuæ & non concludenti, vt per Bal. in l. solam. prope fi. C. de testi. & Dec. consi. 178. in fi. & potest procedere manu regia, Bart. in extrauag. ad reprimendum. in versic. videbitur. circa finem, sequitur Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. 6. ff. si cert. pet. rei veritas se habet probata per Lucam & Blas. testes duos examinatos. l. vbi numerus. ff. de testib. c. in omni. & c. licet, extra eod. qui testes non sunt repellendi: quia fuerunt laboratores, cum iure non reperiantur prohibiti, Bal. consi. 293. factum. col. penul. sub nu. 10. lib. 3. & in colono partiario tenet cum admitti sine dubio Aret. in consi. 13. col. 8. versic. sed in casu nostro, & Saly. in l. quoniam liberi. col. fin. num. 8.

num.8. C. de testib. & quia tempore testificationis
9 cessat tale impedimentum, & in † testibus attenditur tempus depositionis, Bar. & Bal. & Saly. in l.2. C. eo. de testi. & Ioan. Fab. in §. in testibus. col. fin. instit. de testam. & alibi per doct.

Vlterius super dubitatione, an citatio partis requiratur in introductione & productione appellationis & grauaminum facienda infra quindecim dies à statuto præfixos, pro veritate indaganda. Ita videtur dicendum, q à iure communi in appellationibus plura tempora fatalia sunt constituta, de quibus per Bat. in auct. sed lis. C. de tempo. appell. & in l.1. ff. de libel. demis. vt ante dictum est, & pro exercenda & finienda appellationis causa integra le tempus est vnius anni, Bart. in d. locis Canon. in
10 ca. cum sit Romana. de appell. Quæ † tempora vt à iure positiuo statuta possunt mutari à lege municipali. l. omnes populi. de iust. & iur. Præpos. Medio. in d. c. dilecto. colum. 41. versi. secundò adducitur. de appel. & tempus mutatum coarctatum à statuto idem operatur q integrum à iure communi præfixum, sicut de illo edicto dicitur, quòd appellatur vnum pro omnibus in l. ad peremptorium. ff. de iudic. ita per Bal. in d. l. eos. in princ. col. pen. ver. sed quid dicemus. C. de appel. sed à statuto, de quo agitur, tria sunt fatalia tempora. Primum, ad interponendum appellationem decem dietum. Secundum quindecim dietum ad introducendum & producendum appellationem cum grauamine coram iudice ad quem, quod si appellans non obseruauerit prima sententia firma permanet. Tertium est, alia complectens sexaginta dietum pro expediẽda appellatione, licet vltimum quò ad instantiam præfixum est iudici, & eius lapsu non deseritur appellatio, nos sumus in secundo ad producendum appellationem, quod cum præfigatur ante illud præfixum ad expediẽdum appellationem subrogatur & continet sub se omnia illa quæ à iure communi dantur ante terminum datum ad exercendũ & cõplendum appellationem, vetum ante hunc terminum ad complendum appellationem, terminus est ad inchoandũ processum appellationis, vt propriè huiusmodi præsentationem appellationis esse partem prosecutionis ipsius sæpius repetendo in specie tenet Castr. consil. 117. super primo. versus fin. lib. 1. de quo meminit in l. si quis hæres. la 2. nu. 7. ff. de acq. hæred. & Fel. refert in c. quod ad consultationem. col. pen. in x. conclus. de re iud. & ad hoc quippe requiritur citatio partis, vt est glo. approbata ibi per Bar. Bal. & Sal. in l. fi. §. illud. C. de temp.
11 appell. quia partis † citatio est principium iudicij, Bat. & doct. in tub. C. de in ius vocan. ergo in casu proposito talis termini ad producendum appellationem cum pœna desertionis videtur requiri d. ci
12 tatio: quia † surrogatum eiusdem effectus & potestatis est, cuius est illud, cuius loco surrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. & ibi doct. ff. si quis caut. vt in simili allegando arguit Bal. in d. l. in contractibus. in princ. in 1. notab. de non nume. pecun. & in d. c. si quis per 30. col. fi. num. 11. si de feu. fuer. con trouer. inter do. & ag. sequitur Alex. in l. 1. in prin. col. 3. nu. 15. ff. de fer. Nam in tali statuto ad introducendum appellationem exponitur. i. ad exordiũ appellationis, scilicet citationẽ partis, vt in quibusdam extrauag. de appel. insertis ad Spec. de appell. & col. pen. versi. constitutio Episcopi. Et probatur cum tale tempus ad producendum appellationem inducat præscriptionem contra appellationem, vt eo lapso habeatur ac si non esset appellatum, & sententia lata possit exequi, talis præscriptio non interrumpitur per solam productionem appellatio-
13 nis absque citatione partis, quemadmodum † præscriptio perimens actionem non rumpitur ex sola libelli productione sine citatione. l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscr. 30. ann. & c. illud. & c. vigilanti. de præscr. ita in simili & in terminis arguit & tenet Ang. in auct. de iud. & vt nullat. §. appellatio. idem probat in §. omnem. col. 1. ad fi. sub versi. ibi interrumpere. in auct. de litigi. Non fundo me in quæstione Ange loquentis de certis diebus præfixis ad prosequẽdum appellationem, sed vim facio & me fundo in ratione decisionis, q vt interrumpatur præscriptio perimens appellationem requiritur citatio partis, per dicta iura etiam ab Ang. allegata, hic facientia etiam ad interruptionem præscriptionis nostri termini ad producendum appellationem coram iudice ad quem. Quasi terminus legis sit statutus in modum præscriptionis. Feli. dicit in c. licet causam. col. 10. versi. limita 3. de proba. cum præscriptio talis fatalis inducta videtur odio negligentiæ, vt patet in auct. de his qui ingred. appell. Et suadetur q debet citari pars: quia appellatus etiam potest prosequi appellationem vt d. statutum mandat, hoc autem facere non potest, nisi fuerit citatus & saltem sciat iudicem, Alexã. consi. 164. nu. 3. lib. 2. non enim tenetur diuinare. l. si putator. §. fi. ff. ad leg. Aquil. Ex quibus putarem in productione appellationis facienda infra tempus d. statuti requiri citationem partis, & non hoc seruato appellationẽ de qua agitur esse desertam. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Sententia Rotæ Genuensis iudicum demonstratur iustitiæ inniti, lata contra fideiussorem institoris, qui ad annum tantum fideiussit & non vltra.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor renuncians iuri de principali conueniri potest non discusso principali.

2 *Fideiussorem obligatum ad tempus extra tempus esse liberatum ope exceptionis.*
3 *Fideiussoria obligatio accessoria dicitur.*
4 *Pactum alienum regulariter non prodest.*
5 *Modus non curatur dummodo habeatur effectus.*
6 *Subscriptio referens se ad scripturam principalis obligationis secundum illam declaratur & interpretatur.*
7 *Administrator dicitur debitor summarũ respectu temporis de diversis annis.*
8 *Inducta ad vnum finem non debent alium operari.*
9 *Mercatoribus deponentibus circa mercaturam de his quæ potius in intellectu consistunt quàm sensu, credendum videtur.*
10 *Verba geminata magis enixam & deliberatam voluntatem & animum disponentis ostendunt.*
11 *Præsumptio veritatis pro instrumento viget.*
12 *Actus sequens declarat qualis fuerit intentio actus præcedentis.*
13 *Contrahentium mentem potius quàm verba attendendam.*
14 *Dictio supra, relationem facit omnium quæ dicta sunt cum suis qualitatibus.*
15 *Administrationis actus est successiuus circa plura negocia.*
16 *Verbum futuri temporis habere debebunt, plenissimum est, omne tempus labens aptum comprehendere.*
17 *Absurdum euitandum etiam in materia stricti iuris.*
18 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*
19 *Promissio intelligitur rebus sic stantibus.*
20 *Institoribus pluribus constitutis alicui negociationi vniuersali etiam priuata, cuilibet insolidum competit administratio.*
21 *Verba quouis modo, prolata ab homine restrictionem non recipiunt.*
22 *Damnum qui patitur facto alterius potest suum consequi contra damnificantem.*
23 *Administrator quilibet rationem reddere tenetur suæ administrationis.*
24 *Littera contra scribentem probant.*
25 *Summa minor in maiori continetur.*
26 *Concurrentibus duobus ad vnum, quod nisi vni soli con neutre potest, ille solus admittitur.*
27 *Litera alij directa continentes aliquid pro tertio ad eum pertinenta, vti semper loquentes probant in fauorem tertij.*
28 *Veritas sola intuenda est.*
29 *Dolus & fraus non prodesse sed nocere committenti debet.*
30 *Stilus & consuetudo mercatorum est, vt cedulis credatur.*
31 *Consuetudo mercatoria inter mercatores seruanda.*
32 *Nemo præsumitur iactare suum.*
33 *Testium singularitas suppletur ex alijs præsumptionibus.*
34 *Scriptura mercatorum habetur pro sententia, & eorũ fides transit in rem iudicatam.*
35 *Verba legum vbi cessant, cessat & earum dispositio.*

DEVS ADIVTOR.


Ersa est in Auditorio Rotæ Genuensis lis & ardua grandis summæ pecuniarũ quæstio inter nobiles Ianuenses Nicolaum & Benedictum Gentiles actores & Bernardum Spinulam vti promissorem Laurentij Spinulæ ex altera reum conuentum. Quę lis inspecto processu & actitatis omnibus hincinde consideratis, ac auditis partibus & earum peritissimis ac solertissimis Patronis pluries atq; pluries ad instructionem cognitionemq; congruam & sufficientem dictæ litis & eius omnium cõnexorum & dependentium tandem per Rotam ipsam finita & decisa est in fauorem dictorum Gentilium. Vt enim lex Rotę & generalis superiorum iussus seruetur de motiuis rationibus sententiarum assignandis, decisionis huius causæ & rationes motiuæ inferius adducuntur meo studio adinuentæ collectæ & compositæ, meritoq; inter alia mea responsa positæ.

Dicendum est itaq; d. Bernardum qui promisit d. Gentilibus pro eo quod habere debebãt à dicto Laurentio, esse eiusdem Laurentij fideiussorem & vti fideiussorem obligatum esse. l. Titia. §. penul. & ibi gl. in versic. quæ apud, & l. vbi autem. §. illud. & ibi Alex. nu. 4. de verb. oblig. tradit Ruin. consi. 99. nu. 1. lib. 5. qui fideiussor cum in apodissa per eum subscripta renunciauerit iuri de principali &c. po-
1 tuit non † discusso principali prius ipse conueniri: quia verum est ius esse de principali prius conueniendo quàm deueniatur ad fideiussorẽ, auct. præsente. C. de fideiuss. sed tale ius cessat quando ei renunciatum est, per reg. l. pen. C. de pact. Bald. in d. auct. præsente. in fin. Marsi. in rub. nu. 7. de fideius. & Aymo consi. 272. nu. 3. cum sequẽ. in 2. par. & de his nulla reperitur facta difficultas. Sed omnis disceptatio totaq; difficultas videbatur principaliter in tribus consistere, & super his longè & diffusius pertractatũ est. Primò, an d. Bernardus stante adiectione suæ subscriptionis. & q̃ talis sua obligatio duret per annum proximè venturum, de his contingentibus in anno suæ obligationis quæ Gentiles prætendebant habere à d. Laurentio, teneatur & conueniri possit vltra annum prædictum elapsum tempore porrectæ d. Gentilium petitionis. Secundò, an Gentiles aptè contra d. Bernardum certam summam petierint. Tertiò, an incumbentia sufficienter probauerint.

Super primo domini Aduocati d. Bernardi nitentes defendere eum non teneri, in summa adducebant iura & auctoritates doct. volẽtes, fideiusso-
2 rem † obligatum ad tempus extra tempus ope exceptionis esse liberatum & non posse conueniri, vt l. si fideiussor. §. fin. & ibi Bar. ff. mand. & l. tutor. & ibi Imo. & Paul. de Cast. de fideiuss. & l. cum decẽ. §. 1. de solut. Bar. & Paul. de Cast. in l. fi. §. 1. iẽ rat. habe. per not. in l. cum qui ita. §. qui ita. de verb. obliga. Quibus semotis Rota censuit contrarium de iure verius, faciens principale fundamentum, ad quod nunquam datum fuit congruum responsum,

quòd principalis contractus inter Gentiles condu
centes & d. Laurentium locantem initus est loca-
tionis & conductionis operarum ipsius Laurentij
ad expediendum negocia rarionis d. Gentilium
quam habent Lugduni & Bezansoni mercede &
salario ei scutorum centum constituto & dãdo pro
anno , vt in d. apodissa latius continetur, sic ope-
rarum est locationis & conductionis contractus.l.
1.§.si quis seruum.ff.depos. & l.qui operas.ff.loca.
Azo in sum.de loca.in prin.& Spec.eo.rit.§.restat.
qui est vltro vtroque obligatorius. l.Labeo.la 2.§.
1. ff.de verb.sig. Cui cõtractui & obligationi prin
cipali d. Laurentij ex omnibus prædictis & alijs
3 quouis modo debendis d. Gentilibus accessit † fi-
deiussoria obligatio d.Bernardi quę est accessoria.
l.hi qui.ff.de fideiuss.& §.fideiussores. instit.eo. &
Cyn.in l. si diuisa.C.loca.etiam si renunciatum sit
iuri de principali &c.Bal.in consi.466.nu.9. lib.5.
& debet sui principalis naturam habere d. §. fide-
iussores.& c. accessorium.de reg.iu.in 6.Ang.in d.
l. si diuisa.ergo sumus in terminis. l.si cũ Hermes.
C.loca. & l.item quæritur. §.qui impleto.ff.eo.se-
cundùm quarum legum terminos fideiussor dici-
tur obligatus ad tempus, prout D.Aduocati d.Ber
nardi volunt eũ esse obligatũ,vt expresse dicũt, &
sic ad rempus obligatum appellant Bal.Ang.Alex.
& Ias.in l.si vnus. §.si cum reo. ff.de pact. & Paris.
consi.48.nu.15.vol.1.& tale tempus (sicut etiã ar-
guunt d.dom.Aduocari Bernardi) dicitur causa fi-
niendæ & limitandæ obligationis, vt dicũt expres
sè Alex.consil.72.num.4.lib.6.& Ias.in l.1.col.4.
versi.sed nunc plenius.C.de iudi.& Dec.consi.93.
in fi.& Paris.d.consi.48.sub num.15. & nihilomi-
nus ab his quæ contigerunt in tempore quo dura-
uit fideiussio & deberi constet, talis fideiussor ad
tempus limitatum obligatus post tempus tale non
est liberatus,quinimò ad ea tenetur,vt expresse de
cidit gl.in d.l.si cum Hermes.quam ibi approbant
Cyn.Bal.& Sal.& breuiter omnes doct.eam sequi
attestatur Alex.d.cons.72.sub nu.4. lib.6.ad idem
in obligatis ad limitatum tempus etiã non ex con
tractibus locationum est glo.in versi.summouebi-
tur.quam ibi sequentes clarius dicunt Bal.& Ias.in
d.l.cum qui ita.§.qui ita. & gl.in versi.perpetuum.
in l.si mandato Titij.§.ille. ff. mand. quas gloss.in
iudicando fore obseruandas præsertim per omnes
* docto.approbatas vulgò scitur à nostris & plusquã
notissimum est, quarum decisiones non possunt e-
uitari in casu nostro deducendo rem ad diuersum
factum. ex eo tantum ꝙ hic fideiussor separatim à
principali suam obligationem limitauit per annũ
duraturam : quia siue solus siue cum principali de-
bitore ad idem limitatum tempus obligato sit ipse
fideiussor obligatus ad tempus, dicitur omnimo-
do obligatus ad rempus limiratum, quem sic nun-
cupantes doct.in d.l.si vnus.§.si cum reo. superius
allegati indistinctè loquuntur, nulla ideo videtur
admittenda distinctio,arg.l.si de precio.ff.de pub.
cum præsertim respectu effectus & naturæ limita-
tæ obligationis ad certum tempus,In quo consistit
ius nostræ quæstionis, nulla realiter videatur di-
uersitatis ratio, quinimò eadem rario adesse & vi-
gere constat: quia an quis suo vel fideiussorio no-
mine obstrictus possit dici liberatus tempore ope
exceptionis ex pacto,iuxta not.in l.obligationum.
§.placet.ff.de act.& obli.non alienum sed propriũ
4 pactum dũtaxat inspicitur, cum alienum † pactum
regulariter nõ prosit. l.si vnus. §.ante omnia.ff.de
pact. in specie proposita doct. exemplificando so-
lummodo ponunt quando fideiussor ipse non sim
pliciter sed ad tempus se obligauit, vt per Abb. in
c.constirutus.circa fi.de fideius. & Fel.in c.de cau-
sis.col.3.vers.Contrarium tamen vidi.de offic.de-
legat.& Ias.in d.l.1. C.de iudi.& Paris.d.consi.48.
sub num.15. ergo cessat obiectio de facti diuersira
te. Nam vbi in dicta apodissa dicitur , & prædicta
dictæ partes perseuerare & durare voluetunr & vo
lunt ad beneplacitum &c. diceretur non ad bene-
placitum sed per annum,& fideiussor & partes om
nes simpliciter apodissam subscripsissent,vtiq; obli
gationes & partium principalium & fideiussoris es
sent limitatæ ad tempus anni , nihilòminus ꝙ post
annum sicut absurdum & alienum à iure esset dice
re de his quæ in anno contigerunt Laurentiũ prin
cipalem non teneri,ita dicendum esset de Bernar-
do fideiussore,qui pariter obligatus remaneret, vt
d.Laurentius principalis.l.si vt proponitur. ff.de fi
deius.Alex.consi.34.num.7.lib. 2.ꝙ modo præce-
dente obligatione Laurẽtij quò ad durationem in
longius ad beneplacitum &c. & apposito anno in
sola subscriptione fideiussoris,stando in vtroq; ca-
su in tempore apposito causa finiendi & limitandi
obligationem , elapso dicto anno fideiussor dica-
tur non teneri , de vno casu ad alterum probabilis
ratio diuersitatis reddi non potest,ergo idẽ ius est.
l.illud.ad leg. Aquil.cum vulga.Siquidem ascripta
limitatio temporis vel appositi in apodissa cõple-
ctentis obligationẽ etiam principalis debitoris vel
appositi in sola subscriptione fideiussoris, idẽ quò
ad fideiussorem operaretur, non debemus ideo cu
5 rare † de modo dummodo eundem habeamus ef-
fectum.l.3.& ibi glo.fi.C.de instit. & substi.Bal.in
l.si socer.§.Lucius.versi.aut loquimur. ff.sol.matr.
cum simil. Verum proprium effectum causamque
probabilem & verisimilem dictæ limitationis tem
poris ascriptæ in dicta subscriptione fideiussoris
considerando dicẽdum est, ꝙ tempus susceptæ per
d. Laurentium administrationis in dicta apodissa
appositum ad beneplacitum partium , potuisset du
rare ad vitam paciscentium quantum durare dici-
tur placitum. cap.si gratiosè.de rescript.in 6. & sic
perpetuò,Bar.in d.l.de pupillo. §.siquis ipsi præto
ri.num.12.de no.oper.nunc.& plenè Felin.in c.ex
literis.col.7.de constitu.sic perpetuò durare potest
etiam locatio operarum, Azo in sum.de loc.nu.4.
glo.pen.in l.3.ff.de vsufr.post Bart.Rom.in l.stipu
lationes non diuiduntur.col.fi.nu.88.de verb.ob-
lig.cum similib.Si autem simpliciter promisisset &
apodissam fideiussor subscripsisset , indubitati iu-
ris est pro eo fuisse eum obligatum tempore , scili-
cet

cet perpetuo, quo fuerat principalis debitor obno
xius, Parif.d.confi.48.nu.15.lib.1. Sed ipse fideiuf
for aspiciens verisimiliter dictam apodissam con-
tinentem obligationem suam pro omni eo quod
Gentiles habere debebunt ab ipso Laur. & quò ad
tempus remissam ad durationem beneplaciti par-
tium, & sic forte perpetuò & donec quisq; eorum
exclarauerit contrarium, subscribendo approbauit
obligationem, dicendo (mi obligo quanto di so-
6 pra) referendo enim se † ad scripturam principalis
obligationis secundùm illam declaratur & inter-
pretatur. Parif.confi.164.nu.20.lib.4. quò verò ad
tempus limitando illud forte perpetuum in apo-
dissa appositum, habens quandoque exclarare con
trarium, tunc quandiu sua esset obligatio duratura
declarauit, quod per annum duraret, sciens si hoc cer-
tum tempus non apposuisset, quanto magis dura-
bat contractus inter dictos Laurentium & Genti-
les tanto magis erat obligatus ipse Bernardus pro
pter redditionem rationis tanti & longioris tem-
poris & interesse secutorum, vt sic propriè conside
rat Alex.conf.34.col.2.sub verf. fortificantur prę-
7 dicta.lib.2.& quia † administrator dicitur debitor
summarum respectu temporis de diuersis annis, vt
probat tex.in l.creditor oblatam.§.Valerius. ff.de
solut. ideo pro vno anno promisit fideiussor decla
rando tunc tempus ad effectum supra proximè di-
ctum ne in longius se extendat sua obligatio quan
tum erat plus duratura obligatio Laur.& ad tãtum
se extendisset nisi per annum tempus limitasset, vt
supra demonstratum est, non verò quod vltra annum
non teneatur de his ad quæ in anno contingerit d.
8 Laurentium esse debitorem, ne † inducta ad vnũ
alium operentur effectum.l.legata inutiliter.de a-
dimen.leg.gl.fi.in fi.in l.2. C.quando li.ab empt.
disce.& c.3.extra de appel.& ca.1.& ibi Gemi.no.
de iureiuran.in 6. Prædicta autem videntur & ver
bis & menti contrahentium conuenire. Verbis,
quatenus dicatur, & duret talis mea obligatio per
annum, intelligendo eam secundùm subiectã ma-
teriam contractus præcedentis & principalis loca-
tionis & cõductionis operarum vltro citroq; obli-
gatorij, vt dictum est, iuxta l.insulam.de præscript.
verb.& l.si vno.in prin. ff.loca.etiã in materia stri-
ctæ interpretationis, Alex.confi.129.puto de iure.
versi.per hoc etiam.lib.2.Dec.confi.388.nume.4.
& arguendo à contrario sensu ad plenè tradita in
l.1.§.huius.de offic.eius, ex tex.in d.l.item quæri-
tur.§.qui impleto.ibi, sed etiam pignorum videtur
durare obligatio &c.fideiussorum quoq;, supplen-
do ibi ex declaratione Pauli de Castr.quamuis vl-
tra tempus conuentum in vlteriori tempore prin-
cipalis contractus duraturi (vt etiam in nostro ca-
su durare potuisse supra demonstratum est) absque
nouo consensu fideiussoris dicatur non durare o-
bligatio pignoris & fideiussoris, tamen ad ea quæ
ex tempore præcedenti debita sunt tenetur fideiuf
sor, per glo.in d.l.si cũ Hermes. cum superius alle-
ga.vel dicamus ex sensu directo d.tex. §.qui imple
to. accedente nouo consensu Domini pignoris &
fideiussoris, per nouum tempus conuentum durat
obligatio fideiussoris, & post tempus tale certi iu-
ris est non durare, assentiendo etiã argumentatio-
ni sic pro d.Bernardo adductæ, nihilominus dicen
dum est eum teneri ad debita prioris tẽporis con-
uenti, gl.in d.l.si cum Hermes. optimè etiam facit
tex.in l.damni.§.Sabini.de dam.infect.Item con-
trahentium menti multifariam docetur cõuenire.
Nã accessit fideiussio & promissio Bernardi ad ma
iorem cautelam Gentilium, vt in apodissa legitur,
maior autem eorũ cautela est vt supra censuit Ro-
ta, aliàs non maior sed minima vel nulla fuisset hu
iusmodi cautela, cum in longinquis partibus Laur.
administrando negocia Gentilium in mèdio vel
prope finẽ anni magnã (prout fecit) potuisset sub-
trahere quantitatem pecuniarum, & hoc Gentiles
nunquam scirent, nisi elapso anno, vt cõtigit. Qui-
bus etiam ignorantibus in anno, an Laur. esset eo-
rum debitor occasione dictæ administrationis, vi- 11
sum est non esse iuri consonum currere præscriptio
nem aliquam conuentionalem. l.annus. ff.de calũ.
Dec.confi.530.col.2.nu.8.9. Alex.confi.14.col.2.
nu.11.lib.2. Verisimile est enim de hoc casu Gen-
tiles, qui sunt mercatores & diligentes, astuti & sa
gaces in omnibus suis negocijs, vt fatetur Bernar-
dus respondendo positionibus, sensisse, arg.not. in
l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. vt in terminis simili-
bus arguit Alex.d.confi.34.sub nu.9. verf.fortificã
tur prædicta. & x.testes pro Gentilibus examinati
super intelligẽtia d.obligationis ex stilo & realita-
te mercatoria deponunt d.Bern.esse obligatum de
9 gestis per d.Laur.intra annum, quibus † ẽt de iudi-
cio eorum deponentibus, cum dicant se esse merca
tores, & deponant de his quæ potius intellectu quam
aliquo ex quinq; sensibus corporeis consistunt, cre
dendum videtur, arg.l.1.§.1. de ventr.inspic. Soci.
conf.146 col.4. verf.sed ad hoc fundamentũ. vol.
1. & plenè Feli.in c.quoties.col.fi. de testib.verba
10 † enim prolata à vulgaribus & mercatoribus intel
ligi debent secundùm cõem intelligentiam merca
torum & vulgariũ, non aũt prout iuristæ accipiũt,
& omnis intellectus censetur extraneus qui non so
nat in auribus vulgi, Alex.conf.102.nu.12. & seq.
li.6.facit.l.si chorus.§.1.de leg.3. Mentem quoq; 12
& animum d.Ber. fuisse à principio se teneri de ge
stis per d.Laur.intra annum, probatur ex eo, quod post
annum audiens dictos Gentiles lamẽtari de pecu-
nijs subtractis per d.Laur.ipse Bern. sua manu for-
mando intentionem narrando seriem facti de sua
promissione facta pro d.Laur.de bona administra-
tione, quæsiuit superinde fieri attestationem per d.
Nicol.de promissione per Cap.Alexãdrum eidem
Bernar.facta de indemnitate pro d.Laur.vt legitur
in scriptura manus d. Bern.in iudicio exhibita per
Gentiles, omissa discussione an probet vel ne, sat
est quod probat animum d.Bernar.fuisse à principio se
esse obligatum pro d.Laur. de gestis per eum intrà
annum: quia si hoc non fuisset verum & sciret se li-
beratum tempore per lapsum anni, verisimiliter a-
liam indemnitatem non quæsiuisset sibi parari ex
dicta

dicta probatione indemnitatis promissæ per d.Ca
pit. Alexandrum, & magis d. suam mentem talem
esse, vt supra dictum est, demonstrauit (& sic per a-
10 cta geminata, quæ † magis enixam & deliberatam
voluntatem & animum disponentis ostēdunt. l.ba
lista. ff. ad Treb. Paris. consi. 89. nu. 21. cum seq. lib.
3. & est vulga. & generale dictum) quando d.Bern.
postea affirmando se esse promissorem pro d.Laur.
erga dictos Gentiles acceptauit & approbauit pro
curam per Gentiles factam in personā domini Iu-
liani de Spedia contra d. Laur. q cedat risico & pe-
riculo ipsius Bernardi, qui ēt promisit reddere ra-
tionem de omni eo quod fuerit gestum & procura
tum per d.do. Iulianum contra d. Laurentium con
sentiendo protestationibus factis per Gentiles de
eorum iuribus saluis contra ipsum do. Bernardū,
vt in instrumento per Gentiles constat exhibito,
quod instrumentū non videtur reprobatum, & pro
11 † eo viget præsumptio veritatis, post alios plenè tra
dit Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. colū. 1. ff. de
pact. & plenissimè Tiraq. de retract. titu. 1. §. 2. glo.
1. num. 20. & seq. & Aymo consi. 31. in fi. & consi.
317. num. 1. vnde si aliàs non fuisset obligatus, vi-
detur ipse Bern. pro d.Laur. se obligare erga Gen-
tiles ex conteutis in d. instrumento, cum asserat de
præsenti & esse promissorem & promittat reddere
rationem, vt in d. instrumento legitur & facit text.
in l. si mandato meo. §. fi. in fi. ff. mand. esto tamen
quòd verum non sit nisi simpliciter approbatio d.
Bernardi de procuratore constituto per Gentiles
contra d. Laurentium demonstrat hoc eius mentē
fuisse à principio & post annum perdurasse se obli
gatum pro d.Laur. de gestis intra annum, quia præ-
dicta per eum geri non potuissent citra inclusionē
talis suæ mentis, arg. l. gerit. ff. de acqu. hæred. cum
not. ibi per Bar. & l. cum de indebito. §. 1. de prob.
& l. cum fidem. C. de non num. pec. vbi Bal. inquit
q approbatio sequens comprobat prius factum, nā
12 † actus sequens declarat qualis fuerit intētio actus
præcedentis. l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Ma-
ced. §. Pauonum. insti. de rer. diuis. Bar. in l. cætera.
§. sed & si. de leg. 1. Corn. consi. 310. col. 2. versi. ta
men his. vol. 3. & Curt. Sen. consi. 7. num. 3. Notis-
13 simi autem iuris etiam in contractibus est, † atten-
dendam esse contrahentium mentem magis q̄ ver
ba. l. in conuentionibus. de verb. sign. & l. fi. C. quæ
res pign. oblig. pos. in terminis in fideiussore tradit
Alex. d. consi. 34. nu. 4. libr. 2. sed in materia nostræ
quæstionis & mens & verba concurrunt contrahē-
tium, vt superius est demonstratum, ergo iusta red-
ditur sententia Rotæ.

Cui non obstant contraria elicita ex iuribus di-
sponentibus fideiussorem ad tempus liberari ela-
pso tempore ope exceptionis: quoniam clarè tol-
luntur diuersificando materias & distinguendo vt
infra. Si enim dicamus tale tempus anni esse appo
situm conditioni affirmatiuæ, vt verè dici potest, cū
in apodissa promissio d. Bernardi sit concepta ex di
ctione relatiua, ibi. quod ex omnib. prædictis &c.
& verbo futuri temporis ibi. habere debebunt &c.
inducentibus conditionem ex eorum complemen
to tracto in futurum, vt l. si debitor. & ibi Bart. not.
ff. de contrah. empt. & Paul. de Cast. in l. qui pecu-
niam. in prin. si cert. pet. & latè per doct. in l. Stichū
qui meus, de leg. 1. ad quam promissionem in om-
nibus d.Bern. se retulit in subscriptione sua ibi, (mi
contento & obligo quanto di sopra) quæ dictio su
14 pra † relationem facit omnium quæ dicta sunt cū
suis qualitatibus, Dec. cons. 182. circa fi. Ruin. con
sil. 18. nu. 12. lib. 2. Crot. cons. 13. nu. 45. in fideius-
sore per Boer. decis. 314. sub nu. 4. 5. & Bald. consi.
212. ea quæ veniunt. lib. 5. & subiungendo inconti-
nenti in dicta subscriptione (& che tal mio obligo
dure per vn'anno &c.) apposuit vtiq; tempus con-
ditioni prædictæ contētæ in d. promissione, intuen
do solum effectum & sensum verborum, vt fieri de
bet. l. promittendo. in prin. ff. de iure dot. & doc. in
l. 3. C. de lib. præte. quæ conditio cum sit affirmati-
ua & intra tempus anni ei appositum Laur. prædi-
ctus tale quid fecerit propter quod ab eo Gentiles
debent habere, est adimpleta d. conditio, quæ facit
committi obligationem prædictam Bern. quod se
cus esset si extra tps anni d. Laur. fecisset ea quæ fe
cit ob quæ remaneret debitor, ergo si commissa est
obligatio d. Ber. non extra tps sic appositum causa
limitandæ obligationis tenetur, per ea quæ firmat
Bar. in d. l. eum qui ita. §. qui ita. sub nu. 2. quem ibi
* Ang. Imol. & cōiter doct. sequuntur. per tex. in l. dā
ni. §. Sabini. de dam. infe. qui text. ideo optimè fa-
cit ad nostram q. vt supra dictū fuit: Siue dicamus
dictum anni tps esse appositum dispositioni & pro
limitanda & finienda obligatione, stando ēt super
verbis Barto. & docto. in d. §. qui ita. pro concor-
dia & dilucidatione adductorum hincinde in cau
sa ista & concernentium materiam nostræ quæstio
nis dici potest. Obligatio talis aut est facti successi-
ui, aut facti momētanei, primo casu tps tollens pro
gressum tali facto, ne vlterius successiuè progredia
tur dr omnino appositum causa finiendæ & limitā
dæ obligationis, Bart. in d. §. qui ita. per text. ibi in
vlt. respon. & isto casu tps imponit finē obligatio-
ni de futuro non aūt de præterito, hoc est quod sen
tit glo. in d. §. qui ita. in versi. summouebitur. & ibi
Bal. & Ias. approbant, & gl. fi. in fi. in d. l. si manda-
to Titij. §. ille. & iste est casus noster, p quo in simi-
li videtur gl. i l. litis à colono. in prin. ff. de fideius.
& l. si id quod. §. si filiusfam. ff. pro soc. quia obliga
tio principalis debitoris est ex contractu locati &
cōducti, vt dictū est s. in quo versatur factū succes-
siuū, Bar. in l. si quis domū. in prin. nu. 2. & in l. 1. ff.
15 loc. actus † administrōnis est successiuus circa plu-
ra negocia, Soc. cons. 295. col. 2. sub ver. postremò.
lib. 2. eiusdē naturæ vr esse fideiussoria obligatio vt
accessoria per supradicta, q̄ magis vr continere fa-
ctum successiuū, cū sit concepta per verbum futuri
16 tpis, hre debebunt &c. quod † verbū plenissimum
est oē tps labens aptum comprehendere. l. nouissi-
ma. ff. iud. solut. intelligitur. n. continere factum ex
quo hre debebunt, contingens tam in principio &
medio, q̄ in fine anni, vt ex se clarū est, non pōt er-
go dici

go dici appositam esse annalem præscriptio-
nem conuentionalem tollentem obligationem
nisi de futuro vt supra, respectu augumenti, si in
longius se extendisset, vt clarè supra demon-
stratum est, aliàs si in vltima hora anni dunta-
xat quid per dictum Laurentium contigisset fie-
ri propter quod efficeretur debitor Gentilium,
tale debitum contra fideiussorem non annali
sed dimidiæ horæ præscriptione tolleretur, quod
17 omnino videtur absurdum † ideo euitandum e-
tiam in materia stricti iuris Dominus Aymo in
tractat.de antiquitate tempor.in quarta parte,nu
mero septuagesimosexto.& latissimè Euerard. in
sua Centur. in loco ab absurdo. Secundo casu
tempus apponitur causa finiendæ obligationis,
si hoc expresè agatur inter contrahentes, Barto-
lus & doctores in dicto §. qui ita. per l. obliga-
tionum.§.placet.de action. & obligatio. isto ca-
su dici non potest quòd tollatur (semper intel-
lecto ope exceptionis) obligatio de futuro, quia
nulla est, sed de præterito tempore, in quo iam
orta & momento expedita est, vt puta de certa
summa, secundùm Felinum in capitu. ex literis.
columna 9.versicul. tertiò limita. de constitutio-
nib. & amplius non apta accipere augumentum
tempore, & isto casu loquuntur. l. si fideiussor. §.
finali.ff.mandat.l.tutor.de fideiusso. cum simili-
bus in contrarium allegatis sentit Ioannes Fabr.
in §.omnis. circa finem. institut. de verborum o-
bligationibus.& iste non est casus noster, ergo ex
diuersis &c. pro hac distinctione, si rectè intuea-
tur, facit doctr. Bal.in l.secunda.columna secun-
da.sub versicu.sed contra istud.C.de seruitu.& a-
qua. Ratio diuersitatis de prædictis assignatur:
quia in primo casu appositum tempus inuenit
quod tollere potest de obligatione ex facto suc-
cessiuo, scilicet illud quod post ipsum tempus ad-
ueniens est secuturum in futurum, in secundo ve-
rò casu non inuenit quid tollat de obligatione
facti momentanei, nisi illud quod iam de præ-
terito, momento explicatum est, ideo Bartolus
& doctores in dicto § qui ita. in primo casu in-
distinctè & simpliciter dicunt tempus esse appo-
situm causa finiendæ & limitandæ obligationis,
quasi vt minus præiudiciale contrahentes sen-
tiant tale tempus esse ad tollendùm multiplica-
tionem obligationis & successum, qui secuturus
est post tempus, & sic de futuro non de præteri-
to, & in secundo casu non ita simpliciter dicunt
sed si per contrahentes agatur, quòd causa limi-
tandæ obligationis fiat, animaduertentes ꝙ ex-
inde pœnitus tolli potest obligatio de præterito,
quæ semel ex facto momentaneo orta est. Acce-
18 dat igitur præmissis illud vulga. quòd † actus a-
gentium non debent operari vltra eorum inten-
tionem. l. non omnis. si certum petatur. & l. o-
bligationum substantia. §. finali. de action. &
obligationibus.

Item non refragatur quòd Pantaleo etiam ad-
fuerit Lugduni ad negocia Gentilium, quasi fide-
iussio dicti Bernardi intelligatur ipso Laurentio
19 solo administrante, & † sic rebus non mutatis, vt
tradit Marsil. in rubrica de fideiusso. numero cen
tesimodecimo, quia non constat quòd Pantaleo
in dicta administratione superuenerit post Lau-
rentium, cessant verba dictæ conclusionis de re-
bus sic stantibus & nil de nouo superueniēte &c.
de qua per glo. & doctores in l. quod Seruius. ff.
de condictione causa dat. ergo cessare debet eius
dispositio. l. quarta. §. toties. de damno infecto. l.
hos accusare. §. final. de accusati. quæ conclusio
etiam non procedit in actu descendente ex vo-
luntate duorum, Alciat. in tracta. de præsumptio-
nibus in regul. secunda in præsumpt. 16. numero
sexto. De his etiam, pro quibus Gentiles præten-
derunt & conuenerunt dictum Bernardum, nihil
apparet gestum & administratum per Pantaleo-
nem sed per dictum Laurentium solum accipien
tem illas pecunias cambio seu mutuo & indebi-
tantem rationem Gentilium & scribentem, quæ
summa pecuniarum supererat Gentilium, gerens
enim prius tenetur. l. tutores. §. in eum. ff. de ad-
ministratione tutorum. & l. prima. §. prius. de ma-
20 gistr. conueni. Aliàs pluribus † institoribus con-
stitutis alicui negociationi vniuersali etiam pri-
uatæ cuilibet insolidum competit administratio,
Bartol. & Paulus de Castr. in l. prima. §. si plures.
ff. de exerci. act. pari ratione quilibet potest con-
ueniri insolidum de administratis, præsertim per
ipsum conuentum dicta l. tutores. §. in eum. Bar-
tol. Angel. & Paul. de Castr. in l. cum alicui. ff. de
negoc. gest. & Bartol. in l. eandem. in princip. sub
numero septimo. ff. de duobus reis. Pro his ideo
ex quibus Gentiles debebunt habere à dicto Lau
rentio, dictus Bernardus fideiussit & pro dicto
Laurentio promisit pro omni eo & toto &c. & sic
in omnem causam. l. quæro. in principio. & ibi Sa
lycet. ff. locat. & l. si quis pro eo. §. primo. ff. de fi-
deiusso. & per verba generalia, quouis modo &c.
21 quæ † prolata ab homine restrictionem non reci-
piunt, Barto. in l. generali. §. vxori. de vsufruct. le-
gat. refert Ruin. consilio centesimonono, nume-
ro septimo volumine primo. Constat itaque ex
prædictis iustè Rotam sensisse dictum Bernar-
dum teneri.

Secundam dubitationem breuibus explican-
do, visum est Rotæ iure procedere petitionē Gen
tilium de certa summa petita contra dictum Ber-
nardum fideiussorem & obligatum pro dicto
Laurentio, vel ex eo quòd dictus Laurentius pro
summis præsertim certis illatum quatuor apodis-
sarum indebitauit rationem dictorum Gentiliū,
qui eas satisfecerunt creditoribus, & sic passi sunt
damnum, iuxta l. 3. de damno infect. quod dam-
num debet eis refici ab ipso Laurentio locatore
operatum ex locato, argumento l. item quæritur.
si gemma. & l. fin. ff. loca. & ex generali illa regu-
22 la, quòd † qui patitur damnum facto alterius po
test ius suum consequi contra damnificantem. l.
quod si nolit. §. Pomponius. de ædil. edic. cum si-

milibus.ibi per glo.& per Abb. consilio vigesimo
primo.numero 1.in fi.lib.secundo. & Paris. con-
silio septuagesimooctauo.numero 24.libro 3.pro
qua indemnitate vigore suæ promissionis pro o-
mni eo & toto &c. dictus Bernardus obligatus
est d.l.quarto. in principio. & ibi Salycet. notat.
23 vel ex eo quòd dictus Laurentius vti † quilibet
administrator tenetur reddere rationem admini-
strationis.l.1.§.officio. & ibi Bartol. & Bald.not.
ff.de tutel.& rat.distrah.ad idem tenetur quoque
eius fideiussor, Alexander consil.trigesimoquar-
to.columna 2.versicu. ergo cum dictus Masinus,
lib.2. & contra huiusmodi obligatum ad rationẽ
administrationis reddẽdam potest peti certa sum
ma, notat Bart.in l.1.columna 2.versicu.ex præ-
dictis notab.si aduers. rem iudicatam, Alexander
consilio 170.numero quarto.lib.secundo. & con
silio octuagesimo, in principio. libro quarto. &
Socin. consilio vigesimoquarto, columna deci-
ma. versicul.quinimò.libro primo.& Ruin.con-
silio 140. columna penultima, versiculo non ob-
stat.lib.1.

Tertiò superest demonstrari, quemadmodum
Gentiles eorum probauerint intentionẽ, quæ cir-
ca pecuniarum summas petitas consistit in dua-
bus partitis adductis in eorum petitione. Prima
est de scutis quatuorcentumseptuagintaquatuor
solidis 19. denar.10.de marchis. Altera de scutis
8643.solidis 4. denar.10.de marchis. Quò ad pri-
mam fit probatio ex multis argumentis ex proces
su collectis, quę iudices mouerunt ad credendum
Laurentium esse debitorem de dicta partita, alio
per eum non docto. Nam ipse Laurentius de an-
no 1548. die octaua Octobris sub nomine Nico
lai & Benedicti Gentilium scripsit domino Am-
brosio & Nicolao Gentilibus, qui Nicolaus est
eadem persona & idem sub cuius nomine scripsit
dictus Laurentius, quòd dictis Nicolao & Bene-
dicto supererant scuta vigintiquatuor milia ad
disponendum, vt latius continetur in literis per
eum scriptis & recognitis & probatis per testes,
vt communis vsus & stilus obseruat in Rota,
24 quæ † literæ contra eum scribentem probant. l.
Publia.ff. depos.& faciunt eum debitorem, argu-
men.l.qui negocia.in principio.ff.manda. saltem
ad reddendum rationem de pecunijs in eis ex-
pressis, vt testes Gentilium probant, & testes di-
cti Bernardi sub secunda Aprilis examinati super
interrogatorijs dicunt, adeo quòd non obstat si
pecuniæ prædictæ ad recurrentes rationis Gen-
tilium spectarent, vt quandoque pro parte dicti
Bernardi dictum fuit: quia redditio rationis obli
gat dictum Laurentium vti quemlibet admini-
stratorẽ suis dominis & principalibus rationis &
negocij, vnde cum certa summa possit, vt superius
dictum est, contra eum peti, & petita sit longè mi
25 nor quàm sit in dictis literis expressa, vtique † in
maiori continetur summa minor. l. 1. §. si stipu-
lanti.de verborum obligationibus. Visum est e-
tiam non obstare quod ex aduerso opponebatur

has literas vt scriptas diuersis personis diuersæ ra
tionis non probare in fauorem Nicolai & Bene-
dicti: quia licet diuersis scriptæ sint, tamen diuer-
simodè diriguntur vt in principio. (Reuerendo
padre & fratello osseruandissimo &c.) sufficit
quòd directæ sint etiam Nicolao, cuius interest:
concurrentibus † enim duobus ad vnum quod
nisi vni soli conuenire potest, ille solus admitti-
26 tur, Baldus in l.Polla.in tertio notabili. C.de his
quib. vt indig. & consilio tricentesimoseptuage-
simoquarto.quæritur vtrum.numero 3.in fine li-
bro quarto.Dec.consilio vigesimo octauo.colum
na fina.versicu.benè facit.Signoro.consilio 238.
columna 2.sub versicul.sed prædictis. Alexander
consilio quadragesimoquarto.numero 4.libro 7.
literæ † etiam alij directæ continentes aliquid
pro tertio ad eum peruentæ vti semper loquentes
27 probant in fauorem tertij: tenet Aymo in tracta.
de antiquit.in prima parte, numero ducentesimo
octuagesimoseptimo. sol. centesimotrigesimo-
quinto. ad idem sentit Alexander consilio 91. in
princip.libro quarto. & consilio centesimodeci-
motertio. nume.16.lib.6.

Corroboratur dicta probatio ex alijs literis
dicti Laurentij, sub die decimooctauo Octobris
dicti anni continentibus, quòd deductis scutis
6000. datis Bernardo Cenami supererant pecu-
niæ existentes domi, & vltra debitum erant exi-
genda scuta 2500.

Confirmatur etiam dicta probatio ex partitis
exhibitis per Gentiles continentibus dictam sum
mam dictæ partitæ ex residuo, vt in petitione di-
citur, quæ partitæ fuerunt per testes Gentilium re
cognitæ & probatæ, vt essent de literatura dicti
Laurentij, & si fuerint ex aduerso scriptæ quòd
sint scriptę manu illius Mediolanẽsis. Visum fuit
Rotæ exinde non diminui earum veritatem, ha-
berique pro veris partitis manu dicti Laurentij:
quia Gentiles non fecerunt eas scribi, & sic con-
trafactio literaturæ ab eis non processit, vt colli-
gitur ex attestationibus illorum Mediolanensiũ,
nullibi eos ad facturam scripturæ talium partita-
rum nominantium, quinimò ex eorum dictis col
ligitur fuisse extractas ex proprio originali manu
dicti Laurentij.

Primò, quia Laurentius conuersabatur in do-
mo dictorum Mediolanen.in Ciuitate Mediola-
ni & erat eorum amicus.

Secundò, quia ita similes sunt literaturæ dicti
Laurentij, quòd testes Gentilium fuerunt decepti
ad deponẽdum eas esse de literatura Laurentij, &
hoc illas scribens verisimiliter facere non potuis
set nisi semper præ oculis habuisset proprium ori
ginale manu dicti Laurentij.

Tertiò, quia cõtinent propria negocia dictorũ
Gentilium administrata per dictum Laurentium,
adeo quòd verisimiliter haberi non potuerunt ni
si ab ipso Laurentio.

Quartò, quia dicti testes è Mediolano fuerunt
ducti Genuam ad instãtiam & sumptibus fratris
dicti

dicti Laurentij & aduersariorum Gẽtilium, quod
demonstrat dictum Laurentium fecisse exemplari
dictas partitas ex suis, & propterea benè scire illũ
exemplantem & cognoscere & procurasse eũ exa-
minari in damnum Gentilium pro falsitate dete-
genda, quę fuit detecta, sed seipsam ostendit ab eo
verisimiliter prouenisse & veritatem ferè palam
esse, dictas partitas esse extractas ex proprio origi-
nali manu dicti Laurentij & sua opera verisimili-
ter peruentas ad manus dictorum Gẽtilium. Ideo
28 † sola veritas intuenda est, vt post alios plenè tra-
dit Dec.in l.2.num.11. C.de eden.& Socin.consi.
15.colum.4.& consi.8.colum.1.versic. Quare.lib.
1. quæ in istis occultis habetur etiam ex coniectu-
ris, vulg. l.non omnes. §.à barbaris.ff.de re mili.l.
licet Imperator.in princ.de leg.1.Ang.consil.218.
colum.penul.versic.septimò colligitur.& alibi sæ-
29 pius doct.tradunt, & † dolus atque fraus vbi adest,
set, non prodesse sed nocere debet auctori & com-
mittenti & non alij.l.verum. §.tempus. ff.pro soc.
l.si ex duobus.de tutel.& rat.distrah.l.sed & si.§.1.
in fi.ff.ad exhiben.cap.cum olim.el 2 in fi.de offi-
cio delega.

Coadiuuatut quoque probatio crediti dictorũ
Gentilium contra dictum Laurentium ex scarta-
facijs & partitis illorum mercatorum recognitis
& probatis per testes per eos examinatos proban
tes etiam illos mercatores esse viros probos & ve-
ridicos, in quibus constat peruenisse ad manus di-
cti Laurentij scuta 6932. 6. 1. quæ partitæ etiã pro
tertio semiplenè probant, Paul.de Cast.& docto.
in l.quædam.§.nummularios. ff.de eden.Barto.&
omnes in l. admonendi. de iureiurando. & Bald.
consi.98.lib.2.Angel.in l.si vt certo.§.denique.ff.
commodat. Quæ omnia ad vnum tendentia, scili-
cet dictum Laurẽtium esse obligatum & teneri di-
ctis Gentilibus in longe maiori summa de pecu-
nijs dictæ rationis per eum administratis quàm sit
petita partita de scutis 474. etiam deductis scutis
6000.datis illi de Cerami, prout debent deduci se
cundùm literas dicti Laurentij 18. Octobris dedu
ctis etiam scutis 6000. datis Brachio de Ferro &
Pantaleoni, probãt in hoc intentionem dictorum
Gentilium separatim & coniunctim ex illa gene-
rali regula in probationibus communiter recepta,
quòd quæ non prosunt singula &c.glo.in versi.le-
gitimis.& docto.in l.2.in princip.ff.de excus.tuto.
& l.qui sententiam.C.de pœn.& l.cum scimus.C.
de agric.& censi.lib.11.Felin.in c.cum causam.co
lum.penult.versic.secundo casu.de probat. Ideo di
cta partita scutorum 474. non diminuitur ex pro-
bationibus, quas Laurentius conatus est facere ex
aduerso de scutis 6000.datis Cenami, & scu.6000.
datis Pantaleoni, cum summæ de quibus tenetur
reddere rationem (vt supra) sint de valde maiori
summa, ex literis 8.Octobris de scutis 24.milibus,
ex literis 18. Octobris de scutis 2500. & alijs exi-
stentibus in domo, etiam deductis, vt supra 6000.
datis Cenami, & ex partitis illorum mercatorum
de scutis 6932.6.1.& ex partitis dicti Laurentij, vt
supra probatis vltra dictos 474. facientibus resi-
duum scutorum 13166.

Nec probatur allegata solutio (vt dicitur) per di
ctum Laurentium facta Francisco & Ambrosio de
Nigro prætensis creditoribus Gentilium de scutis
941. Nec scuta 132. 14.2. data cambio Consuli na
tionis Ianuensis, probãtur soluta & satisfacta, imò
apparet protestatio in contrarium exhibita per di-
ctos Gentiles.

Nec obstat quòd ex creditis dictarum partita-
rum duæ partitæ spectãt Ambrosio & Nicolao ex
parte, quasi contra Laurentium agi non possit de
his vt soluat sed vt cõseruet indemnem, per ea quæ
dicit Bartol.in l.si quis mandato. ff.de negoc.gest.
quia respondetur quòd Laurentius administrator
rationis Nicolai & Benedicti tenet̃ soluere & red-
dere rationem eisdem suis principalibus de omni-
bus pecunijs & creditis rationis ad eum peruentis
& administratis, non potest opponere de alienis
creditis, licet in processu non appareat oppositum,
sufficit enim dũmodo credita spectant rationi, quæ
remanere debent penès dominos rationis & non
factores remotos ab administratione, sicut dicitur
in conuento petitione hæreditatis quòd teneatur
restituere etiam credita aliena spectantia hæredi-
tati.l.& non tantum.in princip. ff.de petit.hæredi.
& quòd penès administratorem nihil debeat re-
manere est tex.in l.2. ff.de nego.gest.ibi.quicquid
vel non oportuit &c. & in l.qui proprio. §. procu-
rator. de procuratorib. ibi. siue principaliter ip-
sius rei nomine siue extrinsecus ob eam rem &c. &
in l.ex mandato.ff. manda. & ibi glo.arguit de ad-
ministratore ad possessorem hæreditatis, liquet er
go probatam esse partitam scutorum quatuorcen-
tum septuagintaquatuor & defensatum, esse per di
ctum Laurentium debitum.

Quò ad aliam partitam scutorum 8643. 4. 10.
probatio fit ex quatuor cedulis in iudicio exhibi-
tis recognitis & probatis per testes de literatura di
cti Laurentij iuxta dictum vsum & stilum indiffe-
renter obseruatam semper in Rota Ianuensi & de
numeratione facta eidẽ Laurentio de summis con
tentis in dictis cedulis facientibus dictam summã
scutorum 8643.4.10. Qui testes deponentes etiam
de numeratione pecunię per eos facta, cum tempo
re eorum examinis fuerint per Gentiles restitutæ
dictæ pecuniæ, vt constat ex confessionibus credi-
torum & instrumentis exhibitis in iudicio pro-
bant, & ratione alicuius commodi repelli non pos
sunt, cum victoria seu succumbentia in causa pro
quacunque parte eis non sit damnum vel lucrum
aliquod allatura, Bald.consi.391.versicu. secundo
verò casu.lib.1.Ioan.de Imol.consi.58. Nam Gen
tiles contra dictos testes numerantes Laurentio &
satisfacto ab eis exceptione non numeratæ pecu-
niæ etiam muniti: quia est temporalis, repetere so-
lurum non potuissent, glo.in l.qui exceptionem.in
princip. ff.de condit. indebiti. & cum tot concur-
runt pro veritate dictæ partitæ dictarum cedula-
30 rum.primò quòd † per quinque testes probatur sti

lum & consuetudinem esse inter mercatores tales cedulas probare solutiones, & qui velit eas impugnare debet probare contrarium, vt latius per testes super titulis in manuali seu processu Gentiliū
31 ad car.135.cum sequen.quæ † mercatoria consuetudo inter eos est seruanda etiam contra ius, Bart. in l.penultima.num.4.ff.de stipulat.seruor.Angel. in l.si vnus.in prin.ff.de pact.Bal.consi.400.num. 10.lib.5.Guid.Pap.consi.103.num.3.& 4.

Deinde Gentiles qui sunt sagaces & difficiles in eorum negocijs, vt fatetur dictus Bernardus respondendo positionibus, vt supra fuit dictum, non soluissent & restituissent dictas pecunias pro dictis cedulis absque vera informatione de vero debito
32 earum, cum nemo † præsumatur suum iactare. l.cū de indebito. de probationib. etiam pro eis repetendis per l.3.ff.de compensat.

Item dicti met testes dicunt numerasse Laurentio, eisdem testibus etiam singularibus & solis de facto proprio deponentibus præsertim tot indicijs concurrentibus esset credendum, Alexand.consil. 197.colum.2.in versic.quia respondeo.lib.7. cum concordan. cumulatis per Aymo.consi.99.nume. 6.& Tiraquel.de vtroque retract.§.1. glo.14. nume.47.& Socin.Iun.consi.61.num.8.& consi.62.
33 num.6.lib.1. sic enim singularitas † testium suppletur ex alijs præsumptionibus, Aymo consi.35.numer.6. Ex prædictis etiam cessat opposita exceptio non numeratæ pecuniæ, cum appareat sic de numeratione facta dicto Laurentio, de qua etiam est dubium an possit opponi inter mercatores, vt per Ias. in l.2.§.creditum.colum.3.versi. sextò aduerte. ff. si certum petat.& in l.qui pecuniam.colum.2.versic.quintò sunt. ff.eo. & in l.cum quis.colum.pen.
34 C.de iuris & facti ignor. quia scriptura † mercatorum habetur pro sententia, & eorum fides transit in rem iudicatam & soliditatem firmitatis & irreuocabilitatis, vt pulchrè scribit Socin.consi.68. colum.2.in fin.lib.3. Pro eorum & suæ rationis fide Gentiles non potuissent facere quin satisfacerent creditoribus ex dictis apodissis, prout satisfecerunt & soluerunt ante litem motam contra dictum fideiussorem Laurentij & dictam exceptionem oppositam contra eos in præsenti iudicio, vnde non habet locum dictum Bal. in l.tam mādatori. colum. fi.versi.quærit glo.C.de non numerata pecu. Cum modo igitur actum fuerit per dominum contra fideiussorem institoris de restituēdis habitis per institorem & de conseruando eum indemnem ob facta & indebitationes institoris irrogatas rationi non adsunt termini & habilia non conueniunt, vt contra dictum dominum militet dicta exceptio, quæ locum non habet nisi in mutuo & dote, Bald. in l.pecuniæ.versic.& scias. C.de solut.vbi cessant
35 † verba legum cessat & earum dispositio, per iura vulg.& consequenter non faciunt ad rem nostram adducta per Bal.consi.43.quidā ser Ceccus.lib.5. quia vltra confessiones Laurentij in dictis suis scripturis factas adsunt testes, vt supra, deponentes de numeratione sibi facta.

Præterea, dictus Laurentius administrator dictæ rationis vigore dictæ apodissæ suæ obligationis & de iure tenebatur de omnibus administratis librum conficere & exhibere, prout in præsenti iudicio interueniens fuit condemnatus, & exhibere semper recusauit, quare non bona fide sed fraude vsum esse videtur, ita quòd dictis Gentilibus suffi-
36 ciant † probationes quæ possint haberi cōtra eum etiam ex coniecturis Alexan.consi.69.num.1.cum sequen.lib.2.& Socin.consi.96.numer.4.lib.4.vbi loquitur contra similem occultantem librū, quoniam probatio est arbitraria iudici Dec.consi.463. in fi.Gram.in decis.42.in fi.

Stantibus prædictis & qualitate negocij visum & sufficienter persuasum est arbitrio iudicum de Rota esse probatas dictas partitas petitas, de quo arbitrio quoniam iuribus & rationibus firmatum est vt supra, dictus fideiussor cōqueri nō potest, Aymo consi.78.num.8. Cum ex his appareat dictum Laurentium posse condemnari & esse debitorem dictorum Gentilium de dictis certis summis petitis alio per eum non probato, prout probare tenebatur, secundùm Socin. dicto consi.24.colum.10. & sequen.& potuisset probare ex facultate sibi concessa ex informatione Rotæ per Illustrissimam Dominationem corā delegatis ad hoc datis super reuisione scartafacij ipsius Laur.ipse fideiussor in omnem causam intercedens, vt in apodissa legitur & supra probatum est ex eisdem probationibus, potuit iste condemnari, quia potuit conueniri ex dicta administratione ad consignationem reliquatus, vt firmat Alexan.dicto consi.34.num.7. lib.2. & pariter ad petitas certas summas per superius alleg. & quia subiecit se liquidationibus & declarationibus requisitis & fiendis ex natura negocij & causæ pro qua intercessit, etiam ex arbitrio & officio iudicis, Paul.de Cast.consi.23.colum.3.ad fin. lib.1.sequitur Aymo consi.45.num.6. videtur tex. in d.l.quæro.in princ.ibi.ac si fideiussisset, in quantum illum cōdemnari ex bona fide oportebit &c. Et ita ex præmissis omnibus allegatis per me omnes de Rota censuerunt dictum fideiussorem condemnandum esse ad summas petitas, quò ad damna & interesse, causa effecta est appellabilis & adhuc sub iudice lis est. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisçon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Ob nouam causam quem offendendo, non incidere in pœnam promissionis de non offendendo, demonstratur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Pœna propter factum vel non factum promissa ab eo exigi potest, qui contrafecit.*
2 *Fidem frangenti, eidem fidem frangi posse.*
3 *Exculpatio offensi non adiuuat offendentem, ne incidat in pœnam commissi delicti.*
4 *Confessio cum suis qualitatibus acceptari in totum vel sperni debet.*
5 *Voluntas & non exitus attenditur in maleficijs, quæ principaliter operatur.*
6 *Offensa est, quando ad turbationem animi alius adducitur iniustè.*
7 *Illatio non fit ex diuersis.*
8 *Iudex non debet pati venire ad arma & rixam, quos potest sua iurisdictione compescere.*
9 *Pax est finis discordiæ.*
10 *Treuga dicitur pax temporanea ad tempus inita.*
11 *Promissio & pactum de non offendendo dicitur pax, largo tamen modo & impropriè.*
12 *Pax sicut non dicitur rupta ex noua causa, ita nec promissio de non offendendo.*
13 *Promitto te non offendere, intelligitur nisi causam offensionis commiseris.*
14 *Verba contractus intelliguntur, rebus sic se habentibus.*
15 *Causa noua & alia à prima consideratur, quando non dependet ab antiqua.*
16 *Cognito vno de contrarijs & reliquum cognoscitur.*
17 *Emergentia de nouo auxilio indigent nouo.*
18 *Promittens non offendere etiam pro attinentibus, non intelligitur promisisse de eorum inimicitijs, quæ antea fuerunt, vel postea susceperunt.*
19 *Verba ipso facto, trahunt secum executionem.*
20 *Stipulatione notarij nobis quæri actionem.*
21 *Nostrum non potest sine facto nostro tolli.*
22 *Contrariorum eadem est disciplina.*
23 *Actus quando potest se habere ad plura delicta, tunc fit interpretatio contra delinquentem, quando plura delicta in vno actu committit.*
24 *Obligatio strictè est interpretanda.*
25 *Probatio nulla maior quam partis aduersæ confessio.*
26 *Argumentum de statuto ad pactum valet.*
27 *Ignorantia crassa non excusat.*
28 *Notario stipulante facta idem est ac si ipsæ partes interuenissent.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



PRæstantissime, ac clarissime Prætor. Quamuis pro eius ingenij acuitate D. Vestra contra Antonium pro fisco aliqua subtiliter allegauerit, tamen hanc fiduciam habeo, quòd ea in iudicando & ll. & iustitiæ veritatem amplectetur, iuxta l. nemo. in fi. C. de senten. & interloc. om. iud. ac æquitatem seruabit quam ante oculos habere debet iudex. l. quòd si Ephesi. in fi. ff. de eo quod certo loc. & l. placuit. C. de iudi. cum vulg. subtilitatesque reijciet. Nanque breuiter & summatim replicãdo dicit illa, pro
1 fisco concludit, quòd † pœna propter factum vel
non factum promissa ab eo exigi potest, qui contrafecit, vt l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. obliga. cum similib. Et quod dicitur pro defensione dicti Antonij, causam nouã offensionis ei prodesse, ne incidat in pœnam conuentionalem, iuxta do
2 ctri. Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. & † fidem
frangenti, eidem frangi fidem posse. l. cum proponas. C. de pact. intelligitur quando constat de antiqua & noua causa, iungẽdo dicta per Bart. in l. verũ. ff. de fur. vbi habetur, inspici debeamus causam pro qua fuit facta pax, si alia sit vel dissimilis ei, ex qua deliquit offendens, pax non rumpitur, ergo in re nostra cum non liqueat de causa antiqua cognosci non potest an noua causa sit alia vel dissimilis antiquæ, & cum promissio de non offendendo sit generalis non potest causa noua deduci, & cum delinquens offenderit causis non apparẽtibus, in duriorem partem contra eum fit interpretatio. per l. 1. C. de sicar. & ita intelligitur Bar. quòd ex certa causa sit facta promissio de non offendendo, vt noua causa appareat & excuset committentem.
Secundò, dato quòd frangenti fidem &c. quòd primus offenderit dictus Baptista est fundamentũ intentionis dicti Antonij, & tenetur id probare. l. in exceptionibus. in princ. & l. cum de indebito. §. si autem pro parte. ff. de probatio. vnde plenè non
3 probatur per confessionem d. Baptistæ, quia † exculpatio offensi non adiuuat offendentem, vt per Hyppoli. de Marsil. in singul. 22. præterea cum fateatur ipse Baptista percussisse Antonium de nocte inaduertẽter cũ non cognoscẽs, quod propter noctem præsumitur, vt per Alex. in apost. ad Barto. in
4 d. l. aut facta. §. tempus, debet dicta † confessio cũ
suis qualitatibus acceptari in totum vel sperni, vt plenè adducit Hyppol. de Marsi. consi. 129. col. 1. & cum non habuerit animũ offendendi ipsum Antonium & fecerit sine dolo, non contrauenit, & nõ meretur pœnam ipse Baptista per regulam, quòd
5 † in maleficijs voluntas & non exitus attendatur
in glo. in l. is qui. C. de sicar. & in alijs locis. per l. si non conuitij. C. de iniu. & talia potuit facere dictus Baptista, vt cognosceret dictum Antoniũ non vt eum offenderet, & sic non potest dici offensa
6 † quæ est quando ad turbationem animi alius ad-
ducitur iniustè, vt per Bar. in l. quidam cum filium. ff. de hære. institu. ergo non dicitur contrauenisse dictus Baptista si non habuit voluntatem contrauueniendi, & non procedit in casu nostro d. l. cum proponas.
Tertiò, quod dicitur in pace secundò offensus, quòd & attendatur noua causa, possit contrauenire, non habet locum in treuga, vt per Alexan. in l. qui insulam. de verb. oblig. cum concord.
Vltimò, cum ista fideiussio non imponat finẽ discordiæ, non capit naturã pacis, nec est similis treugæ, cũ non sit facta ad tempus, ergo dicta pro pace & treuga non habent locum in ista promissione,

7 cum ex diuersis † non fiat illatio. l.Papinianus . de
minori . & dicta promissio non sit reciprocè fa-
cta vtrique parti respectu promissionis alterius,
sed est separatè exposita iudici ad remouendũ om
ne scandalum, quod possit euenire, & vt prædictæ
partes viuant pacificè,vt conuenit dicto iudici per
8 l.congruit. de offic.præsid. non debet † iudex pati
venire ad arma & rixam , quos potest sua iurisdi-
ctione compescere.l.æquissimum.in princ.ff.de v-
fruct. & per iudices à rixa remouentur & quando
obligationes separatæ sunt , si vnus promissionem
non seruauerit alius tamen seruare tenetur, per no
tat.in c.constitutio.de pœ.& Cyn.in d.l.cum pro-
ponas.hæc sunt cum effectu quæ allegantur per do
minum Venturam contra d.Antonium .
Sed eis non obstantib.contrarium de iure tenẽ-
dum arbitror, ꝙ d.Ant.non possit iustè condemna
ri & cogi soluere dictam pœnam conuentionalẽ,
sed ipse Baptista venit condemnandus & tenetur
ad d.pœnam. Et primò,pro clariori infra dicendo
rum introductione præmitto ꝙ tria in iure reperiũ
tur quasi sinonima in materia de qua agitur. Quo-
rum vnum dr̃ pax, aliud treuga, vltimum promis-
9 sio de nõ offendendo . Pax.n.diffinitur ꝙ † sit finis
discordię,vt firmãt Host.& alij in sum.tit.extra de
treug.& pa.& ibi ponunt Abb. & plenius Feli.in c.
10 1.col.fi.extra eod.titu.Treugam verò † dicunt esse
quasi temporaneam pacem & ad tempus initã , vt
per Abb.in rub.extra de treug.& pa. & Fel.in d.ca.
1.col.fi.cum simil.ibi per eos alleg.& isto modo as
similantur & quasi idem sunt . superest ad proposi-
tum nostrũ tertium .s. promissio seu cautio de non
offendendo,& de ista habemus text.loquentẽ in l.
denunciamus.C.de his qui ad eccle.confu.circa fi.
ibi Pau.de Cast. & de ista loquitur Cyn.in l.illici-
tas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsi.& habetur per
Bar.in l.3.in prin.vbi Alex.ff.de dam.infe.& Bart.
in l.qui bona.§.si quis.ff.eo.& ibi plenissimè Alex.
& Barto.& Pau.de Cast. in l.non impossibile.ff.de
pact.per Ias.in l.si super.col.fi. C.de transact.& Ri
pa in rub.ff.de dam.infec.remissiuè concord.alle-
gat Alex.in l.2.in prin.col.4.nu.16.sol.mat. Bart.
in d.§.ne potentiores, versic. quæro quis effectus.
& in d. l.non impossibile . dicit rumpentem talem
promissionem videri & iudicari tanquam fractorẽ
pacis,& ibidem Pau.de Cast.rationẽ adducit,quia
11 † talis promissio & pactum de non offendendo dr̃
pax,per tex.in l.1.in princi.ff.de pact.ibi pactum à
pactione,inde etiam pacis nomen appellatum &c.
Ex istis ergo sic præmissis deueniendo ad casum
nostrum colligitur d.promissionem de non offen-
dendo simpliciter & sine aliqua termini præfixio-
ne conceptam assimilari paci & idem dici ac si esse
12 mus in casu pacis. quamobrem sicut † pax non dici
tur rupta ex noua causa ita nec promissio de nõ of-
fendendo . ꝙ autem pax ex noua causa & ex noua
offensa à causa noua superueniente non rumpatur,
firmant Bar. in l.aut facta.§.causa.ff.de pœn.per l.
si de certa. C.de transac.& l.cum quæritur.de exce
ptio.rei iud.& Bar.in l.verum.ff.de fur.& Bal.in c.
1.col.2.de pa.tenend.& Alexã.in l.semel mora.ff.
sol.matr. & in consi.19.1.& 2.col.volu.1.& consi.
113.vol.3.Corn.cons.51.col.2.vol.1.& cons.167.
col.2.lib.3.& Soc.cons.87.colum.fi.lib.3.Ias.post
alios in l.qui seruum.de verb.oblig.& Marsi.cons.
76.colum.fin. in quibus locis concludunt ex noua
causa pacem non dici ruptam , expressè quoq; lo-
quũtur aliqui in promissione de non offendẽdo,vt
Alex.in d.consi.113. & simpliciter dicit Bart. in l.
13 quæro.§.inter locatorem. ff.loc.ꝙ † si promitto te
non offendere intelligitur nisi causam offensionis
commiseris, quò ad nouam causam facit ẽt quod
habetur per Bar.in l.maritus. ff.eo. vbi si medicus
promittit curare podagras & curauerit , sed ex no-
ua causa superuenerint podagræ,consequi debet sa
larium,& glo.in versic.inimicitias. in l.siquis testi
14 bus.C.de testib.vbi iuncto tex. dicitur † ꝙ quis nõ
potest excipere contra personas testium contra se
inductorum,quibus in alia lite pro se vsus fuerit,ni
si inimicitia vel alia quęlibet noua causa inter eum
& testes interuenerit, facit quod dicit Abb.in c.in-
sinuãte. in fi.de offi.deleg. & Bar.in l.si hominem.
ff.mand.& Abb.in c.prout.nu. 12. de dolo & con-
tuma. & regula communis est ꝙ verba contractus
intelliguntur rebus sic se habentibus,& ex causa su
perueniente potest contrauenire, Soc.consi.17.visa
prædicta.nu.18.cum seq.volum.4.Dec.consi.335.
versi.præterea,etiam dato. & si causa noua superue
niens non adesset iusta causa offendendi , non di-
citur offendens pacem rumpere, vt latè per Marsi.
consi.119.num.2.ita nouissimè promissionẽ de nõ
offendendo ex noua causa non frangi concord.ex
* professo colligendo ex communi & magis cõmu-
ni opin. tenet Francis.Hercul.Perusi. in particula-
ri tract.de promis.de non offenden.c.13.num.3. &
sequ.vbi plura in materia,de noua causa,& text.est
nota.in l.si post.ff.de procur.idem ponit pro com-
muni Clar.lib.5.pract.crimi.§.fi.q.47.versi. quæ-
ro nunc .
15 Causa † verò noua & alia à prima consideratur,
quando non dependet ab antiqua,vt declarat Cor
neus consi.51.2.colũ.versi.præmittendum est.lib.
1. & satis cõstat in casu nostro causam propter quã
motus fuit Simon ad offendẽdum ipsum Baptistã
non dependere ab aliqua antiqua causa : quia post
præstitam cautionẽ de non offendendo primò fuit
percussus à d.Baptista,& ipse fatetur,&propter hoc
16 Simon offendit Baptistam,cognito † ergo vno de
contrarjis & reliquum cognoscitur , vt §. 1 . cum
ibi notat. instit.de his qui sunt sui vel alie.iur. nam
promissio prædicta inter Anto.& Baptistam intelli
gitur solummodo facta pro iniurijs & causis offen
sionum præcedentibus, vt voluit Bart.in d.l.verũ.
17 de nouo autem † emergentia auxilio indigent no-
uo.l.de ætate.§.ex causa. ff.de interro.actio. & l.1.
in princi.de vent.inspic.cum vulg.& alia causa dici
tur quando inter alias personas agitur, vt l.si quis.
§.& generaliter.& l.& an eandem:in princip.ff.de
except.rei iudi.nanque alia est persona Anto.pro-
mittentis & alia persona Simonis offendentis pri

mò,

inò, post dictâ promissionem recipientis offensam à d. Baptista propter quod orta inimicitia præsumi
18 tur inter d. Simonem & Baptistam, ideo † promittens non offendere etiam pro attinentibus non in telligitur promisisse de eorum inimicitijs, vt dicit Bal. in l. prædium. col. pen. C. de ædil. act. & Alex. in apost. ad Bar. in d. l. aut facta. §. causa.

Secundò, cum primò Baptista offenderit attinẽ tẽ Anto. ipse incidit in pœnam conuentionalẽ, & potuit impunè offendi à d. Antonio vel eius atti
* nente, secundùm communem conclusionem doct. in d. l. cum proponas. de qua ibi per Alex. num. 6. & Ias. vers. vltimò facit iste tex. C. de pact. quæ est, q facta promissione de nõ offendendo inter duos, & vnus primò offendat incidit in pœnam, alius verò potest impunè offendere, & dicta pœna ab eodẽ Baptista exigi potest à d. Antonio, per ea quę tenet Bar. Bal. & Imol. in l. cũ pater. §. libertis. de leg. 2. licèt contrarium tenuerit Alex. in l. semel mora. soluto matri. tamen idem sibi contrarius firmat in d. l. cum proponas. cum quibus ibi transit Ias. ita com
* muniter teneri dicit Franc. Hercul. in d. tract. c 18. in princ. & Tob. Perusi. consi. 111. num. 19. 20. loquens in pace, & plura similia, & concord. adducit Rolan. à Vall. consi. 57. nu. 20. & seq. lib. 1. & Grat. consi. 114. nume. 12. lib. 2. & hoc in casu proposito procedere ostendo clarissimo fundamento, q Antonius consequi possit dictam pœnam, non obstante q Simon secũdò percusserit ipsum Spagnolum. sic enim clarè demonstratur, cũ Hispanus percussẽrit Simonem affinem Antonij, in instrumento pro missionis sit apposita clausula de facto &c. pœna conuentionalis in eo contenta est commissa efficaciter, per ea quę not. Bal. in auct. habita. C. ne filius
19 pro pa. quem refert Dec. consi. 138. col. 2. vt † verba ipso facto, trahunt secum executionem, Bal. in l. cunctos populos. col. 13. num. 95. de sum. Tri. & sunt latæ sententiæ, Rom. consi. 427. col. fin. & per stipulationem notarij pro dimidia est applicata & acquisita ipsi Antonio, Bar. in l. 2. ff. rẽ pup. sal. fo.
20 vbi dicit † nobis per stipulationem notarij quæri actionem, & idem in l. nec ei. §. 1. ff. de adoptio. & Soc. consi. 90. num. 9. libr. 3. nec ipse Simon offensus poterat petere vel agere cõtra d. Baptistam pro dimidia dictæ pœnæ, ad quam perendam ei nulla competebat actio, sine qua nemo quidẽ experitur. l. quoties. §. item si temporali. ff. de admini. tuto. & l. si pupilli. §. fi. de nego. gest. nec solutionem dictę pœnę accipiendo poterat liberare d. Baptistã à dicta obligatione: quia non est de personis comprehensis in l. solutam. in princ. ff. de solut. & aliquod pactum de dicta pœna inter ipsos Baptistam & Simonem non præiudicasset eidem Antonio. per l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & l. sæpe. de re iudi. & l. 1. C. res inter alios. & minus ergo potuit Simon præiudicare d. Antonio quò ad dimidiam dictæ pœnæ sibi acquisitæ secundò repercutiendo ip
21 sum Baptistam: quia † quod nostrum est sine facto nostro tolli non potest. l. id quod. de reg. iu. & quia per supradicta apparet, quòd non erat in electione dicti Simonis petere pœnam vel repercutere, & vno electo non possit ad alium redire, secundùm l. rescriptum. §. 1. ff. de pact. prout doct. dicunt contrarium tenentes in d. l. cum proponas. & in d. l. semel mora. nam doct. dum æquiparant petere pœnam vel repercutere primum offendentem, loquũtur de eo qui potest petere, sed dicto Simoni nulla ad dictam pœnam dabatur petitio, ergo clarissima videtur ipsius Antonij victoria.

Non obstant supra in contrarium allegata, quibus breuiter respondetur, q Bart. in d. §. causa, clarè loquitur ob causam nouam non rumpi pacem, quæ causa noua cum appareat in casu isto, non est quærendum de veteri & præcedẽti, pro qua præstita intelligitur dicta cautio de non offendendo, secundùm Bart. in d. l. verum. de furt. satis est causam de nouo superuenire, qua intellecta cognoscitur non esse antiquam & præcedentem propter quam
22 facta fuit promissio, quia † contrariorum. &c. in institut. de his qui sunt sui vel alien. nec aliqua declaratione indiget, Bart. in d. §. causa, & quod dicit Bart. in d. l. verum. ob similem iniuriam frangi pacem, intelligitur de causa efficiente & nõ de causa facti, aliàs sequeretur absurdum, q si causa percussionum inter aliquos facta fuisset promissio de nõ offendendo, & postea ex causa de nouo emergenti, vna pars offenderet aliam percutiẽdo, videretur contrafactum: quia est similis causa à principio & vltimo interuenientium percussionum, quod contra mentem omnium doct. est, dicentium ex causa noua non veniri cõtra pacem, qui considerant causam efficientem offensionis & non modum offendendi. Bart. in d. l. verum. dicit in effectu, si contrafiat causa vindicandi vel retractandi inimicitiam iam sopitam, pœna ruptæ pacis committitur: nemini dubium quòd in casu nostro Simon non offendit dictum Baptistam causa vindicandi seu retractandi inimicitiam, quę fuerat inter Antoniũ promittentem & ipsum Baptistam, sed causa vindicandi se de percussione dicto Simoni post dictam promissionem illatam per eundem Baptistam, & in eo quod dicit: quia forte passus fuisset similẽ iniuriã, intelligitur si ob adulteriũ inter aliquos facta fuisset dicta promissio, & vna pars contrauenerit forte stuprum committendo, vt verba intelligantur secundùm subiectam materiam, & licet dicta promissio sit generalis & nulla causa in ea exprimatur, tamen ad eam deueniri non potuit & iudex cogere non potuisset eos ita promittere sine aliqua cã, per ea quæ voluit Bart. in l. capitaliũ. §. ad statuas. ff. de pœnis. & Feli. in d. rub. versi. qui timet. de treug. & pace. & latissimè Paris. consil. 168. colum. 1. libr. 4. Imol. in l. 2. §. quod si in patris. In fin. sol. matri. vbi examinat quem non debere cogi ad cauendum de non offendendo sine cognitione causæ, quæ satis denique arbitraria est iudici, Bald. consi. 176. Cecilia. col. 1. libr. 1. & cura est tractandi per Franciscus Hercul. d. tract. c. 3. ad quam causam præcedẽtem se extendit d. promissio & nõ ad aliã superuenientem, vt sentit Bar. in d. l. verum. ad id quod dĩ,

23 quando † actus potest se habere ad plura delicta, fit interpretatio contra delinquentem, procedit in eo qui plura delicta in vno actu committit, sed in re nostra fuit solum delictum percuriendo & non delictum fractionis pacis, stantibus communibus conclusionibus supra tactis, quòd promissio de nō offendendo non se extendit ad causam superuenientem nec ad inimicitiam attinentium, & quòd secundò offensus impunè potest offendere primū offendentem fortè procederet etiam quando pœna non transgrederetur suum auctorem, secundum l. sancimus. C. de pœn. sed hic si fieret talis interpretatio non contra Simonem delinquentem sed
24 contra Antonium fieret. obligatio † enim strictè est interpretanda. facit. l. quicquid astringendæ. de verb. obli. Nec impedit quod dicitur, exculpationem seu confessionem offensi non prodesse delinquenti, quia respondetur cum in casu nostro ipse Baptista confitens expectet partem pœnæ sibi dari ex delicto dicti Simonis, non præsumitur voluisse eum exculpare & fraudare fiscum, sed vinculo iuramenti se veritatem dixisse, & est omnino ad
25 uersarius dicti Antonij, nulla † ergo maior probatio reperitur quàm partis aduersę confessio. l. generaliter. C. de nō nu. pec. & cap. per tuas. de proba. si fiscus verò non defraudatur, quia à dicto Baptista primo offendente pœnam consequetur, vt volunt doct. in d. l. cum proponas. nihil enim refert à quo pęna fisco præstatur. Præterea, ipse Baptista non exculpat dictum Simonem, quòd non fecerit delictum, sed quòd primò eum offendit, itaque per dictam partis aduersæ confessionē legitimè est probata intentio dicti Antonij.

Nec obstat, quòd dicit eum offendisse spontone non cognoscens, & quòd ista confessio debeat acceptari cum ista qualitate, quia habendo respectum ex parte dicti Simonis, prout haberi debet in ista consideratione nouæ causæ causantis inimicitiam inter eum & Baptistam, & primæ offensionis contra eum per dictum Baptistam illatæ inspicitur factum & non animus, qui ignoratur ab homine & à solo Deo cognoscitur, est gl. in l. 2. ff. de inter. act. sufficit, quòd de facto fuit primò offensus dictus Simon in personam & iniustè. si enim dictus Baptista volebat cognoscere ipsum Simonem debebat exclamare, qui nam esset, & non statim cum spontone aduersus eum admenare impetuosè, propter quod ex genere armorū & inspecto loco corporis colligitur animus dicti Baptistæ fuisse valde prontus ad offendendum ipsum Simonem imò eum occidendi, per ea quæ ponit Barto. in l. j. §. diuus. in fin. ff. de sicar. & meretur pati pœnam statutariam pro percussione & conuentionalē pro offensione, verisimiliter mouente animū dicti Simonis ad turbationem, & sic cōueniūt dicta Bart. in l. quidam cum filium. ff. de hær. inst. & in l. licitatio. §. 1. de publi. incidit enim ipse Baptista in verba statuti & dictæ promissionis de non offendendo, non consideratur ergo animus sed factum, per ea quæ sentit Bart. in l. is qui cum telo. C. de sicar. & in d. §. diuus. qui licet in statutis loquatur, idem
26 est in pacto, argum. † de statuto ad pactum, secundum glo. in rubr. C. de decr. decur. lib. 10. & Bar. in l. omnes populi. 8. col. de iust. & iur. & Oldr. consi.
27 135. & crassa † ignorantia eum non excusat, vt in simili specie tradit Bal. in c. 1. col. fin. num. 21. ver. quæro quid de eo. qui. mo. feu. amit. Præterea, faciendo ipse Baptista ea quæ sunt de genere prohibitorum est in dolo. cap. 1. de præsumpt. & latè per Hypo. de Mar. consi. 83. visa inquisitione formata. quem D. V. videat, qui bene loquitur ad propositum nostrum, & quia (vt supra præmissi) promissio de non offendendo est similis paci, & doct. loquūtur in terminis dictæ promissionis, ideo necessarium non arbitror intrare illam q. an dicta in pace habeant locum in treuga.

Nō obstāt vltimo loco adducta, quibus licet cōgrua responsio colligatur ex supradictis, tū in specie dico, quòd Iudex motus fuit ad faciendum ex ponere promissiones prædictas de non offen. ex causa, vt per Barto. in d. §. ad statuas, cū aliis alleg. supra, & non sunt separatæ imò correspectiuæ, vt æqualem securitatem omnibus præbeat iudex, per tex. & ibi not. Bar. in d. §. ad statuas. & in d. §. ne potentiores, & sunt facta notario stipulanti etiam no
28 mine partium, † quod idem est ac si ipsæ partes interuenissent, per ea quæ dicit Bart. in l. 2. ff. rem pupil. sal. for. & doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. qui enim per alium facit &c. Et sic substātialiter remota sunt omnia contraria, & firma remanet supradicta conclusio, de qua plura dici potuissent, sed ob breuitatem temporis & alias vexationes impeditas vlterius progredi mihi denegata fuit commoditas, & in his omnibus me submitto æquitati ac profundæ scientiæ D. V. cui causam ipsam pro iustitia plurimum cōmendo. L. D.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

De materia præcedentis consilij.

SVMMARIVM.

1 *Insultus offensa dicitur.*
2 *Testis pauper non repellitur, dummodo in paupertatē non inciderit suo vitio.*
3 *Probationis materia pendet à iudicis arbitrio.*
4 *Dispositio generalis est apta comprehendere omnes casus, & tantum valet in omnibus quantum specialis in specie.*
5 *Pax est finis discordia.*
6 *Testimonia sibi contraria & diuersa non sunt admittenda.*
7 *Testes tantum probant quantum dicunt.*

Proba-

8 Probationes luce meridiana clariores requiri in criminalibus.
9 Verba sunt intelligenda in maiori & potiori significatu.
10 Statutum mandans patrem teneri ad condemnationem filiorum, est odiosum & strictissimè interpretandum.
11 Proœmium statuti probat causam finalem.
12 Rationem naturalem sufficit allegari.
13 Testes duo, vt plenam fidem faciant, debent esse probatæ vitæ.
14 Testium defectum non supplere numerum in causa criminali vel ciuili ardua.
15 Iudex eius arbitrium regulare debet secundum regulas iuris communis & secundum æquitatem.
16 Cautio de non offendendo non postulatur neque præstatur nisi causa cognita.
17 Promissio qualibet intelligitur ex causa de præsenti.
18 Insultus fit ex proposito antecedente vel ex proposito proditoriè.
19 Nouum dicitur, vbi aliquid additum est antiquo.
20 Promissio & pactum de non offendendo dicitur pax.
21 Excipere contra personas testium quis non potest contra se inductorum, quibus in alia lite pro se vsus fuit.
22 Iudicem impetrans potest ex noua causa eum recusare.
23 Clausula ipso facto stante, ex solo principio, nisi delictum sit consumatum, non incurritur pœna.
24 Verba hæc ipso facto, sonant de se, factum esse consumatum.

AVXILIVM ADSIT ALTISSIMI.

SApienter & copiosè fuit responsum ad dubia per magnificum dominum Prætorem data Baldo, per quæ videtur cõcludi dictum Baldum incidisse in pœnam scutotum 500. Approbans ego quoque sentẽtiã primi domini respondentis dictam pœnã non esse commissam, adhuc instabo resoluendo dictas dubitationes firmansque eas non refragari. Ibiq; in dictis dubitationibus pro veritate præsuponitur Baldum armatum spontone & securi insultasse Franciscum contra eum admenando pluries cũ spontone, licet eum non percusserit. & exinde dici factam esse offensam, cum ad verificationem pro-
1 missionis de non offendẽdo sufficit insultus, † quia offensa dicitur &c. l. testamento. ff. de manu. test. Bart. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. cum simil. & sumus in offensa ex actu merente pœnam, prout est insultus etiam sine percussione, secũdum Bar. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. Nõ videtur obstare ꝙ non sit percussum corpus, quia hoc procederet quãdo esset facta promissio de nõ offendendo in personam, non quando esset facta simpliciter, vt videtur casus noster, scribit Deci. in consi. 406. & propterea fit consequentia, Baldum teneri ad pœnam pacis ruptæ. Secundò, respondetur obiectioni quæ posset fieri contra testes, & dicitur non obstare quòd testes sint inhabiles, quia in processu non apparet de aliqua inhabilitare testium, nisi quòd Baldus de Eugubio dicit se nihil
2 habere in bonis: quapropter † non repellitur, dummodo in paupertatem non inciderit suo vitio, ut p Alexand. in consi. 137. col. 1. vol. 6. & subiungitur quòd imò si testes essent inhabiles tamen videntur admittendi propter difficultatem probationis eorum quæ fiunt de nocte, Alexan. in consi. 24. colum. 2. vol. 2. allegat omnes quotas in dictis dubitationibus annotatas, & ob id etiam admittuntur probationes per coniecturas, quæ dicuntur manifestæ, per l. licet. de leg. 1. cum simil. stante præser-
3 tim quòd † materia probationis pendet à iudicis arbitrio. l. 3. §. 1. ff. de test. hæ sunt præmissæ dubitationes. Quibus addo & tertiò, quòd posset dici pro defensione Baldi nouam causam offensionis ei prodesse, ne incidat in pęnam cõuentionalem, iuxt. doct. Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. intelligitur quando constat de antiqua & noua causa, iungendo dicta per Bat. in l. verum. ff. de fut. vbi habetur, inspici debere causam, pro qua fuit facta pax, si alia sit vel dissimilis causa ex qua delinquit offendẽs pax non rumpitur. ergo in re nostra cum non liqueat de causa antiqua, cognosci non potest an noua causa sit alia vel dissimilis antiquæ, cumque promissio de nõ offendendo sit generalis non
4 videtur posse deduci causam nouam, quia † generalis dispositio est apta cõprehendere omnes cãs, & tantum valet in omnibus quantum specialis in specie. l. si duo. in fi. ff. de admini. tut. vnde contra delinquentem qui offendit causis non apparentibus in duriorem partem fit interpretatio, per l. 1. C. de sicar. Præterea & quartò, doct. Bar. in d. l. aut facta. §. causa. & doct. volẽtes ex noua causa offendentem non incidere in pęnam, videntur loqui in promissione de non offendendo facta, vbi inimici
5 faciunt pacem, quæ diffinitur ꝙ † sit finis discordię, vt per Canon. in c. 1. de. treu. & pac. sed non ita est de sola promissione de non offen. ergo ex diuersis &c. l. Papinianus. de minor. cum vulg. Vltimò, si dicatur pœnam non esse commissam, quia non fuit secuta percussio in personam, videtur posse responderi talem percussionem defuisse, non ꝙ dictus Baldus noluerit, sed quòd non potuerit, vt retentus & impeditus à dicto Baldo reste, proinde ergo est ac si percussisset, per ea quæ dicit Bart. in l. qui falsam. ff. de fal. cum mul. traditis per Feli. in c. 1. col. 1. de præsumpt.

His verò non obstantibus arbitror dictam pœnã ex parte dicti Baldi nequaquam fore commissam eamque contra eum exigi non posse, & hanc conclusionem ueram esse patebit ex resolutione dictarum dubitationũ. In primis respondetur non apparere (ut præsuponitur) Baldum insultasse Frãciscum contra eum admenando pluries cum spontone, nisi ex quibusdam attestationibus Baldi de Eugubio & Io. Iacobi Francisci Macellarij, quas attestationes non fore attendendas iam multifariam ostensum fuit per primum dominum respondentem

dentem, tam ratione personarum quàm eorum di
ctorum, quæ quidem dicta vlterius recẽsendo ego
quoque reperio ad inuicem diuersa & contraria,
nam Baldus testis, vbi deponit de principio rixæ
& verborum habitorum inter dictos Baldum &
Franciscum, diuersimodè dicit in primo examine
& in repetitione super interrogatoriis, vt patet le-
gendo eius dicta, est etiam de directo sibi contra-
rius dictus testis, cum in examine dicat (Francesco
quando fu gionto à casa tolse vna zagaglia per re-
tornare à frontare il detto Baldo &c. ma suo soce-
ro non lo lasso anadre) & in repetitione super in-
terrogatoriis dicit non vidisse aliter venire dictũ
Franciscum arma hastata versus antedictum Bal-
dum causa eum offendendi. Contraria quoque di
cit Io. Iacobus alius testis dum in examine dicit se
esse ætatis annorum quatuordecim & accepisse eu
charistiæ sacramentũ in repetitione super interro
gatoriis dicit se esse annorum quatuordecim & nũ
quam accepisse eucharistiæ sacramentum, quia nõ
est de debita ætate, vt tale sacramentum accipere
6 possit. vnde † testimonia sibi contraria & aduersa
non sunt admittẽda, & testes possunt puniri de fal
so. l. eos. & ibi Bar. ff. de fals. & Spec. in ti. de test. §.
1. ver. item ꝙ testes sunt varij, per tex. in l. qui falsa.
ff. de testi. tradit & Alex. consi. 183. col. 3. num. 11.
lib. 6. & in l. inter stipulantem. §. 1. col. 4. sub nu. 11.
de verborum oblig. Item testes prædicti non pro-
bant insultum cum admenatione, quia Baldus te-
stis dicit de impetu, qui est diuersus ab insultu, vt
declarat Bar. in d. l. respiciendum. §. delinquunt. &
aliter non dicit de admenationibus cum spõtone,
nisi ꝙ si non retinuisset spontonem (vt putat) Fran
ciscus fuisset percussus, & Io. Iacobus dicit de solis
admenationibus tribus vel quatuor vicibus. Te-
7 stes † enim tantum probant quantum dicunt, Ioã.
Andr. in c. veniens. de renun. & Bal. in rub. de con
tro. inuest. in fin. col. refert Cur. Sen. in cons. 73. ma
gnifice. col. 5. num. 19. ecce apparet istos non esse
concordes & contestes, quilibet singularis & non
admittendus. l. iurisiurandi. C. de test. & c. veniẽs.
in fin. extra eo. & sunt ambigui & non clari in eo-
rum dictis, saltem habendo respectum de vno di-
8 cto ad alterum, & † in criminalibus notum est pro-
bationes luce meridiana requiri clariores. l. fin. C.
de proba. & in pęnis siue legis siue cõuẽtionalibus
liquidissima debet esse probatio, dicit Bald. in c. 1.
versi. ista enim natura est. qualiter dominus propr.
feu. pri. in vsi. feudorum, per l. in testamento. la 1.
de cond. & demon. sequitur Alex. consil. 35. col. 3.
nu. 4. li. 5. tex. & doc. in l. fi. C. de prob. & Dec. con.
531. num. 1. cessante ergo liquidissima probatione
ius corruit, argu. l. duo. ff. de test. tut. verum si offen
sa etiam interuenisset absque percussione non esset
tamen pœna commissa, quia illa verba promissio-
nis non offendere nec offendi facere, important
9 grauem offensam, cum verba † sint intelligenda in
maiori & potiori significatu. l. 1. §. qui in perpe-
tuum. ff. si ager vectig. cum simil. præsertim in pœ-
nalibus & odiosis ad pęnam euitandam, ita in for
tioribus terminis, vbi interuenerat leuis percussio
in spamlis sine sanguine, treugam non esse ruptam
latè probat Hypo. de Mars. in cons. 80. qui cuncta.
colu. 1. & 2. sequitur & latè comprobat nouissimè
Fran. Hercul. Perusi. In tract. de promis. de non of-
fen. in c. 26. nu. 11. & per tot. vbi subiungit non sic
esse in pace, quia ex minis vel ex causa data rixæ
rumpitur, decis. ibi per eum alleg. idem de offensio
ne illata in personam talem promissionem intelli-
gi, probat Bero. consi. 202. nume. 22. 23. lib. 3. facit
ꝙ atrox iniuria dicitur quãdo corpus pulsatur. §.
atrox. inst. de iniu. & l. 1. §. 1. ff. eo. facit l. donatio
nes. §. spes. iunc. glo. ff. de dona. cũ facta sit promis
sio de non offendendo pro Pacium pro se & filijs,
& filius offendisset, promittens diceretur teneri o-
dio irrationabili, quod est vt teneatur ex delicto al
terius, vnde videtur requiri quòd offensio fiat in
personam tangendo corpus, quemadmodum dicit
Bar. in d. §. quod illicitè. propè fin. in statuto dictã
te nobiles offendentes in personam popularem te
neri ipsũ & alios de domo sua, si fiat offensio quo
ad ipsum offendentem sufficit si aliquid de mani-
bus arripuerit vel vestes sciderit, sed quoad alios
de domo, vt teneantur vult vt corpus tangatur. Po
test ergo dici fuisse offensam absque percussione,
nisi ipse Pacius offendisset secus si filius, quia
teneretur ex delicto alieno & requiritur aliquid
maius circa offensam, per doct. Bar. in loco præal-
10 leg. Facit, ꝙ † statutum mandans patrem teneri ad
condemnationem filiorum est odiosum & strictis
simè interpretandum, secundum Bal. in auct. si ca-
ptiui. col. fi. C. de epis. & cler. refert Ias. in l. de qui-
bus. col. 17. ff. de legi. Præterea istæ cautiones expo
stulantur & fiunt semper præcepto domini Pote-
statis vigore statutorum, quæ iurisdictionem ei tri
buunt, & vltra non etiam extenditur, & ea ab eo vi
gore iuramenti seruari præsumitur, vt scribit Deci.
in rubr. in nouiss. add. nu. 28. & 29. C. qui admit. &
in consi. 8. col. 1. & Soci. consi. 83. col. 3. nu. 13. li. 4.
sed vigore statutorum cautiones huiusmodi præ-
stantur pro tuitione vitæ & salutis hominum, vt
probat procemium statuti in vlt. rub. in 3. lib. statu.
11 quod † probat causam finalem. l. fin. & ibi Bart. &
Bal. ff. de hæred. inst. & Bald. in pri. const. C. de no
uo. C. compo. col. 4. in §. quibus, cũ simil. alleg. per
Deci. consi. 660. nume. 5. igitur in terminis nostris
offensa dicitur quando persona percutitur, quia
aliàs absque cautione prouisum est vitæ & saluti
hominis, at nisi percutiatur corpus, quod dunta-
xat in his terminis tendit contra vitam & salutem
12 hominis, vt † ratio naturalis dictat, quã sufficit al-
legare. l. scire. §. si enim quis. ff. de excu. tut. non fit
offensio, consequenter & stipulatio pęnalis non
committitur, nam ista promissio de non offenden
do debet solum intelligi in personam, quia hæc
est quæ præstatur à persona personæ, vt declarat
Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic.
præs. licet hæc discussio parum videatᷣ necessaria,
qm̃ (vt dictum est) legitimè non constat de ali-
qua offensione, tum ratione personarum dictorũ
testium

testium, tum etiam ratione eorum attestationum non concordantium & contrariarum. Accedat,
13 † vt duo testes plenam fidem faciant, debent esse probatæ vitæ, tractatur in cap. licet vniuersis. de te sti. firmat Alexan. in alleg. consi. 237. perspectis. in prin. vol. 6. Imò idem Alexan. in d. consi. 237. & in consi. 131. quod est idem. eo. vol. allegatur contra Baldum Pacij facit pro eo. Cum dicat, si testis sine virio suo inciderit in paupertatē & nullius famæ, scilicet neque bonæ neque malæ sit, minus ei creditur, & subiungit hoc magis esse verum, ne dum in teste paupere sed magis in teste pauperimo, & eo quòd est nullius æstimationis, vt sunt dicti duo testes famuli, & nihil habentes in bonis, & vnus est minor, & nunquam eucharistiæ sacramentum accepit, subiungit etiam allegando quod not. Iac. Butr. in l. 3. in princi. ff. de test. si testis sit in summa paupertate & causa esset magna, maximè criminalis, non crederetur ei nisi cum tormentis, vel minus ei crederetur, & alia adducit Alexan. in alleg. consi valde conferentia ad casum nostrum. Et minus potest dici testes inhabiles admitti in his quæ sunt difficilis probationis, quia hoc procederet vbi ex natura regulari illius facti alij testes verisimiliter non possunt haberi, secus si potuissent verisimiliter alij occurrere, sed casualiter non interfuerunt, vt in casu nostro potuit accidere, & probationem accidentaliter deficere, ita dicunt Ant. de Butr. & Imo. & Feli. in c. tertio loco. de prob. & Alex. in consi. 148. in causa. col. pen. uol. 5. & Dec. in l. in actionibus. in fi. ff. de in lit. iu. vt dicit Felin. in d. c. tertio loco. in 3. col. ne sequatur absurdum, quòd vbi solum inhabiles aliquid sciunt illi semper admittātur, quod mandat bene notari, & non creditur ipsis testibus non idoneis, vt tāquam idonei in subsidium admittātur, si dicunt alios nō fuisse præsentes, vt tenet Alex. in consi. 64. viso. in fin. vol. 1. Præterea non procedit, quòd testes inhabiles admittuntur quando veritas aliter haberi non potest, vbi testes patiuntur plures exceptiones, vt sunt illi duo, vnus mercenarius erat & sibimet contrarius, & pauperrimus & alius minor & non communicatur & etiam contrarius & similiter est pauperrimus, ita firmat Hyp. de Mar. in consi. 102. pauci. col. penul. vbi alleg. Barb. in consi. 65. sapienter. col. 4. uol. 4. & Soc. consi. 118. visa. col. antepenult. ver. postremò. vol. 1. idem comprobat Ay. consi. 6. col. pen. num. 125. & consi. 9. col. 3. nume. 13. & consil. 281. sub num. 6. idem tenet Petr. Anchar. consi. 246. in causa agitata. versi. contrarium. nullam dari fidē pluribus testibus leuis opinionis. Quinimò
14 in causa criminali vel ciuili ardua † numerum non supplere defectum testium doct. plurium decis. recensendo, tenet Gram. consi. crimi. 45. col. 5. num. 30. quod maximè procedere in condemnando firmat Nat. consi. 362. num. 10. tom. 2. idem quando omnes testes sunt suspecti vel aliàs inhabiles, Nat. consi. 520. num. 18. & consi. 522. num. 9. to. 3. difficilius enim iura dispensant cum defectu duplici q̄ cum vno. c. j. de treu. & pace. pluraque impedimenta magis impediūt quàm vnum. l. discretis. in prin. C. qui test. fa. poss. l. si quis viduam. ff. de quæsti. cū simil. & non sufficeret manifesta probatio quæ ex aduerso dicebatur fieri per coniecturas, per l. licet. de leg. 1. sed requiritur liquidissima in pœnis conuentionalibus, vt dicit Bald. in d. ca. 1. qualiter domminus propr. feu. pri. & Alex. in consil. 35. in causa. nume. 4. volum. 5. Quamuis etiam materia probationum committatur arbitrio iudicis, cum tamen iura ob dictas exceptiones non permittant huiusmodi testibus credi seruanda sunt à iusdicente, qui
15 † debet regulare eius arbitrium secundum regulas iuris communis & secundum equitatem, vt probat Hyp. de Marsi. in consi. 63. in causa. num. 16. & ampleċti debet mitiorem partem. ca. in pœnis. de reg. iu. in 6. l. præses. ff. de pœn.

Respondetur ad tertium contrarium, supra ad-
16 ditum, quòd huiusmodi cautio † de non offendendo non postulatur neque præstatur, nisi causa cognita & appareat causa, secundum Bar. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. & in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. & Feli. in rubr. in 6. col. de treug. & pac. licet generaliter sit facta talis promissio nulla causa expressa, tamen nō porrigitur ad futuras causas, argum. l. si à colono. de verborum oblig. Quæ-
17 libet † enim promissio intelligitur ex causa de præsenti. l. quod Seruius. & ibi doct. not. ff. de cond. in deb. & l. continuus. §. cum quis. & l. si filiusfam. pr. de verborum obliga. & ex causa superuenienti potest contrauenire, Deci. in consi. 335. viso consilio, versi. præterea. & Soc. in consi. 23. visa. nu. 18. cum seq. vol. 4. Causa autem noua & alia à prima consideratur quando non dependet ab antiqua, & orta apparet post promissionem factam de non offendendo, vt declarat Corn. in consil. 51. col. 2. vol. j. & satis cōstat in casu nostro etiam ex ipsis testibus aduersariis nouam causam interuenisse, videlicet propter illa verba iniuriosa prolata per Franciscū contra dictum Baldum stātem ad fenestrā, & propter contentionem ne Franciscus transiret per illum locum, & de necessitate concluditur quòd interuenerit noua causa, quia non interuenit insul-
18 tus, † qui fit ex proposito antecedenti vel ex proposito prodiroriè, vt docet Bar. in d. l. respiciendū. §. delinquunt. in prin. sed si crederetur dictis testibus (quod non admitto) ob dicta verba iniuriosa, & dictam contentionem diceretur fuisse factum delictum impetu, quod fit, vt Bart. declarat in d. §. delinquunt. ver. sequitur in tex. quando subitò oritur rixa inter duos, vel propter verbum nouum, vel propter contentionem nouiter emergentem,
19 ita dicit Bar. ad literam, nouū † dicitur vbi aliquid est additum antiquo, Alex. consi. 151. in prin. lib. 6. Afflict. decis. 148. Quæ noua causa sufficit præsumptiuè probari, vt in terminis tenet Alex. in consi. 115. viso themate. col. fina. vol. 4. ob quam causam nouam non rumpi pacem clarè loquitur Bar. in d. l. aut facta, quæ noua causa cum appareat in casu isto non est quærendum de veteri & præcedenti, pro qua intelligitur, vt supra, præstita dicta cautio,

pariter est suspensa & reuocata d.exequutio vt ac-
cessoria, per reg. accessorium, & ibi per Franc.de
reg.iu.lib.6.

Hactenus enim fuit processum secundum com
missiones illustrissimi Domini & porrectis preci-
bus per reos conuentos & obtento vt causa cogno
scatur & decidatur, prout de iure, ideo ex prædi-
ctis puro de iure dictos Petrum Dominicum &
Octauianum absoluendos esse à dãnis & interesse
per d. Rugerium petitis. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurison. Pisauren.

CONSILIVM CXCII.

ARGVMENTVM.

De delegatione nominis debitoris fa-
cta à debitore creditori, quæ in casu
demonstratur valida.

SVMMARIVM.

1 Periculum vbi maius ibi cautius est agendum.
2 Debitor si soluere velit delegando suum debitorem ne-cessaria est promissio & consensus delegandi.
3 Debitoris nominis datione in solutum absque delega-tione non inducitur liberatio sed simplex cessio actio-nis, per quam quis dicitur soluere vel satisfacere.
4 Literæ in iudicio exhibitæ & recognitæ probant contra scribentem.
5 Conuentio est seruanda.
6 Debitorem delegans sat est probare esse debitorem obli-gatum de iure, licet non sit soluendo.
7 Probatio nulla est maior, quàm partis aduersæ con-fessio.
8 Datio in solutum vicem venditionis obtinet.
9 Solutione eius quod debetur tollitur obligatio.
10 Debitoris delegati acceptatione creditor dicitur satis-factus.
11 Liberatio inducitur ex delegatione.
12 Argumentum à contrario sensu habet locum etiam in

contractibus.

13 Exceptio doli obstat venienti contra tacitum pactum.

14 Exceptio doli fundatur super æquitate.

15 Contractus à principio sunt voluntarij ex post facto necessarij.

16 Consequens qui vult, censetur voluisse necessarium antecedens.

17 Moderator & arbiter quilibet est in re propria, vt sibi libet.

18 Iudicium & processus agitatus contra non citatum iuribus non subsistit.

19 Quasi contrahitur in iudicio.

20 Institor non obligat dominum, nisi in his cum eo contrahatur, ad quæ fuit præpositus.

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



SCripsi pro Vincentio contra Constantinum, & secundum cõclusionem quam tetigi, Vincentium non teneri vt ex cõtractu alieno & vt institorem præcipuè consuluit D. Federicus ad cuius cõsilium causa decidenda fuit commissa. Quoniam à sententia in fauorem d. Vinc. secundum d. consilium lata Constantinus prouocauit & in eius fauorem (vt audio) quidam consulerunt, & iterum cã committẽda est ad consilium Sapientis. Secundũ quod con. sententia ferenda victo irreparabile affertur præiudiciũ, cum secundũ statutũ fori mercatorũ, vbi res agitur à duobus sententiis conformibus non licet appel-
1 lare. Ideo sciens vbi † maius periculum ibi cautius agendum esse. l. 1. §. sed & si quis. de carb. edic. & c. vbi periculum. de elect. in 6. ista pro d. Vincen. breuibus volui repetere.

Duo itaq; in hac re diligenter pertractanda censeo. Primum, an Constantinus de suo guato fuerit satisfactus. Secundum est, an Vincentius vt agens seu institor Ludouici Zuchę cõueniri potuerit ad pretium dicti guati.

Quoad primũ vr̃ prima facie dicendum, d. Cõstan. non fuisse satisfactum de pretio sui guati per nomen debitoris insolutũ acceptum cõtentum in
2 literis D. Aurelij Fregosij ad Alex. missis, quia † si velit debitor soluere aliũ debitorẽ delegãdo, iuxt. l. quãuis. §. interdum. ff. ad Velle. necessaria est promissio & consensus delegandi, vt l. 1. C. de nouati. verũ non videtur constare Alex. Canc. consensisse & promisisse Lud. cui iubet solui D. Aurelius, ergo si non debitor & quasi debitor delegatus sit, creditori contra delegantem ei cõpetit actio, vt l. si nõ debitorẽ. ff. eo. Secundò, vt attestatur ipse Alex. vltimò exam. ex officio. fuit requisitus vt solueret ipsi Const. quantitatẽ pecuniarũ in d. literis contentã, quod recusasse dicit, quia aliquã pecuniarũ quãtitatem spectantem ad D. Aurelium penes se non habebat, & sic mandatũ per d. literas sibi iniunctũ ĩplere noluit, vnde obligatio prima durat ipsi Cõstant. & manet integra contra ipsum Lud. vr̃ casus
3 in l. si literarũ. C. de solu. Tertiò, per † dationẽ nõis debitoris in solutũ absq; delegatione non inducit liberatio, sed simplex cessio actionis per quã nõ dr̃ quis soluere vel satisfacere, secundum gl. mag. prope fi. in l. legaui. de lib. leg. ita dicit Dec. in cõs. 99. in causa Ioannis. ver. Secundò non obstat. videtur tex. in l. pupilli. §. 1. ibi. neque liberatio sequuta esset, &c. ff. de solut.

His autem non obstãtibus puto d. Const. esse satisfactũ accipiendo in solutũ nomẽ debitoris contentum in scripto seu cõmissione D. Aurelij Freg. & mõ nõ posse agere ad pretium d. guati. Et aduertendum est primò, q̃ à principio d. Const. cõuenit cũ Lud. Zucha accipere d. scriptum pro scutis 47. & ipse Lud. accipere tantũ guatũ, vt liquet ex duabus literis Cõst. in iudicio exhibitis & recognitis, quæ
4 † contra eum probant. l. Publia. in fi. ff. depos. cũ al leg. p Paris. cons. 121. nu. 26. li. 1. & ex libris d. Lud. quæ conuentio legẽ ponit contractui inter eos inito. l. 1. §. si conuenerit. ff. eo. vt non possit Const. respuere d. scriptũ, & petere pretiũ guati contra d. cõ
5 uentionẽ, † quæ est seruanda. d. §. si conuenerit. & l. legẽ. C. de pact. & l. j. in pr. & l. iurisgentiũ. §. prætor ait. ff. eo. de pact. & c. contractus. de regu. iur. in 6. cum simi. Nã loco precij quod contrahentes uolunt soluitur. l. pretij. C. de rescin. vendi. & ibi gl. & doct. Si ergo conuenerit, vt nomen debitoris loco precij acceptum sit, tuenda est à prætore hæc cõuẽtio, vt in pignore dicit text. in l. si cõuenerit. in pr. ff. de pig. act. & qñ nomen debitoris distrahitur vẽdendo vel dando insolutũ, quod idẽ est, vt l. si præ
6 dium. C. de euict. hoc sufficit præstari † debitorem esse debitorem obligatum de iure, licet non sit soluendo, vt l. si nomẽ. & ibi Bal. ff. de hær. vel act. vẽ. Dictum aũt Cancellarium debitorẽ & D. Aureliũ creditorem tempore d. contractus esse pro quarteriis ipsius domini Aurelij incipiendis in vltima mensis Iulij, probatur, quia ita ipse Cancellarius scripsit eidẽ Constantino, vt ipse fatetur. in dictis
7 suis literis exhibitis. vnde maior nulla † probatio est quàm partis aduersę confessio. l. generaliter. C. de const. pec. & cap. per tuas. de proba. latè Ias. in l. cum te transegisse. col. 1. C. de transa. & bis scripsit, vt colligitur ex dictis literis, quare est magis efficax & clarius constant, per nota. in l. Balista. ff. ad Trebell. & in l. si liber homo. §. Titius. ff. de hæred. inst. & Bar. in l. cum scimus. C. de agr. & cens. lib. 11. & non posset reuocari prætextu falsitatis, Roma. consi. 346. col. 2. vers. primò quia. idem probatur per literas dicti Alexandri Cancellarij ad Vincentium scriptas sub die 26. Augusti. 1539. productas per dominum Constantinum contenta in ea similiter fatentem per dictam productionem. Rui. consi. 21. nume. 2. lib. 1. Vbi scribit, quòd non retinuit pecuniam domino Aurelio numerandam Constantino ergo si non retinuit antequam soluesset habebat penes se, quoniã priuatio præsuponit habitũ. l. decem. de ver. obl. vbi Bar. in terminis dicit, si partes confitentur solutionem præsumitur præcessisse debitum. Si autem Dominus Aurelius non fuisset creditor pro suis stipẽdiis id scripsisset

dictus

d. Cancellarius, quemadmodum scripsit se non recinuisse dictas pecunias, facit l. 1. §. finaut em ad deficientis. C. de cad. tollen. d. cap. ad audientiam. de deci. & quod dicit Bart. in l. sed hoc nimium. ff. de excusa. tuto. & hoc bene perquisiuit d. Constantinus antequam faceret dictum partitum, vt suæ literæ indicant, & ita præsumendum est ipsum non fuisse ignarum, per l. qui cum alio. de reg. iur.

Præterea, sufficit dominum Aurelium scribentem fuisse debitorem Francisci, & successiuè Ludouici Zuchæ, quod non inficiatur, & si Cancellarius noluisset adimplere cōmissionem, remanet tamen obligatus ipse dominus Aurelius, per d. l. si literarum. C. de solu. vnde ipse Constantinus accipiens in solutum dictum scriptum accepit nomen debitoris in eo contentum, vt l. qui chirographum. de leg. 3. quæ lex in legato & vēditione chirographi loquitur, & idem est in datione in solutum quæ
8 vicem venditionis obtinet. l. eleganter. in princ. & ibi Castr. ff. de pig. act. & d. l. si prędium. & ratio diuersitatis non potest reddi, ergo idem, Ias. l. illud. ff. ad l. Aq. cum vulg. sed in dicto scripto si non soluit vel non sit debitor Alexander Cancellarius cō tinetur nomē debitoris ipsius domini Aurelij scribentis d. l. si literarum. & id nomen debitoris, qđ in dicto scripto continetur accepit in solutum ipse Constantinus, per dict. l. qui chirographum, & per doctr. Bal. in l. Meuia. in princ. solu. matri. vbi quis accipiendo instrumentum pro decem dicitur emptor nominis & imputetur sibi inopia debitoris, idem in l. fin. C. ad l. Falcid. vbi accipiendo nomē debitoris pro decem, dicitur pro dicta quantitate illud accipere in solutum. itaque fuit liberatus dictus Ludouicus Zucha per dationem dicti nominis debitoris insolutum dicto Constantino accipiente à contr. sensu probat. l. eum à quo. C. de solut. quæ lex ita debet intelligi, vt debitor dans insolutum nomen debitoris creditori volenti liberetur, cum sit sub titulo de solu. & liberat. per l. imperator. ff. de in diem adiect. sentit Soci. in consi. 37. col. pen. vol. 4. facit quod dicit Bar. in l. si hæres. la 2. num. 3. de leg. 1. & à principio (vt dixi) tractatū & confirmatum fuit negocium, vt Cōstantinus acciperet dictum scriptum pro suo guato, & accepit,
9 & sic † solutione eius quod debetur tollitur obligatio. inst. quib. mo. tolli. obli. in princip. & ei datur actio vtilis contra debitorem in dicto scripto contentum. l. si. C. quando fis. vel priu. & l. 2. C. de act. & obli. solum ad duo tenebatur Ludoui. videlicet non exigere dictum debitum & nō facere quo minus Constantinus exigeret dictam pecuniam, secundum glo. in ver. est quòd creditore. in l. apud Celsum. §. quòd si is. ff. de exc. doli. ad quam se remittit Bal. in d. l. si nomen. quod quidem Ludo. fer
10 uauit. Demonstratur † & dictum Constantinum fuisse satisfactum, ex quo dictum debitorem acceptauit, secundum Bal. in l. quæro. ver. vnde assigno aliam rationem. C. de bon. auct. iud. poss. cum dictum scriptum acceperit ipse Constantinus cum consensu & promissione dicti Alex. Cancellarij, vt fatetur in dictis suis literis, & aliter non fecisset dictum partitum, & alia solēnis stipulatio dicti Alexandri non requiritur cum simus in foro mercantili, per ea quæ dicit Bar. in l. quintus. ff. man. Dec. consi. 7. col. 2. ideo intelligitur facta delegatio, iux.
11 d. l. 1. C. de nouat. & l. delegare. ff. eo. ex † qua delegatione inducitur liberatio. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. ratio est, quia nomen debitoris datur insolutum, post Aret. declarat Dec. in l. singularia. sub nu. 26. & Cagn. nu. 165. & 169. dicit ita
* esse com. opin. ff. si cer. pet.

Itē euidenti ratione demum ostenditur dictum Constatinum non posse petere dictum pretiū guati propter conuentionem per eum insertam in suis primis literis, vbi dicit (con questo inteso &c.) & sic vnum solum excipit casum in quo Ludouicus Zucha debeat satisfacere de suo, extra ergo illum casum non tenetur satisfacere de suo, argument. l. si cum dotem. in pr. sol. matrim. & l. maritus. C. de procu. & not. in l. cum prætor. in prin. ff. de iud. Fit aliud argumentum ex dicta conuentione, si dom. Aurelius non militauerit sub stipendio Illustriss. Ducis Ludouicus tenetur satisfacere de suo, à contrario sensu si militauerit ipse Ludouicus aliter nō tenetur, modo non probatur eum non militasse,
12 ergo, &c. argumentum † enim à contrario sensu habet locum etiam in contractibus. l. pecuniam. ff. si cer. petat. & ibi Alex. & Ias. dicit si in contractibus apponatur conditio, ex illa conditione sumitur argumentum à contrario sensu, & l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. & ita doct. communiter
* tenent, vt inquit Dec. in l. j. §. huius rei. num. 48. de off. cius, vbi huiusmodi materiæ communis & notus est locus. Pactum autem in re nostra ita sumptum à contrario sensu dicitur tacitum & subaudi tum, per ea quæ habentur in glo. in l. 2. C. de cōdi. inser. & in l. apud. C. de furt. & dicunt doct. in d. l. 2. vnde Constantinus non probata remotione domini Aurelij à stipendio Illustriss. D. petendo sibi satisfieri ab hæredibus Ludouici Zuchæ de suo re-
13 pellitur exceptione doli, † quæ obstat si veniatur contra tacitum pactum & tacitam cōuentionem, probat text. in l. 2. §. non mala. ff. de exc. doli. quæ
14 † doli mali exceptio fundatur super æquitate. l. qui æquitate. ff. eod. quæ quidem æquitas præcipua est seruanda in foro mercantili, dicit Bar. in d. l. quintus. cum multis concor. conuenientibus suo operi cumul. per Strac. de mercatu. in vlti. par. in princip. Præterea, stante dicto pacto à contrario sensu, idē Constantinus qui se contentauit nomine debitoris, si petat à dictis hæredibus, repellitur etiam exceptione pacti, hoc modo inducendo videtur casus in d. l. pupilli. §. 1. ff. de solut.

His diligenter pensatis concludendum est, dictum Constantinum non posse agere contra dictos hæredes, ipsumque etiam satisfactum, quod sufficit qualitercunque sibi volenti satisfactum sit. l. solutum. §. solutū. & l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. & l. solutionis. de soluti. sibi enim imputetur q̄ tale scriptum receperit, argumen. §. præterea. insti.

15 quibus mo.re contr.obligat.& † contractus à principio sunt uoluntarij ex post facto necessarij.l.sicut. C.de obl.& acti.d.l.incōmodato. §.sicuti. ff.com.

Allegata verò supra in contrarium non refragatur,quia per prædicta cum effectu remouentur, verum specialiter respondo. Primum argumentum cessat,quia(vt supra dixi)literæ ipsius Constantini probant dictum Alexandrum Cancellarium promisisse eidem Constantino,& antecedenter Ludo

16 uico Zuchæ, per regulā quæ est,vt † qui vult consequens cēsetur voluisse necessarium antecedens. l.ad rem.ibi not. ff.de procurator.& aliter non fecisset partitum Constantinus, nisi dictus Alexander accepisset dictum scriptum, vt declarat in suis literis.Non obstat secundum,quia dictus Alexander habet interesse in causa, cum ipse fuerit qui debebat soluere,& sub eius promissione fuit factum partitum,vt ipse Constantinus dicit in suis literis, & prædicta dicit vt se exoneret, ideo ei non debet credi.l.omnibus.C.de test.facit quod scribit Bart. in l.deferre.ff.de iure fisc.tamen si ipse Alexander non acceptasset dictum scriptum dominus Aurelius scribens remanet debitor,& tale nomen debitoris (vt supra fuit dictum)Constantinus accepit insolutum.Remouetur quoque tertium argumentum,quia(vt supra deduxi)interuenit delegatio, & à principio fuit factum partitum cum acceptatione dicti scripti,cum pacto quòd Ludouicus non teneretur satisfacere de suo nisi in vno casu, qui non euenit,vt supra declaraui, potuisset enim ipse Constantinus dare dictum guatum pro nihilo, cum

17 † quilibet in re propria sit moderator & arbiter vt sibi libet.l.in re mandata.C.mand.cum vulg.& hæc super primo.

Superest secundo videndum, an dictus Vincentius potuerit condemnari tanquam agens hæredum Ludouici Zuchæ,vt fuit cōdemnatus, & prætermitto conclusionem per me tactam & firmatam per dictum dominum Consultorem, quòd dictus Vincentius vt institor non est obligatus neque potuit conueniri,per ea quæ præcipuè scribit Soci.in alleg.consil.154.col.1.vol.2.quoniam contractus & cōuentio de dictis guatis & datione scripti fuit initus & factus inter ipsos Constantinū & Ludouicum,& non interuenit Vincentius, vt fuit dictum in aliis allegationibus.Quare breuibus concludendum est, dictum Vincentium condemnatum non teneri de suo,neque dictam sententiam posse exequi in bonis hæredum dicti Ludouici & sociorum

18 non citatorum,cum † iudicium & processus agitatus contra non citatum iure non subsistit.l.de vno quoq;.ff.de re iud.cum multis concord.alleg. à Soc.in consi.12.in princip.vol.3.Non præiudicat eis,q Vincentius fuit vocatus in ius, & tanquam

19 eorum agens condemnatus, quoniam † in iudicio quasi cōtrahitur.l.depositi.ff.de pecul. in quo quis non obligatur.nisi fuerit vocatus vel eius procura

20 tor interuenerit, institor † autem non obligat dominum nisi in his cum eo contrahatur ad quæ fuit præpositus,tex.est in l.quicunque.§.non tamen.ff. de instit.act.& in l.j.§.non autem. ff.de exerc.act. Igitur Vincentius etiam institor in his quæ ipse non contraxit nō obligauit dominos in dicto quasi contractu per iudicium inito cum aduersario,ad quod ipse non fuit præpositus, & qui dicit institorem nomine domini posse condemnari de contractibus ipsius Domini & eius obligationibus addu cat legem hoc dicentem,arg.l.illam.C.de coll. Id quoniam dici potest, nulla lege cautum reperiri. l. 3.§.fina.ff.de præuarica. c.inter corporalia. §. sed neque.de transla.epis.cum simil.per Ay.consi.194. nu.3.& consi.280.col.fin.& ita puto de iure respōdendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisconſ.Pisauren.

CONSILIVM CXCIII.

ARGVMENTVM.

De promissione debiti per testes probata.

De excussione quando probatur.

De nouatione quomodo inducatur.

SVMMARIVM.

1 Debitor cogitur facere instrumentum creditori de iuribus,contra eum competentibus.
2 Actio efficax ex pacto nudo non competit.
3 Obligatio naturalis oritur ex quocunque pacto nudo.
4 Constitutum fit pactum nudo.
5 Debiti negatione beneficium excussionis amittitur.
6 Argumentum à sufficiente partium enumeratione validum est.
7 Testi singulari credi non debet.
8 Illatio non fit ex diuersis.
9 Tempus in contractibus id spectatur, quo contrahitur.
10 Tempus quando est fundamentum intentionis alicuius, id debet præcisè probari.
11 Probatio dubia & non concludens semper interpretatur contra probantem.

AVXILIVM ADSIT ALTISSIMI.

IN causa domini Thomæ contra Baptistam, quia lis est de paupere regno & clara pro domino Thoma res videtur, paucis ac breuibus me expediam, demōstrans primum iudicem iure medio & rectè in fauorem domini Thomæ sententiam tulisse eamque fore confirmandam per dominū iudicē app. non obstantibus pro parte Bap. nouiter deductis. Et primò,indubitati & perspicui iuris est Baptistā debere promissionem seruare de soluendo domi-

no

no Thomæ in terminis conuentis, per l.1.in princ.
& l.iurisgent.§.prætor ait. ff de pact.& eum teneri
pro quātitate quam promisit, auct.si quando.C.de
constit.pecu. & de eo in quo ipse Baptista remanet
& restat in diē debitor ipsius D. Thomæ eū expo-
nere instrm cautionis, vt l.sicut datam.C.de liber.
ca. & ibi Bal.& Saly. & Bart.in l.3.in prin.nu.7.ff.
de cond.ob causam & glo.in versi.suspectum, cir-
* ca finem & ibi communiter doct.in l.2.in princ.ff.
sol.mat. & ibi Bal.videtur indistinctè tenere quòd
1 † semper quis cogitur facere instrumentū credito-
ri de iuribus contra eum competentibus, quem re-
fert idem affirmans, Alex.in l.si finita.§.eleganter
col.6.nu.17.& seq.de dam.infect.cum simil. Quæ
quidem promissio dicti Baptistæ probata est con-
cludenter per duos testes examinatos, vulga.l.vbi
numerus.ff. de test.in quorum dictis insistendo, es
set nodum in syrpo quærere. Verum posset in du-
bium reuocari, quòd promissio à teste probata in-
telligitur pacto nudo, vt scribit Ias.in rub. col.1.ff.
de verbo.obliga.& habetur in apost.in litera B.ad
Bar.in l.lecta.ff.si cer.pet.vbi allegatur Petr.de An
cha.qui hoc dicit consi.331.visis diligenter.col.pe
nul.versi.quintò & vltimò. vbi etiam est plena apo
2 stil. concord. & ex † pacto nudo efficax actio non
competit, vt d.l.iurisgentium.§.igitur nuda. & sine
actione nemo experitur, iuxta vulga.iura. Respon-
detur in re nostra, quòd cum stipulatio præceden-
te interrogatione & responsione sequente fieri di-
catur, vt l.5.§.stipulatio.de verb.obl.& instit.eo.in
princ. & dicti testes dicant Dominum Thomā pe-
tere & velle à d.Baptista florenos 60. & ipsum Ba-
ptistam respondentem, se velle & promittere dare
eidem do. Thomæ floren.50. & hanc promissionē
do.Thom. acceptasse & se contentasse, rectè pro-
bata est stipulatio, quę ita per testes potest probari,
vt not.glo.& Barto. per tex.ibi in l.1. C.de vsuris.
Præterea, iudices in hac ciuitate vigore statutorum
in his minimis, cum procedere habeant summariè
& visa veritate non tenentur sequi subtilitates iu-
ris ciuilis, sed meram iurisgentium naturalē æqui-
tatem amplecti debent, per ea quæ vult Bar.in ex-
trauag.ad reprimendum. in versic.videbitur. circa
finem cum concord. traditis per Soc. in consil.12.
3 col.2.vol.1. & ex † quocunq; pacto nudo vel pro-
missione oritur naturalis obligatio. l. cū amplius.
§.is natura debet.de reg.iur. dicit Ias.in d.rub.col.
2.de verb.oblig. hinc enim dicitur de iure canoni
co ex pacto nudo actionem oriri, secūdùm magis
* cōem opin.doct.in ca.1. & 3.de pact. quod serua-
tur etiā inter laicos in foro seculari in terris subie-
ctis Ecclesiæ, vt tradit Ias.in d.rubt.col.3. vel si di-
cta promissio pacto nudo facta intelligatur, dicen
dum est d. Baptistam pro Matthæo promittentem
4 dici constitutorem: quia † pacto nudo fit constitu-
tum.§.de constituta.instit.de act.& firmat Alex.in
l.5.§.stipulatio.num.4.de verb.obli.& sic eum te-
neri iuxta dictā auctēn.si quando.C.de const.pec.

Secundò, si dubium occurrat, quòd Baptista vi-
debatur fideiussor Matthęi, & sic conueniri primò
non possit non discusso principali, per auctentic.
præsente.C.de fideiuss. Breuibus respondeo, dictū
5 Baptistā propter eius negationem debiti † & pro-
missionis ad capitula d.domini Thomæ factam, a-
misisse beneficium discussionis, vt not.Bald.in au-
cten.contra qui propriam. in 3.col. C.de non nu-
me. pecu. quem sequitur & refert Ias.in l.quod te.
col.11.ff.si cer.pet.& in l.sicut autem.§.1.col.1.de
re iud.& in l.fi.col.2. C.de fideicom.etiam si esset
negatio generalis p verba, negate narrata vera &c.
Felin.in c.cæterum.col.pen.versi.limita tertiò. de
iudi.licet iste Baptista non possit dici fideiussor fa-
ciendo nouam promissionem cum nouis dilatio-
nibus principaliter promittendo, per ea quæ tenet
Dec.in consi.7.num.6.

Ex his itaq; iusta ostenditur sententia primi iu-
dicis. Cui non refragantur nouiter pro d.Baptista
probata & deducta, per quæ niti videtur, se debiti
prioris promissionis nouationem fecisse in x. sexta
rijs grani & sic se liberatum esse à debito 50. flo-
ren.per dictam nouationem, iuxta l.si rem. §.fi.ff.
de nouar.aut videtur facere illationem se tantum
debitorem esse ipsius d. Thomæ in x.sextarijs gra-
ni, & primò nulla quidem nouatio probatur facta
quæ non fit nisi expresè agatur, vt l.fi. & ibi Bald.
C.de nouat.not.glo.in versic.fideiussorem. in au-
cten.de fideiuss.in prin.nec ipso iure nec ope exce-
ptionis hodie nouatio fieri potest nisi specialiter
* & expresè dicatur secundùm communem conclu
sionem doct.de qua per Ias.in l.1.in fi.C.de iud.&
Soc.in consi.21.col.2.lib.1. & Alex.& Modern.in
l.qui vsumfructum.de verborum obl.cum concor.
per eos traditis.

Nihil enim dicunt d. testes vltimò examinati
de promissione & obligatione florenorum 50. sed
solum deponunt simpliciter de alio diuerso debi-
to cōfesso per dictas partes altercando, vnde dicē-
dum est firmè dictam promissionem 50.floren. nō
esse ademptam. per tex.in §.pen.institu.qui.mod.
toll.ob.& in d.l.fi. Secundò, quò ad dictam illatio
nem considerāda sunt dicta dictorum testium, nā
inquantum primus dicit referendo verba Baptistæ
(fiate testimonio chel dice che non ha da fare al-
tro cō meco, come gli ho dato li dieci stara de gra
no) hoc non dixit D.Thomas, sed sunt verba Bapti
stæ, vt apparet in d.testificatione, potuisset etiā di-
cere (fiate testimonio come el dice ch'io non gli
ho dare niente) & semper ita dicerent debitores, fa
cit l. inter stipulantem.§.Stichum.de verb.obliga.
sed nec est modus inducendæ solutionis vel libera
tionis traditus per Iureconf.in tit.ff.& C.de solut.
6 & insti.quib.mod.toll.obl. arguendo † à sufficien
tia partium enumeratione, quod validum est in iu
re, vt l.patre furioso.in princ. & ibi not.Barto.ff.de
his qui sunt sui vel alie.iu.& per Scrib.in §.omniū.
instit.de actio.Præterea, in hoc dicto est singularis
7 † cui soli non creditur.l.iurisiurandi. C. de test. &
inquantum secundus testis dicit D.Thomam dixis
se (io ho da hauere da te il grano, & poi son paga-
to da te) intelligitur respectu grani & non alterius
crediti,

crediti, argum. l. si de certa. C. de transact. ex diuer
8 sis † enim non fit illatio. l. Papinianus. ff. de minor. cum vulg. facit regula. l. non hoc. C. vnde leg. & l. neque natales. C. de prob. & c. in præsentia. de pro bat. & si testificata per dictos testes possent facere dictam illationem, quod negatur per supradicta. Nihilominus de necessitate fuerat probari dicta verba per d. Thomam fuisse prolata post tempus dictæ promissionis 50. flor. vt ad eam possint referri & vnam obligationem in aliam transfundere:
9 quia † in contractibus id tẽpus spectatur quo contrahitur, vt l. filiusfami. & l. continuus. §. cum quis. in fi. ff. de verb. oblig. & vltima pacta debent seruari. l. pacta nouissima. & ibi docto. C. de pact. Quod hic probatum non reperitur: nam quando tempus
10 † est fundamentum intentionis alicuius, is debet præcisè probare, aliàs succumbit, vt tenet Barto. in
* l. non solùm. §. sed vt probari. & ibi cõmunitet docto. ff. de no. oper. nunc. Soc. consi. 42. col. 2. lib. 1. & in consi. 98. nu. 6. lib. 4. & Felin. in d. c. in præsentia. col. 13. de prob. Interrogati autem de tempore d. testes dicunt non recordari, est enim dubium an fuerit ante vel post promissionem prædictam, pro-
11 batio † verò dubia & non concludens semper interpretatur contra probantem, gl. est in d. c. in præsentia. & Barto. in l. inter stipulantem. §. 1. versi. ex his dico. de verb. oblig. facit. l. veteribus. ff. de pac. cum similibus. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon. Pisauren.

CONSILIVM CXCIIII.

ARGVMENTVM.

In fideicommisso non venire nisi testatoris bona propria, & non quæ iure familiaritatis possessa sunt administrata.

Donatio per principem secularem facta de re clerici & in alieno territorio sita, non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis ex testamento non probata nihil valet ex his, quæ scripta sunt in eo.*

2 *Compendiosam substitutionem factam per verbum cõmune non continere fideicommissariam, nisi post aditam hæreditatem.*

3 *Fideicommissum capitur per obliquum, id est per manum hæredis.*

4 *Hæreditas ascendentium iuxta dispositionem. l. 1. C. de his qui an. aper. tab. transmittitur ad ascendentes hæredis, & praecipuè ad matrem.*

5 *Vulgaris substitutus admittitur in casu si hæres non erit hæres vel alium hæredem non fecerit.*

6 *Dispositio conditionalis vt sibi locum vindicet & efficax sit ad agendum vel excipiendum necesse est conditionem verificari.*

7 *Fideicommissum vt obtineatur non sufficit sola hæredis aditio, sed requiritur restitutio re vel verbo.*

8 *Testamento alicuius quomodocunque agatur, non posse peti & obtineri, nisi bona quæ mortis tempore testatoris fuerint.*

9 *Testamentum Venetijs more Veneto factum vbique, & in bonis alibi sitis valet & obseruari debet.*

10 *Testibus pluribus numero, viris & ciuibus magis credendum, quàm paucioribus fœminis aliquibus & rusticis.*

11 *Testibus deponentibus verisimiliora & aptiora rei magis credendum.*

12 *Testi non creditur dicenti se non dixisse, vt reperitur scriptum per notarium.*

13 *Neminem posse donare alienam rem.*

14 *Princeps secularis non potest donare, seu aliquid disponere de rebus clerici.*

15 *Fideicommisso non veniunt propria hæredis bona.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



Postquam in prima instantia pro Francisco contra nob. Dominam Adrianam lata fuit sententia, cœpi dum essem Pisauri pro ea patrocinari, & in secunda instantia aduersario pro viribus aduersante & plus quam deceret, ne veritati locus esset, magnus pro ea circa testium examinationes fuit actitatus processus. Quem inspiciendi ac sigillatim perscrutandi impræsentiarum pro distantia locorum, cum mihi denegata sit facultas, vt seriem facti actitataque commemorare potero, ad ea supplens (fateor non ad summum) munus aduocati, faciam breues iuriũ allegationes, vt esse debent, dicente Bal. in l. fin. in fi. ff. de his quæ in testam. delen.

Memini equidem ob mortem Dyni Iunioris filij d. Dominæ Adrianæ per d. Actorem Frãciscum vigore fideicommissi ex testamento Dominæ Corneliæ auiæ paternæ istoiũ fuisse petita tria prædia in territorio Pisauri duo, vnum Pantanum, aliud Cuspisanum, aliud & in territorio Fani Mazochiũ, quæ actor ex prima sententia obtinuit, cum forte videretur primo iudici probatum esse ea in hæreditate d. do. Corneliæ remãsisse. Verum per dominum iudicem appellationis videtur omnino dicta sententia reuocanda.

Primò, ad ita dicendum moueor, quia si bene re-
1 cordor, legitimè probata non est † aditio hæreditatis ex testamento d. do. Corneliæ, quo casu nihil valet ex his quæ in eo scripta sunt, vulg. l. nemo. ff. de restam. tut. & l. eam quam. C. de fideicom. & l. si patroni. §. nec ad rem. ff. ad Treb. nam Bartol. in l. Centurio. colum. 9. versi. Quarto vtrum substitutio
2 compendiosa. de vulga. & pup. dicit † compendiosam substitutionem (vt credo esse talẽ de qua agitur)

tur) factam per verbum commune non continere fideicommissariam nisi post aditam hæreditatem, sed continere vulgarem, videtur tex. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. ratio est in fideicommissaria substitutione requiri aditionem hæredita-
3 tis: quia † fideicommissum capitur per obliquum, id est per manum hæredis, vt. ff. & C. ad Trebell. & Franc. Perusi. in c. si pater. col. 1. de testam. in 6. vnde si non sit hæres ex cuius manu capi possit, caducum efficitur, ex vulgari quoq; substitutione actor hic non potest obtinere, quoniam secundùm communem opin. glo. vt refert Imol. in l. ventre. ff. de acq. hæred. qui tamen distinguendo ibi secus videtur tenere, & Bal. ibi & in l. 1. C. de his qui ante a-
4 pert. tabul. tenet d. opin. gl. quòd † hæreditas ascendentium iuxta dispositionem d. l. 1. non adita transmittatur ad ascendentes hæredis & præcipuè ad matrem, vbi dicit in d. l. 1. ita esse veritatem, & in specie proposita per d. Dynum hæredē fuisset hæreditas transmissa ad ipsam D. Adrianam matrem, ex qua transmissione dicitur fieri alius hæres, qui quidem vulgarem substitutū semper excludit, Bartol. in l. 1. col. 5. versicu. Item dubitatur. de vulg. & pup. & in l. si pater filium. ff. de hæred. instit. Alex. consi. 4. col. 6. vol. 2. & cæteri in d. l. 1. Aut dicatur fuisse factam transmissionem iuris deliberandi, iuxta l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. exclude-
5 retur pariter vulgaris substitutus † qui admittitur in casu si hæres non erit hæres vel alium hæredem non fecerit, Bar. Bal. & alij in l. 3. C. de hære. insti. & in d. l. 1. de vulg. & pup. vbi Soci. col. 19. sub nume. 18. dicit, q ista est necessaria conditio, si hæres non erit verè, vel fictè alium faciendo hæredem, & debet verificari, vt substitutus vulgaris admittatur, est enim commune in omni dispositione conditionali (vt est etiam vulgaris substitutio) condi-
6 tionem † verificari, vt locum sibi vindicet dispositio & efficax fit ad agendum vel excipiendum. l. cedere diem. de verb. sig. Pet. de Anch. consi. 296. efficacius. col. 2. versi. tertiò dicitur. & Soc. consi. 99. col. 7. versi. tertiò confirmatur. vol. 3. quam conditionem ad obtinendum ex vulgari non verificatā ab actore puto. Clausulam codicillarē in testamentis per notarios apponi solitam ēt ipsum actorem non posse adiuuare opinor, ex eadem causa hæreditatis non probatæ aditæ per uenientes ab intestato, vt probari requiritur ad confirmationem codicillorum. l. 2. ff. de fideicom. liber. glo. & Bart. in l. qui filio. §. 2. ff. de hære. insti. & Bart. in l. si in testamento. si quis om. ca. testam. Ias. in l. d. eam quam. col. 6. & in auct. ex causa. col. fi. C. de lib. præter. & Guid. Pap. in q. 323.

Præsuppositā (sine veri præiudicio) aditione hæ-
7 reditatis prædictæ † ad fideicommissum obtinendum, hæc sola aditio nō sufficeret sine reali seu verbali restitutione, per l. facta. in princi. & l. restituta. in princ. ff. ad Treb. & §. restituta. instit. de fideicō. hære. cum non appareat præsentem causam esse in aliquo de casibus exceptuatis à dicta legali dispositione, per text. glo. & doct. in l. fi. C. ad Treb. ergo sumus in regula dictæ restitutionis non factæ & requisitæ. ita ex hoc primo fundamento collecto ex primo processu dicta sententia videtur iniusta & corrigenda. Secundò, ex nouiter deductis & proba tis magis & clarius luce meridiana ostenditur, dictam sententiam esse iniustam circa petita & supra
8 dicta prædia. Certi enim iuris est † quomodocunque ex testamento alicuius agatur, non posse peti & obtineri nisi bona quæ mortis tempore testatoris fuerint, vt l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. & l. cohæredi. §. 1. & ibi not. doct. de vulg. & pup. & in l. fi. de edict. diui Adria. toll. idem si ageretur ab intestato, vt l. 2. C. quorum bonor. Verum dicta prædia erant bona propria auctorum & antecessorum d. Dyni Iunioris ac ipsius actoris & non dictæ do. Corneliæ testatricis, scilicet prædium Cuspisanum erat ser Raphaelis patrui magni d. Dyni, & prædiū Pantanum domini Dyni aui eorum, & prædium Mazochium domini Cesaris Ragnaroli patrui magni d. Dyni Iunioris, & antiquitus erant antecessorum de Casata de Ragnarolis, vt clarè & concludenter probatum est per testes omnes examinatos in secunda instantia pro ipsa Domina Adriana, de validitate quorum examinum & attestationū amplius non est dubitandum, postquam longa discussione & maxima cum cognitione causæ per binas pronuncias conformes rem iud. facientes per iudices pronunciatum est, dictos testes esse examinandos super capitulis productis & per eos admissis, qui testes & plures eorum attestantur de tempore antiquiori & priori antequam d. domina Cornelia esset nupta domino Dyno Seniori & successiuè de medio tempore ac successiuis temporibus in vita omnium prædictorum & postmodū in vita domini Francisci patris d. Dyni Iunioris, ad quem de mum dicta bona ex causa legitimarum successionum pro sua portione fuerunt deuoluta & translata, & eo mortuo ad ipsam D. Adrianam matrē eius hæredem tā ab intestato, iuxta vulg. iura quàm ex testamento, quod ipse Dynus condidit Venetijs
9 † quod & si more Veneto factum sit, tamen vbiq; & in bonis alibi sitis valet & obseruari debet, vt decidit Bart. in l. cunctos populos. nu. 24. & 25. C. de sum. Trin. & ibi doct. præcipuè Ias. in col. 9. vbi dicit hoc magis communiter doctō. tenere, & in seq. col. similiter dicit communem sententiam esse vbique valere & habere effectum tale testamentum, ita q d. domina Adriana tuta & secura est, vt non possit hæreditate sui filij vigore statutorum Pisauri aliquo modo priuari, cum statuta loquantur in hæreditatibus filiorum decedentium ab intestato.

Non obstat, quòd testes in prima instantia examinati pro actore dixerint dicta bona fuisse possessa per D. Corneliam & in eius hæreditate remansisse; quia per testes prædictos postmodum examinatos pro Do. Adriana declaratur quo nomine & quomodo D. Cornelia possedit, possedit enim q erat mulier virago, quæ tempore vitæ do. Dyni sui mariti de omnibus bonis sui mariti disponebat cū laboratoribus, & effecta vidua remanentibus paruulis

uulis suis fillijs domino Fracisco patre dicti Dyni, & Nicolao patre d. Francisci actoris per annos 20. & vltra habens curam & administrationem bonorum suorum filiorum magis possedit accipiendo fructus, ita φ videbatur domina, vt est probata con suetudo Pisauri viduarum administrantium bona filiorum, nihilominus dicta bona erant propria di ctorum eius filiorum, vt amplè & cōcludenter te-
10 stes d. Adrianæ deponunt, † quibus vt pluribus nu mero (ni fallor) & viris & ciuibus magis sit creden dum quàm testibus actoris paucioribus, & fœminis aliquibus & rusticis, per nota. in l. testium. §. 1. & in l. ob carmen. ff. de testi. & in c. in nostra. extra eo. Abb. in c. forus. in pen. not. de verb. sig. & Petr. Gerar. in sing. 11. his casibus. tamen eo magis cre-
11 di debet eis: quia † deponũt verisimiliora & aptiora rei quàm testes actoris, per ea quæ consideranda mandat per iudicem tex. in d. l. ob carmen. non ne enim ipsi rei & proprio vero magis proximum est & adaptatur, φ dicta prædia fuerint antecessorum filij prædicti olim d. Dominæ Adrianę, vt dicunt sui testes, non verò d. dominæ Corneliæ nuptæ vni ex prædictis antecessoribus, scilicet domino Dyno auo paterno dicti filij D. Adrianæ, quæ D. Cornelia solummodo habuit dotem florenorũ 600. vt apparet per chirographum per actorẽ exhibitum in iudicio, & quia testes d. D. Adrianæ declarant quomodo possint intelligi dicta testium actoris, dicentium Dominam Corneliam possedisse scilicet vt administratricem bonorum filij & vt matrẽ, & prout faciunt viduæ ex consuetudine probata, vt latius testes d. dominæ Adrianæ attestantur, & sic pars ista tenenda est, quæ vera est sicut euangelium, & de ea dubitare videtur absurdissimũ & iniquissimum, φ testamento vnius extraneæ mu lieris subijciantur omnia vnius agnationis & fami liæ bona, & per quam ad concordiam reducuntur omnes ab vtraq; parte testes examinati, vt per Canon. in c. cum tu. de testib. & per doct. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. Nullum affert præiudicium φ vnus testis dominæ Adrianæ dixerit in aliquib. forte instigatus ab aduersario contra suum examẽ scriptum per notarium, est enim clara conclusio φ
12 † non creditur testi dicenti se non dixisse vt scriptũ reperitur per notarium, vt plenè per Fel. in c. ad audientiam. col. 3. versi. limita nisi. de præscri. adsunt præterea plures testes pro D. Adriana deponentes super eo quod iste negauit se scire dixisse.

Insuper actor ad prædium mazochium non potest se tueri & niti ex prætensa donatione per Dominum Ioannem Sfortiam facta d. dominæ Corneliæ & probata per quasdam mulieres, vt dictum prædium dicatur effectum de bonis D. Corneliæ. Quoniam nimis manifestè inefficacem, inualidã & nullam se ostendit prætensa donatio defectu potestatis donatoris, aut enim dicatur facta iure priuati, aut iure principis & habentis iurisdictionem. Primo casu cum non probetur dictum prædiũ fuisse dicti Illustrissimi Domini Ioannis & in eo habere ius aliquod, quinimò contrarium probatur, φ erat proprium dicti Domini Cæsaris, dicẽdum est
13 † neminem posse donare alienam rem & quam nõ habet donare volens in præiudicium veri domini, arg. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. & l. nemo plus. de reg. iur. & l. id quod nostrum. eo. de reg. iu. Secundo casu cum probetur d. dominum Cęsarem esse clericum saltẽ ex habitu clericali, vt credo apparere attestatum per testes Dominæ Adrianę, qđ sufficit secundùm Bal. in l. non ignorat. col. 3. versi. in tertio passu. C. qui accus. non pos. cum esse clericum plurimi testes actoris etiam dicũt, qui contra ipsum illos inducentem probant, Ias. in rub. col. penult. versi. sextò notabiliter. ff. de iureiur. & Socin.
14 Iun. consi. 69. nu. 12. volum. 1. Princeps † secularis non potuit donare seu aliquid disponere de bonis clerici, est glo. expressa in versi. personis. in c. ecclesia sanctæ M. de constit. & not. in c. cum non ab homine, de iud. & in c. 2. de foro competen. eo magis hoc procedit etiam si non esset clericus, cum dictũ prædium sit in territorio Fani, & nunquam fuerit sub territorio Pisauri & iurisdictione dicti Principis, & fuerint & sint diuersæ bursæ fiscales, vt latè probatum est, ipse autem Princeps neque iure con fiscationis bonorum, quę nõ probatur aliquo modo facta, & quæ se non extenderẽt ad bona sita in alieno territorio, Bar. in d. l. cunctos populos. col. fin. Paul. de Cast. in consi. 319. primum quæsitum. lib. 1. & latè per Ang. Arct. in tract. de malefi. in gl. & eius bona publicamus. neq; iure suę iurisdictionis, quæ pariter non se extendit extra suum territorium. l. fi. & ibi doct. ff. de iurisd. omn. iud. & c. 2. in fi. de constitut. in 6. aut iusta vel iniusta causa motus fuisset non potuisset dictum prædiũ donare alteri & priuare de eo ipsum dominum Cæsarem & eius legitimos successores & hæredes per dicta iura, & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 11. versi. Tertia declaratio. de constit. dicit, principẽ vel habentem iura principis non posse etiam cum causa auferre rem suam non sibi subiecto & extra suam iurisdictionem. Data ergo inualiditate dictę asser tæ donationis, cum post mortem domini Cæsaris dictum prædium possederit dominus Dynus eius frater & hæres ab intestato, & post mortem domini Dyni possederint eius filij & posuerint ad catastrum Fani, vt apparet, in personam domini Francisci patris d. Dyni, & plenissimè probatur per testes, sequitur φ d. domina Cornelia possederit vt administratrix bonorum filiorũ sicut fecit alia bona, & iure familiaritatis cum prædictis habentibus titulum legitimum & validum pro hærede d. dom. Cæsaris, iuxta not. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. & sequitur in omnibus veritas hæc, φ dicta bona propria filiorũ & nepotum respectiuè
15 non veniunt † sub fideicommisso ex testamento dictæ dominæ Corneliæ d. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pupillari cum similibus allega. per Gozad. consi. 92. nume. 2. & Bald. consi. 421. quòd domina Contessina. lib. 5. & consi. 300. num. 4. lib. 4. & Alexand. consi. 91. sub numero 14. lib. 1. & Rolan. à Vall. consilio 69. numero 15. lib. 1. & Paris. consi.

consi.55.num.21.vol.2. Et ita ex memoria quam teneo de processibus inter prædictos actitatis, existimo vt supra conclusum est de iure respondendum. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisc on. Pisauren.

CONSILIVM CXCV.

ARGVMENTVM.

In iudicio turbatæ possessionis, vt quis obtineat, quæ probanda veniant.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis titulus in iure validus est.*
2 *Verba ennuciatiua demonstratiuè prolata contra contrahentes probant.*
3 *Possessor olim, hodie etiam, contrario non probato, præsumitur possessor.*
4 *Prædo manutenendus est in sua possessione.*
5 *Nemo plus iuris in alium transfert quàm ipse habeat.*
6 *Prior in tempore potior in iure.*
7 *Possessio iusta vel iniusta non curatur in interdicto vti possidetis.*
8 *Interdictum vti possidetis non datur contra eum à quo clam possidet.*
9 *Statuentium iurisdictio vltra territorium non extenditur.*
10 *Statuti verbis non est recedendum.*
11 *Delinquit qui sua auctoritate possessionem ingreditur ab alio occupatam.*
12 *Proprium suum dicitur, quod vindicari potest. nu. 14.*
13 *Bona fides semper præsumitur, nisi cōtrariū probetur.*
15 *Pronomina possessiua adhærentia substantiuo generis subalterni significant dominium vel quasi.*
16 *Publiciana datur ex quasi dominio.*
17 *Producens instrumentum videtur fateri contenta in eo.*
18 *Clausula, produco in parte & partibus &c. non habet locum in instrumēto proprio & in capitulis connexis.*
19 *Interdictum vti possidetis datur, quando duo contendunt de possessione.*
20 *Constituto ciuilis & naturalis possessio transfertur.*
21 *Conclusio in causa tollitur quando proceditur summariè visa veritate & reiectis aduocatorum cauillationibus.*

DIVINVM ADSIT AVXILIVM.



Ntonius pluries accusauit Dominicum Rodulphum damnum dedisse ad suam vineam, qui Dominicus accusationibus respondēs dixit in accusationibus contenta fecisse vt in sua re propria. Termino ad probādum statuto, Antonius de dicta vinea instrumentum emptionis ostendit, quibus visis officiales ipsum Dominicum condemnauerunt in pœnis statutarijs de tali damno dato impositis à qua condēnatione Dominicus appellauit. Quæritur modo, an huiusmodi sententia per dominum iudicem appellationis confirmanda vel infirmanda sit. Vtiq; puto eam confirmandam: quia d. Antonius probauit dictam vineam esse suam titulo emptionis, qui
1 † iure est validus, vt §. venditæ. insti. de rer. diuis. &
ipsum Ant. eam possidere fatentur aduersarij in eo
2 rum instrumentis productis, quæ per verba † enunciatiua ad hoc demonstratiuè prolata contra eos probant. l. pen. C. de committ. stipul. l. generaliter. C. de const. pec. & l. Publia. §. fi. & ibi not. Bar. ff. de pos. quæ verba licet referantur ad tempus contractus, vt Bar. inquit in l. Rutilia. ff. de contrah. empt.
3 qui † tamen olim possedit, hodie etiam contrario non probato possidere præsumitur, vt per Barto. & doct. in l. siue possidetis. C. de prob. Soci. in consi. 89. col. pen. circa fi. vol. 1. cum simil. remissiuè relatis per Ias. in §. sic itaque. nu. 25. instit. de actio. hoc procedere tenet glo. & ibi Barto. & Bal. in d. l. siue. possidetis. si olim possidens dicat modo se possidere, quod quidē dicit & allegat Antonius in dictis accusationibus & in alijs actis. itaque procedit statutum sub rub. 51. in 4. lib. statut. Non obstat, quòd accusatus dicat se velle ostendere dictam vineam esse suam per instrumenta emptionis: quia dominus Andreas non potuit ei vendere vineam dicti Antonij in præiudicium ipsius Antonij, per regu. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris: sentit glo. in princip. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. & tex. est expressus in l. pen. C. de reb. alie. non alienan. & si per d. Andream venditorem data sit dictis accusatis licentia propria auctoritate ingrediēdi possessionem rerum venditarum non possunt tamen occupare propria auctoritate d. vineā per Antonium possessam non habentē causam à d. Andrea, per ea quæ vult Bar. in l. creditores. col. 7. versic. si verò tale pactum apponitur ad executionem, &c. C. de pignor. vbi alleg. l. sæpe. in fi. ff. de re iudic. & facit toto titul. C. res inter ali. acta. quilibet
4 † enim etiam prædo tuendus est in sua possessione. l. meminerint. C. vnde vi. c. in literis. in fi. de restit. spol. in c. licet episcopus. de præb. in 6. Nam accusatus totum fundamentum sumit ex persona domini Andreæ venditoris, qui nullum quidem ius habere super d. vinea vel dominij vel possessionis ratione probatur, nullum ius igitur in ipsum accusa-
5 tum translatum fuit: quia † nemo plus iuris &c. l. nemo plus. de reg. iur. & c. nemo potest. eo. tit. in 6. & apparet in dictis instrumentis vbi dicitur, ꝙ intelligantur in venditione comprehensæ & venditæ texeræ vineæ quam possidet Antonius prædictus, in cuius præiudicium venditio huiusmodi non valet. l. mater. C. de rei vind. & d. l. pen. de reb. alie. &
6 aliàs est † potior in iure ipse Antonius: quia prius emit & possedit quàm accusatus emerit, per l. quoties. C. de rei vind. & eius possessio & titulus antiquior est magis iustus & præualet, per ea quæ vult Bar. in l. 1. in fi. ff. vti poss. Bal. in l. 1. col. fi. C. eo. &
tradit

tradit Soci.in consi.54.nu.19. volu.4. Præterea, si accusatus velit se tueri per interdictum vti possi-
7 detis † in quo non curatur iusta vel iniusta possessio.l.2.ff.vti possi.respondeo cum accusatus in suis instrumentis fateatur tempore suę emptionis dict. Antonium possidere dictam vineam,&(vt supra dixi) præsumatur continuata possessio, per actus in accusationibus contentas, accusatus dicitur vi aut clam possidere à dicto accusante, per l.clam possidere.in princ.ff.de acq.poss.& ibi Alex.in 2. nota. dicit necessarium esse sciri quæ dicatur clandestina possessio propter interdictum vti possidetis. dicit etiam si quis sciret vel scire deberet me possidere antequam fundum ingrederetur & fundum ingrediens turbet me possess.antiq.dicitur clam à me
8 possidere, itaque † vti possidetis interdictum non datur accusato contra d. Antonium à quo clā possidet,per l.1.§.fi.& l.si duo.in prin.ff.vti possi.& l.1. & ibi Bald.in 2.& 3.notab.C.eo.& Alexan.in d.l. clam possidere. imò dico officiales non debere attendere vel admittere aliquas contentiones super possessione, & coram eis non habere locum interdictum vti possidetis vel aliud possessorium interdictum,sed coram Potestate omnium causarum iudice ordinario agendum est, dicti verò officiales solum habent iurisdictionem super damnis datis, vt patet in statutis eis iurisdictionem tribuentibus,
9 † & vltra non extenditur dicta eorum iurisdictio, per ea quæ tenet Bal.in auct.cassa.col.1. C.de sac. san.eccle. quem & alios concord.refert & sequitur Soc.in consi.275.col.peu.vol.2.& Dec.in rub.nu. 7.C.qui admi.& in consil.18.colu.2.Ideo habent statutum prædictum sub rub.51.in 4.lib.statuto. q facta accusatione si accusatus negauerit rē esse accusatoris, quod fecit d.Dominicus accusatus, dicēdo contēta in accusationibus fecisse vt in rem suā, per l.si inter me.ff.de excep.rei iud.& accusans probauerit rem suam,quod ipse Antonius accusans fecit ostēdens dictum emptionis instrumentū,quod dicitur probatio probata, vt per Bald.in l.quoties. C.de iudi.accusatus condemnari debet secundùm
10 formam dicti statuti † à cuius verbis non est recedendum.l.quod constitutum.& ibi Bar.ff.de testa. mil.& hoc more suo bene aduertat dominus iudex appellationis, qui in locum dictorum officialium in hac causa subrogatus est, per ea quæ scribit Soc. in consi.121.col.fi.vol.3.

Nam si contenta in accusationibus permitterentur dicto accusato,priuaretur sua possessione d. accusans absque causæ cognitione, contra d.ca.licet episcopus. cum ibi notat.& plenissimè traditis per Dec.in consi.191.col.4.versi.venio ad secundum. & in col. fi. quando possessori potest ius competere, aliàs ex suo delicto accusatus lucraretur,contra l.nō debet.ff.de dolo. & l.verum. §.tempus.ff.pro
11 soc.delinquit enim quis † sua auctoritate ingrediēdo possessionem ab alio occupatam, vt l.si quis in tantam. C.vnde vi.& debet suum ius, si quod habet, aliter tueri & non iniuriam committere cōtra d.Antonium possessorem.l.1.§.1.ff.quod vi. Itaq; per d. iura accusatus non habens ius faciendi contenta in accusationibus damnum fecisse dicitur, vt l.nemo damnum.ff.de regu.iur. facit l. si seruus.§. Viuianus.ff.ad l.Aqui.& l.si alius.§.idem.ff.quod vi aut clam.meritò fuit condemnatus ab officialibus in dictis pœnis,& eorum sententia per supradicta demonstratur confirmanda à Magnifico Domino Iudice appellationis cum expensarum condemnatione partis victæ,cùm ex eisdem actis succumbere debeat, Bar.in l.generaliter.§.sed iuramēto.C.de reb.cred. quem sequitur Ias.in l.properandum.§.sin autem alteruter.col.5. C.de iud.

Vt scrupulus omnis auferatur iuxta.l.3. C. de interdi.matri. aliqua volui prædictis addere.Inter cætera allegaui statutum rub.59.in 4.lib.statu.quo cauetur, facta ab accusato negatione rem esse accusatoris deberi ab accusatore probari rem suam, &
12 quia † propriè suum dicitur quod vindicari potest vt l.quintus.§.argento.& §.cui legatum. ff.de aur.& arg.leg.& l.solam.§.1.ff.de rei vind.& gl.fi. in l.1.ff quod cum eo.hac ratione inficiari non potest quin dicta vinea sua dicatur d. Antonij, quia aut dominus Lucas, qui ipsi Antonio eandem vineam vendidit, in ea dominium habebat,& id fuit translatum in emptorem per l.traditio. ff.de acqu. rer.domi.& §.per traditionem.institu.de rer.diuis. & tunc ad dictam rem eidem Antonio daretur rei vindicatio,vt l.in rē.in prin.ff.de rei vind. aut dominus Lucas venditor nullū in dicta vinea dominium habebat,& in dictum emptorem bonæfidei,
13 quæ † præsumitur semper nisi contrariū probetur, vt per gl.in l.pen.& ibi Bar.C.de præscrip. longissimi temporis.& gl.in versi.qui bona fide.institu.de vsucap.in princ. causa vsucapiendi vel vtile dominium translatum fuit, secundùm gl.in versi.transfert.in d.l.traditio.& ibi communiter scriben. tradunt.& tunc ipsi Antonio ad d. rem vindicandam actio publiciana competeret,vt §.aliæ.insti.de act. & l.1.& toto tit. ff.de publici.per quam actionem quis dicitur vindicare rem suā esse, vt probat text. in d.§.aliæ.versic.namque si cui. ibi. & ita vindicat suam esse &c. nam publiciana est actio in rem, vt cantat rub.& l.eū qui.§.publiciana actio. ff.de publi.& actio in rem dicitur vindicatio, vt l.actionū.
14 in princ.ff.de act.& obliga. & † suum dicitur quod vindicari potest,etiā per publicianam, ita se hoc intelligere dicit Bar.in l.cum fuæ. in prima oppo.de leg.3.vbi refert se hoc expediuisse in l.contraria. t. in d.l.quintus.§.argento.vbi ad propositum loquitur in versi.item appellatio bonorum. vbi etiam di-
15 cit † pronomina possessiua adhærentia substantiuo generis subalterni significare dominium vel quasi.& l.actionum.cum glo.in versi.rem nostram. de
16 act.& oblig.certi enim iuris est † ex quasi dominio publicianam dari,vt d.l.1.de public.& d.§.aliæ. & ibi doct. in qua actione primùm requiritur inter alia traditio possessionis,vt habetur in glo.mag.& ibi per doct.in d.§.aliæ. & in re nostra possessionis traditio(vt aliàs dixi)probatur per confessionē partis aduersæ in suis instrumentis productis factam,

quæ

quæ probat contra eos, vt l.Publia.in fi.vbi Bar.&
Bal.in noua additione circa fin.ibi. sed si per mo-
dum demonstrationis,&c.idem Bal.in l.cum falsa.
in 5.oppositione.C.de iu.& fact.ignor.& dicta cõ
fessio in dictis instrumentis reperit geminata,ideo
magis est efficax,& absente parte etiã valet, vt vo-
luit Bart.in l.cum scimus. C.de agri. & censi.libr.
11.de qua plenissimè per Fel.in c.si cautio.colu.9.
17 versi.fallit vltimò de fide instrum. Nam † produ-
cens instrumentum videtur fateri contenta in eo.
vt Bart.in l.post legatum.col.2.ff.de his qui.vt in-
di.& Bald.& alij in l.1.§.editiones. ff.de eden.&
Canon.in c.cũm olim. de censi.& in c.cum vene-
rabilis.extra de except. & producenti non prodest
18 illa clausula,produco † in parte & partibus.&c. pri
mò:quia Fel.in d.c.cum venerabilis.col.6. limitat
eam non habere locũ in instrumento proprio,neq;
in capitulis connexis,vt tenet etiam Bar.in l.Aure
lius.§.idem quæsijt. ff.de liber.leg. est enim vnum
capitulum connexum illud in dictis instrumentis
contentũ. videlicet q in dicta venditione sint cõ-
prehensæ texeræ vineæ quã possidet Antonius vel
simili modo,per ea quæ docet Bartol.in d.§.idem
quæsijt.circa fin. Secũdò,dicta protestatio non va
let,& de ea non est curandum, vt tenet Bal.in l.1.
& ibi Paul.de Cast. & Alexan.C.quæ de s.aduo.&
Ias.l.edita.col.fi.C.de eden.& Dec.in l.fi.in fi. C.
co.tenet q indistinctè sit verior illa opinio, q hu-
iusmodi protestatio non attendatur. Quæ confes-
sio possessionis apparet facta tam ex tẽpore instru-
mentorum quàm eorum productionum postquã
emit ipse Antonius dictam vineam, ideo præsumi-
tur possidere ex causa d.emptionis, secundùm glo.
fin.communiter approbatam.in l.quædam mulier.
ff.de rei vind.& Bar.in l.cum qui. §.fi.ff.de publi.
& sufficeret per momentum penès d.Antoniũ ste-
tisse dictam possessionem,vt l.cũ spõsus. §.fi.ff.co.

Præterea, alio modo fatentur aduersarij ipsum
Antonium possidere, cum dicant sibi cõpetere in-
19 terdictum vti possidetis, † quod datur quãdo duo
contendunt de possessione, vt l.1.§.inter litigato-
res.& l.si duo.in princ.ff.vti possid.

Probatur etiam possessio d. Antonij per clausu-
lam constituti in suo instrumento emptionis posi-
20 ti, per quod constitutum † ciuilis & naturalis pos-
sessio transfertur,vt volunt doct.in l.3.in princ. ff.
de acq.possess.per l.quod meo. ff.eo.cum concor.
alleg.per Tiraq.de constit.in prin.nu.2.& possessio
domini Lucæ constituentis ostendi potest per mis
sionem possessionis factam in d.vinea pro suo cre-
dito(vt audiui)ex secundo decreto, quæ reputatur
valida.per l.iustè possidet.ff.eo. & l.si finita. §. Iu-
lianus,de dam.infect.accedente eo quod tenet gl.
not.in §.fi.instit.de offic.iud.Quæ possessionis pro
batio per dictum constitutum ex persona dicti vẽ-
ditoris constituentis stantibus prædictis licet su-
perflua videatur.nihilominus ad cautelam fit & eã
admittere debet dominus iudex, qui (vt dixi) in
hac causa subrogatus est dominus iudex appositus
in locum officialium damni dati, & habet cogno-
scere & diffinire de causa principali quemadmo-
dum habent dicti officiales à quibus, vt habetur
per Franc.Perus.in ca.vt debitus: in 6.nota.de ap-
pel.est tex.in l.licet in fi.C.loc.qui ex forma statu-
ti sub rub,1.in 4.lib.stat.debent procedere & iudi-
care in damnis datis summariè visa veritate, & re-
21 iectis cauillationibus aduocatorum.&c. vnde † a-
dempta videtur solemnitas conclusionis in causa,
vt Rom.tenet virtute illorum verborum,facti veri
tate inspecta,in cons.20. Viso puncto.prope fi.qua
conclusione in causa cessante vsq; ad diffinitiuam
semper possunt produci instrumenta. per c.cum di
lectus. de fide instrum. & post conclusum in causa
in summarijs,vt est casus noster, possunt etiam in-
strumenta produci, ut limitat Fel.in d.c.cum dile-
ctus.col.3.uersic. Septimò limitat.Itaque per hæc
breuiter concludendum arbitror,dictum Antoniũ
accusantem probasse dictam uineam esse suam, &
sic procedere dictum statutum sub rubr..50. iuxta
doctri.Bart.in l.1.§.quod autem. ff.ne quid in flu.
publ.quem sequitur Dec.in consi.105.colum,6.in
princ.idem Soc.in consi.166.col.2. uersic.confir-
matur etiam.uolu.1,non obstantibus quibuscunq;
cauillationibus partis aduersæ, q remoueri ac reij-
ci debent uigore statuti,ur dixi. Laus Deo.

Simion de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM CXCVI.

ARGVMENTVM.

De intelligentia quarundam literarum compulsarialium à Rom. Rotæ Audit. emanatarum.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio scripturæ priuatæ fieri debet, vt fidẽ faciat.*
2 *Concesso vno videtur omne id concessum sine quo sta-
re & exerceri concessum non potest.*
3 *Dispositio generalis in genere operatur quantũ specia-
lis in specie. & nu. 7.*
4 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundùm tem-
pus verbi.*
5 *Aliquid esse vel non esse optimè probatur ex inspectio-
ne scripturæ.*
6 *Clausula posita intra vnum capitulum seu inter eius
verba ad illud tantum refertur.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOCATO SUFFRAGIO.

Reuerendissimus pater dominus Auditor Rotæ Curiæ Romanæ mandat iudicibus mercantiæ Pisauri, ut dent, tradant & assignẽt domino Francisco de Porta, nonnulla iura, acta & literas &c. causam tan-
gentes

gentes in eorum formis, seu eorum transumpta, ex
eorum originalibus in publicam formam redacta
& sigillata aut aliàs sub talibus modo & forma quod
eisdem in Romana Curia vel alibi fides adhibea-
tur nil addendo vel minuendo &c. Cuius mandati
& commissionis vigore assertus procurator d. do-
mini Francisci intendit & instat coram dictis iudi
cibus, vt fiat recognitio quorundam librorum, an
sint de rationibus Balzerini & Fräcischini de Mar
chettis. Reuocatur in dubiū, an talis recognitio seu
examinatio fieri possit, primò aspectu videtur dicē
dum quod sic: Quia hæc recognitio videtur tãgere cau
sam & in dicta commissione sunt expressa hęc ver-
ba. causam & causas huiusmodi tangentia. Secūdò
videtur, quod sine recognitione prædicta iura, acta, li-
teras petitas nō facerent fidem in Curia Romana
1 quia † recognitio scripturæ priuatæ fieri debet, vt
fidem faciat per tex. in l. testator filium. in princip.
ibi. si fides epistolæ relictæ constāret. de lega. 2. &
in l. fin. in princ. ff. de prob. & dicitur in dicta com-
missione aut aliàs sub talib. modo & forma quod
eisdem in Rom. Curia vel alibi plenaria adhibea-
2 tur fides. Nam † concesso vno videtur oē id conces-
sum sine quo stare & exerceri non potest conces-
sum. l. 2. & ibi not. doct. ff. de iurisd. omn. iud. cum
concot. ibi datis per Ias. in 1. col. Tertiò verba di-
ctæ commissionis sunt multum generalia, tantum
3 .n. generalis † dispositio in genere operatur quan-
tum specialis in specie. l. si duo. in fi. ff. de admi. tu-
to. & l. si chorus. de leg. 3. Vbi autem sunt verba gé
neralia extenduntur ad ea quę sub illis verbis com
prehendi possunt, dicit Abb. in ca. cum olim Abb.
col. penul. de offic. iud. deleg. per ista igitur videtur
contineri in dicta commissione, vt dicti iudices di
ctam recognitionem facere debeant.

Verum his non obstantibus cōtrarium arbitror
esse tenendum, & moueor, quod in literis compulso-
rijs, seu remissorijs, vbi adest dicta commissio, nul-
lum verbum legitur de dicta recognitione fienda:
si enim dictæ literæ non dicunt, neq; etiam nos di
cere debemus, arg. l. si seruum. §. non dixit prætor.
ff. de acquir. hæred. l. penul. si quis à patr. fue. man.
& l. ventri. ff. de tut. & cur. dat. ab his. cum similib.
Ideo dicti iudices non habent transgredi formam
earum. capit. fina. & ibi glo. in versicul. admodum.
extra de restit. spol. c. causam quæ. de sent. & re iu-
dic. & cap. cum dilecta. de rescrip. & l. diligenter. ff.
mand. & latè Ias. consil. 200. in princi. lib. 2. quibus
iudicibus solum mandatur vt dare, tradere & assi-
gnare debeant d. domino Francisco iura, acta, lite
ras, scripturas, priuilegia, instrumenta & monumē-
ta publicara & sigillata, vt faciant fidē, & quod de no-
uo non faciant aliqua alia acta vel aliquid cogno-
scant. est enim multum diuersum, dicere, quod talia in
strumenta & acta ex veris originalibus transumā-
tur, publicentur & sigillentur, & dicere, quod talia acta
& instrumenta pertinēt ad talem vel sunt de ratio-
nibus talis. Primum est attestari & facere fidem, se
cundum verò est cognoscere & iudicare, non de-
bet ergo ex diuersis illatio fieri. l. Papinianus. ff. de
minor. & l. 4. §. nihil commune. de acqui. poss. cum
vulga. cum huiusmodi commissiones sint stricti iu-
ris, etiam generales non arctant personas in eis nō
expressas, per text. gl. & Canon. in c. significãte. de
rescrip. facit tex. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus.
in fi. de verb. obli. Nam dicti libri & eorum partite
possunt dicere & cãtare de cuius rationibus sint, se
cundùm doct. Bart. in l. si pattuus. nu. 5. & Bal. nu.
6. C. com. vtr. iud. & Soc. consi. 162. col. 5. versi. cō
firmatur & secundò. lib. 2. & Dec. consil. 68. col. 1.
ad med. & Grat. consi. 118. nu. 14. lib. 1. & si non di
cunt, & dicti iudices vellent dicere, profectò adde
rent, & forsan facti substantiam mutarent, seu va-
riaretur intellectus, quod quidem expressè prohi-
betur in dictis literis compulsorijs.

Non refragantur in contrarium allegata: quia
commissio loquitur de extrahēdis iuribus, actibus
& literis & scripturis iam factis & non de nouo fiē
dis, prout fieri oportet in huiusmodi recognitione
4 † qualitas enim adiuncta verbo intelligitur secun
dùm tempus verbi. vulg. l. in delictis. §. 1. ff. de no-
xalib. quod dicitur ibi causam & causas huiusmodi
tangentia, intelligitur de illis quæ ex eorum lectu
ra apparent tangere causam d. do. Ludouici & can
5 tare de eius iuribus & creditis assertis, nā † aliquid
esse vel nō esse optimè probatur ex inspectione scri-
pturæ, per ea quæ vult Bar. in l. Titiæ textores. in 2.
notab. de leg. 1. & in l. hi qui. C. de appel. & in l. fi.
C. de reb. cred. & sic verba cum effectu sunt intelli
genda. l. pen. §. docere. de eo qui in ius vocat. & ab
hoc est diuersa dicta petita recognitio, ergo &c.
Ad id quod dicebatur per verba in dicta commis-
sione, aut aliàs sub talibus modo & forma: respon-
deo, quod talia verba referuntur ad proximè pręcedē-
6 tia, arg. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & † clausu
la posita intra vnum capitulum seu inter eius ver-
ba ad illud tantum refertur, Bar. in l. talis scriptura.
§. fi. de leg. 1. & per eum & alios in l. si idem. §. fi. de
iurisd. om. iud. dictū autem capitulum, vbi sunt di-
cta verba, nil aliud mandat, nisi vt scripturæ extra-
hantur publicatæ & sigillatę vel alio quocunq; mo
do vt faciant fidem. Non includitur per hoc, vt fiat
dicta recognitio. Ideo quod est scriptum in dictis
libris bene possunt probare dicti libri, vt dicitur de
commissione examinandi testes super eorū repro-
batione non posse examinari, vt non necessariū ad
expeditionem ipsius primæ commissionis, tradunt
Ang. & Cast. in d. l. 2. vt ibi in 2. col. versi. sextò per
istam regulam. refert Ias. de iurisd. omn. iud. sufficit
enim quod commissum, scilicet extractio & transmis-
sio librorum potest fieri & expediri sine dicta reco
gnitione, per ea quæ latè probat Gemin. in ca. præ-
sentium. §. testes. col. 1. nu. 7. de testi. in 6. & id tran
sumi & publicari potest & mitti ad d. dominū Au-
ditorem, quod idem esset ac si videret d. libros. Et
certè credo nil aliud mandari in dictis literis.

Ad tertium argumentum respondeo, quod non est
7 verum, generalem † dispositionem in genere ope-
rari quantum specialem in specie, probatur per ca.
2. de offi. vic. in 6. maximè quando prætensum cō-
tentum

tentum in generali est quid maius quàm sit contẽtum in speciali commissione, vt per text.in c.sedes. de rescrip.& nimia generalitas in his etiã reprobatur per glo.& doct.in c.ad hæc.extra eo.& quando specialiter cõmissum potest cõmodè expediri sine illo generali prætenso, Ange.Castr. & Ias.in d.l.2.

Vltimò non procedit quod dicit Abb.in d.cap. cum olim. quia vbi contenta in mandato possunt expediri sine aliquibus præparatorijs, incidẽtibus, seu accessorijs omnino sunt seruandi fines mandati, ita limitat Felin.in d.c.cum olim.in fin.de offic. deleg.& in c.præterea.eo.tit. quòd autem contenta in dicta commissione possint expediri sine dicta recognitione vel alijs accessorijs nemo sani capitis negaret. l.si ita quis.in fi.ff.de euict.& ita breuiter respondendum puto. Laus Deo.

Simon de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM CXCVII.

ARGVMENTVM.

De remedio.c.reintegranda.3.q.1.
De legato quodam, in quo demonstratur pertinentiarum nomine quid veniat.

SVMMARIVM.

1 *Libellus debet largissimè interpretari in fauorem actoris.*
2 *Verba libellantis declaranda & intelligenda sunt secundum intentionem libellantis.*
3 *Petitorium & possessorium recuperanda possunt in eodem iudicio cumulari.*
4 *Remedium.c.reintegranda.3.q.1 omnibus alijs cessantibus datur.*
5 *Possessio antiquior in tali remedio ex parte actoris est probanda, quæ absq; facto suo quoquomodo ad aduersarium peruenit.*
6 *Petitorio agenti requiritur principaliter dominium ipsius petentis & possessio rei conuenti.*
7 *Pertinentias appellari quæ statuto, lege vel consuetudine sunt deputata.*
8 *Confines vbi concordant cum re de qua agitur, illud magis inspicitur quàm vocabulum fundi.*
9 *Intentionem fundatam quis habet, vbi duo fines conueniunt fundo, licet aliqua alia demonstratio sit falsa.*
10 *Nomen quando diuersimodè accipitur, error in tali nomine non vitiat.*

DIVINVM ADSIT AVXILIVM.


N causa dominæ Franciscæ contra dominam Lauram. Quoniam verba libelli tam in narratione, quàm in conclusione possunt conuenire possessorio &
petitorio, vt colligitur ex illis verbis in narratione
iure dominij, vel quasi, & iure possessionis, vel qua
& in conclusione, ibi, ad restituẽdum &c. per quæ
verba concluditur etiam in possessorio, vt tradit
Soc.in consi.262.in causa Magnifici, col.1.& seq.
1 lib.2.nam † libellus largissimè debet interpretari
in fauorem actoris, vt veniant omnia quæ ex signi
ficatu verborum venire possunt, dicit Abb. in c.cũ
ad sedem.col.3.ver.sed quæro qualiter. de restitu.
spol.facit glo.in versic.iniuncta. in l.ædiles.§.item
sciendum.ff.de ædi.edic.& hoc fuit declaratum in
capitulis vbi simul de possessorio & petitorio niti-
2 tur fieri probatio: verba † enim libellãtis declaran
da & intelligenda sunt secundum intentionem li-
bellantis.l.si quis intentione.& ibi Bar.ff.de iudic.
quæ adiuuatur ẽt per clausulam illam, petens ius
& iustitiã.vt per ea quæ not.Abb.in cap.cum dile-
ctus.col.16.de ord.cogn.Ang.Ar.& Ias. in §. om-
nium. instit.de act.Alexan.& Ias.in l. petens. C.de
pact.& latissimè Gabr.Rom.de com.opi.lib.vj.tit.
3 de clausu.conclu.4.nu.8.& † certi iuris est petito-
rium & possessorium recuperandæ posse in vno iu
dicio cumulari, vt communiter tenent doctor.in l.
naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.se-
quentes opinio.glo.fina.in l. cum fundum.ff.de vi
& vi arm.

Videndum est ideo super quo remedio actor
possit obtinere. Viso equidem & considerato toto
processu, super vtroque remedio arbitror actricem
posse victoriam reportare. Et primò, quò ad posses
sorium quod videtur intentatum ex remedio. c.re
4 integranda 3.q.1. quod † quidem omnibus alijs
cessantibus datur, vt per doct.in d.c. cum ad sedẽ.
& c.sæpe.de resti.spol.& dicit Soc.in d.consi.262.
col. 4.ver.ex quibus inferẽdo.&c. & omnibus alijs
est fauorabilius, vt per Canõ.in d.c.sæpe. & Per.de
Anch.in cons.42.circa recuperandum, & ita est in-
terpretandum fuisse intentatum tale remedium,
quo fauorabilius pôt iuuari intentio actoris, virtu-
te vulgaris clausulæ omni meliori modo &c.vt per
Ant.de But.in c.literæ.de dila.& Alex.in consi.vj.
circa processum.colum.3.lib.3.quos & alios refert
Ias.in d.§.omnium.nu.151.& Alex.consi.67.nu.4.
5 libr.2. In quo † quidem remedio principaliter est
probanda possessio antiquior ex parte actoris, quæ
postea absque facto suo quoquomodo ad aduersa
rium peruenerit, vt concludit Abb.in d.c.cum ad
sedem.col.9.& 10.cum simil.prædictis per Dec.in
consi.57.col.pen. possessio autem dictæ Franciscæ
probatur per tres testes examinatos concorditer
deponentes de actibus ad veram possessionem spe
ctantibus, iux.vulg.doctr. super quorum dictis insi
stere esset nodum in Syrpo quærere. Et modo di-
cta possessio existens penes dictam ream conuen-
tam re ipsa demonstrat spoliationem possessionis
dictæ actricis, vt declarat Bal.in l.pen. col.fin.C.si
non à comp.iudi.& sequitur Dec.in d. consi.57.&
Fel.in c.licet causam. col.7.de probat. facit quod
scribit Alex.in l.si quis rem. in fi.ff.de acqui.poss.
& latè tradit Socin.in l.rem quæ nobis. in vij.q.ff.

eo.& præſumitur clandeſtina reſpectu antiquioris
poſſeſſionis actricis, vt fuit articulatum, ſecundum
doctr. Bar. in l. ſi de eo. §. fin. & ibi Alex. ff. de acqu.
poſſeſſione. licet loquantur in poſſeſſorio vti poſſi-
detis. Ex his ergo breuibus concluditur, dictam a-
ctricem fore reintegrandam & ponendam in ſuam
priſtinam poſſeſſionem per d. c. reintegranda. & c.
literis. de reſt. ſpol. cum ſimil.

6 Supereſt videre de petitorio † in quo principa-
liter dominium petentis & poſſeſſio conuenti re-
quiruntur, vt l. in rē. ff. de rei vind. d. l. t. C. de alie.
indi. mut. cauſa facta. Dominium autem dictæ rei
legatæ recta via tranſiuit in ipſam actricem legata
riam, vulg. l. à Titio. ff. de furt. & l. legatum. de lega.
ij. & dicunt doct. in l. 1. de leg. 1. & omnia requiſi-
ta fuerunt deducta in proceſſu & probata per teſtes
examinatos.

Sed dubium videtur inſurgere, q testator legauit
dictæ Franciſcæ dimidiā vineæ cum ſuis pertinen-
tijs & non expreſſit de dicto petio ſiluæ & modico
terreni, vnde non videtur comprehendi in legato
vineę: quia vt inquit Ange. in l. ſi quis in fundi vo-
cabulo, de leg. 1. ſi teſtator terram aratoriam iuxta
Titium legauerit, & ibi non ſit terra ſed vinea, non
valet legatum in vinea. Sed declaro caſu noſtrum
eſſe diuerſum à quæſt. Angel & doct. in d. l. ſi quis
in fundi vocabulo. Nam teſtator legauit dimidiā
vineæ cum ſuis pertinentijs iuxta Franciſcum &
Iacobum. Videndum eſt primò igitur, quæ dican-
tur pertinentiæ alicuius rei. Secundò, ſi probatum
ſit dictum petium ſiluæ & terreni eſſe de pertinen
tijs dictæ uineæ. Tertiò, includendo intra confi-
nes dictum petium ſiluæ, de eo ſi voluerit teſtator
ſentire legando dimidiam vineæ cum pertinen-
tijs. Quartò, cum dicta vinea non appareat habere
alias pertinentias de neceſſitate includatur dictum
petiolum ſiluæ ſub pertinentijs, vt verba teſtatoris
operentur.

7 Ad primum veniens, reperio pertinentias † ap-
pellari, quæ ſtatuto, lege vel conſuetudine ſunt de
putata, vt accedant, vt no. Innoc. in d. c. cum ad ſe-
dem. & in c. ex literis, de iurepatr. & ſequitur Pa-
pien. in ſua pract. in prima forma libelli in gl. cum
pertinentijs & Aym. conſi. 293. nu. 6. & Nat. conſi.
435. nu. 18. & latiſſimè Gabr. Rom. de com. opin.
lib. vj. tit. de verbo. ſigni. conclu. x. quòd autem di-
ctum petium ſiluæ & terreni poſſit dici de pertinē
tijs dictæ vineæ ſecundum conſuetudinem loci, &
de communi vſu loquendi, clariſſimè deponunt
teſtes examinati, qui cum ſint ruſtici præſumuntur
periti in huiuſmodi quæſtionibus de confinibus
& pertinentijs prædiorum, arg. l. ſi quis ex argenta
tijs. §. pen. ff. de eden. eſt glo. in verſi. longiori. in §.
præterea. inſtit. de re. diui. cis credendum eſt, per ea
quæ dicit Bar. in l. de quibus. col. 10. verſi. Sed quid
debeat. ff. de legi. facit quod ſcribit Dec. in conſil.
309. col. ij. ver. ſecundò probatur. vbi in ſpecie tra-
dit credi teſtibus deponentibus aliquam rem dici
de pertinentijs alterius rei, vt ibi per eum & per
Bal. in conſi. 245. villa vel caſtrum, ad fi. lib. 3. & in
legato venit id quod ex communi vſu loquendi ita
nuncupatur l. Labeo. §. ſed de his. & ibi not. Bar. de
ſuppel. lega. Secundò, cum dictum petiolum ſiluæ
& terreni ſit intra latera & confines in teſtamento
deſcriptos, vt teſtes dicunt, etiam ſi nomine perti-
nentiarum non veniret, tamen intelligitur lega-
8 tum: quia † vbi confines concordant cum re de
qua agitur, illud magis inſpicitur, quàm vocabulū
fundi, ita ex glo. 2. not. Barto. in d. l. ſi quis in fundi
vocabulo, quem ibi ſequuntur omnes ſcriben. &
idem Bar. in l. demonſtratio. in prin. col. pen. verſi.
Item ad monſtrandum. de cond. & demonſt. dicit,
9 quòd † quis habet fundatam intentionem, vbi duo
confines conueniunt fundo, licet aliqua alia de-
monſtratio ſit falſa, quem ſequuntur Pau. de Caſt.
& Alex. in l. ſi in nomine. C. de teſta. de natura n.
confinium eſt includere quicquid eſt intra confi-
nes, ſecundum Bal. in rub. verſi. 22. quidam vendi-
tor. C. de contra. empt. ſequitur Soc. in conſi. 181.
Viſis capitulis lib. 2. & conſ. 98. viſis inſtrumentis,
col. 1. lib. 1. & Dec. d. conſi. 109. col. 1. in fin. & Pa-
riſ. conſi. 27. nu. 13. lib. j. & conſi. 4. nu. 1. lib. 4. & in
legato loquitur Alexandri. conſi. 95. nu. 11. maxi-
mè cum dictū petiū ſiluæ & terreni eſſet teſtatoris
cum dicta vinea legata, & ſic ceſſant difficultates
etiam ſic remotè per Alexandri. d. num. 11. & per
Aym. d. conſi. 293. nu. 5. & 7. idem cum res ſit teſta
toris etiam communis cum hærede per confinium
aſſignationem & comprehenſionem tota venit in
legato, Bald. in l. cum rem alienam. col. fi. nu. 10. &
ibi in apoſtil. C. de legat. & clarius probat Rui. cō-
ſi. 74. nu. 4. lib. ij. in legato etiam alios concord. al-
legat Aymo. conſi. 105. num. 1. in fin. Præterea, pro
declaratione dubitationis, quam ſentio in mente
domini Iudicis poſſe venire de d. l. ſi quis in fundi
vocabulo. vbi dicitur volens legare veſtem & ſupel
lectilem legauerit, putans ſupellectilis appellatio-
ne veſtem venire, legatum de veſte minimè valet,
& ſic ad propoſitū inducendo volens legare vineā
cum ſilua adhærente & vineam reliquerit cum ſuis
pertinentijs, ſilua iure legati non debetur, quaſi er-
ratum ſit in nomine appellatiuo. Dico ſic, teſtator
legans dimidiam vineæ cum ſuis pertinentijs intel
ligitur legare vineam & ſuas pertinentias propter
dictionem cum, vt l. Titiæ textores. §. nihil. & l. ſi-
quis inquilinos. §. ſi ita. de leg. j. & cum oſtendatur
teſtatorem voluiſſe ſub pertinentijs vineæ compre
hendere dictum petiolum ſiluæ, id includendo in-
tra confines, iuxta nota. per docto. ex dict. gloſſ. 2.
in dict. l. ſi quis in fundi vocabulo. & per Bartol.
in dicta l. demonſtratio. & Bald. in dicta rubrica,
& appareat legata iuncta cum pertinentijs & non
cum ſiluella, & nomen pertinentiarum ſit appella-
tiuum non generis, & non impoſitum de iure gen-
tium, & quòd eo remoto non poſſit intelligi dicta
ſiluella, vt quia deſſignet propriam ſubſtantiam di
ctæ rei, ſed nomen ſit appellatiuum, in quo non cō
ſiſtit ſubſtantiæ dictæ ſiluellæ, ſed demōſtratio quę
10 poteſt haberi pluribus modis, & tale nomen † di-
uerſimodè accipiatur, vt per Innocen. in d. ca. cum
ad

ad sedem.error quidem in tali nomine non vitiat, vt tenet Bald.in l.si in nomine.C.de testam.& in l. si Fortidianum.in fin. C.de lega.& in l.quoties.in fine princip. ff.de hæred.instit. Angel.Aret.in §. si quis in nomine.instit.de leg. & Flori.in d.l.si quis in fundi vocabulo,& ibi Alex.sub num.6.versi. secundò dictam regulam limita. vbi dicit procedere in nominibus appellatiuis omnino diuersis, sed di cta filuella non est omnino diuersa à dictis pertinentijs,idem ibi Ias.colum.3.versic. Quartò dato etiam.& alij Scribentes.

Tertiò,istud nomen pertinentiæ habet plures si gnificationes,prout à lege,statuto vel consuetudi ne deputantur, secundùm nota.per Innocent.in d. ca.cum ad sedem.vnde illa accipitur quæ congruit voluntati testatoris, vt dicit Bart.in l.in ambiguo. de rebus dub.per l.non aliter.de leg.3. sed dictum nomē seu eius significatio conuenit dicto petiolo siluæ de voluntate ipsius testatoris:quia de corpore dictæ rei constat per confines appositos ab ipso testatore, quæ demonstratio attenditur etiam si aliàs esset falsa, vt per Bar.in d.l.demonstratio.cum alijs supra allegatis, & hoc maximè procedit, cum non appareat dictam vineā habere aliàs pertinentias,facit tex.in l.librorum.§.quod tamen Cassius. de leg.3.ibi. qui nihil aliud quàm libros habebat. & in l.penult.§.paterfamil. ff.eodē.ibi.cum nullas alias &c.& text.in l.patronus.§.libertis. de lega.3. ibi. respondi, si nullus esset fatrianus.&c.& sic ad ppropositum:quia testator vineam cum pertinentijs legauit.& alias pertinentias non apparet vineā habere nisi dictum petiolum siluæ adhærens, id nempe intelligitur legatum, vt verba testatoris aliquid operetur secundùm l. si quādo,& ibi not.de leg.1. Nec enim est inconueniens vt vna re legata veniat etiam alia adhæreres. vt l.prædijs.§.qui domum. de leg.3.& l.fundi. ff.quib.mod.vsufruct.amitt.& legato fundo intra quem existens palatium includitur,Bald.in l.1.num.3.commu.de lega.& legata domo venit hortus adhærens domui, Abb.in cap. Raynutius.colum.3.num.4.de testa.& ibi in apostil.& Cephal.consi.144.num.17.& seq. Possessio demum subsecuta ipsius legatariæ tam in vinea, quàm in silua & terreno adhærentibus euentu ipso & ipsa obseruantia declarat ambiguitatem propositam nomine pertinentiarum vineæ legatæ venire adhærentem siluam & terrenum, vt in specie adducit Bal.dicto consi.245.li.3.facit tex.& quod ibi Bart.& alij tradunt in l.apud Iulianum.§.si Titius.de leg.1.& alleg.per Aymo.consi.101.nume. 4.consi.211.ad finem.& Gabriel Rom.dicta conclusio.10.nume.6.titu.de verborum significat.lib. 6.de communi opin. & facit text.in l.cum fundus. de leg.2. Laus Deo.

Simon de Prætis Iurifcon.Pisauren.

CONSILIVM CXCVIII.

ARGVMENTVM.

Demonstratur quidam contractus emptionis & venditionis esse, & si cantet ad libellum & emphyteusim.Et quòd pactum in eo insertū de soluendo certum quid annuatim in certis mensuris olei sit vsurarium.

SVMMARIVM.

1. *Verba contractus sunt forma contractus.*
2. *Contractus libellarius in nullo differt ab emphyteusi.*
3. *Feudum factum esse quando infeudata est proprietas.*
4. *Verba dedit & vendidit, sunt propriè conuenientia contractus emptionis & venditionis.*
5. *Dare propriè est dominium transferre.*
6. *Sequentia declarant & determinant præcedentia.*
7. *Res vendi iure propriè dicitur,cuius proprietas in accipientem transfertur.*
8. *Venditione transfertur dominiū emphyteusi retinetur.*
9. *Emphyteusis & libellus est quadam seruitus.*
10. *Emphyteusis cognoscitur quando concedens aliquid sibi reseruat.*
11. *Precium vbi adest & fit precij mentio, ibi intelligitur emptio & venditio.*
12. *Dictio donec & quousque, significat principaliter tempus.*
13. *Contractus iudicatur potius ab effectu & re ipsa quàm à verbis.*
14. *Meum quod est, amplius meum fieri non potest.*
15. *Vendita re & tradita, emptor donec precium soluerit existens in quasi mora tenetur venditori soluere precium cum vsuris.*
16. *Paciscï de eo licitè potest quod de iure debetur.*
17. *Emptor pendente dilatione ad soluendum precium potest conducere rem emptam à venditore certa mercede,quam venditor licitè consequi potest.*
18. *Interesse probatio est difficilis.*
19. *Conuentio à principio valet facta per generum cum socero,quòd donec dos fuerit soluta recipere debeat generi certam quantitatem singulis annis.*
20. *Contractus alteratio vbi fit & apponuntur pacta insolita oritur simulatio fraudis & suspicio vsurarum.*
21. *Pecunia non potest locari.*
22. *Mutuum ex meo fit tuum sola datione,si dans sit dominus, aliàs consumptione.*
23. *Causa cessante cessat causatum.*
24. *Vsura est quicquid sorti accedit.*
25. *Vsura propriè percipitur ex contractu mutui.*
26. *Mutuum duplex verum & fictum.*
27. *Emptor tradita re tenetur facere numos venditoris.*
28. *Pactum de certa quantitate soluenda quolibet anno, donec precium fuerit solutum, illicitum & vsurarium esse.*
29. *Doctor vel glo.referens multas opiniones, nullam ex-*

presse confirmans, censetur approbare vltimam.
30 *Vsura est quando, certa quantitas ab initio contractus taxata ex conuentione partium petitur.*
31 *Stipulationem valere vsurarum per mentionem factã pro alimentis non pro vsuris.*
32 *Illud quod agitur, si non valet vt agitur, nec valet pro ut valere potest.*
33 *Mora vbi nulla est, interesse non potest deduci in pactum.*
34 *Vsuraria in materia super aliquo negocio magis tenenda est opinio quòd sit vsura pro salute animæ.*
35 *Pactum expressum, quòd capitale non posset peti, vsura est.*
36 *Illatio non fit ex diuersis.*
37 *Iuramentum super pacto vsurario nihil operatur, nec transit ad hæredem iurantis.*
38 *Casus dicuntur similes, qui eandem rationem habent.*

DEI OMNIPOTENTIS INVOcaro suffragio.

VIso instrumento inter dominum Marcũ
della Pigna & Ludouicũ Marzetti con
fecto, quæritur primò, quis contractus
intelligarur ex dicto instrumento inter
eos initus & celebratus. Secundò, an sit licitus &
vsurarum sapiat prauitatem. Et primò videtur esse
contractus libellarius per illa verba, dedit, vendi-
dit & alienauit ad libellum franchandum. &c. quæ
respicienda sunt vt cognoscatur qualitas & forma
contractus, vt l. si quis stipulatus sit Stichũ. in prin.
de verbor. oblig. & l. fideiussores magistratuum. §.
1 1. ff. de fideiuss. nam verba † contractus sunt forma
contractus, & forma dat esse rei, dicit Bal. in l. quo
ties. col. 2. C. de suis & legit. iura alleg. Dec. in con
sil. 305. Iuridicam esse, col. 1. cum similib. adductis
per Barba. in c. ex tenore. colum. 2. versic. Nota ibi
ex tenore. de foro comp. Et si dicatur uendo talem
fundum in emphyteusim, nã verbo vendo, non ob-
stante sensus verborum est, ꝙ sit emphyteusis secun
dùm Bal. in rub. prope fin. C. de iure emphyt. ita si
dicatur vendo ad libellum, verba sonant ꝙ sit libel
2 larius contractus † quem quidem in nullo differre
ab emphyteusi tenet Barto. in l. 1. versic. Quæro in
quo differt. C. de iure emphyt. Alex. in l. si finita. §.
si de vectigalibus. col. 15. & ibi cæteri Modern. ff.
de dam. infect. Soc. in consi. 167. non vtilis. col. 2.
versi. quibus iam declaratis. volum. 2. & omnes do
ctor. conueniunt, ꝙ sint sinomina & re ipsa non di-
screpantes dicit Dec. in consi. 146. colu. 2. nume. 2.
idem firmat Iass. in d. l. 1. col. 7. Pro emphyteusi er-
go & pro libello licitè præstatur pensio singulis an
nis. c. potuit. & ibi glo. in versi. emphyteuta. de lo-
cato. Spec. in tit. de emphyt. in q. 5. cum seq. Bar. &
alij in d. l. 1. colu. 1. & hoc non est dubium. itaq; d.
contractus videtur licitus & pacta in eo contenta
seruari debere. l. 2. C. eod. dedit enim ad libellum
franchandum, & cum pacto vt possit accipiens se
franchare, & potest exponi, idest, se ab omni serui-
tute cum omni libertate absoluere, quemadmodũ
dicitur de feudo franco quid sit declaratur secun-
dum Bal. in c. 1. col. penul. de capi. qui cur. vend. in
vsi. feu. & in l. si plures. col. 2. versic. dicitur autem.
3 C. de cond. insert. vbi dicit † feudum franchum es-
se quando est infeudata proprietas. & de eo nihil
præstatur, vt scribit Iass. in vsi. feud. pen. car. versicu.
Octaua diuisio.

Sed his non obstantibus arbitror potius dictum
contractum esse emptionis & venditionis quàm li
belli, præmissa conclusione ꝙ contractus emphy-
teusis & libelli in effectu sit idem per supra allegat.
& dictum in vno habet locum in alio, dicit Ange.
in consi. 188. ex forma, col. fi. refert cum pluribus
concord. Tiraqu. de retract. tit. 1. §. 34. num. 1. pro
cuius cognitione similiter verba dicti instrumenti
sunt diligenter intuenda d. l. si quis stipulatus. dicit
Bal. in c. 1. §. item. col. 2. de feudo guar. cum alijs su
4 pra alleg. ideo primò ponderanda sunt verba, † de
dit & vendidit, quæ sunt propriè conuenientia ad
contractum venditionis & emptionis, vt patet ex
not. per Bar. in l. 1. C. de re. permu. & in l. fi. colum.
1. ff. de conditio. causa dat. talis ergo cognoscitur
contractus qualem partes nuncupatim & expres-
sim nominant, vt si dicãt vendere & emere sit ven-
ditio & emptio, nec à mente sic verbis declarata
recedi debet, per plura probat Tiraq. eo. de retract.
5 tit. 1. §. 30. glo. 1. num. 7. & seq. nam † dare propriè
est dominium transferre. l. vbi autem. in fi. de ver-
bo. oblig. & §. sic itaque. instit. de act. licet quando
que ex natura venditionis stet impropriè, vt dicit
Barto. in d. l. fin. & ex contractu venditionis trans-
fertur dominium & quasi dominium. §. per tradi-
tionem. institut. de rerum diuisio. & l. traditio. ff.
de acquirenda rerum dominio. cum similibus. &
sic dicta verba sunt in potiori & proprio significa-
tu intelligenda. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci-
ta. act. & l. 1. §. fi. ff. si ager vectigal. & l. non aliter.
de leg. 3. Secundò dicitur ibi. de legitima defensio
ne dictæ rei uenditæ. hæc uerba quoque demon-
strãt intentionem contrahentium fuisse ad celebrã
6 dum contractum uenditionis, nam † sequentia de-
clarant & determinant præcedentia, glo. in l. cum
in testamento. §. fi. & in l. qui non militabat. §. Lu-
cio. ff. de hæred. instit. & l. si seruus plurium §. fi. de
leg. 1. cum uulga. & dicta uerba uendidit, & dictæ
rei uenditæ, geminata & repetita multum operan-
tur, per not. in l balista. ff. ad Trebell. & in l. si liber
homo. §. Titius. ff. de hæred. instit. præsertim quia
dicto instrumento dicitur iure proprio & in perpe
7 tuum &c. iure † proprio enim res uendi dicitur cu-
ius proprietas in accipientem transfertur, ita dicit
Specul. in titulo de empt. §. 1. colum. 3. uersic. Item
in seruitutibus, sequitur Soc. in consi. 9. colum. pe-
nult. uolum. 1. Tertiò probatur per clausulam nul-
lam faciens reseruationem, quæ contractui uendi-
tionis, in quo si nihil reseruaretur, res præstatur li-
bera, ut l. si quis ædes. de seruit. urba. prædio. & est
omnino contraria contractui emphyteutico seu li
bellario, in quo concedens reseruat directum do-
minium. l. penultima. §. finali. & ibi glos. ff. de
contrah.

contrah.empt.vt Spec.ponit in tit.de empt. & ven
dit.§.1.col.7.versi.ad euidentiam huius formæ.nã
8 † per venditionem transfertur dominium, sed
dans in emphyteusim retinet dominium, dicit
glo.in dicto capit. potuit.in versic.emphyteuta.&
* in hoc nulla cadit dubitatio, vt patet ex commu-
ni consensu doct.in locis vbi de huiusmodi mate-
ria pertractatur, & in terminis per contractum li-
belli non transferri directum dominium tradunt
Innocen.& Canon.in c.constitutus.de relig.domi
bus, sequitur Soci.in consi.50.subtiliter & copio-
sè.col.2.nu.6.vol.4. & Bal.in auct. res quæ.in fin.
C.com.de lega.Ideo pro recognitione directi do-
minij emphyteuta annuatim domino pensionẽ sol
uit,dicit Bar.in d.l.1.versi.Secundò opp.C.de iu-
9 re emphyteuti. emphyteusis † enim & libellus est
quædam seruitus, probatur per doctr. Bal.in ca.1.
in princ.col.fi.de controuer.inuesti.ibi.imò debet
probare ius, quod habet necesse allegare, vt q̃ sit
vasallus, emphyteuta &c.& in c.1.§.1.si de feu.fue.
contro.inter do.venditor ergo quicquid sibi nomi
ne seruitutis velit excipere debet specialiter expri-
mere & reseruare.l.quicquid.& ibi Bartol.ff.com.
prædior. aliàs res libera intelligitur vendita d. l. si
10 quis ædes.cognoscitur enim † emphyteusis quãdo
concedens aliquid sibi reseruat, quod esse notan-
dum inquit Bar.in l.1.§.1.ff.de publica.si autẽ di-
ceretur q̃ sibi reseruauit venditor, vt annuatim ei
nouẽ medrij olei darentur, respondeo non pro do
minio,sed pro precio & dilatione solutionis dictæ
rei cõsignantur quousq; idem preciũ fuerit solutũ,
vt ĩ.dicetur.si ergo de natura venditionis sit vt res
libera intelligatur vẽdita, eo magis hoc verum est
qñ apposita est d. clausula, nullam reseruationem
&c.tunc sumus in claris & non est opus coniectu-
ris.vulg.l.continuus.§.cum ita.de verb.obl.Quar-
tò, clarius constat dictum contractum esse vendi-
tionis: quia fuit constitutum certum precium vide
licet 100. ducatorum soluendorũ nomine pretij,
vt requiritur in tali contractu, per text.in l. 2.ff.de
11 contrah.empt.& §.precium. insti.eo.vbi †.n.adest
precium & fit mentio precij ibi intelligitur emptio
& venditio.glo.est & ibi Bal.not. in l.cum dotem.
C.de iure dot.text. & ibi Bart.in l.fin. C.de præd.
decur.lib.10. cum simul adductis per Alex.in apo
stil.ad Bart.in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publi
ca.& plenissimè in apost.magna versi.de fundo do
tali,ad Bart.in l.Iulianus. §.offerri.ff.de act.empt.
& Roma.in consi.86.num.5.cum concord.cumu-
latis per Tiraq.de retract.tit.1.§.1.glo.2.num.1.&
quamuis precium conuentum non sit numeratum
& tradita sit possessio,tamen valet d.contractus,vt
l.empti.§.1. C.de contrahẽ.empt. & l.inciuile.C.
de rei vindi. acquiritur emptori res vendita pleno
iure quando venditor sequitur fidem emptoris,
quam quidem sequi videtur simpliciter tradendo
rem,secundùm glo.in versic.emptoris.in §.vendi-
tæ.instit.de rer.diuis.& in l.quod vendidi. ff.de cõ
trah.emp. & venditor intelligitur habere fidem de
precio quando non fuerit actum vt in continenti
precium soluatur à contrario sensu. probat.l.si quis
si.ff.de pignora.actio.& Bal.in d.l.inciuile. sequi-
tur Alexan.in apost.ad Bart. in d.l. quod vendidi.
& eo magis iuxta d. §.venditæ. in re nostra vendi-
tor habuit fidem de precio dando emptori dilatio
nem & tempus ad soluendum & quousque non sol
uerit dare debeat venditori medrios nouem olei
12 singulo anno. nam dictio † donec & quousque si-
gnificat principaliter tempus,vt declarat Bart.in l.
1.colum.6.versic.idem credo quòd vbicunque.de
condit.& demonstr.de quo quidem pacto videtur
casus in l.in initio.iuncta glo.ibi in versic. tardius.
C.de pac.inter emp.& vend.& in l.sicut emptio.§.
interdum.ff.loc.& ibi Sal.& Castr.vbi emptor cõ-
ducit rem emptam donec precium soluat, & glos.
ibi in versi. exsoluat. concludit emptionem perfe-
ctam esse,quod verò an licitum sit infra perscruta-
bitur. Sed quò ad perfectionem cõtractus emptio
nis & venditionis nullum affert impedimentum,
vt probat d.gl.in verb.exsoluat. quoniam facta vẽ
ditione certo precio & tradita re debetur precium
venditori d.l.inciuile. & in l.ex empto.in fine prin
cip.ff.de act.empt. potest ergo venditor de eo quo
modo vult(non dico tamen)licitè disponere & pa
cisci: quia in rẽ propria quilibet est moderator &c.
l.in re mandata.C.man.cum vulg.Itaque per præ-
dicta arbitror dictum contractum esse emptionis
& venditionis & non libellarium.

Non refragantur in contrarium allegata,ad quę
licet ex proximè dictis congrua responsio colligi
possit, tamen in specie respondeo ea non procede-
re: Quia (vt dixi) venditor non reseruauit sibi do-
minium,vt requiritur in libello & emphyteusi per
d.glo.in c. potuit. sed liberè vendidit certo precio
cõstituto & omnia fuerũt quæ requiruntur ad con
tractum venditionis,vt fuit declaratum, & illa as-
13 sertio ad libellum nihil refert,nam † potius ab effe
ctu & re ipsa quàm à verbis iudicatur contractus.
l.si vno.in princip.ff.loc.& l.insulam.de præscrip.
verb. quæ iura ita dicens allegat Deci.in d. consi.
305.colum.1. & in similibus terminis tenet Affli-
ctus decis.72.circa fi. & decis.80.num.8. & magis
res quàm verba intuenda sunt, Iureconsu. inquit in
l.promittendo.in prin. ff.de iure dot.rebus & non
verbis lex imposita est.l. 2.in fi. C.commu. de le-
ga. & requisita ad actum vbi sunt apposita faciunt
cognosci illum esse talem,vt l.non codicillum. C.
de testam.licet alterius actus nomen ascriptum sit,
argum.l.per diuersas.ibi. licet instrumento cessio-
nis venditionis nomen insertum sit.C.man. Nihil
ergo operatur pactum, quòd emptor soluendo pos
sit se affranchare acquirendo directum dominium,
pro cuius recognitione(vt dixi) soluitur pensio se-
cundùm Bar.& doct.in d.l.1.C.de iure emphyt.&
Abb.in d.c.potuit.col.fi. quia iam acquisiuit titu-
lo emptionis sine aliqua reseruatione facta, vt de-
14 monstratum fuit, quod enim meum † est amplius
meum fieri non potest. l.si rem meam.de verb.ob-
lig.cum vulg. & aliàs huiusmodi pactum non pos-
set intelligi de affrãchatione per acquisitionem di-

recti dominij manifestè ostenditur per dictum in-
strumentum, vbi dicitur, quòd intelligatur afran-
chatio pro parte & rata q̄ fuerit soluta. Dominiũ
autem non potest pro parte transferri sicut pro par
te soluitur preciũ.l.traditionibus.C.de pact. Con-
tinetur etiam in dicto instrumento, quòd affictus
nouem modriorum olei excomputetur pro rata so
lutionis factæ, vnde patet dictum affictũ solui non
pro aliquo dominio & eius recognitione, sed pro
mercede solutionis dictorum centum ducatorum,
vt in huiusmodi terminis concludit Abb. in con-
sil. 5. Sempronius quandam domum. versi. Tertiò
oritur, lib. 1. probat casus.l.cum venderem. ff. loca.
expressè dicit Bar. in d.l.sicut. ff. eo. & sic emptor
soluendo dictos 100. duca. franchatur & liberatur
à d. affictu per solutionem & non per acquisitionẽ
dominij (vt dixi) iam acquisiti dictę rei emptæ de
qua vt re propria non potest emptor soluere pen-
sionem.l.qui rem.C.locat.vt per Albe.in d.consil.
Concludo igitur dictum affictum nouem medrio
rum olei dari pro dicto precio centum duc. donec
soluti fuerint.

Idcirco his præmissis superest secundò videre, an
tale pactum illicitum sit & absque prauitate vsura-
ria possit sibi locum vindicare. Profectò articulus
iste multum dubitabilis ac varius à doctoribus re-
putatur diuersimodeque intelligitur. nam rationes
hincinde Scribentiumque auctoritates insurgunt
adeo quòd de eo potest dici illud Virgil.
Hinc & illinc vasta rupes. & illud Imperator. in l.
fin. C. per quas perso. Cumque ex omni latere ma
gna pars auctorum multum effuderit tractatum, &
qui vellet hunc funditus exanimare verbosos qui-
dem commentarios faceret. contra dictum Iure-
consul. in l. 1. de orig. iur. Sed de eo hic ego non in
tendo facere longam disputationem, quæ præser-
tim iudicibus circa multa occupatis plerunque fa-
stidio esse solet, in medium duntaxat ea afferã quę
mihi videntur magis ab vtraque parte vrgere.

Primùm, q̄ pactum huiusmodi licitum sit & va
15 leat videtur probari: quia † vẽdita re & tradita em
ptor donec precium soluerit existens in quasi mo-
ra tenetur venditori precium soluere cum vsuris,
vt l. curabit. C. de act. empt. quæ etiam de iure ca-
nonico loco interesse permissæ sunt, glo. & docto.
in d.l. curabit. & in l. 2. C. de vsur. & in cap. conquæ
16 stus. de vsur. cum similib. quod ergo † de iure debe
tur licitè potest de eo pacisci. l. muto. §. sub condi-
tione. ff. de tutel. hoc argumentum pro hac parte
facit Deci. in consi. 119. & pro tenui facultate. col.
3. vbi plenè hanc materiam pertractat. & à princi-
pio contractus vbi nulla mora existit valet pactum
de soluẽdis vsuris vsq; dum precium fuerit solutũ;
quæ ex ipso pacto tunc debentur, tex. est iuncta gl.
in d.l. in initio. C. de pact. inter empt. & ven. & gl.
in l. fructus. C. de act. empt. vnde Roman. in consi.
510. quò ad primum, colu. 1. dicit vsuras promissas
per pactum vestitum cohærentia contractus bonæ
fidei esse exigibiles. per d.l. in initio. & l. cum qui-
dam. §. ex locato. ff. de vsu.

Secundò, videtur casus in d.l. sicut emptio. & l.
seq. per quas Alex. in consi. 121. Visis & pondera-
17 tis volu. 5. tenet q̄ † emptor pendente dilatione ad
soluendum precium potest conducere rem emptã
à venditore certa mercede quã venditor licitè cõ-
sequi potest, & videtur locationem hic fecisse ven-
ditor: quia dixit pro affictu, & affictus seu pensio p̄-
statur pro re locata. vt not. in d.c. constitutus. & in
l. 1. §. si quis seruum. ff. depos.

Tertiò, inquantũ fuit apposita certa summa an-
18 nuatim præstanda cum veniat loco interesse † cu-
ius probatio est difficilis, vt l. fi. ff. de pręt. stipu. vti-
le fuit certam summam exprimere, secundùm glo.
fi. in c. dilecti. de fo. comp. & videtur tex. in l. quod
in stipulatione. ff. de vsur. & vr̃ tenere Ang. in gene
ro cons. 10. col. 3. vers. nunc descendo ad tertium.

Vltimò pro nunc, arguendo de dote non soluta
ad venditorem tractantem de precio nõ soluto, vt
arguitur per gl. Bar. & doct. in l. de diuisione. solut.
19 matr. valet † conuentio à principio facta per gene-
rum cum socero, q̄ donec dos fuerit soluta recipe-
re debeat gener certam quãtitatem singulis annis,
vt tenet Cald. in c. salubriter. de vsur. idem videtur
tenere quando fuerit dictũ pro alimentis, & si non
fuerit dictum intelligendo tñ pro alimentis Io. de
Im. in l. in insulam. §. vsuras. so. mat. & Abb. in d. ca.
salubriter. putat valere dictam conuentionẽ in ma
rito solito mercari & ponere pecuniam apud mer-
catorem, pariter ergo licitum est dictum pactum
in venditore: ita pro hac parte argumentatur Soc.
in consi. 28. abundè & eleganter &c.

Contrarium verius in casu nostro, & magis te-
15 net † non pręiudicare confessionem & diuisionem fideicommisso non inspectis & non cognitis verbis testamēti per illum qui solus vocatus est per testamentum. l. de bis. ff. de transact. cum not. ibi per doct. cui legi etiam cum iuramento renunciari nō
* potest secundùm communem opin. Paris. cons. 95. num. 26. lib. 3. Soc. Iun. consi. 129. nume. 63. lib. 1. Rolan. à Val. consi. 13. num. 27. lib. 1.

Potest etiam alio modo ostendi, id D. Giraldo euenisse errore facti; quia vocando ad legatum cip
16 pum domus, vocabulum † domus, habet plures & varias significationes sibi attributas per doctores, sicut familiæ appellatio variè accepta est per Iuriscon. in d. l. pronunciatio. §. familiæ. de verbo. sign. quandoque domus appellatio designat totā agnationem. l. 1. C. ne lice. pot. quandoque omnes eorum qui alicui succedunt, quandoque omnes habitantes vel familiares, quandoq; portantes eadem insignia seu arma, Bar. in l. tutelas. in prin. num. 4. ff. de cap. dimi. Bal. in l. in filijs. num. 3. C. de decurio. lib. 10. Corn. consi. 216. col. 2. versi. bis tamen. lib. 2. consi. 196. col. 2. versic. item præmittendum. lib. 3. & consi. 41. col. 3. vers. circa secundum. lib. 4.
17 error † autem iuris dubij & multiplicis circa vocabulum boc domus, æquiparatur errori facti. c. cum dilectus. & not. ibi per Butr. & Imol. de consuetu. Alex. consi. 214. col. pen. ad nu. 8. lib. 6. Corn. consil. 302. col. fi. versi. iuncto q licet. lib. 1. Fel. in c. de quarta. col. 9. versi. limita vtiliter. de præscrip. igno
18 ratur † enim veritas eius quod multipliciter intelligitur, Bal. in l. scire leges. ff. de legib. Marsil. consil. 120. num. 19.

Et si D. Giraldus fuisset in errore iuris, cum tamen ei soli vocato ad legatum per dicta in præcedenti conclusione fuisset acquisitum dominium rerum legatarum, per l. à Titio. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1. l. legatum ita. de lega. 2.
19 & ibi gl. tenet, q † absque alia aditione vel agnitione legatum acquiritur ēt ignoranti, & not. in l. 1. de legat. 2. vbi autem tractatur de damno euitando,
20 † probatur quoque iuris error probando rem se aliter habere, per tex. satis in specie in l. quæ fideicommissum. de leg. 2. & in l. cum putarem. ad fi. ff. fami. ercisc. & per iuramentum D. Giraldi potest probari, cui debet, cum sit persona fide digna, stari, cum aliter de eius animo non potest apparere, tradit Bald. in l. 2. ad fin. C. si quis igno. rem mino. sequitur Alex. consi. 13. col. fi. supra fin. lib. 6. Quinimò
21 in damno † euitando error iuris nemini nocet. l. error. in fi. ff. de iur. & fact. ignor. firmant Castr. consi. 297. puto dicendum. post princ. lib. 1. Soc. consi. 87. col. 5. sub num. 11. & versi. secundum ex qualitate. lib. 3. Ruin. d. consi. 167. col. 9. nu. 19. lib. 2. vbi etiā adducit q potius error iuris præsumitur quàm donatio, quæ resultaret ex præscriptione scientiæ iuris, idem in hoc dicto de errore iuris præsumendo potiusquam donatio, quæ resultaret ex scientia, repetit & probat in consi. 107. col. 4. num. 9. versic. secundò principaliter. consil. 190. col. 4. nu. 10. lib. 1. & Natt. consi. 77. num. 10. & Menoch. consi. 91. num. 52.

* Sexta sit conclusio, & est principalis in consultatione ista, propter quam firmandam sunt adductæ omnes præcedentes, ipsa quoque verissima est, q communicatio & diuisio dictorum bonorum legatorum facta per Do. Giraldum cum dictis nepotibus fuit errore facta, putando eos etiam admittendos loco eorum patris ad dicta legata, ideo extraiudicialiter facta omnino rescindenda est, ob læsionem in totum illatam ipsi D. Giraldo, & ei omnia exinde recepta per eos & babita indebitè tam ciuiliter quàm naturaliter restituenda ac reddenda fore, vt sunt ad hoc expressæ leges multæ & decis. doctor. propemodum infinitæ, text. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ign. in l. cum putarem. ff. fam. ercisc. in l. si soror. C. de collat. & in l. sed & si. ff. de condic. indeb. ibi, aut Titij persona in stipulatione comprehensa non sit, sic dici potest stante D. Giraldi proximioris in gradu, personas nepotū in eo testamento comprehensas non esse, proinde contraria confessio Do. Girald. facta in instrumento diuisionis ei non præiudicat. l. cum testamentum. C. de iur. & fact. igno. & ibi Bald. in primo notab. & clarius Ruin. d. consi. 167. nu. 20. lib. 2. & tex. in l. maioribus. C. com. vtr. iudi. decis. verò doctorum aliquas adducam, glo. & doct. in d. l. si post diuisionē. in d. l. cum putarem. in d. l. maioribus. Bal. cons. 91. facti narratio. lib. 2. Corn. consi. 240. in prin. lib. 4. magis in specie de existente in potiori gradu Bald. consi. 386. proponitur q frater. lib. 1. Cast. in l. fi. §. idem quæsiuit. ff. de cond. indeb. & consi. 125. dubitatur primò. col. pen. versi. sextò dubitatur. & cons. 189. viso instrumento. col. fi. versi. ex quibus. lib. 2. Anch. cons. 191. super pluribus. colum. 2. in 2. dub. Capra consi. 10. nu. 24. Soci. consi. 87. col. 5. nu. 11. versi. secundum ex qualitate. lib. 3. & consi. 25. nu. 3. & seq. lib. 4. Dec. consi. 408. nu. 1. & sequē. consi. 525. col. 2. sub num. 5. & cons. 600. col. 2. nu. 8. 9. in d. l. si soror. col. 2. in 2. notab. Aym. consil. 26. in fi. consi. 188. nu. 9. & seq. Soc. Iun. consi. 48. num. 43. consi. 128. nu. 121. lib. 1. Menoch. aliquos ex prædictis citando in cons. 91. fecit amplum & plenū cōsilium vt videri potest, & Plot. de in lit. iurand. siue in repet. l. si quando. C. vnde vi. in suo §. 15. num. 6.
22 vbi † contra recipientem indebitè ex erronea diuisione potest iurari in litem, & Ancha. Regien. in q. 56. nu. 5. & seq. in prima part. Bero. in q. 93. ad nu.

a. referendo not. doct. Castr. in d. §. Idem quæsiuit. Ruin. d. consil. 167. num. 19. lib. 2. & Nat. consi. 501. nu. 60. itaque conclusio ista indubitatissima est.

Aduersus quam non video quid veri de iure vel de facto possint isti nepotes excipere & modo aliquo se tueri, quin totam portionem rerum legatarum per eos indebitè receptam D. Giraldo patruo restituere teneantur.

Super instrumento diuisionis circa clausulas sponte & ex certa scientia, & promissiones de non molestando & de euictione & iuramentum non possunt facere fundamentum. Quoniam ad clausulam sponte & ex certa scientia, uti generalem & non probantem quòd D. Girar. sciret se non teneri, respondent Alexand. in d. 3. §. item quæritur. nu. 2. ff. si quis cauti. Bart. & Castr. in d. §. item quæsiuit. & in terminis Iaso. consi. 160. col. pen. num. 7. lib. 4 & Dec. d. consil. 408. num. 5. & seq. vbi num. 6. in specie iuris ignorantiam etiam non nocere in fideicommisso de quo agitur tradit, per l. quę fidei

23 commissum. de leg. 2. Et tandem vbi principalis † contractus diuisionis totus reuocatur vt errore factus, eodem modo reuocantur aliæ promissiones ut erroneæ, & iuramentum nihil operatur, argum. l. doli mali. & ibi not. per Bar. & ali. ff. de nouati. & per Cast. d. consi. 385. col. fin. lib. 1. Ioann. de Ami. consi. 13. num. 22. Ruin. consi. 107. sub num. 10. li. 1. & Menoch. d. consi. 91. & per alios in locis s. alleg.

Iure nequeunt dicere se ex voluntate testatoris vel aliter simul cum D. Girard. comprehensos esse in dicto legato: quia in hoc contra eorum intentionem extant conclusiones singulæ superius firmatæ.

At etiam dicere non possunt, se iure admissos ad dimidiam portionem rerum legatarum, quasi repudiatam & eis relaxatam per D. Giraldum, ut repudiare potuisset vnam ex duabus rebus legatis. l. sed duobus. de legat. 2. quia repudiatio euenit ea opinione, quòd ipsi nepotes simul cum eo essent admissi ad legatum, ut dicitur in præfatione instrumenti diuisionis, ideo in legato iam acquisito etiam ignoranti errore iuris non ualet repudiatio, per d. l. quæ fideicommissum. tradit Bart. in l. Clodius. versic. secundo casu. ff. de acquiren. hæred. sequitur Dec. d. consi. 408. num. 6. & contra hoc uiget præcedens proxima conclusio.

Non possunt quoque se defendere, quòd sint comprehensi in fideicommisso sub nomine collectiuo agnationis, imposito D. Giraldo post eius mortem de restituendo eis, vt tenet Castr in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. & latè Baib. consi. 27. colum. 9. & sequen. lib. 1. & consil. 18. col. 4. & seq. lib. 2. & Socin. consil. 12. col. penult. num. 13. lib. 3. quasi præueniendo idem D. Giral. in uita potuerit restituere eis talem dimidiam portionem particularis fideicommissi, per text. in l. post mortem. C. de fideicomm. & quasi isto modo valeat restitutio per clausulam omni modo meliori, insertam in dicto instrumento diuisionis, de qua per Aymo. consi. 141. num. 3. & passim per alios, ita bonam fidem agnoscendo, licet non obligatus, soluendo fideicommissum nō repetit. l. fideicommissum. ff. de cond. indeb. & ibi glos.

Quoniam respondetur, & si super hoc posset fieri digressio ad amplum & prolixum consilium tam in ampliando dictum contrarium quàm in multiplicando & confirmando nostras responsiones, tamen breuiter quantum sufficiat ad destruendum penitus ipsum contrarium succinte dicam.

24 Primò, † quòd legatarius seu fideicommissarius veniens & admissus sub appellatione agnationis uel familiæ, cui relictum fuerit fideicommissum vel legatum, ex solo nomine agnationis & familiæ etiam collectiuo plurium personarum & graduum non censetur grauatus post mortem ad restituendum cæteris sequentibus de ipsa agnatione, & hoc clarè deprehendi potest ex d. l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. & l. fin. C. de uerborum signific. in quibus etiam se fundãt contrarium arguẽtes, nam in d. §. in fideicõmisso. cernens iurisconsul. super fideicommisso relicto familiæ, quòd persona cui debeat præstari non est tantum certa, vt familiam, & sic non personam tantum certam, exponit glo. in versi. domum. in l. cum vnus, de ali. leg. & tex. in l. liberorum. versi. toties ibi, at vbi non personis certis, & in l. pronun-

25 ciatio. §. 1 de verb. sign. s. 9 † familiæ appellatio variè accepta est, ideo declarando decidit inter familiam nominatos à testatore posse admitti ad fideicommissum, his deficientibus. s. antequam & non postquam sint admissi per ea, quæ tradit Soci. consi. 113. col. pe. vers. quintò hanc opinionem. lib. 1. & quòd talis sit verus intellectus iurisconsulti, demonstrat alternatiua seu disiunctiua, quam Iurisconsultus ipse mox subiungit. ibi, aut post eos omnes extinctos, & declarat eos qui sint de ipsa familia testatoris tempore mortis proximiores in gra-

26 du. s. admitti posse, cum enim hæc † alternatiua dictio, aut, respectu legis ordinem executionis facti respiciat, vt sciatur quomodo relictum exequatur inter contentos in familia, propriè habet naturam alternatiuæ: quia vna executio sufficit, ista est in alternatiua legis, doct. Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. col. 2. in 5. opp. vers. dic ergo. de rebus dub. quam vbique sequuntur, & ad eam se referunt moderniores in l. pen. C. de verbo. sign. & in c. inter cęteras. de rescript. & Euerar. in sua centu. in loco 49.

27 à natura alternatiuorum, notissima autem iura int alternatiuis sunt, sufficere vnam esse verificatã, circa aliam postmodum cessat dispositio. c. in alternatiuis. & ibi glo. Dyn. & Franc. de reg. iur. in 6. & l. si ita fuerit. la 3. in princi. ibi non enim amplius conditionis parere potest, cum semel expleta sit. ff. de manu. testa. & l. cum pupillus. §. 1. de condit. & demonstr. cum alijs concord. allega. per Euerar. in d. loco 49. vers. secundò istud argumentum. sic ergo semel admissis nominatis per testatorem, aut his non admissis sed deficientibus, & semel admisso proximiore in gradu de familia, alios sequentes postea in gradu vocatos esse d. l. cum ita. in d. §. in fideicom-

28 fideicommisso.non † dicit, neque nos dicere debe
mus.l.quod constitutum.ff.de mil. testa.l.si seruū.
§.non dixit.de acq.hæred.& l.de pretio. de publi-
ci. idem sentit Gabri. Eugub. in consi. 121. num.
13.dicens post nominatos admitti proximiores de
functi & extinctis proximioribus defuncti nihil
dici de admissione cæterorum, hoc enim verum
est. nisi specialiter defunctus ad vlteriores volun-
tatē suā extenderit, in fine dicit text.in d.§.in fidei
cōmisso. & hoc dictum duobus modis intelligi po
test. Vno, vt doct.volūt,secundum quòd refert ibi
Alber.præferendo posteriorem priori, & ulterior
gradus uel persona admittatur prout testator volue
rit. Altero, & is firmat intellectum datū ob dictā
alternatiuam,ꝙ semel admisso proximiore in gra-
du de familia, vt extīctis nominatis declaratur,ad
alios fideicommissum non progreditur, nisi specia
liter defunctus ad vlteriores voluntatem suam ex-
tenderit,quasi à contrario sensu arguendo,iuxta. l.
1.§.huius.de off.eius,ꝙ prior in gradu admittitur
& vlterior remanet exclusus,quando defunctus eū
admittendum non disposuerit, quando autem ad
mitti debent, id apparere debet ex speciali volun-
tate testatoris defuncti, quod ostendit etiā verbū
extenderit, quod importat priorem in gradu iam
esse admissum ex voluntate testatoris, aliàs non
posset fieri extensio eiusdem voluntatis ad ulterio
29 rem in gradu: quia † extensio fit eiusdem disposi-
tionis de uno casu ad alium cum omnibus suis par
tibus & qualitatibus,& uoluntas disponentis uni-
formis & eadem est in casu à quo & in casu ad
quem fit extensio,per glos. fin.in c.fin. ne cler. uel
* mon. quam ibi,testibus Butr. & Abb.communiter
docto.sequuntur,& per And.Gamar.in tractat. de
extensi.nu.84.igitur fateri oportet, priorem in gra
du admissum non teneri post mortem suam ad prę
standum fideicommissum ulteriori in gradu, nisi
specialiter testator hoc disposuerit, & si verbum fa
miliæ importaret hoc, quod donec aliquis sit de
familia ueniat de uno in alium,ut dicit Castr.in d.
§.in fideicommisso. frustra iuriscon. ibi subiunge-
ret,nisi specialiter defunctus ad ulteriores &c. qđ
non est dicendum pro uulg. eo maximèquòd hic
uersiculus finalis,nisi specialiter &c.refertur ad prę
cedentem proximum. responsum, quòd extinctis
nominatis ad fideicommissum uocatur proximior
30 in gradu,ex quo Castr.& sequaces sic arguunt,ut†
relatio fieri debet ad proxima vbi commodè fieri
potest.l.si idem.§.fi.& ibi glo.Bart.& alij tradunt.
ff.de iurisd.omn.iudi.Felyn.in c.causam quę.in 2.
fall. de rescript.cum simil.not.in l.1.de liber. præ-
ter.& in l.talis scriptura.de leg.1.in l.3. de liber.&
posthum.enimuero apparere potest de voluntate,
defuncti dum relinquit familiæ,quòd fideicōmis-
sum uelit de priori in gradu uenire ad ulteriorem,
quando specialiter exprimit tractum aliquem suc-
cessiuum in futurum, ut non exeat ex familia, ut
remaneat in familia, ita text. est in d.l. peto.§.fra-
tre.& quicit Raph.Cuman.in d.§. in fideicommis
so.col.fin.tenet & bis repetit,quòd ad relictum fa
ctum familiæ uocantur proximiores,quibus exclu
sis non admittuntur ulteriores,vel his mortuis alij
31 non vocantur; ratio est secundum eum, quia † se-
mel familiæ tātum relictum est,ideo sufficit quòd
semel fuerit uerificatum legatum,quæ ratio potest
probari super d.tex.per alternatiuam,aut,supra per
me ponderatā cum alleg.circa eam, & hanc Cum.
sententiam sequuntur Dec.Rui. Socin. Alcia. Ale-
xandri.Paris.in locis alleg.per Menoch. & ipse la-
tè in consi.85.num.54.& sequent.ad nu. 67. tenet
etiam Cephal.consil.88.nu.34.36.& latius insistit
& probat Anguso.Placenti.in consil.38. per to. in
mater. vlt.volunta.ubi allegat & Rip.idem tenere,
vt tenet in l.hæredes mei.§.fin.num.9.ad trebel.&
apostil.in addi.ad Alex.consi. 24.num.5.lib.4. al-
legando duo cons.Bertr.multaque ad propositum
huius opin.adducit Aymo consi.180.col. fin. & te
net.Crot.consi.65.num.6. ex quibus apparet non
esse verā opin.Pau.de Castr.& minus Couarr.in c.
Raynucius.§.2.ad fi.de testa.& in q.38.rectè dice-
re eam esse commu.opi.quinimò uerius dici potest
* d.opin.Cum.esse com.& veriorem, vt patet ex al-
lega.supra & ex intellectu per me excerpto ex d.§.
in fideicommisso.

Præterea,in specie nostra considerandum est, ꝙ
sumus in legato certarum rerum sub conditione,si
filia decesserit sine filijs, ad cippum domus facto
uerbis directis, ibi,ipso iure & immediatè uoluit
32 deferri,vt de verbis † ipso iure, facientibus relictū
directum tradunt Ripa.nu.182.Galia.sub nu.116.
uersi.limita secundò.in l.centurio.de vulga.& pu-
pil.& ibi Ias.nu.64.65.67.nam verba ipso facto,ip
so iure, trahunt secum executionem Bal.in l.cun-
ctos.col.13.num.95.de summ.trin.& sunt latę sen
tentiæ, Roma.cons.428.& interpretantur.i.totali-
ter.& nullo extrinsecus operante, Luc. de penn.in
rub.col.1.C.de iure fis.lib.10.& de verbo, imme-
diatè,cum alijs tradit Tiraq.in l.si unquam.in uer.
reuertatur.num.125.de reuoca.donat. adeo quòd
33 ex his verbis directis potuit capi † per legatarium
possessio bonorum legatorum propria auctorita-
te,ut in specie probat Alexand.in l.quoties, col.2.
ad fin.versi.nam cum testator.C.de hæred.insti.&
post Ias.Ioan.Annib.in repe.l.nemo potest.n.366.
& seq.de leg.1.tenet per illa uerba liberè reuerta-
tur ad legatarium, Ideo relictum verbis directis fa
ctum non potest primum circa expressa adaptari
ad fideicommissum l.uerbis ciuilibus.l.in substitu
tione. de uulg.& pupil.Dec.cons.228.col.1.minus
circa tacitum fideicommissum inter ipsos de fami
34 lia seu,de cippo domus,potest ad hoc adaptari,ut †
una determinatio ęqualiter intelligatur.l.iam hoc
iure.co. de uulg.& Dec.consi.253.col.fin.ad prin.
Sed proximiore de cippo domus nolente uel non
ualente aliquo modo capere relictum non inficior
ad ulteriores relictum deuolui uulgari quadā sub-
stitutione, cum non simus in descendentibus te-
statoris,& nullo apparente tractu temporis ad fi-
deicommissariam, Castr. consil.434. istud reli-
ctum. ad fin.lib.2.Dec.consi.205.colum.3.versic.

his præmissis.consilio ducentesimo quadragesimo octauo.columna tertia.versic.sed prædictis. & † ex nomine collectiuo induci tãtum vulgarem & non fideicommissariam, probat Ruinus consilio centesimo secundo.columna penultima.numero septimo,& sequent. libro secundo. plura super hoc alibi per me scripta possem adducere, quæ hic scribi vti non necessaria omittenda duxi, quoniam ex his omnibus firmissima remanet conclusio, do minum Giraldum proximiorem iam admissum ad dictum legatum nullo fideicommisso vlterioribus restituendo obstrictum esse, vt & per Crot. d.consilio sexagesimoquinto. numero sexto, septimo. & consequẽter alicuius fideicommissi restitutionem per eum factam intelligi nequaquam posse, quia † non entium partes nullæ sunt. l.si Stichum. in fine. ff.de fideiuss.l.verum.§.finali.pro soci.l.nam & si.§.post defectum.de iniust. & rupt.testamen.cum similibus, itaque locum non habet dict.l.post mortem. C. de fideicommiss. Præterea locum habere non potest vbi persona certa non est cui sit facienda restitutio, vt esset in casu isto, cum possint esse filij dicti domini Giraldi, quibus post eius mortem obuenit dictum legatum, Ruin. consilio centesimo vigesimo tertio.numero decimo ottauo.libro secundo,& consilio trigesimoquinto. numero decimo,libro tertio quorum præiudicio vel vnius solius remanentis sat est, dictam restitutionem nõ potuisse fieri, Bald.in d.l.post mortem. sub numero secundo, & Salycetus numero secundo, dicit esse communem resolutionem, hoc etiam importaret donationem, † quæ absque insinuatione vltra modicam summam per statutum loci non valeret, in specie tenet Aret.consilio secundo.columna tertia. sic & vbi donationem prohibet statutum, Ruin. consilio centesimo septimo.numero vigesimo primo.libro primo.hæc ex abundanti dicta sunt in casu isto in quo dominus Giraldus aliquo fideicommisso non est in hoc legato oneratus post mortem, per superius alleg.

Secundò principaliter respondetur, etiam ex abundanti, quòd dominus Giraldus non vt post mortem fideicommisso obligatus, sed credens dictos suos nepotes ex fratre secũ esse vocatos ad dictum legatum per testamentum domini Hani. & testamentum dominæ Ioannæ suæ filiæ, vt expressum est in præfatione instrumenti diuisionis, quæ in eodem instrumento gestorum per partes causam finalem demonstrat, & intentionem, conuentionemque & pacta contrahentium restringit, l.finali. & ibi doct. ff.de hæredi.instit. l.item quia. in fine.de pactis. Barto.in l.cum hi.in principi.numero quarto.& §.eam transactionem.numero primo. ff.de transactionibus, Deci.consilio sexcentesimo.numero primo & sequenti. Alexand.loquens in instrumento diuisionis consilio septuagesimoquinto, sub numero tertio.libro sexto. Cagno.in l. prima.in principio. numero trigesimosexto. de origi.iuris. cum similibus concordan. congestis à Tiraquel.tracta.caus.cess. in prima limita.numero sexagesimo quarto. diuidendo assignauit eis dimidiam partem bonorum legatorum, hoc ideo trahi non potest ad restitutionem fideicommissi, quia sunt actus nimium diuersi, vt patet ex diuersitate diuisionis & restitutionis, quòd in diuisione partim datur alij, quod vnus habet de suo in communi, & partim recipitur ab alio, quod ille de suo habet in communi per mutuas præstationes. l.prima. & ibi plenè per gloss.& doct. C.commu.vtr.iud. in restitutione autem solus dat, solus recipit ab alio dante, sic esse debet cui detur. l. quidam referunt. in principio. ad fin. ff.de iure codicil. & in restitutione fideicommissi tunc ita non debiti requiritur scientia dantis, quòd non sit debitum, vt propriè sonant verba text. in dict. l. fideicommissum. ff.de

38 condict.indeb.& ibi Salyc.cum igitur † actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis.in principio. ibi. post alios plenè not. Ias.si certum petatur. cessat omnis prætensa defensio pro restitutione fideicommissi, in nihilo etiam

39 operante clausula, † omni modo meliori, contra mentem & intentionem partium, Ripa in l.prima. §.si quis ita.numero trigesimo.de verborum obligation.Cepb.consilio vigesimotertio. numero centesimo vigesimo, & sequent. maximè ad id in quo requiritur scientia, vt in fideicommissi restitutione vel remissione, docto.in l.qui Romæ.§.duo fratres.eodem.& in l.de his.ff.de transactio. restringitur enim ad expressa & specificata quòd valeant, & ad omissa non ampliat valorem, Goza.consilio septuagesimo octauo.columna penultima. Bursat. Mantua. consilio quinquagesimoprimo. numero

40 trigesimoquarto. Fideicommissum † etiam debitum post mortem grauati dicitur esse sub conditione. l.hæres meus. in principio. de conditio. & demonstratio. Bald.& Salyce. in dict.l.post mortem. eius causa etiam dati pendente conditione maximè ignoranter & errore daretur repetitio, per text. in l.sub conditione. ff.de condiction.indebi. & ibi gloss. Barto. Castr. & Alexand. propriè loquuntur in legato soluto pendente conditione, quod repeti possit, quia non est certum obligationem in debitum iri, cum interim legatarius posset mori & legatum non deberetur nec transmitteretur, d.l.hæres meus.& l.si cum hæres, quando di.leg.ced. Ita intrepidè concludo super dicta repetitione dominum Giraldum ius fouere.

Laus Deo.

Ita Simon de Prætis minimus I.V.doct. Pisaur. de iure respondebat, saluo &c.

CONSI-

CONSILIVM CCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta per solum contractum emphyteusis absque traditione potest obtinere rem emphyteuticam contra possessorem, agendo & vindicando, non ex dominio vel quasi, sed ex contractu ipso & iure emphyteutico.*

2 *Clausula constituti inserta in instrumento inuestituræ & renouationis vim habet, vt per eam emphyteuta valeat acquirere naturalem possessionem à quocunque eam habente.*

3 *Dominium vtile solo contractu absque traditione non transfertur.*

4 *Emphyteutæ non datur vtilis in rem ex solo titulo sine traditione.*

5 *Agens ineptè succumbit.*

6 *Actor ex suo iure metitur ius, non ex eo quod possessor occupat.*

7 *Procurator per clausulam constituti non dicitur tradere possessionem.*

8 *Emphyteuta nouus non potest per procuratorem suscipi in possessionem, sed per ipsum dominum per se vel per literas suas.*

9 *Emphyteuta licet sine consensu domini non possit alienare rem emphyteuticam, tamen inscio domino potest alij concedere & donare vsumfructum, vsum, & reditum rei emphyteuticæ.*

10 *Donator non potest remouere donatariam à detentione fundi donati, ne eum colat, neve habeat reditus donatos.*

11 *Verba modi infinitiui designant omne tempus etiam futurum.*

12 *Dubitatio orta ex aliqua dispositione per obseruationes sequentes declaratur.*

13 *Donatio facta ad vitam donantis & ad vitam donatariæ non requirit insinuationem.*

14 *Possessor iustus est qui liberalitatem accepit.*

15 *Donatio contrahitur consensu donantis & donatarij validè per epistolam, cum acquisitione rei donatæ, maximè existentis penès donatarium.*

16 *Litera alicuius à scribēte recognita probat contra eū. & num. 24.*

17 *Pluralitas renouationum & actuum non præsumitur, nec pluralitas rerum. nu. 18.*

19 *Correctio incontinenti non præsumitur, maximè in scriptura continuata.*

20 *Dispositionis vna pars intelligitur secundum aliam.*

21 *Conditio adhærens donationi non tollit quin vera & propria sit donatio.*

22 *Scriptura ex quibus reddatur suspecta vel non.*

23 *Capitula vbi sunt separata, falsitas in vno non vitiat reliqua.*

25 *Factum quid vt verum non appareat quò ad literas, quando locum habeat.*

26 *Refutare posse verbo vel facto paria videntur.*

27 *Dolo cessante cessat pœna falsi.*

Argumenta patent ex initio consilij.

ADIVTOR DEVS.



Isis scripturis causæ à Laurentio motæ contra Dominam Hieronymā, & pro eā opportunè allegatis à Domino Aduocato, existimo equidem eam fouere ius, & à petitis fore absoluendam, reuocando sententiam euidenter iniustè contra eam latam. Quæ autem me ad ita respondendum impellant, quatuor hæc sunt.

Primum, Laurentius solam habēs inuestituram de vinea emphyteutica, nunquam sibi possessione tradita, pro aliquo suo vtili dominio agendo, eam obtinere non potest contra alium possessorem.

Secundum, minus obtinere potest contra dominam Hieronymam, cui donauit introitus & reditus dictæ vineæ.

Tertium, quòd hæc sua donatio validè contrahi & probari dicitur per epistolam seu literas Laurentij scriptas dominæ Hieronymæ & per eum recognitas.

Quartum, quòd aliquæ lineæ dictarum literarum deletæ, vt non possint legi in partibus longe supra particulam continentem donationem redituum vineæ non vitiant, nō impendiunt quin adhibeatur fides contra Laurentium scribentem isti particulæ integræ non deletæ & substantiali de negocio principali donationis prædictæ.



Rimum nanque iure verum probatur, quòd & si Specul. in titu. de loca. & em
phyt. §. fi. in quæst. 167. videatur senti-
1 re † emphyteutam per solum contra-
ctum emphyteusis absque traditione posse obti-
nere rem emphyteuticam contra possessorē, agen-
do & vindicando, non ex dominio vel quasi,
sed ex contractu ipso, & iure emphyteutico per l. 1.
si ager vectigal. vel emphyteu. pet. Eo accedente in
casu isto, quòd dici possit traditionem ciuilis pos-
sessionis fuisse secutam per clausulam constituti in
sertam in instrumento inuestituræ & renouationis
factæ dicto Laurentio, & talem vim habentem vt
2 per eam † emphyteuta valeat acquirere naturalem
possessionem à quocunque eam habente. vt post
Bar. & Cuma. declarat Alexā. in l. interdum. §. fi. in
fin. ff. de acquir. possess. & vt bene notandum in his
terminis sequitur Bero. consi. 102. sub nu. 52. lib. 1.

Veruntamen contrarium verius est & tenēdum
in specie proposita, quia Laurentius nunquam pos
sedit dictam vineam, eique sibi nunquam tradita
fuit possessio, ideo sibi actio in rem non competit
pro aliquo vtili dominio, quod solo contractu
3 † absque traditione in eum non fuit translatum,
per l. traditionibus. C. de pact. & ibi Dec. loquens
in inuestitura num. 3. versi. sextò habet, post Ias. ibi
colum. 1. in secunda ampliatio. licet deficiat dictio
non, quæ debet esse ibi, scilicet non transfertur, &
est plenissima glo. in versic. mandatum. in ca. 2. de
his quæ fiunt a maiori part. capit. & per glo. in ver-
sic. suas. in l. 1. §. 1. de superfici. volentem superficia
rio nō dari actionem in rem nisi facta traditione,

idem esse debet in emphyteuta, per æquiparatio-
nem factam in text.l.cum sponsus.§.in vectigalib.
de publici.& per Bal.in addit.circa finem.ad Spe-
cul.in d.§.fin.tenentem non dari vtilem in rem ex
4 solo titulo emphyteutæ sine traditione, quia † est
cessionarius rei,non actionis.per l.si culpa.ff.de rei
vindi.ita in terminis per text.in d.§.in vectigalib.
& per regulas iuris d.l.traditionibus. contra Spec.
in dicto versi.167.probando tenet Aret. in d.l.in-
terdum.§.fin.in fin.& latius probando firmat Cor
neus in consilio 173.in præsenti stipulatione. col.
5.versic.tamen semper.lib.2. dicens quòd ita sem-
per sibi visum fuit & legendo d.l.traditionibus. di
cendo etiam de hoc se habere dictam regulam iu-
ris & glo.Bart. & Bal.ita sentientes vt ibi per eum,
& in consi.237.in hac consultatione.colum.2.ver-
sic.sed secundò, & versic.sequen.lib.1.vbi dicit se
ita temisse consulendo & legendo, & requisitum
noluisse subscribere consilijs contrarijs, quia non
videbantur iuri consona, & propriè idem Lauren-
tius in sua petitione in processu domini Hierony-
mi fol.23.concludit, declarari dictam vineam ad
eum pertinere iure vtilis dominij, & quidem per-
peram & malè, quia sine traditione nunquam ha-
5 buit tale dominium vtile dictæ vineæ, ergo † suc-
cumbere debet.l.qui accusare. de eden.l.traditio-
nem.de public.& per alleg.supra,& per Bal.in spe-
cie qui hoc probat quando inuestitus agit nomine
suo vtilibus actionibus, secus si ageret procurato-
rio nomine Ecclesiæ vel domini,vt cons.9.factum
tale est,anno. lib.1.in col.fi.ita hoc vltimo casu in
6 telligit ca.ex parte. de feu.nam actor † ex suo iure
metitur ius,nõ ex eo quod possessor occupat.l.1.§.
1.ff.si pars hæred.pet.per Felin.in cap.olim. col.5.
versi.vltimò.de rescript.& Aym.consi.77.num.4.
Nihil eidem actori opitulatur clausula constituti
apposita in Instrumento renouationis ad ciuilem
possessionem, quia Bart.Cuma.Alexan.& Bero.in
locis supra allegatis loquuntur in constituto Do-
mini,vel eius qui loco domini habetur, penès quẽ
potest esse possessio ciuilis, non autem in procura-
tore non ostenso habere speciale mandatũ ad trãs-
7 ferendum talem possessionem, qui ideo † per clau-
sulam constituti non dicitur tradere possessionem:
secundùm magis communem opin. collectam ex
docto. alleg. & sic attestatam per Tiraquel. in suo
tracta.de constitutio.in 3.part.limit.13.num.1. &
nume.6.id præcipuum videtur tenendum in nouo
8 emphyteuta † qui non potest per procuratorem su
scipi in possessionem, sed per ipsum dominum per
se vel per literas suas,tex.in l.fin.vers.necessitatem
autem.C.de iure emphyt. De mandato autem di-
cti procuratoris renouantis non probatur per ver-
ba renouationis illud enunciatiua, Alexã.consi.6.
lib. 4.Dec.consi.522.num.3.4.& in auct.si quis in
aliquo.num.32.C.de eden.igitur hoc primum mo
tiuum viget.

Secundum quoque iure verissimum ostenditur,
q licet emphyteuta sine consensu domini non pos
9 sit alienare † rem emphyteuticam. l.fin. C.de iure
emphyt.c.potuit.de loc. Nihilominus inscio domi
no potest alij concedere & donare vsumfructum,
vsum,& reditum rei emphyteuticæ. l.a boribus.§.
vsufructuarius.ff.de vsufru.not. Bal.expressè in l.1.
§.1.qui.mo.vsufr.amit. Bart.in l.3.§.ex contrario.
col.fi.nu.12.ff.de acq.poss.& ibi Alex.num.31.se-
quendo Bal.in d.l.1.§.1.quòd non requiratur cõ-
sensus domini, dicit esse nota. & se habuisse in fa-
cto,vt idem firmat consi.120.in fi.lib.1. idem fir-
mant concor.allegando Paris.consi.98.nu.11.libr.
2.Rol.à Val.consi.59.num.13.lib.2.& Nat.consi.
516.num.10.& sequen.& consi.563.num.15.nam
Ipse Laurentius donando eidem dominæ Hierony
mæ reditum vineæ emphyteuticæ trãstulit in eam
ius habendi,ad instar fructuarij, vt faciat eandem
vineam coli,& inde habeat fructus. vt glo.decidit
in versi.fundos.in l.si quis argentum. §.fin verò re
ditum.C.de donat.& ibi per Cy.nu.1.in fi.tenen-
tem q donatarius proinde habeat ius reale. Vnde
10 modo donator † iste non potest remouere donata
riam à detentione vineæ ne eam coli faciat, neve
habeat reditus donatos,per regul.l.sicut. C.de a-
ctio.& oblig neque etiam rescripto Principis hoc
facere posset.l.si donationem.C.de reuo.donat.&
est tex.in d.l.si quis argentum.§.si autem.ibi,cum
enim in arbitrio cuiuscunque sit &c.& ibi Bal.di-
cit, voluntarium & arbitrarium est donare, sed post
donationem est necessarium & non potest recedi,
intelligitur autem dicta donatio de reditu singulis
annis colligẽdo per indefinitam locutionem talis
donationis,cum donator potuerit præuidere futu-
ra.per doct.Bart.in l.si ita esset.col.2.sub versic.si
verò esset oratio indefinita. de aur.& argen.leg.&
Bal.in auct.excipitur. in fi.C.de bo.quæ lib.ponit
Alex.in apostil.ad Bar.in l.si seruims. de serui.vrb.
præd.& Bello.consi.5.nu.7.quod & clarius osten-
dunt verba in conceptione dictæ donationis ex-
11 pressa modi infinitiui,† (vi debbia dare &c.& non
voglio potere ridimandarla)quæ designant omne
tempus etiam futurum.per glo.in versic.daturum.
in l.stipulationum.§.stipulatio.de verbor.oblig.&
ibi Bar.nu.1.& alij communiter sequuntur.Quod
etiam demonstratur obseruantia annorum viginti
quibus dictus donator passus est donatariam post
donationem tenere dictam vineam & ex ea fru-
ctus habere, vt ex processu apparet, prout dubita-
12 tio aliqua † orta ex aliqua dispositione per obserua
tiones sequentes declaratur, per plura iura probat
Socin.consi.25.col.7.vers.decimò probatur.lib.1.
Dec.cons.474.sub nu.9.Aymo consi.101.nu.3.4.
& maximè declaratur quòd non fuerit conditio-
nalis donatio, quando fecit instrumentum, vt ibi
per eum, loquentem in legato quod etiam dicitur
donatio.l.legatum.de leg.2.idem consi.151.col.fi.
nu.30. vbi ex longissima retentione bonorum do-
natorum per donatariũ censetur ipso facto semper
approbata transactio præcedens, & sic donatio ip
sa, & clarius Pau.de Cast.cons.347.quia circa do-
nationem.colum.fin.lib.1. tenet ex obseruantia &
executione donationis probari consensum donan-
tis

tis & donatarij,& hanc non dici præſcriptionem,
ſed declarationem contractus,quem cum alijs con
cord.allegat & ſequitur Aymo conſi.211.ad fin.&
ſortius in conſi.277.col.pen.tenet ex obſeruantia
donationis ſubſecuta in poſſidendis bonis donatis
per donatatium ſuppleri probationem donationis
ubi aliàs ad integrum & plenè probata non eſſet,
& pariter non requiri obſeruantiam longi tempo-
ris,idē in conſ.273.col.pen.verſ.poſtremò. & con
ſil.ſeq.num.7.& cōſ.294.col.19.verſ. vigeſimopri
mo.& Pariſ.conſi.88.nu.47.lib.3.in ſpecie etiam
tenet donationem per plures annos obſeruatam,
& quæ habuit effectum,de facili non debere retra
ctari,ubi etiam plura adducit pro interpretatione
13 & præſumptione validitatis donationis.Quæ † qui
dem in caſu noſtro cum intelligatur facta ad uitā
emphyteutæ donantis,vt per doct.alleg. à Paris.d.
conſ.98.nu.11.lib.2.à Val.& Nat.in conſ.ſupra al-
leg.per l.lex vectigali.ff.de pign.etiam & ad vitam
donatatiæ,vt deducit in ſuis poſitionibus, non re-
quirit inſinuationem,per tex.in l.ſancimus.§. ſi qs
autem.C.de donat.Iuſta enim admodum reputa-
ri debet hæc donatio facta filiæ de reditibus vi-
neæ q̄ prius erat emphyteutica patri.arg.l.ſi ita em
ptionem.de minor.& ali.alleg.per Tiraq.de retra.
ti.1.in præfati.nu.34.cum pluri.ſequent.& ex af-
fectione d.Laurentij patrui donatariæ.per gloſ.in
l.vtrum.ff.de dona.inter vir.& vxo.Ergo donata-
ria iſta omnino repellere & vincere debet donato
14 rem contra eam agentem,quia † iuſtus eſt poſſeſſor
qui liberalitatem accepit,dicit tex. in l.cum qui.§.
1.de publici. ita hoc ſecundum veriſſimum eſt &
magis urget.

15 Tertium item verum eſt, quòd donatio † con-
trahitur conſenſu donantis & donatarij valide per
epiſtolam cum acquiſitione rei donatæ, maximè
exiſtentis penes donatariam,ut in ſpecie noſtra cō
ſtat ex proceſſu,ita ſunt text.aperti in l.ſi aliquid.
& in l.ſi donatio.gl.& doct.in l. nec ambigi.C. de
donati.Imo.in l.abſenti.in primo not.ff. eod. poſt
Cuma.ibi.idem firmat concord. allegando Paris.
conſ.127.col.4.ad fi.nu.34.lib.1.& cōſ.89.nu. 36.
* lib.3.& pro commun.opin.ponit.Clar.in §.dona-
tio.in q.12. in prin.ita eſt epiſtola Laurentij de eo
dem menſe,quo fuit ſibi facta inueſtitura ſeu reno
uatio uineæ,& poſt per dies ſeptem ſcripta D.Hie-
16 ronymæ.Quæ † per eum recognita,vt in proceſſu
fol.73.procul dubio contra eum probat.l. publia.
§.fin.ff.depoſ. & concord.adducendo tenet Alex.
cōſ.191.col.1.lib.2.Grat.conſ.9.nu.19.lib.1.Boer.
deciſ.282.nu.6.& continet ipſam donationem re-
dituum dictæ uineæ ibi in dicta epiſtola in proceſ
ſu fol.77.(circa la uigna che io me ſon rinouato)&
præſumitur de uinea renouata, quam modo petit
17 contra D.Hieronymam,quia † pluralitas renoua-
tionum & actuum non præſumitur, Soc.conſ.171.
col.4.ver.accedit etiam lib.2.Fel.in c.cū Ioannes.
col.3.& ſeq.de fide inſtr.& Iaſ. in l.2. col.4. C. de
18 bon.poſſ.ſecundum tab. nec † pluralitas rerū Ale.
conſi.63.ſub.2.lib.1.Afflic.in deciſ.23.nu.2.& de
donatione.ibi (& come io vengo darò la vigna à
chi hauerà l'altre.& gli commetterò per contratto
che vi debbia dar'à uoi l'intrata,perche ue la dono
che non voglio potere ridimandarla) & illa ſub-
ſequens particula(& donarolla in quel modo pare
rà a me quando farò l'inſtrumento) non corrigit
præcedentem particulam de donatione reditus,
uel intratæ purè facta,ne præſumatur correctio in
19 continenti facta,neue inducatur correctio, † maxi
mè in ſcriptura continuata.l.non ad ea,& ibi Imo.
de condi.& demonſtr.ſic ad contractus etiam alle
gatur per Rom.in l.ſi quis aliter. in fin. de verbor.
obliga.Alexand.conſi.49.ad fi.lib.1.& Dec. conſ.
12.col.pen.verſ.idem correctio.& conſ.500.nu.8.
ſed intelligitur quando ipſe donans faciet inſtru-
mentum alij de uinea,ut ſupra dixit in literis eiſ-
dem(& come vēgo darò la vigna à chi hauerà l'al-
tre,& li cometterò per contratto vi debbia dar'a
20 voi l'intrata &c.)vt vna † pars diſpoſitionis intelli
gatur ſecūdum aliam.l.qui filiabus.de leg.1.ne ſint
contrariæ ad inuicem.Alex.conſi.56.num.4.lib.2.
conſi.121.nu.3.lib.5.Dec.d.conſ.500.num.6.7.&
nunquam fuit factum tale inſtrumentum, ergo re-
manet firma donatio probata per dictas literas.l.
ſancimus.C.de teſta.cum ſim.& pura remanet per
not.tex.in l.pen.C.de inſtitu.& ſubſtitu. & quate-
21 nus † cōditio aliqua adhæreat donationi, per eam
tamē nō tollitur,quin vera & propria ſit donatio,
* pro communi ſententia ponit Clar. in d. §. dona-
tio.in q.2.& obſeruantia dictæ donationis,per an.
20.D.Hieronymā colligendo fructus vineæ,tollit
eandem donationem fuiſſe conditionalem, Aymo
d.conſ.101.nu.3.4.ita donatio hæc validè per lras
Laurentij contracta & probata remanet.

Quartum & vltimum ſupereſt explicandum, &
poteſt iure etiam verum demonſtrari hoc modo,q̄
dictæ literæ continent allocutionem plurium rerū
& plures particulas, quæ poſſunt ſeparari vna ab
alia,& alia ab altera,& pōt D.Hironyma accepta-
re illud quod facit pro ſe,& quod facit contra ſe re
futare,vt expreſsè dicit Bar.in d.l.publia.§.fi.n.4.
vnde particula continens dictam donationem nō
deleta,ac etiam cum pluribus alijs non deletis,be-
ne valet & probat ipſam donationem.l.2.ff. de his
22 quæ pro non ſcrip.hab.& ſufficit † quòd non ſit ſu-
ſpitio in loco ex quo agitur fides ſcripturæ & ſepa-
rato,poſt Bar.tradit Bal.in l.ſi vnus.ſub verſ.oppo-
no quòd vicium. C.de teſta.ſequitur ibi Caſtr.ſub
num.4.Alex.num.6.Bar.in l.1.§.ſi to ſæ.ff. de bon.
poſ.ſec.tab.& in l.ſi ex falſis.in fi.C.de tranſact. ibi
& Bal.col.pen.nu.14.in eo quod dicit contra, pro
cedit in ſcriptura notarij,cuius fides fundatur in iu
23 ramento,licet & in hoc † vbi capitula ſunt ſepara-
ta falſitas in vno non viciaret reliqua capitula,cor
roborando authoritatibus plurium & pro magis
* com.& veriori firmat Boer.in deciſ.253.num.6.&
Dec.conſi.317. num.fi.& Menoch.in tract.de adi
piſcen.poſ.remed.4.n.716.& in ſpecie noſtra ſu-
24 mus in ſcriptura epiſtolæ priuatæ,† quæ recognita
per ſcribentē probat contra eum in parte ſeparata

acceptata per eum cui eſt miſſa, Bart. In d.l.publia.
§.fi.Bald.conſi.466.ad intelligentiam.in prin.lib.
5.Alexan.conſi.42.col.pen.verſic. quantum verò.
lib.3. quando pars acceptata poteſt commodè ſe-
parati ab alijs, vt ex ſe patet eſſe pars literarum de
quibus agitur continens dictam donationem. per
doct. Bar.in l. Aurelius. §.idem quæſijt. de liber.le
ga.& Gui.Pap.in q.503.pone ego,ſortius loquens
in pluribus capitulis inſtrumenti notarij. Id enim
modo ſeruit noſtræ intentioni,quòd particula lite
rarum dicta probet.

Veruntamen etiam in particulis præcedentibus
dictarum literarum deletis bene defendi poteſt à
25 falſo. Quoniam † quid factum vt verum non appa
reat quò ad literas,id habet locum in literis publi-
cis, vt ſonant verba text.in l.Paulus.ff.de falſ.& in
chirographo alieno.l.quid ſit falſum. ff.eo.iſtæ li-
teræ ſunt priuatæ,& eius ad quē miſſæ ſunt, & pro
ſuo iure probato vt ſupra,cui ergo non conueniunt
verba legis &c.per vulg.quatenus. l.damus. C.eo.
dicat epiſtolas,poteſt intelligi de publicis,per rub.
& l.2.C.com.epiſto. vt concordetur cum d.l.Pau-
lus.vt leges legibus concordare promptum eſt.l.1.
de inoffi.dot. ſecundò poteſt eſſe quòd in partibus
deletis continebant aliquid,quod ei cui miſſæ ſunt
non placebat acceptare,& poteſt refutare, vt dictū
26 eſt, ideo paria † videntur id poſſe refutare verbo
vel facto, ſcilicet delendo, concord.allegat Iaſ. in
l.reprehendenda.verſic. quartò habes. C.de inſti-
tut.& ſubſtit.Pariſ.conſi.34.nu.54.lib.2.l.ſi tamē.
§.ei qui.& ibi Cœpol. de ædil.edic.glo.in ca.dile-
cti.de appel.& præſumitur factæ illæ cancellatio-
nes tempore literarum factarum,per id quod tenet
Imol. in l.proxime. in fi. ff.de his quæ in teſta.de-
len.vnde nunc poſt viginti annos de falſo non poſ
ſet inquiri.l.quædam. C.de falſ. Tertiò poteſt eſſe
quòd in partibus deletis dictæ literæ continebant
aliquid vertens in iniuriam vel cōtumeliam alicu
ius, vt innuunt verba non deleta præcedentia & ſe
quentia,quæ demonſtrant media,Bar.in d.§.ſi ro-
ſæ.per c.cum olim.de cenſi.& Fel.in c.ex literis.co
lum.pen.ſub verſic.in glo.2.de fide inſtrum. ideo
tale quid iniuriosum licet corrūpere & delere per
l.1.C.de famo.libel. Quartò pariter ex præceden-
tibus & ſequentibus conſtare poteſt verba deleta
non continere aliquod commodum pecuniarium
ſcribentis, vel vtilitatem aliquam reſultare Domi
næ Hieronymæ non apparendo quid continerent
dicta verba, vtroque reſpectu, & ceſſante damno
ſcribentis,& commodo eius cui ſcribitur,ceſſat do
27 lus † & conſequenter omnis pœna falſi vel cœlātis
veritatem, Bal.conſi.14.lib.1.Socin.conſi.103.li-
bro 1.Natt.conſi.588.num.15. & in fi.Ancha.Re-
gien.in q.44.nume.4.parte 1.Pariſ.conſil.151.nu-
me.23.lib.4.Ruin.conſi.15.num.8.lib.5.& in ſpe-
cie Alexandri.conſi.15.& alibi per doct. L. D.

Simon de Prætis Iuriſcon.Piſauren.

CONSILIVM CCV.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis factum Eccleſiæ dicitur vniuerſale & propterea ad æs alienum tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres.*
2 *Actiones actiuè & paſſiuè ad hæredes tranſeunt.*
3 *Creditor non legatarium ſed hæredem debitoris, ſi eſt ſoluendo, conuenire debet.*
4 *Legatum dicitur donatio quædam.*
5 *Donationem qui conſequitur eſt ſolutus ab omnibus oneribus hæreditarijs donantis.*
6 *Legatarius non tenetur creditoribus hæreditarijs.*
7 *Eccleſia ſuum legatum, quod dicitur ad pias cauſas, ante omnia vt æs alienum detrahere debet.*
8 *Par in parem nullum habet imperium.*
9 *Legatum de re aliena ab hærede iuſto precio redimenda & præſtanda legatario valet, & tenet dictum legatum ad pias cauſas, ſed declara vt num.23.*
10 *Dos eſt ius quoddam vniuerſale.*
11 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
12 *Dos proprium mulieris patrimonium dicitur.*
13 *Peculium filijfam. conuertitur in patrimonium effecto patrefamil.*
14 *Legatum de dote & ſic de patrimonio dicitur vniuerſale legatum.*
15 *Legatum vniuerſale cum onere ſuo ſemper tranſit ad legatarium.*
16 *Legatarius hæreditatis, quæ ab alio deuenit ad teſtatorem, tenetur ad onera hæreditatis legata, quæ extabat tempore mortis teſtatoris legantis.*
17 *Inſtrumentum dicitur probàtio probata.*
18 *Verba teſtatoris intelligenda ſunt ſecundùm communem vſum loquendi.*
19 *Legis caſum vbi habemus, ſumus in claris.*
20 *Hæreditas vel quid vniuerſale ſi perueniat ad loca pia ſicut credita exigere, ita debita ſoluere debent.*
21 *Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, & ſibi vel alteri iniuſtitiā adminiſtrari non permittit.*
22 *Legatum ad pias cauſas diminuitur, ſicut cætera legata, quando hæreditatis vires non ſuppetūt ad æs alienum ſoluendum.*
24 *Hæres iuſtam cauſam ignorantiæ habet factorum per defunctum.*
25 *Ignorantia in facto alieno præſumitur, & eſt error tolerabilis.*

ADIVTOR DEVS.

1 Eſt vulgaris, & antiqua regula, q † hæredis hæres dicitur teſtatoris hæres.l.fin. verſi. ſed ſiquidem. C.de hæred.inſtit. & l.hæredis.ff.de verb.ſign.& quæ defunctus

functus euitare non potuit, neque potest etiam hæres recusare.l.postulante. vers.cæterum.ff.ad Tre-
2 bel. Actiones † enim actiuè & passiuè ad hæredes
3 transeunt. toto tit.C.de hæred.act.Item † creditor non legatarium sed hæredem debitoris si est soluendo conuenire debet.l.fi.eo.tit. & l.fi.§.etsi præfatam. C. de iure delibe. Ex his prima fronte videtur ergo dicendum, Octauianum mediante donna Simona ex testamento hæredem donnæ Magdalenæ ipsius do. Simonæ matris teneri & obligatum esse ad soluendum cuidam Francisco quandam pecuniarum quantitatem ad ipsum Franciscum spectantem, exactam (vt asseritur) per dictam Magdalenam vt tutricem dicti Francisci, iuxta.l.tutelæ. & l.si defunctus.ibi, contra eius successores &c.C.arbit.tut.& C.de hære.tut.per totum. Quod quidem est mirum, vt mulier susceperit tutelam, vel curam extranei, id est non filij, vt est dictus Franciscus, cõtra auct. matri & auiæ. C.quando mul.of.tut.fun. Ex quo esset videndum de viribus dicti crediti, sed irrequisitus ommittam. & sequar propositũ casum. Et sic videtur Ecclesiã sanctæ Mariæ de monte Calibano, cui dos dictæ Magdalenæ per dictam Simonam eius filiam & hæredem ex testamento legata in codicillo fuit, minimè teneri pro dicto debito Magdalenæ. Quia dicta Ecclesia cum legatũ
4 habeat, & legatum † dicatur donatiò quædam. l.legatum.ff.de lega.secundò.& §.1.institut.de leg. &
5 qui consequitur donationem † est solutus ab omnibus oneribus hæreditarijs donantis. vt l. æris alieni. C.de donatio.& l.de rebus.de donatio.ante
6 nuptias. & quòd legatarius † non teneatur creditoribus hæreditarijs, probatur per dictã l.final.de hæred.actio.& l.1.C.si certum pet.& l.quoties.C. de hæred.instit.
7 Secundò, Ecclesia suum legatum † quod dicitur ad pias causas, iuxta not.in l.si quis Titio.ff.de leg. 2. cum Ecclesia, & pia causa æquiparatæ reperiantur per c.requisisti. §.secus autem. de testam. ponit & comprobat Tiraq.de priuil.pi.ca.140.priuil.debet ante omnia detrahere vt æs alienum, Bartol.in auct.similiter.in 1.q. C.ad leg.Falc.Gram.consi. ciui.57.in fin.per l.si seruus.§.æris alieni.ff.eo. Est ergo absurdnm æs alienum ab alio ære alieno mo
8 lestari, cum † par in parẽ nullum habeat imperiũ. l.nam magistratus. cum simil.ff.de arb.

Tertiò facit, legatum de re obligata ad pias causas eò magis valere debet, & ab hærede res legata luenda est, per l.si res obligata.ff.de legat.1. Cum
9 † de re aliena ab hærede iusto precio redimẽda, & præstanda legatario, vt per glo.in versi.peti potest in l.cum alienam.C.de lega.valeat, & teneat dictũ legatum ad pias causas, vt per Alex. & omnes Docto.ibi per eum alleg.in d.l.cum alienam.circa medi.sic procedit illud vulgare, si de quo magis &c. auct.multo magis.C.de sac.san.eccl.

His tamen vel similibus, quæ in contrarium adduci possent, minimè obstãtibus, puto de iure contrarium tenendum, & verius esse, & demonstratur
10 sic. Dos † est quoddam ius vniuersale, vt per Bart. in rub.sol.mat.In tertia col.versic. tertiò quæro, & ibi per Alex.in 7.colum. versi.subdit Barto.& per Ias.ibi in pen.col.& Socin.num.45.tenentes opin. Bart. quam communem & veram esse dicit & tenet Socin. in consi. 126.in penultima columna sub versicul. sed adhuc restat. libro 1. & Ripa in dicta rubrica numero 43. & 45. & Alexander consilio 80.colum.penultima nume.5.lib.5. vbi de dote ad hæreditatem arguit. Quæ verò dos licet videatur amittere nomen dotis, restituta mulieri, & soluto
11 matrimonio, sine quo † esse non potest.l.3. ff.de iure dot.& l.fi.in princ. C.de dona.ante nupt.non a-
12 mittit tamen nomen iuris vniuersalis. Quia † proprium mulieris patrimonium dicitur.l.3. §. sed vtrum.in fin.ff.de minor. & l.vnica.§.& hoc ex rei. De rei vxor.actio. & potest dici quòd ex dote stante matrimonio confundatur, vel conuertatur in patrimonium soluto matrimonio, & restituta vt
13 supra. Quemadmodum † de peculio stante filiofamil. conuertitur in patrimonium patrefam.effecto, vt per text.in l.finali.circa finem. C.de inofficioso testamen. & non amittit nomen dotis, quod retinet etiam soluto matrimonio in vidua, secundùm communem vsum loquendi, secundùm Bald. in l.1.in fi. C.vnde vir & vxor.quem ibi sequuntur Sal.Castr.Rom.& Ias.in col.pen.defendit, & dicit hanc opi.communem & veram & tenendã, & vnũ dicit quod conuenit quæstioni nostræ, quãdo dos esset alij restituenda etiam ꝗ fuisset exacta, retinet nomen dotis, sic intelligendo de nomine vniuersali, sicut & retinet hæreditas apprehensa quãdo alij esset restituenda, vt ibi per eum, idem de com.Par pa.In d.rub.col.3.nu.11.& Soc.Iun.nu.55.cum seq. latè prosequimr & com.hanc opin.defendit. Vnde
14 † legatum de dote, & sic patrimonio, & iure vniuersali donnæ Magdalenæ d. Ecclesiæ per d. Simonã factum in codicillo, est vniuersale legatũ, vt in terminis in dote exemplificant, & adducunt Alex.in d.l.res obligata.circa fi.& Ias.in 5.col.versi.Item limita, per doctr.Bal.in l.prædia.nu.1.C.de fideicõ. ex l.licet.ff.de dote prælég.nam dotis legatum esse vniuersale, non verò certam quantitatem, vel rem legatam pro dote, declarat Bar.in l.cum pater.§.pater filiæ.nu.2.de lega.2. sequitur Corn.consi.102.
15 col.3.vers.& volentc.lib.2.sic legatum † vniuersale cum onere suo semper transit ad legatarium. vt per d.Docto.in locis præalleg.vbi habetur decisio præsentis quæstionis, ꝗ præfata Ecclesia legataria vniuersalis de prædicta dote pro dicta tutela obligata iuxta l.pro officio. C. de administratione tutor. idem est in eo qui fuit protutor, per glos.ibi, & per text. in muliere protutrice loquentem in l. 1.C.de eo qui protutor. teneatur satisfacere dicto creditori, & sic eius onera sustinere.

Pro qua decisione inducendo vt infra, allego textum in l.cum filius.§.Lucio.ff. de legatis secundò, cum concordantijs ibi per Alber. vbi lega-
16 tarius † hæreditatis, quæ ab alio deuenit ad testatorem, vt in casu nostro, tenetur ad onera hæreditatis legatæ, quæ extabant tempore mortis

testatoris legantis,vt congruè, & concord.allegan
do declarat & istam sententiam probat Dec. con-
sil. 69.in secundo dub. vsque ad fi.facit quod scri-
bit Gualden.de arte testan. titul.6.cau.42. num.4.
Nam legando d. Simona dotem suæ matris, om-
nem hæreditatem matris ad eam peruentam lega
uit. Quia(vt mihi relarum fuit)si dictus Octauia-
nus hæres præstauerit dictum legatum,nihil de bo
nis olim dictæ Magdalenæ penès eum remanebit,
sed quæ habet sunt bona paterna dictæ Simonę,vt
de vna possessione,quam præfatus hæres dicit so-
lam reperijsse in hæreditate empta per patrem di-
ctæ Simonæ, apparet publicum instrumentum em
17 ptionis † quod dicitur ꝓbatio probata, vt per Bal.
in l.quoties.C.de fide instru. & refert Dec.in con-
sil.36.col.1.circa medium cum sim.Propterea pro
confirmatione dictæ conclusionis arguendo à cō-
18 muni vsu loquendi † secundùm quem intelligen-
da sunt verba testatoris. vt l.librorum. §. quòd ta-
men Cassius.ff.de lega.3. l.Labeo. de suppel.leg.l.
cum de lanionis.§.asinam.de fun.instr.& ibi gl. &
doct. & Alex.consi.248.col.2.num.4.lib.6.consil.
131.nu.4.lib.7.Ias.consi.51.col.2.in fi.lib.3.Soc.
consi.6.col.2.lib.1.& in l. 2.num.9.de reb.dub. &
alibi sæpe. Plerique, præsertim vulgares & idiotæ
hæreditatem maternā, appellant dotem matris,si-
ue igitur istud legatum (prout sonat) intelligatur
de dote vt iure vniuersali, vt supra probatum est,
tunc procedunt dicta per Bal. in d.l.prædia. & A-
lex.& Ias.in d.l.si res obligata, siue intelligatur de
hæreditate secundùm communem vsum loquēdi,
quod esse ipsam veritatem arbitror, tunc procedit
dispositio. d.l.cum filius. §.Lucio. & ita sumus in
19 claris,& habemus casum legis,† aliter ideo non pu
to fore insistendum. per l.continuus. §.cum ita.de
verbo.oblig.& l.ancillæ.C.de furt.

Non obstant supra in contrarium adducta,quia
locum habent in legato particulari, vt per doct.in
d.l.si res obligata. Hic verò sumus in legato vni-
uersali,vel in hæreditate tertij legata (vt ostensum
fuit.)In quo casu apparet manifestè,quòd si ad lo-
20 ca pia hæreditas † vel quid vniuersale perueniat,
possunt Episcopus,& Oeconomus debita exigere,
& necesse habēt respōdere creditoribus, sicut qui-
libet alius secularis, text. est express. in l. si quis ad
declinandam. §.licentiæ.C.de episco.& cler.Nam
iura notissima volunt, quòd qui honorem & com-
modum habet,sentiat etiam onus.l.secundùm na-
turam.de reg.iur.l.1.§.pro secundo.de cadu.tol.cū
simil.hoc potissimum vindicat sibi locum in Eccle
21 sia † quæ est cultrix iustitiæ,& sibi, vel alteri iniusti
tiam administrari non permittit. vt in ca.1.§.1.de
alie.feud. & Dec.refert in consi.282. versic.venio
ad secundum dubium. Nam dos mulieris dicitur
esse eius patrimonium.d.l.3.§.sed vtrum, in fin.de
minor.& l.Pomponius. ff.fam.ercisc.vbi ergo eius
22 vires non suppetūt, † certè diminuitur legatum ad
pias causas,sicut cætera legata,firmat Tiraq.de pri
uil.piæ cau.72.priuil.

Ad illud quod habetur in d.l.si res,& in d.l.præ
dia. C.de fideicom. quòd hæres debet rem legatā
23 luere,& liberam præstare legatario, † similiter lo-
cum habet in particulari legato, vt ibi Docto.limi
tant, & procedit quando testator sciens rem obli-
gatam legat, aliàs secus, vt dictis legibus, ita dicit
glo.1.in d.l.licet.de dote præleg.Sed hic illam Si-
monam præsumitur ignorasse dotem matris esse
obligatam pro aliquo,nisi sciuisse probetur.per gl.
in l.verius. ff.de probat. maximè quia illa obliga-
tio fuit ex facto matris cui successit. Quapropter
24 † habet iustam causam ignorantiæ factorū per de-
functam.per tex.in l.qui in alterius. de regu.iur.&
25 aliàs in facto alieno pręsumitur ignorantia, † & est
error tolerabilis. l. fi.ff.pro suo. & habetur in gl.in
d.l.si res.Et in istis non reperitur aliquid mutatum
in Ecclesia. Ideo standum est dispositioni iuris cō
munis.l.præcipimus.in fi.C.de appell.l.alumnę.§.
qui filias.de adimen.leg.& in auct.quib.mo.natu.
effic.sui.§.tribus. Ex quibus omnibus remanet fir-
ma supradicta conclusio. Ad laudem Dei Omni-
potentis.

Simon de Prætis Iuriscon.Pisauren.

CONSILIVM CCVI.

ARGVMENTVM.

De nullitate cuiusdam adiudicationis,
tum ex capite incompetentiæ iudicis,
tum ex non citatione partis, & non
probatione competenti. De remedio.
c reintegranda. 3.q.1. De materia.l.si
quis in tantam.C.vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Actorem sequi forum rei.*
2 *Sententia lata à non suo iudice nunquam transit in iudicatum.*
3 *Exceptio nullitatis incompetentia iudicis nunquam est sublata, & semper opponi potest. & nu.33.*
4 *Contumax non intelligitur consentire in iudicem non suum.*
5 *Adiudicatio nulla est concessa parte inaudita & non citata.*
6 *Scriptum priuatum non probat.*
7 *Creditores,qui volunt satisfieri ab emēte bona debitoris,debent probare eorum creditum per testes vel instrumenta.*
8 *Decretum iudicis adimens possessionem rei debitoris ex causa non prolata non valet.*
9 *Datio insolutum vbi sit plus debito vitiatur in totum.*
10 *Responsio semper adæquatur interrogationi.*
11 *Omnia quæ sunt in relato sunt quoque expressa in referente.*

Agenti

12 Agenti possessorio recuperandæ & non probante instam possessionem, non fit restitutio possessionis.
13 Possessor malæ fidei dicitur detinens ex titulo inualido.
14 Scriptura & acta induceunt notorium.
15 Dominij exceptione obstante cessat remedium possessionis reintegrandæ.
16 Possidens auctoritate iudicis non ritè procedentis, non verè possidet, sed dicitur de facto missus, & si spolietur non est reintegrandus.
17 Restitutio non fit illi, qui habuit detentionem, sed verã possessionem.
18 Animus præsumitur talis, qualia sunt verba.
19 Rem aliquam quando quis accipit propria auctoritate vt proprium, & animum non habeat priuandi aliquem sua possessione, non tenetur ad pœnam. l. si quis in tantam. C. vnde vi.
20 Remedium d. l. si quis in tantam. competit illi, qui verè possedit.
21 Rem mobilem quis occupando dicitur possidere eã, quãdo possessor priorem repræsentat.
22 L. si rem mobilem. procedit in re mobili, cuius possessio est vilis & modici momenti.
23 Nauis æquiparatur rei immobili.
24 Possessio ciuilis sola & non naturalis absque ciuili est causa acquisitionis fructuum.
25 Domino licere ratione sui directi dominij rem suã propria auctoritate capere, & non incidit in pœnam d. l. si quis in tantam.
26 L. si quis in tantam. non perditur ius, quod inuadens habet extra rem, licet occasione illius rei inuasa habeatur.
27 Rem capiens propria auctoritate & eam præsentans iudici, non incidit in pœnam d. l. si quis in tantam.
28 Modum non curamus dummodo perueniatur ad eundem effectum.
29 Spoliatus potest renunciare priuilegio suo restitutionis.
30 Res si ex conuentione partium depositetur apud aliquẽ nemo dicitur spoliatus.
31 Mens potius quàm verba intuenda est.
32 Iudex appellationis surrogatur in locũ primi iudicis.
34 Datio in solutum vt valide fieri possit quatuor requiruntur.
35 Fides aliqua non producta in termino probatorio sed extraiudicialiter nihil facit probationis.
36 Statuta non ligant non subditum.
37 Possessor malæ fidei tenetur ad fructuum restitutionem pro tempore, quo rem detinuit.
38 Missus in possessionem inordinatè à iudice non acquirit fructus.
39 Datione in solutum facta per iudicem vltra & plus debito, rem acceptam retinens debet computare fructus in verum debitum & sortem, & residuum restituere debet.
40 Titulum nullum esse validum dicens iuris errore se putasse, debet talem errorem probare in terminis acquisitionis fructuum.
41 Malam fidem sufficit probare per indicia.
42 Fructus cum debeantur non ex re sed propter rem, accipiendo quis eam propria auctoritate non amisit fructus sibi debitos extra rem licet occasione rei.
43 Petendo in iudicio singulari simpliciter rem non veniunt fructus, sed nouo iudicio opus est.
44 Pœna commensuranda est delicto.
45 Testes causam reddentes de eorum experientia, practica & perita probant.
46 Armigia Naui cedunt.

DEI OMNIPOTENTIS INVOcato suffragio.



OBtinuit Vincentius contra Alexandrum de Comachio sup reintegratione possessionis Nauis de qua lis est, & super priuatione iuriũ ipsius Alexandri credo equidem iniustè & iniquè obtentum, quod ostensurus præmitto, quòd multifariam inualida, & nullius momenti est adiudicatio, seu in solutum datio de dicta Naue per officiales Clodij facta ipsi Vincentio.

Primò, dicti officiales quò ad dictum Alexandrum prætensum debitorem fuerunt, & sunt iudices incompetentes, tam ratione originis, quia est de Comachio, quàm ratione domicilij, quod habet Pescharæ, quàm etiam ratione asserti debiti ex chirographo, quod asseritur scriptum Pescharę, no
1 ta enim iuris regula est. Actorem † sequi forũ rei,
præsertim in actione personali. l. fin. C. vbi in rem
act. c. cum sit, & c. si clericus. de foro competen. in
adiudicatione & venditione facta per iudicẽ, specialiter ponderanda est iudicis competentia. vt in
l. cum proponas. C. de bon. auct. iud. poss. & senten
2 tia † lata à non suo iudice nunquam transit in iudi
catum, etiam remota appellatione, vt l. 2. eo. tit. C.
3 si non à comp. iud. ideo † exceptio nullitatis in-
competentiæ iudicis nunquam est sublata, & sem-
per potest opponi, per glo. fi. in clem. 1. de seq. pos.
& fruct. quam sequitur Feli. in c. ex parte, col. 5. de
offic. deleg. & in rubr. de foro compet. & Dec. in l.
1. S. fi. num. 5. ff. quod quisque iu. & consi. 8. col. pe-
nult. num. 7. & consi. 520. in fi. & Vant. de nullit. ti-
tu. de nullita. ex defect. iurisd. nu. 4. & seq. & larè fir
mat Alex. consi. 77. col. 3. nu. 12. & seq. lib. 2. Et hoc
4 semper verum est in contumace † seu in iudicio nõ
interessente, qui non intelligitur consentire in iudi
cem non suum, not. in l. non videtur. & ibi Bart. ff.
de iud. & Alex. in l. iustè possidet. col. fi. ff. de acqui.
possess. cum simil.
5 Secundò inualida est, vt concessa † parte inaudi
ta, & non citata. c. 1. & ibi per Canon. de cau. poss.
& propr. in possessione acquisita ex decreto inualido defectu citationis, tenet Soci. in consi. 158. Visis, col. 5. versi. primus casus. vol. 2. nam citatio vt à iure diuino inducta nullo modo ab aliquo statuto seu stilo tolli potest. Bal. in l. 1. col. 1. versicu. sed hic quæritur. C. quomodo & quando iud. & Petr. de Ancha. in consi. 211. circa medium. consi. & Rom. in consi. 248. & Socin. in consi. 12. col. 2. lib. 1. Dec. consi. 410. colum. 3. ad nume. 8. consi. 528. colum. pen. ad num. 8.

Tertiò, nulla demonstratur, quia dictus Vincentius

centius non probauit creditum cotam dictis offi-
cialibus Clodij, nisi per quoddam scriptum priua-
6 tum † quod quidem non probat. l. instrumenta. C.
de probat. neque probant alij creditores eorũ cre-
ditum, quibus d. Vincentius asserit soluisse residuũ
precij d. Nauis vltra suum creditum, vt constat ex
processu d. Vincentij, & soluit cuidam Sebastiano
Masiolo asserto creditori Bartholomei Vinzon
de Comachio, pro quo etiam si esset filius Alexan
dri ipse Alexander non tenetur, tot. tit. C. ne fi. pro
patre. qui autem vult posse obtinere venditionem
bonorum debitoris absentis faciendam à iudice,
7 & creditores † qui volunt satisfieri ab emente bo-
na debitoris, debent probare eorum creditum per
testes & instrumenta d. l. cum proponas. & l. fin. §.
sin autem. & ibi Barto. C. de bon. auct. iud. possi. &
Spec. in tit. de secundo decret. §. 1. in fin. Ideo non
8 rectè, † & ex causa non probata decretum adimẽs
possessionem rei debitoris non valet. Bart. Alex. &
cæteri in d. l. iustè possidet. & Soci. consi. 18. col. 6.
vol. 1. per l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicom.
liber. & l. 1. §. hæc verba. ne vis fiat.

Quartò; in fine scripti prætensi crediti Vincen-
tij de duc. 25. apparet ipsum Vincentium habuisse
duc. 11. adeo q remansisset creditor in duc. 14. & il
li boni officiales de alieno liberales in solutum de
derunt dictam Nauem ipsi Vincentio pro duc. 25.
ex quo alia euidens nullitas d. dationis colligitur,
9 quia † vbi ex aliqua parte fit talis datio plus debi-
to vitiatur in totum. Bart. & alij in l. si non sortem.
§. si centum. & ibi Doct. ff. de cond. indeb. Fulg. in
consil. 137. Quia ex facto. & in consi. 172. visis, vbi
loquitur in venditione facta ad incantum, idem in
consi. 190. Soc. in d. l. iustè. dicit in fi. col. hoc com
* muniter teneri concord. cumulat Tiraq. de retract.
titu. 1. §. 23. glo. 1. nu. 23.

Præmitto secundo loco, q cum in positionibus
dicti Alexandri sit dictum, fuisse factas conuentio
nes inter ipsum & dominum Vincentium, vt chi-
rographo scripto & subscripto, vt in positione,
quod secundùm dictam positionem debebat legi
ipsi Vincentio respondenti, & fuit lectum & pro-
ductum in iudicio, quando ipse Vincentius respon
dit. respondendo quidem per verbum credit, pro
ut in chirographo, fatetur dictum chirographum,
10 & in eo cõtenta vera esse, quia † responsio semper
adaptatur interrogationi, & secundùm eam intel-
ligitur. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de inter-
rog. act. §. præterea. Instit. de inutil. stipul. Bart. in l.
si quis intentione. ff. de iud. Bald. in l. 1. in princ. &
num. 13. C. de ædil. act. & Rui. consi. 169. col. pen.
num. 6. lib. 4. Nam in positione fit de dicto chiro-
grapho mentio, & in responsione referens se ad il-
11 lud fateri censetur. Quia † omnia quæ sunt in rela
to sunt quoq; expressa in referente, in terminis pro
bat Socin. in consi. 89. In causa, col. 2. versi. confir-
matur, vol. 1. cum simil. de relatione alleg. per De-
ciũ consi. 47. col. 2. & consi. 539. col. 3. nu. 9. & per
Ias. in l. qui sic. de verb. oblig. & Fel. in c. ex parte. el
primo. col. 6. & seq. de rescript.

Ex quibus primo loco premissis, inferendum est
primò, quòd dictus Vincentius per venditionẽ Na
uis ipsius Alexandri obtentam ab officialibus Clo
dij non ritè neque rectè procedentibus, eiusdẽ Na
uis possessionem non acquisiuit, vt per Barto. & a-
lios in d. l. iustè possidet. vbi hoc in 3. col. versi. se-
cunda conclusio sit. dicit, quòd talis est violentus
possessor, sed occupauit iniustè, vt ex iniustitia con
12 stat ex suo processu, & relatis per eum, ideo † ei agẽ
ti possessorio recuperandæ & non probanti iustam
possessionem nõ fit restitutio possessionis, vt tenet
Gemin. in c. 2. col. 1. versi. not. arg. quòd vbi est. de
restit. spol. in 6. quem ibi Perusi. sequitur. in 4. nota
bi. præsertim cum agens se fundet in d. tit. adiudi-
cationis, & hic appareat iniustus & nullus. vt per
Abb. in c. cum super, col. 1. num. 3. versicu. sed circa
hoc. de cau. poss. & propr. & per tradita à Soc. in l.
rem quæ nobis. in 9. q. col. pen. de acq. poss.

Secundò, dictus Vincentius tenens dictam Na-
uem ex titulo inualido, illius in solutum dationis
13 erat † malæfidei possessor. l. fi. C. vnde vi. Doct. in
d. l. iustè, Soc. in d. consi. 18. col. 7. versic. Item ex a-
lio capite. vol. 1. qui loquitur in specie proposita, q
tenens rem ex datione insolutũ inualida, & ex de-
creto nullo dicatur malæfidei possessor, vnde si d.
Alexander quoq; malæfidei possessor esset, quod
negatur, quia ex processu constat à principio dictã
Nauem fuisse dicti Alexandri, contra eum ipsi Vin
centio, non datur remedium. c. reintegranda. 3. q.
1. vt per bonas rationes & aucto. defendit Alexan.
in consi. 94. Visis, col. 4. num. 9. volu. 2. idem com-
probando Soc. in d. l. rem quæ nobis. in 2. q. princ.
num. 7. dicit quòd hanc partem sequeretur in iudi
cando & consulendo, sequitur Bero. in consil. 61.
num. 4. lib. 3. non refragatur quòd dictus Alexan-
der videatur modò violentus possessor vt inferius
dicetur.

Tertiò dictum Vincentium in dicta Naue non
habere titulum validum, nec habuisse verã posses-
sionem, & ipsum Alexandrum conuentum esse ve-
rum Dominum, & habere emptionis titulum vali-
14 dum, constat ex omnibus scripturis & actis, † quæ
inducunt notorium, Dec. in ca. ex insinuatione. de
appell. vnde ipsi Vincentio agenti remedio recupe
randæ possessionis obstat notorius defectus pro-
prietatis, Bal. in l. si de proprietate. col. fi. num. 21.
C. si non à compet. iud. clarius Ang. in l. Paulus. §.
1. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Abb. in c. 1. nu. 14.
vt lit. non contest. Castr. consi. 472. in causa captu-
ræ. ad fi. lib. 1. Aym. consi. 299. col. pen. versic. Ideo
quicquid, & consi. 302. nu. 6. qui allegat Alexan. &
Dec. nunc allegandos, & Alexã. in l. naturaliter. §.
nihil commune. in x. & xj. fall. nu. 27. & nu. 28. de
acquit. poss. sequitur Dec. in consi. 191. col. penult.
versi. Quartò facit. vbi in terminis adducit multas
rationes facientes contra dictum Vincentium pe-
tentem reintegrari, præsertim primam, in qua al-
leg. Roma. in consi. 499. in præmissa, col. 2. dicentẽ
possessionem absque causæ cognitione posse aufer
ri ei, quem constat ius non habere, & quartam &
octauam

octauam vbi alleg. Bart. Veron. dicentem, quando
res à malæfidei possessore peruenit ad nerum Do-
minum, talis possessor malæfi. non est ante omnia
restituendus, & ulterius usque ad finem prosequi-
tur, Spec. expresse tenet in rit. de peti. & possesso. §.
quoniam. ver. decimusnonus. ad idem Perus. in d.
c. 2. post glo. 1. de rest. spol. lib. 6. sequendo Deci. &
Veronen. idem tenet Aymo cons. 32. col. fi.

Quarto facit q concurrente dominio. d. Alex.
si fieret restitutio possessionis. d. Nauis ipsi Vincẽ.
qui duceret per mare. d. Nauẽ ad varia loca, & lon
ginque, vt mos est Nautarũ & experientia rerũ ma
gistra docet, vnde difficilis esset recuperatio eiusdẽ
Nauis pro dicto Alexandro. Ideo cessare debet re-
15 medium possessionis reintegrandæ † obstante do-
minij exceptione, per ea quæ adducit Alex. in d. §.
nihil cõmune. nu. 20. in 2. fall. & Ias. consi. 38. col.
2. lib. 3.

16 Quintò ad rem quoque facit, q possidens † au-
ctoritate iudicis non procedentis ritè vt supra, nõ
verè possidet, sed dicitur de facto missus, & si spo-
lietur, non est reintegrandus. Quia fortius possi-
det prædo quàm istæ missus, ita not. dicit Bald. in
consi. 135. in causa egregij. num. 2. vol. 2. namq; re
17 stitutio † fit non illi qui habuit detentionem sed
veram possessionem, Spec. in d. tit. de petito. & pos
sesso. §. quoniam. vers. 26. & Nat. consi. 474. nu. 36.
& 37. tom. 2. Et ex his concluditur d. Vincentium
iniustè, ac perperam intentato remedio. c. reinte-
granda. 3. q. 1. obtinuisse, quo intentato specialiter
vt fecit eodem iudicio, nõ potest experiri, sed alio
opus est iudicio, vt experiatur condictione. l. si qs
in tantam. C. vnde vi. Socin. in d. l. rem quæ nobis.
in fi. q. per gl. in ca. pastoralis, de cau. poss. & propr.

Non insistendo tamen an possint cumulari, vt
actum videtur, & iudicatum fuit. Videndum est an
Vincentius iustè potuerit obtinere ex condictio-
ne. d. l. si quis in tantam, mihi aliquæ rationes oc-
currunt, quòd non potuerit.

Primò, & inferendo ex præmissis supra, secundo
loco dicitur in d. Chirographo (detto Alessandro
dice esser sua detta barca, & cosi come robba sua
l'ha tolta, &c.) quæ verba animum dicti Alexand.
probant, saltem inter easdem partes. l. optimam. C.
de contr. & comir. stip. animus † autem præsumitũ
18 talis, qualia sunt verba. l. labeo. de supel. leg. Oldr.
in consi. 53. consueuit, col. 2. Bald. in l. sed & repro
bari, de excu. tuto. Ias. in l. reprehendenda, in 4. no.
19 C. de inst. & substi. cum sim. & quando † quis sua au
ctoritate rem aliquam accipit ut propriam, & ani-
mum non habeat priuandi aliquem sua possessio-
ne, non tenetur ad pœnam. d. l. si qnis in tantam, ut
ibi per glo. in 1. par. in q. 8. quam ibi Bart. & Doct.
sequuntur.

Secundò, ut superius dictum est. d. Vincentius
nunquam verè possedit d. Nauem, ut per doc. in d.
l. iustè. sed detinuit, & fortius possidet prędo, quàm
missus à iudice non rite procedente, ut per Bald. in
d. consil. 135. In causa. uol. 2. ideo priuatus à dicta
detentatione non habet remedium. d. l. si quis in
20 tantam, quod illi competit † qui uerè possedit, vt
probatur ibi in text. & in glo. secunda part. in 6. q.
quam ibi Bart. num. 23. & Bald. in pen. colum. ver.
sexto quæro, approbant, uidetur gl. in terminis ex-
pressa in l. 1. §. hæc actio. in versic. vtrum. ff. ne uis
fiat ei. quæ in expulso misso in possessionem, non
habere locum constitutionem d. l. si quis in tãtam.
hac ratione tenet, quia talis missus non possidet, ea
dem ratione mouetur Spec. in tit. de primo decr. §.
Iam de effectu. col. 4. versi. sed si missus, quòd quia
non possidet missus ex primo decreto, non agit cõ-
dictione. d. l. si quis in tantam. fortius Soc. in cons.
122. in causa, col. fi. vers. confirmatur. lib. 4. probat
remedium d. l. si quis in tantam. non dari pro pos-
sessione naturali, sed pro ciuili tantum, vbi in fine
subiungit, quòd iudex in re dubia debet amplecti
partẽ, quòd quis non inciderit in d. l. si quis in tan-
tam: ne vnus sit in damno, & alter locupletetur cũ
aliena iactura, sat est in re nostra, quòd dictus Vin
centius nunquam uerè possedit, ergo lex prædicta
si quis in tantã. sibi non opitulatur, per supradicta.

21 Non obstat quòd quis † occupando rem mobi-
lem dicatur eam possidere. l. si rem mobilem. ff. de
acq. pos. quia hoc nõ est verum, vbi possessor repræ
sentat priorem, vt in re ista potest dari exemplum
quòd Vincentius assumens possessionem repræsen
tauerit Alexand. priorem possessorem, ita habetur
per Bal. in l. consentaneum. col. 2. vers. Quintò op.
C. quomodo & quando iud. Qui autem nititur au-
ctoritate iudicis inualida (vt iste Vincentius facit)
non possidet, vt per Doct. in d. l. iustè. qui non fa-
ciunt differentiam inter rem mobilem vel immo-
bilem, ergo neq; nos facere debemus. l. de precio.
ff. de pub. act. quinimò gl. & Doct. volunt. d. l. si qs
in tantam. fuisse conditam pro re mobilis, quia pro
ea non datur interdictum vnde vi. l. 1. §. si quis de
Naue, de vi & vi arma. Nihilominus glos. & Doct.
ibi volunt condictionem. d. l. competere vero pos-
sessori tantum, vt superius dictum est, & non occu
patori, vt ibi gl. in 2. par. q. 6. ponit quæstionem cõ
22 tingibilem de occupatore, præterea † d. l. si rem mo
bilem, procedit in re mobili, cuius possessio est vi-
lis & modici momenti, ut ibi in text. & per glos. &
Doct. ibi, & in l. 3. §. verum ff. eo. secus verò dicen-
dum est in possessione Nauis, quæ fructifera, & bo-
ni redditus ostenditur ab experiẽtia, quæ est rerum
magistra. c. quàm sit, & c. vbi periculum. de electi.
23 lib. 6. Ideo Nauis † æquiparatur rei immobili, vt
tex. in l. si Nauis. in princ. ff. de rei vind.

Ex quo quidem tex. in d. l. si Nauis. elicio pro d.
Alexandro aliud efficax fundamentum, nõ potest
inficiari quòd d. Vincentius occupans d. nauem ex
datione insolutum inualida, ex decreto nullo, non
fuerit malæfi. possessor, vt specialiter dicit Soci. in
d. cons. 18. col. 6. Ideo tenetur d. Alexandro ad fru
ctus, per tex. in d. l. si nauis. ergo de necessitate con
cedendum est, quòd ipse Vincentius. d. Nauem nõ
possederit ciuiliter & naturaliter, sed d. Alex. eam
semper possederit ciuiliter, quia aliàs à d. Vincen-
tio possessore malæfi. fructus. d. nauis consequi nõ
posset,

24 posset,cum † sola possessio ciuilis, & non naturalis absque ciuili sit causa acquisitionis fructuum.ut est gl.quam ibi Bar. & communiter Doct.approbant. in l.3.§.ex contrario.ff.de aq.possess.quo stante sic arguitur, quòd ipse Alex.habens ciuilem possessionem,& eam continuando propria auctoritate licitè,& impunè potuit ingredi.d.nauem,& eam accipere etiam per uim si reperijsset resistentiam, Bar. in l.creditores.num.25.C.de pign. Corn. in cons. 280.visis col.2.vers.Item in d.instrumento. vol.3. Aret.in consil.21.col.fi. & tanto magis propria auctoritate eam capere potuit,quia de ea fuit spoliatus per illud Decretum multifariam nullum,& inualidum per supra adducta,ita pluribus decis. probat Aymo cons.18.col.2.nu.8.vbi,& supra num.3.

25 ostendit licere† L omino ratione sui directi dominij rem suam propria auctoritate capere, & sic ratione suæ ciuilis possessionis propria auctoritate capiens dictam Nauim non incidit in pœnam. d.l. si quis in tantam.ut est clara decis.tradita per Imo. consi.16.facit.l.Graccus. C.de adult. & c.qui peccat.23.q.4.cum alleg.per Paris.consi 154.lib.4.In super & si.d.Alexā. priuandus esset.d.naue,& eius iure,quod negatur, tamen non perderet fructus, quos consequi debet à d.Vincentio postquam occupauit d. nauem pro uecturis ascendentibus ad summam scutorum 300.ut probatur in processu,& pro quibus conuenit ipsum Vincentium, qui fuit

26 absolutus,& iniquè. Quoniam † per d.l.si quis in tantam,non perditur ius quod inuadens habet extra rem licet occasione illius rei inuasæ habeatur, & potest agi ad damna &c.ut per Bar.in d.l. si quis ad se fundum.col.pen.C.ad l.Iul.de vi.publ. & ibi Bal.& Bar.in l.qui possessionem. de ui & ui arma.

27 Tertiò, certum est,quando † quis propria auctoritate capit rem & eam representet iudici,non incidit in pœnam. d.l.si quis in tantam.& ibi glo.in 2. par.in 7.q.quam ibi sequitur Saly. faciunt not. per Bar.in l.ait prætor.§.si debitorem,& ibi per apostil. ff.de his quæ in frau.cred. sed d. Alexand. & Vincentius conuenerunt concorditer post acceptionē. d.nauis.ut legitur in d.chirographo, quòd Alexan. conduceret eam Senogalliam,& præsentaret iuri, ut ibi(& presentarla alla giustitia) & cùm peruenerit ad iudicem,& ipse Alexan. se submisetit dispositioni iuris,& iudicis Senogalliæ, ex pacto,& conuentione ipsius & d. Vincentij, idem est acsi à principio statim iudici præsentasset,& sat est quòd non intendit eam habere sua temeraria auctoritate, ut considerat tex.in d.l.si quis in tantam, sed decisio

28 ne iudicialis arbitrij,vnde non † curamus de modo,dummodo perueniatur ad eundem effectum.l. 3.C.de inst.& substit.cum simil.maximè per conuentionem parrium super eo quod earum priuatū ius tangit.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pactis. ex conuentione enim cessat uis.l.vim facit.§.1.qd ui aut clam, facit.l.cum donationis.C.de transac. cum concor.optimè in spetie proposita consuluit

29 Bal.in cons.370.Ad euidentiam.vol.5.ꝗ † spoliatus potest renuntiare priuilegio suo restitutionis, & conuenire vt res restitui, & dimitti debeat illi cui per sententiam adiudicabitur,vt ibi per eum,& per Ias.d.consi.38.circa med.versi.tertiò facit. lib. 3.& Alexan.cons.93.col.pen.nu.3.lib. 5. ad idem

30 facit, † quòd si ex conuentione partium res deponitetur apud aliquem,nemo dicitur spoliatus, cum id velit. d.l.cum donationis, & sequester dicitur possidere.l.licet.§.1.ff.depos.ita in simili dicit Alexan.in d.cons.94.col.2.uol.5.& omnino recessum uidetur pro.d.Vincentio ab omni uiolentia asserta commissa per d.Alexan. per d. conuentionem, vt colligitur ex ea,& mente contrahentium concorditer uenientium ad ius in ciuitate Senogalliæ,

31 quæ mens † potius quàm uerba intuenda est.l.in conuentionibus.ff.de verbo.sig. Ex quibus omnibus cum constet de bono iure.d.Alexandri sponte submittentis se decisioni iudicis Senogalliæ, & cū constet de iure inualido ipsius Vincentij super d. naue,concludendum videtur malè & perperam iudicatum in fauorem d.Vincentij,& propterea fore corrigendum per Magnificum Dominum Iudicē appellationis,qui subintrat in locū primi iudicis, & eius errorem corrigere debet l.1.ff.de appel.

Addo in causa prædicta,& super eo quòd Vincentius videtur velle experiri, super solo possessorio,omisso petitorio penitus, & iure concernente dominium,quòd immo cognosci possit, & debeat tam super possessorio,quàm super petitorio,proba

32 tur, quia primus iudex Senogalliæ in cuius locū † subrogatur iudex appellationis. Soci.in cons.121. col.fin.vol.3.vltra Soci.addo text. in l.licet.in fin. C.loca.per hæc expressa verba,eamq; formā, qui ex appellatione cognoscet,sequetur,aliàs inter prędictos non erat iudex,nisi adesset conuentio contenta in chirogapho,de quo in præcedentibus, in præmissis secundo loco, iuxt.l.si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iud.at in dicto chirographo dicitur, ꝗ debeat cognosci de iure super naue simpliciter, nō expresso super possessione,vel super proprietare, ergo super vtraque potest cognosci,per doctr.Bal. in l.si de proprietate.in princ.C.si non à comp.iud.& expresè in causa Nauis petitæ restitui assentit Soci.consi.262.col.1. lib.2.

Replico etiam,ꝗ asserta in solutū datio de dicta Naue facta per officiales Clodij. d.Vincentio ex multis capitibus est nulla , primò ratione incom-

33 petentiæ iudicis,de cuius nullitate † semper potest opponi.d.glo.in cle.1.de seq.possess.& fruct. cū alleg.supra,adeò quòd nunquam transit in iudicatū, & ab ea non est necessaria appellatio,& non ligat. d.Alexand.l.2.& l.fin.C.si non à comp.iud. & sic non potest præsumi pro ea ,quòd sit rite & rectè lata,prout fieret si esset in iudicatum translata,secundum Alexand.in consi.22.lib.2. duplicato consil. 25.lib.6.Et quando sententia est nulla, quia non transit in iudicatum,nō præsumitur pro ea,ut post ali.plenè per Deci.in c.quoniam contra. col.16.& seq.de proba. & in huiusmodi datione in solutum non præsumi solemnia.s. citationes,relationes, cōtumacias,& alia quæ probari necesse est, sed debere proba-

re probati, firmat Fulgo. in consi. 163. In causa &
34 quæstione. col. pen. Quatuor enim requiruntur †
vt validè possit fieri talis venditio, & datio insolu
tum, & si quòd ex requisitis defuerit, non valet vē
ditio, vt per Spe. in titulo de secun. decr. §. 1. in fi. &
Bar. in l. Fulcinius. §. si quis possederit. ff. qui. ex ca.
in possess. ea. & in spetie non valet si facta fit ex fal
sa causa, & ex debito non vero Alexan. consil. 85.
in princ. lib. 2. & consi. 63. col. 4. in fin. & seq. sub
nu. 14. lib. 4.

Non obstat quædā fides (vt audio) ex aduerso habita, quòd in ciuitate Clodij nō seruentur leges Imperiales, & iura communia Romanorum, quia
35 † iudicialiter in termino probatorio nō fuit produ
cta in iudicio. Ideo de ea non est curan. & non fa
cit aliquam fidem, Alexander in consi. 137. col.
fin. versi. & si dicitur. lib. 2. & consi. 64. col. 3. nu. 4.
lib. 3. & Ias. in l. ait prot. §. si Iudex. col. 4. versi. adde
36 pro ead. de re iudic. Præterea † statuta Venetiarum
& Clodij, non ligant dict. Alexandrum non sub-
ditum, & se non extendunt vltra territorium Vene
torum. l. fin. & ibi per Doct. ff. de iurisdi. omn. iudi.
& d. l. fin. si non à comp. Iud. facit quod scribit Mar.
sil. in sing. 138. & in casu proposito non apparent
quòd disponant contra ius commune, & quomo-
do disponant, & sic multifariam inualida, & nul-
lius momenti demonstrata est dicta venditio per
dictos officiales Clodij, vt dicitur facta d. Vincen
tio. Adeò quòd dictæ Nauis semper fuit malæfi-
37 dei possessor, † & ꝓ tempore, quo eam tenuit, vt in
processu, tenetur d. Alexandro ad fructus, vt in ter
minis consuluit Fulg. in consi. 137. Quia in 2. dub.
38 Bal. in l. 2. col. fin. C. de serui. & aqu. dicit † quòd
missus in possessionem inordinate à iudice non ac
quirit fructus, Roma. in consil. 454. In re præsen-
ti. col. fin. tenet possidentem rem aliquam ex sen-
tentia nulla non facere fructus suos, sed teneri ad
restituendum cum re, per text. quem reputat sin-
gularem in l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffi. te-
stamen. cum alijs per eum alleg. in datione in so-
39 lurum facta per iudicem † vltra, & plus debito, vt
in casu nostro, retinens rem acceptam debet com-
putare fructus in verum debitum, & sortem, & re-
siduum restituere debet, ut per Iaso. post Raphael.
in l. si non sortem. §. si centum. col. 1. versicu. istud
dicit. & id ibi dicit sequi per alios. ff. de cond. in-
debit. & sequitur Calcan. in consil. 77. in fin. & in
iudicando crederem Dominum iudicem seu con
sultorem posse, & debere sequi has alle. doctorum
auctoritates expressas.

Quatenus autem diceret. d. Vincentium errore iuris circa præmissa ductum potuisse lucrari fructus. d. nauis, per ea quæ sentit Alex. in d. l. iustè, col. 2. Respondetur in contrarium esse in terminis d. auct. & decis. doct. supra allega. quæ sequendæ, & seruandæ sunt. c. 1. de deci. & ibi Abb. not. & Bar bat. inter consil. Alexand. consil. 55. num. 48. & se-
quent. lib. 4. & Petr. Benaud. de priuileg. doct. §.
40 22. 2. part. Præterea † qui velit dicere, se errore iu-
ris putasse titulum nullum, esse validum, debet ta-
lem errorem probare in terminis acquisitionis fru
ctuum, tenet Bart. in l. sed & si lege. §. scire, & ibi
Ang. sequitur. ff. de pet. hæred. & Alexan. in consil.
73. in fi. vol. 2. & Felyn. in c. de quarta, col. 9. de præ
script. hic autem pro parte. d. Vincentij nō solum
non reperitur probatus talis error iuris, sed etiam
allegatus non reperitur, vt etiam requiritur per
text. in l. si adulterium. §. idem Polioni. ff. de adul.
quod procedit etiam in notorijs de præsumptione
alleganda per partem Vall. consil. 9. num. 22. libr.
3. Præterea probatur ipsum Vincentium fuisse de
dicta Naue malæfidei possessorem, cum semper fu
gerit cum dicta Naue, postquam eam accepit Clo
dij, ne Alexander posset eum reperire quasi eam
furatus esset, vt deponunt quatuor testes pro dicto
Alexandro examinati Pescharæ super sexto capi-
tulo, vnde si fuisset certus quòd d. Nauis verè ef-
set sua non fugisset conspectum. d. Alexandri. Ideo
sic fugiendo probatur sua malafides, quæ sufficit
41 † probari per indicia. Alexander in consi. 54. cir-
ca primum. nu. 9. lib. 6. quæ in proposito sufficit 9
superuenerit, ut per Bart. in l. & ex diuerso, in pri-
ma lectura, col. fin. ff. de rei uind. per l. qui scit. §.
præterea. de vsu.

Ex quibus videtur fieri certa & clara conclusio, postquam ipse Vincentius accepit. d. nauem Clodij usque quo eam Alexander accepit Rauennæ, quòd de dicto tēpore Vincentius tenetur ipsi Alexand. ad fructus, iuxt. l. si Nauis. ff. de rei uindi. & quòd d. Alexander isto respectu poterat impunè accipere. d. Nanem propria auctoritate, vt comprobatū est in præcedentibus, in fundamento sum-
42 pto ex d. l. si Nauis, vel aliud est certum, quòd † cū
dicti fructus debeantur. d. Alexandro non ex d.
Naue, sed propter eam, ut per Angel. in d. l. si Na-
uis. in princip. & Bar. in l. ex diuerso. in princip. ff.
eo. accipiendo eam propria auctoritate nō amisit
dictos fructus sibi debitos extra. d. Nauem, licet il-
lius occasione, ut per Barg. in. l. si quis ad se fun-
dum. col. fi. & ibi Bald. C. ad l. Iul. de ui public. per
l. qui uas. in princ. ff. de furt. quia ius sibi non dixit
in fructibus, sed in Naui, ideo eos non perdit, vt
ibi probant Bart. & Bal. per d. l. qui vas. in princ. &
glo. ibi dum allega. l. ancillæ. C. eod. & ibi etiam
Bar. & Bald. dum ponunt differentiam in reme-
dijs persequendi rem furtiuam, & prouemiens ex
ea, vt fructus cum debeantur etiam de per se ex
remedio separato. sin casu nostro officio iudicis,
vt per glo. in uerb. non habenda in d. l. ex diuerso.
43 in princip. ff. de rei vind. nam petendo † in iudicio
singulari simpliciter rem, non veniunt fructus, sed
nouo iudicio opus est, Bar. in l. 2. C. de pet. hæredi.
ergo inuadendo quis rem propria auctoritate per
l. si quis in tantam. non perdit fructus, in quibus
sibi ius non dixit, per doctr. Bald. & Bart. in d. l. si
44 quis ad se fundum. Quia † pœna commensuranda
est delicto. Hyp. de Mars. in consil. 10. num. 9. & in
consil. 34. num. 1. & in alijs suis consi. itaque uide-
tur omnino debere. d. Alexand. obtinere dictos
fructus contra d. Vincentium pro vecturis. d. Na-
uis

uis ascendentes vltra tercenta scuta, ut probant d.
45 Testes pro d. Alexandro, qui † causam reddentes
de eorum experientia, practica, & peritia probant,
Barto. in procem. ff. in princi. cum concord. & po-
test in hoc iudicio petere, prout petijt ipse Alexan
der dictos fructus, non obstante solo iudicio resti-
tutorio & possessorio intentato per d. Vincẽtium,
vt uidetur sentire Bart. in d. l. si quis ad se fundum.
col. fin. Quia facta est conuentio inter eos, ut in d.
chirographo, quòd vnus possit contra alterum pe
tere, quod cuilibet ad inuicem debetur ut ibi (&
quando li detti, videlicet, Alessandro, & Vincen-
tio hauesse hauere cosa alcuna l'uno da l'altro, si
possa addimandare &c.) aliàs dicta conuentio ni-
hil operaretur pro dicto Alexandro, quod non est
dicendum c. si Papa. de priuileg. in 6. l. si quando.
in princip. de leg. 1. & Bald. in rubr. C. de contrah.
empt. Quò etiam ad alia siue super possessorio, vel
petitorio, siue super condictione d. l. si quis in tan-
tam. d. Alexandrum ius fouere, & sententiam con
tra eum latam esse iniustam demonstraui in præ-
cedentibus. Quatenus Vincentius dicat expen-
disse in armigijs pro d. naue, dico dicta armigia
46 † cedere ipsi naui. l. schaffam. ff. de euict. l. malum.
in princip. de verbor. significat. & in l. quod in re-
rum. §. fin. de lega. 1. sumptus autem pro eis facti
in quantum ascendunt compensandi sunt in d. fru-
ctibus. l. sumptus. ff. de rei vindi. habita distinctio-
ne, vt ibi per Barto. & Doctor. Et ex prædictis &
alijs concluden. videtur in fauorem. d. Alexan-
dri, vt in alijs allegationibus præcedentibus. Quare
rogo excellentissimum. D. consultorem vt videat
accuratè, & ius habenti tribuat, & administret
æquitatem præ oculis habendo, iuxt. vulg. iur.
Laus Deo.

Simon de Prætis Iurisconf. Pisauren.

F I N I S.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh.

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS, M D LXXV.



